12
17 G
6

M.

14-24.k.10

DILVCIDATIONES IN XII. LIBROS PRIMÆ PHILOSOPHIÆ ARISTOTELIS

F. Matthiæ Aquarij Ord. Præd. Sacræ Theologiæ Magiſtri & in Almæ Vrbis Gymnaſio Ordinarij Profeſſoris

AD

Ampliſsimum Iulium Antonium Sanctorium S. R. E. Presbyterum Cardinalem Sanctæ Seuerinæ nuncupatum.



ROMAE

CVM PRIVILEGIO ET FACVLTATE SVPERIORVM.

Ex Typographia Bartholomæi Bonfadini, & Titi Diani. M. D. LXXXIIII.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. D. IVLIO ANTONIO
SANCTORIO

TITVLI S. BARTHOLOMAEI IN INSVLA
S. R. E. Presbytero Cardinali digniſſimo
S. Seuerinæ nuncupato.

SEMPER equidem eorum ſententiam magnopere probaui, PRAESVL AMPLISSIME, qui ad mentes noſtras veritatis lumine illuſtrandas, animúq. hominis perficiendum philoſophiam ſatis idoneam exiſtimarunt; illa nanque in primis digna, veraque animi perfectio eſt, quæ ex humanarum ſimul, diuinarumque rerum cognitione oritur; reliqua verò omnia caduca eſſe, ac vana, & quæ nunquam animũ noſtrum explere valeant, ſatis ſuperq. cognitum, perſpectumque omnibus arbitror. Ipſam autem philoſophiam, vtpote rem tam præclaram, atq. diuinam eòuſque admirata eſt, ac venerata omnis antiquitas, vt non apud ipſas modo gentes denſiſſimis idololatriæ tenebris oppreſſas, Philoſophorum plerique in Deorum numerum relati memorentur, vt & de ſupernarum rerum doctiſſimo Atlante, & de Hercule, ac Cepheo, & de patre medicinæ Hippocrate, & de illo, qui Apollinis filius habitus eſt, Platone, cui etiam diuini cognomen tribuerunt, accepimus: ſed & nunc apud illos ipſos homines, quorum animis Chriſtianæ Religionis, veræque pietatis lumen illuxit, maximam, diuinamque philoſophiæ ſpeciem, atque dignitatem contem-

plantes non diuini quidem (neque enim fas eſt,) ſed maximi tamen honores,& philoſophiæ,& philoſophis habeantur. Illud autem apud omnes gentes ratum, & communi conſenſu comprobatum ſemper fuit, vt & Chriſtianorum, & Ethnicorum Principum ferè nemo veri Principis, aut Regis nomine dignus vnquam ſit habitus, qui non aut ipſe philoſophus, aut maxime ſtudioſus fuerit philoſophorum; quandoquidem ipſe Macedonum Rex Philippus non tantam Dijs ſuis gratiam habere ſe dixit, quòd filium genuiſſet, quantam quòd ea illum tempeſtate naſci contigiſſet,cum philoſophorum Princeps Ariſtoteles, à quo cùm bonis moribus, tùm & literis eum ſperabat informandũ, in vniuerſa Græcia præcipue floreret. Quid hic Philippi filius Alexander, quanto ſemper amore, quibus quantiſq. præconijs, aut honoribus ſapientes viros,eorumq.eruditionem eſt proſecutus? Quid Aegyptiorum Rex Ptolemæus? Quid Magnus Pompeius? Quid Caius Cæſar? &(vt de Auguſti, Hadriani, Traiani, Antonini,Iuſtiniani, Alphonſi Hiſpanorum, Federici Siculorum Regis, aut eruditione,aut in eruditos homines ſtudio taceam) de Neapolitanorũ Rege Alphonſo hoc vnum dicã, tanti illum feciſſe ſemper philoſophos, & ſapientes viros. vt nunquam non eius Regia talibus viris referta fuerit, quos quotidie ferme, aut lectitantes,aut diſſerentes audiret. Igitur ſapientiæ pulchritudinem ab ineunte ætate contemplantem, pariter ac diuinæ philoſophię ſummus amor,& ſtudium me totum ad ſe traxit,ſibiq. adeo deuinxit,vt vtranq; ob id philoſophandi rationem,ac methodum, & illam quę abditas naturæ cauſas,& eam quæ diuinas omnino res, Deumque ipſum rerum omniũ Opificem ſpeculatur, quàm maximo potuerim ſtudio ſim aggreſſus, cuius etiam ſuauiſſimis, atque vberrimis fructibus non meum modo animum, & mentem paui; ſed & officij mei ratione ductus celeberrimis in locis, publiciſq. Italiæ Academijs florentiſſimiſq.Gymnaſijs, maxime verò Neapolitano,Catholici, atque Inuictiſſimi Hiſpanorum Regis Philippi munificentia, annuiſque ſtipendijs adductus, meis etiam auditoribus percipiendos, deguſtandoſque propoſui, vt & ſuſcepto muneri abſq; vlla reprehenſione ſatisfacerem,& expectationi hominum excitatæ conceptæq. de me pro meis viribus reſponderem. Cum deinde in celeberrimo hoc almæ Vrbis Gymnaſio diuinæ ipſius Theologiæ publicè profitendæ,atque explicandæ eſſet mihi prouincia demandata, atq. etiam vtranque inuicem philoſophiam conferrem, animaduerti ſanè maximo eas inter ſe affinitatis vinculo coniunctas, quarum quidem illa ea de Deo perſequitur,quæ humana ipſa ratio per ſe poteſt conſequi; hæc verò priſcis illis philoſophis ignota diuino illu-

ſtrata

ſtrata lumine non mediocriter coruſcat, ac refulget, nihilque aliud, quàm quòd vel Deus ipſe ſit, vel à Deo profectum, vel ad eundem ipſum Deum referatur, ediſſerit; neutram tamen illarum omittendam cenſuit D. Apoſtolus Paulus. nam de illa quidem ad Roman. ſcribens ſic ait. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis: non enim gratuito Dei munere; ſed ſolo naturæ lumine Deus ab illis eſt cognitus. De hac autem Chriſtiana Theologia ad Corinth. Nobis, ait, reuelauit Deus per ſpiritum ſuũ illa, quæ nemo principum huius ſeculi, hoc eſt philoſophorum, nouit, vt ex illa nimirùm ad hanc, veluti ab imperfectioribus ad perfecta, quendam quaſi gradum faciamus. Vnde & præclara illa eiuſdem Doctoris gentium ſententia: Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Et quoniam tum in ea, quæ humanitus inuenta, tum etiam in illa, quæ diuinitus eſt inſpirata doctrina, S. Thomam inter Sanctos doctiſſimum, & inter doctos ſanctiſſimum ſum ſecutus, meos omnes neruos eò maximè intendi, ne eius vllum dictum, aut ſententia Chryſippeis quorundam cauillatiunculis aliò, quàm ipſe ſpectauerit, detorqueretur: quod equidem meum vetus inſtitutum; etſi in omnibus, quæ hactenus ſcripſi, præcipuè tamen in hiſce noſtris Ariſtotelicorum diuinorum dilucidationibus pro virili mea accuratiſſimis, quàm diligentiſſime potui, ſeruaui: quarum quidem, cum & in ſcholijs noſtris in octo libros phyſicorum, & in tres de anima, quæ iamdiu in hominum manibus verſantur, non ſemel meminerim; inde factum eſt, vt amicis diſcipuliſque meis quamplurimis efflagitantibus, in lucem eas prodire ſinerem. quamuis an id quòd rogabant facere deberem, diu multumque dubitauerim; non ꝙ eorum cuipiam aut hortanti, aut rogãti deeſſe poſſem; cum & iuſta peterent, & optarent vtilia; ſed quia vererer, ne in eorum reprehenſionem inciderem, qui hæc aliter, quàm à me dicta eſſent, interpretarentur, eoque referrent labores meos, quò referri minimè velim; vicit tamen officium voluntatem, expulit amicorum ſtudium timorem, & incenſa quędam alios iuuandi cupiditas me in id compulit. Has ipſas autem, quæcunque illæ ſint, dilucidationes meas (Cardinalis ampliſſime & Mœcenas munificentiſſime) Nominis tui radijs fulgere, tuæque Auctoritatis robore defendi, ac ſuſtentari volui, qui huius quã profiteor ſcientiæ aduerſus importunam debacchantium inſaniam acerrimus ſemper defenſor, atq; in Hæreticos homines, & impiè de Religione ſentientes ſummus, vigilantiſſimuſque iudex & ſis, & fueris; quique etiam cum Alphonſo Neapolitanorum Rege præter patriam & ſingularem ſapientiam, illud inſuper habes commune, vt doctiſſi-

mis ſemper viris vndequaque ſtipatus videare,quibus aula, opeſq. tuæ non minus profectò pateant,quàm tibi.Ipſe igitur,qui nullis meis meritis,ſed tua tantum munificentia in familiam,& clientelam tuam ſum adſcriptus,exiguum hoc munuſculum tibi ſupplex offero,amoris erga te mei , & perpetuæ obſeruantiæ pignus , quod ſi fortè cuipiam nimis paruum ac perexiguum , teque minus dignum videatur , reuocet quæſo ſibi in mentem Artaxerxem Perſarum Regem, cui cum aliquando obequitanti pauper quidam inopinatò occurriſſet, nihilque quod tanto Principi offerret,haberet, ambabus manibus è vicino amne hauſtam aquam obtuliſſe dicitur,quam alacri animo,benigniſſimoq. vultu ille ſuſcepiſſe commemoratur, non ſanè ignorans pauca & exigua quęque munera,ex grati tamen animi ſignificatione profecta,cuiq; vel priuato homini,vel maximo Principi grata & iucunda eſſe debere.quo quidem exemplo ipſe etiam incitatus, qui tibi mea omnia debeo, hoc ipſum, quicquid eſſet muneris,tibi offerre non dubitaui. Suſcipe igitur, Illuſtriſſime Princeps, ea humanitate,qua me meamq. matré,Dominicanam ſcilicet Religionem, amplecti conſueuiſti; quod etſi pro tua benignitate libenti animo te ſuſcepturum ſperem, ita tamen petọ vt maiori ardentiorique ſtudio petere nihil poſſim. Vale.

Illuſtriſsimæ, ac Reuerendiſsimæ Dominationis veſtræ

Deditiſſimus ſeruus

Fr. Matthias Aquarius Ord.Præd.

REVERENDISS. PATRI F. PAVLO CONSTABILI FERRARIENSI

SACRI PALATII MAGISTRO Ordinis Prædicatorum.

ANTONIVS CICCARELLVS FVLGINAS Artium, ac Sacræ Theologiæ Doctor. S. P. D.

IMPOSVISTI mihi (vir ſingulari humanitate, & doctrina perpolitiſſime) vt Magiſtri Matthiae Aquarij in libros Ariſtotelis diuinorũ diuinas Dilucidationes accuratè legerem; & ſi quid in eis reperirem, quod vel aliqua ex parte pias aures offendere, vel doctiorum hominum animos perturbare poſſe arbitrarer, id tibi ingenuè, liberèq; ſignificarem. Caepi equidem haſce diſputationes magna cũ auiditate, ſtudioq; reuoluere; quas maiore profectò cum voluptate, maximoq; fructu perlegi. Et vt nõ fictè, & fallaciter, ſed verè, atque ex animo loquar, nihil ego quidem prorſus deprehendi, quod aut catholico lectori ſtomachũ facere debeat, aut doctis viris ſatisfacere nõ poſſit: Quinimo mihi viſum eſt videre quendam philoſophiae feracem, atq; vberem campum his diſputationibus aptiſſimè humanis oculis fuiſſe ſubiectum. Sunt enim nonnullae quaſtiones, quibus naturae arcana aperiuntur: ſunt aliae quibus diuinarum rerũ myſteria panduntur: has autem omnes philoſophici agri tanquã arbores vetuſtas appellauit. Non deſunt diſceptationes, quibus de hominũ vita, atque moribus praeclare diſſeritur, quas fructibus, qui ex arboribus percipiuntur, ſimiles eſſe dicas; nã

ſicuti arbores ſunt gratia fructuum, ita omnis noſtra cognitio illuc in primis ſpectat, vt bonis moribus humanus animus excolatur. Inuenies praeterea plurima, quibus de his, quae ad differendi artem pertinent, ſubtiliter diſputatur; quae ſepi & maceriae meritò comparantur: quandoquidem vt maceries fructus, plantaſque agri, ne fures ſurripiant, aſſeruat; ſic ratiocinandi facultas praeſidium munitiſsimum eſt, ne ſophiſtae falſis, fictiſque argumentis philoſophiae campum irrumpant, nec non auſu temerario ſingula proſternant. Illud autẽ, quod ad logicam attinet, tu Reuerendiſsime Pater dicebas (cum quondam, vt fit, animi gratia varias res inter nos commentaremur) Simplicium virum quidem in omni philoſophia non ſimplicem, ſed admodum callidum, atque verſutum, felicius expreſsiſſe. Cum dicere. Demonſtrationem, quae totius logices ſpiritus, atque vis eſt, eundem humanae menti vſum praeſtare, quẽ corpori domus ipſa praeſtat: ſicuti enim iſta ab imbriũ, & ventorum furoribus corpora tuetur, ſic illa animos noſtros à falſo, & malo magnopere defendit. Sed ad Aquarium redeo, qui haec omnia ita egregie, atque adeo perfecto ordine diſpoſuit, vt ſine vlla dubitatione ſperari poſsit doctos homines non ſolum ea probaturos, verum etiam admiraturos, omneſq; ex eorũ lectione vberrimos, & quàm ſuauiſsimos fructus percepturos. Sunt iſta quidem vel magna, vel potius maxima, atque ſumma, ſed quae à ſumma doctrina, maximoque Aquarij ingenio, magnoque labore fuerant expectanda. Vale. Romae ex domo V. Idus Ianuarij M. D. LXXX.

NOs Frater Sixtus Fabri Lucenſis ſacrę Theologiæ profeſſor, ac totius ordinis Prædicatorum humilis Generalis magiſter, & ſeruus. Nihil eſt, quod maiori nos in Domino lætitia afficere poſſit, quàm cum Fratres & comprofeſſores noſtros iuxta talentum ab ipſo Deo traditum in vinea Domini laborare perſpicimus, & id muneris verbo, & exemplo præſtare, quod inſtitutum noſtrum requirit, & nomen ipſum declarat. Hinc eis, qui nedum verbo pręſentes inſtruendo, ſed & poſteris doctrinæ ſuę monumenta relinquendo, Chriſtianæ quidem Reipublicæ plurimum vtilitatis, noſtro vero Ordini multum ornamenti afferre poſſunt, quæ noſtrarum ſunt partium libentiſſime impartimur, in id incumbentes, vt laborum ſuorum fructus, & vigiliarum lucubrationes ad communem omnium vtilitatem in lucem edantur, quemadmodum tenore præſentium noſtri auctoritate officij tibi Reuerendo Patri Magiſtro in almo Vrbis Gymnaſio ſacrę theologiæ publico lectori, ac illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Sāctæ Seuerinę Theologo Fratri Matthiæ Aquario noſtræ Prouinciæ Regni (cuius ſingularē eruditionem, & inſignem doctrinam iampridem perſpectam habemus & cognitam) concedimus, quinimo in meritum ſanctæ obedientię ſub formali præcepto mandamus, vt præclariſſimas Dilucidationes tuas in metaphyſicam typis ac prælo quàm primum committas: Id quidem eo ardentius facimus, quòd ſcimus te iamdudum ea omnia feciſſe, quæ Sacroſancta Tridentina ſynodus de editione libro. ſeſſ. 4. facienda ſanctiſſime mā dat. Hæc autem te egiſſe, tum ex aliis, tum ex quadam luculenta epiſtola Antonii Ciccharelli Theologi Fulginatis ad felic. recordat. Reuerēdiſſimum Patrem Paulum Conſtabilem olim Magiſtrum Sacri Palatij, & totius Dominicanæ Religionis Generalem, ac prędeceſſorem noſtrum; clariſſime nouimus. Cito igitur ſicuti præcipimus, facies in nomine Patris, & Fili, & Spiritus ſancti. Amen.

Non obſtantibus in contrarium quibuſcunque, In quorum fidem his noſtro ſigillo munitis propria manu ſubſcripſimus. Datum Romæ die 6. Octobris M. D. LXXXIII.

F. Sixtus Fabri Lucenſis qui ſupra manu propria Aſſumptionis noſtræ anno primo.

F. Io. Baptiſta Lancius Regien. magiſter Prouincialis Terræ ſanctæ.

DILV-

DILVCIDATIONES QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Dilucidationes in primum librum Metaphyſicæ.

1 *AN ens inquantum ens ſit ſubiectum huius ſcientiæ.* pagina 1
2 *An vera ſit hæc propoſitio & quomodo (omnes homines natura ſcire deſiderant.* 13
3 *Num inter omnes ſenſus viſus faciat nos magis ſcire.* 17
4 *Num in brutis ſit prudentia.* 20
5 *Num ex experimentis generetur ars.* 23
6 *Vtrum expertus non habens artem certius operetur artifice inexperto.* 30
7 *Num omnes actus & generationes ſint circa ſingulare.* 32
8 *Vtrum obiectum ſenſus ſit vniuerſale, aut particulare.* 39
9 *Vtrum ad metaphy. per ſe pertineat cognoſcere omnes quidditates rerum in particulari.* 40
10 *Num vniuerſalia ſint difficiliora ad cognoſcendum.* 43
11 *Vtrum metaphyſica ſit ſcientia practica, vel ſpeculatiua.* 46
12 *Vtrum ſpeculatiua ſcientia ſit nobilior practica.* 49
13 *An homo ſit liber, & quomodo.* 51
14 *An inuidia reperiatur in Deo.* 57
15 *An Deus ſit vbique de mente Ariſt.* 63

Dilucidationes in ſecundum librum.

1 *NVM prima principia complexa ſint nobis naturaliter cognita.* 69
2 *Num difficultas cognoſcendi res ſit ex parte intellectus noſtri cognoſcentis, vel ex parte rerum cognoſcibilium.* 71
3 *Num intellectus viatoris poſſit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas quidditatiue.* 75
4 *Vtrum Ariſt. nouerit creationem.* 90
5 *Num ſit neceſſe ponere ſtatum in omni genere cauſarum.* 99
6 *An detur infinitas in effectibus Dei.* 101
7 *An generatio vnius ſit corruptio alterius.* 105
8 *Num infinitum poſſit cognoſci à nobis.* 108
9 *An nutritus in aliqua lege falſa poſſit venire in cognitionem illius falſitatis.* 118
10 *Vtrum omnes homines naturali appetitu appetant eandem ſcientiam, puta metaphyſicam.* 122
11 *Vtrum logica ſit ſcientia.* 126
12 *An demonſtratio ſufficienter diuidatur in demonſtrationem quia, & propter quid.* 131

Dilucidationes in tertium librum.

1 *AN qualibet ſcientia omnia genera cauſarum conſideret.* 136
2 *Num in rebus immobilibus ſit cauſa efficiens, & finalis.* 140
3 *An ſcire per demonſtrationem ſit nobilius ſcire per definitionem.* 144
4 *An detur regreſſus demonſtratiuus in ſcientiis.* 148
5 *Vtrum duo corpora poſſint eſſe ſimul in eodem loco.* 153
6 *Vtrum genus prædicetur de differentia per ſe.* 157
7 *An continuum componatur ex indiuiſibilibus.* 161
8 *Num quantitas ſit ſubſtantia.* 165
9 *An punctum generari & corrumpi valeat.* 169
10 *An idem nunc vel inſtans ſit in toto tempore.* 172

Dilu-

Dilucidationes in quartum librum.

1 AN ens ſit vniuocum, vel æquiuocum. 178
2 Vtrum negatio habeat diſtinctam formalitatē ab affirmatione, cui opponitur. 190
3 Num ens & vnum ſignificent eandem naturam. 195
4 An exiſtentia diſtinguatur re ab eſſentia in alijs à Deo. 206
5 An ſubiectum logicę ſit ens rationis. 220
6 Vtrum iſtud principium (impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe) ſit ſimpliciter primū. 227
7 Vtrum iſtud principium (impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe) ſit firmiſsimum, & notiſsimum. 230
8 Num inter contradictoria reperiatur medium. 234

Dilucidationes in quintum librum.

1 AN finis ſit principium. 238
2 Vtrum vnius effectus ſint plures cauſæ per ſe. 242
3 Vtrum cauſa particularis in actu ſit ſimul cum effectu, vel non. 246
4 Num materia prima ſit elementum. 250
5 An neceſſaria poſſint habere cauſam effectiuam. 254
6 An materia ſit principium indiuiduationis rerum materialium. 260
7 An ſecunda diuiſio vnius, quæ dicitur logica, ſit rationi conſentanea. 271
8 An ens diſtinguatur in decem prædicamenta ſecundum diuerſos modos prædicandi. 276
9 Vtrum poſsibile ſit duo accidentia differentia tantum numero eſſe in eodem ſubiecto. 281
10 Num hæc ſit ratio communis & proprie aſſignata de priori, ſcilicet, prius eſt quod eſt principio propinquius. 286
11 An propria ratio quantitatis ſecundum quod eſt genus generaliſsimum, ſit diuiſibilitas. 290
12 Vtrum tempus ſit idem cum motu realiter. 299
13 Vtrum Philoſophus conuenienter aſſignauerit tres modos relatiuorum. 301
14 An primus modus relatiuorum ſit rationi conſentaneus. 304
15 Vtrum ſecundus modus relatiuorum ſit bene aſsignatus ab Ariſt. 306
16 Num tertius modus relatiuorum ſit recte ab Ariſt. traditus. 308
17 An tertius modus relatiuorum diſtinguatur à duobus primis. 310
18 An vnum & idem poſsit referri ad duo, vel ad plura per ſe. 312
19 Vtrum relatio diſtinguatur à fundamento. 315

Dilucidationes in ſextum librum.

1 VTrum ſcientia practica ſortiatur ſuum eſſe practicum ex fine, vel ex obiecto. 322
2 Num practicum & ſpeculatiuum ſint differentiæ eſſentiales ipſius ſcientiæ in communi. 326
3 Num hæc diuiſio in tres theoricas ſcientias ſit congrua. 329
4 Vtrum de ente per accidens poſsit eſſe ſcientia. 335
5 An verum debeat à metaphy. conſiderari vel à logico. 342

Dilucidationes in ſeptimum librum.

1 NVM inhærentia ſit de eſſentia accidentis. 347
2 Num ſubſtantia ſit prior tempore & natura omnibus accidentibus. 352
3 Vtrum ſubſtantia cadat in definitionem cuiuſcunque accidentis. 356
4 An ſubſtantia ſit primum omnium entium in cognitione noſtra. 360
5 Vtrum forma ſit prior materia & compoſito, & magis ens vtroque. 363
6 Vtrum materia ſit ens. 369
7 Vtrum quodquid eſt ſit idem cum eo cuius eſt. 372
8 An genita ex putri materia & ex propagatione ſint eiuſdem naturę ſpecificæ. 376
9 An compoſitum ex materia & forma per ſe primo generetur. 382
10 Vtrum ratio hic ab Ariſt. adducta concludat contra Platonem. 385
11 An materia rerum naturalium ſit aliquid formæ generandæ coagēs ad generationem compoſiti, vel aliquid, quod ſit tranſmutabile in formam. 388
12 An materia ſit pars quidditatis. 391

13 Vtrum

13 *Vtrum ſingularia ſint intelligibilia ab intellectu.* 397
14 *Num conceptus generis, ſit alius à conceptu ſpeciei.* 402
15 *An differentia diuiſiua generis inferioris includat formaliter ſuperiores.* 407
16 *An vniuerſale ſit aliquid in rebus.* 411
17 *Num diſtinctio partium òrganicarum animalis ſit per plures formas ſubſtantiales realiter, aut ſpecifice diſtinctas.* 417
18 *Vtrum compoſitum per ſe vnum dicat formaliter aliquam entitatem diſtinctam realiter ab entitate partium.* 422

Dilucidationes in octauum librum.

1 *Vtrum in motu alterationis oporteat manere idem ſubiectum ſimpliciter ſub vtroque terminorum.* 429
2 *Vtrum ad formatione corporis prolis mater actiue aliquid cooperetur, vel nõ.* 432
3 *Num in omni generatione, & corruptione ſimpliciter fiat reſolutio vſque ad materiam primam.* 437
4 *Vtrum ſubſtantia corporis ſempiterni, puta, cæli ſit vere compoſita ex materia & forma.* 441
5 *Vtrum accidens ſit compoſitum ex partibus eſſentialiter diſtinctis.* 450
6 *Vtrum in quidditate formarum naturalium ſuſcipientium magis & minus ſit dare gradus eſſentiales intrinſecos, ſecundum quos ipſa ſuſcipiat magis & minus.* 455
7 *Vtrum ex materia & forma conſtituatur vnum per ſe.* 464

Dilucidationes in nonum librum.

1 *Vtrum aliquid poſsit moueri à ſeipſo.* 468
2 *An differentia aſsignata inter potentias rationales & irrationales ſit conueniens, ſcilicet quòd illæ ſint oppoſitorum, hæ vero non.* 476
3 *Vtrum verum ſit, quod actus ſit prior potentia ſecundum rationem.* 481
4 *Vtrum actio ſit in paſſo vel in agente tanquam in ſubiecto.* 485

Dilucidationes in decimum librum.

1 *Quæritur, quæ ſit illa ſubſtantia vna, quæ eſt prima & menſura omnium ſubſtantiarum.* 492
2 *An vnum & multa opponantur, & quomodo.* 497
3 *Vtrum diuiſibile ſit prius indiuiſibili ſecundum rationem.* 501
4 *Vtrum ſit poſsibilis tranſmutatio à priuatione ad habitum.* 503
5 *Vtrum media ſint vere compoſita ex extremis.* 508
6 *An formalis repugnantia, quæ eſt inter formas ſubſtantiales ſit repugantia contrarietatis.* 513
7 *Vtrum corruptibile & incorruptibile differant genere.* 518

Dilucidatio vnica in vndecimum librum.

1 *An generatio & corruptio ſint mutationes ſucceſsiuæ.* 525

Dilucidationes in duodecimum librum.

1 *Num productio cuiuſcunque formæ ſit vniuoca.* 541
2 *An ex verbis huius textus poſsit ſumi animam eſſe immortalem.* 545
3 *An primum cælum immediate moueatur à primo principio, quod eſt Deus.* 562
4 *An intelligentiæ ſint infinitę virtutis ſecundum Ariſt.* 564
5 *Vtrum intellectus primi motoris intelligat aliud à ſe.* 571
6 *An principatui vniuerſi præſit tantum vnus princeps Deus.* 581
7 *An Deus habeat prouidentiam rerum omnium.* 591

PRÆ-

DILVCIDATIONES IN XII. LIB. PRIMAE PHILOSOPHIAE ARIST.

F. MATTHIAE GIBONIS AQVARII ORD. PRAED. S. Theologię Magiſtri, & in almæ Vrbis Gymnaſio profeſſoris.

PRAEFATIO.

QVanquam contrariæ ſępe inter ſe ſententiæ amicorum eſſe ſolent, non tamen fit, vt eorum animi adinuicem diſſentiant, ſed idē amicitiæ uinculum, ac ſocietas maxime retineatur. Nemo enim eſt qui non videat veritatē ipſam amicis omnibus præponendam eſſe. Quamobrē de moribus Ariſt. dixit, cum aduerſus Platonē præceptorē diſputaret, pro veritatis patrocinio, propria etiā impugnanda eſſe, & quòd veritas cæteris omnibus pręferenda ſit. Ego igitur cum in publico Neapolitano Gymnaſio libros primæ philoſophiæ Ariſt. olim interpretandos ſuſceperim, illud vnum ſemper ante oculos habui, vt veritatem indagarem: quòd ſi inter legendum ſcriptores aliquos licet grauiſſimos confutare viſus ſum, id non inanis glorię cupiditate, nec alios corrigendi, aut eis contradicendi ſtudio feci; ſed maximo veritatis amore ductus, quam inquirere ſuauiſſimum eſt. Nec forte hác prouinciam aggreſſus eſſem, licet honeſtiſſimam, niſi complures doctiſſimi viri, mihi occaſionem præbuiſſent, qui nihil dixiſſe videntur, niſi S. Thomam carpſerint. Id igitur fuit meum inſtitutum, hæc mens, hic animus, veritatē ipſam inquirere, & S. Thom. ſummum veritatis amatorem ab Aduerſariorum calumniis pro viribus defendere: propterea non textuum expoſitionem, ſed controuerſias doctorum iuxta eius principia dilucidādo proſecutus ſum: quod ſi dum eorum dicta infringo, cuipiam videbor à vero receſſiſſe modo, veritati conſonas rationes afferat, libentiſſime quieſcam. Nec me latet quàmplurimos doctiſsimos viros inter Thomiſtas inſignes tam ſubtiliter & copioſe hac de re diſseruiſſe, vt hi, quos ſuſcepimus labores, ſuperuacanei videātur: verùm quia poſt hos non defuerunt quàm plurimi Recentiores, qui nouos conatus in S. Thom. fecerunt: & quia hoc eſſe ſolet lectorum munus, vt falſis aliorū ſententiis exploſis, atque reiectis, veritatem exponant, tùm quia hęc eſt veritatis natura, atque conditio, vt à quouis pręd icari debeat, muneris mei partes eſſe exiſtimaui, horum ſentētias reiicere, & veritatem indagare. His igitur de cauſis in hanc palęſtram deſcendere auſus ſum, vtq. promiſsis ſtarem, ſiquidē hoc opus fueram pollicitus in Franciſci Ferrarienſis annotationibus meis, & quia id ipſum multi efflagitabant. Quamobrē cum cōmuni vtilitati cōſulamus, hos labores noſtros, etſi non inſignes, animi ſaltē, quo prodeſſe cupimus, propēſionē accipite.

PRAE-

PRAELECTIO.

SI Diuinam ſcientiã traditurus Ariſtoteles id ſibi initium ſumendum cenſuit, omnes homines ſciendi cupiditate teneri, non inepte facturus videbor, ſi lectionum, explanationumq́; mearum, quas in eam allaturus ſum, principiũ non aliunde deduxero. Monet enim me ſedes hæc Peripateticorum pleniſsima. Monet antiqua conſuetudo, atque à priſcis huius celeberrimæ Academiæ moderatoribus optime ac ſapienter ſancita lex, longoq́; vſu recepta, vt qui in ea ad alicuius facultatis publicum munus fuiſſent electi, eam in primis facultatem celebrarent oratione, quam maxime profiterentur, & iuuentutis animos ad eandem toto pectore inflammarent. Quod ante quam faciam, aut pro more floventiſsimam hanc ſedem celebrem, facile patior veniam mihi dari, ſi argumenti magnitudini, ſi auguſtiſsimo huic loco, ſi veſtræ de me expectationi conceptę, ſi denique deſiderio meo non plane ſatiſfecero. Arduum ſiquidem eſt ac perdifficile apud eos dicere, qui peripateticis inſtitutis aſſueti nihil niſi ex Ariſt. fontibus volunt hauriri. Conabor tamen patientia veſtra ac humanitate fretus in primis ſcientiam, hanc tum ipſius Auctorem commendare. Quæcunque natura conſtant proprijs quibuſdam muneribus prædita eſſe cernimus, in quæ ſua ſponte ferantur. Cœlum perpetua reuolutione agitatum orbicularem formam initioque fineque carentem ſortitum eſt, ne vi aliqua agi, ſed ſua ſponte circumuolui perpetuo poſsit. In his vero inferioribus partes illæ tenuiores, quaſi cæleſtis naturæ vicinia gaudentes ad ſumma feruntur. Et craſsiores ſuperioribus relictis locis ad imas debitas ſibi huius vniuerſitatis partes ſuo impetu, nullaq́; vi coactę delabuntur. Quod vt in ſingulis quibuſq́; naturis facile eſt animaduertere, ita longius proſequi difficillimum, & à re noſtra penitus alienum. Ita igitur hominem ad ſcientias natum intelligimus, vt naturarum omnium vires cõplexus, nihil ſit, cuius ille ſciendi auiditate non capiatur. Idcirco enim ſagax natura omnia, quæ in ſingulis rerum generibus uage varieque diſperſerat, in vnum hominem collegit, vt ſenſibus externis interniſq́; cognoſcendi viribus prȩditus non modo prȩſentia cognoſceret, ſed prȩteritorum eſſet memor, ac futura etiam quoquo modo prȩuideret. Non abſurda igitur videri debuit antiquiſſima veterum opinio, licet præter communem omnium ſententiã haberetur, aſſerentium, humanum animũ omnia eſſe, quod etiam aliquando expoſuit Ariſtot. cum ipſum affirmauerit omnium formas excipere, atque cognoſcere. Quid igitur miramur, ſi nos ipſi tanta auiditate in rerum tum humanarum, tũ diuinarum cognitionem rapiamur, tantiſq́; voluptatibus oblectamur, dum rerum naturalium cauſas inueſtigamus, aut hanc ſagacis naturȩ artem, cum ad hoc vnum à natura facti ſimus, ac formati? Sunt autẽ multa quȩ in natura admiremur, ſed artificis prȩſertim artẽ, quȩ ſingulis in partibus relucet. Vnde extitit Heracliti dictum, qui cum forte ad piſtorem diuertiſſet, quò alij accedere loci humilitate non audebant, iuſſit eos alacriter ingredi, aſſerens & quidem eo in loco Deum eſſe immortalem; ſi igitur in rebus omnibus iucundiſſima quædam contemplatio eſt, cum ad ſupremam illam, diuinamq́; rerum omnium cauſam peruenerimus, quantis cumulabimur voluptatibus? tunc primum ſapientis nomen adipiſcemur, tunc finẽ, quem nobis natura perſcripſit quoquomodo attingemus, tũc quaſi diuinis mentibus aggregatus animus rebus mortalibus abiectis feliciſſimus erit. Unde Poeta ille cecinit.

Primo de partibus animal. Cap. 5.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.
Atque metas omnes & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis auari.

Meminiſtis præterea viri doctiſſimi Anaxagorȩ ſententiam, qui cum omnia ſimul diceret commixta fuiſſe, vnum tamen intellectũ ab omnibus ſegregauit, qui cuncta diſtingueret. Quæ nis non triformis, ſed vna omnino atque ſuprema infima peruagatur, profunda terrarum penetrat, vaſtiſſima maria luſtrat, immenſoſq́; cœli orbes metitur, atque contemplatur.

Defectus ſolis varios, lunæque labores,
Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcunt,
Obijcibus ruptis; rurſuſque in ſeipſa reſidant.
Quid tantum Oceano properent ſe condere ſoles
Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Cur enim mihi vti non liceat Poetæ præſtantiſſimi, atque doctiſſimi verſibus? Itaque ſapiens cœleſtium orbium motiones, atque hanc vniuerſitatem quaſi mortalis vnus moderari ac regere videbitur, immo vero diuinarũ mentium ſocius factus earum videbitur felicitatem imitari, non amplius

ſenſibus

ſenſibus his rebus detentus, ſed totus in diuinis infixus, quæ ſui gratia ſunt. Propterea id nobis mortalibus Deos immortales inuidere poſſe, ſcripſit Simonides, quia à rerũ mortalium cõditione tria illæ recedere videbantur, felicitas, libertas, rerumque poteſtas, quæ ſecum quaſi comites ducit ſapientia. Quę quidem vt diu fuerat à philoſophis deſiderata, ita ab uno Ariſt. explicata eſt. Hic vnus viſus eſt naturę indagator, nec ſolum philoſophus, ideſt ſapientiæ ſtudioſus, ſed vere ſapiens, primuſq; inter philoſophos exiſtimatur. Qui vero ante ipſum fuere, ſtudioſi quidẽ ſapiẽtię dici poſſunt, nõ tamen vere ſapientes. Teſtãtur Platonis ſpecies, Pythagoręorũ numeri, Anaxagoræ mixtio, Democriti inane & indiuidua corpora, Et fictæ illa Epicuri in infinito deſcenſu athomorũ declinationes. Verum quid immoror in horum philoſophorum erroribus numerandis: cum illi non ſecus ac milites minime exercitati fuerint, qui ſi premãtur ab hoſtibus nõ arte, ſed caſu ſe tuentur, ignari rationis ſciendi, quam vnus Ariſt. potuit non modo veteres, ſed poſteros docuiſſe.

Quo loco latiſſimus mihi ſeſe aperit dicendi campus, vt quoniam de ſapientia dixi, de eiuſdem auctore vberius dicam. Sed quis eſt qui id aſſequi poſſit? Quis explicet quantum ille de ſtudioſis philoſophię benemeritus ſit? ſed placet pauca quędam inſtar apum, quæ floribus inſidentes, ſumma deguſtare ſolent, pro temporum anguſtijs delibare. Nullum igitur literarum genus eſt, quod non excoluerit diuinum illud ingenium Ariſt. Scripſit enim in primis de Poetica, verſuſq; plurimos cecinit, qui temporum iniuria perierunt. Scripſit de Rhetorica, quam tunc primum naſcentem, nec dum formatam inuenit, nihil enim adhuc de ea traditũ fuerat arte. Nihil de inuentione enthymematum ſcriptum fuerat, ſed ſolum exigua quædam pars de mouendis affectibus, natura magis quàm arte obſeruata. Ariſt. vero ita de eius ſingulis partibus diſſeruit, vt merito tunc primum artis nomen habere cęperit. Cui quidem poſteri quanquam eloquentiſſimi, exiguum ſane quid addere potuerunt. Marcus Tullius maximus dicendi artifex, cum longo dicendi vſu ac diligenti obſeruatione nonnulla in eã artem collegiſſet, non aliunde commendari magis poſſe iudicauit, quàm ſi ſe Ariſtotelica pigmenta penitus conſumpſiſſe affirmaret. Et ad Trebatium ſcribens genus dicendi Ariſt. maxime commendauit, putauitq; eos vehementer arguendos eſſe, qui eius dicendi incredibili ſuauitate, & copia non allicerentur.

Sed ne plura de hac facultate dicam reuocat me, & quaſi arguit noſtræ ſpeculationis inſtitutum, ad quam maxime dialectica facit. Quamuis enim benedicendi vis omnibus diſciplinis neceſſaria ſit, & ab Ariſt. dialecticę ęquipollens, à Cicerone autem altera ex parte correſpõdens appelletur, quia communia quædam ſectatur, longe tamen ad philoſophiæ ac ſapientiæ ſtudium facit ipſa dialectica. Hæc enim eſt bipartita, cuius altera pars ad topicam, ideſt inuentiuam, & in vtranque partẽ diſputatricẽ, altera vero dicitur proprie logica, ſiue analytica, quæ tota verſatur in ſciẽdi ratione, ex qua vniuerſa pendet philoſophia. Docet enim quę ratiocinatio vera ſit, quæ falſa, & vtriuſque differentias, principia & cauſas, atque Ariſt. vtranque ita tractauit, vt nihil ſiue ad inueniendi, ſiue ad iudicandi artem neceſſarium deſiderari poſſit. Et vtriuſque inuentio Ariſtoteli tribuenda eſt, & abſolutio, cuius vſque ad ea tempora nihil ante fuerat traditum, niſi quidam ſermones, vt qui eũ ſecuti nõ ſunt, & ab eius veſtigijs receſſerunt, nihil niſi tenebras attulerint, quod cũ ipſe animaduertiſſet modeſte ſane de ſe locutus dixit, maximas ob id gratias à poſteris ſibi deberi. Videbat enim ſe arma paraſſe, quibus ſtudioſi philoſophię veterum errores penitus tollerent, ſuperatiſq; difficultatibus glorioſiſſimũ agerent de ſcientijs triumphum. Ac qui artem docuit, potuit etiam, vt mens illa Anaxagorę, in ſua genera partiri rerum ſcientiam vniuerſam. Itaque numquam ſic diſſimilis, maxima grauitate et copia diſputat de moribus, de virtutibus, de ciuitatibus, familijſq; regendis. Quę omnia vt vniuerſo orbi terrarum gratiſſima ſunt, ita maxime neceſſaria iudicantur, cum ijs humana omnis ciuiliſq; vita regatur, & gubernetur.

Verum hac parte relicta, ne longior ſim quàm oportet, ad alterã veniã, quæ de natura eſt, omnia enim naturę arcana, quę in eius ſinu abdita latebant, ita explicauit, vt mirum ſit quibus oculis ea videre potuerit, & quibus viribus quaſi Athlante maior tantam rerum molem verſare. Non igitur immerito ſapiens omnibus dominari dicebatur. Ille vero in tanta rerum multitudine & varietate, quo ordine, qua methodo, quo procedendi modo vſus eſt? Nihil ille temere, nihil ſine ratione aſſerit, omnia in certa genera diſtinguens, quę motioni obnoxia ſunt ab immobilibus ſegregans, illa quidem naturalia vocans, quod natura motus principium ſit eius in quo eſt, alia diuina, priora ad phyſicam trãsferens, poſteriora ad diuinam philoſophiam traducens. Iure igitur optimo prius de naturalibus vt notioribus egit, vt his quaſi quibuſdam gradibus ad diuina animus aſcenderet, quę metaphyſica inſcripta ſunt, quòd naturalem ſcientiam conſequerentur.

Multa quidem & longe maiora mihi dicenda ſuperſunt, vt vos ipſi videtis viri ſapientiſſimi, ſed quid ego ſingula proſequor, qui poſſim tanti viri laudes his temporum anguſtijs concludere? Nam ſi Herculis laudes celebraturo, Lacedæmonios reſpondiſſe legitur neminem fuiſſe, qui de Hercule bene ſen-

ne ſen-

ne ſentire negaret, & qui non eum coleret. id mihi quoq; Ariſtotelẽ celebranti reſponderi poſſe arbitror: attamen pauca quędam de eo prætermittenda non eſſe duxi. Fuit igitur natione Græcus & non modo ſingulare decus Græciæ, ſed eximium orbis terrarum ornamentum, patria Stagirita, quod oppidum cæteroquin perſe obſcurum, & ignobile, & pene dirutum, ac euerſum, Alexander Magnus Ariſtoteli gratificaturus inſtaurari & ornari iuſsit; & hoc pp eximiã eius doctrinã, quæ eſt proprior veritati, & ab errorũ ſordibus purior, atq; remotior, vberior, ornatior, neruoſior, quæ per multos annos olim iacuit inculta, & deſerta, vel iniuria temporum, vel hominum negligentia: ſed cum primum ſplendor eius mortalibus effulſit, rapuit ad ſe omnium animos, ſtudiaque conuertit, & ita exculta & illuſtrata eſt commentarijs multorum, qui ad explanandum Ariſt. maxima ingenia, ſumma ſtudia; acerrima iudicia, multarumque rerum copiam & ſcientiam attulerunt, vt reiectis alijs philoſophis, vnus iamdiu floreat & regnet Ariſt. vnus cunctis pene hominibus ſit in honore & delitiis, vnum deniq; hunc ceu ducem, et auctorem ſequantur quicunq; ſe ad philoſophię, bonarumq; artiũ ſtudia dediderũt. Verum hæc pauca mihi dicenda videbantur de Ariſt. vt inde lectionum mearum, & initia, & ornamenta ſumerentur. Hortabatur etiam me huius ciuitatis nobiliſſimæ inſtitutum, quę philoſophię ſtudioſis tanti viri monumenta publice legi voluit, idque antiquo more firmauit, vt aliqua oratio haberetur, qua adoleſcentes magis ad philoſophiæ ſtudia accenderentur; & inſtruerentur, atq; ſtudiorum curſu ad hanc digniſſimam ſapientię nomine philoſophiam peruenire poſſent, quę ſcientiarum perfectiſſima eſt, & ſubtiliſſimis plena difficultatibus. Quod ſi inanis gloriæ cupidi tot adeunt pericula, tot ſuſtinent dolores, vt è bello victoriã, aut coronam reportent, vobis qui rerum ſubtiliſſimarum contemplationi operam nauatis, quot labores eſſent ſuſcipiendi? non vt inanem gloriam, ſed vt philoſophiam omnium bonorum matrem adipiſcamini: veſtra certe gloria firma, ac perpetua futura eſt, qui rerum altiſſimarum cognitionem quęritis.

Huius amore allecti plurimi, maximam operam nauarunt, partim in expoſitione verborum, partim in diſputationibus occupati. Sed eorum qui extant ex Græcis maximum illum Peripateticum habemus Alexandrum Aphrodiſæum, à quo olim Alexandræi vocabantur, qui Ariſtotelis doctrinã profiterentur, quòd hic vnus videretur verborum Ariſt. ſenſum tenuiſſe. Sunt tamen qui negẽt hęc, quæ in hos libros extant, cõmentaria illius eſſe, quòd Alexandro reſpondere aliquãdo non videãtur. Ex Arabicis autem clariſſimum illum Auerroem Commentatoris nomen ſuis temporibus non immerito adeptum, à quo Auerroiſtæ nuncupati, qui tunc Ariſt. eruditionem ſectarentur; cui ex latinis Magni nominis ſuccedit Albertus ille Alemanus, qui ſuo ingenio & doctrinę copia vniuerſam philoſophiam ditaſſe viſus eſt. Quem inſequitur S. Thom. omnibus proponendus, Expoſitoris nomen meritò conſecutus, vir de Philoſophiæ ſtudioſis optime meritus, qui ſuis expoſitionibus nullam non illuſtrauit philoſophiæ partem: tanta enim ſuę doctrinę facilitate, clariſsimoq; ingenio lucem attulit Ariſtotelicis libris, alioquin apud Latinos eo tẽpore obſcuriſsimis, vt doctiſsimus ille Picus ſuſpiciens Virum, ac admiratus, affirmandum non dubitauerit, vnum Thomam Aquinatem feciſſe, vt Ariſtot. qui tunc apud latinos, aut mutus, aut ignotę linguę videbatur, vocem clariſſimam in ſcholis emitteret, ac ita loqueretur vt intelligi poſſet. Adeſt & doctiſſimus Egidius Romanus fundatiſſimus, ac præclariſſimus doctor Bituricenſis Archiepiſcopus, & S. Thomæ diſcipulus, cuius in multas philoſophiæ partes numquam ſatis laudati, & in hanc quidem non contemnẽdi extant labores. Nuper etiam exiuit in lucem quędam dilucidiſſima expoſitio huius diuinę ſapiẽtię Alexandro Alenſi falsò attributa, cũ eius legitimus Auctor fuerit Alexãder de Alexandria Frã-
XII. Huius Diluc. ſeptima. ciſcanus, qui poſt S. Thomam multos annos floruiſſe commemoratur, vt inferius & rationibus probabimus, & auctoritate oſtendemus. Eſt quoque Ioannes Scotus non prætermittendus vir acie ingenij inſignis & notiſsimus, qui ob genus diſputandi acutum & ſubtile, inter huius ſcientię diuinę profeſſores viſus eſt nonnullis aliquando palmam tuliſſe. Sic & probatiſſimus ille Doctor Ioannes Bachonus Auerroiſtarum princeps, & Carmelitarum ordinis decus, cuius labores in his metaphyſicis libris prælo adhuc non ſunt mandati. ſed manuſcripti ſeruantur. Sunt & poſteriores non indocti, nec ignobiles viri, vt Ioannes de Ianduno, Auguſtinus Sueſſanus, Dominicus de Flandria, & vtriuſque linguæ doctiſſimus Petrus Fonſeca Societatis IESV, & multi alij, quos proſequi longius difficile eſſet, in quibus ſemper aliquid deſideratur. Ego autẽ (vt verũ fatear, & de me aliquid dicam) nullius addictus iuraui in verba Magiſtri: vnus tamen nobis Magiſter erit Ariſtoteles, ex cuius doctrina quęſtiones, difficultates, & cõtrouerſias tractabimus, ſoluemus, & determinabimus: alijs autem vt huius magiſtri diſcipulis & ſectatoribus vtemur, quibus tantum nos aſſentiemur, quantum ipſi in philoſophia negotio, & à philoſopho magiſtro philoſophorum Ariſt. non diſſentient. Faueat igitur cęptis ille, qui veram ſapientiam docere, & veram fęlicitatem elargiri poteſt D. N. Ieſus Chriſtus, idemq;, quoniam ego non poſſum tanto veſtro beneficio reſpondere, quod in votis eſt veſtris, impertiatur. Dixi.

DILVCIDATIO PRIMA,

In primum Librum Metaphyſicæ.

AN ENS INQVANTVM ENS ſit ſubiectum huius ſcientiæ?

C QVI DE PRIMA philoſophia ſubtiliter diſputare ſolent, poſt eorum prologum, in quo S.Tho. carpunt de illa triplici demonſtratione adducta, qua à priori & theologicè probat omnes homines natura ſcire deſiderare, mouent quęſitum de ſubiecto, & poſtqnam introduxerunt nobilitatem ipſius metaphyſ. qnantum ad ea, quę amplectitur: quia de omnibus ſermonem facit; iuxta illud dictum Ariſt. in prologo: Sapientis eſt omnia ſcire: quantum etiam ad influxum, quem in omnibus ſcientijs habet; ipſa enim probat principia omnium ſcientiarũ; vt docet Ariſt. 4. huius: quantum etiam ad Tex. 10.
efficaciam, quia ſine aliqua deceptione, & veraciter de omnibus inquirit, diſtinguendo terminos, qnibus vtuntur omnes ſcientię, vt patet ex eodem Ariſt. 5. Me Per totum.
taphy. & quantum ad eminentiam, quia ipſa eſt princeps & regina ſcientiarũ omnium, cum
ſit maxime intellectualis, & vt habet philoſophus 1. polytic. homines, qui ſunt robuſti corpo Cap. 3.
re, & intellectu deficiẽtes ſunt naturaliter ſerui; intellectu vero vigentes ſunt naturaliter rectores & domini aliorum: propterea inquiunt, quòd metaph. eſt perfectior, ſublimior, & iucundior omnibus alijs ſcientijs, cum ducat intellectum hominis ad quidditates primarũ cauſarum cognoſcendas: mouent etiã quęſitum; num ens ſimpliciter ſnmptum, quod eſt commune Deo & creaturis ſit ſcientię metaphyſi. ſubiectum primum primitate adęquationis? & re-
D ſpondendo tres conglutinant articulos. In primo declarant titulũ quęſiti declarando tres terminos, quorum primus eſt ly ſimpliciter: ſecundus ly commune Deo & creaturis: tertius ly
primum primitate adęquationis. Contra quos ſic arguo: primo, quia ſunt diminuti, cum non Reprehendũ
declarent omnes terminos poſitos in quęſtione, & tenentur de neceſsitate illi, qui clariſsime tur qui dimi
profitentur ſe loqui in quęſito, vt ipſi pręſumũt, nam ponunt etiam in titulo ly ens, & ly ſcien nute loquun
tiam metaphyſicã, & ly ſubiectũ, & nullam de iſtis terminis mentionem faciunt. Secũdo, male tur.
etiam declararunt omnes tres terminos ab ipſis aſſumptos, vt patet ex hoc aduerbio ſimpliciter: quod, cum multipliciter capi poſsit, non diſtinxerunt quibus modis capiatur, quod erat
faciendum: propterea Ariſt. 2. lib. top. dixit, ipſum ſumi vno modo, prout diſtinguitur contra Simpliciter multifariam
per accidens, aſſerens, ſimpliciter dico, quod ſine addito dico, & ſic demonſtratio quia, eſt de- dicitur.
monſtratio ſimpliciter, cum non ſit demonſtratio per accidens. Secundo modo capitur ly ſim- Cap. 3.
pliciter, quod idem eſt, quod perfectiſsime in ſuperlatino gradu, & ſic tantum demonſtratio propter quid, dicitur demonſtratio ſimpliciter, quia facit ſcire perfectiſsimo modo, demonſtratio quia, non facit ſcire ſimpliciter ideſt perfectiſsime. Tertio modo capitur ſimpliciter, pront idem eſt, quod abſolute, quomodo dicimus hominem eſſe perfectiorẽ leone, ideſt ſimpliciter & abſolute, quia quantum ad aliquid leo eſt perfectior homine, puta quantum ad for-

titudinem . Quarto modo capitur ly ſimpliciter, prout idem eſt, quod pluribus modis, vt di- A
Cap. de genere. xit Porphy. in prędicab. Genus & ſpecies non videntur ſimpliciter dici, quia vtrumque plu-
ribus modis dicitur. Quinto capitur ly ſimpliciter, quod idem eſt, quod non contracte, vt di-
citur in lib. prio. ſyllogiſmus ſimpliciter dictus, ideſt non contractus ad aliquam materiam, pu
ta neceſſariam vel probabilem aut ſophyſticam, ſed abſtractus ab omnibus huiuſmodi mate-
rijs; & hoc modo capitur in pręſenti diſputatione ens ſimpliciter, ideſt ens abſtractũ ab om-
nibus naturis num. ſit ſubiectum in metaphyſica? Defecerunt in explicatione iſtius ter-
mini, ſicut etiam in explicatione ſecundi termini quantum ad duo. primum, quia ponunt, ꝙ
ens commune Deo & creaturis intelligendum eſt eſſe adæquatum ſubiectum, & tamen dere-
In principio. Lect. 1. linquunt ens rationis & ens per accidens; de quibus etiam Ariſt. tractat 6. metaphy. Et licet
aliquis dicere poſſit, quòd Ariſt. excludit hæc à conſideratione ſua. Ad hanc dubitationem
reſpondet S. Th. in principio huius ſexti; quòd licet excludat à principali conſideratione, nõ
tamen à ſecundaria conſideratione; & ideo ly commune nõ debet intelligi tantum prout eſt
commune Deo & creaturis, ſed prout eſt commune etiam enti reali & enti rationis, enti per
ſe & enti per accidens; quod tamen non dixerunt, iccirco errarunt. Defecerunt etiam quoad B
ſecundum, quia ponunt ens prima diuiſione diuidi per ens finitum & ens infinitum; & ens
finitum poſtea diuidi ſecunda diuiſione per decem prędicamenta. Hanc eandem opinionẽ
ponit quidam alius Doctor in prima ſua quæſtione ſub alijs terminis, quòd ens prima diui-
ſione diuiditur per quantum & non quantum, & per quantum intelligit quantitatem virtu-
q. 11. art. 2. tis & non molis. Hæc poſitio eſt contra S. Tho. 1. p. ſummæ ſuæ, vbi ponit primam diui-
ſionem entis eſſe per vnum & multa; quia illud, quod primo cadit in intellectu, eſt ens, vt do-
Doctrina vera thomiſtica circa diuiſionẽ entis. cet Auicen. in ſua metaphyſi. ſecundo cadit in intellectu, quòd hoc ens non eſt illud, & ſic
appręhendimus diuiſionem. tertio in intellectu cadit ipſum vnum. quarto apprehendi-
mus multitudinem, & ſic prima diuiſio eſt per vnum & multa. Et quòd hæc ſit rei veritas,
probo ſupponendo vnum dictum commune, quòd modo non loquimur de prima diuiſione
adæquationis, quia hæc poterit eſſe per actum & potentiam; per ſubſtantiam & accidens; &
per quantum & non quantum; ſiue finitum & infinitum: ſed loquimur quæ diuiſio
ſit prima & eſſentialior enti. Hoc ſtante arguo quadrupliciter. primo ex parte infiniti. ſecũ
do ex parte finiti. tertio ex parte vnius. quarto ex parte continentis. Ex parte infiniti arguo, C
ſupponendo vnum dictum iſtorum, quòd infinitas eſt modus intrinſecus, & diſtinguitur ex
natura rei ab ipſo ente: nunc ſic, quod diſtinguitur ex natura rei ab ente eſt poſterius ipſo en-
te; ſed infinitas diſtinguitur ex natura rei tamquàm modus quidam ab ipſo ente: ergo infini-
tas eſt poſterior ente: nunc ſic, in illo priori ens vel eſt diuiſum vel indiuiſum; quidquid dica-
tur ſequitur prius eſſe vnum & multa, quàm finitum & infinitum: ergo &c. & hoc argumentũ
eſt validiſſimum. Nec valet reſponſio cuiuſdam, quòd infinitum diſtinguitur negatiue ab en-
te, non autem poſitiue: nam quomodocumque diſtinguatur ſemper concludit argumentum
ens eſſe vnum aut multa, priusquàm finitum & infinitum, qui ſunt modi; quia ſemper modus
Tex. 22. ſequitur rem. Ex parte finiti arguo ſic, Ariſt. 5. metaphy. vocat definitionem terminum, qui
Definitio quomodo ẽ terminus. terminus eſt differentia vltima: nunc ſic, omne, quod definitur, prius eſt vnum in ſe, quàm ac-
quirat vltimam differentiam: ergo prius rebus omnibus conuenit vnitas, quàm finitas. Nec
etiam valet reſponſio, quòd ante vltimam differentiã eſt quantitas virtualis; quia ſicuti quan-
titas molis, vt ipſe argumentatur ad oppoſitum, ſupponit ſubſtantiam & vnitatem ſubſtantiæ,
ita quantitas virtualis ſupponit quodcumque ens & vnitatem entis, & ſic prior erit diuiſio D
per vnum & multa, quàm per finitum & infinitum. Ex parte vnius ſic arguitur; illud, quod
eſt tranſcendens & conuertitur cum ente, eſt intimius enti & eſſentialius, quàm illud, quod
non eſt tranſcendens: ſed vnitas eſt traſcendens, finitas & infinitas non: ergo &c. probatur de
infinito, quia infinitum tantum vni competit, vnitas vero tranſcendens competit pluribus: er-
Finitum & infinitũ quæ paſſio ſit. go ſequitur, quòd vnitas eſt prior finitate & infinitate. Nec valet reſponſio, quòd cum
finitum & infinitum ſint paſſiones diſiunctæ, ſunt etiam tranſcendentia; quia licet vt diſiũctæ
ſint paſſiones trãſcendentes, non tamen ſimpliciter; quia infinitum tantum vni competit, ſci-
licet Deo, & finitum competit tantum creaturis, vnitas vero competit Deo & creaturis. Ex par
te continentis ſic argumentor, illud, quod continet plures perfectiones, prius eſt vnum, quàm
contineat perfectiones illas; ſed infinitum continet plures perfectiones: ergo prius ipſum in-
finitum eſt vnum, quàm habeat continentiam illarum perfectionum: quia diſtinguuntur per-
fectiones illæ ex natura rei ſecundum eos in ipſo Deo. Nec valet quod dicit quidam ipſorũ,
quòd perfectiones illæ formaliter & negatiue diſtinguuntur; quia quomodocumque diuinæ
perfectiones diſtinguantur in Deo, ſemper ſupponunt vnitatem aut multitudinem. Eſt etiam

hæc po-

A hęc poſitio contra Auer. qui non ponit ens infinitum reperiri poſſe in rerum natura, niſi ex-
tenſiue; ergo ens non poteſt diuidi per finitum & infinitum, cum infinitas ſecundum Auerr.
non ſit reperibilis in ente. Eſt etiam contra Scotum 1. ſenten. vbi ponit diuinas relationes non Diſt. 28. q. 1.
eſſe nec finitas nec infinitas; quia ſi eſſent infinitæ vna perſona eſſet perfectior altera: nec etiã Diuina rela-
ſunt finitæ, quia tunc vna perſona eſſet imperfectior altera: ſi ergo ens diuiditur per quantũ & tio nec per-
non quantum; ſequitur diuinas relationes eſſe extra rationem entis, quod eſt erroneum dice- fectionẽ nec
re. Laborant prædicti ſoluendo hoc argumentum, ſed nihil dicunt, quia nos loquimur de re- imperfectio-
lationibus diuinis formaliter ſumptis, non autem fundamentaliter, quia ſic ſunt infinitæ ſicu- nem dicit.
ti eſſentia ipſa. Nec valet obiectio, quã adducunt de mente Auicen. quòd naturæ in eſſe quid-
ditatiuo non competit vnitas aut multitudo; equinitas enim eſt tantum equinitas, & non vna
nec plures: hæc enim ſunt vera in ordine ad ea, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei cum ipſa natura; ſed
equinitas comparata ad humanitatem vel eſt eadem, vel diuerſa; ſi diuerſa vel vna, vel plures; ſi
eadem hoc eſt irrationabiliter dictũ equum in eſſe quidditatiuo eſſe hominem, licet quidam
eorum videantur concedere hoc inconueniens; & ſic aſſerunt naturam equinam eſſe nobilio-
B rem natura humana, & de neceſſitate coguntur aſſerere naturam humanam in eſſe quiddita-
tiuo eſſe vnam, vel plures. Ex iſtis ergo patet dilucidatio iſtius quæſiti, quòd prima diuiſione Dilucidatio
ens diuiditur per vnum & multa loquendo de intimiori & eſſentialiori diuiſione; non autem quæſiti.
de diuiſione euacuationis & adæquationis, quia hæc poteſt eſſe primò per ſubſtantiam & acci
dens: ſecundo per actum & potentiam: tertio per vnum & multa: quarto per materiale &
immateriale, & per cauſam & cauſatum, vt docet Auer. 5. huius. Tertius terminus, quem de- Commen. 5.
clarant, eſt ly primum, quod eſt duplex; alterum primum primitate perfectionis, & hoc dicũt
eſſe ens, quod eſt Deus: alterum eſt primum primitate adæquationis, & hoc eſt illud, quod di-
cit æqualitatem præciſam ſubiecti ad ſcientiam, & econtra; & ſic intelligimus ens eſſe ſubie-
ctum. Sed licet dicant hoc ſufficere ad præſens, tamen non ſufficit; quia in qualibet ſcientia Primitas ſu-
datur triplex primitas in ſubiecto; vna, quę dicit gradum: & hæc dicitur primitas perfectio- biecti ĩ vna-
nis; ſecunda vocatur primitas adęquationis: tertia vocatur primitas attributionis, & hoc de- quaq. ſcien-
claratur inductiue in omnibus ſcientijs: & primo in logica datur ſubiectum primum primi- tia quotu-
mitate adęquationis, & hoc vocatur ens rationis, de quo S. Tho. 4. metaphy. loquens dixit eſ- plex ſit.
C ſe ſubiectum in logica: datur etiam ſubiectum primum primitate attributionis, & tale eſt ſyl Commen. 5.
logiſmus ſiue argumentatio, vt poſuit Alber. cui attribuuntur omnia conſiderata in logica fa-
cultate. datur etiam & ſubiectum primum primitate perfectionis, & tale vocatur demonſtra
tio ſiue definitio, quæ ſunt nobiliora inſtrumenta ſciendi. In philoſophia naturali etiam datur Subiectum
hoc triplex ſubiectum: nam ens mobile erit ſubiectum primum primitate adæquationis; quia in philoſo-
quicquid participat rationem mobilitatis ad naturalem philoſophum pertinet. datur etiam ſophia natu
ſubiectum primum primitate attributionis, cui attribuuntur omnes paſſiones conſideratæ in rali quod nã
philoſophia naturali, & tale eſt corpus mobile, de quo aliquando dixit S. Tho. eſſe ſubie- ſit.
ctum. datur etiam ſubiectum primum primitate perfectionis, & tale eſt primus motor conſi-
deratus in 8. phyſi. qui res naturales omnes nobilitate antecellit. Ita etiam & in ſacra theo- Quid eſt ſu-
logia datur hoc triplex ſubiectum. quoddam eſt primum primitate adæquationis, & hoc eſt biectum in
ens diuinum habitum per communem inſpirationem, vt dixit S. Tho. 1. ſent. quoddam eſt theologia.
primum primitate perfectionis ſiue principalitatis, & hoc eſt Deus ſub ratione deitatis, de In prologo.
D quo locutus eſt S. Tho. 1. p. & quoddam primum primitate attributionis, & tale eſt Chriſtus Queſ. 1. ar. 7.
ſaluator noſter ſub ratione ſaluatoris. Ita etiam & in metaphy. datur hoc triplex ſubiectum. Subiectum
quoddam primum primitate perfectionis, & hoc eſt genus abſtractorum. quoddam primum metaphyſi.
primitate attributionis, & hoc eſt ſubſtantia ipſa, quam nonnulli volunt eſſe ſubiectum in quid.
metaphy. diſciplina, vt recitat Io. Iacobus Paueſius prima ſua diſputatione. & quoddam dici-
tur ſubiectum primum primitate adæquationis, & tale eſt ens commune Deo & creaturis, en-
ti reali & enti rationis, adeo quòd erat neceſſarium diſtinguere hanc triplicem primitatẽ pro
declaratione ſubiecti metaphy. quod tamen non fecerunt. Quartus terminus poſitus in titulo Ens duplici-
quæſiti eſt ipſum ens, quod dupliciter capi poteſt. vno modo nominaliter, & ſic eſſe non eſt ter capitur.
eius abſtractum, ſed eſſentia; ideo principaliter eius ſignificatum non eſt eſſe, ſed eſſentia, &
tale diuiditur per vnum & multa. alio modo capitur ens participialiter, & hoc modo diuiditur
per decem prædicamenta: primo modo ſumitur ens in præſenti quęſito, quia ſic ens poteſt ſi-
gnificare veritatem propoſitionis, quod eſt illud, de quo affirmatiua propoſitio formari po-
teſt, vt ait S. Tho. in libel. de ente & eſſentia; vnde ens hoc modo ſumptum dicitur de omni- Cap. 1.
bus, ſiue ſint entia realia, ſiue entia rationis, & eſt illud, cui competit eſſe quocumq; modo ſit.
Quintus terminus eſt ly ſubiectum, quod tripliciter capitur pro nunc. vno modo pro ſubie-

ĉto inhęſionis,& ſic intellectus eſt ſubiectum omnium ſcientiarum.ſecundo modo pro ſubie A
ĉto propoſitionis, vt in hac propoſitione, homo eſt animal, homo eſt ſubiectum. tertio modo
pro ſubiecto conſiderationis,& ſic tripliciter nominatur, aliquãdo genus, aliquando ſubiectũ,
& aliqñ obiectum: primo modo dicitur reſpectu partium ſubiectiuarum : ſecundo modo dicitur reſpectu paſſionum: tertio modo reſpectu habitus aut potentiæ: aliquando etiam nominatur compoſitum reſpectu principiorum. Sextus terminus, qui erat declarandus, eſt ly metaph. quæ eſt ſcientia conſiderans ens,& ea, quæ conſequũtur ipſum: hæc enim in metaphy. inueniuntur via reſolutionis, ſicut magis communia poſt minus communia: vocatur aliquando prima philoſophia inquantũ conſiderat primas cauſas rerum: vocatur etiam theologia inquantum naturaliter loquitur de Deo. Vltimus terminus eſt ly inquantum, quod poteſt teneri reduplicatiue,& ſpecificatiue; reduplicatiue tenetur quando dicit vniuerſalitatem ſubiecto rum, vt homo inquantum homo eſt riſibilis; ergo omnis homo eſt riſibilis. ſpecificatiue vero capitur quando dicit rationem formalem termini, cui apponitur, vt homo inquantum bipes ambulat: ſecundo modo ſumitur hic, & ſic patet totalis ſenſus ipſius tituli; num ens in-
quantum ens ſpecificatiue prout ſe tenet ſub propria & formali ratione entitatis abſtractiuę B
abſtractione formali non totali ſimpliciter ſumptum prout eſt commune Deo & creaturis, enti reali & enti rationis, ſit ſubiectum primum primitate adęquationis in metaphy? hæc de primo articulo.

Subiectum quib' nominibus nominatur.

Metaphyſicę nomina.

Ly inquantum dupliciter capitur.

Senſus quæſiti quid ſit.

In ſecundo articulo. Aliqui impugnant Commentatorem 1.phy. vbi ponit Deum & intelligentias eſſe primum ſubiectum huius ſcientiæ, & hoc contra Auicen. de quo ait Commen. quòd, qui dicit primam philoſophiã declarare entia ſeparabilia eſſe, peccat: hæc enim entia ſunt ſubiecta primę philoſophię,& declaratum eſt in poſterioribus analyticis, quòd impoſſibile eſt aliquam ſcientiam declarare ſuum ſubiectum eſſe, ſed concedit ipſum eſſe, aut quia manifeſtum eſt per ſe, aut quia demonſtratum eſt in alia ſcientia: vnde Auicen. peccauit maxime, cum dixit, quòd primus philoſophus demonſtrat primum principium eſſe,& proceſſit in hoc ſuo libro de ſcientia diuina per viam, quam exiſtimauit eſſe neceſſariam & eſſentialem in illa ſcientia: propterea Auicen. peccauit peccato maximo. Dicunt modo ipſi, quòd Auer. in
his verbis tria dicit. Primum, quòd nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe. Secundum eſt,
primam philoſophiam non poſſe probare Deum eſſe, ſed tantum naturalem. Tertium eſt, ꝙ C
genus entium ſeparatorum eſt primæ philoſophiæ ſubiectum. Contra quæ tria dicta arguunt reprehendendo Commentatorem; quia non poſſunt ſtare: & primo contra primum dictum ſic: omnis ſcientia vtitur, vel poteſt vti demonſtratione quia: ergo probat, vel probare poteſt ſuum ſubiectum eſſe: antecedens eſt euidens; quia ſicut per cauſam probatur effectus demonſtratione propter quid, ita econtrario per effectum probatur cauſa demõſtratione quia: conſequentia oſtenditur hoc modo, quia omnis ſcientia demonſtrat ſuum ſubiectum eſſe; quia per effectum demonſtratur aliquid de cauſa ſcilicet eſſe; ex hoc enim, quòd effectus non poteſt eſſe ſine tali conditione in cauſa, effectus non poteſt eſſe ſine eſſe cauſę; ergo ſi effectus eſt, cauſa eſt. Confirmant, quia apparet inductiue, quòd ſcientia aliqua poteſt demonſtrare ſuum ſubiectum eſſe,& hoc à poſteriori, ſicuti in libro Elen. demonſtratur ſyllogiſmum ſophyſticum eſſe per ſimile.& Priſcianus libro cõſtruc. oſtendit orationem cõſtructam eſſe per ſimilem modum habendi literarum ad dictiones, & dictionum ad orationes. Sed hæc argumenta & alia
ſimilia concludunt in parte principiorum, vt docet Caietanus. 1. poſte. non autem in parte
ſcientifica, in quas partes ſcilicet principiorũ, & ſcientię proprie dictę ſecat vnamquamque D
artem, & ſcientiam: & hoc oſtendit ex more Ariſtotelis, qui in prædicamen. & in principio perhier.& primo phy.& in libris priorum & poſteriorum declarat & probat ſubiecta illorum librorum; ſed in parte ſcientifica ſupponit ipſa ſubiecta eſſe nota, & hoc voluit Auer. 4.cæli, vbi dixit ignem eſſe demonſtratur demonſtratione ſigni, & 2. phyſic. voluit, quòd quando ſubiectum in ſcientia non eſt notum, aliquatenus poteſt declarari,& perſuaderi ſyllogiſmo hypotetico,& inductione: vnde patet eos nihil habere contra hoc primũ dictum Auerrois. Contra ſecundum dictum, quod erat primam philoſophiam non poſſe probare Deum eſſe, ſed tantum naturalem, ita arguunt probando vtramque philoſophiam tam naturalem, quàm primam poſſe probare Deum eſſe; nam omnis proprietas conſiderata in effectu, quam impoſſibile eſt ſibi ineſſe niſi etiam cauſa ſit, concludit cauſam eſſe demonſtratione quia: ſed tam proprietas conſiderata in ſcientia metaphy. quàm etiam in naturali de effectu non poteſt ſibi ineſſe, niſi primum mouens & primum ens ſit: ergo vtraque ſciẽtia poteſt probare ipſum eſſe demonſtratione quia. Secundo arguunt, ſcientia conſiderans conditiones effectus, quæ ducunt in cognitionem excellentiorem cauſæ, magis poteſt demonſtrare cauſam eſſe: ſed prima phi-

Comment. vltimo.

Error Auicēnæ.

Tria dicta Auer. examinantur hic.

Cap. 1.

Quomodo ſubiectũ eſſe ꝓbari poſſit in ſcientia & quomodo non.

Commẽ. 24.

Cõmen. 22.

A ma philoſophia eſt huiuſmodi reſpectu naturalis.ergo &c.maior patet.minor probatur; quia
generales proprietates entis,quæ conſiderantur in ſcientia metaph.magis ducunt in cognitio-
nem poſitiuam primi entis per excellentiam;quàm ſpeciales conditiones conſideratæ in ſcien
tia naturali;minus enim excellens videtur primitas motoris , quam probat philoſophus na-
turalis 8.phy.quàm eſſe primum ens ſimpliciter, quod probat primus philoſophus.ergo &c. tex.48.
Tertio arguunt, ſi philoſophus naturalis probaret Deum eſſe , tunc phyſica eſſet ſimpliciter
prior metaphyſica:conſequens eſt falſum.ergo & antecedēs.Confirmatur,Deum eſſe,eſt pro-
poſitio indemonſtrabilis in metaph:& demonſtrabilis in phy. propterea ſequitur de neceſſi-
tate phyſicam eſſe priorem metaphyſica ſimpliciter . Vltimo arguunt, quia ſequeretur me-
taphyſicam ſubalternari phyſicæ quoad iſtam cõcluſionem,ſicut chirurgia ſubalternatur geo
metriæ quantum ad iſtam concluſionem, quòd vulnera circularia tardius ſanantur . Sed in
hac re decipiuntur,vt perbelle docet Zimara in ſuis theoremat, ſoluendo ſingula ipſorum ar- theo.55.
gumenta . Dico etiam,quòd decepti ſunt non conſiderando, quòd probare ſubſtantias ſepa-
ratas in genere quoad hoc prædicatum,exiſtere,eſt officium ſolius phyſici; quia non compre- Ad quem artificem ſpectet probare ſubſtãtias ſeparatas eſſe.
B henditur niſi via motus,& hoc voluit Auer.in hac ſua ſentētia; ſed probare ſubſtantiā ſepara-
tam in ſpecie,puta primam cauſam motu appetibilitatis, & intellectionis ſpectat ad metaphy
ſicum,vt docet S. Thō.1.contra gent.ſic etiam ad metaphyſicum ſpectat,non autem ad phyſi- cap.13.
cum,probare de ſubſtantijs ſeparatis tam in genere , quàm in ſpecie prędicata intrinſeca &
eſſentialia . Ex his ſoluuntur argumenta tacta ab eis in hoc ſecundo dicto Auerr. Con- Breuis dilucidatio ſecūdi dicti Auerrois.
tra tertium dictum arguunt ſic , ens eſt ſubiectum primæ philoſophiæ : ergo non genus en-
tium ſeparatorum. conſequentia probatur ; quia vnius ſcientiæ eſt vnum ſubiectum, ex 1.po-
ſter. ſi ergo ens eſt primum ſubiectum in metaphy.male dicit Auer.quòd eſt genus abſtracto- tex.30.
rum.Sed hoc facile ſoluitur habita illa diſtinctione de triplici ſubiecto, ſcilicet adæquationis,
attributionis,& perfectionis:modo intelligētiæ ſunt ſubiectum in metaph. hoc tertio modo,
& ſic patet eos nihil habere contra Auerroem in his dictis.

In 3.articulo ponunt quatuor concluſiones præter principalem,quæ eſt de ſubiecto.Prima Concluſio prima īprobatur ſex rationibus.
concluſio eſt,ens commune Deo & creaturis dicit conceptū proprium diſtinctum ab eis.quæ
C concluſio eſt falſa & contra veritatē. probatur ſic,Iſte conceptus proprius,& alius,vel eſt ſub-
ſtantia , vel accidens: ſi primum dicatur:ergo datur ſubſtantia prior Deo: ſi ſm. ergo accidens
præcedit ſubſtantiā:vtrumq. eſt falſum.ergo & concluſio.Secūdo, iſte conceptus alius,vel eſt
finitus,vel infinitus:ſed neutro modo eſſe poteſt.igitur falſa concluſio. probatur minor;quia ſi
eſſet finitus,tunc finitum eſſet prius Deo;ſi infinitus:ergo duo infinita formaliter darentur; pu
ta,Deus & hic conceptus. Tertio,iſte conceptus,vel erit dependens, vel independens,vel con-
tingens,vel neceſſarius,quodcumq. dicatur,ſequitur abſurdum,vt patet in præallegatis ratio-
nibus.ergo,&c. Quarto ſequeretur,ꝙ daretur quartus conceptus;quia ſecundum ipſos inter
ens formaliter & nihil, datur medium, puta ens realiter:nunc ſic,omni opere intellectus cir-
cumſcripto ens realiter,& ens formaliter magis conueniunt, quàm ens formaliter, & nihil:&
iſta conuenientia eſt realis circumſcripto omni opere intellectus:ergo habebit fundamentum
reale,& ſic à conceptu entis realis,& à conceptu entis formalis eſt abſtrahibilis alius cõceptus
realis, & ſic dabitur quartus conceptus , quod eſt abſurdum magnum, ex quo infertur falſam
eſſe adductam concluſionem. Quinto ſequeretur,quòd Deus non eſſet ſimpliciſſimus. Sex-
D to quòd demonſtratio Ariſt. 6.metaph. nulla eſſet . Rationes adductę ab eis facile ſoluuntur, tex.3.
& prima,quæ videtur Achilles,in qua dicunt : impoſſibile eſt eumdem conceptum eidem in- Soluuntur rationes aduerſariorum
tellectui ſimul eſſe certum,& dubiū; ſed aliquis intellectus eſt certus de aliquo , quod ſit ens,
poteſt dubitare,vtrum ſit Deus vel creatura: ergo iſte intellectus habet vnum conceptum en-
tis alium à conceptu Dei & creaturæ. Volunt aliqui argumentum hoc fuiſſe inuentum à Sco-
to;ſed decipiuntur , quia ante ipſum longo temporis tractu eo vſus eſt Auicennas primo ſuæ
metaphyſicæ:tñ habet multos defectus;quia ſecundum Albertum certitudo eſt determinatus cap.9.
modus rationis ad vnā partem cõtradictionis,ſicut dubitatio eſt indeterminatus modus ratio-
nis ad vtramque partem . Vnde debebat aſſumere, impoſſibile eſt eamdem propoſitionem ſi- Quid certitudo intellectus & quid dubitatio.
mul eſſe dubiam & certam , & non eumdem conceptum: quia ſimplex conceptus nec eſt du-
bius , nec certus:ſimplicia enim aut tota apprehenduntur , aut nihil apprehenditur de eis, vt
patet 9.metaph. Secundo etiam dico , quòd eſt impoſſibile in ſimplici apprehenſione vnius
partis poſſe dubitari;quia dubitatio ſemper cadit in id,quod aliquo modo eſt cognitū;nam ſi tex.22.
ſcirem tantum vnum eſſe prædicamentum,non dubitarem vtrum eſſet ſubſtantia,vel accidēs:
vtrum Deus , vel creatura ,quia tenerem illud eſſe prędicamentum: ita etiam ſi ego cognoſco
conceptum entis,teneo illum eſſe ens,& non dubito,vtrum ſit Deus,vel creatura. Secundo

arguunt,impoſſibile eſt aliqua plura in eodem vno conceptu cōuenire & differre : ſed Deus & A
creatura conueniunt in ente, vel in conceptu entis;quia vtrumq. vere eſt ens,differunt aūt pro
prijs cōceptibus,ſicut patet; quia non eſt idē conceptus Dei & creaturę.ergo &c.maior patet;
non enim eſt intelligibile oppoſitum. hoc argumentum etiam poteſt formari de ſubſtantia &
accidenti . Sed pro ſolutione iſtius,& multorum aliorum animaduertendum eſt,quòd conce-

Conceptus entis duplex formalis & obiectalis.

ptus eſt duplex,formalis,& obiectalis; conceptus formalis eſt idolum quoddam, quod intelle
ctus poſſibilis format in ſe ipſo repræſentatiuū obiectaliter rei intellectę, quod à philoſophis
vocatur conceptus,à logicis intentio, à theologis verbum;exempli gratia,conceptus formalis
leonis eſt imago illa, quam intellectus poſſibilis format de quidditate leonis, cum vult ipſum
intelligere:conceptus vero obiectalis eſt natura ipſius leonis repręſentata,& intellecta;ens di-
citur ſignificare vnum conceptum formalem communem in repręſentando Deo & creaturę,
ſubſtantię & accidenti , & hic dicitur alius ab ipſis repręſentatis:conceptus vero obiectalis eſt
alius tantummodo ſecundū rationem à proprijs conceptibus obiectalibus.Hoc ſtante reſpon-

Quomodo Deus & creatura dicuntur cōuenire in conceptu entis.

detur formaliter ad argumentum,concedendo maiorem,& negando minorem: quia Deus &
creatura non conueniunt in vno conceptu obiectiuo diſtincto ſecundum rem ab ipſis , vt di- B
ctum eſt,ſed tantum ſecundum rationem;non enim eſt poſſibile reperire vnam naturam reali-
ter diſtinctam ab eis . Tertio arguunt,certum eſt quòd ens prædicatur de Deo & creatura:er-
go vel ſecundum alium conceptum , vel ſecundum eumdem: ſi ſecundum eumdē,ſic erit prę-
dicatio eiuſdem de ſe ipſo:ergo ſecundum alium conceptū;& ille alius eſt vnus in ſe,alioquin
tot eſſent entia communiſſima, quot ſunt entia inferiora, quod eſt impoſſibile . Reſpondetur
argumentum dupliciter ſolui poſſe.primo ſm illos thomiſtas , qui tenēt ens dicere conceptū
vnum vnitate diſiunctionis. ſecundo iuxta ſentētiam illorum, qui tenent,ꝙ ens prędicatur de
Deo & creatura ſm vnum conceptum vnitate analogiæ , & comparationis , ſed non ſecun-
dum vnum conceptum vnitate vniuocationis,vt arbitrantur ipſi . Quarto arguunt confirman
do ſuam poſitionem;quia vel conceptus entis eſt idem cum cōceptu Dei & creaturę,vel alius:
ſi idem,vel idem alteri,vel vtriq. ſi alteri:ergo non prędicabitur de altero,& ſic Deus vel crea-
tura non eſſent vere ens,quod eſt abſurdum. ſi enim eſt idem vtriq.ergo & illi ſunt idem inter
ſe,quia quę ſunt idem vni tertio,inter ſe ſunt idem eo modo,quo ſunt idem illi tertio;cum igi
tur conceptus Dei & creaturę ſit vnus & idem, per conſequens ſequitur quòd concipiendo C
Deum concipitur creatura,& econtra,quod eſt abſurdum,vt patet. Hęc confirmatio ruit,ſicu-
ti & auctores eius : quia dictum eſt,quòd Deus & creatura conueniunt in ente ſecundum vnū
conceptum diſiunctum , non autem ſecundum vnum conceptum diſtinctum, vel conueniunt
in conceptu analogico , non autem in conceptu vniuoco . Quinto arguunt principaliter ſic:
conceptus entis eſt prior naturaliter conceptu Dei & creaturę: ergo eſt alius . antecedens pa-
tet ; quia ille conceptus naturaliter eſt prior à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia

Cap. de priori.

ex poſtprędicamen.& ex 5.metaphyſi. ſed conceptus entis eſt huiuſcemodi ; quia ſequitur,eſt
Deus,ergo ens , & non econtra : ſimiliter ſi eſt creatura ergo ens, & non econtra. ergo conce-
ptus entis eſt naturaliter prior : probatio conſequentię ; prius in ſuo priori non dependet à
poſteriori nec quantum ad eſſe nec quantum ad cognoſci ; quia vt ſic non repugnat ſibi eſſe ſi
ne poſteriori. ergo eſt aliud à poſteriori . Ad hoc dupliciter dicitur. primo quòd conceptus

Conceptus entis quomodo ē prior conceptu Dei & creaturæ.

entis,qui eſt Dei vel creaturæ diſiunctiue ſumptus,eſt prior ſecundum noſtrum modum intel-
ligendi conceptu Dei & creaturæ : ſi autem ſumatur diſtincte , puta pro conceptu entis inde- D
pendentis,dico quòd non eſt prior ipſo Deo, nec etiam ens dependens eſt prius ipſa creatura.
Secundo dicimus quòd conceptus entis non eſt prior nec poſterior ipſo Deo , quia nullus eſt
conceptus obiectalis diſtinctus à Deo & creatura. Sexto arguunt inter conceptus quidditati-
uos ſolus conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex.ergo alius à quocunq; cōceptu entis inferio-
ris,ſed einſmodi ſunt Deus , & creatura.ergo &c.antecedens probabitur. conſequentia patet;
quia impoſſibile eſt eundē conceptū eſſe ſimpliciter ſimplicem,& non ſimpliciter ſimplicem;
nullus conceptus entis inferioris eſt ſimpliciter ſimplex omnino. Ex iſtis ergo concludunt , ꝙ
conceptus entis eſt vniuocus Deo & creaturę,quia ſi alius & vnus; ergo vniuocus . Sed pro ſo-

Diſt. 4. q. 1. & diſt. 8. q. 1. Quæſt. 1.

lutione iſtius argumenti eſt ſciendum,ꝙ aliqui 1.ſent.ponunt eandem doctrinam, & etiam in
4. metaphy. verum quia Boetius,& Simplicius non cognouerunt ens eſſe vniuocum, immo
Porphyrius potius in ordine ęquiuocorum poſuit quādo dixit, ſi quis omnia entia vocet ęqui
uoce nuncupabit, vniuocum enim ęqualiter participatur ab vniuocatis ; propterea non ſequi-
tur coroll arium deductum ab eis;nec etiam argumentum;quia conceptus entis licet ſit ſimpli
citer ſimplex, quia non eſt reſolubilis in alios conceptus ſuperiores,cum tamen non ſit diſtin-
ctus à proprijs conceptibus obiectalibus inferioribus , ſed tantum ſecundum rationem: hinc

non

A non ſequitur, quòd ſit alius realiter, & pręciſus, vt ipſi arbitrantur; quia tunc daretur aliquod ens reale pręciſum, quod non eſt nec Deus nec creatura, nec etiam eſt prior niſi ſecundum rationem.

In eodem tertio articulo ponunt ſecundam concluſionem, quę eſt hęc: conceptus entis com munis Deo & creaturæ eſt vnus realiter: nituntur autem probare iſtam pluribus argumentis: inter alia hoc eſt vnum; omnis conceptus, qui prędicatur in quid de aliquibus prædicatione dicente, hoc eſt hoc, eſt vnus conceptus realiter: ſed conceptus entis eſt huiuſmodi. ergo con ceptus entis eſt vnus realiter. maior eſt euidens; quia oppoſitum prædicati infert oppoſitum ſubiecti, dato enim, quòd non ſit vnus realiter, iam non prędicabitur in quid de pluribus; nullũ enim ens rationis prædicatur de ente reali eſſentialiter & in quid. minor probatur, quia ſimili modo arguit Ariſt. 1. topi. illud prædicatur in quid de aliquo, per quòd reſpondetur ad interrogationem factam per quid de eo: huiuſmodi eſt ens; quia ſi quęratur quid eſt Deus? reſpondetur quòd ens; ſimiliter eſt de creatura. Pro ſolutione huius eſt ſciendum, vt ait S. Tho. de potentia Dei, ꝙ duplex eſt modus prædicationis analogię. vnus, quo aliquid prędicatur de

Secunda cõcluſio. — *cap. 4.* — *q. 7. art. 7. in fine.*

B duobus per reſpectum ad aliquid tertium, ſicuti ens prædicatur de quantitate, & qualitate per reſpectum ad ſubſtantiam. alius eſt, quo aliquid prædicatur de duobus per reſpectum vnius ad alterum, quo pacto ens prædicatur de ſubſtantia, & quantitate. in primo autem modo prędicationis oportet aliquid eſſe prius duobus. in ſecundo autem non; ſed neceſſe eſt vnum eſſe prius altero, & ideo Deo nihil eſt prius, ſed ipſe eſt prior creatura. quo ſtante tunc dupliciter ſoluitur argumentum. Primo quòd ens prædicatur in quid analogicè, & ſic non oportet, vt dicat conceptum realem diſtinctum ſecundum rem à Deo & creatura; quia ſi diceret huiuſmodi conceptum realem, quęro, iſte conceptus vel pręcederet, vel ſequeretur, vel eſſet in eodẽ gradu: ſi primo modo, ſequeretur, quòd Deus non eſſet ſimpliciter primum ens, quod eſt falſum: ſi ſecundo modo, eſt contra ipſos dicentes ens dicere realitatem priorem ipſo Deo & creaturis: ſi tertio modo ſequeretur, quòd nullum diſcrimen eſſet inter Deum & creaturam, quod etiam eſt falſum. Secundo poſſemus reſpondere negando ens prædicari in quid, ſed potius prædicari ſecundũ prædicationem an eſt, vt tangit Caiet. in lib. prædicab. Nec etiam reſpõſio, quam tradunt ipſi ad hoc argumentum, à thomiſtis accipitur. Et ſic etiam ſoluitur eorum

Modus prædicatiõis eſt duplex. — *Ens quomodo prædicatur.* — *Ens non prędicat' ĩ quid. c. de genere.*

C probatio, in qua aiunt, quòd ſequeretur prędicationem entis de Deo non eſſe prædicationem ſuperioris de inferiori, ſed eiuſdem de ſeipſo; quia concedimus ens non eſſe ſuperius Deo ſecundum imaginationem ipſorum; ſed quando dicimus, quòd Deus eſt ens, eſt prædicatio identica ſubintellecto tamen, quòd ſit ens independẽs, vel quando dicitur, Deus eſt ens, eſt prędicatio ſecundum conceptum diſiunctum, ſicuti, quando dicimus, ſubſtantia eſt ens in ſe, vel in alio: ita etiam Deus eſt ens, vel eſt ens independẽs, vel dependens, ſic eſt intellectus propoſitionis. Secundo arguũt, vnius potentię vnum obiectum eſt adæquatum: ſed ens commune Deo & creaturę eſt primum obiectum intellectus ſecundum Auicen. 1. metaphyſi. vbi dicit, ens & res prima impreſſione imprimuntur in anima. ergo ens ſic commune eſt vnum, non ſecundũ rationem. ergo vnum realiter, probatio aſſumptii: obiectum potentiæ naturaliter præcedit actum potentiæ. ergo non eſt vnum per intellectum; quia in ſuo priori eſt aliquod vnum. Ad quod quidem argumentum reſpondetur concendendo vnius potentię eſſe vnum obiectum: ſed non eadem ſpecie vnitatis: quia potentia eſt vna vnitate ſpeciei, & ens eſt vnum vnitate

Ens non eſt ſuperi' Deo ſm doctrinã aliquorum. — *cap. 3.*

D traſcendentali: ſufficit igitur, vt ſubiectum ſit vnum ſaltem vnitate attributionis, in hoc diſcrepamus ab iſta concluſione, quòd iſte conceptus entis, dicunt ipſi, eſt vnus numero realiter: nos autem dicimus, quòd eſt vnus realiter vnitate proportionis. Præterea circumſcripto omni intellectu Deus & creatura habent aliqnam conuenientiam; quia plus conueniunt, quàm ens & nihil. ergo illa couenientia eſt realis: & ita fundamentum iſtius conuenientiæ eſt reale: quia nulla relatio realis poteſt fundari ſupra ens rationis; non enim maioris entitatis eſt id, quod fundatur, quàm fundans: ſundamentum illius conuenientię eſt vnum, cum ſit relatio de primo modo relatiuorum, ex 5. metaphy. ergo Deus & creatura habent aliquam vnitatem realẽ, & hæc eſt vnitas entis, in qua conueniunt Deus & creatura. Hoc argumentum totum poteſt concedi, tamen hęc vnitas entis non dicit conceptum pręciſum, & vniuocum, vt fingunt ipſi, ſed dicit conceptum non pręciſum à conceptibus ſuorum inferiorum, & eſt analogus, non vniuocus, & cõprehenditur ſub analogia non duorum ad tertium, ſed vnius ad alterum, vt docet S. Tho. 1. libro contra gent. nec dicit vnitatem numeralem. Arguunt quarto ſic, intellectus intelligens ens commune Deo & creaturæ, aut eſt verus, aut eſt falſus: ſi eſt falſus, nihil ad propoſitum, ſi verus. ergo ſic oportet eſſe ex parte rei, quòd aliquid realiter ſit commune: tunc enim intellectus eſt verus quando intelligit ſicut ſe habet in re ſecundum Ariſt. 9. metaphy.

Quomodo cõceptus entis eſt vnus. — *cap. de ad aliquid.* — *cap. 34.* — *cap. vltimo.*

Ad hoc argumentum reſpondetur, quòd verus eſt intellectus, ſed attendendum eſt, quòd con A
uenientia, quæ eſt inter Deum & creaturam, poteſt intelligi dupliciter. Primo quòd ſint duo
participantia aliquid vnum ſecundum prius & poſterius, ſicut potentia & actus rationem en-
tis: ſimiliter ſubſtantia & accidens; aut ex eo, quòd vnum eſſe & rationem ab altero reci-

Quę eſt conuenientia inter Deum & creaturam.

pit, & talis eſt conuenientia inter creaturam & Deum, & hoc eſt illud commune, quod in-
tellectus intelligit. Vltimo confirmant hoc dicentes quòd ſi non eſſet aliquod commune reale
conueniens Deo & creaturis, tunc vniuerſalitas entis eſſet quoddam ficticium, vt chimera, niſi
intellectus à parte rei cogeretur ad ſic abſtrahendum vnum aliquod commune, vnde oportet,
quòd omni vnitati alicuius veri conceptus correſpondeat aliqua vnitas ex natura rei. Reſpon

Incõuenientia quæ ſequuntur ex aliquorũ doctrina.

detur negando conſequentiam; quandoquidem fictitium illud non ſequitur ad thomiſtas, ſed
ad ipſos; quia ex hoc ſequitur Deum non eſſe primum bonum ſimpliciter, nec etiam primum
perfectum ſtante veritate argumenti: quia cum bonum & ens conuertantur, vt concedunt ip-
ſi; quia omne ens eſt bonum, & econuerſo; ſi ergo conceptus Dei pręſupponeret ſupra ſe quid-
ditatem entis ab eo pręciſam: ſequeretur, quòd Deus præſupponeret aliquod bonum, & ſic nõ
eſſet primum ſimpliciter bonum, & cum etiam perfectum idem ſit quod bonum; ſequitur, ꝙ B
ipſe Deus non eſſet primo perfectus: quę omnia ſunt falſa. ſed ſi iuxta thomiſtarum loqui-
mur ſententiam, non dicere conceptum obiectalem præciſum omnia ſunt conſona, rationiq;

Conceptus multis modis accipit.

quadrant maxime. Aduerte ſecundo, quòd conceptus ſecundum ipſos accipitur ſex modis.
primo pro potentia conceptiua, ſiue intellectiua. ſecundo pro ratione concipiendi ſiue ſpe-
cie intelligibili. tertio pro actu concipiendi. quarto pro aliquo formato per actum intelligen-
di. quinto pro obiecto conceptibili. ſexto pro obiecto iam concepto vt terminat actum intel
ligendi ſeu concipiendi: dicunt igitur hi, quòd quinto modo datur conceptus pręciſus à Deo

q. 2. in prologo.

& creaturis, à ſubſtantia & accidenti, vt declarat quidam ex eis 1. ſentent. ſed ſecundum

Concluſio tertia.

hanc ſententiam ſequerentur tot & tanta inconuenientia, vt prędiximus. Tertia concluſio,
quę eſt in eodem articulo, eſt iſta: ens cõe Deo & creaturæ eſt ſubiectum primum huius ſcien-
tię: hanc probant auctoritatibus Ariſt. & Commen. nec non & rationibus quibuſdam. Sed hęc
concluſio etiam non caret reprehenſione, ex eo quòd non diſtinguunt de quo loquantur ſubie
cto, cum multiplex ſit ſubiectum vt ſupra dictum eſt: eſt enim ſubiectum primũ primitate adę
quationis: & eſt ſubiectum primũ primitate attributionis: & eſt ſubiectum primum primitate C
principalitatis; ſimiliter ens poteſt intelligi illud, quod eſt commune Deo & creaturis: poteſt
etiam & illud, quod eſt commune tantummodo decem prędicamentis: & illud, quod eſt com-

Variæ ſententiæ philoſophorũ de ſubiecto metaphyſices.

mune Deo & creaturis, enti per ſe & enti per accidẽs. Hinc ſurrexerunt varię opiniones. Qui-
dam, vt Alpharabius, opinati ſunt Deum eſſe ſubiectum iſtius ſcientię. Auerroes vero Deum,
& genus ſeparatorum. Quidam ex modernis poſuerunt ſubſtantiam cæleſtem eſſe ſubiectum;
quia cum duæ ſint ſpecies ſubſtantiarum, quarum altera eſt, quę ortum & interitum patitur;
altera vero ſempiterna eſt, quemadmodum diuinum & orbiculare corpus, & de ambabus
ſpeciebus pertractat diuina ſcientia; ſequitur quòd ſubſtantia ita dicta erit ſubiectum in ea,

Opiniones diuerſæ inter thomiſtas de ſubiecto metaph.

cuius opinionis fuerunt Alexander, & Io. Paueſ. in prima diſputatione ſua metaphy. Quidam
vero de ſchola thomiſtarum tenuerunt ens prędicamentale eſſe ſubiectum. Quidam volen-
tes inire pacem inter Alber. S. Tho. & Scotum poſuerunt ens reale per ſe commune finito &
infinito eſſe ſubiectum in hac diuina ſcientia; huius opinionis ſunt moderniores thomiſtę.

Sententia Auctoris de ſubiecto.

Sed ego dicerem, pace tantorum virorum, ſubiectum huius ſcientię non eſſe vnum tãtum, ſed D
triplex. Primum, quod dicitur ſubiectum principale, & hoc eſt Deus benedictus, & genus ab-
ſtractorũ, quod principaliter intenditur in hac ſcientia. Secundum dicitur ſubiectum attribu-
tionis, & hoc eſt ſubſtantia, vel ens prędicamentale, cui attribuuntur multæ paſſiones conſide-
ratę in hac ſcientia. Tertium eſt ſubiectum primum primitate adęquationis, & hoc eſt ens
commune Deo & creaturę, enti per ſe & enti per accidens, enti reali & enti rationis. Hanc con-
cluſionem non oportet prolixius probare: quia rationes adductę ab ipſis probãt iſtam, quam-

tex. 1.

quam non aduerterunt ipſi, quòd Ariſt. præponit 4. metaph. ſe velle tractare de ente reali &
de ente rationis, & 6. metaph. quoq; tractat de ente per accidens, licet non primario, ſed ſecun

io prĩcipio.

dario, vt S. Th. 6. metaph. docet. ergo ſubiectum adęquatum debet poni illud, quod commu-

Triplex ſubiectum reperitur in oĩ ſcientia.

niter prædicatur de oĩbus iſtis; tum etiam quia cum hoc triplex ſubiectum reperiatur in omni
ſcientia, nempe in logica, phyſica, & theologia: ergo etiam & in metaph. debet eſſe hoc triplex
ſubiectum adæquationis, quod eſt ens commune Deo & creaturis, enti per ſe & enti per acci-
dens, enti reali & enti rationis: ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum primum primitate attributio-
nis, & genus abſtractorum, quod eſt ſubiectum primum primitate principalitatis. In eo-
dem articulo ponitur quarta concluſio ab ipſis. ens, quod eſt ſubiectum metaphy. habet veras,

& pro-

A & proprias paſſiones : quam concluſionem probant pluribus argumentis . ſed tu thomiſta
attende circa iſtam cõcluſionem , quòd ens non eſt cauſa ſuarum paſſionum in eſſendo, quod, Ens non eſt cauſa ſuarũ paſſionum.
patet, quia nulla res eſt cauſa ſuijpſius; paſſiones entis ſunt idem realiter cum ente: ergo ens
non eſt cauſa earum in eſſendo, ex quo ſequitur, quòd ens habet veras paſſiones: & in hoc con
uenimus cum ipſis, quia eſt expreſſa ſententia Ariſt.4. huius, ſed iſtæ paſſiones non ſunt reali- tex.1.& 5.
ter diſtinctæ ab ente, ſed tantum conceptibiliter, licet hæc concluſio non ſit expreſſa in doctri-
na.S.Thom. pro firma tamen , & conſtanti habetur . Ponunt quoque quintam concluſio-
nem ; ens , quod eſt ſubiectum metaphyſi. habet veras & proprias paſſiones demonſtiabiles
de ipſo; quam concluſionem probant adhuc plnribus rationibus . Sed aduerte etiam tu tho- Vera paſſio eſt duplex.
miſta circa iſtam concluſionẽ, quòd vera paſſio eſt duplex, quędam demonſtrabilis, ſed nõ rea-
lis, quędam realis, & demõſtrabilis; partes huius diſtinctionis ſic differunt: vera paſſio demon-
ſtrabilis , & non realis duo tantum requirit . Primo, quòd ratio ſubiecti ſit prior conceptibi- Vera paſſio quæ requirit
liter ratione paſſionis , & hoc ideo, quia ſubiectum ingreditur definitionem paſſionis : ergo
neceſſe eſt prius concipere ſubiectum, quàm paſſionem . Secundo, quòd ipſa paſſio conſequa
B tur per ſe rationem formalem ſui ſubiecti, paſſio autem realis demõſtrabilis præter illa duo re
quirit alia duo ſecundum thomiſtas . primo, quòd diſtinguatur realiter à ſuo ſubiecto. ſecun
do, quòd ſubiectum ingrediatur definitionem paſſionis, vt additum & non, vt eſſentiale & in-
trinſecum ; & hoc ſecundum ſequitur ex primo; quoniam ſi ſubiectum diſtinguitur realiter à
paſſione, definitio paſſionis erit per additamentum : vnde conceditur à nobis hæc concluſio,
quòd ens habeat veras & proprias paſſiones demõſtrabiles: ſed negatur iſta alia, quòd ens ha- Ens habet veras paſſiones.
beat paſſiones reales; quoniã paſſio non diſtinguitur realiter ab ente: ergo ens non habet veras
paſſiones reales, licet ipſi teneant paſſionẽ cuiuſcumque ſubiecti identificari cum ſuo ſubiecto,
& non diſtingui ab eo, niſi formaliter . Nota etiam quomodo paſſiones entis ſunt demõſtrabi
les de ipſo ente; quia medium in demõſtratione cum ſit cauſa in eſſendo, & cauſa dupliciter po
teſt eſſe alicuius in eſſendo . vno modo quia eſt productiua ipſius, & habet ſuper ipſum rea- Cauſa alicu-i' eſt duplex.
lem cauſalitatem ; ſicut ignis eſt cauſa caloris in rebus calidis, & hoc modo medium non eſt
cauſa; quia aut medium eſt definitio paſſionis, aut definitio ſubiecti ; ſi definitio paſſionis ha-
betur propoſitum; quia ipſa non efficit paſſionem , cum ſit idem cum ea realiter, ſi ſecundum
C idem patet; quia paſſiones non ſunt effectiue à ſubiecto per actionem mediam , ſed producun-
tur ab eo, à quo producitur ſubiectum. alio modo dicitur aliquid eſſe cauſa alterius; quia natu
raliter eſt prius eo, & eſt ratio, quòd alterum inſit alteri , exemplum huius habetur in relatio-
ne; nam albedo & ſimilitudo in ea fundata ſunt vna res , ſed prius natura eſt albedo , quàm ſit Albedo eſt prior natura ipſa ſimilitudine.
ſimilitudo, & ideo duę albedines poſitę in actu ſunt cauſa ſimilitudinis in vtraq. earum. Simi
liter Deo ineſt infinitas, ſed quia Deus per prius ſecundum rationem eſt Deus, quàm ſit infini-
tus, ideo diuinitas dicitur eſſe cauſa propter quam infinitas conuenit Deo: & ad hunc ſenſum
dixit philoſophus primo poſte. quòd medium eſt cauſa in eſſendo , ſiue propter quam res eſt, tex.4.
& eſt ratio propter quam prędicatum inſit ſubiecto: ex quibus infero, quòd cũ enti inſint mul-
ta per propriam rationem entis; ſcilicet vnum, verum, bonum, & quędam alia diſiunctim, ſci- Enti multa inſunt per ſuam ꝓpriã rationem.
licet neceſſarium, & contingens, idem diuerſum , & huiuſmodi, quòd ipſa poſſunt à priori de-
mõſtrari de ente: nam quamlibet rem conſequuntur omnia trãſcendentia non inquantum eſt
talis vel talis res, ſed abſolute inquantum eſt ens , & tales demonſtrationes fiunt in metaphy.
quas Caiet.1. poſte. vocat demonſtrationes virtualiter, non formaliter; nam vbi eſt ordo eſſen cap.2.
D tialis plurium cõceptuũ, quorũ vnus ex ſui natura eſt prior altero, ibi per prius poteſt proprie
demõſtrari poſterius: ſed entibus per prius conuenit ratio entitatis, quàm vnitatis, & vnitatis,
quàm veritatis: ergo poſterior poteſt demõſtrari per priorem: minor patet: maior probatur; nã
in Deo nõ diſtinguitur intellectus & bonitas, & tamẽ philoſophus 12. metaph. demonſtrat, ꝙ tex.37.
Deus eſt volens per hoc, quòd eſt intelligens, & demonſtrat, quòd eſt intelligens per hoc, quòd
eſt actus purus ſeparatus ab omni materia , & ſic patet quomodo ipſi & thomiſtę conue-
niunt in concluſionibus iſtis poſitis & quomodo non . Nota etiam pro ſolutione cuiuſdam
argumenti, quod eſt tale, vnius ſcientię realis eſt vnum ſubiectum reale: ſed ens acceptum vt cõ
mune Deo & creaturis non eſt aliquid vnum reale, & metaphyſica eſt vna ſcientia realis : ergo
ens ſic commune non eſt ſubiectum in metaphyſica . In reſponſione concedunt ipſi maiorem,
& negant minorem ponendo, quòd ens commune Deo & creaturis dicat conceptum realem
pręciſum . Sed hoc eſt falſum, vt oſtenſum eſt, propterea dicas tu, quòd ſufficit ens eſſe vnum
vnitate attributionis ad vnum puta ad Deum , & hoc pacto ſcientia metaphyſicalis eſt vna Quomodo ſcientia metaphyſicalis eſt vna.
per attributionem, & quãdo dicitur, quòd metaphyſica eſt vna ſpecies, quia vnus habitus ſpe-
cie . Reſpondetur, quòd hoc eſt verum ſecundum rationem habitam ad ſubiectum, de quo ip-
ſa eſt

ſa eſt vna attributione ad vnum. Stante hac ſolutione argumenti eſt notandum, quia ipſi ponunt, quòd prima cauſa & cauſatũ, ſiue Deus & creatura ſunt ſeipſis totis diſtincta in realitate; A
ſed non in conceptu reali, & ſic poſſunt dici eſſe diſtincta ſe totis ſubiectiue, & conuenire in aliquo obiectiue. Sed quia ex hoc adhuc videtur Deus compoſitus; nam habet aliquid, quo conuenit cum cauſato vt conceptum realem, & quo differt vt modum intrinſecum: propterea notant Deum habere aliquem conceptum realem, & modum intrinſecum, quo diſtinguitur ab ipſo cauſato; & tamen non eſt compoſitus: & huius rei declaratio eſt; quia conceptus eſt duplex. quidam eſt perfectus & adæquatus rei vtpote ille, quo concipitur res cum ſuo modo intrinſeco, vt conceptus, quo concipitur albedo vt quatuor. quidam imperfectus & inadæquatus rei, vtpote ille, quo conciperetur realitas ſine ſuo modo intrinſeco, veluti conceptus, quo concipitur albedo ſine intentione vt quatuor. Iſtis ſtantibus dicunt Deum habere conceptum realem, quo cum cauſato conuenit, vt conceptum entis, & aliquid, quo differt, vt modũ intrinſecum: ſed quia nec conceptus, quo conuenit eſt perfectus, nec conceptus, quo differt; nõ enim poteſt conceptus entis eſſe perfectus ſine ſuo modo, nec modus ſine conceptu, propterea non eſt compoſitio in Deo; compoſitio enim eſt ex conceptu perfecto & conceptu imperfecto; non autẽ ex conceptu imperfecto & modo intrinſeco. Sed quia hæc ſunt contra veritatẽ, & contra S. Th. propterea decem argumentis arguam contra iſtam doctrinam, & primum argumentum ſit tale: Si conceptus entis eſt imperfectus, aut ita imperfectus, quo nihil imperfectius excogitari poteſt, aut ita imperfectus, vt aliquid illo poſſit imperfectius excogitari: ſi primo modo: eſt ergo infinite imperfectus, tenet argumentum; quia ſicut id, quo nihil perfectius excogitari poteſt, eſt infinite perfectum, ita id, quo nihil imperfectius excogitari poteſt erit infinite imperfectum. Vlterius, ſi conceptus entis eſt infinite imperfectus: igitur ſuus modus intrinſecus erit infinita imperfectio; ſed hęc eſt ante finitatem, qua cõtrahitur ad cauſatũ, & ante infinitatem, qua contrahitur ad Deũ: igitur dabitur aliquis modus prior primis modis entis: ſi aũt imperfectius eo poteſt excogitari, ipſum ens nõ erit ſimpliciter ſimplex, nec ſimpliciter primũ. Secũdo, ſi cõceptus entis eſt imperfectus, hoc erit, quia imperfecte repręſentat, aut quia id, à quo abſtrahitur, eſt imperfectum: nõ primum, quia repręſentat ens, & non minus nec magis: igitur perfecte repręſentat: non ſecundum; quia abſtrahitur à Deo & creatura, quę dicunt perfectum conceptum entis; igitur conceptus eſt perfectus. Tertio, aut Deus capit ens per eſſentiam, aut per participationem: ſi capit ens per eſſentiam erit ens ſine modo, & dicit perfectum conceptum entis: ſi per participationem, tunc erit compoſitus ex participante & participato. Quarto, conceptus, ex quo intellectus componit enunciationem perfectam, eſt perfectus; ſed conceptus entis eſt conceptus, ex quo intellectus componit enunciationem perfectam: ergo eſt perfectus: ſed ex conceptu entis ſine ſuis modis intellectus componit & diuidit perfecte enunciationem: igitur conceptus entis ſine ſuis modis eſt perfectus. Quinto, quæro, propter quid conceptus entis dicitur imperfectus: aut quia per modum contrahitur ad perfectum conceptum: aut quia ſine modo non perfecte cognoſcitur: non primo, quia tunc ſequeretur, quòd Deus eſſet compoſitus ex imperfecto & perfecto: non ſecundo, quia ens cum ſit primum cognitum perfecte cognoſcitur. Sexto, conceptus, ex quo componitur primum principium per ſe notiſſimum, eſt perfectiſſime intelligibilis: ſed ex conceptu entis ſine ſuo modo fit primum principium ſimpliciter notiſſimum: ergo eſt perfectus conceptus. Septimo, ens ab omnibus cõcipitur; infinitum non ab omnibus concipitur; quia aliqui peripatetici negant infinitum: ergo perfectiorem conceptum dicit ens ſine modo, quàm cũ modo. Octauo, ſi conceptus entis eſt imperfectus; aut hoc eſt, quia conceptus ſub ente imperfecte cõcipitur; aut quia ens communiter ſumptum imperfecte concipitur: non primo, quia tunc nihil eſſet perfectum: non ſecundo, quia ens ab omnibus dicitur, quòd eſt id, quod eſt, & primum cognitũ. Nono, Deus per ipſos cõſtituitur ex conceptu entis & ſuo modo, vtputa infinitate; aut igitur Deus eſt vnus per hoc, quòd conſtituentia tranſeunt in omnimodam identitatem; aut in omnimodam vnionem: ſi primo modo tunc ens & modus eius eſſent idem formaliter & realiter & omnimode; cuius oppoſitum dicunt ipſi: ſi in omnimodam vnionem: ergo alterum conſtituentiũ erit actus, & alterum potẽtia ſecundum doctrinã Ariſt. & ſic Deus erit ex actu & potentia. Vltimo, intelligatur per poſſibile vel impoſſibile Deum eſſe vnum per hoc, quòd conſtituẽtia tranſeunt in omnimodã identitatẽ, vt ponunt peripatetici; vel iſte Deus erit minus ſimplex, quàm ille, qui ponit ab iſtis: vel eadẽ ſimplicitate ſimplex; vel ſimplicior: non eſt minus ſimplex, quoniam nihil eſt poſitum in ipſo, quod compoſitionem faciat: nec eadem ſimplicitate ſimplex, quia ea, quorum non eſt eadem ratio eſſendi in ſimplicitate, nõ ſunt eadem ſimplicitate ſimplicia: ſed horum non eſt eadem ratio eſſendi in ſimplicitate; nam Deus,

Sententia aliquorũ de cõuenientia inter Deum & creaturas.

Decem argumentis impugnant .r, ponẽtes modos intrinſecos.

Deus nõ eſt ens per participationem ſed per eſſentiam.

Ens eſt primum cognitum.

Aliquid dicitur ſimplex, aliquid ſimpliciter ſimplex aliquid ſumme ſimplex.

B

C

D

A Deus,qui modo ſic ponitur ſimplex, eſt ſimplex per identitatem omnimodam conſtituentiũ,
& per hoc,quia non componitur ex realitate & realitate,nec ex realitate & modo;at Deus,qui
apud ipſos ponitur ſimplex, eſt ſolus ſimplex;quia non componitur ex realitate & realitate:
igitur Deus,qui ab aliis ponitur & Deus,qui ponitur ab ipſis non ſunt eadem ſimplicitate ſim
plices,& Deus,qui ponitur à nobis non eſt minus ſimplex ; igitur Deus,qui ponitur à nobis,
eſt ſimplicior Deo,qui ponitur ab iſtis;& ita Deus,qui ponitur ab eis, nõ eſt ſumme ſimplex;
quia eſt aliquid intelligibile ſimplicius : breuius iſta decima ratio formari poteſt hoc modo
videlicet; pono quòd entitas & modus tranſeant in omnimodam identitatem Dei,quę eſt ip- Nulla cõpoſitio poni debet in Deo.
ſa vnitas;tunc quęro aut hic Deus erit ſimplicior Deo illo,qui ponitur compoſitus ex realita-
te & modo;aut minus ſimplex;aut eadem ſimplicitate ſimplex: non tertio modo,quia non eſt
eadem ratio ſimplicitatis: non ſecundo: ergo primo ; & hæc eſt mens Ariſt.8. metaphy. vbi Circa finem.
aſſignauit cauſam vnitatis in his,quæ non habent materiam, & inquit quę autem expertia ma-
teriæ ſunt ea proprie vnum quid ſunt,& proprie ens , & vnum ſeipſis . Ecce quòd nullam aliã
cauſam ſimplicitatis aſſignat & vnitatis,niſi quia ſunt proprie entia ſe ipſis,& nõ per hoc; quia
B non conſtituuntur ex realitate & realitate . Iſtis & multis alijs rationibus patet quantum ab-
berrauerint ipſi in doctrina,quam tradiderunt in primo argumento, quę etiam eſt doctrina ali
quorum 1.ſenten. diſt.8.q.3.

In reſponſione ad quartum argumentum reprehendunt S. Tho. ponentem ens mobile eſſe
ſubiectum philoſophię naturalis dicẽtes,quòd non poteſt euadere,quin ſcientia naturalis ſub
alternetur metaphyſicę,cum mobilitas ſit quaſi differentia accidentalis . Verum quia nos ſci-
mus plures eſſe opiniones circa ſubiectum philoſophię naturalis: nam aliqui volunt ſubiectũ Variæ opiniones de ſubiecto naturalis philoſophiæ.
naturalis philoſophię eſſe corpus mobile , vt fuit Albertus cognomento magnus , quem ſecu-
tus eſt Romanus Egidius,ques ſecutus eſt doctiſſimus Benedictus Pererius in libro 2.de com-
munibus omnium rerum naturaliũ principijs & affectionibus , licet eruditiſſimus Franciſcus
Toletus in 1.phy vbi agit de ſubiecto naturalis philoſophiæ,aſſerat ſubiectum eſſe ens natura- Cap.3.
le. Hic tamen obiter non inficiabor quemdam doctiſſimum virum thomiſtam magiſtrum Quęſt.2.
Georgium Buſtum Vercellenſem pro eodem accipere ens mobile & corpus mobile,vt patet in Georgi⁹ Buſtus.
quodam peculiari quęſito,quod nuper ad manus noſtras peruenit, vbi multis contendit ratio-
C nibus id probare: ad quas,quia locus iſte non patitur fuſius egredi, dante domino in opuſculo
quodam,quod ſperamus cito in lucem dare, vbi de ſubiectis omnium ſcientiarum agemus , ſi-
gillatim reſpondebimus : & quamuis ipſe de antiquitate glorietur ; nos tamen eius antiquita-
tem venerantes rationibus potius gaudemus atque mouemur relinquentes ipſum in ſua anti-
quitate. Aliqui vero tenuerunt ſubſtantiam naturalem eſſe ſubiectũ,vt eſt Tiberius Bononien-
ſis Auerroiſta,qui dixit corpus naturatũ aut ſubſtantiam naturatam . Aliqui moderniores po
nunt eſſe vniuerſum ſubiectum adęquatum totius philoſophię.Ipſi, quos impugnamus,vt pa-
tet 6.huius,ponunt ſubſtantiam corpoream prout habet principium motus & quietis eſſe ſu- Quæſt.3.
biectum naturalis philoſophię. Sed omnes iſti (pace eorum dixerim)allucinantur maxime; Subiectum
quandoquidem non ponant adęquatum ſubiectum,de quo nos loquimur:adęquatum enim ſu naturalis phi
biectum debet eſſe illud,quod ſubijcitur primę & adæquatę paſſioni conſideratę in philoſo- loſophiæ qd eſt.
phia naturali: igitur tantum ens mobile erit ſubiectum adęquatum naturalis philoſophię; mi-
nor probatur;quia paſſio adęquata & prima eſt tranſmutabilitas,quę reperitur adęquate in om
D nibus prædicamentis,ſubiectum quoq; ſuum debet eſſe in omnibus prędicamentis,hoc autem
eſt ens mobile, cuius principia adęquata ſunt materia forma & priuatio reperta in omnibus
prędicamentis,vt patet 12.metaphy.à textu decimo vſque ad vigeſimum nonũ : & quid clarius
hoc eſſe poteſt,cum ſubiectum ſcientiæ ſit illud , quod ponitur in definitione primę paſſionis,
vt patet 7. huius:ſed tantum ens mobile ponitur in definitione ab Ariſt.ipſius primę paſſionis Tex.15.
conſideratę in philoſophia naturali: igitur tantum ens mobile & nullum aliorum prædictorũ
eſt ſubiectum naturalis philoſophię; minor eſt Ariſt.3.phy. vbi poſuit in definitione motus Tex.6.
ens in potentia,quod idem eſt,quod ens mobile . Eſt etiam ratio demonſtratiua, qua vſus eſt
S.Tho.1.phy. contra Albertum , quòd nulla ſcientia probat ſuum adęquatum ſubiectum eſſe: In prologo.
modo Ariſt.probauit 6.phy.corpus mobile eſſe: non ergo hoc tale poteſt eſſe ſubiectum natu Tex.32.
ralis philoſophiæ. Nec reſponſio communis aduerſariorum valet,quòd Ariſt.probat propoſi-
tionem de tertio adiacente, quia ſubiectum eſt hoc coniunctum, corpus mobile ; ergo totum
debet præſupponi ſicuti ſi eſſet aliqua ſcientia de homine riſibili ; illa ſcientia non debuiſſet
probare hominem eſſe riſibilem,ſed debet præſupponere totum illud coniunctum , ita etiam
naturalis philoſophia debet præſupponere totum hoc coniunctum , ens mobile ; & non pro-
bare ipſum de tertio adiacente. Adde,quòd eſt expreſſa intentio Auer.4.huius. Decipiuntur Commen. 1.

etiam hic Aduerſarij, ꝙ mobilitas ſit differentia accidentalis; quia apud nos non accipitur pro A
paſſione, vt eſt riſibile reſpectu hominis, ſed accipitur pro ratione formali; mobile enim, cum
ſit nomen æquiuocum ad aptitudinē, motum, & fundamētum illius aptitudinis, multipliciter
ſumi poteſt; ſicut riſibile aliquando ſignificat aptitudinem ad ridendum; aliquando fundamen
tum eius, quod eſt rationalitas; in pręſentiarum ly mobile ſumitur pro aptitudine ad motum,
prout circūſcribimus rationem formalem ſubiecti: poteſt etiam ſumi pro fundamento illius
Quomodo aptitudinis, & ſic eſt prędicatum quidditatiuum ipſius entis pro vt mobile eſt: vnde ens mo-
mobilitas poteſt eſſe prædicatū quidditatiuū entis mobilis. bile non eſt ens per accidens, ſed eſt ens per ſe, ſicuti animal rationale eſt ens per ſe & non
per accidens: ex quo patet error aduerſariorū: patet etiam error illorū, qui tenent nos non poſ
ſe vitare, quin naturalis ſcientia metaphyſicę ſubalternetur; quoniam ipſi non aduertūt vnam
ſcientiam ſubalternari alteri duobus modis poſſe intelligi. Vno modo denominatiue & qua-
Scientiam ſubalternari ſcientiæ dupliciter eſſe poteſt. ſi extrinſice, & eſt quandocumq; finis inferioris ſcientię ordinatur ad finem ſuperioris: vel
quando ſubiectum inferioris continetur ſub ſubiecto ſuperioris: quo pacto S. Tho. in opuſcu
lo de natura generis tenuit non eſſe inconueniens phyſicam ſubalternari metapyſicę: hoc mo-
Cap. 13. do omnis ſcientia ſubalternatur metaphyſicæ; quia ordinatur ad ipſam tamquam ad finem: B
ſed non dicuntur ſubalternari ſubalternatione proprie dicta, quę requirit, vt ſubiectum ſubal
ternatę contineatur ſub ſubiecto ſubalternantis, & etiam, quòd ſubiectum ſubalternatæ addat
ſuper ſubiectum ſubalternātis aliquod accidentale & extraneum, ſicut viſuale reſpectu lineæ
Tertio, ꝙ ſciētia ſubalternans probet proxima principia ſcientiæ ſubalternatę, vt dixit Caie 1.
Quæſt. 1 ar. 2 p. & vt concluſiones ſcientiæ ſubalternatæ ſint viſibiles in principijs ſcientiæ ſubalternantis,
Quomodo phyſica differt à metaphyſi. quod tamen non accidit in propoſito. Adde etiam, quòd ſcientia ſubalternans & ſubalternata
debent conuenire in ratione formali obiecti vt obiectum eſt: modo phyſica & metaphyſica
non conueniunt ſub ratione formali obiecti vt obiectum eſt; metaphyſica enim abſtrahit à
materia ſenſibili & intelligibili; phyſica vero non abſtrahit. Hi igitur ſunt errores Aduer-
ſariorum.

In reſponſione ad ſextum nota, quòd etiam dicunt ſubiectum & paſſionem eſſe idem eſſen
Quæſt. 3. tialiter & realiter; non tamen formaliter: & remittunt ſe ad quartum metaphyſicæ. Tamen
vbicumq; pertractatur ab eis hæc propoſitio, contra veritatem ſubſtinetur, & expreſſe contra
rationem & Ariſt. quia cauſa & cauſatū realiter diſtinguūtur: ſed ſubiectum eſt cauſa reſpectu C
proprię paſſionis: ergo eſſentialiter & realiter diſtinguuntur: maior eſt manifeſta ex ſententia
Tex. 47. Ariſtot. 2. de anima, vbi ponit philoſophus, quòd nihil generat ſe, licet ſeipſum ſaluet, & ex
hoc concluditur propoſitum, quòd ſicut nihil generat ſeipſum, ita nihil cauſat ſeipſum quo-
Nihil cauſat ſe. ad eſſe ſimpliciter; & ita cauſa & cauſatum in eſſe ſimpliciter diſtinguūtur realiter: minor eſt
manifeſta; quoniam paſſio fluit & cauſatur à principijs ſubiecti. Et confirmatur, quia paſſio
demonſtratur de ſubiecto per diffinitionem ſubiecti ſecundum omnem viam; ſed demonſtra-
Tex. 5. tio eſt per ea; quæ ſunt cauſę in eſſendo & in inferendo, vt vult Ariſt. 1. poſter. & ſic patet non
ſufficere diſtinctionem formalem & ex natura rei inter paſſionem & ſubiectū; vt dicunt ipſi;
Cap. de qual. ſed neceſſario requiritur diſtinctio realis; & hoc eſt, quod Ariſt. dicit in prędicam. vbi po-
nit paſſionem in tertia ſpecie qualitatis, ſubiectum vero in alijs prędicamentis, & prædicamen
ta ſunt impermixta, & primo diuerſa, & ſic nihil vnius eſt aliquid alterius.

In reſponſione ad ſeptimum nota, quòd ponunt quamdam obſcuram doctrinam, & aſſerūt
Ens inquantū ens quomodo poſſit habere principia. ens inquantum ens habere principia complexa & incomplexa. Hęc enim propoſitio eſt fal-
ſa; quia ſi ens inquantum ens haberet principia incomplexa; quarto, vel effectiua, vel materia- D
lia, vel formalia, vel finalia; ſed nullū horū dici poteſt: igitur propoſitio falſa: probatur minor,
quia, ſi haberet principia effectiua, ſequeretur, quòd Deus non eſſet prima cauſa; quia Deus cō
tinetur ſub ente, & ſi ens inquātum ens habet principia incomplexa: ergo & quodlibet contē
ptum ſub ente; & ſic, cum Deus cōtineatur ſub ente, non eſſet prima cauſa vt dictum eſt; nec
etiam Deus habet principium materiale aut formale; quia non eſſet ſumme ſimplex, nec etiam
finale; quia tunc non eſſet finis omnium. Nec valet diſtinctio, quam ipſi tangunt ſupra ly in-
quantum, quod aliquando ſe tenet ſpecificatiue, & aliquando reduplicatiue, & quòd ens in
quantum ens habet principia, prout ly inquantū ſe tenet ſpecificatiue, non aūt reduplicatiue:
Tex. 1. quia hęc diſtinctio eſt expreſſe contra Ariſt. 6. huius, vbi habet, principia & cauſa quærūtur en
tium, palam autem, quia inquantum entia, vbi ly inquantum ſe tenet reduplicatiue, & non ſpe
cificatiue, vt ipſi dicunt. Propterea attende, quòd ens inquantum ens habere principia contin
git dupliciter: vno modo in eſſendo: alio modo in cognoſcendo: hoc ſtante dico, quòd non
inconuenit ens inquantum ens reduplicatiue ſumptum habere principia in cognoſcendo
etiam à priori, ſed hæc principia dicuntur principia formalia, quę dicuntur quodquiderat-
eſſe, &

A eſſe, & hæc competunt omnibus rebus; quia quando illamet res ſumitur in abſtracto eſt principium à priori ex natura rei ad cognoſcendam ſeipſam, & ſic entitas eſt principium à priori ex natura rei, quo cognoſcitur ens ipſum: hoc autem pacto deitas eſt principium à priori, quo cognoſcitur ipſe Deus, & ſic de alijs.

Nota vlterius circa reſponſionem tertij argumenti, vbi faciunt illã diſtinctionem, quòd aliquid eſſe perfectius altero, poteſt intelligi dupliciter: vel permiſſiue: vel poſitiue. primo modo, quanto vniuerſalius, tanto perfectius. ſecundo modo, omne inferius eſt perfectius ſuo ſuperiori; vnde ens poteſt eſſe perfectius quolibet inferiori permiſſiue; ſicuti animal eſt perfectius muſca permiſſiue; quæ tamen eſt perfectior animali poſitiue. Licet hęc diſtinctio vera ſit de animali & ſpeciebus eius; tamen loquendo de Deo falſa eſt; quia neq; permiſſiue, neq; quocunque modo Deus cum ente, vel ens cum Deo, vel Deus cum creatura aliqua eſt perfectius, quàm Deus ipſe ſolus; quoniam infinito ſimpliciter non poteſt eſſe aliquid infinitius; quia ita perfectus eſt Deus ſolus, ſicuti Deus cum omnibus creaturis ſimul.

Deus ſolus eſt ita perfectus ſicuti ſi etiam eſſet ſimul cũ creatura.

Nota etiam in reſponſione ad ſextum, vt tactum eſt ſupra, ꝙ ipſi ſolent reſpondere, paſſionē B non cauſari à ſubiecto, ſed bene pullulari ab eo, & ſic ipſa nõ diſtinguitur realiter à ſubiecto: & hoc modo putant ſoluere argumentũ à nobis tactum. Sed contra, quia cum pullulo ſit verbum actiuũ: ergo ſignificat actionē vel paſſionē: igitur proprietas ſubiecti, cũ ſit terminus actionis, vel paſſionis, differt ab ipſo ſubiecto agente. Et confirmatur, quia iſta pullulatio eſt emanatio quędã; emanatio & pullulatio eſt quædam relatio medians inter ſubiectum, à quo pullulat, & paſſionem pullulantem. tunc ſic; cum tres ſint ſpecies relationis. vna fundatur in quantitate ſcilicet ſuper vnum & multum. alia ſuper qualitate, ſicut ſcibile ad ſcientiam. alia vero ſuper actum & potentiam, vt pater & filius: quæritur ergo, iſta pullulatio in quanam iſtarum ſpecierum erit? non in prima; nec in ſecunda: ergo in tertia, & ſic ſubiectũ eſt cauſa tanquàm agens paſſionis: ſed agens producit diuerſum in eſſe; quia terminus agentis eſt eſſe: at cum nõ terminetur ad eſſe ſuum: ergo ad eſſe alterius: hoc autem eſt paſſio: ergo paſſio eſt alia à ſubiecto, & ſic diſtinguitur realiter ab eo. Præterea paſſio aduenit ſubiecto poſt eſſe completum eius: ergo realiter diſtinguitur à ſubiecto: antecedens probatur; non enim aduenit tanquàm ſubſtantiale; quia quicquid eſt eſſentiale alicui, aut eſt genus, aut differentia, quæ ſumitur à forma; C proprium autem præſupponit genus, & differentiam: ergo aduenit tamquam accidentale, & poſt eſſe completum ſubiecti: ergo vel vt quantitas, vel vt qualitas, vel vt aliquid aliorum prædicamentorum accidentis; & quodcumq; ſit, cum iſta omnia differant realiter; ſequitur etiam ſubiectum realiter diſtingui à ſua paſſione. Confirmatur per Ariſt. & in 8. phy. Tex. 77. & in 12. metaph. vbi ponit aliquam ſubſtantiam ſemper mouentem; & etiam ponit, ꝙ impoſſibile eſt aliquam actionem vel operationem mediam cauſari à ſubſtantia nuda, & hoc videmus Tex. 30. in omni ente creato citra Deũ: ergo nulla paſſio poteſt immediate fundari in ſubſtãtia: tũc ſic, videre eſt actus, & non fundatur immediate in ſubſtãtia: ergo præſupponit accidens: ſed illud eſt proprietas ſiue paſſio: ergo paſſio eſt accidens, & tunc ſtat ratio ſupradicta. Nunc eſſent ſoluenda argumenta, quæ fieri ſolent, & multa alia dicenda circa hanc materiam: verum, quia ab omnibus expoſitoribus hęc omnia fere tanguntur, præſertim à Ioanne Iacobo Paueſio cognomento Calabro, idcirco, diligens lector, apud ipſos hęc omnia videre poteris. Nobis autem ſufficiat hæc graniora pro defenſione S. Tho. in hac noſtra prima dilucidatione tetigiſſe.

Si paſſio pullulat à ſubiecto, ergo cauſatur ab eo et ergo differt realiter ab eo.

Paſſio eſt poſterior natura ipſo ſubiecto.

D *Omnes homines natura ſcire deſiderant, &c. Ex prolog.*

An vera ſit hac propoſitio, & quomodo.

Dilucidatio ſecunda.

CIRCA quam nota triplicem eſſe appetitum, quia triplex eſt forma: nam quædam eſt forma pure naturalis, quæ non eſt eleuata ſupra naturam materię, & iſte appetitus cõſequens hanc formam eſt puræ naturalis, ſicut appetitus leuis ad tendendum ſurſum. alia eſt forma, quę eſt aliqualiter eleuata ſupra naturam materię: tamen eſt forma affixa organo corporali, ſicut anima ſenſitiua; & hic appetitus conſequens hanc formam dicitur ſenſitiuus, qui diuiditur in concupiſcibilem, & iraſcibilem. alia eſt forma, quę eſt ſimpliciter eleuata ſupra naturam materiæ; itaq; non afficitur organo corporali quantum ad ſuã

Appetitus triplex.

operationem; & appetitus conſequens hanc formam dicitur rationalis, qui eſt ipſa volun- A
q. 19. art. 1. tas conſequens intellectum, vt ait S. Tho. 1. par. & differunt iſti appetitus; quia appetitus na-
Differentia inter hos appetitus quæ eſt. turalis eſt quędam tendentia conſequens naturam rei, non differens realiter ab ipſa natura
rei, vt ait S. Tho. 1. phy. loquens de appetitu materiæ: appetitus rationalis non eſt tendentia
illa, ſed eſt vel potentia vel actus elicitus. Secundo differunt; quia rationalis appetitus clau-
Tex. 81. dit in ſe ſenſitiuum & naturalem, & eſt prior prioritate perfectionis: appetitus vero naturalis
Appetitus intellectiuus claudit in ſe naturalem & ſenſitiuum. non claudit nec ſenſitiuum nec intellectiuum. Vltimo differunt; quia appetitus rationalis ſup
ponit actum alterius potentiæ, ſcilicet actum ſenſus; ſed appetitus naturalis nullum actũ po-
tentiæ cognitiuæ ſupponit. Hoc ſtante declarant aliqui propoſitionem iſtam non debere in-
Opinio neotericorum. telligi de appetitu rationali, quia omnis appetitus rationalis ſupponit actum intellectus: ſed
ille appetitus, quo homines naturaliter deſiderant ſcire, non pręſupponit actum intellectus:
ergo propoſitio nõ debet intelligi de appetitu rationali; minor probatur; quia appetitus, licet
aliquando ſit reſpectu rei habitę; non tamen ſemper eſt reſpectu rei habitæ; ſed propoſitio
aſſumpta eſt vniuerſalis & neceſſaria: ſi ergo iſte appetitus, quo homines deſiderant ſcire, ne-
ceſſario ſupponeret actũ intellectus, cũ actus intellectus ſit ſcire, iſte appetitus eſſet neceſſario B
reſpectu rei habitæ. Pręterea, appetitus rationalis eſt formaliter liber; ſed appetitus, quo hoĩes
naturaliter ſcire deſiderant, non eſt formaliter liber: igitur propoſitio Ariſtotelica non eſt in-
telligenda de appetitu rationali, nec etiam de appetitu ſenſitiuo; quia iſte appetitus ſenſitiuus
eſt reſpectu ſenſibiliũ; ſed appetitus, quo homines deſiderant ſcire, nedum eſt reſpectu ſenſibi
lium, ſed etiam intelligibiliũ: ergo non eſt intelligenda dicta propoſitio de appetitu ſenſitiuo:
tum etiam, quia ex hoc ſequeretur, quòd bruta deſiderarent ſcire: idcirco dicta propoſitio eſt
intelligenda de appetitu naturali: quod patet, primo ex ſufficienti diuiſione: ſecundo, quia
ſine errore tendit in finem; ergo appetit ſine cognitione, ſicut graue appetit centrũ; & hoc mo
Prima opinio exponẽs iſtam maximam. do homines appetunt ſcire. Hanc declarationem ſequuntur nonnulli ex noſtris arbitrantes
hanc quoque eſſe ſententiam. S. Tho. & ètiam Alberti Magni, qui in paraphraſi ſua primi tra-
ctatus vult omnes homines appetere ipſum ſcire naturali appetitu; quia hoc videtur eſſe com
Cap. 4. mune toti ſpeciei; vnde non videtur eſſe niſi naturale deſiderium.

Improbatio primæ opinionis. Sed pace horum dixerim hæc interpretatio eſt expreſſe contra S. Tho. & veritatem: nam S.
Th. ait 2. 2. ꝙ ſicut homo naturaliter concupiſcit delectationes venereas ſecundum naturam C
q. 166. ar. 2. corporalem: ita ſecundum animam naturaliter deſiderat cognoſcere aliquid; vnde philoſo-
Opinio S. Tho. phus dicit in principio metaphy. quòd omnes homines naturaliter ſcire deſiderant: ecce quo-
modo S. Tho. expreſſe gloſat propoſitionem de appetitu ſecundum aĩam; qui eſt appetitus ra-
q. 12. ar. 1. tionalis; ita etiam ſentire videtur Caiet. in expoſitione 1. p. vbi probat; quòd habens charita-
Opinio Caietani. tem naturaliter deſiderat viſionem Dei; clarum eſt, quòd charitas ponitur in voluntate, & di-
ligere eſt actus voluntatis, quæ volũtas eſt appetitus rationalis: ergo poteſt homo appetere ali-
quid naturaliter appetitu rationali. Eſt etiam opinio illorũ cõtra veritatem; quia illo appetitu
homo appetit ſcientiam, qui reſpondet potentiæ, quę perficitur per illam, vt ipſi concedunt:
ſed ſic eſt quòd intellectus eſt illa potentia, quę perficitur per ſcientiam: ergo appetitu intelle
Intellectus perficitur ꝑ ſcientiam. ctiuo homines deſiderant ſcire; quia appetitus intellectualis & rationalis eſt ille, qui reſpon-
det intellectui. Secundo, illud, quod eſt optimum, & ab omnibus expetibile, & optima perfe
ctio, debet ab omnibus ſecundum ſummum & optimum appetitum expeti, & non ſecundum
infimum; quia homines appetitu voluptuoſo, & non rationali deſiderant voluptuoſa; ſed opti
mus & perfectiſſimus appetitus eſt rationalis; ergo rationali appetitu conuenit homini appe- D
tere ſcientiam, & non appetitu naturali. Tertio, ipſum ſcire aut appetitur vt bonum, aut vt ve
Scire eſt de numero verorum. rum; non vt bonum, quia ipſum non eſt de numero bonorum, ſed de numero verorum: igi-
tur appetitur vt verũ: ſed illud, quod appetitur vt verum, appetitur rationali appetitu: igitur
ipſum ſcire non appetitur naturali appetitu. Et quando dicunt, ꝙ ſi homo appeteret ſcientiã
appetitu elicito, tunc bruta etiam ſcientiam appeterent, Hęc ratio non valet, niſi per hoc, vbi-
cunque eſſet appetitus elicitus, ibi poſſet eſſe appetitus ad ſcientiam; poſtquam per illum ho-
mo appetit, quia contra eos eodem modo poteſt argui; ſi omnes homines appeterent ſcientiã
appetitu naturali; igitur res naturales, in quibus eſt hic appetitus, appeterent ſcientiam: hanc
Dubitatio thomiſtica. enim rationem ipſi negare non poſſunt. Sed dices tu, videtur, quòd hæc ſit intentio. S. Thò.
quòd Ariſt. intelligat de appetitu naturali; quia illæ tres rationes adductæ ab ipſo in prologo
concludunt de appetitu naturali. Sed negãdum eſt hoc; quia tertia ratio adducta à S. Tho. ex-
preſſe loquitur de appetitu rationali, dicit enim, quòd homo coniungitur ſubſtantijs ſeparatis
per intelligere; & in ſecunda ratione habet, quòd intelligere eſt propria operatio hominis;
& in prima ratione habet, quòd ſcire eſt propria operatio hominis ſecundum potentiam in-
tellectiuam

A tellectiuam; quę omnia non deſiderantur ab homine, niſi deſiderio rationali & intellectiuo. hinc male gloſant iſtam propoſitionem thomiſtæ de appetitu naturali putantes hanc eſſe intentionem S.Tho.

Improbãtur Aliqui thomiſtæ.

Rationes illorum facile ſoluuntur. & primo prima, concedẽdo maiorem, & negando minorem: & ad probationem dico, ꝙ duplex eſt appetitus; alius complacentię, de quo etiam ipſi adducunt illud dictum Petri Apoſtoli, in quem deſiderant Angeli proſpicere; & hic appetitus non generat faſtidium, & poteſt eſſe rei habitę. alius eſt appetitus carentię & hic eſt rei non habitæ: propoſitio Ariſt. poteſt de vtroque appetitu intelligi. Addo etiam appetitum rationalem ſupponere cognitionem cõtingere dupliciter. vno modo cognitionem habitualem principiorum. alio modo cognitionem concluſionum. Hoc ſtante dico non eſſe incõueniens, ꝙ homo appetitu rationali ſupponat vnam cognitionẽ, & aliam deſideret; immo hoc eſt neceſſariũ, vt ait Auer. 2. huius; quia prima principia ſunt naturaliter cognita in quolibet genere entium: vnde ipſum ſcire in vniuerſali eſt pręcognitum, & appetitur in particulari; & ſic propoſitio eſt vniuerſalis & neceſſaria de appetitu elicito. Ad ſecundam autem dupliciter reſpondere poſ-

Epiſtola 1. cap. 1.

Commen. 1.

B ſumus. primo diſtinguendo appetitum eſſe liberum poſſe intelligi dupliciter. vno modo quo ad ſpecificationem actus: alio modo quoad exercitium ipſius actus, vt ait Caiet. in apoſtillis 1. p. S.Tho. vbi loquitur de appetitu Angelorũ, & ſic appetitus rationalis naturaliter appetit, & eſt naturalis quoad ſpecificationem actus, licet quoad exercitium ſit liber. Secundo etiam poſſumus dicere appetitum rationalem reſpectu ſcire in vniuerſali eſſe naturalem, ſed reſpectu huius vel illius eſſe liberum. Adde etiam, quòd naturale dicitur duobus modis: vno modo prout diſtinguitur contra violentum: alio modo prout diſtinguitur contra liberum; primo modo appetitus rationalis dicitur naturalis. Tertiam rationẽ concedimus, immo vt deduximus facit pro nobis. Ad quartam reſpondemus non eſſe bene deductum proceſſum de appetitu naturali; cum propoſitio intelligatur ſecundum rei veritatem de appetitu rationali, vt declaratum eſt. Ad aliam dicimus nihil aliud concludere, niſi quòd datur appetitus naturalis: ſed non ex hoc probatur propoſitionem debere intelligi de appetitu naturali: & ſic etiam ſoluitur ratio Alberti, quòd appetere ſcientiam eſt commune toti ſpeciei, ſed ſecũdum naturam ipſius ſpeciei. Adde etiam ſecundum gręcos, quòd ly ſcire non ſtat pro ſcientia proprie dicta,

Quomodo appetitus dicitur liber. q. 60. ar. 1.

Naturale eſt duplex.

Ratio Alberti labefactatur.

C ſed pro cognitione, vt declarauimus in expoſitione literæ, & vt patet ex ſigno, quod adducit Ariſt. ad probandam propoſitionem, quæ debet ſic intelligi, omnes homines generatim & cõfuſe neceſſario deſiderant cognoſcere per naturam, quę eſt anima rationalis.

Verum, quia Aduerſarii male intellexerunt propoſitionem: idcirco non eſt mirum ſi contra dicta S.Tho. prorumpunt male referendo & aſſerendo tres demonſtrationes, quas S.Tho. adduxit ad probãdam propoſitionem Ariſt. à priori coincidere in vnam & non eſſe diſtinctas; quia prima procedit per actum primum; ſecunda per actum ſecundum; tertia per medium, quo coniungimur Deo: primo modo eodem appetitu appetitur actus primus, & actus ſecundus, & medium, quo cum Deo coniungimur: ideo omnes iſtæ demonſtrationes in vnam coincidunt. Præterea poteſt argui contra; quia rationes S.Tho. peccant per fallaciam æquiuocationis; nam peto, quid per propriam perfectionem hominis intelligat S.Tho. in prima ratione vel actum primum, vel actum ſecundum? ſi ſecundum; ergo prima ratio non differt à ſecunda: ſi intelligat actum primum, tunc æquiuocat de ſcire, de quo concludit prima & ſecunda ratio. Sed errarunt hic Aduerſarii; quoniam illæ rationes dicuntur eſſe diſtinctæ eſſentialiter; quarũ

Defendũtur rationes S. Thomæ in prologo.

D media ſunt eſſentialiter diſtincta: ſed media iſtarum demonſtrationum ſunt eſſentialiter diſtincta: ergo & iſtæ demonſtrationes ſunt eſſentialiter diſtinctæ; probatur minor; quia prima demonſtratio procedit per cauſam formalem: ſecunda per cauſam finalem, quæ eſt finis quo: tertia procedit per cauſam finalem, quæ eſt finis gratia cuius. Præterea ſcribitur 3. de anima ab Ariſt. quòd obiectum actus, & habitus diuerſimode, & ordine quodam ſe habent ad potentiã; vnde potentia & habitus diſtinguũtur per actus, & actus per obiecta: hinc prima ratio S.Th. fundatur ſupra ratione habitus, vel ratione ſcientiæ, cuius actus eſt conſiderare & intelligere: ſecunda ratio fundatur ſupra ratione actus: tertia ſupra ratione obiecti: Hoc ſtante arguo ſic, illæ rationes, quæ ſumuntur ex habitu, actu, & obiecto, ſunt diſtinctæ: ſed rationes S. Tho. ſunt deſumptę ex habitu, ex actu, & obiecto: ergo rationes S. Tho. ſunt diſtinctę. Præterea argumentor; vbicunque rationes fundantur ſupra diſtinctas appetibilitates, rationes illę ſunt diſtinctę: ſed ſic eſt, quòd rationes ſiue demonſtrationes. S. Tho. fundantur ſupra diſtinctas appetibilitates: igitur & rationes ipſę ſunt diſtinctę: minor probatur; quia ſcientia, cum ſit habitus perfectiuus, ex ſe eſt appetibilis; ſimiliter etiam ſcire ex ſe eſt appetibile, hoc etiam dico de vnione ad primum principium. Et ſic patet ſolutio ad rationes eorum, quòd licet eodem ap-

Reprobãtur aduerſarij S. Tho.

Tex. 4.

Senſus rationum S. Th. in prologo.

petitu ſubiectiue appetatur habitus, & actus ſecundus, & coniunctio cum primo principio; A
non tamen eodem appetitu formaliter; quia rationes appetendi ſunt diuerſę. Soluitur & ſecunda ratio; quia in prima ratione. S. Tho. intelligit habitum: in ſecunda actum: in tertia obiectum, & non vt ipſi imaginati ſunt. Sed nota, quòd non inconuenit plures rationes categoricas conficere vnam copulatiuam, ſic etiam iſtæ tres rationes dicuntur tres categoricę, ſed vna copulatiua; quod ipſi non aduerterunt; ſicuti etiam plures propoſitiones categoricę faciunt vnam hypoteticam. Nota etiam, quòd iſtę rationes S. Tho probant propoſitionem Ariſt. à priori & theologicè, non autem philoſophicè: vnde prima ratio, quę fundatur ſupra ratione habitus, eſt iſta: omne imperfectum naturaliter appetitu elicito & rationali appetit ſuam perfectionem habitualem in communi: ſed anima hominis de ſe eſt imperfecta ſecundum intellectiuam potentiam: cum ſit ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt depictum, vt habetur 3. de anima: ergo naturaliter deſiderat ſcientiam. Secunda ratio, quę fundatur ſupra operationem, eſt iſta: vnumquodque inclinatur ad ſuam propriam operationem, ſicut calidum ad calefaciendum: ſed propria operatio hominis eſt intelligere: ergo homo naturaliter deſiderat intelligere. Tertia ratio, quæ fundatur ſupra ratione obiecti, eſt iſta: vnumquodque naturaliter appetit coniungi ſuo principio beatificanti: ſed principium hominis eſt Deus & ſubſtantiæ ſeparatæ: igitur naturaliter deſiderat coniungi ipſi Deo, & ſubſtantijs ſeparatis. B

Ratio S. Th. eſt profunda tangens ſenſum theologicum.

Tex. 14.

Difficultates in doctrina S. Tho.

q. 44. ar. 5.

Sed circa iſtam rationem tertiam ſunt duę difficultates propter duas propoſitiones, quas ponit S. Tho. in ea: prima propoſitio eſt; ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt principia humani intellectus: contra quam propoſitionem adeſt doctrina S. Tho. 1. p. vbi habet, quòd humanus intellectus producitur in eſſe per creationem, ſicut & ipſa anima intellectiua: at creatio eſt immediate à Deo: ergo falſa eſt propoſitio iſta, quòd ſubſtantiæ ſeparatæ ſint principia humani intellectus. Secunda propoſitio eſt, quam ponit S. Tho. in hac lectione, quòd fælicitas hominis conſiſtit in cognitione ſubſtantiarum ſeperatarum; & tamen 1. 2. ponit, quòd fęlicitas hominis non conſiſtit in cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum: quomodo ergo poſſunt ſtare iſta?

q. 3. art. 7.

Subſtantia ſeparata eſt multiplex.

Felicitas hominis eſt duplex.

Pro ſolutione iſtorum eſt ſciendum, quòd ſubſtantia ſeparata dicitur multis modis. quędam eſt, de cuius ratione non eſt, vt ſit in materia, licet non repugnet ei, quòd ſit in materia; C
& hoc modo ens & vnum & cetera trāſcendentia dicuntur ſubſtantię ſeparatę, quę ſunt principia mouentia intellectum non effectiue; ſed obiectiue: alia dicitur ſubſtantia ſeparata, de cuius ratione eſt vt non ſit in materia, & etiam repugnat ſibi, quòd ſit in materia & hæc eſt duplex: altera dependens, ſicut ſunt Angeli, qui ſunt principia humani intellectus illuminando, dirigendo, & fortificando ipſum: altera eſt independens, & hęc eſt Deus, qui eſt principium humani intellectus per creationem: & ſic patet quomodo quælibet ſubſtantia ſeparata poſſit dici principium humani intellectus, licet diuerſimode. Ad ſecundam difficultatem dicimus, quòd eſt duplex fęlicitas hominis: altera perfecta, quæ conſiſtit in cognitione Dei, de qua agitur 1. 2. altera imperfecta, quę conſiſtit in contemplatione ſubſtantiarum ſeparatarum, & in cognitione ſcientiarum ſpeculatiuarum, de qua agitur hic. Si quis latius voluerit videre veritatem huius quæſiti ad intentionem Sancti Thomæ contra etiam Aduerſarios legat doctiſſimum Bartholomæum Medinam 1. 2. in tractatu de beatitudine, vbi exactiſſime diſputat de hac re. Sufficiat nobis hęc pauca dixiſſe pro expoſitione huius propoſitionis. D

Senſuum

A *Senſuum hic maxime nos cognoſcere facit multasque differentias manifeſtat, &c. Ex prologo.*

Num inter alios ſenſus, viſus faciat nos magis ſcire?

Dilucidatio tertia.

CIRCA hoc quęſitum multi multa dicunt, in quibus duo videntur falſa, Ordo quęſiti.
propterea primo examinabimus illa duo: deinde dicemus ad diſputa-
tionem dilucidando eam. Primum enim, quod ponunt, eſt quędam con-
tradictio & literale dubium, quia Ariſt. in lib. de ſenſu & ſenſato dicit, Cap.1.
quòd cæci nati habentes auditum ſunt magis ſapientes, quàm ſurdi nati
B habentes viſum: ergo ſi ſenſus magis diligitur; quia eſt magis cognoſciti-
uus ſecundum quòd cognitio ordinatur ad ſcientiam: ſequitur, quòd au- Opinio aliquorum.
ditus ſit magis diligendus. Et reſpondent, quòd viſus magis facit ad cognitionem per ſe Cap.3.
ſiue ad ſcientiam, quæ eſt per inuentionem; ſicut vult Ariſt. in libro de ſenſu & ſenſato: au-
ditus autem ſolum per accidens magis facit ad cognitionem ſeu ſcientiam, quę eſt per do-
ctrinam; ex hoc quòd vox audibilis, quæ mouet auditum, eſt ſignificatiua conceptuum men-
tis; & hoc accidit voci, ſecundum quòd immutat auditum: ſi enim eædem voces formarentur,
quę modo ſunt, & non eſſent ſigna inſtituta conceptibus, auditio earum nihil iuuaret ad diſci-
plinam, etiam ſi ſigna viſibilia impoſita eſſent ad ſignificandum conceptus omnes, ſicuti mo-
nachi habent de multis: tunc viſus per illum modum conferret ad diſciplinam, per quos mo-
do confert nunc auditus: ſed voces ſunt ſigna promptiſſima, & propter il lud videtur linguam
eſſe datam hominibus ex 2. de anima; ſic ergo patet, quòd quantum ad ſcientiam habitam per Tex.88.
innentionem viſus facit magis ad ſcientiam, quàm auditus: ſed quantum ad ſcientiam habi-
C tam per doctrinam, auditus magis facit ad ſcientiam non per ſe, ſed per accidens; quia ſuum
obiectum ex inſtitutione factum eſt ſignum conceptus, per quam inſtitutionem nihil ſibi ac-
creſcit; vnde per accidens auditus magis facit ſcire, viſus autem per ſe & directe mediante lu-
mine naturali ipſius intellectus. Sed hæc ſolutio videtur eſſe contra Ariſt. 2. phyſi. vbi ponit, Impugnatio opinionis.
qnòd ridiculum eſt tentare demonſtrare naturam eſſe; quia demonſtrare manifeſta per imma- Tex.6.
nifeſta & incognita, eſt non potentis iudicare propter ipſum, & non propter ipſum cognitum;
quod autem contingat hoc pati, non immanifeſtum eſt: ſyllogizat enim aliquis vtique cum na
tus ſit cæcus de coloribus: quare neceſſe eſt huiuſmodi de nominibus habere rationem, nihil
autem intelligere. Ex his patet ſecundum Ariſt. quòd ſicut per demonſtrationem nihil magis Cęcus nō iudicat de coloribus.
cognoſcitur de natura eſſe, quàm ſine demonſtratione; ſic etiam cæcus de coloribus per audi-
tum nihil cognoſcit, niſi nomina tantum, & quantum ad rem nihil; hoc eſt etiam, quod Ariſt.
1. poſter. dicebat, quòd deficiente ſenſu deficit ſcientia, quę habetur per illum ſenſum: & ideo Tex.33.
auditus in cæco nato nihil facit ad ſcientiam de coloribus habendam per doctrinam, vt falſo
imaginati ſunt iſti in reſponſione ad hoc argumentum. Propterea cum tota difficultas videa-
D tur eſſe in conciliando iſtos duos textus, ſcilicet hunc præſentem, & illum de ſenſu & ſenſato.
Ideo dicendum eſt, quòd hi duo ſenſus, viſus videlicet, & auditus poſſunt dupliciter cōſidera-
ri. primo ſecundum ſe. ſecundo per comparationem ad intellectum. Si primo modo conſide- Viſus & auditus dupliciter conſiderantur.
rentur, ſine dubio viſus eſt præſtantior, tum quia plures & multas rerum differentias viſus fa-
cit nos cognoſcere: auditus autem tantum differentias ſoni; tum etiam quia omnia corpo-
ra colore participantia, & ſenſibilia etiam communia magis per viſum cognoſcuntur,
quàm per auditum. plura enim ſenſibilia aut omnia ex communibus viſu potius, quàm audi-
tu cognoſcuntur: patet ergo, quòd ſecundum ſe cōſiderando cognitionem habitam per viſum,
& habitam per auditum, tam quoad ſenſibilia propria, quàm communia ſemper præſtantior
inuenitur viſus, quàm auditus: inquantum vero ſecundo modo comparantur ad intellectum
& ſapientiam, & maxime quantum ad cognitionem de ſubſtantijs ſeparatis, auditus erit prę-
ſtantior: propterea concludit ibi Ariſt. quare ſapientiores à natiuitate ſunt cæci mutis & ſur-
dis. Ariſt. hic intellexit primo modo conſiderando hos ſenſus: ſed in libro de ſenſu & ſenſato.
ſecundo modo: & ſic inter hęc duo dicta nulla eſt diſcordia. Secundum dictum ipſorum
eſt in reſponſione ad tertium argumentum, quod argumentum fundatur in doctrina Ariſt. 2. Tex.107.
de anima; vbi aſſerit viſum eſſe tantum vnius cōtrarij, ſcilicet albi & nigri; tactū vero eſſe dua-

rum contrarietatum, ſcilicet calidi & frigidi, humidi & ſicci. Ex hoc naſcitur dubitatio, quomodo viſus plures differentias demonſtret, & tamen tactus eſt duarum contrarietatum, & viſus tantum vnius. A

Reſponſio aliquorū de multiplicitate tactus.

Reſpondent ipſi, quòd ex hoc forte ſequitur, quòd tactus non ſit ſimpliciter vnus ſenſus; & ex hoc etiam non ſequitur, quòd tactus plures rerum differentias oſtendat; quia obiectum ipſius viſus ſcilicet lux & color in pluribus corporibus reperiuntur, quàm omnes qualitates tangibiles, ſi eſſent mille; & quia cognoſcimus ſubſtantiam per ſua accidentia. hinc obiectum viſus in pluribus reperitur, quàm obiectũ tactus, vel cuiuſlibet alterius ſenſus particularis; quia omnia corpora tam inferiora quàm ſuperiora lucem vel colorem participãt; non autẽ alias qualitates, puta tangibiles audibiles & huiuſmodi. ideo viſus plures res demonſtrat & magis facit ad ſcientiam; ex cõſequenti magis diligitur. Eamdem reſpõſionem ſequitur

Quæſt. 3.

eruditiſſimus quidã neotericus in hoc 1. metaph. ſuper quem erudite ſatis & commentaria & quæſtiones confecit formando hoc argumentũ: quia tactus percipit duas cõiugationes contrariorum; aſpectus autem vnam tantum: ergo tactus plures differentias rerum oſtendit, quàm aſpectus ſeu viſus, vt ipſe dicit; & negat conſequentiam huius argumenti; quia aliud eſt plura contraria percipere, quod facit tactus; aliud eſt plures differentias rerum cognoſcere, quæ facit viſus ſeu aſpectus, cum cæleſtia ſimul & terrena percipiat. B

Impugnatur reſponſio illius neoterici. Tex. 8.

Sed contra iſtam ſolutionem arguo ſic, Ariſt. 2. de genera. & corrupt. aſſerit, quòd tangibiles differentiæ vel contrarietates ſunt ſeptem; ſcilicet calidum frigidum, humidum ſiccum, graue leue, durum molle, lubricum aridum, aſperum leue, groſſum & ſubtile: ergo ſunt plures contrarietates, quàm duę: dato igitur, quòd quantum ad colorem & lumen, quibus communicãt & participant omnia corpora tam ſuperiora quàm inferiora, viſus plura cognoſceret: hoc tamen eſſet ſecundum vnam contrarietatem quoad colorem, vel ſecundum vnam qualitatem, quoad lumen; & certitudo, quę eſſet in alijs corporibus ſecundum ſeptem contrarietates qualitatum tangibilium, eſſet maior, quod pertinet ad perfectionem ſcientiæ; eſſet etiam plurium rationum cognoſcibilium. Præterea

Tex. 94.

Ariſt. aſſerit in 2. de anima, quòd ſecundum ſenſum tactus iudicatur homo prudentiſſimus inter omnia animalia; & ſecundum bonitatem huius ſenſus, in homine iudicamus de bonitate intellectus: molles enim carne aptos mente dicimus, quod non contingit ita ſe habere ſecundum alios ſenſus. Propterea alia reſponſio debet dari huic argumento, quòd viſus per ſe facit nos plura cognoſcere & certius, quod patet, quia corpora ſuperiora & inferiora: hęc enim tantum per viſum cognoſcimus & non per alios ſenſus: quòd autem certius alijs ſenſibus faciat nos cognoſcere, patet; C

Certitudo cognitionis vnde ſumitur.

quia quanto aliqua res cognoſcitiua eſt ſpiritualior & immaterialior, tanto eſt perfectior in cognoſcendo: vnumquodque enim quanto magis eſt in actu, tanto magis eſt cognoſcitiuum: ſed viſus eſt ſpiritualior, ceteris ſenſibus: ergo eſt magis cognoſcitiuus: patet minor, quod ſit ſpiritualior præcipue in ſua operatione, quę ſpiritualius & immaterialius immutatur ab obiecto; cum ſenſus in actu cõſiſtat in actuali immutatione eius ab obiecto: ſed conſtat viſum immaterialius & ſpiritualius immutari à ſuo obiecto: nam obiectum viſus non

Obiecta quomodo varie immutãt ſenſus.

immutat organum nec medium, niſi ſpirituali immutatione; non enim pupilla nec aer coloratur, ſed ſolum ſpeciem coloris recipit ſecundum eſſe ſpirituale: obiecta autem aliorum ſenſuum immutant medium & organum ſenſus ſecundum aliquam naturalem immutationem, vt inducendo patet: obiectum enim tactus calefaciendo & infrigidando: obiectum guſtus afficiendo organum ſapore aliquo mediante ſaliua: obiectum vero auditus per motum corporalem: & obiectum odoratus per fumalem euaporationem ſenſus: ergo viſus ſpiritualius & immaterialius immutatur à ſuo obiecto: erit ergo certius cognoſcitiuus. quando ergo Ariſt. dixit D

Tex. 107.

2. de anima, quòd tactum habemus certiſſimum, intellexit reſpectu brutorum, non autem reſpectu aliorum ſenſuum: nam, cum homo habeat temperatiorem complexionem ceteris animantibus propter perfectiorem animam; decuit ipſum etiam habere perfectiorem ac certiorem tactum cunctis animantibus: bonitas enim ac temperies tactus ſequitur bonitatem ac temperiem complexionis: hęc autem in homine eſt perfectiſſima, quæ in hoc mundo haberi poſſit, vt inquit Auicen. de complexionibus.

Homo habet perfectiorem tactum ceteris animalibus.

Senſus multifariam accipitur.

Quantum ad ſecundum ſciendum eſt primo, quòd ſenſus quatrupliciter poteſt accipi. primo pro anima ſenſitiua. ſecundo pro potentia ſenſitiua, & iſtis duobus modis quodlibet animal habet ſenſum. tertio accipitur ſenſus pro habitu ipſo. quarto pro operatione ſenſitiuę partis. in pręſenti litera Ariſt. loquitur de ſenſu viſus, & pro operatione & potentia ipſa. Se-

q. 60. ar. 8.

Amor duplex.

cundo eſt notandum, vt docet S. Tho. 1. p. quòd duplex eſt amor, ſcilicet amicitię, & concupiſcentię: amor amicitiæ eſt, quo aliquis diligit amico ſuo virtutes: amor concupiſcentię eſt, quo nobis diligimus aliquid, puta diligimus nobis equũ, non de amore amicitię, ſed de amo-

Laudatur Egidius.

re concupiſcentię intelligenda ſunt verba Ariſt. & ſic optime Egidius probat viſum eſſe magis

amandum

A amandum prę ceteris ſenſibus, eoquia eſt ſimpliciter magis cognoſcitiuus,& eſt nobilior om-
nibus alijs, quod oſtendit ex parte obiecti, quod eſt lux & color;& ex parte organi, ad quod
natura miro artificio vſa eſt cõponendũ;& ex parte medij,quod eſt diaphanum;& ex excellen
tia viſionis,quę eſt actus pure ſpiritualis. vnde ſolus viſus more intellectus percipit res,deinde
magis mouet ad imaginationem,quàm ceteri ſenſus, & nullus eſt inter ſenſus,qui ita perfecte
percipiat figuras & actiones corporum ſicuti viſus. propterea Ariſt. aſſerit in textu, quòd
plures rerum differentias nobis oſtendit; quia eius obiectum caduca & ęterna complectitur.

Viſus more intellect⁹ pcipit obiectũ

Tertio notandum, quòd ſenſus multis modis conſiderari poſſunt. primo vt ſunt perfectio-
nes animalis, etiam quòd nihil iuuent aut delectationem conferant; & ſic omnes æqualiter
diliguntur ab animali,quia oẽs ſunt eius perfectiones, nedũ ſenſus exteriores, videlicet viſus,
auditus,olfactus,guſtus,& tactus: ſed etiam ſenſus interiores,qui ſunt ſenſus communis,phan
taſia, cogitatiua,& memoria, & ſic diliguntur amore amicitię; quia in ſe ſunt boni, & nulla
ratio mali reperitur, quo amore dictum eſt ſupra de mente S. Tho. quòd amantur virtutes.

Senſus conſideratur multipliciter.

Senſus interiores quot ſunt.

Secundo poſſunt conſiderari ſenſus prout ſunt neceſſarij ad conſiſtentiam vitæ ipſius anima-
B lis, & ſic primo diligimus tactum, deinde guſtum, tertio viſum; quia ſine viſu cibos à longe
non potuiſſemus perquirere, & poſt hunc auditum,quo ſentitur differentia ciborum, vltimo
olfactum,& hoc loquendo de amore concupiſcentię,quo diligimus ea,quę ſunt nobis vtilia.

Tertio, conſiderari poſſunt ſenſus prout conferunt nobis aliquam delectationem & volupta-
tem;& ſic aliqui,qui delectantur cibo,magis guſtũ diligunt;aliqui vero,qui delectantur rebus
venereis,magis diligunt tactũ;alij delectantur in audiendis fabulis ſeu etiam hiſtoriis & ſcien
tijs,& ſic iſti magis diligunt auditum. Et hinc multi philoſophi ſeſe obcæcarunt; quia arbi-
trabantur per viſum impediri ab audiendis diſciplinis: nullus autem philoſophorum ſe ſur-
dum curauit efficere. Sunt vero aliqui,qui in antiquarum rerum varietate conſpicienda val-
de mirantur, vt ſunt imperatorum ac regum marmoreæ ſtatuę,coloſſi, pyramides, excelſa re-
gum palatia,& id genus ſimilia, & iſti magis amant viſum prę ceteris: propterea ſecundum
diuerſitatem complexionum hominum diuerſimode reſpondendum eſt huic quęſito. Si au-
tem loquamur de cognitione,non autem de aliis vtilitatibus & commodis ſpectantibus ad vi-
tam animalis abſolute; dicendum eſt,quòd magis diligendus eſt viſus;quia eſt magis cogno-
C ſcitiuus,& propter alias rationes tactas. Et ſi quis diceret; ille ſenſus eſt maxime cognoſci-
tiuus, qui eſt certior in hominibus & primus & qui magis confert ad intellectum; quia ſen-
ſus,qui magis certus eſt,magis cognoſcit,& qui primus eſt inter omnes alios ſenſus, eſt maxi-
me vniuerſalis: ſed ſenſus tactus in hominibus eſt talis naturę; quia eſt primus, cum omnes
alii ſupponant ipſum,tamquam fundamentũ;eſt etiã certior quoad cognitionẽ: vnde ſcribi-
tur apud Ioan.Euang.quòd Thomas Apoſtolus nunquam fuit certus de reſurrectione domi-
ni,donec tactu palparet cicatrices,& tunc dixit;Dominus meus, & Deus meus: magis etiam
confert ad intellectum,vt dictum eſt ſupra de mẽte Ariſt.qui dixit; molles carne aptos mente
vocamus: ergo etc. Sed ſolutio huius difficultatis habetur ex præmiſſis,quòd licet tactus ſit
certior quantum ad cognitionem,non tamen quantum ad nobilitatem; quia ſic eſt viſus, licet
aliqui dicant auditum eſſe certiorem cunctis ſenſibus,& adducant hiſtoriã Iſaac,qui deceptus
eſt à filio Iacob dicente ſe eſſe primogenitum,tamen Iſaac deceptus fuit in tactu,& guſtu;non
tamen in auditu;quia dicebat; vox quidem Iacob,manus autem Eſau. ſed quicquid ſit de hoc
non eſt preſentis negotii diſputare;ſed loquendo de tactu dicimus,quòd eſt certior aliis ſen-
D ſibus comparando hominem ad alia animalia;quia homines habent certiorem tactum,quàm
cetera animalia;ſed comparando ipſum tactum ad alios ſenſus in homine,non eſt certior,ſed
viſus eſt certior & nobilior, & licet ſit primus via generationis, non tamen via perfectionis:
quia viſus (vt dictum eſt) eſt perfectior & nobilior ceteris ſenſibus: confert quoque tactus
ad intellectum;quia arguit bonitatem partis ſenſitiuę,qua intellectus vtitur in ſua operatione
arguendo bonitatem complexionis. Ad illud etiam, quod adducitur ex euangelio Ioannis,
dicimus, quòd ſępius adhibetur ſenſus ad cognoſcendas res, quas tactus non ita perfecte iu-
dicat: propterea quòd ſenſus iuuant ſeipſos ad inuicem ad habendam perfectam cognitionẽ
rerum: quia nullus per ſe poteſt percipere obiectum aliorum ſenſuum,& ideo quando docto-
res loquuntur de illo dicto Thomę Apoſtoli tangendo cicatrices Chriſti,prę ferunt tactum vi-
ſui,non quoad per ſe primum obiectum vtriuſq;,ſed quantum ad illud,ꝙ corpus Chriſti ma-
gis cognoſcendum eſt per viſum, & per tactum ſimul, quàm per viſum ſolum; vnde S. Tho.
2.2. exponens verba huius Apoſtoli dicit, quòd Thomas aliud vidit,& aliud credidit, homi-
nem vidit & Deum credens confeſſus eſt,cum dixit Dominus meus, & Deus meus. Sed hæc
diſcutienda ſunt in theologia;ſatis ſit modo de hac dilucidatione.

Varia animalia varijs delectantur.

Nullus philoſophus curauit ſe ſurdum efficere.

Curioſa dubitatio.

Cap. 20.

Hiſtoriam Iſaac habetur libro Geneſis.c.27.

Senſus iuuãt ſe inuicem.

Quæſt. 1. ar. 4.

Ob hoc alia prudentia, alia diſciplinarum capaciora ſunt &c. A
Ex prologo.

Num in brutis ſit prudentia?

Dilucidatio quarta.

Prudẽtia duplex. Cap. 6.

EXponens S. Tho. hęc verba aſſerit, quomodo quędam animalia memoriam habent, & quædam non habent; & quomodo quędam ſunt prudentia, & & quædam non: ob hoc diſputatur hic à quibuſdam, num in ipſis brutis ſit prudentia? & in primis ponunt vnum dictum commune, in quo omnes doctores conueniunt, quòd prudentia eſt duplex: altera proprie dicta, de qua Ariſt. 6. ethicor. dixit, quòd eſt recta ratio agibilium, & hęc non reperitur in brutis; quia non habent rationem, de hac etiam prudentia dicitur, quòd includit prouidentiam de futuris cum memoria pręteritorum, & cum collatione & diſcurſu pręteriti ad futurum; & cum in brutis non ſit diſcurſus rationis; ex conſequenti iſta prudentia in eis non reperitur. Alia eſt prudentia metaphorice dicta, & hęc reperitur in brutis, & de hac Ariſt. loquitur hic: in hoc enim omnes fere expoſitores conueniunt: ſed in declarando quid ſit prudentia metaphorice dicta, eſt aliqua controuerſia inter doctores. Vnde S. Tho. declarans iſtam veritatem tam hic, quàm in 2.2. dicit, quòd iſta prudentia metaphorice dicta exiſtens in brutis eſt reſpectu eorum, quæ naturali inſtinctu ipſa bruta proſequuntur, & ſic ſecundum S. Tho. prudentia exiſtens in animalibus aliis ab homine eſt naturalis extimatio de conuenientibus proſequendis, & nociuis fugiendis; ſicut agnus ſequitur matrem & fugit lupum, & ſic de aliis, puta hirundo facit nidum, & formica colligit grana propter hyemem. B

Prudentia metaphorice quid. q. 47. ar. 1.

Dubitationes cõtra S. Tho.

Sed contra iſtam veritatem arguunt dupliciter. Primo, quia memoria ſecundum Ariſt. hic in litera eſt pars prudentię brutorum; nam prudentia eſt prouidentia de futuris ex memoria prȩteritorũ: ſed formica generata in ęſtate nõ meminit hyemis; quia iam numquam vidit hyemem, & tamen colligit grana: ergo prudentia non eſt in eis reſpectu eorum, ad quę habent naturalẽ inſtinctum. Secundo, quia prudentia eſt habitus conſiliatiuus 6. ethic. conſilium autem non eſt de fine, ſed de his, quę ſunt ad finem, non circa neceſſaria, ſed circa contingentia, quę poſſunt aliter ſe habere: ergo prudẽtia in brutis debet poni circa ea, quę poſſunt ſic vel aliter agere: ſed ea, circa quæ ſe habẽt ex naturali inſtinctu, non ſunt contingentia hoc modo; quia cum ſequantur totam ſpeciem, ita neceſſario proſequuntur illa, quę ad iſta magis neceſſitantur & aguntur, quàm agant; & ſic reſpectu taliũ non eſt prudentia in iſtis. Alij etiã ſequẽtes hanc opinionẽ arguunt contra S. Th. etiam ex Ariſt. in litera, qui dicit, ꝙ non in omnibus animalibus eſt prudentia, ſi ergo de mente S. Tho. prudentia eſſet in brutis, quę eſt naturalis extimatio de conuenientibus proſequendis, & nociuis fugiendis: ſequeretur, quòd in omnibus animalibus eſſet prudẽtia, quod eſt contra Ariſt. in litera: probant conſequentiam, quia omnia animalia fugiunt quando ſentiunt nociua, & quando ſentiunt delectationem proſequuntur ipſam. Pręterea & fortius arguunt, quia ſequeretur, quòd animalia bruta eſſent æqualiter prudentia in iuuentute & in ſenectute, quod eſt contra experientiam: deducitur conſequentia, quia naturalis extimatio de conuenientibus proſequendis & nociuis fugiendis æqualiter inſequitur ſpeciem, & à natura ipſa: propterea determinantes veritatem huius quęſiti aſſerunt, quòd in brutis eſt prudentia metaphorica reſpectu contingentium ad ea, quę poſſunt aliter & aliter ſe habere, non autẽ eſt prudentia reſpectu illorum, ad quę inclinantur ex inſtinctu naturali: & declarantes hoc, ponunt exemplum de formica, quę congregat grana, & reponit in hoc vel in illo loco, & accipit ex hoc cumulo vel ex illo, hoc facit ex memoria loci, vbi primo poſuit granum & ex memoria cumuli, ex quo etiam primo ſubſtulit grana: ponunt etiam exemplum de aranea, quæ ex prudentia facit telam, vbi eſt maior copia muſcarum; & hirundo facit nidum, vbi difficillior eſt acceſſus, & ſic concludunt, quòd prudentia non eſt ponenda in brutis reſpectu eorum, ad quę naturaliter inclinantur & neceſſario, ſed reſpectu eorum, ad quę ſe habent contingenter, puta aggregare grana in hoc foramine & non in illo, vel accipere de hoc cumulo & non de illo. Sed circa hæc tria faciemus. primo arguemus contra iſtos. ſecundo ſoluemus eorum rationes. tertio dicemus ad diſputationem. Et primo arguitur contra Aduerſarios ſic: ſi reſpectu eorum.

Cap. 6.

C

Animalia bruta nõ sũt æqualiter prudentia.

D

Impugnãtur arguentes cõtra S. Th.

ad quę

A ad quę animalia bruta habēt naturalem inſtinctum, non haberent prudentiam: ergo prudentia,
quę eſt in brutis, non eſt naturalis: ergo per aliud principium eis ineſt contra Ariſto. 2 phyſi. Tex.89.
vbi volens oſtendere naturam agere propter finem, inducit exemplum de huiuſmodi animali-
bus, inquiens, quę neque arte, neq; quæſitura, neque deliberatione faciūt: vnde dubitant qui-
dam, vtrum intellectu, aut quodam alio operentur araneę & formicę; & ſic ſequitur eos eſſe de
numero illorum, de quibus aſſerit Ariſt. quòd dubitarunt ſi talia animalia haberent intellectū.
Pręterea ibidem 2. phy. in tractatu de caſu & fortuna diſtinguit agentia, quòd vel ſunt à natu- Agentium aliud à natura aliud à ꝑpoſito.
ra vel à propoſito: ſed talia animalia non ſunt à propoſito: ergo à natura: igitur quicquid in
eis reperitur eſt naturale. Tertio expreſſe Ariſt. in 2. phy. aſſerit, quòd talia animalia, quæ fa-
ciunt, non arte ant deliberatione faciunt: ergo nec per collationem aliquam; & tamen ipſi aſſe- Tex.80.
runt in reſponſione ad ſecundum, quòd bruta animalia habent aliquam collationē, quod qui-
dem eſt falſiſſimum, quia mouentur tantummodo ab obiecto præſenti.

Quantum ad ſecundum reſpondendum eſſet rationibus illorum; ſed, vt euidenter appareat
ſolutio, explicanda eſt veritas, quam promiſimus tertio loco exponendam. Pro cuius intellectu Prudentia alia via declaratur.
B ſciēdum eſt, ꝙ prudentia eſt multiplex. quędam falſa, vt ſolemus dicere de prudentia latronis,
qui conuenientes vias adinuenit ad latrocinandū, de qua prudentia intelligi poteſt illud dictū
Saluatoris noſtri Lucę; filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Secun Cap.16.
do dicitur prudentia carnis, quæ conſtituit vltimum finem ſuum in delectatione carnis, de qua
Apoſtolus ad Romanos; prudentia carnis mors eſt. tertio dicitur prudentia perfecta & ratio- Cap.8o.
nalis, de qua etiam dicitur illud Matthæi; fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus Cap.24.
ſuper familiam ſuam. quarto dicitur prudentia naturalis, quę eſt naturalis inſtinctus, quo ani-
malia ordinantur ad ſuos fines, & ad proſequenda conuenientia & fugienda nociua, & hæc
poteſt eſſe maior in vno animali, quàm in alio; vnde poteſt dici prudentia animalis ſecundum
quam apes & formicę operantur opera prudentię, de qua loquens ſapientiſſimus Salomon di- Prouerbiorū cap.6.
cebat, Conſidera ò piger formicam, quæ colligit grana in æſtate &c. poteſt etiam dici hæc pru
dentia ſagacitas quædam, quæ reperitur in vulpe, lupo, lepore, & alijs animalibus, quæ, vt ini-
micorum manus effugiant, maximam videntur adhibere diligentiam.

Secundo eſt notandum, quòd animalia ſunt in multiplici gradu. quædam ſunt, quæ habent Animalium gradus multiplex.
C ſolūmodo ſenſum tactus, vt ſunt oſtreæ, & hęc ſunt animalia imperfectiſſima ratione motus,
quia non mouentur de loco ad locum, ſed ſolummodo motu dilationis & conſtrictionis: ha-
bent enim alimentum cum ratione ſenſationis, quæ tantum præſentia ſenſu percipiunt, cum
nullum ſenſum interiorem habeant diſtinctum à tactu, quo ſpecies ſenſibiles retineant. Quę-
dam autem animalia ſunt, quę præter tactum habent aliunı ſenſum exteriorem, vt puta audi-
tum, viſum, vel olfactū & nullum interiorē, vt ſunt muſcæ, bubones, noctilucę, & hæc animalia Bubones quē ſenſum habeant.
ſunt in imperfectiori gradu quàm prima. Qnędam animalia pręter tactum & ſenſus exterio
res habent memoriam, quæ eſt ſenſus interior, vt ſunt apes, formicæ, & araneæ, & hæc ſunt
perfectiora, quàm illa, quæ conſtituta ſunt primo & ſecundo gradu. Quædam autem anima-
lia reperiuntur in vniuerſo, quæ præter tactum & memoriam habent perfectum auditum, ſicu
ti eſt ſimia, equus, canis, & pigmeus, qui eſt animal ſilueſtre, de quo multi dubitant an ſit ho- Pigme an ſit homo multi dubitant.
mo, cum vtatur deliberatione quadam & loquela, & habitet in cauernis, & habeat longas thi-
bias, longaque brachia, & cum ipſo pugnant grues, & ciconiæ, & habitet propè ſuperiores pa-
ludes Ægypti, vnde Nilus fluit, vt Albertus magnus lib. de animalibus affirmat; tamē Albertus Cap.40.
D ipſe vult pigmeos ipſos nō eſſe homines, ſed habere aliquid humanū, non tamen dici ſecundū Opinio Alberti de pygmeis.
vnam & eandem rationem nobiſcum; quia nou apprehendunt vniuerſale; nec exercent iudi-
cium Reipublicę; in multis tamen imitantur homines, habent enim loquelam & ſermonem
imperfectum, propter bonitatem imaginationis congregantur inuicem ad quemdam ſonum;
ſicut aliæ aues ad garritus triſtes, aut lętos; equitant quoſdam equos paruiſſimos, & multa alia
faciunt ſimilia operibus humanis. Sunt vltimo quædam animalia perfectiſſima in vniuerſo,
quę præter ſenſus exteriores & interiores habent intellectum & diſcurſum, vt ſunt homines,
de qnibus hic dicit Ariſt. hominnm genns arte & ratione viuit.

Tertio notandum eſt, quòd Plinius in libro 8. hiſtoriæ naturalis conſiderans diuerſitatem Cap.10.
horum animalium voluit, quòd in ipſis animalibus ſcilicet brutis repetiatur triplex pruden-
tia; & naturalis vt in formicis; & animalis vt in lupo & vulpe; & rationalis vt in elephāte; quia Natura Elephantis quæ ſit ſecūdum Plinium.
videmus in ipſo reperiri maximam obedientiā, voluptatem, gloriæ probitatem, ęquitatem, re
ligionē, venerationē ſyderum, ſolis & lunę, docilitatem, cum adorent reges, ſubmittant genua;
porrigant coronas, & multa alia, quæ attribuuntur prudentiæ rationali. Sed hęc fabuloſa po-
tius ſuſcipienda ſunt à philoſophis, quàm aliquid veritatis habentia; quia prudentia rationa-

lis non

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

lis non dicitur niſi à ratione, ratio autem duplex eſt. altera vniuerſalis, quæ eſt collatiua inten- A
tionum vniuerſalium, quæ diuiditur in rationem ſuperiorem, quę intendit ęternis cõſpicien-
Ratio inferior quæ ſit. dis ſpeculando, & conſulendis ab eis recipiendo regulas agendorum: ratio autem inferior in-
tendit rebus temporalibus diſcurrendo in eis. datur, vt dixi, ratio particularis, quę alio nomi-
ne appellatur vis cogitatiua, & hęc non reperitur niſi etiam in hominibus, quę per quamdam
collationem adinuenit quaſdam intentiones, ipſaſque adinuicem componit; & huic medici
aſſignant determinatum organum, ſcilicet mediam partem capitis; cum ergo prudentia illa ra
tionalis, quam Plinius vult in elephante reperiri, non poſſit dici nec à ratione vniuerſali nec à
ratione particulari: ſequitur ergo fabuloſum eſſe dicere in elephante reperiri prudentiam ra-
tionalem, aut in aliquo alio animali.

Tex. 80. Vltimo eſt notandum, quòd animalia bruta, quę carent ratione, vt aſſerit Ariſt. 2. phy. natu-
raliter & determinate inclinantur in ſuum vltimum finem, & tendunt in illum: ſic etiam di-
cendum eſt de mediis, quibus conſequuntur illum finem: vnde non ſe habent contingenter
& aliter & aliter reſpectu mediorum ad finem, & hoc eſt expreſſe contra determinationem
Hirũdo quomodo operatur. ipſorum aduerſariorum; & ratio eſt, quia hirundo ſemper facit nidum ex naturali inſtinctu B
vbi videt eſſe maiorẽ tutelam pullorum, & ſic aranea ſemper facit telam, vbi exiſtimat eſſe ma-
Aranea vbi nititur facere telam. iorem atq; faciliorẽ capturam ipſarũ muſcarũ: tales enim prudentiæ non poſſunt dici, niſi na-
turales; quia conſequuntur naturam, & ſic etiam reperitur prudentia in alijs animalibus, vt in
leone, & in ceruijs, qui habitant in locis, ad quę frequentia hominũ de facili adire non poteſt.
quòd autem ęqualiter ſe habeant bruta animalia circa finem, & circa media ad finem, & non
contingenter, ſeu aliter & aliter, vt dicebant ipſi, probatur; quia tunc ſequeretur, quòd in bru-
tis eſſet aliquis diſcurſus, quod eſt falſum, immo ſequeretur eſſe in eis prudẽtiam rationalem,
Quomodo aduerſarij adducuntur in cõtradictionem. vt dicebat Plinius. Deinde videntur ſibiipſis aduerſari in reſponſione ad tertium argumen-
tum, & in deciſione quęſtionis: aiunt enim in reſponſione ad tertium argumentum, quòd ouis
videns lupum ſtatim apprehendit inimicitiam lupi, & ſic prudẽtia vtitur in fugiendo ipſum:
ſi ergo eſt verum hoc dictum, ſequitur, quòd ouis habet prudentiã circa ea, ad quę naturaliter
inclinatur: ergo male dixerunt in deciſione quęſtionis, quòd prudentia brutorum eſt circa ea,
ad quæ contingenter ſe habent.

Prudẽtia eſt prouidentia de futuris. Quibus habitis patet modo reſponſio ad primam rationem, in qua dicebatur, ꝙ memoria C
eſt pars prudentiæ brutorum, & prudentia eſt prouidentia de futuris &c. quia concedendo to-
tam rationem, nil aliud concludit, niſi prudentiam in brutis eſſe reſpectu mediorum, quod S.
Tho. non negauit, ſed negauit non tantum eſſe reſpectu mediorum, ſed etiam reſpectu
Perpende verificationem propoſitiõis. finis: deinde illa propoſitio aſſumpta ab ipſis, prudentia eſt prouidentia de futuris
ex memoria præteritorum, non verificatur de prudentia metaphorice dicta; niſi ſecundum
quamdam imitationem, quia formica, quę oritur in ęſtate, non colligit grana ex memoria prę-
teritorum, ſed per prudentiam naturalem, per quam imaginatur actus pręſentes, qui ordinan-
tur ad ſubſtentationem ſuam, non ex apprehenſione futurorum, & memoria præteritorum;
quia hoc eſſet diſcurrere; ſed potius ex naturali inſtinctu & inclinatione, vt dictum eſt. Vnde
Cap. 4. Ariſt. in 6. ethi. ponit collationem pręteritorum cum futuris eſſe diſcurſum. Et, vt clarior ſit
Commodũ & incommodum dupliciter poteſt pcipi ab animalibus. reſponſio, attende, quòd futura commoda & incommoda percipere, dupliciter intelligi po-
teſt. vno modo ex inſtinctu naturali, & ſic formica genita in ęſtate cognoſcit neceſſitatem hye-
mis. alio modo ex his, quę ſæpe ſæpius præterierunt; & hoc pacto vulpes cognoſcit pericula D
canum per quamdam prudentiam etiam naturalem, quæ dicitur ſagacitas, ſeu prudentia ani-
malis, ſed naturalis in vulpe. Ad ſecundam rationem, in qua dicebatur, quòd prudentia eſt
habitus cõſiliatiuus &c. dicimus, quòd illa propoſitio intelligi debet de prudentia proprie di-
cta, quia in prudentia metaphorice ſumpta reperitur quędam imitatio & ſimilitudo dicendo
ſic; quemadmodum homo prudens ſe habet intelligẽdo optima media ad conſequendũ finẽ;
ſic ſe habet formica circa media determinata ſibi à natura, quibus conſequitur finem ſuum:
ſed non valet modo; media, quibus homo conſequitur finem ſuum, contingenter & aliter ſe-
Finis diuerſificãtur in diuerſis. habent: ergo & media, quibus formica ſequitur ſuum finem: hęc enim conſequentia nullius
eſt momenti; quia ſicuti finis humanus eſt diuerſus à fine brutorum & alterius rationis; ita
etiam media humana & media, quibus bruta ſuum finem conſequuntur, ſunt diuerſiſſimę ra-
tionis. Ad tertiam, in qua dicebatur, quòd ſequeretur in omnibus animalibus eſſe prudentiam
&c. neganda eſt conſequentia: & ad probationem dicimus, quòd in omnibus vtique animali-
bus eſt quędam naturalis extimatio, ſed non de futura vtilitate & incommoditate, licet natu-
rali inſtinctu ſequantur vtilia, & fugiant moleſta; ſed hoc eſt dum punguntur, vel delectatio-
nem ſenſiunt, non tamen ante; & ſic talis extimatio naturalis non poteſt dici prudentia, cum

reſpiciat

A reſpiciat tantum pręſentia & non futura. Ad quartam, in qua dicebatur, quòd prudentia eſſet æqualiter in animalibus exiſtentibus in iuuentute & ſenectute; quia naturalis extimatio, ſeu inſtinctus conſequitur ſpeciem æqualiter à natura; neganda eſt conſequentia: & ad probationem dicimus, quòd licet ęqualiter ſequatur naturam ſpecificam, non tamen ſequitur naturam quoad particulares conditiones & complexiones: & propterea ſecundum diuerſas complexiones animalium ſunt diuerſæ prudentiæ naturales, vt patet in ſyptaco & pica, quę videntur formare verba humana, & nedum hoc eſſe videtur in animalibus diuerſarum ſpecierum, ſed etiam eiuſdem ſpeciei ſecundum diuerſas indiuiduorum proprietates videntur diuerſę aſſuetudines ſagacitateſque, vt apparet in ſimijs & quibuſdam alijs animalibus. Ex his ergo apparet veritas huius rei, quam S.Tho. in expoſitione horum verborum declarauit in brutis non reperiri aliam prudentiam, niſi naturalem: quia in eis reperiuntur determinatæ viæ ad finem, & ſic tam reſpectu finis determinati à natura, quàm etiam mediorum ad finem, quę etiã determinata ſunt ipſis brutis à natura, reperitur prudentia, non autem quòd ipſa bruta animalia contingenter ſe habeant circa media, vt dicunt aduerſarij & hęc ſatis dicta ſint de hac
B dilucidatione.

An prudentia æqualiter reperiatur in omnibus animalibus.

Syptacus & Pica formãt verba humana.

Dilucidatio cõtrouerſię.

Hominibus autem ſcientia, & ars per experientiam euenit, &c. Ex prologo.

Num ex experimentis generetur ars.

Dilucidatio quinta.

C OMNES fere expoſitores huius ſententiæ dubitant, quomodo ex experimentis generetur ars, & precipue propter ſẽtẽtiam & auctoritatem ipſius Poli, quem laudat Ariſt. quòd recte dixerit aſſerens: experientia facit artem, inexperientia vero caſum. Cui dubio reſpondentes aliqui multa & prolixe dicunt. Quæ omnia nos primo examinabimus, & deinde ad controuerſiam reſpondebimus iuxta doctrinam S.Tho. In primis aſſerunt pręmittendo, quòd ars vel ſcientia dupliciter in nobis haberi poteſt. primo per inuentionem. ſecundo per doctrinam, & quòd ſcientia, quę habetur per inuentionem, eſt ſimpliciter prior ſcientia habita per doctrinam, quod placitum ita probant; nullus docet, niſi quod didicit vel per doctrinam ab alio, vel per inuẽtionem; ſi ſecundo habetur propoſitum: ſi primo quæritur de illo, qui vel habuit per doctrinam vel per inuentionem, & ſic ſemper quęrendo, vel deueniendum eſt ad ſcientiam habitam per inuentionem, & ſic habetur intentum, vel erit proceſſus in infinitum, quod eſt contra Ariſt. in hoc 2. Sed hoc placitum non placet peripateticis; quia eſt gratis dictum; quãdoquidem Ariſt. 8. phy. probat mundum eſſe ęternũ, & ſic ſecundum eum non eſſet inconueniens dari proceſſum in infinitum, & nulla eſſet ſciẽtia
D per inuentionem, ſed ſolummodo tradita per memoriam; quia inter ſcientiam inuentiuam & doctrinalem non eſt ordo eſſentialis; poterit tamen ſciẽtia inuentiua præcedere doctrinalem ex eo, ꝙ fuerunt diluuia, bella, & peſtes, in quibus oẽs homines ſapientes perierunt, & deinde ex admiratione rurſus homines eiuſdem regionis cęperũt inuenire, & ſic generata eſt ſcientia inuentiua, à qua poſtmodũ effecta eſt doctrinalis, & ſic inter ipſas non ordo eſſentialis, ſed accidentalis inuenitur. Secundum, quod dicunt, eſt hoc, quòd hi duo modi ſciendi per inuentionem & doctrinam ſe habent veluti acquiſitio ſanitatis: quoniam natura aliquando eſt ita potens, quòd ſine adiutorio extrinſeco inducit ſanitatem; aliquando autem propter ſui debilitatem indiget adiutorio extrinſeco, & ex ſe non ſufficit. Propterea illud requiſitum extrinſecum eſt tamquam inſtrumentum; ipſa autem natura adiuta eſt principaliter ſanans; ſic etiam in quibuſdam hominibus reperitur lumen naturale intellectus ita potens, quòd ex ſe ſufficit applicare principia ad concluſiones; & tunc dicitur ſcientia generari, vel acquiri per inuentionem; aliquando autem à ſe non poteſt, & tunc iuuatur ex quibuſdam ſignis ſenſibilibus ſibi à docente prepoſitis; quibus ipſe doctor exprimit applicationem principiorum ad concluſiones, quas habet apud ſe, & addiſcens concipit, & in virtute luminis proprij intellectus aſſentit concluſioni, quam videt eſſe deductam ex principijs ſibi prius notis: itaque illa ſigna ſe

Ordo diſputationis.

Sententia quorundam.

Tex. 6.

Tex. 4.

Diluuium à philoſophis nõ negatur.

Sanitas dupliciter acquiri poteſt.

habent

habent veluti inſtrumentum,ſed lumen intellectus ſe habet vt agens principale induens ſcien- A
tiam,& tunc ſcientia ipſa dicitur acquiri per doctrinam. Sed contra etiam hoc ſecundum;quia
q.12.art.8. hanc doctrinam poſuit S.Tho.1.p. vbi quærit,ſi videntes Deum per eſſentiam omnia videant
in ipſo Deo;& declarat hoc exemplum de duobus hominibus,quorum alter habet intellectũ
diſt.14.q.2. eleuatum &c. & tamen ipſi impugnant iſtam doctrinam in 3. ſenten. ergo vel male impugna-
Natura litigãtium quæ ſit. runt hanc doctrinam,vel non adduxerunt illam ad propoſitum hic: niſi dicamus, quòd quan-
do aliqua doctrina facit pro ipſis,eam libenter adducunt non intuendo cuius ſit, quando ve-
ro recordantur illam eſſe S. Tho. libenter etiam impugnant, vt aperte oſtendant ſe doctrinæ
Angelicę aduerſari. Adde etiam,quòd non eſt bona hæc ſimilitudo ipſorum; quia natura eſ-
ſe poterit ita fortis, vt nullo pacto indigeat aliquo extrinſeco ad ſanitatem in ægroto inducen-
dam: intellectus autem humanus quantumcumque ſit fortis, nunquam tamen poterit ſine ex-
trinſeco ſenſu ſibi deſeruiente aliquid cognoſcere; quod ipſi etiam docent in fine primi articu
li huius queſtionis: ergo videntur ſibi contradicere & aduerſari in hoc ſecundo placito,in quo
aſſerunt,quòd ſcientia habita per inuẽtionem aſſimilatur primę ſanationi;quia non indiget ex
Ad principium. trinſeco adiutorio: hoc autem (vt dixi) eſt falſiſſimum & contra Ariſt. 1. poſte. aſſerentem om B
nem intellectum ſiue iudicatiuum, ſiue inuẽtiuum indigere cognitione habita per ſenſus,qui
ſunt extrinſeci ab intellectu. Tertium placitum,quod præmittunt, eſt,quòd omnis noſtra co-
gnitio ſiue pertineat ad ſenſum interiorem, puta imaginatiuam, memoriam, ſenſum com-
Sedes cerebri quę ſit. munem &c. ſiue ad intellectiuam, oritur à ſenſu: de ſenſitiua dicunt,quòd cerebrum animalis
diuiditur in duas partes,anteriorem,quę maior eſt, & poſteriorem,quæ minor eſt. & in parte
anteriori ſunt duo uentriculi,vnus altior alio,in poſtrema parte eſt vnus tantum,& quaſi inter
iſtas duas partes eſt vnus ventriculus medius habens duas partes,vnam ſuperiorem, & aliam
inferiorem: itaque vna eſt ſita ſuper aliam:& inter illum medium ventriculum, & partem po-
ſteriorem eſt quoddam corpus ad modum vermis, & clauditur, & aperitur cum opus fuerit
rememorari:& vergit verſus partem poſteriorem; & à primo ventriculo primę partis proce-
dunt ſeptem paria neruorum, quorum vnum deſeruit virtuti viſiuę, & oritur vnus neruus à
dextra parte illius primi ventriculi;alius à ſiniſtra,& qui oritur à ſiniſtra tendit ad dextram,&
qui à dextra ad ſiniſtram: ita ꝙ concurrunt,& interſecant ſe ad modũ crucis: protenduntur au
tem iſti nerui, & elõgãtur quouſq; recipiũt in ſuis orificijs ipſos oculos,& quia in illo cõcurſu C
eſt quædam concauitas,per quam poteſt eſſe tranſitus ipſius ſpiritus ab oculis vſque ad illum
primum ventriculum primæ partis cerebri,& ab illo eſt via vſque ad ventriculum medium,&
ab illo vſque ad poſteriorem: vnde in illo concurſu neruorum duorum eſt organum virtutis
viſiuæ,cuius eſt colores apprehendere: quia ſi alibi viſus iudicaret de obiecto, cum recipiat
duas ſpecies in duobus oculis,ſemper iudicaret vnum eſſe duo, ſed virtus ſenſitiua interior
Organũ ſenſus communis quod nã ſit. propinquior virtuti viſiuæ eſt ſenſus communis, cuius organum eſt in primo ventriculo ante-
rioris partis cerebri, cuius officium eſt apprehendere omnia ſenſibilia ſenſuum particulariũ,
& iudicare differentiam eorum,& ad hunc ſenſum concurrunt organa ſenſuum particulariũ,
ſicut ad centrum vel ad punctum: hæc autem virtus vocatur phantaſia, vnde idem eſt dicere
phantaſiá,& ſenſum communem: poſt ſenſum communem eſt imaginatio,cuius organum eſt
poſterior ventriculus anterioris partis cerebri,cuius officium eſt retinere illud,quod ſibi tradi
tur à ſenſu communi: retinet enim ſpecies illorum, quæ apprehenduntur tam à ſenſibus par-
ticularibus,quàm à ſenſu communi;non tamen diſcernit: diſcernere autem conuenit ipſi ſen-
ſui communi & particulari,modo tamen ſuo: poſt imaginatiuam eſt virtus cogitatiua; cuius D
Officium cogitatiuæ qd namque ſit. organum eſt in inferiori parte ventriculi medij, cuius officium eſt facere compoſitionem in-
ter ea,quę conſeruantur in imaginatione. per hãc potentiam poſſumus cogitare,vel cognoſce-
re ſolem viridem, vel montem aureum, licet ea non viderimus coniuncta,tamen habentes ſpe-
cies ſolis,& viridis ſeorſum in imaginatione poſſumus hęc talia componere: poſt cogitatiuam
repetitur extimatiua,cuius organum eſt in ſuperiori parte medij ventriculi,cuius officium eſt
apprehendere intentiones non ſenſatas,quæ ſcilicet numquam ceciderunt ſub apprehenſione
alicuius ſenſus particularis; tamen apprehendit eas ſub intentionibus ſenſatis,quæ ſcilicet ce-
ciderunt ſub particulari ſenſu;per hanc virtutem ouis apprehendit inimicitiam lupi videns lu
pum;licet non apprehenderit ſpecies inimicitiæ per ſenſum particularem,& ideo videns lupũ
fugit exiſtimans eum eſſe inimicum: per hanc virtutem apprehenduntur aliquando intentio-
nes ſenſatæ,quas ſcilicet ſenſus particularis natus eſt apprehendere,licet non apprehendat: pu
ta cum videmus aliquod ceruleum iudicamus,& exiſtimamus illud eſſe mel & dulce;hoc enim
Officium memoratiuę hic exprimit non oſtendit nobis ſenſus: vltimo eſt vis memoratiua, cuius organum eſt in ventriculis poſte-
rioris partis cerebri,eius officium eſt retinere ea,quę apprehenſa ſunt per extimationem; vn-

de ſic

A de ſic ſe habet ad extimatiuam ſicut imaginatio ad ſenſuum communem; ſicuti enim ſenſus
communis apprehendit quę ſibi redduntur à ſenſibus particularibus,& non retinet aliquid ni-
ſi forte per modicum tempus,vel quamdiu eſt in actu ſentiendi; imaginatio autem illa retinet
& conſeruat, ſimiliter vis memoratiua retinet & conſeruat ea,quę in extimatiua non rema-
nent,niſi quãdiu eſt in actu apprehendendi. Ex his omnibus deducunt omnem cognitionem Reprehenditur opinio aduerſariorũ
ſenſitiuam interiorem oriri à ſenſu exteriori. Sed hæc,quę affirmant hic,dico primo non eſſe
ad propoſitum in hoc loco, ſed potius pertinere ad ſecundum librum de anima,vbi opinionẽ
Alberti & Auicennæ circa hanc materiam fuſius recitauimus iuxta decreta S. Tho.1.p. in tra- q.78.ar.4.
ctatu de anima,vbi hæc omnia,quæ hic ipſi recitant,latius habentur. Secundo dico ipſos pec
care in hac parte ponendo ſenſum communem & phantaſiam eſſe idem: hoc enim expreſſe
eſt contra Ariſt.& Auer.in 2.de anima, ſic etiam nullus gręcorum expoſitorum Ariſt. aſſeruit Tex.142.
ſenſum communem eſſe phantaſiam, vt clare eſt videre apud omnes. Pręterea etiam aliud
falſum ponunt aſſerendo eſſe quinque ſenſus interiores, cum tantum ſint quatuor vires inte-
riores partis ſenſitiuę,ſcilicet ſenſus communis,imaginatio,extimatiua,& memoratiua: quam
B veritatem perbelle declarauit Auer. in libello quodam, quem fecit de ſenſu & ſenſibili.

Vltimum,quod aſſerunt in hoc primo articulo,eſt de cognitione intellectiua, quam volunt
oriri à ſenſu ſiue habeatur per inuentionem ſiue per doctrinam,de prima volũt ipſam eſſe ma-
nifeſtam apud omnes;de ſecunda vero probant,quia addiſcens non poteſt cognoſcere,niſi co-
gnoſcat ad quid inſtituta ſint ſigna,quę proponit docens,& illa apprehendit per aliquem ſen
ſum: vnde ſi cæcus à natiuitate doceretur ab aliquo de coloribus,numquàm haberet de eis ha-
bitum ſcientificum,ſed tantum habitum fidei,vel credulitatis, quia poſſet credere docenti, ꝙ
color eſt tale ens,vel forte non haberet niſi conceptum nominis vel habitum vocalem. Propte-
rea Ariſt.1.poſt. aſſerebat,quòd deficiente ſenſu deficit ſcientia,quæ habetur de ſenſibilibus il- Tex.33.
lius ſenſus,quam impoſſibile eſt accipere; omnis ergo ſcientia oritur à ſenſu: nam ſi illa ſcibi-
lia ſunt ſenſibilia patet,ſi autem non ſunt ſenſibilia, puta ſubſtantię immateriales & intentio-
nes non ſenſatę & huiuſmodi,tunc etiam talia concipiuntur ab intellectu non ſine apprehen-
ſione ſenſibilium, ex quibus cognoſcuntur vel per diſcurſum,vt forte ſubſtãtiæ,vel quia mul-
tiplicant ſpeciem ſuam cum ſpeciebus ſenſibilium,vt intentiones non ſenſatæ & ſubſtantiæ:
C ergo nullo actu intellectus cognoſcit aliquid,niſi pręceſſerit in eo cognitio ſenſitiua in ſenſu.

Verum in hoc vltimo dicto ſibi contradicunt, quia in ſecundo articulo aſſerunt cognitio- Aduerſarij ducuntur in contradictionem.
nem experimentalem non eſſe neceſſariam ad habendam cognitionem de concluſionibus, &
hic dicunt,quòd ſi cæcus à natiuitate doceretur ab aliquo de coloribus,numquàm haberet de
eis habitum ſcientificum, ſed ſolum habitum fidei vel credulitatis; quia poſſet credere do-
centi, quòd color eſt tale ens, hæc autem contradicunt ſibiipſis; quia ſi non eſt neceſſaria co-
gnitio experimentalis de concluſionibus habendis,poterit cęcus natus habere habitum ſcien-
tificum,quod eſt contra ipſos.

In ſecundo articulo ponunt quamdam concluſionem, in qua aſſerunt ęxperimentum non
eſſe neceſſarium,& probant in ſecunda concluſione ſua ſic: quia intellectus conceptis termi-
nis ſimplicibus poteſt virtute propria ipſos componere vel diuidere; itaque conceptus tales
complexi ſi ſint primorum principiorum cognoſcuntur eſſe veri lumine naturali intellectus;
quia principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus, & ideo cognitio ſenſitiua vel
experimentalis non ſimpliciter eſt neceſſaria pro habenda tali cognitione complexa de prin-
D cipijs. Sed in primis dico circa hoc,quòd concluſio illorum eſt falſa: deinde ratio non conclu-
dit: quòd ſit falſa probatur,quia intellectus magis aſſentit primo principio,quàm concluſioni
deductę ex illo principio; & hoc vel eſt, quia primum principium eſt verius,vel quia eſt ſibi
notius: non primo,quia veritas eſt ęqualis in principijs & in concluſionibus: ſi dicis ſecundũ, Veritas æqualis eſt in principijs & in concluſionibus.
quęritur,aut eſt quia eſt magis illuſtratum lumine intellectus: vel quia propinquius eſt expe-
rimentis ſenſibilibus: non quia magis illuſtratum eſt lumine intellectus; quia lumen intelle-
ctus eſt vniforme & æquale tam principijs quàm concluſionibus: ergo quia eſt propinquius
experimentis;& ſic ſequitur, quòd experimentum eſt principium aſſentiendi primis princi-
pijs ſcientiarum: ergo ipſo remoto non erit cognitio complexa principiorum; igitur experi-
mentum eſt cognitio ſimpliciter neceſſaria ad habendam notitiam complexam de principijs.
Deinde hoc eſt contra Auer. 8. phyſi. vbi aſſerit, quòd experimentum ſermonum verorum Comment. 22.
eſt, vt conformetur ſenſatis, & loquitur ibi de cognitione complexa principiorum.

Adde,quòd eſt contra Ariſt.4.huius, vbi arguit contra antiquos reducendo illos ad multa Tex.14.
inconuenientia,& non reducit eos niſi vſque ad experimentum ſenſatum;quia reſolutio veri-
tatis omnium principiorum initiatur cognitioni ſenſitiuæ experimentali: ergo non tantum eſt

vtilis & coadiuuans,ſed ſimpliciter neceſſaria ad habendam complexam cognitionem de ipſis A
principijs contra ipſos. Ratio,quam adducunt, eſt nullius momenti;quia falſum eſt,quòd in-
tellectus ſit ſufficiens ſua propria virtute conceptis terminis ſimplicibus ad componendum,
vel diuidendum hoc,vel illud determinatum complexum. Et ſi verum eſt, quòd poſſit ab-
ſolute componere, vel diuidere, non tamen determinate hoc, vel illud, ita quòd conſtet ſibi
de veritate eius, niſi fuerit adiutus cognitione ſenſitiua complexa frequentata, quę dici-
Cap.5. tur experimentum. Ariſto. autem 1. poſte. ita intelligi debet, principia cognoſcimus in-
Exponitur ſententia Ariſt.1.poſte. quantum terminos ſic cõiunctos in re, vel diuerſos, ſenſu cognoſcimus: vnde non excludit co
gnitionem ſenſitiuam complexam terminorum, ſed reſolutionem ad aliud principium vni-
uerſale,vt in hoc diſtinguantur principia demonſtrationis, & concluſio demonſtrabilis; quo-
niam concluſio cognoſcitur per medium; principia autem per cognitionem ſenſitiuam expe-
rimentalem,& lumen naturale intellectus agentis.

Circa argumenta,quę adducunt ipſi aduerſarij & ſolutiones,aduerte, quòd arguunt in pri-
mo argumento auctoritate Ariſt.in litera dicentis; habere quidem acceptionem in multis ſin-
gularibus experimenti eſt,habere autem in omnibus,artis eſt; ſed ex multis non poſſunt con- B
cludi omnia;quia eſſet fallacia conſequentis: ergo ex experimentis non generatur ars. Et re-
ſpondent ad hoc argumentum ſecundum propriam ſententiam,quòd concludit in hoc, quòd
cognitio experimentalis quantumcumque frequens non infert neceſſariò ita eſſe in omnibus,
ſed tantum probabiliter,& ex hoc ſequitur,quòd non eſt ſufficiens cauſa ad cauſandum artem
Cap.8. vel ſcientiam,ſed tantum coadiuuans & occaſionalis. Hæc reſponſio eſt contra Ariſt.1.prior.
vbi vult,quòd ſyllogiſmus perfectus nullius indiget ad hoc, vt appareat neceſſarius; ſimiliter
& inductio concludit neceſſariò,ſed cognitio experimentalis eſt inductio; ergo neceſſario con
Cap.5. cludit. Eſt etiam contra ipſum Ariſt.1.perhier.vbi aſſerit,quòd vniuerſale eſt vnum in mul-
tis & de multis: ergo ex multis poteſt concindi vniuerſale. Propterea dicendnm eſt, quòd om
nis ſyllogiſmus de neceſſitate concludit quantum ad formam, & ſic etiam inductio & quęli-
bet ſpecies argumentationis, non tamen ſemper generat ſcientiam, ſed ſolummodo quando
procedit ex neceſſarijs,& ſic ſoluitur argumentum, quòd cognitio experimentalis aliquando
cauſat artem neceſſariò, aliquando probabiliter, & ex multis poteſt concludi vniuerſale ſine
Ex multis cõcluditur vniuerſale. fallacia conſequentis. Eſt etiam & ſecundum argumentum; quod tangunt ex litera, vbi di- C
citur, ꝙ experti ſciunt ſolum quia, ſed artifex propter quid; ſed ex cognitione quia,non con-
cluditur cognitio propter quid; nam nobilius debet eſſe inferens, quàm illatum, & generans
generato,vel ſaltem non imperfectius: ergo ex experimentis non poteſt generari ars. Et re-
ſpondent,quòd ex experimento non ſequitur propter quid notitia ſcientifica; ſed ex experi-
mento ipſi cognoſcenti quia eſt,datur occaſio inquirendi cauſam, & ſic inueſtigandi propter
quid,& per conſequẽs,ꝙ ſit ita in omnibus: nam expertus per ſingularia arguit per ſimile, ꝙ ſi
cut eſt de vno ſingulari,ita eſt de pluribus,& ſicut eſt de multis,ita de omnibus: ex multis enim
ſingularibus cũ hac propoſitione, natura agit vniformiter vt in pluribus niſi impediatur, ſequi
tur vniuerſale, & ſi non ſit cauſa impediens, ſequitur ſimpliciter, quòd ſic ſit in omnibus.
Propter quid poteſt deduci ex qa eſt. Sed cõtra hanc ſolntionem poteſt argui, ſicuti arguimus contra ſolntionem primi argumenti;
quoniam quemadmodum ex ſingularibus concluditur vniuerſale de neceſſitate per inductio-
nem;ita & propter quid concluditur neceſſariò per ea, quæ ſcimus & cognoſcimus de ſingula-
ribus quia eſt,quandoquidem in quibuſdam pręſertim metaphyſicalibus idem eſt,quod eſt,& D
propter quid,& quid,& vniuerſale. Et propterea eſt idem modus arguendi ex vno ad aliud
Cap.1. in ambobus,& hęc eſt doctrina Auerr.2.poſte.in commentatione magna.

Arguunt & tertio,quòd ſi ex experimentis fit ars,oportet quòd ly,ex,dicat circumſtantiam
alicuius cauſæ,tunc quęrunt cuius cauſę?non finalis,quia finis eſt poſterior in eſſe eo cuius eſt
finis,experimẽtum autem pręcedit artem: nec formalis,vel materialis; quia forma & materia
ſunt partes rei,& inexiſtunt ei: cognitio autem experimentalis eſt ſingularium, quę non eſt
pars cognitionis vniuerſalis,quę habetur per artem: nec dicit habitudinem efficientis;quia vel
vniuoci vel ęquiuoci: non primo modo, quia tunc cauſatum & efficiẽs eſſent eiuſdem ſpeciei,
quod eſt falſum: nec ſecundo modo; quia tunc cauſa efficiens eſſet nobilior ſuo effectu,quod
Propoſitio ex quã cauſam dicit. etiam eſt inconueniens in propoſito,cum ars ſit nobilior experimento. Et reſpondent,quòd
iſta propoſitio,ex,poteſt ibi nominare cauſam efficientem, non principalem ſed inſtrumenta-
lem,nec talem,qualis eſt notitia principiorum reſpectu concluſionis,ſed minorem,quia occa-
ſionalem: efficiens autem principale in omni acquiſitione ſcientię tam hic,quàm etiam conclu
ſionum ex principijs eſt ipſe intellectus virtute luminis naturalis. Propoſitio adducta de effi-
ciente,quod vel eſt perfectius effectu, vel minus perfectum, eſt vera de cauſa principali & to-
tali.

A tali. Sed hęc reſponſio eſt contra Ariſt. 1. poſte. vbi definiens ſyllogiſmum demonſtratiuum Tex. 5.
dixit, qnòd eſt epiſtemonicon, ideſt ratio faciens ſcire, & ſimiliter videtur habere ſe de in- Syllogiſmus quis ſit.
dnctione, & de qualibet ſpecie argumentationis, per quam deuenitur de noto ad ignotum; ſed
intelligere, & accipere ſcientiam eſt pati, vt habetur 2. de anima, & clarius in 3. idcitco eſt Tex. 51.
aliter dicendum, quòd non eſt idem ſcire & accipere ſcientiam, ſicuti non eſt idem ſcire & ad- Tex. 12.
diſcere; ſed ipſum ſcire eſt poſt addiſcere; ſcire enim aſſimilatur quieti, quę eſt poſt motum, Reſponſio Auctoris.
vnde in 2. de anima habetur, accipienti ſcientiam conuenit multotiens alterari: accidit autem hoc priuſquam inneniat medium, ſed cum iam inuenerit, ſedatur alteratio; nã tunc quo- Tex. 58.
dammodo nouit, vt aſſerit philoſophus 1. poſte. qnòd ante inducere quodammodo nouit: Tex. 2.
propterea etiam quodammodo quieſcit, quoniam procedit ad quietem, ſedẽdo enim & quie-
ſcendo fit animus prudens, vt habetur 7. phy. ſed intelligendũ, quòd metaphorice vel ęquiuo- Tex. 20.
ce dicitur efficiens, ſicut etiã metaphorice dicitur motus & alteratio: vbi vlterius animaduer- Sedendo & qeſcendo fit aĩa prudens.
tas, quòd addiſcere & accipere ſcientiam aſſimilantur ipſi operari, quod eſt ab artifice ſecun-
B dum artem, per quam operatur in ſeipſo; ſicut etiam in artifice operari ſecundum artem eſt
exire de potẽtiã ad actum, ita intelligere & ſcire, qnod eſt ſecundnm primam operationem, &
ſecundam, & quamcumque aliam, ſic in anima eſt exire de potentia ad actum: non enim ſimi-
liter ſe habet intellectus, cum ſic ſingula fiat, vt dicitur 3. de anima, & ante addiſcere: intelle- Tex. 8.
ctus enim in principio eſt ſicut tabnla raſa, in qua nihil eſt ſcriptum, & nihilominus eſt locus
ſpecierum intelligibilium, vt etiam Ariſt. docuit 3. de anima. Tex. 4.

Quarto arguunt ipſi aduerſarij, quòd ars & ſcientia inſunt nobis à natura: ergo nõ generan-
tur ex experimento: conſequentia eſt euidens: antecedens probatur à Platone; ipſe enim Plato Argumẽtum Platonis de puero.
quæſiuit ab vno puero de geometria directe, qui numquam didicit eam, & recte interrogatus
de principijs geometricis & concluſionibus recte reſpondit ad omnia, tunc dicebat, nullus re-
cte interrogatus recte reſpondit ad ea, quæ ignorat: ſed iſte puer recte interrogatus recte reſpõ-
dit, & tamen numquam didicit: ergo à natura habuit. Sequitur reſponſio, in qua negatur ante-
cedens, quod ſcientia inſit nobis à natura; & ad probationem dicitur, quòd Plato docuit pue-
C rum in illa interrogatione, ſicut omnes alij docentes: nihil enim poteſt docens facere quoad
aſſenſnm præbendum, niſi debito ordine proponendi principia nota diſcipulo, & alia ſequen-
tia ex illis in illo ordine, quo ſequuntur: & ipſe diſcipulus propria virtute intellectus aquie-
ſcat illis ſic ordinate propoſitis. Sed contra iſtam ſolutionem eſt Ariſt. in hoc prologo dicẽs
quòd omnes homines natura ſcire deſiderant, & 2. de anima habetur, quòd homo dicitur ſci- Tex. 58.
re etſi nullã habet ſcientiam ex hoc, quòd eius eſſe eſt hniuſmodi, & eodem libro habetur, ꝙ Tex. 94.
ſecundum tactum homines dicuntur apti mente. Prętera non alio modo ſcientia eſt in ho-
mine per inuentionem, quàm in brutis prudentia, quę dicitur naturalis: & ſcientia in homine
per inuentionem eodem modo eſt ſicut per doctrinam. Et dicendnm eſt, ſicut ſupra dixi-
mus de prudentia, & de appetitu, qui naturaliter ineſt nobis ad ſcientiam: hinc manifeſtum
eſt, quòd ſenſus, à quibus incipit cognitio & doctrina, inſunt nobis à natura; & quia in intelle-
ctu ſunt ſpecies intelligibiles; propterea dicitur ſpecies ſpecierum; quia ita declarauit Ariſt. 3. Tex. 6.
de anima, quando vocauit ipſum locum ſpecierum, ſicuti dicitur de manu, quę eſt organum
organorũ. Et hanc ob cauſam notandum eſt, quòd non ſolum ſcientiæ ſunt huiuſmodi, ſed
D etiã artes, quæ ſunt magis modus, quàm ſcientię, ſicut eſt de dialectica vtente: hinc eſt, ꝙ datur
logica naturalis, & logica artificialis, vt patet in ruſticis, & philoſophis: ob hoc in libro de re- Logica duplex naturalis & artificialis.
mineſcentia habetur, ꝙ aliqui ſunt à natura melius reminiſcitiui quàm memoratiui, ſicut qui
ſunt bene addiſcentes, & non ſolum ſecundum naturam ſunt huiuſmodi, ſed etiam ſecundum
artem fiunt natura potentes in his, quæ conſueuerunt; quia conſuetudo eſt altera natura, & aſ- Cap. 4.
ſimilatur motui, qui eſt ſecundum artem, & motui, qui eſt ſecundum naturam, quando moue-
mur ex vno in aliud, habent enim motus naturales ordinem, vt fiat alins poſt alium: ita in
intellectu & ſecundum artem per conſuetudinem, & ſine arte, vt patet in his, qui ſunt melius
diſpoſiti ad addiſcendum, ſicut dicit Ariſt. quòd fiunt ordinate huiuſmodi motus, vt de neceſ-
ſitate fiat alius poſt alium, vt patet 5. phy. Tex. 6.

Quinto arguunt, ex vna memoria non generatur vnum experimentum, nec ex vno expe-
rimento generatur ars, vt habet Ariſt. in hoc prologo: ergo neceſſario ex multis: ſed multa ex-
perimenta ſunt multæ cognitiones eiuſdem ſpeciei: quia multorum ſingularium in vna ſpe-
cie: ſed multa accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, vt patet 5. huius: Tex. 16.
ergo nec multę tales cognitiones in eadẽ potentia experimentatiua, ſiue illa ſit cogitatiua, ſiue
alia quęcũq;: ergo nũquàm generatur ars ex experimentis; quia non poſſunt eſſe plura ſimul.
Ad quod reſpondentes aſſerunt, ꝙ ad notitiam concluſionis plus valent multæ memoriæ, &

pluta experimēta, vt facientes cognoſcere quia, & inquirere propter quid de illa propoſitione, A
ꝙ multa accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe ſimul in eodem, negant eam eſſe veram, &
Quæſt. 8. proponunt ſe dicere de ipſa in 5. huius, in quo etiam & nos videbimus quomodo ipſi aberrant
à veritate ſicut & in ceteris. Sed ad præſens poteſt argui contra iſtam ſolutionem ex his,
quæ dicta ſunt contra alias ſolutiones. Et ad argumentum ſimiliter patet ſolutio ex dictis. Et
ad propoſitionem Ariſt. quòd plura accidentia non poſſunt eſſe &c. pro nūc poteſt dici, quòd
Plura accidē tia eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe in eodem. plures memoriæ, quę faciunt vniuerſale, totum iſtud eſt per eamdem ſpeciem: vnde pluralitas,
quæ eſt in eis, non eſt propter pluralitatem ſpecierum, ſed actuum, qui non manent; ſolū enim
cognitio remanet.

Arguunt deinde ex quadam auctoritate Auguſtini libro 83. q. vbi dicit, quòd à ſenſibus nō
Quæſt. 9. eſt expectanda ſincera veritas; quod probatur; quia omne ſenſibile eſt cōtinue mutabile: ſed de
talibus non eſt certa apprehenſio ſenſitiua: ergo ex talibus non habetur ars, quæ eſt certa noti-
tia. Et reſpondent, quòd Auguſt. loquitur de quadam cognitione ſuperiori in diuinis vel regu
lis æternis, in quibus ſolum videtur perfecte verum, & ad iſtam non attingit cognitio ſenſiti-
Tex. 63. ua. Sed contra iſtam ſolutionem eſt ſententia Ariſt. in 2. de anima; vbi habet, quòd ſenſus B
propriorum ſemper eſt verus. Pręterea de mobilibus, ſenſibilibus, & generabilibus eſt ſcientia,
vt patet, quòd philoſophia naturalis eſt de ijs: ergo falſa eſt reſponſio ipſorum aduerſariorū.
A ſenſu quæ veritas expectatur. Propterea aliter dicendum eſt, quòd à ſenſu non eſt expectanda ſincera veritas, cum ſenſus ſit
de ſenſibilibus, quæ poſſunt aliter ſe habere; & ideo de his tamquam de contingentibus non
poteſt eſſe ſcientia, prout contingentia ſunt, & ſic intellexit Auguſt. ſed inquantum ſunt neceſ-
ſaria, & in eo, quòd ſunt ipſorum ſenſibilium, ſenſus ſemper eſt verus vt dictum eſt.

Opinio Auctoris. His ſic habitis dicendū eſt ad diſputationem ipſam, vt appareat veritas huius diſputationis,
pro cuius declaratione ſciendum eſt primo, quòd ars & ſcientia non inſunt nobis perfecte à
natura contra Platonem, quod ad preſens oſtendi poteſt hoc argumento; rationi conſentaneū
eſt, quòd datis duobus extremis, inter ea aſſignetur medium correſpondens extremis: ſed da-
tur vnum ſciens, quod ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt ſua ſcientia, ſicuti eſt Deus benedictus,
Tex. 52. de quo habebitur ſermo in duodecimo huius; eſt aliud ſciens, quod nō eſt ſua ſciētia, ſed bene
ſibi ineſt à natura, quia quando fuit productum ſtatim fuit producta ſua ſcientia, ſicuti ſunt
Propoſit. 3. intelligentiæ, in quibus ſcientia eſt congenita, vt ſcribitur in libro de cauſis, quòd omnis intel- C
Sciens eſt triplex Deus intelligentia & homo. ligentia eſt plena formis: ergo rationabiliter dandum eſt medium, ſcilicet aliquod ſciēs, quod
neutrum habeat, ſed ſcientiam quærat, & hic eſt homo, qui per experientiam ſeu experimen-
tum, quod ex pluribus memorijs concluditur, ſuam ſcientiam quærit. Secundo eſt notan-
Cap. 18. dum, vt aſſerit Caiet. 2. poſter. ſicuti etiam hic quidam neotericus doctiſſimus in ſua propria
quæſtione approbat hāc doctrinam, & multa etiam dicit contra aduerſarios noſtros, ꝙ experi-
mentū ipſum quod pro ſuo materiali habet plura ſingularia ad vnū conuenientia reſeruata in
memoria, & quoad formale habet collationem illorum ſingularium, eſt neceſſariū ad iungen-
dos apte terminos ipſos: quāquam enim aliquis habeat rationem totius & partis, ſi tamen to-
tum & partem non colligat in hanc propoſitionem, omne totum eſt maius ſua parte, num-
quam habebit habitum huius principij, & cum hoc non poſſit fieri in vniuerſalibus, niſi prius
fiat in ſingularibus: propterea ipſum experimentum dicitur eſſe neceſſarium. Ex quo Caie.
ſoluit illud argumentum, quod fieri ſolet: quod incertum & fallax eſt, non poteſt eſſe cauſa il-
lius, quod eſt certiſſimum ac veriſſimum: ſed experimentum dicitur eſſe incertum & fallax, vt
Experimentum eſt falſum. aſſerit Hypocrates; quia pendet ex ſenſibus, qui ſępe falluntur, & verſatur in paucis quibuſdā D
indiuiduis; ſcientia vero eſt certiſſima & veriſſima: igitur ſcientia non poteſt generari ex expe
rimento. Et quamquam præfactus doctor videatur refutare aliquantulum reſponſionem
Caiet. dicens, quòd ſufficit opera doctoris, vt proponat terminos. Nihilominus in hoc decipi
tur; quia etiam poterit quæri de doctore, quomodo etiam ipſe habuit illos terminos, & ſic ibi-
tur in infinitum. Idcirco dicendum eſt, vt doctiſſime & ſubtiliſſime docuit Caiet. quòd li-
cet incertum non generet eſſentialiter certum; quia tunc cauſa eſſet ignobilior ſuo effectui ta-
Quomodo certū poteſt fieri ex incertis. men poteſt generare inchoatiue & inquiſitiue; cum experimentū det viam intellectui inquirē-
di cauſam & principium neceſſarium, à quo, & mediante lumine intellectus agentis generetur
ars & ſcientia. Et deinde experimentum eſt fallax per accidens ratione ſubiecti, cui applica
tur: per ſe autem eſt neceſſarium; quia eſt cognitio præteritorum, quæ ſunt neceſſaria ſub ratio
Quæſt. 1. ne pręteriti, vt alibi dicit Caiet. 1. p. contra Scotum, quòd theologia eſt neceſſaria ſcientia, licet
ſit de contingentibus, puta de incarnatione Chriſti, & multis alijs, quę tamen cum ſint pręteri
ta, induunt rationem neceſſariorum. Nota tertio ꝙ experimentum verſatur circa ſingularia,
ars vero circa vniuerſalia; quia ars eſt vniuerſalis acceptio; vniuerſale autem dicitur eſſe ex mul

tis ſin-

A tis ſingularibus,& in multis ſingularibus,& quia modus generationis artis ex experimento eſt idem cum modo,quo experimentum fit ex memorijs : nam ſicut ex multis memorijs fit vnũ experimentum,ita ex multis experimentis fit quædam vniuerſalis acceptio de omnibus ; quæ dicitur ars,& non fit ars ex experimento,tamquam ex contrario : quia ars & experimentum non dicuntur eſſe cõtraria ; nam experientia eſt in cognitione ſenſitiua,& ars in cognitione intellectiua;nec ars & ſcientia fiunt ex experimẽto tãquam ex materia; quia ab eo nõ fit aliquid tamquam ex materia,quod eſt in alia virtute & ſenſu,quàm illud,quod fit ex eo; quia materia eſt in eo,cuius eſt materia,& non eſt in diſtincto loco & ſubiecto,vt patet 2.phy. ſed ars,ſcientia,& experimentum ſunt in alia & alia virtute : ergo ars & ſcientia non fiunt ab experimento tamquam ex materia.

Ex multis experimẽtis fit vniuerſalis acceptio.

Tex.28.

Iſtis ſic habitis ponuntur duę concluſiones pro ſolutione quæſiti , prima eſt iſta, ſcientia & ars dicuntur fieri,generari,& oriri ab experimento tamquam ex mouente non principali, ſed diſpoſitiuo,inſtrumentali , & præparatiuo : probatur ſic, actus & operatio ipſius intellectus dependet ab actu,& operatione potentiæ cogitatiuæ: vt docet Ariſt.3. de anima,quòd intelli-
B gere dependet à virtute ſenſitiua: & Auer. exponens hæc verba aſſerit, quòd virtutes ſenſitiuę puta cogitatiua,memoratiua,& ſenſitiua præparant intellectum;ſicut ars præparat materiã artificis ad ſuſcipiẽdam formam artificij: ſed ars & ſcientia eſt actus potentię intellectiuę,& experimentum eſt actus cogitatiuę; cum ſit collatio ſingularium , quæ pertinet ad cogitatiuam: ergo ſequitur concluſionem eſſe veram . Et confirmatur per Ariſt.in hoc prologo dicentem; fit autem ars ex multis experimentalibus acceptionibus,quę eſt vna vniuerſalis acceptio de ſimilibus: ſicuti quãdo aliquis habet cognitionem, ꝙ hoc reubarbarum purgauit cholerã Petri, Bartoli,&c.& ſic deinceps ab iſtis generatur cognitio vniuerſalis: ꝙ omne reubarbarũ purgat choleram: ſed ars & ſciẽtia ſunt cognitiones vniuerſales;quia ſunt habitus intellectuales ex 7. ethi.ergo generatur ab experimento,tamquam ab efficiente diſpoſitiue & pręparatiue.

Cõcluſio prima.

Tex.20.

Cogitatiua præparat intellectum.

Cap.4.

Secunda concluſio eſt , ars & ſcientia fiunt ab experimento, ideſt poſt experimentum: probatur, quia illud dicitur eſſe poſt aliud,quod ſequitur ipſum: ſed ars & ſcientia ſequuntur experimentum : ergo fiunt poſt experimentum , quia hæc propoſitio, ex, poteſt accipi dupliciter ; vt docet S. Thomas 1.p. loquens de creatione . vno modo vt dicit ordinem, ſicuti dicen
C do,ex mane fit meridies, ideſt poſt mane fit meridięs,& ex nihilo fit aliquid,ideſt poſt nihil fit aliquid , & ſic intelligitur concluſio , quòd poſt experimentum fit ars . Secundo capitur iſta propoſitio,ex, vt dicit habitudinem cauſę efficientis;& ſic etiam intelligitur prima concluſio, quòd ab experimento tamquam ab efficiente inſtrumentaliter etiam fit ars . Sed dubitaret aliquis: quia illę cognitiones,quę ſunt in diuerſis virtutibus, non generantur ab inuicem ſicuti videmus,ꝙ viſio non generatur ab auditione : ſed experimentum & ars ſunt in diuerſis virtutibus; ponitur enim experimentum (vt dictum eſt) in virtute ſenſitiua , & ars in virtute intellectiua: ſi ergo actus viſus non generatur ab actu auditus;nec prout dicit ordinem, nec prout dicit cauſam efficientem ; ergo concluſio tam prima, quàm ſecunda videtur falſa. Sed reſpondetur argumentum hoc concludere,quando illę virtutes ita ſe habent , quòd ſic ſunt diuerſę , ꝙ vna non ordinatur ad alteram;& ſic eſt de viſu & auditu: ſed quando vna eſt cauſa miniſtrãs alteri & pręparans eam ad actum,non ſequitur argumentum,vt eſt in propoſito: quia cogitatiua miniſtrat intellectui,& omnes ſenſus etiam ſeruiunt ipſi intellectui tamquam ſerui: ideo argumentum nihil concludit. Sed contra diceret aliquis adhuc,ars & ſcientia ab illo non gene-
D ratur , à quo generatur principium ſcientiæ,& artis ; ſed ab experimento generatur principiũ artis & ſcientiæ,vt docet Ariſt.in 2.poſte.principia artis & ſcientię generantur via ſenſus, memoriæ,& experimenti: ergo ſequitur adhuc concluſiones eſſe falſas . Sed reſpondetur concedendo , ꝙ ars & ſcientia non fiunt immediate ab experimento, ſed mediate; quia primo fiunt principia,& ex principijs deinde deducuntur concluſiones. Contra adhuc aliquis inſtare potuiſſet , vniuerſale nõ fit à ſingulari,quia vniuerſale & ſingulare ſunt idem eſſentialiter: igitur nec cognitio ſingularium,quæ eſt experimẽtum,generabit cognitionem vniuerſalium,quæ eſt ars . Sed negandum eſt antecedens;& ad probationem dicimus,quòd eſt verum materialiter, & de vniuerſali in cauſando & in eſſendo,quę non fiunt à ſingularibus,ſed vniuerſale complexum,quod eſt principium artis & ſciẽtiæ quoad ſuum formale fit à pluribus ſingularibus per inductionem experimentariam , & ſic cognitio artis & ſcientię fit & deducitur ex cognitione ipſius experimenti.Deinde dictum eſt in concluſionibus , quòd poſt experimentum fit ars & ſcientia:ita poſt cognitionem ſingularium fit cognitio vniuerſalium. Multa alia eſſent dicenda in hac dilucidatione ; ſed ex perfecta cognitione harum duarum concluſionum habetur ſolutio omniũ eorũ,quæ cõtra hanc veritatẽ adduci poſſunt:& hęc dicta ſint de hac dilucidatione.

Concluſio ſecunda.

Ex dupliciter ſumitur.

q.45.ar.1.

Pulchra difficultas.

Viſus non ordinatur ad auditum.

Tex.vltimo.

Ars & ſcientia non fiũe immediate ab experimẽto.

Vniuerſale fit ex ſingularibus.

Ad agere igitur experientia quidem nihil ab arte differre videtur, &c. Ex prologo. A

Vtrum expertus non habens artem certius operetur, artifice inexperto.

Dilucidatio ſexta.

HVIC quæſito reſpondet quidam dicens planum eſſe expertum certius operari artifice inexperto: ratio ſua eſt; quia cognitio per experimentum primo & per ſe eſt ipſius ſingularis, circa quod operatur per ſe: cognitio vero artis eſt ipſius vniuerſalis per ſe; quia non cognoſcit ſingulare, niſi ex conſequenti & per accidens; cum ergo expertus certius cognoſcat operabile,
quàm artifex; ideo etiam certius operatur. Ex hac declaratione gloſãt dictum Ariſt. in litera, quòd ſi quis habeat rationem ſine experimento, & cognoſcat vniuerſale, ſingulare autem ignoret, multoties peccabit curatione. Et in reſponſione ad primum argumentum concedit artem generari ſine experimento, & in reſponſione ad argumentum in oppoſitum concedit ſingulare poſſe per ſe intelligi. Et quidam alius doctor B
Quæſt. 6. idem determinat in quęſtione ſua, & in reſponſione ad tertium argumentum dicit, ꝙ ſcire
Scire practicum eſt duplex. practicum eſt duplex: ſcilicet ſcire operari, & ſcire ordinatiuum ad operari: primum proprie eſt practicum: ſecundum vero dicitur minus proprie, quod ad cognitionem ſpectat.

Quę omnia videntur contra veritatem, & rationem. Et in primis argumentor contra ſecun
Non datur ars ſine experimento. dum dictum, in quo ambo conueniunt dari artem ſine experimento; ſi hoc dictum eſſet verum, ſequeretur, quòd reſolutio veritatis omnium principiorum non reduceretur ad experimentum ſenſatum, quod eſt abſurdum magnum; quia principia omnium artium & ſcientiarum reducuntur ad ſenſatum experimentum; & hoc docet Ariſt. quoties argumentatur con-
Tex. 15. tra antiquos: vt patet ex 4. huius diuinę ſapientię, & 8. phyſi. & vbicumque eos confutat: ſe-
Tex. 22. quitur ergo nullam reperiri artem, quæ non ſupponat experimentum. Præterea ſi daretur ali- C
qua ars, quę non eſſet ex experimẽto, ſequeretur, quòd philoſophi æqualiter aſſentirẽtur principijs & concluſionibus illius artis, quod etiam eſt abſurdum: conſequentia probatur; quia quęro, quare philoſophi non ęqualiter prębent aſſenſum principijs & concluſionibus artis: aut quia eſt ęqualis veritas in eis, aut quia eſt æqualis certitudo, aut propter propinquitatem ad experimenta ſenſibilia: non primo, nec ſecundo vt patet; ergo tertio, & ſic ſequitur omnem
Tex. 22. artem eſſe ex experimento. Pręterea hoc expreſſe dicit Auer. 8. phy. experimentum ſermo-
Tex. 31. num verorum eſt, vt cõformetur ſenſatis: hoc etiam dicit Themiſtius 2. poſte. vbi aperte oſtendit principia nos non poſſe cognoſcere, nec illis aſſentiri, niſi ob experimentum. item Philo-
Cap. vltimo. ponus 2. poſte. in expoſitione vltimi capitis, expreſſe ait, non poſſe intellectum primo principio aſſentiri, niſi eidem conueniat experimentum, & declarat generationem omnium principiorum, artium, & ſcientiarum generari ab experimentis. Contra etiam ſecundum dictum, quod quamquàm ſit ſumptum ab ipſo S. Tho. in commento, vbi habet experientiam eſſe ſingularium; artem vero vniuerſalium: tamen male ſumpſerunt ipſi aduerſarij; quoniam ſecun- D
dum ipſos ſingulare eſt per ſe intelligibile; & ratio, quę adducitur ab ipſis, quia eſt magis ens, quàm vniuerſale: quam etiam rationem tangit quidam alius doctor. Sed ex hoc ſequitur
Aduerſarij adducunt in contradictionem. contradictio in dictis ipſorum; quia ex vna parte volunt artificem non per ſe cognoſcere ſingulare: propterea certius operatur artifex expertus, quàm inexpertus. Ex alia vero parte tenent ſingulare eſſe magis intelligibile, quàm vniuerſale: hæc enim duo pugnant adinuicem; quia ſi eſt magis intelligibile: ergo cognoſcitur ab artifice inexperto, & ſic cognoſcitur, & non cognoſcitur.

Certitudo duplex. Propterea reſolute dicas, quòd certitudo eſt duplex; altera euidentiæ, altera perfectionis.
Hoc ſtante dico, quòd artifex inexpertus certius ſcit certitudine perfectionis, & non euiden-
Artifex duplex. tię: artifex vero expertus dicitur certius ſcire certitudine euidẽtię, & non perfectionis. Vel dicas, quòd eſt duplex artifex. alter, qui ſcit regulam per cauſam deductam ex principijs artis vniuerſalibus. alter vero eſt, qui ſcit regulam ex principijs ſibi reuelatis à præceptore. Hoc ſtante dicitur, quòd primus artifex, qui ſcit per cauſam & experimentum, certius operatur, quàm ſecundus: quia primus eſt artifex, & eſt expertus; ſecundus vero dicitur tantum artifex, & non expertus. Sed dices tu, ergo concedis dari aliquam artem non ortam ab experimen-

to: quod

A to, quod ſuperius negaſti arguẽdo cõtra aduerſarios. Reſpõdeo, ꝙ hæc ars eſt imperfecta: ſed ego loquor de arte perfecta omni perfectione, de qua eſt ſermo in prȩſenti; hȩc enim oportet, vt ſit ex experimento, qm̃ cum Ariſt. dicat. 5. metaph. perfectum eſt, cui non poteſt fieri additio: ſi ergo daretur ars ſine experimento, tunc adueniente ipſo experimento anima perficeretur: & ſic illa ars prima eſſet imperfecta. Nec valet, ſi quis dicat, quòd perfectio eſt duplex; altera eſſentialis; altera accidentalis: perfectio eſſentialis pertinet ad naturam ſpecificam: perfectio accidentalis eſt illa, quæ ineſt ex parte principiorum indiuiduantiũ: hȩc enim non ſunt ad propoſitum: quia in argumento ſermo noſter eſt de perfectione vltimata, vt ſumpſimus ex dicto Ariſt. Contra tertium dictum, quod ſumptum eſt ex illo doctore, quòd ſingulare per ſe poteſt intelligi, de quo latior ſermo erit in 7. ad præſens argumentor ſic: illud non per ſe intelligitur ab intellectu, quo per ſe diſtinguitur à ſenſu: iſta propoſitio eſt manifeſta; quia potentiæ diſtinguuntur per obiecta; ſed intellectus per ſe diſtinguitur à ſenſu in hoc; quia ſenſus cognoſcit ſingulare, & intellectus vniuerſale: ergo ſingulare non eſt per ſe intelligibile. Præterea ſi intellectus per ſe intelligeret ſingulare, tunc ſpecies ſenſibilis poſſet actuare intel-

Commẽ. 21.

Perfectio eſt duplex.

Dilucid. 13.

Vnde ſenſus diſtinguitur ab Intellectu.

B lectum; cum ſit naturaliter repræſentatiua ſingularis. Et hoc eſt contra peripateticos; quia ſequeretur non eſſe neceſſarium ponere intellectum agentem. Tertio, ſingulare non poteſt abſtrahi ab hęcheitatibus ſecũdum ipſos. Hoc ſtante arguo ſic, quod non poteſt abſtrahi ab hęcheitatibus repugnat ei per ſe intelligi ab intellectu; ſed ſingulare vt ſuppoſitum eſt, non poteſt abſtrahi ab hęcheitatibus: ergo ſingulare per ſe non poteſt intelligi ab intellectu: maior patet, quia intellectus cognoſcit abſtrahendo à conditionibus particularibus.

Rei veritas eſt illa, quam docet S. Tho. circa hoc 1. p. intellectum noſtrum non poſſe cognoſcere, niſi vniuerſalia directe; ſed indirecte, & per quamdam reflexionem, & per lineam obliquam non eſt inconueniens etiam ſingularia intelligere, poſtquam ſpecies intelligibiles ipſe intellectus abſtraxerit: non poteſt actu intelligere, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata, in quibus ſpecies intelligibiles intelligit: ſic ergo ait S. Tho. intellectus intelligit ipſum vniuerſale directe per ſpeciem intelligibilem; indirecte autem ſingularia, quorum ſunt phantaſmata. Nec valet argumentum Durandi: vniuerſale abſtrahitur à ſingulari, vt à termino à

Quæſt. 86.

Quomodo ſingulare eſt per ſe intelligibile.

C quo: ergo ſingulare prius cognoſcitur; abſtractio enim non fit, niſi à noto; quia decipitur ſiue loquatur de abſtractione intellectus poſſibilis, ſiue intellectus agentis: de abſtractione intellectus agentis non eſt dubiũ: quia ipſe non cognoſcit, ſed illuminat: intellectus autẽ poſſibilis cognoſcit obiectum ſuũ, veluti viſus, qui cognoſcit colorẽ in pomo non cognoſcendo odorẽ: ita etiã intellectus poſſibilis cognoſcit vniuerſale, non cognoſcendo conditiones particulares.

Adſtractio eſt duplex.

Quartũ etiam dictũ de diſtinctione ſcientię practicæ eſt contra ipſoſmet 1. ſent. vbi ponunt ſciẽtiã Dei de ſeipſo eſſe ſimpliciter practicam, aut nihil ſibi deeſſe, quin ſit practica, niſi ꝙ voluntas Dei non eſt bona ex regula; ſed naturaliter ex ſeipſa: ſi ergo eſſet vera diſtinctio data ab ipſis, ſequeretur, quòd Deus eſſet operabilis, & non ordinatus ad operandum, & ſic haberet alium Deum ſuperiorẽ, à quo ipſe eſſet operatus, & factus: ſi ergo ſcire operari eſt practicum ſimpliciter, & ſcientia Dei, quæ eſt ipſemet Deus, eſt ſimpliciter practica, vt volunt ipſi: ſequitur de neceſſitate, quòd ſcientia Dei eſt ſimpliciter operata, & ſic ſimpliciter facta, & ſic etiam ipſe Deus, cum non ſit realis diſtinctio inter Deum, & ſcientiam ſuam.

In prologo.

Opinio de ſcientia Dei num ſit practica impugnatur.

Quantum ad vltimum, quod dicunt in calce quęſt. quòd pertinet ad cogitatiuam cognoſce-

D re & ſcire practicum: hoc enim eſt falſum quia intellectus practicus non differt realiter ab intellectu ſpeculatiuo: ſi ergo ſpeculatiuus intellectus cognoſcit obiectum ſuum, & ſeipſum, & etiam actum eius: qui erit ſcire practicum: nõ ergo ſpectabit ad cogitatiuam ſcire practicum, quod eſt ſcire operari, quod ipſi dicũt: quamquam, vt apparet ex ſermone illorum loquantur dubitatiue, dicendo; puta cogitatiue forſan, nec mirũ, quia non erant tuti de hac doctrina ſua: quòd antẽ intellectus ſpeculatiuus, & practicus ſint idem realiter, probat S. Tho. 1. p. quia id, quod accidentaliter ſe habet ad rationẽ obiecti, quod recipit aliqua potentia; non diuerſificat potentiam illam: accidit enim colorato, ꝙ ſit homo, aut magnũ, aut paruũ: vnde omnia huius modi eadem viſiua potentia apprehenduntur; accidit autem alicui apprehenſo per intellectũ, quòd ordinetur ad opus, vel non ordinetur; & ſecundum hoc differt intellectus ſpeculatiuus, & practicus: nam intellectus ſpeculatiuus eſt ille, qui appræhendit id, quod ſpectat ad ſolam conſiderationem veritatis: intellectus vero practicus eſt ille, qui appræhendit illud, quod ſpectat ad rationem operis: cum ergo ſcire operari ſpectet ad rationem operis; ſequitur, quòd non ad cogitatiuam; ſed ad intellectum practicum ſpectabit cognoſcere ſcire operari; & etiam quòd intellectus practicus non differat à ſpeculatiuo; quod expreſſe habet Ariſt. 3. de anima: vbi dicit intellectum ſpeculatiuum per extenſionem fieri practicum, ideſt operatiuum.

Intellectus practicus nõ differt à ſpeculatiuo realiter.

q. 79. art. 11.

Intellectus ſpeculatiuus quis ſit.

Tex. 46.

Actus

Actus autem, & generationes omnes circa ſingulare ſunt, &c. A
Ex prologo.

Num omnes actus, & generationes ſint circa ſingulare?

Dilucidatio ſeptima.

Act⁹ duplex tranſiens & immanens. Tex. 16.

ALIQVI reſpondent huic cōtrouerſiæ diſtinguendo de actu, ſiue de operatione, quia actus eſt duplex: alter tranſiens in exteriorem materiam, ſicut ædificare: alter eſt immanens in agēte, ſicut intelligere, & velle: vt ait Ariſt. 9. metaph. hac diſtinctione ſtante, gloſant propoſitionem Ariſt. eſſe veram de actibus, & operationibus tranſeuntibus; & hoc ſecundum quòd exiſtūt extra ſe in rebus, & habent eſſe exiſtentię, non ſecundum quòd conſiderantur ab intellectu; & habent eſſe cognitum: quod probant ſic, nullum ſingulare exiſtit in ſubiecto vniuerſali, ſed ſingulari: actus autem tranſiens extra habens eſſe exiſtentię eſt per ſe ſingularis, & exiſtit in aliquo, ſicut in ſubiecto, cum ſit accidens: ergo illud, in quo exiſtit, eſt neceſſario aliquod ſingulare, & non vniuerſale: ſed illud eſt ſubiectum, vt obiectum circa quod: ergo actus eſt ſingularium. Et ſi tu dicis, quòd omnis actio eſt in agente, vt in ſubiecto; ſed obiectum actus non eſt agens: ergo actus non eſt in ipſo obiecto; & ſic ratio nihil concludit. Reſpondent, quòd eſt duplex actio, ſcilicet actio reſpectus, & actio acta: prima vtique eſt in agente, quæ non dicit aliud, quàm reſpectum quendam agentis ad paſſum, vt tranſmutantis ad tranſmutatum. Secunda actio eſt ipſe motus, vel forma, quæ terminat motum, & producitur per motum, & hæc eſt in paſſo, ſicut motus in mobili: & de hac eſt ſermo præſens, de qua intelligitur propoſitio. Addunt ſecundo, quòd dicta propoſitio Ariſt. non eſt intelligenda de actu immanente, & probant ſic; actus immanens exiſtit in agente; ſicut in ſubiecto, & non in obiecto, ſicut intellectio lapidis eſt ſubiectiue in intellectu, & non in lapide: & ideo talis actus eſt ſingularis, quia eſt in ſubiecto ſingulari, ſed eſt circa obiectum, quod per ſe eſt vniuerſale. B C

Actio duplex.

Additio.

Hæc propoſitio circa quid dicat.

Sed hęc omnia videntur eſſe impertinenter, & contra Ariſtotilem dicta, quia Ariſt. dicit actus, & generationes ſunt circa ſingulare: ideo hęc propoſitio, circa, poteſt aliquando dicere circumſtātiam paſſi: vt ſi quis diceret, ignis verſatur circa ſtuppam: poteſt & ſecundo dicere circumſtantiam ipſius agentis: vt ſi quis diceret, milites verſantur circa ducem, à quo reguntur: poteſt & tertio dicere habitudinem termini vt obiecti, vt ſi quis diceret, phyſicus verſatur circa ens mobile, & metaphyſicus circa ens, inquantum ens. primo, & ſecundo modo propoſitio aſſumpta ab Ariſt. eſt vniuerſaliter vera de omni actu, ſiue immanēte, ſiue tranſeunte; actus enim immanens, puta intelligere, eſt circa ſingulare paſſiue, quia in ſubiecto ſingulari; puta in intellectu; & etiam actiue: quia eſt ab intellectu, qui eſt particularis: ſimiliter de actu tranſeunte eſt circa ſingulare paſſiue, & actiue: & hoc pacto intellexit iſtam propoſitionem S. Tho. 1. ſent. in corpore probando, quòd in creaturis eſſentia non agit, ſed ſuppoſitum, & aſſumit, quòd actiones ſunt ſuppoſitorum: dicit enim, quòd in creaturis actus ſunt ſuppoſitorum; ſed eſſentia non agit, cum ſit principium actus in ſuppoſito; non enim humanitas generat, ſed Sortes virtute ſuæ naturę: in creaturis autem realiter eſſentia differt à ſuppoſito, & ideo nulla actio de eſſentia proprie prędicatur; niſi cauſaliter, vt quo. Ex quibus verbis patet dictam propoſitionem debere intelligi actiue: intelligitur etiam & paſſiue; quia ſicuti illud, quod generat, & agit vt quod, eſt ſuppoſitum: ita etiam illud, quod generatur, & fit proprie & per ſe, eſt ſuppoſitum & ſingulare; licet per accidens generetur vniuerſale ad generationem ipſorum particularium contra Ioannem de Ianduno 1. metaphy. D

diſtin. 3. q. 1. art. 1.

Senſus propoſitionis Ariſt.

Quæſt. 16.

Sunt etiam illa, quæ dixerunt illi contra Ariſt. qui intellexit iſtam propoſitionem actiue; & paſſiue: vt patet in textu, vbi dicit, quòd medicus non ſanat hominem, niſi ſecundum accidens; ſed Calliam, aut Socratē. cui accidit eſſe hominem; quia Socrates ſanatus eſt, homo vero per accidens, licet hæc propoſitio, Socrates eſt homo, ſit per ſe. Et ſic patet reſolute, quomodo propoſitio eſt intelligenda, & quomodo perperam aduerſarij expoſuerunt ipſam. Probationes quoque adductæ ab eis committunt fallaciam ęquiuocationis: quia prima probatio valet, quatenus illud aduerbium, circa, dicit circumſtantiam ſubiecti, & deinde dicunt, quòd propoſitio Ariſt. non eſt vera de actione immanente. hæc pugnant ad inuicem; quia vel eodē

modo

A modo ſumitur illud aduerbium in prima concluſione, quo accipitur in ſecunda, vel aliter; ſi
eodem modo tunc propoſitio Ariſt. erit etiam vera de actione immanente: quia (vt declara-
tum eſt) actio immanens eſt circa particulare, tamquam circa ſubiectum: licet ſit circa vni-
uerſale quando aduerbium, circa, dicit circumſtantiam termini, vel obiecti: ſi vero dicunt,
quòd aliter ſumptum eſt illud aduerbium in prima concluſione, & aliter in ſecunda: tunc ma
nifeſte commiſerunt fallaciam æquiuocationis. Præterea, ſi omnis actio ſumpta pro reſpe-
ctu eſt ex agente, vt ipſi tenent, cum intelligere, & velle ſint etiam in agente: tunc ſequitur,
quòd intelligere, & velle erunt actiones ſumptæ pro reſpectibus, & non pro rebus actis: quod
eſt expreſſe falſum, cum ſint qualitas, quæ eſt vnum ex prædicamentis abſolutis. Nota ꝙ
primum argumentum eſt male ſolutum ab ipſis quando actus intelligendi eſt proprius actus
ipſius Intellectus: & hic actus non eſt circa ſingulare, ſed circa vniuerſale: ergo falſum eſt actũ,
& operationem eſſe circa ſingulare. Concedunt ipſi hoc argumentum; quia propoſitio non
intelligitur de actu immanente, ſed de actu tranſeunte. Verum male conceditur: quia (vt de-
claratum eſt à nobis) propoſitio eſt vera de vtroque actu: quando illud aduerbium, circa, ſu-
B mitur actiue, vel paſſiue: ſed ſi dicit circumſtantiam termini, vel ſubiecti: tunc actus immanẽs
eſt circa vniuerſale: quo pacto procedit argumentum, quod tamen ipſi non intellexerunt.
Secundum quoque argumentum eſt male ſolutum ab eis, quod eſt tale: ſi actus, & generatio-
nes ſunt circa ſingularia: tunc ſubiectum harum paſſionum erit etiam ſingulare, ſed hoc eſt fal
ſum: ergo propoſitio aſſumpta eſt falſa: conſequentia probatur, quia illud, circa quod eſt ali-
quid, dicitur eſſe ſubiectum illius: ſicuti ſi albedo eſſet circa cælum; tunc cęlum eſſet ſubiectũ
ipſius albedinis: falſitas conſequentis probatur, quia ſi actus, & generationes habent pro ſu-
biecto aliquod ſingulare, tunc non poſſet de his haberi ſcientia: quia non habebitur aliqua de
mõſtratio de ſingularibus; immo ſingularia ſunt relinquenda ab arte. Reſpondendo ad hoc
argumentum multa dicunt, & primo aſſerunt, quòd ſubiectum ipſius moueri ſingularis, eſt ſin
gulare. Secundo dicunt, quòd nec hoc, nec illud moueri ſcitur: quia ſunt in ſubiectis ſingu-
laribus. Tertio dicunt, quòd ipſum moueri ineſt vniuoce pluribus, & non vni per alterũ, nec
alteri per alterum: igitur inerit eis per tertium, cui per ſe primo conuenit.

Sed hæc omnia tria dicta ſunt impertinenter, & extra propoſitum pro ſolutione argumen-
C ti: & primum dictum poteſt eſſe falſum; quia cęlum eſt ſubiectum ipſius moueri ſingularis;
& tamen eſt vniuerſale in cauſando. ſecundum quoque dictum eſt falſum; quia poteſt ſciri
hoc, & illud moueri licet non hoc, & illud generabile & corruptibile. tertium dictum etiam
eſt contra Ariſt. 3. phy. vbi vult moueri nõ ineſſe mobilibus vniuoce, ſed tantũ analogice; quia
motus reperitur in corporibus ęternis & caducis; & ęterno & caduco nihil eſt cõmune vniuo-
cum. Præterea hęc dicta tradita in reſponſione ad hoc ſecundum argumentum, aduerſan-
tur determinationi ſuperioris quęſtionis: hic enim dicunt, quòd quodlibet moueri exiſtens
in natura eſt in aliquo particulari; & ab hoc moueri, & ab illo poteſt abſtrahi vnum commu-
ne moueri: ex hoc ſequitur, quòd ars non poteſt eſſe ſine experimento: probatur conſequen-
tia; quia vniuerſale, quod eſt principium artis & ſcientię, nõ poteſt accipi niſi ex ſingularibus
per experientiam, & tamen in prędcedenti quæſtione faſſi ſunt oppoſitum eſſe: Ecce quomodo
doctrina iſtorum ſemper parit contraria. Argumentũ principale facile ſolui poteſt, dicendo, ꝙ
moueri particulariter ſumptũ corruptibile ineſt ſingulari generabili & corruptibili: & de hoc
non eſt nec ſcientia, nec demonſtratio: moueri incorruptibile ineſt particulari incorruptibili
D puta cælo, lunæ: vel Mercurio, & de hoc poteſt eſſe ſciẽtia: datur etiam & moueri communiter
ſumptum, quod analogice competit mobilibus, & vniuerſaliter; & de hoc poteſt eſſe demon-
ſtratio, definitio, & ſcientia. Sed attende, quòd æternum dupliciter ſumi poteſt; vno mo-
do, quod exiſtit in omni differentia temporis: & hoc pacto Deus opt. max. dicitur æternus.
alio modo poteſt capi æternum negatiue pro eo, quod in nulla differentia temporis deficit: &
ſic vniuerſale dicitur æternũ: de quo Ariſt. 1. poſt. dicebat, ꝙ non in quodam quidã ſic, in quo-
dam quidam nõ, nec aliquando quidam ſic, aliquando quidam non, & ſic motus, & generatio
inſunt vniuerſaliter; & ſecundo modo hic motus, & hæc generatio inſunt huic rei particulari.
In reſponſione ad tertium loquentes de obiecto ſenſus aiunt, quòd vnitas obiecti ſenſus eſt
aliquid vnum vnitate priori, quę eſt vnitas realis, minor tamen vnitate numerali. Pro cuius
intellectu nota, quòd ſecundum iſtos eſt triplex vnitas. quędam maxima, veluti vnitas indiui
dua, & hęc eſt maxima quia nulli communicabilis, ſed eſt propria vni ſecundum numerum.
altera eſt minima, & hęc eſt vnitas vniuerſalis actu ab intellectu concepta, vt prędicatũ de om-
nibus contentis, quę minima, & fere nulla eſt; quia actu tale vniuerſale; verbi gratia homo con
ſideratus, vt prædicatur de omnibus hominibus, eſt potius multiplicatum, quàm vnum, & hac

ratione

Sentẽtia aduerſariorum reducitur in contrad.

Validiſſima ratio erga aduerſarios.

Si albedo eſſet circa cælum tunc eſſet eius ſubiectum.

Cælum eſt vniuerſale in cauſando.

Tex. 6.

Doctrina aduerſariorum contraria.

Æternum dupliciter ſumitur.

Quare vniuerſale dicatur æternũ.

Tex. 11.

Vnitas triplex.

Vnitas media quę nam ſit.

ratione minima eſt. Tertia eſt vnitas media, vt illius, quod actu non conſideratur in pluribus, ſed poteſtatiue eſt vnum, quatenus poteſt actu comparari pluribus, & hęc vnitas conſtituit obiectum ſenſus; & probant tripliciter dari hanc vnitatem. Primo ſic, ſi non daretur hęc natura media, tunc intellectus non poſſet moueri ad affirmandum aliquod commune actu pluribus abſtractum ab omnibus; quia iam non mouetur à ſingularitate; vt puta à petreitate; quia illa non mouet, niſi ad formandam intentionem communem vni tantum. Secundo, ſi non daretur hęc natura media; tunc vniuerſale eſſet pura fictio; cum conceptioni vniuerſali non correſpondeat ſingularitas, puta petreitas; igitur ſi natura humana non correſponderet vniuerſali alia à ſingularitate; tunc vniuerſale eſſet fictio. Tertio, circumſcripto omni opere intellectus inter hanc albedinem, & illam eſt maior conuenientia, quàm inter hanc albedinem, & illam nigredinem; ſed conuenientia eſt relatio realis de primo ordine relatiuorum: ergo & fundamentum eſt reale, ſed tale fundamentum non eſt, niſi illa natura media: igitur datur quędam vnitas minor vnitate numerali, & hęc conſtituit obiectum ſenſus, ſed de hac latius habebitur ſermo in 7. huius diuinę ſapientię. A

Conuenientia inter duo q̃ relatio eſt.

Dilucid. 16.

Pro nunc contra ipſos arguitur primo nõ dari iſtam vnitatem vniuerſalem; quia ſi daretur, ſequeretur, quòd nullum eſſet diſcrimen inter obiectum ſenſus, & obiectum intellectus, ex conſequenti ſenſus, & intellectus eſſent vna potentia; probatur conſequentia; quia cum potentię diſtinguantur per obiecta, ſi vnum erit obiectũ ſenſus & intellectus: ergo vnica erit potentia, ꝙ autem ſit vnum obiectum patet per aduerſarios, quia ponũt illam vnitatem eſſe vniuerſale aptum natum prędicari de pluribus aptitudine remota: ſed tale eſt obiectum intellectus: igitur idem erit obiectum intellectus & ſenſus. Secundo, illud eſt primum obiectum intellectus, quod prius intelligitur ab ipſo antequam moueatur ad cauſandum aliquod commune abſtractũ: ſed talis natura media eſt illud, quod primo intelligitur ab intellectu, & quod ſentitur à ſenſu, quia eſt proprium obiectum eius: ergo idem erit obiectum intellectus & ſenſus. Tertio, illud commune abſtractum aut pręcedit intellectum, aut ſequitur ipſum; ſi præcedit intellectũ ergo & ſenſum, cuius obiectum eſt vnũ vnitate generis: vt dicitur 2. de anima, ꝙ quilibet ſenſus eſt vnius generis ſenſibilis: ſi vero ſequitur intellectum iuxta dictum Auer. 1. de anima: intellectus eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus: ſequitur, ꝙ non dabitur illa vnitas, quæ eſt vniuerſale in actu, vt ipſi fingunt. B

Tex. 107.
Commen. 8.

Soluuntur rationes aduerſariorũ.

Rationes illorum ſunt nullius momenti, & primo prima, quia intellectus non mouetur ab hac natura media, niſi prout eſt illuminata in phantaſia ab intellectu agente, à quo expoliatur ab ipſis conditionibus particularibus; & ſic expoliata dicitur vniuerſale in actu, & monet intellectum poſſibilem. Secunda etiam ratio ſoluitur negando conſequentiam; quia vniuerſale nõ eſt pura fictio; ſed eſt res illa in phantaſia exiſtens expoliata (vt dixi) ab hic, & nunc, & antequàm ſit expoliata dicitur vniuerſale in potentia, vt declarat S. Thomas pluribus in locis, præcipue 1. parte tractatu Angelorum: & eſt doctrina Euſtratij 1. ethi. quòd datur vniuerſale ante rem, in re, & poſt rem, & vniuerſale in re correſpondet vniuerſali poſt rem. Ad tertiam dicitur, ꝙ illa conuenientia, per quam cõuenit vna albedo cum alia, eſt reſpectus, qui fundatur ſuper vnitate de primo ordine relatiuorum; & illa vnitas ſiue conuenientia eſt ſimilitudo quędam: quia vt dicitur 5. metaph. vnum in ſubſtantia facit idem, vnum in quantitate facit æquale, & vnum in qualitate facit ſimile: ſed hæc vnitas eſt vniuerſale in potentia, quę eſt obiectum intellectus, & non ſenſus, vt ipſi dicunt, de quo obiecto ſenſus inferius erit ſermo. C

q. 55. ar. 3.
Vniuerſale eſt triplex.
Cap. 3.
Tex. 8.
Dilucid. ſequenti.

Quæſt. 5.

Nec te moneat interpretatio cuiuſdam neoterici, in quæſtione ſua correſpondenti huic noſtræ dilucidationi: vbi mouet dubium de anima, & de hoc Deo, vt eſt communis tribus diuinis perſonis, & de humanitate Chriſti, quæ agit, tamen non eſt ſingulare quodam per ſe exiſtens, & multa immiſcet theologalia circa hoc quęſitum repręhendendo Caiet. in 3. parte. primo de accidentibus exiſtentibus in euchariſtia, quæ agunt, & tamen non ſunt ſingularia, & recitando opinionem Caietani de huiuſmodi accidentibus, aſſerit ipſum dixiſſe, accidentia euchariſtię virtute diuina fuiſſe facta ſingularia per ſe exiſtentia; & ſic agere dicuntur. Et tamen hoc neque ſomniauit ipſe Caietanus, vt patet in expoſitione illius loci ſupradicti vbi aſſerit accidentia in hoc ſacramento manere ſine ſubiecto; & hoc per diuinum miraculum: & aſſignat cauſam S. Thomas: quia effectus magis dependet à cauſa prima, quàm à ſecunda: ſed Deus, qui eſt prima cauſa ſubſtantię & accidentis, per ſuam infinitam virtutem poteſt conſeruare accidens in eſſe ſubtracta ſubſtantia, per quam conſeruabatur ineſſe, ſicut per propriam cauſam, vt etiam alios effectus naturalium cauſarum poteſt producere ſine naturalibus cauſis, vt humanum corpus formauit in vtero virginis ſine ſemine virili, & concludit Caietanus, quòd hæc reſeruauit ſibi in metaphyſicis reſolutionibus, quas hunc neotericum credimus D

Quæſt. 77.
q. 77. art. 1.

Pulcherrima ſpeculatio theologica.

Caietan⁹ ſcripſit ſup metaphy.

A credimus non vidiſſe, & propterea non erat ab eo aſſumendus hic labor ad reprehendendum
hunc tam ſubtilem doctorem; ſicuti etiam male reprehendit eum de ſuppoſito, quod eſt cō-
mune tribus diuinis perſonis: aſſerit enim, quòd illi, qui ſubſtinent hanc opinionem, ſunt di-
gni reprehenſione. Sed ego non video qua ſint reprehenſione digni; cum fortiſſima ratione
& auctoritate, tum ſacrarum ſcripturarum, tum conciliorum, tum ſanctorum patrum, tum
etiam & S. Thomę moueantur; quę omnia ab aduerſarijs minime ſolui poſſunt.

Eſt igitur in primis ratio efficaciſſima ipſius Caietani; ad quam erigendam ſupponit primo
ex communi omnium conſenſu, ꝙ ſuppoſitum debet eſſe ſubſtantia; & hoc propter acciden-
tia, quæ non dicuntur ſuppoſita. ſecundo debet eſſe completa ſubſtantia propter partes. ter-
tio debet eſſe indiuidua propter genus & ſpeciem. quarto debet eſſe ſubſiſtens propter Chri-
ſti humanitatem. quinto debet eſſe incommunicabilis; & hoc propter diuinam eſſentiam; quę
tribus perſonis communicatur. Secundo ſupponit, quòd Deus inter omnia alia in hoc diſtin-
guitur à ceteris rebus creatis: quia in rebus ipſis creatis terminus ſingularis, & diſcretus ſiue
demonſtratus non diſtinguuntur: vnde idem eſt dicere hunc hominem & Sortem: ſed in Deo
B non eſt idem dicere, poterit enim eſſe terminus ſingularis, ſimul & communis, vt patet in hoc,
quod dico, hunc Deum, qui eſt terminus communis tribus perſonis; & hoc eſt impoſſibile
inueniri in indiuiduo aliarum ſubſtantiarum creatarum. Tertio ſupponit non eſſe idem dice-
re Deum, hunc Deum, & hanc diuinam perſonam; quia Deus ſignificat concretum ſpecificū
diuinæ naturæ, ideſt habens deitatem, ſicut homo ſignificat habens humanitatem: hic Deus
ſignificat concretum indiuiduale naturæ diuinæ, ideſt hunc habentem hanc deitatem: perſo-
na vero diuina ſignificat ſuppoſitum diuinę naturę incommunicabiliter habens deitatem; vt
eſt perſona patris, filij, ſpiritus ſancti.

Suppoſitum ſui perſona habet quinque cōditiones.

Ex his tribus ſuppoſitis deducit rationem fortiſſimam; quòd hic Deus non ſignificat ſecun
dum veritatem ſuppoſitum diuinę naturæ; ſed tantum æquiualenter quoad habitudinem iden
titatis, vel diſtinctionis à natura: quoniam comparatur ad illam, vt habens ad habitum, & vt
quod eſt ad id, quo eſt, & vt ſubſiſtēs ad naturam, in qua ſubſiſtit: & hoc ſuppoſitum eſt illud,
quod inuenerunt philoſophi lumine naturę; quia habet omnes conditiones ſuppoſiti pręter
quintam, quę eſt incommunicabilitas: & propterea nō dicitur ſuppoſitum relatum, ſed potius
C abſolutum; & hęc eſt ratio fortiſſima ipſius Caietani in primam partem S. Thomæ. Eſt confor-
mis hęc opinio ſacris literis, vt dixi, in quibus fit mentio de indiuiduo ſpecifico naturę diui-
næ; vt patet Geneſis: In principio creauit Deus cælum & terram, & in pſalmis infinities habe-
tur hoc concretum ſpecificum diuinę naturę, dicendo Deus Deus meus, &c. & Deus in nomi-
ne tuo, &c. & Deus meus, vt quid dereliquiſti me, &c. habetur etiam & cōcretū indiuiduale na
turę diuinæ: ideſt hic habens deitatē, ſeu hic Deus; vt patet Exodi, vbi Moyſes quęſiuit à Deo,
quod eſt nomen tuum, &c? & reſpondit Deus; ego ſum qui ſum: hic terminus, ego, eſt concre-
tum indiuiduale: & alibi numquid & ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, &c. & hic eſt Deus
meus, & glorificabo eum: & apud Ioannem euangeliſtam. Ego ſum via veritas, & vita, & mul-
tę aliæ auctoritates, quæ aperte loquuntur de hoc Deo, qui eſt ſubſiſtentia communis tribus
perſonis diuinis. De tertio vero ſuppoſito completo, & perfecte relato, quod habet omnes
quinque conditiones ſuppoſiti, ſcribitur in epiſtola Canonica Ioannis. tres ſunt, qui teſtimo-
nium dant in cælo, pater, verbum, & ſpiritusſanctus: quæ verba exponens Auguſtinus dicit,
quęrentibus quid tres? reſpondetur tres perſonæ, quæ dicuntur relationes ſubſiſtentes, & hoc
D modo non dicitur hic Deus. Deinde ſumi etiam poteſt hæc veritas ex concilio Florentino cę-
lebrato ſub Eugenio quarto: vbi erat illa controuerſia inter Patres occidentales & orientales
de ſpiratiōe ipſius ſpiritusſancti, à patre, & à filio, & multa habita ſunt de diuina eſſentia: quo
niam apud gręcos dicitur, vſia, quæ vocatur ſubſtantia. Vnde in ſeſſione decimanona habetur
expreſſe, quòd hæc diuina ſubſtantia non ſignificat ſuppoſitum à quo ſit aliud ſuppoſitū; quia
hoc eſſet relatum; ergo ſignificat ſuppoſitum abſolutum per ſe ſubſiſtens, à quo non eſt aliud
ſuppoſitum, non ergo opinio Caietani eſt aliqua repræhenſione digna: præcipue cum non ſit
ab Eccleſia hucuſque oppoſitum determinatum.

Ratio potiſſima pro defenſione Caietani de hoc Deo.

q. 3. art. 3.

Cap. 1.

Pſal. 21.

Cap. 3.

Cap. 14.

Epiſt. 1. cap. vltimo.

Septimo de trinitate.

Seſs. 19.

Hæc diuina ſubſtātia nō eſt ſuppoſitū relatum.

Quòd autem hoc ſit etiam de mente ſanctorum Patrū, patet, pręcipue ex D. Baſilio in qua-
dam epiſtola, quam ſcribit ad fratrem ſuum Gregorium Nazianzenū: patet etiam ex Epipha-
nio: & ex Gregorio Niſeno in ſermone de paſchate: & ex D. Ambroſio in libro de ſpiritus ſan
cto; & ex D. Hilario in omnibus ferè libris ſuis de Trinitate, & ex D. Auguſtino 5. de trini. vbi
diſputat cum Arrio, & ſupponit Deum ſine dubitatione eſſe ſubſtantiam, & ſubdit: quia ſicuti
eſt vna ſapientia, ita vna ſubſtantia, & vna exiſtentia: ſed ſapientia eſt communis tribus perſo-
nis: ergo etiam & ſubſiſtentia eſt communis tribus perſonis. Hoc idem aſſerit Ioannes Dama-
ſcenus

Cap. 9.

Cap.5. ſcenus 1. libro fidei orthodoxæ vbi dicit diuinam ſubſtantiam per ſe ſubſiſtere: quæ verba ſunt conſentanea rationi; quia ſubſiſtere dicit ſubſtantiam non dependere ab alio, ſed diuina eſſentia eſt ſubſtantia non dependens à perſonis, ſed potius econtra, perſonæ dependent à diuina eſſentia: igitur diuina eſſentia per ſe ſubſiſtit. Item Ricardus de ſancto Vittore lib. de ſacramentis docet, quòd perſona eſt exiſtentia incommunicabilis diuinę naturæ, & hoc ad differentiam ſubſiſtentiæ ipſius eſſentiæ, quę eſt communicabilis tribus perſonis. Adde quoque, quòd ſubſiſtere eſt perfectio ſimpliciter; ergo conuenit huic Deo, qui non mendicat illud à ſuppoſitis, cum ſit abſolutum quoddam, & per conſequens prius conuenit ei ſecundum rationem, quàm ipſis perſonis. Et ſi dicis, quòd in Deo eſſentia ſe habet, vt quo, pater generat, conceditur: tamen in ipſo Deo idem eſt quo eſt, & quod eſt, cum ſit de ſe, hic. Vnde Auguſtinus 5. de trinitate vbi ſupra docet, quòd omnis res ad ſeipſam ſubſiſtit, quanto magis Deus? Quod etiam Ariſt. cognouit 7. metaphy. vbi docuit, quòd in ijs, quę ſunt ſine materia, idem eſt quod quid eſt, & id cuius eſt. Poſtremo hoc eſt de intentione omnium theologorum, præcipue Altiſiodorenſis lib. 1. ſummæ ſuæ, & Alexãdri de Ales prima parte ſummæ ſuæ, & S. Thomę in 3. p. ſummæ theologię, vbi docet, quòd circumſcriptis per intellectum perſonalitatibus trium perſonarum remanebit in intellectu vna perſonalitas Dei, vt Iudęi intelligunt, ad quam poterit terminari aſſumptio, ſicut nunc dicimus terminari ad perſonam verbi; quia pater non ab eodem habet, quòd ſit pater, & quòd ſit aliquis: quia cum pater ſit paternitate, ſi paternitate etiam eſſet aliquis, ſequeretur, quòd filius, in quo non eſt paternitas, non eſſet aliquis: remota ergo per intellectum paternitate ab ipſo patre adhuc remanet, quòd ſit aliquis, quòd eſt perſona quędam; ergo remota proprietate perſonali ab ipſo Deo per intellectum remanet adhuc perſona quędam, quam philoſophi intelligũt lumine naturæ: de quo Ariſt. 12. metaphy. concluſit, vnus ergo princeps. A

[Marginal notes: Lib. 1. Perſona diuina quid eſt. — Cap. 6. — Tex. 12. — Tract. 2. Quæſt. 4. q. 3. art. 3. — Circa finem.] B

Cap. 5. Quod etiam beatus Auguſtinus 1. de trinit. voluit non eſſe idem dicere ingenitum, quod eſt dicere patrem: quia ſi filium non genuiſſet nihil prohiberet eum eſſe ingenitum: ſed poſito per caſum, quòd non genuiſſet filium, tunc ei non ineſſet paternitas; ergo remota paternitate adhuc remanet in ipſo Deo quædam perſona. Et ſi diceres, quòd hoc eſt hereticum, & contra fidem Chriſtianam ponentem tres perſonas diuinas: & hęc poſitio ponit quatuor, vt deducit Bartholomæus Spina in quodam ſuo tractatu de hoc Deo, quem edidit contra Caietanum Cardinalem. Reſpondetur, quòd cum adhuc non ſit determinatum oppoſitum ab eccleſia Romana catholica vanum eſt dicere poſitionem Caietani eſſe hereticam, pręcipue cũ non ponat quatuor perſonas relatas & completas, ſed tantũ tres relatas, & hunc Deum æquiualenter perſonæ, quam philoſophi lumine naturę cognouerunt; vt latius oſtenſum eſt ſupra, quod etiam apertiſſimis verbis ponit Ioannes Bachonus 3. ſenten. vbi de mente Ricardi ponit tres incommunicabiles exiſtentias, & quartam exiſtentiam communicabilem in ipſo Deo glorioſo; quod eſt ponere tres perſonas diuinas relatas, & hunc Deum communem tribus perſonis; & hęc eſt expreſſa opinio Caietani; propterea male hic nouus expoſitor eam reprehendit. Ex his ſequitur inepte Syluestrum de Prierio in 1. volumine ſui conflati, & quendam alium thomiſtam in quibuſdam quęſtionibus ſuis theologicis contradicere huic poſitioni aſſerendo ipſam eſſe ingenioſam, & apparentiam habere, tamen S. Thomę, & veritati repugnare. Et quod repugnare videatur dictis S. Thomę adducuntur ab eis multa dicta tum in ſumma, tum in quęſtionibus diſputatis, tum in ſcripto. Et primnm dictum, quod habetur in ſumma nempe, 1. p. vbi dicit quòd ſecundum rem idem eſt Deus quod deitas, non tamen eſt idem modus ſignificandi vtrobique, & 3. par. vbi quęrit an vnio verbi incarnati ſit facta in perſona aſſerit, quòd ſi humana natura verbo Dei non vnitur in perſona, nullo modo ei vnitur, quia cum non ſit facta in natura neceſſario ſequitur eam factam fuiſſe in perſona, non quidem in perſona imperfecta, quam appellat Reuerendiſſimus Caietanus hunc Deum: ex his ſequitur in Deo pręter eſſentiam ſiue naturam diuinam, & tres perſonas, nempe patrem & filium & ſpiritum ſanctum nil aliud eſſe ponendum; non quidem indiuiduum naturæ, quod à præfato doctore aſtruitur eſſe tribus perſonis commune, quodque hunc Deum vocitat, quia pręter tres perſonas, quę tria indiuidua ſunt & incommunicabilia, nullum aliud in Deo vnquàm nouit S. Tho. indiuiduum; quod ex eius doctrina facile oſtenditur, nam in 1. par. inquit indiuiduum Deo competere non poſſe niſi ſecundum quod incommunicabilitatem importat; quia, vt idem ait de poten. Dei, eſſe communicabile eſt contra rationem indiuidui vel perſonę. C D

[Marginal notes: Contra Bartholomæum Spinam. — diſt. 29. q. 1. art. 2. — q. 3. art. 2. Quæſt. 1. — q. 39. ar. 5. quæſt. 2. ar. 2. — q. 29. art. 3. ad 4. — q. 2. art. 4. in corp.]

Sed mirandum eſt de iſtis, qui profitentur doctrinam S. Tho. & ita cęcutientes in ea deambulant, non animaduertentes qualiter hic Deus poſitus à Caietano ſignificans indiuiduũ diuinę

A diuinæ naturæ in concreto habens duas conditiones in re, alterá negatiuam ſcilicet quòd non ſignificat ſuppoſitum diuinæ naturæ loquendo ſecundum veritatem;alteram affirmatiuam ſcilicet, quòd ęquiualet ſuppoſito quoad habitudinem identitatis, vel diſtinctionis à natura; quoniam comparatur ad illam,vt habens ad habitum, vt quod eſt,ad quo eſt; vt ſubſiſtens,ad naturam,in qua ſubſiſtit; & tertiam conditionem habet in opinione philoſophorum, immo totius rationis humanæ,ſecundum facultatem naturę, ſcilicet quod ab omnibus accipitur, vt ſuppoſitum naturę diuinę; quia nulla deeſt ſibi conditio ſuppoſiti, niſi incommunicabilitas, quam non conuenire ſibi, quia communis eſt tribus perſonis non ratione,ſed reuelatione fidei nouimus; & ex hac ſequitur quarta conditio quoad nos,quod licet hic Deus non ſignificet ſuppoſitum diuinum ſimpliciter; tamen ſignificat ſuppoſitum diuinum ſtando infra limites tractatus de abſolutis,quem poſuit S.Thom. incipiendo à quæſtione ſecunda vſque ad vigeſimam ſextam incluſiue 1.p.& propterea thomiſtę,qui negant hoc indiuiduum,tenentur etiam negare totum hunc tractatum S.Tho.in quo diſputat,quomodo hic Deus ſit ſimplex,quomodo perfectus,quomodo bonus,infinitus,immobilis,exiſtens in omnibus per pręſentiam po- *Error aliquorũ thomiſt.*
B tentiam & eſſentiam,æternus,vnus,cognoſcibilis,nominabilis varijs nominibus,cognoſcens, prouidens,prædeſtinans,potens,beatus, & cetera.

Ex his facilis eſt ſolutio ad auctoritates adductas, quia S. Tho. loquitur præter tres perſonas diuinas non dari aliud indiuiduum incommunicabile, quod patet ex verbis eius;quę ſunt hæc formaliter;indiuiduum autem Deo competere nou poteſt quantum ad hoc,quòd indiui- *q.29.ar.3.* duationis principium eſt materia,ſed ſolum ſecundum quod importat incommunicabilitatẽ; loquitur enim ibi S.Tho.de definitione perſonę,ſecundum quod definita eſt à Boetio, quòd *Perſona q̃d eſt.* eſt rationalis naturę indiuidua ſubſtantia, & an ſic reperiatur in Deo,& ponit partem affirmatiuam,probando ipſam auctoritate Athanaſij;alia eſt perſona patris,alia filij,alia ſpiritus ſancti;vide quomodo S.Th.loquitur de perſona relata;& Caietanus de ſuppoſito diuino, ſtando infra limites tractatus de abſolutis.Ecce quomodo nihil habent iſti contra Caiet.

Argumentantur deinde ratione;quia videbant omnes auctoritates, quas ex fontibus S.Th. adducebant,verificari iuxta ſuperius declarata:ratio ergo iſtorum eſt talis: ſi ſubſiſtentia eſſen
C tialis præſtat huic Deo,vt dicatur in diuinis eſſe indiuiduum naturę,præter tres perſonas,ipſa eſſentia etiam dici poſſet naturæ diuinę indiuiduum, quandoquidem ipſa maxime ſubſiſtat, quod à nemine affirmatur.Sed facile ſoluitur hæc obiectio à Caietano dicendo,quòd eſſentia diuina dupliciter conſideratur,vel in abſtracto, vel inconcreto;in abſtracto conceditur, quòd à nemine affirmetur diuinam eſſentiam eſſe indiuiduum; quia tunc incideremus in errorem Abbatis Ioachim,qui aſſeruit,quòd ſicut dicitur Deus genuit Deum,ita poteſt dici,eſſentia genuit eſſentiam: in concreto tamen ab omnibus recte ſentientibus prędicatur, & dicitur quòd hic Deus,eſt indiuiduum naturę diuinę,& hęc eſt expreſſa doctrina S. Tho.1.p.vbi dicitur, ꝙ *q.39.ar.4.* hoc nomen,Deus,ex modo ſignificandi habet,vt proprie poſſit ſupponere pro perſona, ſicut hoc nomen homo.

Rurſus arguunt, quòd non ſit tale indiuiduum naturę ponendum;quoniam iuxta D. Hieronymi ſententiam propter verba inordinate prolata incurritur hæreſis: & propterea cauendum eſt maxime ab his,quę erroris occaſionem præbere poſſunt; talem autem occaſionem facile præbet poſitio huius indiuidui naturæ;nam catholica fides pręter tria indiuidua relatiua,
D quę & tria ſuppoſita ſunt,nullum aliud ponit;ſed ſolum ipſam diuinam eſſentiam, ſiue naturam,ſicut habetur de ſumma trinit.& fide catho.cap. damnamus,vbi dicitur;nos ſacro approbante concilio credimus,& confitemur cum Petro Lombardo, quòd vna quędam ſumma res eſt incompręhẽſibilis quidem,& ineffabilis,quę veraciter eſt pater,& filius,& ſpiritus ſanctus; tres ſunt ſimul perſonæ, ac ſigillatim quælibet earumdem, & ideo in Deo ſolummodo trinitas eſt, non quaternitas, quia quęlibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia,eſſentia,ſeu natura diuina;claret namque ex hac concilij Lateranenſis determinatione ſub Innocentio tertio celebrati, præter tres diuinas perſonas nil aliud eſſe ponendum,niſi naturam diuiná, quæ ex eo quod vna numero exiſtens eſt in tribus perſonis,vnus ſolus numero Deus ponitur, quo fit,vt ob vnitatem numeralem non ſit ponendus hic Deus præter tres diuinas perſonas. *Celebratum fuit hoc concilium anno ſalutis 1215.*

Sed hæc dubitatio ſoluitur ex ipſamet extrauaganti antecedenti, quæ incipit: firmiter credimus,& ſimpliciter confitemur,quòd vnus ſolus eſt verus Deus,æternus, immenſus, incommutabilis,incomprehenſibilis,omnipotens,& ineffabilis: ecce quomodo illa determinatio ponit Deum communem tribus perſonis; & quia in diuinis omne abſtractum habet ſuum proprium concretum,nec inuenitur differentia ibi inter abſtractum & concretum, niſi in modo ſignificandi;conſtat autem,quòd ibi inuenitur non ſolum deitas,ſed hęc deitas; igitur non ſo-

Vnus eſt Deus in eſſentia indiuiſus, inperſonis tamen diſcretus.

lum inuenitur Deus,ſed hic Deus, & cum hoc,quod ſignificamus dicendo hic Deus, ſit communis ſecundum rem patri,filio,& ſpiritui ſancto;ſequitur,quòd prçter hypoſtaſes,& perſonas relatas inueniatur ibi hic Deus,ſignificans indiuiduum naturæ diuinæ commune tribus perſonis,quod patet de ſumma trinit.& fide catho.cap. firmiter. & cap.damnamus, & etiam ex gloſa ibidem; tum quia in diuinis inuenitur Deus vnus numero communis patri, & filio, & ſpiritui ſancto: ergo inuenitur hic Deus communis iſtis tribus perſonis, conſequentia probatur;quia idem addit ly,vnus numero,ſupra ly, Deus,quod addit ly,hic,ſupra ly, Deus:antecedens patet ex ſententia fidei, qua confitemur patrem, filium,& ſpiritũ ſanctum eſſe vnum numero Deum,dum dicimus,Deus pater,Deus filius,Deus ſpiritus ſanctus; & tamẽ non tres Dij,ſed vnus eſt Deus;proculdubio ſermo eſt de vnitate numerali.Nec hoc eſt ponere quaternitatem vt dicunt iſti,ſicut nec ponendo hoc concretum,Deus, ſignificat enim habentem deitatem,ſicut hic Deus,vtroque ſiquidem nomine ponitur vnus numero habens deitatem communẽ, quamuis ly,Deus,non explicet vnitatem numeralem, quam explicat ly,hic Deus. Ex his ergo apparet Caietanum non ponere quaternitatem,vt iſti aſſerunt;ſed catholice ſanctam trinitatem. A B

Poſtremo arguunt,quòd ponere hunc Deum vt perſonam incompletam, ſiue vt habentem rationem perſonæ incompletæ,videtur male ſonare,& fidelium aures offendere,& ſcandalizare;quandoquidem in Deo nil penitus ponendum eſt, quod imperfecti & incompleti rationem habeat;Deus enim,cum ſit ſummæ perfectus, infinitaque perfectione gaudeat, imperfectionem omnem & omnem incomplectionem reijcit. Ad hoc dicimus primo ſcandalum eſſe puſillorum,ſi autem poſt redditam rationem ſcãdalum duret,iam videtur ex malitia eſſe;quia poterit contingere,quòd puſilli non ſint capaces rationis redditæ, vel propter priſtinam conſuetudinem,quę facit apparere diſſonum,quod veritati conſonat; vel propter rationem apud eos magis apparentem;vel aliquid huiuſmodi; & tunc ex quo malitia non facit ſcandalum, ſed ignorantia, vel infirmitas, quamuis reddita ſit ratio: vnde ceſſandum eſt ab hoc ſcandalo prçſertim paſſiuo, quod importat quandam animi commotionem à bono,in eo,qui ſcandalizatur: maiores enim & perfecti, & ſolidi in doctrina S. Tho. non ſcandalizantur ex hac ſpeculatione Caietani.

Scandalum quid ſit.

Secundo negamus,quòd ex hoc, ꝙ hic Deus non habet omnes conditiones perſonæ completę,ſequatur in Deo eſſe aliquam imperfectionem;quia perſonę relatæ ſunt illę,quę habent perfectam rationem perſonę,vt pater,filius,& ſpiritus ſanctus. Et ſi valeret argumentum iſtorum,ſequeretur,quòd inter diuina attributa eſſet realis diſtinctio,& non rationis;quia diſtinctio realis eſt perfectior diſtinctione rationis;& omne perfectum reperitur in Deo per argumentum iſtorum;igitur diuina attributa realiter diſtingui deberẽt,ſtante veritate præfati argumenti:patet ergo ipſum eſſe infirmum,& nullius valoris. C

q.2. artic. 2. Bartholomeus Med. hiſpanus.

Nec etiam te moueat quidam expoſitor 3.p.S.Tho.Bartholomæus Medina,qui etiam dicit ſe nõ poſſe capere poſitionem Caietani;quia nullus theologorum vſus eſt hac locutione, cum ex hoc ſequi iudicetur incommodum, quòd in diuinis ſint quatuor perſonæ; vna incompleta,& tres completę. Sed dicimus hoc incommodum nullo pacto ſequi, vt dictum eſt ſupra; quia hæc perſona non ponit in numerum cum alijs,ſed tantum diſtinguitur,vt habens ab habito,ita quòd ex vno extremo ponitur natura vt ſic, & ex altero extremo ponitur habens naturam.Et licet nullus theologorum vſus ſit hac locutione, non propterea ſequitur ipſam eſſe falſam;quia inter theologos,poſteriores cognouerunt, quod priores non cognouerunt, cum dicat Beatus Gregorius 4. moralium per ſucceſſiones temporum creuit diuinę cognitionis augumentum;& Dauid dicebat,ſuper ſenes intellexi: nullum ergo argumentum, nullaque ratio, neque auctoritas alicuius doctoris inualidare poteſt hanc poſitionem Caietani,& prçſertim cum non ſit aliqua determinatio,& deciſio facta à S.Romana Eccleſia de hac re hucuſque incontrarium: ſubmitto tamen hęc omnia & alia eius ſanctiſſimo iudicio & cenſurę, & quę hic dixi, feci non vt diuina prophanis miſceam, ſed occaſione Neotericorum contra hanc veritatem inſurgentium. Et hęc ſufficiant. D

Cap. 5.

Amplius

A *Amplius autem ſenſuum neque vnum ſapientiam eſſe ponimus cum his ſingulorum cognitiones, &c. Ex prologo.*

Vtrum obiectum ſenſus ſit vniuerſale, aut particulare.

Dilucidatio octaua.

RESpondentes nonnulli huic controuerſię duo videntur dicere impertinenter, & contra peripateticos. Primum, quòd obiectum ſenſus per ſe & adęquatum eſt aliquod reale, vnum, & prius vnitate vniuer- **B** ſali, minus tamen vnum, quàm ſit vnum numero: vnde dicitur vniuerſale aptitudine remota, non propinqua: quia hoc dicitur obiectum intellectus. Aliud dicunt pro fundamento iſtius concluſionis, quòd in ſingulari duo ſunt conſideranda: alterum, quod dicitur heccheitas, & vocatur id, quo. Alterum vero quòd eſt natura ſubiecta iſti heccheitati; & eſt indifferẽs ad hoc, & illud, & pręcedit vnitatem numeralem, & hęc dicitur formalis ratio obiectiua ipſius ſenſus, licet totum ſingulare ſentiatur: ipſa vero heccheitas ſe habet tanquam cauſa ſinę qua non: vnde natura illa eſt ratio mouendi ſenſum, ſingularitas vero eſt cauſa & conditio ſine qua non: ſicuti exemplificando dicunt, quòd color non videtur ſine quantitate; licet quantitas non ſit ratio formalis ipſius obiecti, ſed tantum ratio ſine qua non.

Sentẽtia aliquorum hic recitatur.

Heccheitas eſt cauſa ſine qua nõ in cognitione ſenſus apud aliquos.

Sed contra hęc duo fundamenta argumentor, & primo contra ſecundum, quærendo ab eis; heccheitas aut dicit naturam ſuperadditam naturę vniuerſali, aut non, ſed ſolum conditionem accidentalem, quæ eſt ſecundum rationem diſtincta. Si primo modo, quęritur quid prius cognoſcitur à ſenſu; natura, quæ eſt vniuerſalis, aut natura, quę eſt particularis, vt eſt diſtincta ſecundum rationem: ſi dicunt primum: ergo obiectum vniuerſale cognoſcitur à ſenſu abſque **C** ſingularitate, & ſic non eſt neceſſaria heccheitas, quæ eſt conditio ſiue cauſa, ſine qua non. Si vero dicunt ſecundum, quòd heccheitas addit naturam aliquam diſtinctam realiter, vel ſecundum rationem, & hæc eſt illa, quæ primo cognoſcitur à ſenſu: ergo ſequitur, quòd ſingulare eſt primum obiectum intellectus, & non vniuerſale, vt ipſi dicunt. Si vero dicunt, quòd hæc conditio eſt diſtincta ſecundum rationem ab illa natura vniuerſali. Contra, quia diſtinctio ſecundum rationem eſt poſterior ſenſatione, cum fiat per actum intellectus. Si vero dicunt, quòd ſimul cognoſcitur natura vniuerſalis, & nõ particularis, ſed diuerſa ratione: quia natura vniuerſalis cognoſcitur vt quod; natura autem particularis vt quo. Contra, quia illud, quod cognoſcitur vt quo, cognoſcitur per actum reflexum: ſed ſenſus nõ eſt potentia cognitiua per actum reflexum: ergo non poteſt illa heccheitas cognoſci à ſenſu. Præterea, ſi per aliam naturam ſortes eſt homo, & per aliam naturam eſt hic homo; ſequitur, quòd in Sorte multiplicabuntur formæ humanę: & ſic poteſt tolli à Sorte anima vna, per quam eſt hic homo, & remanebit alia anima, per quam eſt homo; quod eſt falſum, quia non eſt niſi vna anima humana, per quam Sor- **D** tes acquirit diuerſos gradus; nempe ipſius entis, ſubſtantiæ, corporis, corporis animati, animalis, hominis, & Sortis. Præterea, iſta heccheitas aut dicit formam; aut materiam; aut compoſitum ex vtriſque. ſi formam, quęro vel eſt anima vegetatiua, vel ſenſitiua, vel intellectiua, ſed nulla iſtarum eſſe poteſt: tum quia eſt vnica forma in compoſito: tum etiam quia hęc forma eſt ſubſtantia; & ſubſtantia non cognoſcitur à ſenſu 2. de anima: nec poteſt eſſe materia: tum quia materia etiam eſt ſubſtãtia; tum etiam quia pręſupponitur formę, & eſt prior via generationis. Si vero eſt compoſitum. Cõtra hoc tale eſt ſingulare, & ſic ſequitur, quòd obiectum ſenſus non erit vniuerſale aptitudine remota, vt ipſi dicunt.

Senſus non coguoſcit reflexe.

Tex. 14.

Arguo etiam contra illud primum, quęrendo ab eis, illa natura media, quam ponunt eſſe obiectum ſenſus, vel eſt vniuerſale in cauſando, quod dicitur ante rem, quod eſt Deus, & intelligẽtia: vel eſt vniuerſale in repręſentando, quod eſt ſpecies intelligibilis, quę eſt ſingularis de ſe, nihilominus repræſentat vniuerſale; vel eſt vniuerſale in pręd icãdo, quod eſt poſt rem: ſed nullum horũ vniuerſalium poteſt eſſe obiectum ſenſus: ergo fictio eſt dicere, ꝙ natura illa media indifferens ſit obiectum ſenſus. Pręterea quęro adhuc cum illa natura media pręcedat actũ intellectus, & ſecundum ipſos quidquid eſt in re eſt ſingulare, vt arguunt ipſi de primo cognito: ſed illa natura media eſt in re: ergo eſt ſingularis, ergo non vniuerſalis. Tertio illa natura

Obiectũ ſenſus non poteſt eſſe vniuerſale.

media eſt obiectum ipſius intellectus, vt fatentur in reſponſione ad ſecundum argumentum, quòd eadem natura indifferens poteſt cognoſci à ſenſu & intellectu: ſed intellectus cognoſcit quidditatem rei in vniuerſali: ergo & ſenſus cognoſcet etiam quidditatem rei in vniuerſali, quod eſt manifeſte falſum & inconueniens. A

Dilucidatio cõtrouerſiæ. Propterea eſt dicendum ſecundum rei veritatem, & non ſecundum confuſionem eorum, quòd proprium obiectum ipſius ſenſus eſt ſingulare, ſicuti proprium obiectum intellectus eſt vniuerſale: vnde obiectum ſenſus viſus eſt hic color, ſicuti proprium obiectum auditus eſt hic ſonus, & ſic de alijs, & ratio eſt, quia præter operationem intellectus nihil commune ponitur in rebus, ſed illud commune oportet, vt ab intellectu cognoſcatur; ergo non à ſenſu à quo tantum cognoſcitur ſingulare vel particulare. Sed contra diceret aliquis: quia hoc eſt expreſſe
Tex. 17. contra Ariſt. 2. poſter. vbi habet, quòd ſenſus eſt vniuerſalis, & 2. de anima viſus non decipi-
Tex. 63. tur circa colorem, quoniam color; neque auditus circa ſonum quoniam ſonus. Eſt etiam ratio fortiſsima ad hoc: quia potentia non poteſt cognoſcere, niſi ſuum obiectum: ſi ergo ſingulare erit obiectum ſenſus: ergo tantum ſingulare cognoſcit, puta viſus cognoſcet tantum
Sẽſus dupliciter conſideratur. hunc colorem. Hæc omnia vnico verbo ſoluuntur, dicendo, quòd ſenſus dupliciter conſideratur: vno modo quoad actum primum, qui eſt potentia ipſa: Alio modo quoad actum ſecundum. primo modo ſenſus eſt vniuerſalis, ſecundo modo eſt ſingularis. & hæc eſt expreſſa B
Tex. 17. ſententia Ariſt. 2. poſteriorum, quando dicebat: ſenſus eſt vniuerſalis, ſentire vero ſingularis
Tex. 60. & 2. de anima; ſingulare dum ſentitur, vniuerſale dum intelligitur, & hic etiam docet: cognitiones ſingularium ſunt maxime propriæ ſenſibus.

Obiectum potentiæ bifariã perpenditur. Poteſt etiam per aliam viam breuiorem reſpõderi, quæ facilior eſt diſtinguendo obiectum alicuius potentiæ dupliciter ſumi poſſe in cõi, ſcilicet aduerbialiter, & nominaliter: aduerbialiter quidem vt cum dicitur, ꝙ color in communi eſt obiectum viſus, non autem color cõmunis, aut vniuerſalis, ſed color communiter, & vniuerſaliter eſt obiectum viſus: quoniam viſio non terminatur ad colorem vniuerſalem: hic enim ſolo intellectu attingitur: ſed ad colorem vniuerſaliter, ideſt in quocumque ſingulari inuenitur, & quandocumque, & vbicumque. Nominaliter autem cum dicitur, quòd color communis intelligitur ſcitur, definitur, quoniam color vniuerſalis ideſt abſtractus à conditionibus indiuiduantibus intelligitur: &
q. 80. art. 2. ad 2. hoc eſt, quod dicit S. Tho. 1. parte in reſponſione ad ſecundum, vbi ponit differentiam inter appetitum ſenſitiuum & intellectiuum, quòd intellectiuus appetitus fertur in res, quæ ſunt C
Appetitꝰ ad quod fertur. extra animam ſingulares ſecundum tamen rationes vniuerſales. Senſitiuus vero fertur in res ſingulares ſecundum rationes particulares: quia nulla potentia organica poteſt terminari ad vniuerſale; de qua re latius Caiet. ibidem vbi ſupra oſtendit quomodo obiectum appetitus noſtri quatrupliciter variari poteſt, & illud declarat ſatis conforme huic doctrinæ ſuperius poſitæ, & hęc ſufficiant de hac dilucidatione.

Ita primum exiſtimamus ſapientem omnia maxime ſcire, vt contingit, &c. Ex prologo.

Vtrum ad metaphyſicum per ſe pertineat cognoſcere omnes quidditates rerum in particulari. D

Dilucidatio nona.

Quæſt. 16. Cap. 10. Qvidam reſpondentes huic controuerſię tres recitant opiniones, quarum prima videtur eſſe Ægidij 1. huius, & 1. poſter. tenentis, quòd ad metaphyſicum ſpectat cognoſcere quamlibet quidditatem, ſecundum quòd quidditas eſt, & ſecundum quòd hęc quidditas: non tamen ſecundum omnem rationem cuiuſcumque accidentis huic quidditati, quia hoc pertinet ad
Opinio Alexandri. alias ſcientias. Secundam opinionem etiam recitant, quòd quidditas hæc, & particularis eſt prior accidentibus, & accidentia per ſe reſpectu illius quidditatis ſunt priora accidentibus per accidens: licet ergo quidditas ſecundum, quòd hæc particularis, & etiam inquantum ad per ſe accidentia pertineat ad metaphyſicum: tamen inquantum mobilis, vel huiuſmodi, quæ ſunt accidentia per accidens, vt formaliter intellecta

ſub ali-

A ſub aliquo accidente per accidens pertinet ad aliam ſcientiam: quia ſic eſt poſterior ſe ipſa in-
tellecta ſine illis accidentibus, quæ ſunt per accidens: & hęc videtur eſſe opinio Gręcorum,
nempe Simplicij, & Alexandri. Ambæ iſtæ opiniones conueniunt in hoc, quòd aliæ ſcientię Sentẽtia ſim
non conſiderant quidditatem, nec hanc qnidditatem in ſe, ſed tantum accidentia ſibi. Sed dif plicij conue
ferunt; quia prima opinio dicit, quòd metaphyſica conſiderat quidditatem, & hanc tantum, vt nit cum poſi
quidditas eſt. Secunda opinio dicit, quòd metaphyſica conſiderat quidditatem, & hanc quid- tione Alex.
ditatẽ non tantũ vt quidditas eſt, ſed etiam quantum ad per ſe accidentia. Ponunt deinde ſuam
ſententiam 1. ſent. quòd ad metaphyſicum ſpectat conſiderare quidditates omnes in vniuer- In prologo.
ſali tantum, & ſub ratione entis, & probant dupliciter: primo quia ſi metaphyſica conſide-
raret quidditates rerum in particulari, tunc alię ſcientię ſuperfluerent, quod eſt abſurdum di-
cere: ſecundo probant per dictum Ariſt. ſapientis eſt ſcire omnia, vbi multum temperate lo-
quutus eſt dicendo, ſicut decet, & vt contingit; quia ſapientis non eſt omnia ſcire quocumque
modo, ſed vt contingit, ideſt in communi, & vniuerſali.

Sed in hac determinatione multa dicunt, quæ ſunt reprehendenda. Primum quia ipſi non Refellitur
B obſeruarunt ordinem. Secundum, quia non determinarunt quæſitum iuxta ſententiam, quam poſitio ſu-
tenuerunt 1. ſenten. vel ſaltem debuerunt concordare loca contraria. Tertium, quia ſe habue- pradicta.
runt tamquàm recitatores, vel tamquàm hiſtoriographi, & non vt ſubtiles indagatores, &
ſpeculatores recitando varias opiniones diuerſorum. Quartum quia rationes ab ipſis addu-
ctæ, vt ſtabilirent ſententiam ſuam, non concludunt. Prima enim facile ſolui poteſt, dicen- Soluũtur ra-
do, quòd alia ratione metaphyſicus conſiderat quidditates rerum in particulari, & alia ratio- tiones aduer
ne ceteræ ſcientiæ: propter quod non ſequitur ſuperfluitas aliarum ſcientiarum: ſufficit enim ſariorum.
vt ſcientiæ diſtinguantur penes rationes formales: quia eædem res conſiderantur à diuerſis
ſcientijs, ſecundum tamen diuerſas rationes formales: auctoritas Ariſt. eſt ſano modo intelli-
genda, vt decet, vel vt contingit, ideſt ſecundum rationem formalem ſuam, quæ eſt abſtractio
ab omni materia ſenſibili & intelligibili. Quintum quia non declarauerunt quid eſt quid-
ditas, quam Auerrois voluit eſſe formam, quæ per definitionem illius explicatur. Ob hoc ali-
qui tenuerunt aliud eſſe quidditatem, & aliud habens quidditatem, & quòd materia non eſt
pars quidditatis. Aliqui vero dixerũt quidditatem alicuius rei eſſe formalem rationem illius, Poſitiones
C cum qua eſt conuertibilis. Aliqui vero dixerunt quidditatem eſſe rationem obiectiuam ip- diuerſæ de
ſius rei, qua res ipſa eſt formaliter intelligibilis. S. Thomas pluribus in locis ſuæ doctrinæ quidditate.
præcipue in libello de ente, & eſſentia tenuit, quòd quidditas eſt illud, quod ſignificatur per Cap. 1.
diffinitionem, & per quod res conſtituitur in proprio genere, vel ſpecie; & aliquando vocatur
eſſentia à philoſophis, aliquando vero quodquideratesse, aliquando forma: cum ergo vario
modo loquantur doctores de quidditate, tenebantur aduerſarij declarare, quomodo ſumebãt
quidditatem in præſenti quæſito.

Sextum quia aliud eſt conſiderare quidditates in communi, & in vniuerſali; & aliud eſt Pulchra con
conſiderare quidditates communes, & vniuerſales: conſiderare enim quidditates vniuerſa- ſideratio.
les & communes eſt conſiderare ens, & primas partes entis ſecundum rationes generales; &
hoc ſpectat ad metaphyſicum, vt docet ipſe philoſophus 4. huius diuinæ ſapientiæ, vbi ha- Tex. 1.
bet, quòd eſt quædam ſcientia, quæ ſpeculatur ens, & quæ ei inſunt: & ſi hoc conſideraſſent
reliquiſſent argumentum ſecundum ab eis adductum: cognitio tantum in vniuerſali eſt im-
perfecta, eo quòd confuſa & indiſtincta: ergo ſi metaphyſica non cognoſcit quidditates rerum
D in particulari, ſed tantum in vniuerſali, eſt imperfecta ſcientia, & aliæ artes ſunt perfectæ.
Et ſoluendo hoc argumentum adhuc male ſe habent dicendo, quòd cognitio in vniuerſali eſt
imperfectior, & quòd cognitio ſcientiæ in particulari eſt perfectior, quando particulare inclu
dit vniuerſale: tamen vbi particulare non includit vniuerſale, vniuerſale non eſt imperfectius;
Quia nõ eſt intelligibile, quòd detur aliquod particulare, quod non includat vniuerſale; ſem- Non datur
per enim inferius includit ſuperius; & propterea ſequerẽtur (ſtante reſponſione eorum) quòd particulare
phyſica, & mathematica eſſent perfectiores metaphyſica. nõ includẽs vniuerſale.

Propterea aliter eſt reſoluendum argumentum, vt ſoluit Caietanus in apoſtillis ſuper 1. q. 14. art. 6.
par. S. Tho. quòd conſiderare aliqua in vniuerſali contingit dupliciter: vno modo ex parte rei
cognitæ: alio modo ex parte cognitionis in ſe, vel modi cognoſcendi: primo modo ſcientia in Quomodo
communi dicitur imperfecta & in potentia, & confuſa, & vniuerſalis: ſed ſecundo modo ſcien cognitio vni
tia exiſtens in communibus eſt perfectior ſcientia exiſtente in particularibus; quia medium, uerſalis ſit p
per quod cognoſcit metaphyſica, eſt nobilius medio, per quod cognoſcunt ſcientiæ particula- fectior ſingu
res: propterea ex parte medij & modi cognoſcendi metaphyſica eſt perfectior, licet non ex lari.
parte obiecti; & hæc eſt expreſſa doctrina S. Thomæ in quæſt. de veritate. quòd cognitio vni- q. 8. art. 1.

uerſalis ex parte obiecti eſt imperfectior particulari, ſed ex parte medij eſt econtra. A

Tex. 1.

Septimo deficiunt ſoluendo primum argumentum, quod erat tale. Ariſt. 6. metaphy. dixit, quòd nulla alia ſcientia conſiderat quodquid eſt, præter metaphyſicam: ergo metaphy. habet cognoſcere omnes quidditates, & ſic in particulari: conſequentia probatur, quia quidditates rerum debent eſſe notæ; ergo ſi in nulla alia ſcientia conſiderantur: ſequitur, quòd tantum in iſta ſunt notæ, & ſic conſiderat in particulari. Soluendo hoc argumentum dicunt, quòd Ariſt. intendit nullam aliam ſcientiam conſiderare quidditates rerum in communi, niſi iſtâ metaphyſicâ: ſed bene alia ſcientia conſiderat in particulari. Sed hęc ſolutio nulla eſt; quia ſcientiæ particulares omnes accipiunt quod eſt ſui ſubiecti, vel per ſuppoſitionem ab aliqua alia ſcientia, ſicut geometria accipit quod eſt magnitudinis à primo philoſopho, vel per ſenſum, ſicut ſcientia de animalibus accipit quod eſt animal per hoc, quòd apparet ſenſui, vt patet 6. huius: & ideo aliter eſt dicendum, ad metaphyſicum pertinere ſolum conſiderare quod quid eſt in ſe formando & conſtituendo definitionem, oſtendendo ex quibus, & qualibus partibus conſtituitur definitio, cuius ſignificatum eſt ipſum quodquideſt. Aliæ vero ſcientiæ particulares conſiderant definitiones particulares vtendo eis ad demonſtrandum proprias paſſiones de ſubiecto proprio. B

Solutio hæc refellitur.

Tex. 2.

Metaphyſicus & logic⁹ cõſiderãt diffinitionẽ diuerſo tamen modo.

Octauo & vltimo errant tenendo in hac quæſtione, ſicuti & alibi corpus mobile eſſe ens per accidens, non aduertentes mobile eſſe nomen æquiuocum ad aptitudinem, ad motum, & ad fundamentum illius aptitudinis: ſicut riſibile aliquando poteſt ſignificare aptitudinem ad ridendum, aliquando fundamentum ipſius aptitudinis, quod eſt rationalitas, & ſic philoſophi ſumunt mobilitatem pro fundamento aptitudinis, & non pro aptitudine, quo pacto dixerunt eſſe rationem formalem ſubiecti philoſophiæ naturalis: & dato etiam quòd ſumatur pro aptitudine ad motum, non eſt inconueniens ſumi pro ratione formali, circumſcribendo propriã rationem formalem: ſicut ſi eſſet nobis ignotum rationale, & ſumeretur riſibile loco eius, non ergo ly mobile ſumitur pro paſſione, ſed pro ratione formali: & ideo eis non erat laborandum circa hoc.

Mobile eſt nomen æquiuocum.

Reſolute ergo dilucidatur quęſitum, quòd ad metaphyſicum ſpectat conſiderare quidditates rerum vniuerſales ſecundum rationes tranſcendentes, & communes, tam reſpectu ſubſtantiarum immaterialiũ, quàm etiam reſpectu ſubſtantiarum materialium: & hæc eſt expreſſa intentio S. Thomę ſuper Boetium de trinitate. Vbi ait metaphyſicam tripliciter nominari, ſcilicet metaphyſica, & ſic eſt de ente diuino, puta de Deo: Prima philoſophia, & eſt de primis cauſis: & ſapientia quia cognoſcit altiſſimam cauſam. Item S. Tho. 2. ſentent. Metaphyſica conſiderat de ſubſtantia inquantum ſubſtantia: & de omni ſubſtantia ſecundum communẽ rationem ſubſtantiæ, & omnia accidentia ſubſtantię. Et in proœmio primi ſententiarum habet, quòd iſta ſcientia eſt altiſſima, & conſiderat omnia ſecundum rationem communem naturaliter. Theologia vero ſecundum lumen diuinę reuelationis. Hoc idem habet Comentator 6. metaphy. quòd metaphyſica habet conſiderare de omnibus ſpeciebus entium inquantum ſunt entia, ratio eſt, quia cum ſubiectum metaphy. ſit ens inquantum ens habet conſiderare omnia, prout in eis ſaluatur ratio entis: propria vero prędicata tum ſubſtantiarum ſeparatarum tum etiam materialium ſunt incognita. Propterea dicimus, quòd metaphyſicus habet conſiderare quidditates omnium rerum ſecundum rationes generales & traſcendentes primorum generum, & non ſecundum rationes ſpecificas & indiuiduales propriorum generum & ſpecierũ. Vel aliter & magis reſolute dicas, metaphyſicum conſiderare quidditates in vniuerſali contingit dupliciter: vno modo vniuerſalitate prędicationis vel communitatis: alio modo vniuerſalitate pręciſionis vel abſtractionis formalis: ſecundo modo conſiderat quidditates omnium, non autem primo modo: & ſic ſoluuntur argumenta, quę fieri poſſunt in contrarium. C D

Dilucidatio quęſiti.

Metaphyſica nominat prima philoſophia & ſapientia.

diſtin. 3. q. 1. art. 3.

q. 1 art. 2.

In quo quæritur an præter phiſicas vna tantum doctrina ſit.

Commen. 1.

Quomodo metaphyſic⁹ cõſiderat qdditates rerũ.

Ex hac reſolutione facile ſolui poſſunt multa argumenta, quę tangit quidam nouus expoſitor ſuper hunc primum librum in quęſtione ſua de hac materia: vbi tria principaliter docet de hac re. Primum, quòd non ſpectat ad metaphyſicum diſtinctam cognitionem naturarum omnium habere. Secundum, quòd metaphyſicus quatenus eſt artifex communis, & pręſidet ceteris artificibus non ſolum poteſt multa, ſed debet ipſa intelligere, quæ includunt materiam in ſuis conceptibus. Tertium eſt, quòd omnes ac ſolas eſſentias, quę in ſuis conceptibus nullam includunt materiam, metaphyſicus ipſe vt eſt artifex particularis diſtincte intelligit, & ſic deducit ex hoc tertio quoddam corollarium; quòd entia, quæ ſunt immaterialia, vt ſunt ſubſtantię ſeparatę, diſtincte intelliguntur à metaphyſico ſecundum omnes conceptus tam generales quàm ſpeciales. Quod quidem corollarium non eſt omni ex parte verum, quia quem-

Quæſt. 1.

admodum

A admodum quælibet alia res quatuor modis intelligi poteſt ab intellectu humano. primo quidditatiue, vt ſi quis conſideraret hominem, vt eſt animal rationale. ſecundo poterit concipi ipſe homo in communi, prout ſcilicet eſt ſubſtantia. tertio quaſi per accidens, vt ſi quis apprehenderet hominem, vt eſt naturaliter animal manſuetum, quia eſſe manſuetum eſt accidens, ſeu paſſio hominis. vltimo poteſt quis concipere hominem relatiue, vt eſt animal nobiliſſimum inter omnes ſpecies animalis: ſic etiam ſubſtantiæ ſeparatæ pręſertim Deus, poſſunt quatuor modis conſiderari. Nam Deus poteſt intelligi primo vt eſt altiſſima cauſa, & vniuerſaliter ſecundum quodcunque pręadicatum reſpectiuum ad extra, & ſic conſideratur relatiue. Poteſt ſecundo apprehendi vt ſapiens, bonus, iuſtus, & vniuerſaliter ſecundum rationes attributales, & ſic conſideratur quaſi per accidens; quia iſtæ rationes attributales ſunt veluti paſſiones Dei. Poteſt & tertio perpendi, vt ens, vt actus, &c. & ſic conſideratur in communi, & ad hos tres modos quaſi ſimplices reducuntur conſiderationes compoſitæ, puta vt actus purus, ſummum bonum, ens primum, & ſimilia. In iſtis enim ipſe Deus ſtat ſub conceptu communi relatiuo, aut negatiuo. Quarto & vltimo conſideratur Deus ſecundum ſuam propriam

B quidditatem, & hæc cognitio eſt fundamentum ceterarum cognitionum: quam quidditatem circumloquuntur theologi nomine deitatis, & hic eſt proprius conceptus ipſius Dei: male ergo videtur deducere ipſe, quòd in hac vita pòteſt metaphyſicus habere proprium conceptum de ipſo Deo, cum hic proprius conceptus, vt patet ex hac ſpeculatione; non ſpectet niſi ad theologum.

Refellitur ſententia noui expoſitoris.

Quatrifariã Deus conſideratʳ ex Caietano. 1.p.q.1.ar.7.

Eſt etiam conſideranda diſtinctio, de metaphyſico, quòd aliud eſt loqui de metaphyſico vt ſic, aliud de metaphyſico tali. Nam metaphyſicus vt ſic, non eſt, niſi ipſe Deus, qui eſt ſummus ſapiens: modo dubitatio non eſt de Deo, an cognoſcat ſeparata ſecũdum proprios conceptus, ſed de ipſo homine metaphyſico, qui cognoſcit per effectus obiecta metaphyſicæ, an ſecundũ proprios & ſpeciales conceptus & quidditatiue ſeu cognitione diſtincta, & in particulari intelligat; quia vt dicemus in 2. huius contra Auer. intellectus magnitudini coniunctus nõ poterit ſubſtantias ſeparatas quidditatiue intelligere, vt latius oſtendit S. Thomas in 1.p. Et hęc ſint dicta pro hac dilucidatione huius controuerſię.

Proprius cõceptᵘ Dei nõ ſpectat ad metaphyſicũ

Dilucidatione tertia. q.88.art.1.

C

Fere autem & difficillima ſunt hominibus ad cognoſcendum, &c. Ex prologo.

Num vniuerſalia ſint difficiliora ad cognoſcendum.

Dilucidatio decima.

IN hac dilucidatione duo faciam. primo impugnabo aliqua dicta quorumdam. ſecundo dilucidabo veritatem. Quoad primum ponunt talem diſtinctionem, quòd duplex eſt vniuerſale, ſcilicet in cauſando, & in pręedicando:

D vniuerſale in cauſando attenditur penes ambitum & extenſionem virtutis, vt illud dicatur vniuerſalius iſto modo, cuius virtus ad plures effectus ſe extendit; ſicut cauſa prima, quę tamen in ſe eſt ſingularis, vt opponitur vniuerſali in pręedicando, cum non pręedicetur de pluribus ſingularibus: vniuerſale autem in pręedicando eſt illud, quod diffinitur 1. poſte. quòd eſt vnum in multis, & de multis, quòd ſcilicet eſt aptum natum de pluribus pręedicari.

Tex. 125. & 1. perhier.

Hęc diſtinctio poſita ab iſtis eſt inſufficiens: quia cũ vniuerſale ſit triplex ante rem, in re, & poſt rem, ſecundum doctrinam Euſtratij 1. ethic. diminute locuti ſunt: vniuerſale ante rem eſt cauſa præhabens virtute totum eſſe, & poſſe cuiuſcumque rei, & eſt cauſa omnium: propterea oportet vt omnia præcedat; vt voluntas diuina eſt principium effectiuum omnium eorum; quæ ſunt extra Deum: ſimiliter intellectus diuinus, in quo ſunt ideę omnium exiſtentium extra ipſum, eſſentia quoque diuina habet rationem vltimi finis omnium factibilium: propterea hoc tale vniuerſale ante rem accipitur vt cauſa effectiua, & cauſa exemplaris, & finalis, vt voluit S. Tho. 2. ſent. Datur & ſecundo vniuerſale in re, & eſt ipſa natura exiſtens in particularibus, cui non repugnat eſſe in pluribus, & tale eſt vniuerſale prædicabile, quod definitur 1. perihermenias

Vniuerſale eſt triplex. Cap.3.

diſt.3.q.2.ar.2. ad primũ argumen. Cap.4.

her. Dicitur tertio vniuerſale, quod eſt poſt rem, & eſt intentio abſtracta à particularibus, qua A
formaliter aliquid denominatur vniuerſale, & eſt relatio rationis, de quo tractauit Porphy. in
prędicab. cum ergo de quolibet iſtorum poſſit moueri quæſtio, videtur, ꝙ diminuti locuti fue-
rint non diſtinguendo hoc triplex vniuerſale.

Triplex cognitio actualis habitualis & virtualis.

Prçterea fuerunt etiam diminuti non ponendo illam diſtinctionem, quomodo aliquid po-
teſt tripliciter cognoſci. Primo cognitione actuali, quando homo actualiter cognoſcitur quan
tum ad ea, quæ ſunt in ipſo. ſecundo poteſt aliquid cognoſci cognitione habituali, & eſt quan-
do homo ſiue vniuerſale eſt in proxima diſpoſitione, vt cognoſcatur, niſi aliquid impediat.
tertio poteſt cognoſci aliquid cognitione virtuali, & eſt quandocumque inferius cognoſci-
tur in ſuo ſuperiori, & quando partes virtualiter intelliguntur in toto: hæc diſtinctio fuit
prætermiſſa ab ipſis.

Snnt etiam reprehendendę aliquę concluſiones ipſorum: inter alias argumentor aduerſus
concluſionem, quam ponunt, quòd ſpecies ſpecialiſsima eſt primum cognitum cognitione
confuſa actuali via originis; quia eius ſingulare fortius mouet ſenſum, arguo ſupponẽdo quæ-
dam, quorum vnum eſt, quòd nihil poteſt intelligi ab intellectu noſtro, niſi intelligatur per B
ſpecies accidentis, & hoc ſecundum ipſos tenentes ſubſtantiam non poſſe cognoſci per pro-
priam ſpeciem. Suppono etiam, quòd quanto accidens eſt communius, tanto ipſum eſt cer-
tius, & hoc etiam conceſſerunt ipſi in quæſtione de obiecto ſenſus, quod etiam dixit Auerr.
Tex. 63. 2. de anima: quia viſus poteſt errare circa album, vel nigrum: ſed non errabit circa coloratum
vel viſibile: & tactus poterit errare circa calidum, vel frigidum, ſed non errabit circa tangibi-
le. Tertio ſuppono, quòd cognitio magis vniuerſalis non poteſt effici in intellectu, niſi per co
gnitionem accidentium communium, vel non ſine accidentibus communibus: nemo enim
cognoſcit animal niſi motu & ſenſu, nemo hominem niſi loquela & ratiocinatione.

Ratio efficaciſſima ꝙ ſpecies ſpecialiſſima non ſit primum cognitum.

Iſtis ſtantibus arguo ſic; illud via originis primo intellectui noſtro cognitione actuali
confuſa occurrit, cuius accidentia primo via originis cognitione actuali à nobis cognoſcun-
tur; patet hæc ex prima ſuppoſitione; ſed cognitio accidentium generis, & magis vniuerſalis
prius via originis nobis occurrit, vt patet per ſecundam ſuppoſitionem; ergo ſemper cogni-
tio magis vniuerſalis prius via originis cognitione actuali nobis occurrit: ergo non ſpecies
ſpecialiſſima, cuius ſingulare fortius mouet ſenſnm, eſt primum cognitum, vt ipſi tenent. C

Præterea illud via originis primo cognitione actuali intellectui noſtro occurrit, quod eſt
Tex. 2. nobis notius, atque certius: hæc enim fundatur ſuper dicto Ariſt. 1. phyſico. vbi habet, quòd
innata eſt nobis via naturalis procedendi à nobis notioribus, atque certioribus; ſed magis vni
uerſale ſemper eſt notius, atque certius minus vniuerſali: hæc minor etiam patet; quia illud
eſt certius, circa quod ſenſus & intellectus minus poteſt errare; ſed circa magis vniuerſale ſen-
ſus, vel intellectus minus poteſt errare; quia quotieſcunq; ſenſus vel intellectus errat in magis
vniuerſali, errat in minus vniuerſali; quia ſtat errare in particulari, & ſcire in vniuerſali: vt pa
tet 1. poſter. ergo ſequitur, quòd magis vniuerſale eſt certius, & notius, & primo occurrit in-
tellectui via originis.

Error nõ eſt in vniuerſali niſi ſit in particulari. Tex. 70.

Contra illam aliam concluſionem, quam ponunt in quæſtione alia, quòd magis vniuerſale
ſecundum cauſalitatem eſt nobis minns notum, qnàm minus vniuerſale: quia eſt minus ſen-
ſibile, arguo ſic; prima cauſa in cauſando, quæ eſt primus motor, eſt notior & magis vniuerſa-
lis omnibns alijs motoribus, ſicut patet, quia primus motus, qni eſt diurnus, eſt notiſſimus;
nam ex illo ſunt reliqui motus aliorum orbium, & quilibet iſtorum motuum eſt notior in D
quolibet orbe, quàm motus proprius, qui eſt ab intelligentia appropriata: ſicut ergo motus
primus, qui eſt effectus primę cauſæ, eſt notior omnibus alijs; ſic etiam & prima cauſa erit no-
Tex. 7. tior omnibus alijs ſecundis cauſis, quòd autem motus primus ſit notior, ex doctrina Ariſt.
10. huius patet, vbi habet motum diurnum eſſe ſimpliciter notiſſimum; vt menſura om-
nium aliorum.

Falſitas concluſionũ aduerſariorũ. Tex. 2.

Duę quoque concluſiones poſitæ ab ipſis ſunt expreſſe contra Ariſt. 1. phyſi. vbi vult, quòd
cognitio confuſa prçcedat in nobis cognitionem diſtinctam; quoniam pueri primo appellant
omnes homines patres; & omnes fœminas matres, & deinde diſtinguunt vnumquemque ip-
ſorum: & ſic etiam accidit circa cognitionem ſenſitiuam; quia totum ſecundum ſenſum eſt no
tius nobis, quàm partes eius: prius enim cognoſcimus coloratum, aut album, quàm colora-
tum inquantum eſt album, & ratio eſt; quoniam album cognoſcitur per ſuum contrarium, vt
Tex. 15. habetur 8. phyſi. & 3. huius, contrariorum eſt eadem diſciplina; & ex hoc ſequitur falſas eſſe
Tex. 4. concluſiones, in quibus dicitur, quòd ſingulare ſimpliciter eſt notius nobis, quàm vni-
uerſale.

A Quarta quoque concluſio & quinta, quæ loquuntur de cognitione intellectiua, in quibus
dicitur, quòd ſingulare eſt notius, quàm vniuerſale, etiam falſiſſimæ ſunt: quia omne, quod
cognoſcitur ab intellectu, non cognoſcitur, niſi mediáte ſenſu; ſed probatum eſt ſenſum prius
cognoſcere vniuerſale, quàm ſingulare: ergo etiam apud intellectum via originis, quanto vni
uerſalius aliquid erit, cognitione actuali confuſa prius cognoſcetur: ad quod facit ratio addu-
cta à S. Tho. quòd omne procedens de potentia ad actum tranſiens per m·lta prius peruenit [Procedēs de potentia ad actum prius venit ad medium quàm ad extremū.]
ad medium, quàm ad extremum; ſed tale medium eſt magis vniuerſale reſpectu minus vniuer
ſalis; igitur tam in cognitione ſenſitiua quàm intellectiua vniuerſale, magis prius cognoſci-
tur. Nota etiam, quòd oportet euellere aliud fundamentum, quod iſti habent in hac diſpu-
tatione, quòd inter cognita ab intellectu & à ſenſu eſt eſſentialis ordo originis. Sed contra
quia intellectus ex parte ſui eſt æqualiter omnia fieri, vt patet 3. de anima tum etiam ex parte [Tex. 18.]
eorum, quæ cognoſcuntur; quia ſi ſic ſemper ad cognitionem poſterioris requireretur cogni-
tio omnium priorum; & iſta non poſſet intellectus cognoſcere actu, niſi actu omnia ſuperio- [Non datur ordo eſſentialis inter cognita.]
ra præcognouiſſet. Ex hoc ſi minus vniuerſale eſſet eſſentialiter primum cognitum nec actu
B poſſet cognoſcere ens, niſi actu præcognouiſſet omnia minus vniuerſalia, tunc multum tempo
ris poneret intellectus ad cognoſcendum huiuſcemodi intermedia, quæ exiſtunt inter minus
vniuerſale & magis vniuerſale, quòd eſt falſum. Propterea bene datur ordo eſſentialis inter [Ordo eſſentialis inter quæ datur.]
primum cognitum, quod eſt ens, & quodcumque aliud, cum ens ſit forma generaliſſima ip-
ſius intellectus, ſicut forma corporeitatis eſt forma generaliſſima ipſius materiæ: vnde ſicut in
ter formam corporeitatis & alias eſt ordo eſſentialis, non autem inter alias formas inter ſe;
ita inter primum cognitũ, quod eſt ens & alia cognita eſt ordo eſſentialis, ſed non inter alia
cognita quæcumque. Ita etiam dico eſſe apud ſenſum; hæc de primo.

Quoad ſecundum nota, quòd determinatio veritatis nullibi verius haberi poteſt, quàm
apud S. Thomam 1. par. vbi habetur, quòd ſemper cognitum eſt proportionatum cognoſcen- [q. 12. art. 4. & eod. libro q. 85. art. 3.]
ti: & quia quadruplex eſt cognoſcens, iccirco quadruplex erit cognitum. Quoddam eſt co-
gnoſcens, cuius eſſe eſt ſubſiſtens, & hoc eſt diuinus intellectus, cuius primum cognitum & [Cognoſcens eſt quatruplex.]
adæquatum erit ipſum eſſe ſubſiſtens, quod eſt naturale ſibi tantum, & ſupra facultatam cu-
iuſcumque alterius cognoſcentis. Aliud eſt cognoſcens, cuius eſt eſſe differens ab eſſentia &
C ſeparatum ab omni materia, & hoc cognoſcens erit Angelus, cuius primum cognitum, & adę-
quatum erit ſubſtantia ſua veſtita ſpeciebus intelligibilibus. Tertium cognoſcens eſt illud,
quod habet eſſe in materia, & hoc eſt anima noſtra, quæ habet duas virtutes cognoſcitiuas. al-
teram, quæ non eſt actus alicuius organi corporalis, vt intellectus; & obiectum eius eſt illud,
quod eſt abſtractum à materia indiuiduali, & hoc eſt forma in materia, quod aliqui vocant ens
concretum quidditati ſenſibili: alteram virtutem cognoſcitiuam habet, quæ eſt actus organi
corporalis, vt ſenſus, cuius obiectum cognitum erit ſingulare: ſed quia iſtæ duæ virtutes, quæ
ſunt intellectus & ſenſus cognoſcunt ſucceſſiue: propterea ſemper id, quod primo apprehen
ditur ab eis eſt vniuerſalius, & deinde minus vniuerſale; & hęc eſt expreſſa intentio Ariſt. 1. [Tex. 5.]
phyſi. vbi habet, quòd ab vniuerſalibus ſemper eſt inchoãdum in quacumque cognitione ſiue
ſenſitiua, ſiue intellectiua.

Nota etiam pro ſolutione præſentis quęſiti; quòd ſi loquamur de vniuerſale ante rem dico, [Vniuerſale ante rem difficile cognoſcitur.]
quòd eſt difficilius cognitu ſecundum ſubſtantiam: ſi vero loquamur de vniuerſali in re, &
poſt rem, dupliciter de eis loqui poſſumus, vel quantum ad inueſtigationem naturalium paſ-
D ſionum, & cauſarum, vel quantum ad terminos ſimplices ipſorum. Primo modo ſunt difficil-
lima cognitu, ſed ſecundo modo ſunt faciliora: quia doctrina reſolutiua eſt difficilior quoad
inueſtigationem proprietatum & cauſarum: & propterea Porphy. declarans vniuerſalia in li- [Porphy.]
bro ſuo prędicabilium dixit, quòd prędicabilia faciunt ad ſcienda prędicamenta, & ad artem
diuiſiuam, definitiuam, & demonſtratiuam; & ſic etiam poteſt gloſari textus Ariſt. hic; vt glo-
ſat S. Tho. quòd vniuerſalia ſunt difficilia hominibus ad cognoſcendum quoad inueſtigatio-
nem ſubtilem proprietatum & cauſarum ipſorum.

Eſſent argumenta multa ſoluenda circa deciſionem veritatis de primo cognito: verũ quia
ſoluit Caietanus libello de ente, & eſſentia, & Capreo: & multi alij. Propterea ſilentio hęc [q. 1. 1. ſentē. diſtin. 8.]
pertranſibo: nec oportet longo ſermone pertractare ea, quę quidam alius doctor diſputat con-
tra Caietanum 1. par. & Capreolum 1. ſenten. de cognitione ſingularium; quia 7. metaphy. erit [q. 86. art. 3. 5. diſt. 35. dilucid. 13.]
proprius ſermo de hac re, vnum tamen duxi eſſe animaduertendum, quòd argumenta, quę
facit ipſe neotericus contra Caietanum, quibus nititur probare ſingularia poſſe cognoſci per
proprium conceptum, non concludunt; quia primum argumentum, in quo aſſerit proprium
conceptum rei nihil aliud eſſe, quàm proprium verbum mentis ſiue nomen mentale, quo in-

tellectus

tellectus ipſe ſecum quaſi loquitur, ſiue illud ſit productum per actum intelligendi, ſiue ſit ipſe actus intelligendi; ſed intellectus non tantum ratiocinatur de vniuerſalibus, ſed etiam de ſingularibus, tam materialibus, quàm immaterialibus; ergo intellectus concipit omnia ſingularia proprijs conceptibus, cuius oppoſitum docuit Caie. vbi ſupra, quòd non datur in nobis aliquis proprius conceptus rerum marerialium ſingularium. Secũdo arguit, quia, ea quæ ſunt in voce, ſunt ſigna eorum, quæ ſunt in mente ſiue in intellectu; ſed in voce ſunt nomina propria ſingularium materialium: ergo & in intellectu. Tertio quia ſatis liquet ſingularia omnia percipi à noſtro intellectu, non ſolum vt continentur in ſuis vniuerſalibus, ſed etiam in ſeipſis; ergo manifeſte ſequitur ea percipi per proprios & peculiares conceptus, & ſic vult opinionem Capreoli eſſe quoddam commentum & fictitium, ſic etiam & Caietani opinionem. A

Defenditur doctrina S. Tho. contra neotericos.

Sed hic longe diſtat à veritate; quia dupliciter experimur nos intelligere aliquid, ſcilicet in ſeipſo, vel in alio: in ſeipſo quidem, cum cognoſcendo formamus in nobis conceptum illius rei, quam intelligimus, ſicut intelligendo animal formamus in nobis conceptum propriæ rationis formalis ipſius animalis, & cum percipimus bouem formamus in nobis proprium conceptum illius ſpeciei: in alio vero cum vnum concipimus, & aliud in illo conceptu arguimus inuenire, quod tamen quid ſit non concipimus, ſicut cum concipimus ſapientiam infinitam eſſe quamdam rem excellentiſsimam ſub ipſa arguimus aliã rem, quid tamen ſit illa res ignotum eſt; ſic enim res illa eſt quodammodo nota, & quodammodo ignota, nota quidẽ in alio, ſcilicet in conceptu ſapientiæ infinitæ, ignota vero ſecundum ſuam propriam rationem formalem, & conſequenter in proprio conceptu, ignota directe, & nota arguitiue; nota quantum ad quæſtionem an eſt, & ignota quantum ad quæſtionem quid eſt: & hoc modo tenet Caiet. ſingularia materialia eſſe nota intellectui noſtro: quia numquàm experimur nos illa directe concipere, quamuis concipiamus ea in communi: ſi enim conciperemus hoc album, aut hunc hominem proprio conceptu, tunc haberemus quidditatiuam cognitionem huius ſingularis, & ſic ſingulare hoc eſſet quidditatiue diffinibile, quod eſt contra omnem doctrinam peripateticam. B

Opinio Caiet. optima.

Ex hoc formaliter ſoluendo argumenta dicimus ad primum, negando minorem, quòd habeamus proprium conceptum formalem directe de ſingularibus ipſis. Ad ſecundum dicimus, quòd licet propria nomina ſingularium ſint in intellectu, non tamen directe, vt dictum eſt. Ad tertium quoque negamus minorem, quòd percipiamus ſingularia per proprios & peculiares conceptus: negamus etiam hoc non ſufficere ad cognoſcenda ſingularia, vt ipſe priuatim refellendo Caiet. videtur aſſerere. De qua re latius etiam Ferrarienſis 1. contra gentes diſſerit: verum quia fuſius diſputabitur hæc materia in 7. meth. hæc ſint obiter dicta. C

Cap. 65.
Dilucid. 13.

Oportet enim hanc primorum principiorum, & cauſarum eſſe ſpeculatiuam, &c. Ex prologo.

Vtrum metaphyſica ſit ſcientia practica, vel ſpeculatiua. D

Dilucidatio vndecima.

Quid praxis habens conditiones aliquas iuxta aliquorũ ſententiam.

IN hac dilucidatione tria videntur eſſe dicta non ſecundũ mentem S. Tho. & veritatem à noſtris aduerſarijs. Primum eſt definitio tradita de praxi: dicunt enim, quòd praxis eſt actus alterius potentiæ ab intellectu naturaliter poſterior intellectione natus dici conformiter intellectui recto, quatenus eſt actus rectus. In hac definitione ponunt genus, & quatuor differentias, genus eſt actus, quia omnis praxis eſt actus, ſed non econtra: generatio enim & corruptio ſunt actus; ſed non ſunt praxes, differentiæ ſunt quatuor, quas dicũt eſſe conditiones requiſitas ad hoc, vt aliquis actus praxis dicatur. Prima eſt, quòd ſit actus alterius potentiæ ab intellectu; quod probant, quia aliter nec intellectus nec ſcientia extenſione fieret practicus: ſtando enim preciſe in actibus intellectus numquàm intellectus dicitur extendi, cum extenſio ſit migrare in aliud genus; hanc differentiam ponunt propter

A propter logicam & rethoricam,quæ ab ipſo Aureolo poſitę ſunt practicæ,quæ tamen ſunt ſpe
culatiuę;cum pertineant ad intellectum . Secunda conditio eſt , vt naturaliter ſit poſterior in-
tellectione:ſignum autem,quia actus,qui vel præcedunt intellectionem,vel qui ad illam nul-
lum habent ordinem;vt actus vegetatiuæ potentię,vel ſenſitiuę non poſſunt dici praxes , ſed
ſolummodo actus voluntatis,ſiue ſit volitio,quę eſt actus elicitus,ſiue ſit fugere,vel proſequi,
qui ſunt actus imperati : ſoli enim iſti ſunt naturaliter poſteriores intellectione: ergo condi-
tio hæc ſecunda poſita eſt ad differentiam actuum naturalium.Tertia conditio eſt, vt ſit actus
conformis rationi recta:,& hoc probat ex 6.ethicorum, vbi dicitur, quòd electio recta neceſ- Cap. 3.
ſario requirit rationem rectam, & etiam probat ex S. Auguſtino xv. de trinitate, vbi habet, Cap. 8.
quòd intellectus intelligit ſibi, & alijs . Quarta conditio eſt,quòd praxis eſt actus, qui poteſt
recte,& non recte elici ; & hoc ſignificatur,cum dicitur ad hoc,quòd ſit rectus.

Sed contra hoc dictum ſic argumentor Ariſt.1.cæli. ait,omne multiplex prius eſt diſtin- Reprobatur opinio de praxi.
guendum,deinde definiendum: ſed hoc nomen,praxis,eſt multiplex: igitur prius erat diſtin-
guendum ab ipſo,& poſtea definiendum: probatur minor per Commẽtatorem.1.ethic. quòd Tex. 110.
B praxis,& endelechia diſtinguuntur ſecundum proprias ſignificationes : nam praxis idem eſt, Cap. 1.
quod actus:& praxis poteſt accipi tripliciter . Primo pro quacunque operatione cuiuſcunque
potentiæ.Secundo pro operatione,quæ eſt in poteſtate voluntatis , ſiue ſit reſpectu finis , ſiue Praxis accipitur tripliciter.
eorum, quę ſunt ad finem. Tertio accipitur pro operatione,quæ eſt in poteſtate voluntatis re-
ſpectu mediorum ad finem tantum : patet igitur quomodo praxis eſt quoddam multiplex ;
ideo hoc nomen erat prius diſtinguendum , & deinde definiendum .

Præterea definitio, vt dicit Ariſt.8. huius,debet eſſe oratio breuiſſima,per vltimum genus Tex.6.
& differentiam : modo hæc definitio tradita ab ipſo non eſt oratio breuiſſima , ſed longa , vt
patet : ideo reprehendenda à philoſophis . Præterea hæc definitio eſt ſuperflua; quia ſecunda
differentia abundat,ſi additur tertia : nam in illa particula,actus natus elici conformiter ratio-
ni rectæ,intelligitur illam eſſe naturaliter poſteriorem ratione recta : quia omne illud , quod
eſt aptum natum regulari ab aliquo,eſt naturaliter poſterius eo ; ſed praxis eſt operatio apta
nata regulari à ratione recta : ergo eſt poſterior intellectu . Præterea per illam tertiam condi
tionem ſufficienter praxis poteſt diſtingui ab actibus naturalibus ipſius potentię vegetatiuæ ,
C & ſenſitiuę : quia non ſunt apti nati regulari à ratione recta;ergo,&c.

Quarta etiam differentia eſt ſuperflua , & intelligitur in tertia : quia omnis actus , qui eſt
natus conformiter elici rationi rectæ,contingit recte & non recte regulari ; quia omne aptum
natum eſſe tale , contingit eſſe & non eſſe tale, quia, vt dicitur 1. perhier. aptum natum eue- Cap.vlt.
nire eſt ſpecies contingentis ad vtrumlibet ; & ſic quarta differentia eſt ſuperflua;ex conſequẽ
ti tota deſcriptio eſt reprehendenda ; melius eſt ergo diffinire ipſam prout definit Euſtratius
1. Ethic. quòd praxis eſt operatio hominis ſecundum electionem,& eſt ad mentem S.Thomę, Cap. 3.
vt patet 1.Ethicorum: hæc definitio eſt breuiſſima , & facit ipſam differre ab actibus omnium Lect. 5.
aliarum potentiarum . Primo ab operatione intellectus, quę non eſt ſecundum electionem , Vera ſententia de praxi.
ſed naturaliter . Similiter etiam ab operationibus aliarum potentiarum , puta vegetatiuæ &
ſenſitiuę , quæ ſunt neceſſarię , & non ſubiacent imperio voluntatis . & ex hoc clarius habe-
mus, quòd cum operatio voluntatis ſit duplex , altera quæ eſt ſubiectiue in voluntate , vt vel- Operatio voluntatis duplex.
le , amare, & appetere, altera vero dicitur eſſe in alia potentia mota per imperium voluntatis,
ſicut eſt videre & ambulare : vtraque operatio dicitur praxis, & ſic definitio eius eſt clariſſima Quę eſt vera definitio praxis.
D dicendo;praxim eſſe operationem hominis ſecundum electionem ; vel eſſe operationem vo-
luntatis elicitam, vel imperatam. Ex hoc etiam habes differentiam inter intellectum practicũ,
& ſpeculatiuum: quia intellectus ſpeculatiuus habet finem ſuum intra ſe, & habet formam in-
telligibilem,vt principium cognitionis, quam intra ſe conſiderat, & habitus eius ab obiecto :
Intellectus vero practicus habet finem ſuum extra ſe, & accipit formam intelligibilem,vt prin
cipium operis,& vtitur formis corporis, tanquam inſtrumẽto in applicatione operis ad extra,
& per ſuam operationem eſt cauſa eorum, quæ ſibi ſubduntur : & propterea dicitur,quòd in-
tellectus ſpeculatiuus extenſione fit practicus .

Secundum dictum illius eſt contra Aureolum , qui ſoluendo ſex argumenta tenet ,
quòd logica non eſt practica , ſed ſpeculatiua . Sed contra Aureolum & iſtos eſt ſubſti-
nendum ſecundum rei veritatem logicam non eſſe practicam , nec ſpeculatiuam præciſe.
Et pro intellectione iſtius veritatis eſt ſciendum , vt docet S.Thom.4.Metaph. vbi Ariſt. di- Com. 5.
cit circa idem genus verſari ſophyſticam, dialecticam, & philoſophiam , diſtinguit ibi, quòd
dialectica poteſt conſiderari ſecundum quod eſt docens, & ſecundum quod eſt vtens . Prout Logica duplex docens & vtens.
eſt docens habet conſiderationem de intentionibus ſecundis inſtituens modum , quomodo

per

per eas poſſit procedi ad cõcluſiones in ſingulis ſcientijs probabiliter extendendis, & hoc demonſtratiue facit, & ſic poteſt dici vera ſcientia. Vtens verò eſt ſecundum quòd modo adiũcto vtitur ad concludendum aliquid probabiliter in ſingulis ſcientijs, & ſic recedit à modo ſcientiæ: quia prout eſt docens dictũ eſt, ꝙ eſt ſcientia. Stante hac diſtinctione arguo primo de logica vtente, quòd non eſt nec practica, nec ſpeculatiua ſic; ſcientia adminiculans practicæ & ſpeculatiuæ eſt neutra: quia qua ratione eſſet ſpeculatiua, eadem ratione eſſet practica, cum vtrique deſeruiat; ſed logica eſt huiuſmodi, vt dicit Simplicius ſuper prædicamenta, & Auer. 7. huius, quòd logica vſitatur in aliis ſcientiis inquantum eſt inſtrumentum ſciendi, & diſtinguendi verum à falſo: ergo, &c. A

Con. 2.

Tex. 2. Et ſi dicis, quòd Ariſto. 6. metaphy. diuiſit ſcientiam in practicam & ſpeculatiuam: ergo logica vel eſt practica vel ſpeculatiua. Reſpondetur, quòd logica non eſt ſcientia, ſed eſt modus ſciendi & inſtrumentum, ſiue organum aliarum ſcientiarum, loquendo de hoc membro; ſi vero loquamur de alio membro, nempe de logica docente, dico etiam ipſam non eſſe nec practicam nec ſpeculatiuam praeciſe, non practicam, quia ſcientia practica eſt de obiecto operabili, & ſcientia ſpeculatiua de obiecto non operabili; ſed logica non eſt de obiecto operabili: quia ipſa non operatur ſuum obiectum, ſicuti ars fabrilis & equeſtris; nec etiam eſt de obiecto non operabili, vt eſt phyſica vel metaphy. ergo hoc modo nõ eſt nec practica, nec ſpeculatiua: probatur minor, quia obiectum ipſius logicæ eſt ens rationis ſecundum S. Thomam de veritate, & diuiditur in negationem & relationem, & hæc non ſit ab intellectu, nec reperitur in rerum natura, ſed conſequitur ipſam rem obiectam intellectui, & talis cõſequutio poteſt fieri ad primam, ad ſecundam, & ad tertiam operationem intellectus; Si ſit ad primam operationem ſic vocatur his terminis, genus, ſpecies, ſingulare. Si vero ad ſecũdam, nominatur his terminis, enunciatio, oratio, &c. Si vero ad tertiam; nominatur his terminis, ſyllogiſmus, enthimema, exemplum, inductio, &c. Patet igitur, ꝙ obiectum logicæ nec actu eſt in rerum natura, nec fit ab intellectu: propterea non poteſt dici nec ſpeculatiua preciſe, nec practica preciſe, ſed dicitur neutra, ſicut ſenſus communis non eſt nec viſus, nec auditus, neque aliquis alius ſenſus exterior preciſe, ſed alterius ordinis ab illis. B

Logica eſt organum.

q. 21. art. 1.

Ens rationis quid ſit.

Logica non eſt ſpeculatiua nec practica.

Tertium quoque eſt notandum, circa quod videntur deficere iſti, nam reſpondentes huic argumento, ſicut ſe habet Theologia ad perficiendum nos in eſſe ſupernaturali, ſic metaphy. ad perficiendum nos in eſſe naturali, ſed illa ponitur practica; quia perficit nos per amorem charitatis, quæ eſt eſſe ſupernaturale; ergo metaphy. eſt practica, quæ nos perficit in eſſe naturali. Dicunt, ꝙ non eſt ſimile, quia theologia diuina perficit nos in amore charitatis, quia eſt actus elicitus à voluntate, & per conſequens eſt vere praxis: in hoc enim decipiuntur: quia theologia ſupernaturalis licet non ſit nec præciſe ſpeculatiua nec præciſe practica, ſed eminenter vtraque, ſicuti ſol eſt eminenter calidus, & ſiccus, & ſi vellemus proprie loqui, diceremus potius, ꝙ theologia ſupernaturalis eſt magis ſpeculatiua, quàm practica: tum quia principalius agit de rebus diuinis, quàm de actibus humanis, tum etiam quia ſi agit de actibus humanis, agit propter ſpeculationem Dei, in qua conſiſtit ęterna beatitudo, & propter hoc differt opinio illorum ab opinione noſtra: quia ipſi tenent beatitudinem conſiſtere in operatione voluntatis; nos autem in operatione intellectus: quia viſio eſt tota merces, vt docet Auguſtinus: xv. de trini. propterea caue ne decipiaris tenendo theologiam eſſe vere practicam, quia etiam ſecundum ipſos aduerſarios, ſcientia vere practica eſt, cuius finis eſt opus, & vere ſpeculatiua cuius finis eſt contemplatio veritatis, vt docet Ariſt. 2. metaphy. ad principium, ſed finis theologiæ ſupernaturalis eſt contemplatio veritatis iuxta illud, hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti, &c. igitur theologia ſupernaturalis magis ſpeculatiua, quàm practica dici debet, licet ſit altioris ordinis, vt dictum eſt. C D

Theologia ſupernaturalis nõ eſt preciſe practica nec ſpeculatiua.

Beatitudo eſt actus intellectus.

Cap. 8.

Tex. 1.

Ioan. 17.

Dilucidatio cõtrouerſiæ.

Dilucidatio quæſiti pręſentis facile haberi poteſt ex ipſomet Ariſt. hic in litera, vbi habet: oportet enim hanc primorum principiorum, & cauſarum eſſe ſpeculatiuam: cum ergo metaphy. ſit contemplatrix primorum principiorum & primarum cauſarum: ergo ſequitur, quòd ſit ſpeculatiua & non practica. Hoc etiam docet Ariſto. 6. huius diuinæ ſapientiæ ad principium; vbi habet tres eſſe philoſophias theoricas, mathematicam, phyſicam, & theologiam naturalem. Poteſt etiam probari hac ratione: ſcientia practica eſt illa, cuius finis eſt operatio voluntatis elicita, vel imperata, ſed finis metaphy. non eſt operatio voluntatis elicita, vel imperata, ergo metaphy. non eſt practica ſcientia, ſed ſpeculatiua, vt dictum eſt: nam finis ipſius metaphy. eſt ſpeculari altiſſima entia, quod ſpeculari non eſt ordinatum ad aliquam operationem regulandam, quæ eſt vera praxis nec actualiter, nec habitualiter, cum ſcientia practica ſemper debeat extendi aliquo modo ad praxim, ſicut ipſe intellectus extenſione fit practicus,

Tex. 2.

Tres ſunt philoſophię

Finis metaphyſici quis ſit.

vt

A vt docet philoſophus 3. de anima: cum obiectum ipſius metaphy. ſit ſpeculabile, & modus procedendi, quo vtitur metaphy. ſit etiam ſpeculatiuus; ſequitur de neceſſitate ipſam eſſe puram ſpeculatiuam, vt clariſsime ex dictis elici poteſt. Tex. 49.

Maxime vero principalis ſcientiarum, & magis principalis ſubſeruiente eſt, &c. Ex prologo.

Vtrum ſpeculatiua ſcientia ſit nobilior practica.

Dilucidatio duodecima.

B

Circa hanc controuerſiam reſpondent Quidam duo tangentes contra veritatem. Primum, ponendo vnam propoſitionem particularem, quòd aliqua ſpeculatiua ſcientia eſt nobilior omni practica: & ideo ſpeculatiua eſt ſimpliciter nobilior practica; probant iſtam propoſitionem tali ratione, illa ſcientia, quæ eſt gratia ſpeculandi verum, eſt nobilior ſcientia, quæ eſt gratia vtilitatis & vſus: quia per ſcientiam, quæ eſt gratia ſpeculandi verũ, cõuenimus cum ſubſtantijs ſeparatis, quæ ſunt entia nobiliſsima; ſed per ſcientiã, quæ eſt gratia vſus potius differẽtes ſumus ab eis: modo ſpeculatiua eſt gratia ſpeculandi verum, practica eſt gratia vſus: ergo ſequitur, ꝙ aliqua ſpeculatiua eſt nobilior practica. Aliud eſt, quod tangunt, aliqua practica eſt nobilior ſpeculatiua, ſicuti eſt theologia ſupernaturalis, quæ, cum ſit practica ſimpliciter, eſt nobilior metaph. quæ eſt ſpeculatiua, & ſic intelligendus eſt Ariſto. quòd metaphy. eſt nobilior omnibus ſcientijs humanitus inuentis.

Per quid cõuenimus cũ intelligẽtijs.

Sed contra primum dictum arguo quærẽdo ab ipſis, vel intelligunt quòd omnis ſpeculati-
C ua naturalis eſt nobilior omni practica præter theologiam ſupernaturalem, vel particulariter, quòd quædam ſpeculatiua præter theologiam eſt nobilior omni practica: Si primo modo, ſequeretur, quòd geometria, quæ eſt de quantitatibus, eſſet nobilior ſcientia morali, quæ eſt de virtutibus: & philoſophia naturalis, quę eſt de elementis, eſſet nobilior medicina, quæ eſt de corpore humano: hoc autem eſt falſum; quia melius eſt ſcire virtutes animi, quàm quantitatem & ſanitatem corporis, & quàm materiam primam, vt patebit infra. Si vero intelligunt ſecundo modo particulariter, ꝙ aliqua ſpeculatiua ſit nobilior omni practica pręter theologiam; etiam falluntur: quia ratio adducta eſt vniuerſalis, quandoquidem finis cuiuſcunque ſpeculatiuę eſt veritas, qua ſpeculatiuus conuenit cum ſubſtantijs ſeparatis: & finis cuiuſcunque practicę eſt opus, per quod differt à ſubſtantijs ſeparatis. Pręterea ſequitur, quòd theologia ſecundum ipſos ſit minus nobilis, quàm aliqua ſpeculatiua, quod eſt abſurdum: conſequentia probatur per verba ipſorum: dicunt enim, quòd ſpeculatiua eſt ſimpliciter nobilior practica, & theologia ſupernaturalis eſt practica, & ſic erit ignobilior aliqua ſpeculatiua; quod erit abſurdum dicere. Præterea theologia ſupernaturalis, de qua loquuntur
D ipſi, habet idem ſubiectum cum metaphy. non enim differunt, niſi quia in theologia ſupernaturali ſubiectum eſt Deus ſub ratione deitatis: in metaphy. vero eſt Deus ſub ratione primæ cauſę & primi entis: vnde metaph. dicitur theologia, vel quia eſt de Deo, vel quia Deus ipſam habet cognoſcendo ſeipſum in ſe: ſed Deus ſub ratione deitatis, & ſub ratione primę cauſę non differt ſecundum magis nobile & minus nobile: ergo theologia & metaphyſica ſunt in eadem nobilitate ex parte ſubiecti vt res, licet differant ex parte ſubiecti, vt ſubiectum eſt, vt latius docet Caietanus in expoſitione primę partis; eſt etiam differentia inter theologiam, & metaphyſicam, quantum ad aliqua reuelata diuinitus, quæ magis faciunt augmentum in ſcientia, quæ eſt theologia ſupernaturalis.

Quare metaphyſica dicatur theologia.

q. 1. art. 6.

Et ideo pro reſolutione veritatis eſt ſciendum, quòd triplex eſt bonum, ſcilicet vtile, delectabile, & honeſtum, & ratio eſt, quia omne bonum inquantum bonum eſt appetibile, vel erit appetibile propter aliud, vt potio amara appetitur propter ſanitatem, & hoc vocatur bonum vtile; vel eſt appetibile propter ſe, vt voluptates, quę aliquando ſunt inhoneſtæ; & tñ appetũtur, & ſic eſt bonum delectabile; vel eſt appetibile propter ſe tantum, & non propter aliud, & tale vocatur bonum honeſtum, & ſicuti tribus modis capitur bonum, ita etiam tribus mo

Deciſio veritatis.

dus capitur melius. Primo modo idem eſt, quod vtilius, & ſic ſcientia practica dicitur me- A
lior ſcientia ſpeculatiua: ſecundo modo capitur melius, quod eſt honeſtius, & ſic ſcientia ſpe-
Melius capitur tripliciter. culatiua eſt melior ſcientia practica: quia honeſtior. Tertio modo capitur melius, quod idem
eſt, quod delectabilius, & hoc dupliciter, vno modo loquendo de delectatione ſimpliciter re-
gulata ratione, & ſic ſcientia ſpeculatiua eſt melior ſcientia practica: alio modo loquendo
de delectatione ſenſuali, & ſic ſciẽtia practica eſt melior ſcientia ſpeculatiua, quę quidem ſpe-
culatiua poteſt comparari ad ſcientiam practicam, vel ratione obiecti, vel ratione finis: ſi ratio-
ne obiecti, illa ſcientia eſt nobilior, quę eſt de nobiliori obiecto, & quia obiectum ſpeculabile
ſemper eſt nobilius obiecto operabili, idcirco ſcientia ſpeculatiua ſemper erit nobilior ſcien-
Speculatiua ſemp eſt nobilior practica. tia practica. Si vero conſiderabitur ſcientia ratione finis, hoc erit etiam dupliciter, vel ratione
finis cõmunis & remoti, vel ratione finis proximi. Si primo modo comparabitur ſcientia ſpe-
culatiua ad practicam, ſemper ſcientia ſpeculatiua erit nobilior practica: quia vltimus finis
ſcientiarum ſpeculatiuarum eſt ſcire, & vltimus finis ſcientiarum practicarum eſt operari: mo
do ſcire eſt ſemper nobilius ipſo operari: idcirco hoc modo ſcientia ſpeculatiua erit nobilior
practica. Si vero conſiderabitur finis proximus ipſarum ſcientiarum, tunc aliqua ſcientia pra- B
ctica erit nobilior aliqua ſcientia ſpeculatiua: nam ſcientia moralis, quæ eſt practica, & finis
Finis ſciẽtiæ moralis quis ſit. eius proximus eſt regulare ſubditos, & operari ſecundum virtutem, eſt nobilior ſcientia ſpe-
culatiua, cuius finis proximus eſt ſcire, quòd linea ſit longitudo ſine latitudine, cuius extrema
ſunt duo puncta; quod pertinet ad geometriam, vel ſcire materiam primam, quod pertinet ad
Tex. 51. naturalem philoſophiam, vel aliqua alia entia uilia, de quibus Ariſto. loquens 12. metaph.
aiebat, inconueniens eſt de quibuſdam meditari, & dignius eſt quædam non videre, quàm vi-
dere. Hęc eſt dilucidatio illius primi puncti.

Secundum, quod habent illi Doctores, eſt, quòd ponũt theologiam ſupernaturalem ſimpli-
Quæſt. 4. citer practicam, & hoc ſupponũt hic: quia in prologo primi ſenten. formant quaſdã rationes
Sententia Ægidij. friuolas ad illud probandũ: ſed ne ieiuni trãſeamus circa hoc. Eſt ſciendum, ꝙ Ægidius tenuit
1. ſent. in prologo, theologiam non eſſe nec ſpeculatiuã, nec practicam, ſed affectiuam, quod
probabat ſic: quia illa ſcientia nec eſt ſpeculatiua nec practica, ſed affectiua, cuius finis princi-
palis eſt amor vel affectio; ſed finis principalis theologiæ ſupernaturalis eſt amor vel affectio;
1. Cor. c. 13. iuxta illud Apoſtoli: finis præcepti eſt charitas; igitur theologia nec practica, nec ſpeculatiua C
eſt, ſed affectiua. Secundo etiam probabat ſic, illud habet rationem finis, quod habet rationem
melioris; ſed in via amor Dei eſt melior cognitione Dei: quam habemus per fidẽ, vt patet 1. ad
Cap. 13. Corin. maior horum charitas eſt; & ſic ſequitur theologiam ſupernaturalẽ eſſe affectiuam, cũ
pertineat ad voluntatem: quia practicum & ſpeculatiuũ pertinent ad intellectum, & affectiuũ
Opinio Ægidij reprobat à theologis. ad voluntatem. Hęc opinio non ſuſtentatur à theologis: quia omnis ſcientia vel attingit ſuum
obiectum per actum, qui ſiſtit in ſola cognitione veritatis, vel per actum, qui dirigit in exerci-
tium vtilioris operis; ſed ſcientia, quæ attingit ſuum obiectum per operationem, quæ conſiſtit
in ſola cognitione veritatis, eſt ſpeculatiua; illa verò cuius actus dirigit in exercitium vtilioris
operis eſt practica: ergo omnis ſcientia eſt ſpeculatiua vel practica, & ſic non datur ſcientia
affectiua. Præterea ex parte obiecti arguitur ſic: omnis ſcientia, quæ habet obiectum agi-
bile vel factibile à nobis, eſt vera practica; illa vero, quę habet obiectum non agibile nec facti-
bile à nobis, eſt vera ſpeculatiua; ſed omnis ſcientia eſt huiuſmodi: quia vel habet obiectum
agibile & factibile, vel non; ergo omnis ſcientia vel eſt ſpeculatiua vel practica; & ſic non da-
Soluuntur rationes Ægidij. tur affectiua, vt ponit Ægidius. Nec rationes ſuę ſunt alicuius momenti, quia licet finis pręce- D
pti ſit charitas, ſubdit Apoſtolus, de opere bono, & ſic finis theologię noſtrę eſt bonum opus
informatum charitate, ex conſequenti prima ratio ſua potius concludit ipſam eſſe practicam,
quàm ſpeculatiuam, aut affectiuam. Similiter ſecunda ratio idem concludit. Nec etiam ſubſti
Opinio Durand. netur opinio Durandi 1. ſentent. in prologo, qui diſtinxit de theologia, quòd eſt duplex. Al-
tera, quę dicitur habitus eorum, quę in ſacra ſcriptura traduntur, & hãc voluit eſſe practicam:
quia habet pro ſubiecto ſuo aliquid agibile vel factibile à nobis; altera vero theologia eſt ha-
bitus, quę eſt defenſiua fidei, & declaratiua eorum, quę pertinent ad finem, & hanc voluit eſſe
Reprobatio. ſpeculatiuam. Hęc enim diſtinctio eſſet alicuius momenti, quando vna non ordinaretur ad
aliam, & quando theologia eſſet quędam ſcientia finita conſiderans tantũ vnum gens entium,
ſicuti ſcientię, quę ſunt acquiſitę lumine naturali, in quibus alia eſt ſpeculatiua, & alia practi-
ca; ſed cum ſacra theologia ſit altior, & vnica ratione formali conſideret omnia ſua, non poteſt
dici, quòd hęc ſit practica, & hęc ſpeculatiua: quia ſequeretur, quòd alia ratio formalis eſſet il-
la, qua theologus defendit fidem, & alia ratio formalis eſſet illa, qua theologus conſiderat ea,
quę traduntur in ſacris litteris, quod eſt abſurdum magnum.

Propterea

A Propterea dicendum eſt diſtinctionem, quam agit Durandus, eſſe fictitiam, & ſimiliter aſ-
ſerendum eſt opinionem horũ eſſe falſam: quia ex alio extremo voluerunt incedere, tenendo
eſſe practicã ſimpliciter. Stat ergo dilucidatio veritatis in hoc, ꝙ cum theologia ſupernaturalis Dilucidatio
noſtra nihil ſit, quàm impreſsio & ſigillũ proprium ſcientiæ diuinæ & beatorum: qm̃ vtraq; veritatis.
eſt de Deo ſub ratione deitatis: conſequens eſt, ꝙ ſicuti ſcientia Dei & beatorũ nec eſt practica
ſimpliciter nec ſpeculatiua ſimpliciter, ſed eminenter & altioris ordinis, continens rationem
ſpeculatiuæ, & practicæ, & affectiuę. Ita etiam hęc noſtra theologia non eſt iudicanda ſpecula-
tiua tantum, nec practica tantum, nec affectiua tantum, ſed eminenter comprehendens in ſe
conditiones omnium iſtarum ſcientiarum. Et confirmatur hoc, quia ſcientia ſubalternans &
ſubalternata ſunt eiuſdem generis, ſed ſcientia Dei & beatorum eſt ſubalternans, theologia ve
ro noſtra eſt ſubalternata, ſi igitur ſcientia Dei & beatorum eſt in genere ſcientiarum eminen-
ter continentium conditiones ſcientiæ practicæ, ſpeculatiuæ, & affectiuę: igitur & noſtra: &
licet tractet de actibus humanis, de virtutibus, de operibus, &c. hæc tamen omnia ordinantur
ad cognitionem Dei optimi maximi, in qua conſiſtit noſtra felicitas, habens in ſe eminenter
B omne deſiderabile. De his latius ſcripſimus in prologo primi ſententiarum, cõtra Bachonum, Contra Io-
qui diſputat de noſtra theologia, num poſſit eſſe tertia ſpecies inter habitus intellectuales, ita annẽ Bacho.
quòd ſpecifice diſtinguatur à practica & ſpeculatiua, vbi ſoluimus rationes quas format con-
tra S. Thomam.

Sed vt dicimus homo liber, qui ſuimet dicitur non alterius cauſa eſt, &c. Ex prologo.

An homo ſit liber & quomodo.

C

Dilucidatio decimatertia.

QVia hæc verba adducuntur à S. Tho. 1. p. vbi diſputat de libero arbitrio ho- q. 83. art. 1.
minis argumentando, quòd homo non ſit liberi arbitrij; quia liberum eſt,
quod ſui cauſa eſt, vt dicitur 1. metaphy. quod ergo mouetur ab alio non
eſt liberum; Sed Deus mouet voluntatem hominis, vt ſcribitur libro pro- Cap. 21.
uerb. Cor regis in manu Dei eſt, & quocunque voluerit vertet illud. & ad
Philip. ſcribitur etiam, Deus eſt, qui operatur in nobis velle & perficere: Cap. 2.
igitur homo non eſt liberi arbitrij. Aſſerit etiam Ariſt. hîc, quòd meta-
phyſica non dicitur eſſe poſſeſſio illius naturę, quę eſt multipliciter ſerua & ancilla; ſed natu
ra humana eſt huiuſmodi: ergo videtur, quòd non ſit libera: propterea non erit incongruum
aliqualiter tangere in præſenti hanc difficultatem, pro explicatione verborum Ariſt. licet ſcia
mus, quòd pertractatio de libero arbitrio ſpectet & ad philoſophum moralem, & ad theolo-
gum, tamen, cum hęc noſtra ſcientia, quam profitemur, ſit vniuerſaliſſima, & de om-
D nibus diſputet, poterit etiam & hanc dubitationem dilucidare. Pro cuius intellectu ſcien-
dum eſt, quòd fuerunt duæ extremæ opiniones, quarum vna fuit illorum, qui dixerunt ne-
dum homines, ſed etiam bruta animalia habere liberum arbitrium: motiua iſtorum fue-
runt; quia cum dicat. Ariſt. 3. ethi. vbi agit de voluntario & inuoluntario, pueros & bru- Cap. 1.
ta communicari in voluntario: ſed per hoc dicitur aliquis liber, quia habet actus voluntarios;
igitur in brutis reperitur libertas. Secundum motiuum iſtorum erat, quia Ariſt. 8. phy. docet, Tex. 27.
ꝙ in omni eo, quod mouet ſeipſum, eſt moueri & non moueri; ſed bruta mouent ſe ipſa: er-
go in eis eſt moueri & non moueri; ſed ex hoc dicuntur aliqui liberi arbitrij, quia poſſunt a-
gere & non agere: igitur in brutis dabitur libertas. Tertium motiuum erat deſumptum ex
ſacris literis; quia pœna non debetur niſi ei, qui habet liberum arbitrium: ſed in veteri le-
ge frequenter inuenitur pœna inflicta brutis, vt patet Exodi de beſtia tangente montem, & Cap. 19.
Leuiti. de iumento, cui mulier ſuccubuit: ergo bruta videntur gaudere libertate, prȩſertim Cap. 20.
cum præcepta & leges non dentur niſi habentibus liberum arbitrium; cum ergo brutis ali-
quando exhibita ſint prȩcepta & leges, vt ſcribitur Ionæ, quòd dominus Deus præcepit ver- Cap. 3.
mi, & percuſſit hederam, bruta igitur habent liberum arbitrium.

Sed iſti maxime allucinati ſunt, & in peſſimum errorem inciderunt, non animaduerten-

Tria concurrunt ad liberã actionẽ.

do ad liberam operationem tria concurrere, nempe cognitionem, appetitum, & operatio- A
nem; & tota ratio libertatis dependet ex modo cognitionis; appetitus enim ſequitur cognitio
nem, cum appetitus non ſit niſi boni, quod ſibi per uim cognitiuam proponitur, & quòd
quandoque appetitus videatur cognitionem non ſequi; hoc ideo eſt, quia non circa idem acci
pitur appetitus & iudicium cognitionis: eſt enim appetitus de particulari operabili, iudicium
vero rationis quandoq; eſt de aliquo vniuerſali, quod eſt aliquãdo contrarium appetitui; ſed
iudicium de hoc particulari operabili vt nunc, numquam poteſt eſſe contrarium appetitui;
qui enim vult fornicari, quamuis ſciat in vniuerſali fornicationem malam eſſe, tamen iudi-
cat ſibi tunc temporis, vt ſit quoddam bonum, & eligit ipſam ſub ſpecie boni; quia nullus
intendens ad malum operatur; appetitum autem, ſi non ſit aliquid prohibens, ſequitur mo-
tus, vel operatio; & ideo ſi iudicium cognitiuæ non ſit in poteſtate alicuius, ſed ſit aliunde
determinatum, nec appetitus erit in poteſtate eius, & per conſequens nec motus vel operatio
abſolute, iudiciũ autem eſt in poteſtate iudicãtis ſecundũ quod poteſt de ſuo iudicio iudicare;
de eo enim, quod eſt in noſtra poteſtate, poſſumus iudicare; iudicare autem de iudicio ſuo eſt
ſolius rationis, quæ ſuper actum ſuum reflectitur, & cognoſcit habitudines rerum, de qui- B

Radix libertatis in quo conſtituitur.

bus iudicat; & per quas procedit; vnde radix totius libertatis eſt conſtituta & ſituata in ratio-
ne: & propterea ſecundum quod aliquid ſe habet ad rationem, ſic ſe habet ad liberũ arbi-
trium; ratio vero plene & perfecte ſolummodo reperitur in homine, idcirco in eo tantum-
modo plena ratio libertatis inuenitur; bruta autem animalia habent aliquam ſimilitudinem
rationis, inquantum participant quandam prudentiam naturalem, vt dictum eſt ſupra de
vulpe, cane, & elephante, quę quidem ſimilitudo eſt ſecundum quod habet iudicium ordina-
tum de aliquibus rebus; ſed hoc iudicium eſt eis ex naturali extimatione, non ex aliqua colla-
tione, cum rationem ſui iudicij ignorent; propter quod huiuſmodi iudicium non ſe extendit
ad omnia, ſicut iudicium rationis, ſed ad quędam determinata, & ſimiliter eſt in eis quædam

In brutis eſt ſimilitudo liberi arbit.

ſimilitudo liberi arbitrij, inquantum poſſunt agere, vel non agere vnum & idem ſecundum
ſuum iudicium, vt ſic ſit in eis quaſi quædam conditionata libertas: poſſunt enim agere ſi iu-
dicant eſſe agendum; vel non agere ſi non iudicant; ſed quia iudicium eorum eſt deter-
minatum ad vnum, & per conſequens & appetitus & actio ad vnum determina-
tur; & ideo mouentur viſis obiectis, & aguntur paſſionibus; quia ſcilicet naturaliter de tali C
viſo, & de tali paſſione ſic iudicant; vnde neceſſe habent ab ipſa viſione alicuius rei, vel à paſ-
ſione inſurgente moueri ad fugiendum, vel proſequendum, ſicut ouis viſo lupo neceſſe habet
timere & fugere; & canis inſurgente paſſione iræ neceſſe habet iatrare, & proſequi ad nocen-
dum; ſed homo non neceſſario mouetur ab his, quæ ſibi occurrunt, vel à paſſionibus inſur-

Homo eſt liberi arb.

gentibus; quia poteſt ea accipere vel refugere; ob hoc homo dicitur eſſe liberi arbitrij, non au-
tem ipſa bruta animalia, quia tantummodo homo dicitur factus ad imaginem Dei, & non ani-
malia irrationalia, & ſolummodo homo agit, & non agitur: bruta autem aguntur, & nõ agunt,
vt docet in hoc prologo Ariſt. hominum genus arte & ratione viuit; cetera autem animalia ad
ſuos actus aguntur. Hęc non conſiderare fuit cauſa erroris iſtorum.

Motiua autem adducta; ſunt nullius momenti. Et primum ſoluitur, quia voluntarium po-

Cap. 1.

ſuit Ariſt. 3. ethi. in brutis & in pueris non ſecundum quod dicitur à voluntate, ſed prout op-
ponitur violento, quod ibi definit dicendo, violentum eſt cuius principium eſt extra, paſſo
non conferente vim; & ſic voluntarium conceditur in brutis & pueris, quia ſua ſponte aliquid
faciunt, ſed non propter vſum liberę electionis; vnde hoc potius debet dici ſpontaneum, D
quàm voluntarium. Secundum etiam motiuum ſoluitur ſic, quia potentia motiua brutorum
animalium ſecundum ſe conſiderata non magis inclinatur ad vnum oppoſitorum, quàm ad al
terum; & ſic dicitur, quòd poſſunt moueri & non moueri; ſed iudicium, quo applicatur po-
tentia motiua ad alterum oppoſitum, eſt determinatum; propterea non ſequitur, quòd ipſa

Bruta facta ſunt ad obſequiũ hominum.

bruta ſint liberi arbitrij. Tertium motiuum deſumptum ex ſacris literis facile etiam ſoluitur,
conſiderando bruta animalia facta fuiſſe in obſequium hominum; & propterea diſponitur de
eis prout hominibus expetit, & ideo puniuntur diuina lege, non quòd ipſa peccent, ſed ex eo-
rum pœna puniuntur homines, in eorum poſſeſſiones, vt terrreantur ex ipſa pęnę acerbitate,
vel inſtruantur ex ſignificatione myſterij; & ſic etiam dicimus pręceptũ diuinum datum fuiſſe
brutis, non vt vox aliqua iuſſionis de nube facta ſit eis aliquibus verbis, quæ rationales animæ
audientes intelligere, atque obedire ſolent: non enim hoc acceperunt, vt poſſent beſtiæ, vel
aues, vel vermes, leges & præcepta audire; licet in ſuo genere omnia Deo obtemperent, non
tamen arbitrio voluntatis rationalis: ſed, ſicut ille omnia mouet temporibus oportunis, ipſe
tamen temporaliter non motus, ita mouentur bruta temporaliter, vt iuſſa eius efficiant, vt ſcri-
bitur

A bitur in pſalmis ; ignis,grando , nix , glacies, & ſpiritus procellarum , quæ faciunt verbum Pſal.148.
eius, &c.

Alij fuerunt in alio extremo , qui dixerunt nedum bruta , ſed etiam homines carere libe-
ro arbitrio , quia cum Ariſt. dicat 2.lib de cęlo & mundo , quòd primum cęlum propter ſuam Tex.35.
nobilitatem vnico motu conſequitur ſuum finem ; ſed anima rationalis eſt nobilior illo cęlo:
igitur ipſa habet vnicum tantum motum ſeu operationem, per quam conſequitur ſuum vlti-
mum finem ; & ſic non erit liberi arbitrij . Addunt & ſecundo ex communi conſenſu philo-
ſophorum diffinientium liberum arbitrium , volentium nihil aliud eſſe,quàm liberum iudiciũ
de ratione ; ſed iudicium rationis aliquando poteſt cogi virtute demonſtrationis,quod autem
cogitur non eſt liberum:ergo ſequitur hominem non eſſe liberi arbitrij . Tertio mouentur
ex auctoritate Ariſt. 3. libro ethic. vbi dicit , qualis vnus quiſque eſt,talis finis videtur ei ; ſed Cap.11.
nõ eſt in poteſtate hominis,quòd talis vel talis finis ei conueniat;quia hoc habet ex natiuitate
dependẽs ex diſpoſitione ſtellarum,vt dicunt Aſtrologi ; ſi igitur in poteſtate hominis non eſt
aſſequi hunc , vel illum finem,& omne iudicium de agendis ex fine ſolet ſumi ; ſequitur ip-
B ſum non eſſe liberi arbitrij . Quod etiam confirmare nituntur ex dicto prophetæ Ierem. di- Cap.10.
centis, non eſt hominis via, nec viri eſt,vt ambulet,& dirigat greſſus ſuos ; ſed propterea di-
citur aliquis habere liberum arbitrium,quia eſt dominus ſuorum operum;non igitur homo
eſt liberi arbitrij.

Sed iſti in peiorem foueam ceciderunt non conſiderando ; omnium , quæ fiunt in hoc Negãtes ho
mundo , aliquam cauſam poni debere ; & quia humanorum actuum non poſſumus pone- minem ha-
re cauſam ipſum Deum immediate ; quia ea , quæ à Deo immediate ſunt,non poſſunt eſſe,ni- bere liberum
ſi bona ; actus autem humani ſunt quandoque boni , quandoque mali ; nec dici poteſt ; quòd arbitrium in
iſtorum actuum humanorum cauſa ſit neceſſitas ; quia ea , quæ proueniunt ex neceſſitate,ſem quæ mala ea
per eodem modo ſe habent,quod minime apparet in actibus humanis ; neque adhuc dici po- dunt.
teſt fatum, vel ſtellarum diſpoſitionem eſſe eorum cauſam;quia oportet humanos actus ex ne
ceſſitate accidere , ſicut & cauſa neceſſaria eſt , natura quoque eorum non poterit eſſe cauſa,
quod facile oſtendit humanorum actuum varietas; natura enim eſt determinata ad vnum,nec
ab eo deficit,niſi in minori parte ; nec fortuna vel caſus horum humanorum actuum cauſa eſ-
C ſe poteſt , quia fortuna & caſus ſunt cauſa eorum , quæ raro & præter intentionem acci-
dunt, vt docuit Ariſt.ſecundo phyſicorum, quòd in humanis actibus non apparet : relin- Tex.58.
quitur igitur ipſum hominem eſſe principium ſuorum propriorum actuum , & propte-
rea dicitur eſſe liberi arbitrij , aliter fruſtra eſſent conſilia , exortationes , præcepta , pro-
hibitiones,prælia , pœnæ, negotiationes , & multa alia inconuenientia, vt deducit Ariſto.
1.perhier. Cap.vlt.

Rationes iſtorum neque aliquid apparentiæ videntur habere : & prima eſt falſa , quia non
ſemper oportet illud nobilius eſſe,quod paucioribus motibus , vel operationibus ſuum finem
conſequi poteſt,quia aliquod agens conſequitur perfectiorem finem pluribus operationibus,
quàm alterum vnica operatione cõſequi poſſit, vt ibidẽ docuit Ariſt. & hoc modo mentes ra- Mẽtes ratio-
tionales perfectiores inueniũtur ſummo cęlo,quod vnum tantũ motum habet,quia perfectio nales ſunt p
rem finem conſequitur quamuis pluribus operationibus . Secunda etiam ſoluitur, quia indi fectiores ſũ-
cium , cui attribuitur libertas, eſt electionis,non autem,quo homo ſentiat de concluſionibus mo cælo.
D in ſcientijs ſpeculatiuis ; nam ipſa electio eſt quaſi quędam ſcientia de pręconſiliatis ; & hęc
non cogitur demonſtrationibus.

Tertia diſſoluitur dicendo , quòd homines ex natiuitate non conſequuntur aliquam diſpo
ſitionem immediate in anima intellectiua,per quam de neceſſitate inclinentur ad aliquem fi-
nem eligendum, nec à corpore cęleſti , nec ab aliquo alio,niſi quòd ex ipſa ſui natura ineſt eis
neceſſarius appetitus vltimi finis ſcilicet beatitudinis , quod non impedit libertatem arbitrij,
cum diuerſę viæ remaneant eligibiles ad conſecutionem illius finis , & hoc ideo,quia corpora
cęleſtia non habent immediatam impreſſionem in animam rationalem , ex natiuitate autem
in corporibus conſequitur aliqua diſpoſitio , tum ex virtute corporum cęleſtium, tum ex cau-
ſis inferioribus , quæ ſunt ſemen & materia concepta , per quam anima quodammodo effici-
tur prona ad aliquid eligendum ſecundum quod electio animę rationalis inclinatur ex paſſio
nibus , quę ſunt in appetitu ſenſitiuo , qui eſt potentia corporalis conſequens diſpoſitiones Anima ra-
corporis : ſed ex hoc nulla neceſſitas inducitur eis ad eligendum, cum in poteſtate animæ ra- tionalis eſt
tionalis ſit accipere , vel etiam refutare paſſiones ſubortas , poſt modum vero homo efficitur libera ad re-
aliqualis per aliquem habitum acquiſitum , cuius nos cauſa ſumus,vel infuſum , qui ſine no- futandas vel
ſtro conſenſu non datur,quamuis eius cauſa nos ſimus : & ex hoc habitu efficitur, vt homo ef recipiendas
paſſiões ſub-
ortas.

ficaciter appetat finem cooſonum illi habitui, & tamen ille habitus nec neceſſitatem inducit A
nec electionis libertatem tollit. Ad dictum ipſius prophetę, dicimus illud intelligi debere de
operibus & actibus meritorijs, qui non ſunt in naturali poteſtate ipſius hominis. Poteſt etiā
dici quòd, cum in operę hominis duo conſideremus, nempe electionem operum, quę ſemper
eſt in eius poteſtate: alterum erit executio operum, & hæc non ſemper conſiſtit in eius
poteſtate, ſed diuina prouidentia gubernante propoſitum hominis ad finem quandoque
perducitur, quandoque vero non: & ideo homo non dicitur eſſe liber ſuarum actionum,
vt dicit Propheta, ſed dicitur liber ſuę electionis, quę eſt iudicium de agendis, & hoc oſtendit
ipſum nomen liberi arbitrij.

Reiectis ergo hiſce duabus opinionibus de hac materia, ſcribendum eſt quid iuxta verita-
tem ſentiamus: & quia aliter locuti ſunt philoſophi naturales de libertate, aliter ipſi theologi:
Dicendum eſt primo iuxta philoſophos, qui tripliciter agere intelligi poſſe diſtinxerunt: pri
mo dicunt dari agere libere, quod eſt actio voluntatis: ſecundo datur agere naturaliter, veluti
quando ignis calefacit frigida: tertium eſt agere violenter, vt quando lapis proijcitur ſurſum:
Tex. 75. & 48. Hinc Ariſt. 2. phy. diſtinxit agens in illud, quod agit à propoſito, & in illud, quod agit ſe- B
cuodum naturam: per agens à propoſito intellexit agens liberum per intellectum & volunta-
tem, quod eſt indifferens ad oppoſita, ita quòd poſitis omnibus circunſtantijs poterit agere
& non agere, quia natura ſua ad neutrum determinatur: agens vero à natura illud eſt, quod
ad alterum oppoſitorum determinatur, itaquòd poſitis omnibus requiſitis ad productionem
Commen. 3. effectus, non poteſt non producere; & hinc eſt, quòd dicebat Auer. 9. huius, quòd potentię ra
tionales agunt duo contraria diſiunctim, vt medicus per medicinam agit ſanitatem vel infirmi
tatem; potentię vero irrationales hoc facere non poſſunt: & quia proprium liberi arbitrij eſt
electio, ex hoc enim liberi arbitrij eſſe dicimur, quòd poſſumus vnum recipere alio reculato,
quod eſt eligere, ideo naturam liberi arbitrij ex electione ſpeculati ſunt philoſophi; ad electio
nem autem concurrit aliquid ex parte cognitiuę virtutis, & aliquid ex parte appetitiuę, ex
parte autem cognitiuę requiritur conſilium, per quod dijudicatur quid ſit alteri pręferēdum;
ex parte autem appetitiuæ requiritur, quòd appetendo acceptetur quod per conſilium dijudi
Cap. 9. catur: hinc philoſophus 6. ethico. ſub dubio dereliquit, vtrum priocipalius electio pertineat
ad vim appetitiuam, vel cognitiuam; aſſerit enim, quòd electio vel eſt intellectus appetitiuus, C
Cap. 2. vel appetitus intellectiuus, ſed in 3. ethic. in hoc magis declinat, quòd ſit appetitus intellecti-
uus nominans electionem deſiderium conſiliabile; & huius ratio eſt; quia proprium obiectū
electionis eſt illud, quod eſt ad finem, hoc autem inquantum huiuſmodi habet rationem bo-
ni, quod dicitur vtile; hinc, cum bonum inquantum huiuſmodi ſit obiectum appetitus, ſequi-
Liberum arbitrium eſt potentia appetitiua. tur, quòd electio principaliter ſit actus appetitiuæ virtutis, & ſic liberum arbitrium erit po-
tentia appetitiua; quia, cum non ſit habitus nec potentia cum habitu, ſequitur de neceſſitate
ipſum eſſe potentiam non diſtinctam à voluntate, voluntas enim & liberum arbitrium non
ſunt duæ potentiæ, ſed vna; quia ſicuti ſe habet intellectus ad rationem, ita voluntas ad libe-
rum arbitrium: ſed intellectus & ratio ſunt vna potentia: ergo voluntas & liberum arbitrium
erunt vna potentia.

Theologi altius de hac materia ſpeculantur: capiunt enim aliquando libertatem prout di-
ſtinguitur contra coactionem, itaquòd potentia dicitur producere libere, quando non produ-
cit coacte; quia producere coacte eſt contra ſuum velle, quemadmodum aliquando mercato- D
res proijciunt merces in mari, eas non vi proijciunt, quia non cōtra eorum velle, immo proij-
ciunt libere, prout libertas diſtinguitur contra vim, & talis libertas non diſtinguitur contra
principium neceſſarium, quia ſtat, quòd aliquod agens agat neceſſario & etiam agat libere, iſto
Deus à nemine cogit. modo capiendo libertatem, quia Deus vult ſeipſum eſſe libere & etiam neceſſario non neceſ-
ſitate coacta, quia à nullo cogi poteſt, ſed neceſſitate immutabilitatis; propterea Deus immu-
tabiliter ab æterno ita ordinauit, & ſic pater neceſſario neceſsitate immutabilitatis naturalis
generat filium, & pater & filius ſpiritum ſanctū libere & neceſſario naturaliter ſpirant non ne
ceſsitate coacta, quia hęc repugnat libertati; propterea liberum idem eſt, quod voluntarium,
quod quidem Deo, Angelis, & hominibus conuenit, licet non eodem modo, quia analogice,
quemadmodum voluntas & intellectus eis competunt.

Secuodo modo dicunt theologi libertatem poſſe ſumi, vt opponitur ſeruituti, per quam
Cap. 7. quis alteri ſubiicitur, de qua Apoſtolus. 1. Corint. ait, ſeruus vocatus es non ſit tibi curæ, ſed ſi
potes fieri liber magis vtere &c. & ſic iuxta multiplicem ſeruitutem poteſt poni multiplex li-
Seruitus duplex. bertas oppoſita; ſeruitus enim, cum altera ſit ipſius culpæ, & altera miſeriæ, ſeu pœnæ, ita & li-
bertas altera eſt à culpa, & altera à pœna; quæ duplex libertas conuenit Deo & beatis, damna-

A ti vero carent iſta vtraqoe libertate. Vel clarius,eſt libertas oaturæ,qoę opponitur coactioni; eſt libertas gratiæ,quæ opponitur ſeruituti peccati;eſt libertas gloriæ,qoę opponitur ſeruituti miſeriæ,prima(vt dictom eſt) conuenit omni agenti volontario; ſecunda competit his, qui io gratia Dei exiſtunt;tertia vero competit ſolum beatis:alia etiam dicitur libertas contradictionis,ſeu contingentiæ,quę eſt principium meriti & demeriti, per hanc enim libertatem poſſumus peccare & non peccare, velle & noo velle tam bonum, quàm malum, & per cooſequens mereri ac demereri, mereri mediante diuina gratia, quod quidem mereri & demereri conuenit tantum viatoribus; & hanc libertatem aliqui dicunt eſſe facultatem rationis & voluntatis, qua bonum eligitur gratia aſſiſtente, vel malum ea deſiſtente. Aliqui vero dicunt libertatem eſſe intellectum & voluntatem,quæ dictat aliquod eſſe faciendum, vel nō facieodum,& illud poſſe & non poſſe fieri, & pręſertim intellectus practicus eſt ille, qui dictat voluntati multa bona facienda,& molta mala vitanda,& hęc libertas(vt dictum eſt) tātummodo conuenit viatoribus & hanc concluſionem intendimus probare, quòd homines viatores gaudeant hac libertate.

Libertas cōtradictionis & contingētiæ.

Libertas quę nam ſit.

B Et pro fundamento noſtrę rationis ſopponendum eſt,quòd omnes ſubſtantię rerum habēt quandam naturalem proprietatem à Deo, quæ nulla vi etiam diuina ſeiungi poteſt, niſi res illę corrumpantur, quamquam oon implicat, ſobſtantiam rerum intelligi poſſe ſine ſui proprietate;ſicuti Sol habet lucem ſibi connaturalem,quę non poſſet à Deo ſeiungi, niſi deſtrueretur & ipſe Sol; ſic etiam dicimus de igne reſpectu caliditatis, ita etiam de homine, qui eſt animal rationale habens intellectum,voluntatem,& memoriam tanquam ſuas naturales proprietates. Secundo ſuppono,quòd volontas ex ſua propria natura eſt libera quoad tria: primo quoad oppoſitos actus,poteſt enim ſimul velle & nolle,licet non in eodem inſtanti,ſed ſucceſſioe,ideſt modo velle,& modo nolle, & econuerſo, & qoando habet hunc actum ſcilicet velle, poteſt illum dimittere, & habere alium actum oppoſitum, vtpota nolle. Secundo voluntas eſt libera mediantibus illis actibus ad oppoſita obiecta,in quæ tendit;poteſt enim velle bonū facere,& nolle malum agere,nec minus poteſt velle album, & nolle oigrum, potuiſſetq; nolle albū,& velle oigrū,& ſic de omnibus aliis oppoſitis dicendū venit. Tertio voluntas ipſa dicitur libera ad producendum conſimiles effectus. De operationibus intellectus non oportet
C aliquid explicare,cum illæ ſint notiſſimæ,poteſt enim intellectus ex ſui natura ſimplices terminos intelligere,eoſq; componere,& ab vna cōpoſitiooe ad aliam diſcurrere, ſic etiā de operationibus ipſius memoriæ,cuius eſt retinere ſimilitudines rerum.

Voluntas eſt libera quo ad tria.

Iſtis ſic ſuppoſitis & declaratis probatur concluſio tali ratione,nulla proprietas poteſt ſeparari à re,cuius eſt proprietas ſioe ſui corruptiooe, vt declaratum eſt de luce reſpectu ſolis, & caliditate reſpectu ignis; ſed intellectus,memoria,& voluntas ſunt proprietates animæ rationalis diſtinctę realiter ab ea ſecundum veriorem opinionem,vel tantum formaliter, vt aliqui tenent: igitur oullo pacto ſeparari poſſunt ab ea abſque corruptione ſuę naturæ; veritas tam maioris, quàm minoris euidentiſſime patet ex ſupradictis, & argumentum formatum eſt in tertio modo primę figurę,vt omni ex parte conuingantur aduerſarij.

Egregia probatio de libero arbitrio hominis.

Item à ſimili argui etiam poteſt ſic, omne,quod eſt eſſentiale & propriom intellectui ſeu potentiæ intellectiuę,nequit ſeparari ab illo ſemota corruptione ſoę naturę: ſed poſſe ſimplicia apprehendere,ex quibus componere vel diuidere poteſt orationem & res ſibi notas comparare pariterque ab vna ad aliam diſcurrere,& per diſcurſum cognoſcere Deum, & ipſum eſ-
D ſe infiniti vigoris, ac multa alia, vt dicetur 12. huios, eſt eſſentiale & proprium intellectui: ergo ab ipſo non poteſt ſeparari abſque corruptione ſuę naturę; veritas maioris & minoris liquet rectè intelligeoti quę ſupradicta ſunt. Prӕterea etiam in ſimili argui poteſt, quidquid eſt eſſentiale & proprium memorię non poteſt ab ipſa ſeparari; ſed reminiſci,vel memorari per intellectum,& retinere ſpecies de rebus pręteritis ſenſibilibus vel iotelligibilibus eſt proprium & eſſentiale ipſi memorię: ergo ab ipſa nullatenos ſeiungi poteſt.

Dilucid. de infinit. Dei.

Proprietas nō poteſt ſeparari ab eo cuius eſt proprietas.

Ex his ſequitur argumentum de homine;quia quod eſt proprium & eſſentiale homini non poteſt ſine eius corruptione ab eo ſeiungi,ſicuti riſibile & flebile, cum ſint proprietates hominis, ab eo non poſſunt ſemoueri,nec per diuinam potentiam abſque corruptione ſuę naturę; ſed habere libertatem ad oppoſitos actus ſcilicet ad velle & nolle, & ad oppoſita obiecta, & demum ad prodoceodum oppoſitos effectus eſt qooddam proprium & eſſentiale ipſi homini, cum habeat animam rationalem, & ſic intellectum,& voluotatem: igitur talis libertas per nullam potentiam poteſt ab homine ſeparari ſine deſtructione ſuę naturę; minor patet ad ſenſum,quia ſi quis negaret eam,negaret hominem habere animam rationalem, qoę quādiu eſt, ſemper habet has proprietates,aliter enim corrumperetur natura ipſius animę; propterea vbi-

cunque

cunque eſt anima ſiue corpori alligata, ſiue à corporeis vinculis abſoluta ſemper habebit ſe- A
cum proprietates ſibi congenitas; maior etiam eſt manifeſta ex ſe. Hinc ſequitur, quòd nullus philoſophus, nec legiſta, nec theologus rectè ſentiens fuit, qui dixerit hominem nõ eſſe liberi arbitrij, quia dicere hominem eſſe ſine libero arbitrio implicat contradictionem, quia eſt dicere hominem non eſſe hominem, cũ homo ſit rationis capax, à qua inſeparabilis eſt libertas; & omnis homo in ſeipſo experitur hanc libertatem, quia poteſt ſedere & non ſedere, ambulare & non ambulare; idcirco magis verberibus, quàm rationibus perſtingendi ſunt, qui ipſum negant, de numero quorũ fuerunt Stoici dicentes omnia euenire de neceſſitate abſolutè. Manichęi quoque ponẽtes duo principia omnium rerum, ſummum bonum & ſummum malum, & à ſummo bono eſſe omnia bona, à ſummo malo omnia mala, concludebant omnia, quæ operatur homo, coactè operari; ſi enim bene aliquod facit & operatur, cogitur hoc facere à principio bono, ſi autem malefacit cogitur à principio malo, non ſic dixit Pelagius, qui circa naturam liberi arbitrij latius locutus fuit, quàm loqui deberet, quia pluſquam decet ipſum magnificauit & extollit; dicebat enim hominem ex libertate arbitrij poſſe omne bonum facere, tam meritorium, quàm ſatisfactoriũ, & ad quodcumque bonum faciendum gratia nulla indigebat, cum gratia non ſit neceſſaria ad benefaciendum, ſed ad facilius agendum, & hic eſt error peſſimus, vt declarabitur Deo fauente 1. p. theologię S. Thomæ. B

Nemo philoſophorum recte ſentiens negauit hominem eſſe lib. arb.
Error Stoicorum.
Erro. Manichæorum.
Error Pelagii.
q. 23. art. 5.
Error Orig.

Errauit etiam circa naturã liberi arbitrij Origenes, qui voluit ob libertatem arbitrij omnes beatos & Angelos præter animam Chriſti, ob viſionem diuini verbi poſſe malafacere, & Dęmones atque damnatos ob eãdem libertatem poſſe bene facere, exiſtimans poſſe bene & malefacere eſſe de eſſentia liberi arbitrij; adeo vt nullo pacto poſſit à libero arbitrio ſeparari, quia nihil poteſt eſſe ſine eo, quod eſt de ſui eſſentia, vt dictum eſt ſupra. Sed hic eſt error maximus, quia ex hoc ſequitur beatos poſſe damnari, & damnatos poſſe ſaluari. Errauit etiam & Martinus Lutherus circa hanc veritatem, voluit enim aliquando quæſtionem de libero arbitrio hominis eſſe ſpinoſam, ideſt vanam, & inutilem; quia licet homo in ſtatu innocentiæ, in quo creatus fuerat, potuiſſet ſe à peccatis abſtinere, ac per hoc bonum & malum facere, necnon bene & male operari, tamen poſt peccatum Adæ homo factus eſt ſeruus peccati, & filius iræ, & amiſit, quam prius habebat libertatem, qua bene & male operari poterat, ſolam autem libertatem, quę opponitur violentiæ & coactioni retinuit, & nullam aliam; ita quòd docebat liberum arbitrium noſtrum poſt peccatum eſſe rem de ſolo titulo & paſſiue tantũ concurrere C
ad bene operandum & peragendum; quia bonum opus totaliter eſt gratię Dei attribuendum. Aliquando dixit Lutherus liberum arbitrium hominis eſſe quoddam figmentum in rebus, & titulum ſine re, quia non eſt in manu ſua quicquàm facere, aut mali aut boni, nec etiam cogitare bonum, ſed omnia de neceſsitate abſolute euenire alludendo opinioni Stoicorum; & ſic aboleuit totaliter liberum arbitrium hominis aſſerens arbitrium debere dici ſeruum, & non liberum concludendo hominem ſemper peccare in ſuis operibus, faciendo etiam quod in ſe eſt. Hunc peſsimum errorem ſequuti ſunt multi Heretici, vt fuit Ioannes Ecolampadyus, Philippus Melanton, Ioannes Bucer, & ceteri peſsimi homines, contra quos omnes errores adducta eſt ratio efficaciſsima ſupradicta à nobis, cum locuti ſint cõtra philoſophos, & theologos, pręſertim cõtra ſacras hiſtorias tum veteris tum noui teſtamenti; ſcribitur enim Geneſis, quòd dominus Deus dixit ad Chaim, non ne ſi bene egeris recipies, ſi autem male ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius; quę verba expreſſe oſtendunt hominem habere libertatem ad bene & male operandum: quod clarius habetur Eccles. vbi his verbis apertiſsimis exprimitur hominis libertas, Deus ab initio D
conſtituit hominem, & reliquit illum in manu concilij ſui, adiecit mandata & præcepta, quòd ſi volueris conſeruare ea, ipſa conſeruabunt te, appoſuit tibi aquam & ignem, ad quodcumque volueris, porrige manum tuam; ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur, &c. Et Saluator noſter in nouo teſtamento dixit, vt ſcripſit Matth. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata: ſi ergo ſeruare mandata eſt in poteſtate hominis; ſequitur ipſum eſſe liberi arbitrij, aliter quilibet dicere poſſet: domine non eſt in poteſtate mea ſeruare mandata, quomodo ergo dixiſti, ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata? ergo, &c. Et alibi etiam dixit, Hieruſalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? ſi ergo Deus voluit cõgregare filios Hieruſalẽ, & Hieruſalẽ noluit: igitur aperta libertas in ea reperitur, non igitur eſt amplius dubitandum de hac re.

Error Martini Lutheri.
Hereſis Lutheranorũ.
Cap. 4.
Cap. 15.
Cap. 19.

Pulchra difficultas de libertate hominis.

Sed quia hucuſque digreſsi ſumus, ideo non erit inutile diſſoluere quandam difficultatem, quam quidam obijcere ſolent non penetrantes Dei cognitionem. Eſt ergo difficultas talis, Iudas ineuitabili neceſsitate proditionem ſui magiſtri commiſit, & Petrus neceſsitate

coactus

A coactus negauit Chriſtum:igitur nec Iudas nec Petrus habuerunt liberum arbitrium:ex conſequenti nullus homo erit liber:antecedens probatur,quia ab æterno ſciebat Deus Iudam debere tradere ſuum magiſtrum,& ſcientia Dei non poteſt falli:de Petro etiam patet,quia Chriſtus dixit ſibi,antequàm gallus cantet,ter me negabis. Cui difficultati ita ſatisfaciendum eſt iuxta ſententiam omnium theologorum, quòd ſcientia Dei non imponit neceſsitatem aliquam rebus ſcitis, nec aufert libertatem ab hominibus quin poſſint,bene vel male operari, vt latius docuit S.Tho.1.p. præſcientia ergo,quam Deus habebat de factis ipſius Iudæ, non cogebat ipſum ad ea peragenda; ſicut ille, qui ab aliqua altitudine videt tranſeuntes cadentes in aliquam foueam,non neceſsitat illos vt cadant, niſi neceſsitate conſequentiæ, vt dici ſolet; ſed non conſequentis, ſeu in ſenſu compoſito, non autem diuiſo, vt dicemus 12. huius, ſic Deus in ęternitate exiſtens,quæ eſt ſupra tempus,videt omnia,quæ ſucceſsiue & temporaliter reducuntur in actum,ſed nullam neceſsitatem conſequentis eis imponit; ita etiam & Chriſtus,qui in ęternitate agnouerat negationem Petri,non tamen ex hoc ſequitur;ergo Petrus de neceſsitate negauit, ſed libere & contingenter, itaque iſtæ duę propoſitiones ſtant ſimul, Pe-
B trus negabit Chriſtum,& Petrus poteſt non negare Chriſtũ,quia vna eſt neceſſaria & alia contingens, quæ nõ repugnant adinuicem;nec falſum dixit Chriſtus poſito,quòd Petrus non negaſſet ipſum,quia præuidit voluntatem eius libere determinari ad negandum,& ſtantibus verbis Chriſti poſſumus dicere,quòd neceſſario neceſsitate conſequentiæ, & in ſenſu compoſito, vt dictum eſt,negauit,ſed non ſimpliciter & abſolute,quia libere.

q.14 art.3.

Dilucid. de prouid. Dei.

Ex his omnibus,quæ dicta ſunt, ſoluitur argumentum poſitum in principio huius dilucidationis, quod innitebatur verbis Ariſtot. videlicet liberum eſt, quod eſt cauſa ſui, &c. in illis enim verbis nil aliud vult habere philoſophus, niſi quòd homo per liberum arbitrium mouet ſeipſum ad agendum, non tamen hoc eſt de neceſsitate libertatis, quòd ſit prima cauſa ſui id quod liberum eſt, ſicut nec ad hoc, quòd aliquid ſit cauſa alterius requiritur, quòd ſit prima cauſa eius;Deus enim eſt prima cauſa mouens,& cauſas naturales,& voluntarias,& ſicut mouendo cauſas naturales non aufert ab eis,quin earum actus ſint naturales,ita mouendo cauſas voluntarias non aufert,quin actiones earum ſint voluntariæ, ſed potius hoc facit in eis,operatur enim in omnibus iuxta earum naturam;in neceſſarijs neceſſario,& in cõ-
C tingentibus contingenter,& in liberis libere. Vel dicimus, quòd intentio Ariſt. erat probare hic metaphyſicam non ordinari ad aliam ſcientiam,ſed eſſe ſupremam & liberam,& vtebatur tali ratione:ille homo propriæ dicitur liber,qui non eſt alterius cauſa, ſed cauſa ſui ipſius,ſerui enim dominorum ſunt,& propter dominos operantur, & eis acquirunt, quicquid acquirunt,liberi autem homines ſunt ſui ipſorum, vt pote ſibi acquirentes & operantes;ſola autem hæc ſcientia eſt propter ſeipſam:ergo ipſa ſola eſt libera inter ſcientias;natura etiam humana, & ſi multipliciter dicatur ancilla & miniſtra,hoc eſt propter diuerſas neceſsitates, quibus ſubijcitur,non quòd careat libero arbitrio, vt perperam aduerſarij intellexerunt. Hęc ſatis de hac dilucidatione.

Quomodo liberum dicit cauſa ſui.

Metaphy. eſt ſcientia libera.

Quare ſecundum Simonidem Deus vtique ſolus habet hunc
D *honorem,&c. Ex prologo.*

An inuidia reperiatur in Deo.

Dilucidatio decimaquarta.

PRopter verba, quę ponit hic Ariſt. quęritur de opinione Simonidis, quòd ſolus Deus gaudeat hac ſcientia metaphyſicali,& quòd inuideat hominibus,qui hanc ſcientiam nituntur conſequi;quia inuidia eſt de bonis & excelſis,& cum ſapientes cunctis excellant;idcirco dicebat Simonides maxime probabile eſſe Deum inuidere ſapientibus. Quę opinio ita confirmari poteſt. ſciens gramaticam gramaticus eſt, igitur ſciens inuidiam inuidus eſt;ſed Deus ſcit inuidiam: igitur Deus erit inuidus. Pręterea inuidia importat quendam zelum;ſed zelus eſt quid bonum iuxta illud,zelus domus tuę comedit me,& Deus habet omne bonum;igitur Deus habet inuidiam. Et poſtremo non videtur maior ratio

de ira

de ira, quàm de inuidia, ſed in Deo cadit ira, iuxta illud, iratus furore dominus in populum ſuum: ergo in Deo poteſt etiam innidia cadere. A

Sed oppoſitum eſt rei veritas, quia inuidia ex ſuo genere eſt peccatum mortale, vnde ponitur vnum ex vitijs capitalibus, ſed in Deo nullum cadit peccatum; igitur nec inuidia cadere poteſt. Pro declaratione huius rei ſciendum eſt, quòd opinio ipſius Simonidis in hoc conſiſtebat, quòd hęc ſcientia honorabilis, quę dicitur metaphyſica, erat diuina poſſeſsio, & non humana; quia homo non debet quęrere, niſi illam ſcientiam, quæ eſt ſecundum ipſum hominem, vt eſt illa, quę docet agere & inuenire ea, quę ſunt neceſſaria ad ſubſtentandam humanam vitam; metaphyſica vero, cum ſit maxima ſapientia & excellentiſsima, propter ſuam excellentiam non conuenit homini, ſed ipſi Deo; qui eſt maximum ens & maximum bonum: ſed philoſophus docet opinionem iſtam eſſe erroneam, quia ex hoc ſequitur primo, Deum inuidere hominibus: Secundo homines ſapientes eſſe infortunatos omnium hominum, quia propter ſapientiam venirent in inuidiam Dei, & ſic eſſent infælices. Et error ipſius Simonidis ortus fuit ex hoc, quia ſecutus eſt opiniones Poetarum, & cum antiquum ſit adagium, multa mentiuntur Poetæ, propterea non eſt mirum ſi & ipſe Simonides mentitus eſt, nam inuidia eſt quædam triſtitia de alienis bonſs, liæc autem triſtitia quatuor modis contingere poteſt. Vno quidem modo cum aliquis dolet de bono alicuius, inquantum ex eo timetur nocumentum, vel ſibi ipſi, vel etiam alijs bonis, & talis triſtitia poteſt eſſe ſine peccato, quia euenire ſolet plerumque, vt non amiſſa charitate ruina inimici nos lætificet, & rurſum eius gloria ſine inuidiæ culpa contriſtet, cum & ruente eo quoſdam bene erigi credimus, vt proficiente illo pleroſque iniuſte opprimi formidamus. Alio modo poteſt aliquis triſtari de bono alterius, non ex eo quòd ipſe habet bonum, ſed ex eo quòd nobis deeſt bonum illud, quod ipſe habet, & hoc proprie dicitur zelus, qui ſi erit circa bona honeſta, venit laudandus iuxta illud 1. Corinth. Emulamini ſpiritualia bona; ſi autem ſit de bonis temporalibus poteſt eſſe cum peccato & ſine peccato. Tertio modo aliquis triſtatur de bono alterius, inquantum ille, cui accidit bonum, eſt eo indignus, quippe quæ triſtitia non poteſt oriri ex bonis honeſtis, ex quibus aliquis efficitur iuſtus, vt eſt de diuitijs & talibus, quę poſſunt & dignis prouenire & indignis, & talis vocatur indignatio. Quarto modo aliquis triſtatur de bono alicuius, inquantum alter excedit ipſum in bonum, & hoc proprie eſt inuidia, quæ quidem ſemper eſt quid prauum, quia dolet de eo, de quo eſt gaudendum ſcilicet de bono proximi: ſed nullo iſtorum modorum inuidia in ipſo Deo cadere poteſt, quia non primo, cum nullum nocumentum ab aliquo ipſi Deo inferri poſſit: non ſecundo, quia cum ſit ſummum bonum, nullo pacto ei poterit deeſſe aliqua bonitas: non tertio, quia Deus non dicitur indignus aliqua perfectione aut bonitate, cum ſint in eo perfectiones omnium rerum: nec etiam quarto modo, quia nihil praui in Deo reperiri poteſt: ſequitur ergo erroneam fuiſſe opinionem illorum, qui dicebant in Deo inuidiam cadere: immo Plato lumine naturæ tantum fultus dicebat, inuidia procul eſt à choro diuino. Poteſt etiam & perſuaderi hac aliâ ratione, quia inuidia eſt dolor de proſperitate alterius; ſed Deo non conuenit eſſe triſtem, cũ non ſit alicui malo ſubiectus: igitur in Deo nulla cadit inuidia, præſertim cum ex eius bonitate tamquàm ex indeficienti fonte omnia ſcaturiant.

Opinio Simonidis de metaphyſica.

Multa mentiuntur poetæ.

Triſtitia quatuor modis eſſe poteſt.

Cap. 14.

Inuidia nullo modo cadit in Deo.

Inuidia quænam ſit.

B

C

Iſtis ſic ſtantibus reſpondetur ad argumenta propoſita. Ad primum dicitur, quòd tunc in aliquem poteſt cadere inuidia, quando diminuitur, ſeu diminui poteſt bonum illius, quod de Deo minime dici poteſt. Ad ſecundum dicitur, quòd gramatica ſcitur in habendo ipſam, & ſic de alijs ſcientijs; propterea optime ſequitur, habens gramaticam ſeu theologiam eſt gramaticus ſiue theologus; ſed non eſt ita de inuidia, quæ, cum ſit quoddam malum poteſt ſciri ab aliquo abſque hoc, quòd in eo reperiatur, vt eſt de priuatione. Ad tertium dicitur, quòd zelus differt ab inuidia, quia aliquis zelus poteſt eſſe bonus, ſed inuidia ſemper eſt mala; & ideo non eſt par ratio de vtroque. Ad vltimum dicitur, quòd ira, furor, & alię paſsiones dicuntur reperiri in Deo ſecundum ſimilitudinem effectus; quia proprium eſt irati punire, propterea punitio eius vocatur ira & furor iuxta illud, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, &c. Adde nullum affectum ineſſe Deo per eaſdem cauſas, per quas inſunt hominibus, ipſis enim inſunt affectus propter motum ſanguinis, & ſpirituum, & propter motum appetitus ſenſitiui; propter has cauſas Deo nullus affectus ineſſe poteſt. Deinde reperiuntur quidam affectus, qui ſecundum omnem rationem ſunt mali, vt inuidia, odium, deſperatio, & alij huius generis, & hi nullo pacto poſſunt Deo ineſſe nec attribui; quidam vero ſunt affectus, qui comparati rectæ rationi poſſunt habere rationem boni, vt amor, ira, gaudium, miſericordia, & id genus, & hi poſ-

Malum poteſt ſciri abſque hoc qđ habeatur.

Affectus duplices quidã boni quidã mali.

D

ſunt Deo

A ſunt Deo tribui ſecundum ſimilitudinem effectuum vt dictum eſt.

Sed grauior oritur difficultas propter rationem, quę adducta eſt in oppoſitum, in qua dicebatur, quòd in Deo nullo pacto peccatum cadere poteſt; quia hoc videtur eſſe contra Ariſt. 4. top. vbi dicitur, poteſt Deus & ſtudioſus praua facere; ſed facere praua idem eſt quod peccare: igitur Deus peccare poterit. Deinde ipſe philoſophus in libro de ſenſu & ſenſato dixit, cuius eſt potentia eius eſt actio; quia ad eundem ſpectat agere & poſse: ſed Deus eſt cauſa eius, quod eſt poſse peccare: ergo eſt cauſa eius, quod eſt peccare. Eſt etiam vniuerſalis propoſitio ab omnibus ſcolis recepta, quòd quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati; ſed Deus eſt cauſa hominis, ſeu liberi arbitrij; ſed homo & liberum arbitrium eſt cauſa peccati: ergo Deus erit cauſa peccati. Poſtremo omnis motus prouenit à primo mouente; ſed in omni peccato eſt quidam motus: ergo prouenit à primo mouente, quod eſt Deus: igitur in quolibet peccato concurrit Deus.

Cap. 30.

Cap. 1.

Pro ſolutione huius difficultatis ſciendum eſt primo, quòd duobus modis poteſt intelligi aliquem eſſe cauſam peccati, ſeu alicuius mali. vno modo quòd ipſe peccat: alio modo quia, B facit alterum peccare; ſed neutrum iſtorum Deo conuenire poteſt. non primum, quod patet ex communi ratione peccati, prout inuenitur in rebus naturalibus & artificialibus, quia quòd aliquis in agendo peccet, ex hoc prouenit, quia non attingit ad finem, propter quem agit, & hoc contingit ex defectu actiui principij, quod enim gramaticus non recte ſcribat, euenit ex defectu artis, etſi tamen recte ſcribere intendit, & quod natura peccet in formatione animalis, vt apparet in partibus monſtruoſis, prouenit ex defectu actiuæ virtutis in ſemine: peccatum vero ſecundum quod proprie in moralibus dicitur, habet rationem culpæ, & prouenit ex eo, quòd voluntas deficit à debito fine per hoc, quòd in finem indebitum tendit. Sed in Deo glorioſo neq. actiuum principium poteſt eſſe deficiens, eoquòd eius potentia eſt infinita, nec eius voluntas poteſt deficere à debito fine, quia eſt ipſamet natura ipſius Dei, quę eſt ſumma bonitas, vltimus finis, & prima regula omnium voluntatum: hinc naturaliter inheret ſummo bono, nec poteſt ab eo deficere, ſicut nec alicuius rei appetitus naturalis deficere poteſt, quin appetat ſuum bonum naturale: ſic ergo Deus cauſa peccati eſſe nequit, eo quòd ipſe peccet. Similiter etiam nec poteſt eſſe cauſa peccati eo quòd alios peccare faciat, quia peccatum C conſiſtit in auerſione voluntatis creatæ ab vltimo fine, ſed impoſſibile eſt, quòd Deus faciat auerti voluntatem alicuius ab vltimo fine, cum ipſemet ſit vltimus finis, quandoquidem illud, quod communiter inuenitur in omnibus agentibus creatis, oportet quòd hoc habeat ex imitatione primi agentis, quod omnibus tribuit ſuam ſimilitudinem ſecundum quod capere poſſunt, ſed vnumquodque agens creatum inuenitur per ſuam actionem alia quodammodo ad ſe ipſum trahere aſſimilando ea ſibi, vel per ſimilitudinem formæ, ſicut quando calidum calefacit, vel conuertendo alia ad finem ſuum, veluti homo per præceptum monet alios ad finem, quem intendit: igitur hoc conuenientiſſimum eſt ipſi Deo, quòd omnia ad ſe ipſum conuertat, & per conſequens nihil auertat à ſe ipſo, cum ſit ſummum bonum: propterea non poteſt eſſe cauſa auerſionis voluntatis ab hoc ſummo bono, in qua auerſione conſiſtit ratio culpæ: ex hac ratione oritur impoſsibile eſſe, Deum eſſe cauſam alicuius peccati.

Dupliciter aliquem eſſe cauſam peccati intelligi poteſt.

Natura Dei eſt ipſa ſumma bonitas & prima regula omniū.

Secundo eſt notandum, quòd apud antiquos duplex fuit opinio de actione peccati, num ſit à Deo. Quidam enim dixerunt actionem peccati nullo pacto ab ipſo Deo prouenire, attendentes ad ipſam deformitatem peccati, quæ à Deo non eſt. Quidam vero voluerunt actionem D peccati eſſe à Deo attendentes ad ipſam eſſentiam actus, quam oportet ponere à Deo eſſe, duplici ratione. Primo, quia, cum Deus ipſe ſit ens per ſuam eſſentiam, quandoquidem ſua eſſentia eſt ſuum eſſe, oportet, quòd omne, quod quocunque modo eſt, deriuetur ab ipſo; nihil enim aliud eſt, quòd ſit ſuum eſſe, ſed omnia dicuntur entia per quamdam participationem ſed omne, quod per participationem dicitur tale, deriuatur ab eo, quod eſt per eſſentiam, ſicut omnia ignita deriuantur ab eo, quod eſt per eſſentiam ignis; manifeſtum eſt autem, quòd actio peccati eſt quoddam ens: ergo neceſſe eſt dicere, quòd ſit à Deo. Secundo patet hoc idem, quia omnes motus ſecundarum cauſarum neceſſe eſt cauſari à primo mouente, ſicut omnes motus inferiorum corporum cauſantur à motu cæli: ſed Deus eſt primum mouens reſpectu omnium motuum & ſpiritualium & corporalium, ſicut corpus cæleſte eſt principium omnium motuum inferiorum corporum: vnde cum motus peccati ſit quidam motus liberi arbitrij, neceſſe eſt dicere ipſum eſſe à Deo.

Duplex opinio de actione peccati, num proueniat à Deo.

Motus inferiorum cauſantur à motu cæli.

Tertio eſt ſciendum, quòd motus primi mouentis non recipitur vniformiter in omnibus mobilibus, ſed in vnoquoque ſecundum proprium modum: alio enim modo cauſatur à motu cæli motus corporum inanimatorum, quæ non mouent ſeipſa, & alio modo motus anima-

lium, quæ mouent ſeipſa. Rurſus alio modo conſequitur ex motu cæleſti pullulatio plantæ, in qua virtus generatiua non deficit, ſed producit perfectum germen; & alio modo pullulatio plantæ, cuius virtus generatiua eſt debilis, & producit germen inutile; cum enim aliquid eſt in debita diſpoſitione ad recipiendum motionem primi mouentis, conſequitur actio perfecta ſecundum eius intentionem: ſed ſi non ſit in debita diſpoſitione & aptitudine ad recipiendum motionem primi mouentis, ſequitur actio imperfecta; & tunc id, quod eſt ibi actionis, reducitur ad primum mouens, ſicut in cauſam: Quod autem eſt ibi de defectu non reducitur in primum mouens, ſicut in cauſam; quia talis defectus conſequitur in actione ex hoc, quòd agens deficit ab ordine primi mouentis, ſicut quicquid eſt de motu in claudicatione eſt ex virtute motiua animalis: ſed quicquid eſt ibi de defectu non eſt à virtute motiua, ſed à tibia ſecundum quod defecit ab oportunitate mobilitatis à virtute motiua. A

Egregium exemplum.

Cauſa multifariam dicitur.

Poſtremo ſciendum eſt, quòd cauſa multipliciter dicitur; quandoque cauſa illa eſt, quæ diſponit, quandoque cauſa dicitur conſilians, quandoque præcipiens, quandoque perficiens, & hęc proprie & vere cauſa dicitur, quia cauſa eſt (vt dicemus infra) ad quam ſequitur effectus, ad actionem enim perficientis ſtatim ſequitur effectus, ſed non ad actionem diſponentis, vel conſiliantis, vel imperantis, ſuaſio enim non cogit inuitum: cauſa igitur humani peccati per modum diſponentis, vel conſiliantis interius aut exterius eſt ipſe Diabolus, & etiam aliquando per modum perficientis, vt apparet in his, qui ſe voluntarie ei ſubdiderunt, ſed cauſa per modum perficientis & directe eſt ipſa humana voluntas, vt dicebat B. Aug. lib. 83. q. quòd ad hominis voluntatem cauſa deprauationis eius reddit, ſiue aliquo, ſiue nullo ſuadente deprauatus ſit: ſed homo deprauatur per peccatum: ergo directa cauſa peccati hominis ac perficiens eſt ſua voluntas: Diabolus autem erit cauſa ſuadens, vt tradunt diuinæ hiſtoriæ, prę ſertim liber ſapientię, inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum, ſed mors conſequitur ex peccato: ergo Diabolus fuit cauſa peccati, inquantum perſuaſit primo homini ipſum peccatum. B

Quomodo Diabolus eſt cauſa peccati.

Quæſt. 6.

Cap. 2.

Ex his ergo ſequitur primo, Deum nullo pacto eſſe peccati cauſam niſi permiſſiuã, quemadmodum ſi aliquis non daret manũ cadenti diceretur eſſe cauſa illius, & hoc Deus ex iuſto iudicio facit, quòd aliquibus auxilium non pręſtat, & iuxta hoc intelligendum eſt illud dictum Apoſtoli Roman. tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt, non quidem agendo, vel mouendo ipſos ad peccandum, ſed potius deſerendo, vel non impediendo, quia (vt dictum eſt) nullo pacto Deus concurrit ad culpam, ſeu ad deformitatem peccati, quia non eſt actor illius rei, cuius eſt vltor; ſed Deus glorioſus eſt vltor peccati: ergo non eſt illius actor, pręſertim cum per peccata homo fiat deterior, & Deo actore nullus homo deterior fit: igitur nullius peccati Deus erit cauſa. Ex his etiã ſequitur actionem peccati quoad illam deformitatem non reduci ad ipſum Deum, ſed in cauſam creatam, puta in liberum arbitrium. C

Cap. 1.

Sed quomodo hoc ſit, diuerſi diuerſimode ſenſierũt. Quidam impijſſimi homines, vt Martinus Lutherus, Caluinus, Melanthon, eorumque aſſeclę voluerunt non eſſe in hominis poteſtate vias ſuas malas facere, & quòd Deus ſicut bona, ſic & mala in nobis operatur, adeo vt non ſit minus opus Dei proditio Iudę, quàm vocatio Pauli. Hic error eſt execrandus tamquàm blaſphemus & impius. Quidam autem voluerunt, vt fuit Durandus 2. ſenten. q Deus non eſt cauſa immediata & proxima actus peccati, ſed eſt cauſa prima & vniuerſalis, quia Deus conſtituit hominẽ, & dedit ei liberum arbitrium, & illud in eſſe conſeruat, ſed liberum arbitrium conſtitutum, & à Deo conſeruatum indifferẽs eſt ad bonum & malum, & determinatio ad malum eſt à libero arbitrio, & ideo non eſt in Deum referenda. D

Hæreſis Lutheri.

Opinio Durand. diſt. 1, q. 3.

Hęc opinio eſt etiam erronea, quia Deus eſt cauſa intima & immediata omnium operationum, tum quia tribuit virtutem & potentiam creaturę, per quam operatur; tum vero, quia hanc virtutem ipſe conſeruat, & non tantum hoc, verum etiam applicat omnes creaturas ad operandum, & ab eo omnis actus motusque incipit; ſiquidem eſt primus motor & principale agens, ex cuius virtute cetera operantur, ſed & ipſe Deus eſt, qui diligit operationem cuiuſcunque rei in finem ſuum. Aliqui inter magiſtros Hiſpanos exiſtimarunt vltimam peccati differentiam & rationem formalem eſſe ens rationis, cuius Deus non eſt cauſa. Aliqui arbitrantur ſecundum veræ philoſophię documenta reducere omnes effectus ad ſuas proportionatas cauſas, nempe naturales effectus in naturales cauſas, & morales in morales, & quoniam peccatum eſt effectus moralis & liber, & ideo illud reducere oportet in cauſam moralem, cum ergo Deus non ſit cauſa moralis ipſius peccati, non enim pręcipit, non conſulit, non adiuuat: quare neceſſe eſt confiteri Deum nullo pacto eſſe cauſam peccati. Alij dicunt pecca-

Hiſpanorũ opinio.

cum non

A tum non habere cauſam, & ideo fruſtra laborant illi, qui volunt cauſam aſſignare in eo, quod non habet cauſam, quia peccatum eſt nihil & priuatio, priuationis autem non eſt cauſa aliqua. Quę opinio eſt falſa & irrationabilis, quia ex hac ſequeretur, quòd homo non ſit cauſa peccati, vel quòd Deus erit cauſa peccati, ſicuti & homo, vt pote cauſa per accidens

Quidam alij ex Neotericis affirmant, quòd Deus in rigore & in proprietate locutionis eſt cauſa peccati, ſed dicunt, quòd iſta locutio, Deus eſt cauſa peccati, habet duplicem ſenſum: primus eſt, quòd Deus eſt cauſa actus mali, & hunc ſenſum volunt eſſe verum: ſecundus eſt, ꝙ Deus peccat, & hunc eſſe tum falſum tum negandum. Quam opinionem ſuſceperunt ex antiquis, vt diximus ſupra commemorando ipſos. Nonnulli alij dicunt actum peccati puta adulterij vel odij habere cauſam effectiuam, ſed quòd ſit peccatum non habet ex cauſa, ſed ex hoc, quòd tenebatur ponere rectitudinem & non poſuit, ideoque peccauit: hoc enim eſt formaliter peccare, poſitis namque omnibus alijs cauſis, ſi auferatur obligatio ponendi rectitudinem, non eſt peccatum, propterea concludunt Deum non eſſe cauſam peccati non ſolum quia non tenetur, ſed quia per ipſum non ſtat, quin voluntas recte agat. Plerique vero *Quid nam ſit formaliter peccare.*
B multa miſcent in declarando veritatem huius rei aſſerentes in peccato tria reperiri. nempe actionem peccati, quæ abſque dubio eſt à Deo. ſecundo conuerſionem ad bonum commutabile contra virtutem, in quo ratio peccati eſſentialiter ſita eſt, & hæc videtur, quòd ſit à Deo, quia eſt aliquid poſitiuum. tertio inuenitur in peccato auerſio à regula diuina, & iſthęc non eſt à Deo. *In peccato tria reperiūtur.*

Sed difficile eſt videre quomodo Deus ſit cauſa malæ conuerſionis contra virtutem, & non ſit cauſa auerſionis & deformitatis, quæ inde ſequitur: propterea dicunt, quòd de ratione mali moralis eſt, vt à mala & deficiente voluntate procedat; quia morale & liberum ſine voluntate intelligi non poteſt: igitur malum morale à voluntate procedit. Deinde peccare nil aliud eſt, quàm à bono voluntarie deficere; ergo de ratione peccati eſt, quòd à deficiente voluntate procedat, ex quo ſequitur Deum non poſſe eſſe cauſam peccati, aut poſſe peccare, quia non eſt cauſa deficiens, ſed omnium perfectiſſima. Sequitur ſecundo actionem peccati quatenus actio eſt, referendam eſſe in Deum, quatenus vero deficiens, in cauſam deficientem. Tertio ſequitur non eſſe idem concurrere ad actum quatenus procedit ab agente, & quatenus *Ratio peccati in quo cōſiſtit.*
C procedit ab agente deficiente. Sequitur quarto hanc non eſſe bonam conſequentiam, eſt cauſa actus ſecundum ſpeciem; ergo eſt cauſa deformitatis, quæ inde conſequitur; ſed valet iſta, eſt cauſa deficiens huius actus; ergo eſt cauſa defectus, qui inde conſequitur; ratio iſtius eſt, quia deformitas cōſequitur ad actum non prout procedit ab agente, ſed quatenus procedit ab agente deficiente, & ideo non valet iſta conſequentia in ipſo Deo, ſed in libero arbitrio; itaque in cauſis moralibus, naturalibus, & artificioſis, actio tribuitur agenti primo, defectus vero cauſæ mediæ & particulari v.g. cęlum concurrit ad actionem claudicationis, defectus vero illius in tibiam eſt reducendus; ſic etiam artifex concurrit ad ſcripturam, non autem ad deformitatem, quæ prouenit ex mala pręparatione calami.

Et ſi quis diceret, Deus mediante libero arbitrio producit entitatem, cui eſt annexa deformitas peccati: ergo ſe ſolo poteſt producere, quia effectiue concurrit ipſum liberum arbitrium, & quicquid Deus facit cum cauſa ſecunda efficiente, poteſt facere ſe ſolo, & ſic poterit peccare. Dicatur ad hoc illam maximam verificari quando eſt habitudo ſola effectus ad cauſam efficientem; ſed quando eſt habitudo eſſentialis & formalis inter cauſam & effectum nō *Quicquid poteſt Deus cū cauſa ſecūda poteſt ſine illa quo modo gloſatur.*
D verificatur, ſicut comedere dicit intrinſecum ordinem ad animal viuum, quia eſt operatio vitalis, de cuius ratione eſt, quòd procedat à principio vitali intrinſeco, & ideo ſe ſolo Deus nequit comedere, licet ſit cauſa totius entitatis, quæ in comeſtione reperitur, ſic etiam quoniam peccatum dicit ordinem intrinſecum ad cauſam deficientem, Deus peccare non poteſt, ſicut etiam voluntas humana actione meretur, Deus autem non poteſt mereri, ſed quando ſecunda cauſa dicit tantum efficientiam, vt ignis efficienter calefacit aquam, tūc Deus ſine igne poterit aquam calefacere. Verum quia in multiloquio multotiens ſolet eſſe defectus, & quia hęc opinio multa dicit, propterea non eſt mirum ſi aliqua in ea reperiuntur, quæ rationi minime conſonant; nam aſſerere Deum eſſe auctorem malę conuerſionis contra virtutem eſt valde abſurdum, quia ex hoc ſequitur Deum eſſe cauſam mali moralis, præſertim ſecundum hanc opinionem tenētem formale in peccato eſſe conuerſionem contra virtutem. Vlterius ſequitur, quòd Deus hominem moueat ad operandum contra virtutem, quòd eſt contra omnes morales philoſophos, quia opus, quod fit & eſt volitū à Deo, eòipſo eſt conforme diuinę regulæ & virtuti: ergo implicatio contradictionis eſt, Deum mouere contra virtutem.

Propterea reiectis his omnibus dicendum eſt ſecundum rei veritatem ad explicationem *Dilucidatio veritatis.*

difficultatis motæ in peccato duo reperiri, quorũ alterũ vocatur materiale, alterum vero forma- A
le: materiale eſt illa entitas: formale vero eſt inordinatio, quę nõ eſt intrinſeca actui peccati; cũ actus peccati bonus ſit, ſi quidẽ ens, inordinatio vero mala, quinimo ipſa malitia, malitia vero nõ eſt intrinſeca alicui bono, vnde priuatio viſus non eſt de ſubſtãtia oculi, ita etiã inordinatio non eſt eſſentialis actui peccati, & propterea Deus poteſt eſſe cauſa actus peccati, non tamen deformitatis, quę inde conſequitur, quia deformitas non ſequitur ex modo operandi Dei, ſed ex modo operandi creaturę; nam cum Deus concurrit ad actum peccati facit hoc conformiter ad regulam, non ſolum quia eſt ipſe regula, quæ non habet ſuperiorem, ſed quia operatur ſecundum dictamen rectæ rationis, dictat enim recta ratio, quòd primum agens permittat, & non tollat liberum arbitrium, & det ei neceſſaria ad operandum, itaque reſolutio conſiſtit in hoc, quòd licet Deus concurrat ad actum peccati, non tamen concurrit defectuoſe peccando, quia ſi Deus cauſat calorem, cauſat etiam priuationem frigiditatis, & ſi Deus concurrit ad actum fornicationis, concurrit etiam cauſaliter ad priuationem virginitatis, cum ammiſſio virginitatis ex natura rei ſit connexa illi actui, deformitas tamen peccati ſequitur ad illũ actum quatenus proficiſcitur à libero arbitrio deficiente. Et hęc eſt ſententia Beati Augu. in lib. de lib. arb. dicentis, non quæras cauſam peccati extra tuam voluntatem. B

Deus nõ cõcurrit defectuoſe ad operandum.

Cap. 2.

Ex quo ſoluitur illa maxima difficultas, quæ contra hanc veritatem adduci ſolet, quando duo inſeparabiliter ſunt coniuncta, qui vult vnum, conuincitur ad velle alterum; ſed in operationibus moralibus materialis actus peccati, qui eſt entitas, & formalitas peccati, quę eſt ipſa deformitas ſunt inſeparabiliter coniuncta: ergo ſi Deus vult actum peccati, puta entitatem, ex conſequenti vult etiam deformitatem, cum appetens antecedens appetat & conſequens neceſſario illi coniunctum. Ratio hęc concludit in cauſis deficientibus, non autem in Deo, qui eſt perfectiſſimus. Secundo dicitur, quòd etſi Deus concurrat ad actum peccati etiam prouenientem à libero arbitrio deficiente, non tamen defectuoſe peccando. Tertio etiam dici poteſt, quòd actus peccati & inordinatio non inſeparabiliter connectuntur, quatenus actus peccati ex Deo progreditur. Deinde iam clarum eſt apud omnes philoſophos, quòd illa, quæ inſeparabiliter coniunguntur, intellectu & voluntate ſeparari poſſunt, vt experientia eſt apud nos, qui volito antecedente non neceſſario volumus conſequens, etiam quod ipſa conſequentia ſit neceſſaria; nemo enim peccatorum eſt, qui amet ſupplicia gehẽnę ignis, quæ neceſſario ſequũtur ex peccato mortali, quod tamen diligit. C

Quę inſeparabiliter coniungũtur in itellectu poſſunt diſiũgi.

Ex his etiam ſoluuntur principalia argumenta, & primo primum, quod fundabatur ſuper verba Ariſt. quòd poteſt Deus &c. quia verbum illud intelligi debet non de ipſo Deo per naturam, ſed de his, qui dicuntur Dij ſecundum opinionem, vt Dij gentium, vel per participationem, vt homines ſupra humanum modum virtuoſi, quibus attribuitur heroica ſeu diuina virtus. Soluitur & ſecundũ quod deſumitur ex lib. de ſenſ. & ſenſ. quia philoſophus ibi nihil aliud intendebat, niſi quòd illud idem, quod poteſt agere, eſt quod agit & operatur, vt ſi Sortes poteſt fabricare, quia habet artem fabricandi, Sortes etiam aliquando fabricabit, ſed non ſequitur quod quicquid eſt cauſa potentiæ ſit etiam cauſa illius actus, qui egreditur à potentia, niſi quoad poſitiuum & materiale, vt dictum eſt ſæpe ſæpius. Soluitur & tertium quod fundabatur ſuper illa maxima, quicquid eſt cauſa &c. nam illa tunc verificatur quando effectus cauſatus inquantum cauſatus reducitur in cauſam; ſi autem reperitur aliquid aliud in effectu cauſato, quod non reducendum eſt in cauſam; tunc non ſequitur argumentum, vt exemplo res clarificetur conſiderandum eſt, quòd motus tibiæ cauſatur à virtute motiua animalis, quæ tibiam mouet, ſed obliquitas illius motus ſeu deambulationis non prouenit à tibia ſecũdum quod eſt mota à virtute motiua, ſed ſecundum quòd deficit à ſuſcipiendo influxum motiuæ virtutis per ſuum defectum, & ideo claudicatio non cauſatur à virtute motiua, ſic etiam in propoſito liberum arbitrium cauſatur à Deo, & peccatum à libero arbitrio, ſed non prout eſt motum ab ipſo Deo, ſed prout deficit ab ipſo Deo, propterea non ſequitur, quòd ſi Deus eſt cauſa liberi arbitrij, ſit etiam cauſa peccati. Soluitur & poſtremum in quo dicebatur, quòd omnis motus &c. quia omnis motus ſecundum omne illud, quod in eo eſt de actione, reducitur in primum mouentem, quod autem eſt ibi de inordinatione vel deformitate non habet primum mouentem tanquam cauſam, ſed ſolum liberum arbitrium deficiens. Quę omnia latius habentur 1. 2. S. Tho. & 3. contra gentes, & apud Ferrarienſem in eodem libro, vbi diſputat de formali conſtitutiuo ipſius peccati, an ſit poſitiuum vel priuatiuum, & etiam apud Capre. 2. ſent. & apud Caiet. 1. 2. vbi ponit peccatum in duplici genere collocari, & apud Hiero. de la Rua lib. controuerſiarum theologicarum. D

Cap. 1. Idem habetur lib. de ſom. & vig. cap. 1.

Quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati quõ intelligitur.

q. 79. c. 162. cap. 9. diſtin. 35. q. vnica. art. 3. q. 71. artic. 6. contra. 2.

Deus

A *Deus autem videtur cauſa omnibus eſſe, & principium quoddam, &c. Ex prologo.*

An Deus ſit vbique de mente Ariſt.

Dilucidatio decimaquinta.

EXponens hæc verba S.Tho.aſſerit Deum intelligi ab omnibus eſſe de nume
ro cauſarum, & vt quoddam principium rerum,& quia cauſa eſt ſimul cum
cauſato: ſi ergo oẽs res ſunt cauſatæ & principiatę à Deo;ergo erit in omni-
bus rebus, & ſic vbique. Hanc veritatem probauit S.Tho.1.p. ex doctrina q.8.art. 1.
etiam Ariſt.7. phy.quia mouens & motum ſunt ſimul;ſed Deus eſt mouens Tex.13.
B omnia,quia eſt ipſum eſſe per ſuam eſſentiam, à quo omnia pendent in eſſe
& conſeruari:igitur Deus erit in omnibus: non immerito igitur inueſtigan-
da erit à nobis hęc veritas, tum vt excludamus varios errores exortos circa ipſam; tum
etiam, vt videamus quam vim & robur habeat ratio hæc adducta & fundata ſuper doctrina
Ariſt.

Quantum ad primum fuerunt Aliqui, qui dixerunt Deum eſſe vbique per locorum ſpatia
diuiſum,itaquod vna pars eius erat in oriente, & alia in occidente,alia vero in meridie. Sed
hic error eſt intollerabilis,quia ponit Deũ eſſe corpus,cuius tamen oppoſitũ oſtendit philoſo
phus 12.huius: quia eſt omnino ſimplex carens partibus,idcirco vbi erit,totus erit; neque eſt Tex. 30.
ſimplex vt punctus,qui eſt terminus continui,ſed Deus eſt ſimpliciſsimus & indiuiſibilis exi
ſtens extra omne genus. Alius error fuit quorundam exiſtimantium Deum eſſe in omnibus
rebus quaſi mixtum, vnde dicebant omnia eſſe plena Iouis. Qui etiam error facile improba-
tur,quia Deus neque eſt materia,neque forma alicuius, ſed eſt in omnibus per modum cauſæ
agẽtis, & non vt materia, vt ſtultiſſime docuit Dauid de Dinãdo,aut vt principium formale,vt
C voluerunt Almariani,aut vt anima mundi, vt Marcus Varro. Tertius error fuit Pithagorico-
rum aſſerentium Deum eſſe in centro mundi. Hic etiam error facile eliditur ex fundamento
poſito;quia cum Deus ſit cauſa totius mundi,& non tantum centri,idcirco in toto mundo, &
non in centro ſolum reperiri debet,quod autem ſit cauſa totius mundi docet Ariſt.12.huius, Tex.52.
vbi ponit Deum eſſe cauſam ordinis vniuerſi, & ſic omnium naturarum, quę in eo ordinatæ
ſunt;quia cum naturæ ipſæ ex ſe ſint ordinatę,ſi Deus non cauſaret naturas, non poſſet cauſa-
re ordinem, nec poteſt intelligi illum naturarum ordinem cauſari à Deo, niſi cauſando natu-
ras,& 1.politi.voluit Deum feciſſe omnia propter hominem,cui alludit illud,quod ſcripſit 2. Cap.5.
phy.nos eſſe omnium finem,quod proculdubio non eſſet,niſi ipſe Deus tanquam efficiens il- Tex.24.
las res ad nos ordinaret: Docuit etiam 2.rethor.Dæmones eſſe opus Dei,& in 2.de gener. aie- Cap.23.
bat Deum omnia compleuiſſe dando veram æternitatem illis,quæ habere poterant,ceteris ve- Tex. 59.
ro continuam quandam ſucceſsionem veluti diuerſis indiuiduis, & clarius in lib. de mundo
ad Alex.dicebat omnia eſſe Dei opera cælum, terram,animantia &c. & omnibus vitam dare,
regere,& gubernare omnia,ac conſeruare,licet aliqui dicant hunc librum non eſſe Ariſt.gra
D uiſsimi tamen auctores tribuunt Ariſt. ſed quicquid ſit de hoc libro expreſſe habemus 5. hu- Tex.6.
ius, quędam neceſſaria habere cauſam ſuæ neceſsitatis: hęc autem cauſa non eſt niſi Deus be-
nedictus,qui non tantum centri,ſed aliorum etiam omnium eſt effector: peſsime ergo dixerũt
Pithagorici Deum eſſe tantum in centro.

Quartus error fuit aliquorum aſſerentium Deum eſſe in aliqua parte mundi determinata,
puta in primo cælo,& in parte orientis; vnde eſt principium motus cęli: occaſionem ſumpſe-
runt iſti ad hunc errorem perſuadendum ex dicto Ariſt.1. cęli, vbi dicit omnes homines, qui Tex.22.
de Dijs exiſtimationem habẽt & barbari & græci & quicunque putant eſſe Deos, eum locum,
qui ſurſum eſt,eis tribuunt,tanquam videlicet immortali immortale coaptatum ſit,& Auerro.
exponens hunc paſſum dicit, omnes gentes, quæ concedunt Deum eſſe, conueniunt in hoc,
quòd cęlum eſt locus Dei,& aliorum ſpirituum,qui vulgariter dicuntur Angeli. Hic etiam er-
ror excluditur à multis, quia non poteſt eſſe, quòd Deus ſit concluſus in aliqua parte mundi,
Tamen ad bonum ſenſum deduci poteſt & ſubſtineri ſi ſane accipiatur, vt docet S.Tho.8.phy. Lect.22.
quòd Deus,qui eſt primum mouens,dicitur eſſe in aliqua parte ſui mobilis non per determi-
nationem ſuę ſubſtantię, ſed per efficientiam motus: quia ex aliqua parte ſui mobilis incipit

mouere, & ideo potius explicatur eſſe in cęlo, quàm in terra, & in oriente, vnde incipit motus, A
quod non poteſt intelligi ſecundum aliquam affixionem motoris illius ad partem determina
tam mobilis, cum non ſit aliqua pars determinata mobilis ſemper in oriente, ſed quę nunc eſt
in oriente, poſtmodum eſt in occidente, & ſic virtus mouens dicitur eſse in oriente per influē-
tiam motus, & non per determinationem ſuæ ſubſtantię, cum ſit omnium rerum corporearū
& incorporearum principium, & hinc etiam ſpecialiter ſacra ſcriptura docet, quòd Deus ſit in
Cap. vltimo. cęlo iuxta illud Eſaiæ, cęlum mihi ſedes eſt, & in pſal. cęlum cęli domino, verum cum etiam in
infimis corporibus Deus operetur, non ſolum cęleſti corpori, ſed etiam infimis rebus ipſum
immediate adeſſe confiteri neceſse eſt. Vltimus error fuit aliquorum, qui dixerunt Deum eſse
nedum in omnibus rebus, ſed in quibuſdam etiam ſpatijs imaginarijs. Quem errorem non-
diſtin. 37. nulli theologi, vt narrat Dyon. Cartuſi. 1. ſen. ſectantur & etiam recentiores & male; tum quia
Cap. 21. eſt expreſse contra B. Aug. lib. 3. contra Maximum, vbi rogatus ab aliquibus ipſe Aug. vt oſtē-
deret vbinam Deus eſset antequam cōderet vniuerſum, reſpōdet quòd erat in ſeipſo; ex quo
patet, quod nō erat in aliquo ſpatio imaginario. Deinde ſi Deus eſset in ſpatio imaginario; ergo
eſset in nihilo, probatur conſequentia, quia ſpatium illud eſt nihil. Deinde illud ſpatium ſi B
eſt imaginarium, ergo Deus non per realem exiſtentiam eſset ibi, ſed tantum ſecundum ima-
ginationem noſtram; quod abſurdum eſt dicere de Deo.

Et propterea tenendum eſt ſecundum quod dicit S. Tho. quòd Deus eſt vbique per modū
cauſę efficientis. Quæ opinio confirmari poteſt ex multis dictis Ariſt. quorū primum habe-
Cap. 5. tur 1. lib. de parti. animal. vbi laudat Heraclitum, quem cum quidam adijſſent viſendi gratia,
eumque in caſa quadam furnaria caloris gratia ſedentem reperijſſent ſe ipſos ab ingreſſu cohi
buerunt, ille ingredi eos fidenter iuſſit dicens, nec illi loco Deum deeſſe immortalem; ſi er-
go Ariſt. laudat iſtam ſententiam, ergo & ipſe eſt huius opinionis, Deum nedum eſſe in cęlo,
vt aliqui arbitrantur de mente eius, ſed in omnibus rebus etiam infimis. Secundum dictum
Tex. 52. ſumitur ex 12. huius, vbi ponit ipſum Deum eſſe finem omnium, & etiam efficientem, cum
ſit cauſa vniuerſi, & quia cauſa eſt ſimul cum cauſato; propterea neceſſario ſequitur nedum
Tex. 4. eſſe in primo cælo, ſed in omnibus mundi partibus. Tertium dictum habetur 2. huius, vbi
Lect. 1. etiam ponit Deum eſſe cauſam omnis entis & omnis veri, quod etiam 6. huius latius oſtendit
S. Tho. Deum nedum eſſe cauſam rerum quoad moueri, ſed etiam quoad ſubſtantiam ipſa- C
rum; & cum cauſa agens ſit ſimul cum ſuo effectu proximo & immediato, & in qualibet re ſit
aliquis effectus proximus & immediatus ipſius Dei, ſicuti in rebus corporalibus eſt prima
materia, quæ immediate producitur à Deo per creationem; in rebus autem incorporeis eſt
etiam earum ſimplex eſſentia immediate etiam à Deo producta: igitur oportet Deum ſimul
adeſſe in omnibus rebus, pręſertim cum ea, quæ de non eſſe ad eſſe produxit, continuo & ſem
Cap. 21. per in eſſe conſeruet, & hoc eſt, quod oſtendit etiā Ierem. Propheta, cęlum & terram ego im-
pleo, & Dauid in pſalmis, ſi aſcendero in cęlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades.

Cap. 23. Hoc etiam voluit Alex. Aphrondi. in 2. de anima, vbi oſtendit intellectum agentem, quem
Tex. 40. ipſe dixit eſſe Deum, vbique reperiri. Sic Philop. 1. de anima, vbi narrat opinionem Alexan
Comm. 84. dri aſſerens ipſum, eiuſque ſequaces dixiſſe Deum eſſe vbique. Simplicius quoque 8. phyſi.
diſputans de loco Dei aſſerit, quòd, cum Deus ſit impartibilis & ſeparatus à corpore munda-
no & per ſe perfectus, recte dicendum eſt ipſum vbique operari aut nullibi; & infra aſſerit
Tex. 89. Deum ex Ariſt. & Platone omnia continere vinculo ſuæ voluntatis, quod vinculum firmius
Cap. 8. eſt, quàm natura earundem rerum. Themiſtius quoque in paraphraſi 12. huius ſcribens de D
loco Dei ait, Deum veſtire omnia non vt veſtis, quę extrinſecus tantum tangit rem, ſed intrin-
q. 8. art. 1. ſecus, vt totum tangit totum, quod eſt idem, quod docuit S. Tho. 1. p. quòd Deus eſt in omni
bus rebus intime, quia Deus cauſat eſſe, quod eſt intimum cuilibet, & profundius omnibus
eſt, cum ſit formale reſpectu omnium, quæ ſunt in rebus. Aliud etiā dictum habetur ab Ariſt.
Cap. 1. 1. metheo. vbi quærit rationem, cur cœlum in orbem voluitur, reſpondet quia vult imitari
Deum, nam ſicut diuinus intellectus veluti architectus nullum locum ſuę ſubſtantiæ in domo
habet conſtitutum, ſic cęlum nullum locum vniuerſi ſibi determinat ſecundum totum; quia
Cap. 6. eſt vbique ſecundum partes; ita Deus eſt vbique, licet non eodem modo, quod etiam Iamblicus
de myſterijs Ægyptiorum fuſius probat.

Quoad ſecundum videndum eſt quam vim habeat ratio adducta à S. Tho. Deus mouet om
nia ad ſuas operationes: ergo Deus eſt in omnibus rebus: probabat cōſequentiam, quia mo-
Tex. 8. uens & motum ſunt ſimul ex Ariſt. 7. phy. Scotus namque nititur labefactare rationem iſtam
diſt. 2. q. 6. 2. ſent. vbi diſputat de loco Angelorum, an locentur per ſubſtantiam, an per operationem, vel
per applicationem qualitercunque ad locum; & aſſerit ibi S. Tho. ſibi contradicere, ex iſta

ratione

A ratione mouens eſt ſimul cum moto, Deus eſt primum mouens : ergo mouet omnia, & ſic eſt pręſens in omnibus. Quæro inquit Scotus, quid intendit per iſtam rationem concludere, aut eſſe præſentem omnibus, hoc eſt mouentem, & tunc eſt petitio principij, quia idẽ eſt præmiſſa & concluſio, & nihil ad propoſitum ; quia ibi intendit concludere immenſitatem Dei, ſecundum quam Deus eſt præſens omnibus ; aut intendit concludere illam præſentiam, quæ competit Deo inquantum eſt immenſus, & tunc ex operatione ſequitur præſentia illa, quæ pertinet ad immenſitatem diuinam, quæ eſt Dei inquantum Dei, itaquòd prius naturaliter erit præſens inquantum immenſus, quàm inquantum operans, & hoc concluditur ex hoc, quòd eſt in omnibus per operationem, ſicut ex poſteriori; & ſic à ſimili in propoſito prius naturaliter Angelus eſt præſens alicui loco ſecundum ſubſtantiam, quàm ſit præſens ſecundum operationẽ, cuius tamen oppoſitum vult ipſe S.Th.1.p. vbi docet Angelum eſſe in loco per operationem. q.52.art.1.

Deinde illa propoſitio Ariſto. nempe mouens & motum ſunt ſimul, ſupra qua fundatur tota hæc doctrina, patitur plurimus calumnias; & in primis videmus, quòd ſol agit in iſta inferiora calefaciendo & producendo metalla & multos lapides prætioſos penetrando vſque ad viſcera terræ, & tamen ipſe ſol eſt in quarto cęlo, & non eſt ſimul cum rebus iſtis productis

B ab eo: igitur non ſemper propoſitio illa eſt vera, mouens & motum ſunt ſimul. Secundo videmus de piſciculo illo, qui dicitur Torpedo, hic enim facit obſtupeſcere manus piſcatoris, & tamẽ eſt diſtans ab ipſo piſcatore: vnde Alber. narrat lib.24. de animalibus quandam extremitatem digiti leuiter ipſum attigiſſe, & ipſius brachium ita fuiſſe obſtupefactum, vt per dimidium annum loturis calidis & unguentis vix ſenſum receperit; & Ariſt. lib.9. de hiſtoria animal. expreſſe habet, quòd piſcis cum diſtantia facit obſtupeſcere : ergo non ſemper mouens & motum ſunt ſimul. Tertio Auicen. lib. de imaginib. aſſerit faſcinatores nocere animalibus diſtantibus : ergo non ſemper mouens & motum ſunt ſimul. Quarto magnes trahit ferrum diſtans ab eo : ergo mouens & motum non oportet ſemper eſſe ſimul : patet ergo doctrinam iſtam fundatam ſupra hanc propoſitionem non eſſe vndequaque veram. Cap.37. Cap.5.

Pro ſolutione harum difficultatum ſciendum eſt, diſcordiam eſſe inter Scotum & S.Tho. in hac materia, quia Scotus arbitratur Deum eſſe præſentem omnibus rebus ratione immenſitatis, vt patet 1.ſenten. S. Tho. voluit Deum eſſe pręſentem rebus ratione operationis & per

C modum cauſæ efficientis ; vt patet ex ratione adducta ab ipſo 1.p. inquit enim, vbicunq; operatur aliquid, ibi eſt ; ſed Deus operatur in omnibus, iuxta illud Eſaiæ, omnia opera noſtra operatus es in nobis domine : igitur Deus eſt in omnibus rebus. Et quòd opinio hæc ſit verior & rationabilior patet ex communi conſenſu omnium doctorum, pręſertim Gregorij in canticis canticorum aſſerentis, Deum eſſe in omnibus rebus præſentia, potentia, & ſubſtantia, & hoc ad excludendum tres impios errores, quorum primus fuit Manichęorum dicentium tantummodo ſpiritualia & incorporalia ſubdi diuinæ poteſtati, viſibilia vero & corporalia eſſe ſubiecta poteſtati principij contrarij. Contra iſtum errorem dicitur, quòd Deus eſt in omnibus per potentiam. Secundus error fuit Auer. 12. huius volentis Deum non habere cognitionem nec prouidentiam de his inferioribus, & in perſona huius ſcribitur Iob, circa cardines cęli perambulat nec noſtra conſiderat. Contra quem errorem ponitur Deum eſſe in omnibus per præſentiam penetratiuam, ſcilicet omnium & ſingulorum ſuo intuitu. Tertius error fuit Auicen. ponentis non omnia eſſe à Deo creata immediate, ſed tantum primã creaturã, & ab illa aliam, & ſic de ceteris. Contra quem dicitur Deum eſſe pręſentem in omnibus per diſtin. 37. q. vnica. q.8.art.1. Cap.26. Comm.52. Cap.22.

D eſſentiam, ideſt immediate immediatione ſuppoſiti ; quia in qualibet re eſt aliquid creatum à Deo immediate ; ponendo igitur Deum eſſe præſentem in omnibus per modum cauſæ agentis & operis facilius excluduntur iſti errores, quàm ponendo ipſum eſſe præſentem per modũ immenſitatis, vt docet Scotus, quem in hac parte nonnulli recentiores ſectantur, & male relinquendo Doctorem Angelicum.

Secundo eſt notandum, quòd aliquis poteſt eſſe præſens alicui dupliciter : primo circumſcriptiue : Secundo diffinitiue. primo modo dicit commenſurationem partium quantitatiuarum ipſius tamquam locati ad partes loci. Secundo vero dicit limitationem vel determinationem ad locum, ideſt eſſe ita hic, quòd non alibi, & hoc etiam intelligi poteſt dupliciter; vno modo quòd ſit pręſens ſecundum pręſentiam ſubſtantialem : alio modo quòd ſit pręſens ſecundum præſentiam cauſalem : præſentia ſubſtantialis eſt relatio quædam, qua ſubſtantia indiuiſibilis eſt pręſens ita huic loco, quòd non alij, poſito quòd nulla cauſalitas exerceatur ab illa ſubſtantia in illo loco. Pręſentia cauſalis triplex eſſe poteſt. prima ipſius ordinis, quę eſt inter agens & patiens, quando ſunt in potentia proxima excluſis impedimentis: ſecunda dicitur approximationis, & hæc eſt relatio, quæ ordine naturæ antecedit operationem: tertia dicitur pręſentia eſt multiplex.

 tur pręſ-

tur præſentia operationis, quæ eſt relatio agentis ad paſſum immediate atque inſeparabilis ab operatione, & hæc triplex præſentia manifeſtari poteſt in quolibet agente. v.g. ſcriptor eſt præſens pręſentia ordinis ad ſcribendum excluſis omnibus impedimentis, deinde efficitur pręſens pręſentia approximationis, quando eſt propinquus papiro vt ſcribat, tertio fit pręſens ſecundum actualem operationem, quando actu ſcribit. modo non eſt ſermo, niſi de hac vltima pręſentia, ſecundum quam Deus operando producit res; alię præſentię creaturis potius conueniunt, vt pręſentia circumſcriptiua creaturis corporalibus, ſubſtantialis vero ſpiritualibus, licet hęc pręſentia ſubſtantialis non detur ſeparata à pręſentia operis. A

Diſtantia eſt quatruplex.

Tertio eſt notandum, quòd diſtantia eſt quatruplex; quædam ſitualis, qua agens & paſſum collocantur in diuerſis ſitibus, vt ignis calefaciens, & lignum calefactum, hæc dicuntur diſtare diſtantia ſitus, quia non in eodem ſitu, ſed diuerſis collocantur, & ſic de omnibus corporalibus. Alia eſt diſtãtia naturalis, quæ eſt inter diſsimiles naturas, qua diſtãtia diſtat Deus à creaturis, quia ipſe eſt ſuper omnia per excellentiam ſuæ naturæ. Tertia eſt diſtantia virtualis, qua aliquod agens diſtat ab aliquo paſſo, quia inter illud agens & paſſum mediant aliæ virtutes, quo pacto dicitur, quòd ſol & homo generant hominem. Quarta diſtãtia dicitur ſuppoſitalis, B & eſt illa, qua inter duo ſuppoſita puta inter Sortem & Platonem mediant alia ſuppoſita vtputa Socrates & Callias; Et ſicuti datur quadruplex diſtantia, ita poterit dari quatruplex coniunctio ſaltim per intellectum. Prima quando duo corpora eſſent in eodem ſitu. Secũda quando duę naturæ conueniunt in eadem ſpecie, vt ſunt omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei. Tertia quãdo agens ſecũdum virtutem ſine alia media virtute operatur in paſſum. Quarta quando inter ſuppoſitum & effectum productum ab eo nullum aliud ſuppoſitũ mediat, quo pacto ad propoſitum noſtrum dicimus Deum eſſe immediate immediatione ſuppoſiti in omnibus rebus, quia omnia agit immediate quoad aliquid requiſitum in illis, nempe in materialibus primam ipſam materiam, & in ſeparatis ipſam ſubſtantiam, & quia de hoc agente immediate locutus eſt Ariſt. propterea dixit oportet ſimul eſſe cum moto; quam propoſitionem probauit in motu locali, alterationis, augumẽti, & decrementi, in omnibus enim iſtis mouens & motum ſunt ſimul immediate immediatione ſuppoſiti, quia nullum ſuppoſitum inter ea mediat, propterea non diſtant.

Dilucidatio quæſiti.

Iſtis ſtantibus reſpondetur modo ad argumenta Scoti, & ad primum, in quo quærit quid intendat concludere S. Tho. per rationem ſuam adductam, dicitur, quòd intentio ſua eſt concludere Deum eſſe in omnibus, & eſse omnibus pręſentem, ideſt habere habitudinem ſimultatis & pręſentię mouentis immediati ad res creatas; & quando dicit, quòd eſt petitio principij, quia idem eſt pręmiſsa & concluſio, negatur hoc, quia non idem concluditur quod pręmittitur; pręmittitur enim, quòd Deus mouet omnes res, concluditur tamen relationẽ ineſse omnibus, quę relatio comitatur talem motionem, & eſt argumentum ſimile, vt ſiquis diceret, Sortes generauit filium ſuum puta Socratem: ergo Sortes eſt pater Socratis, patet enim in hoc argumento nullam petitionem principij committi. Secundo dicitur, quòd hoc argumentum poteſt eſse à priori, tanquam à ratione alicuius rei, quia Deum operari in omnibus eſt ratio, quòd ſit in omnibus immediate immediatione ſuppoſiti: non enim ex eo, quòd eſt in rebus, operatur in rebus, ſed potius econtra, ex hoc, quòd ipſe Deus producit res, eſt in rebus, quia operatio Dei in rebus eſt productio illarum & conſeruatio: vnde valet argumentum, omne producens aliquid immediate immediatione ſuppoſiti eſt in eo per modum producẽtis, agẽtis, & operantis; ſed Deus producit omnia immediate immediatione ſuppoſiti: ergo eſt in omnibus ſic. C D

Efficacia rationis S. Th.

Ad argumentum de Sole, quòd eſt in quarto cęlo dicimus non eſse parem rationem, quia Sol agit in orbes medios & vſque ad viſcera terrę mediante lumine, quo producit varios effectus, ideo non eſt ad propoſitum reſpectu Dei, qui non mediante aliqua creatura producit res. Et ſi dicis, ſagitta recedens à ſagittante mouetur ab eo, & tamen ſagittans non eſt ſimul cum ipſa ſagitta mota. Dicitur ad hoc, quòd licet ſagittans non ſit ſimul ſecundum quantitatem cum ſagitta per totum motum, eſt tamen ſimul in principio motus, & hoc ſufficit; tunc enim eſt mouens immediatum ſimul cum moto, cum autem receſserit à ſagittante, tunc mouens immediatum non eſt ſagittans, ſed aliqua pars aeris mota. Ad ſecundam inſtantiam de piſciculo, dicitur, quòd eſt eadem qualitas in manu piſcatoris & in retibus, ſed non idem operatur, manum enim obſtupefacit, non autem retia, quia agit media quadam qualitate, qua afficit manum & non retia, & ſic non eſt eadem ratio de Deo, qui immediate producit res, quibus eſt pręſens, vt dictum eſt. Sic ſoluitur & tertium, quia homo per imaginationem agit quibuſdam ſpiritibus exiſtentibus in organo, per quos fit celeris immutatio par-

Sol agit in inferiora medio lumine.

Torpedo quõ obſtupefacit manũ piſcatoris.

A partium corporis; agit etiam per quoſdam vapores nociuos egredientes per oculos in aerem,
& aer nocet aliis, ſicuti homines peſtę tacti nocent alijs etiam diſtantibus, hoc tamen fit per
immutationem medij. Ad vltimum dicitur, quòd ad magnetem ferrum mouetur tan-
quam ad finem propter conuenientiam, quam habet cum eo, ſed ipſa non monet, ſed alia mo-
uentur ad ipſam: ex his patet, ꝙ nulla iſtarum inſtantiarum eſt ad propoſitum, quia omnes lo-
quuntur de his, quę medio aliquo operantur, Deus autē immediate operatur in omnibus pro
pterea eſt in oībus. Quam veritatem alijs rationibus cōfirmare poſſumus; & primo ſic, Deum
eſſe vbique eſt perfectio ſimpliciter, vt oſtendit Albertus Magnus 1. ſent. ex hoc, quia locum distin. 37.
continere locatū dicit perfectionem, tamen cum imperfectione adiunctā, nempe quia vnus lo
cus non poteſt continere multa corpora: igitur detracta hac imperfectione illud eſt perfectio
ſimpliciter; & cum in Deo glorioſo ſint omnes perfectiones rerum, vt docet Ariſt. 5. huius; & Tex. 21.
Auer. aſſerit, quòd eſt diſpoſitio primi principij ſcilicet Dei, quòd ſit ſimpliciter perfectum,
igitur hoc non eſt denegandum ab ipſo Deo; & ſic de primo ad vltimum ſequitur ipſum eſſe
vbique immediate immediatione ſuppoſiti, vt declaratum eſt.

B Et ſi quis diceret, quòd agens quanto eſt virtuoſius, tanto ad magis diſtans procedit eius
actio; ſed Deus eſt virtuoſiſſimum agens, cum ſit infinitum: igitur actio eius pertingit ad res
diſtantiſſimas, & ſic non oportet vt ſit vbique, & hanc rationem videtur tangere Auer. 2. de Comm. 59.
gener. vbi Ariſt. ait, entia noſtra hęc, quoniam valde diſtāt à primo principio, non poſſunt eſſe
ęterna. Sed facile ſoluitur attendendo ad fundamenta ſuperius poſita; concludit enim ratio
hęc de illo agente, quod operatur per media, Deus autem non per aliquod medium, ſed per ſe Deus immediate operatur aliqua in rebus.
ipſum operatur in omnibus quoad aliqua, vt dictum eſt, quia in rebus materialibus immedia-
te producit materiam, in ſpiritualibus autem ſubſtantiam, propterea ad maximam virtutem
eius ſpectat, quòd ſit in omnibus immediate, & nihil diſtet ab eo, quaſi illud in ſe non habeat
Deum, nec ſuffragantur Auerroi verba Ariſt. quia ibi non eſt ſermo de diſtantia loci, ſed de di
ſtantia in natura, hoc enim pacto res dicuntur diſtare à Deo per diſſimilitudinem naturę vel
gratię, & propterea dicitur, quòd eſt ſuper omnia per excellentiam ſuæ naturę, vt habetur in
ſacris literis, excelſus ſuper omnes gentes dominus, & ſuper cælos gloria eius, cum hoc tamen Pſal. 112.
ſtat, quòd ſit in omnibus tanquam creans eſſe omnium.

C Secundo adducitur talis ratio ab eodem Alberto in ſumma ſua tractatu 18. Deus eſt quo quæſt. 70.
melius cogitari non poteſt: igitur eſt in omnibus rebus & vbique, conſequentia probatur,
quia Deum habere in ſe omnia, & eſſe in ſe, & agere mediate & immediate, & eſſe in omni-
bus immediatione ſuppoſiti eſt maius, quàm eſſe tantum vnum: igitur tribuendum eſt ipſi
Deo. Et ſi dicis, illud, quod eſt in rebus, continetur ab eis, at Deus non continetur à rebus, ſed
potius econtra ipſe continet res: non igitur eſt vera hęc ſententia, quòd Deus ſit in rebus om-
nibus, ſed potius contraria, quòd res omnes ſint in ipſo. Dicendum eſt ad hoc, quòd licet cor- Spirituale continet & non cōtinetur.
poralia dicantur eſſe in aliquo ſicut in continente, ſpiritualia tamen continent ea, in quibus
ſunt, veluti anima dicitur continere corpus, quia conſeruat ipſum, Deus quoque dicitur eſſe in
rebus ſicut continens res, licet alio modo, quàm anima, & per quandam etiam ſimilitudinem
corporalium, omnia dicuntur eſſe in Deo inquantum continentur ab ipſo.

Tertio probat Dioniſius Cartuſ. 1. ſent. eandem veritatem, quia eſſentia Dei, virtus, & ope- diſt. 37. q. 1.
ratio ſunt idem; ſed operatio Dei eſt in omnibus rebus & vbique, igitur & ipſe Deus: hęc enim
ratio concludit etiam de immediatione ſuppoſiti; quia & ſi Deus ſit in omnibus rebus vt dans
D eis eſſe, virtutem, & operationem, eſt etiam immediate creans eſſe omnium, vt dictum eſt.

Quarto probatur ab alijs ſic, ſi enim eſſet corpus infinitum repleret omnia loca, ergo pa-
ri ratione cum Deus ſit immenſus & infinitus: erit in omnibus & vbique, hanc ratio-
nem videtur tangere beatus Anſelmus lib. proſolog. quia ſicut ſe habet ęternitas ad quamcun- Cap. 18.
que durationem, ita immenſitas Dei ad quācunque creatam eſſentiam; ſed ęternitas, quia eſt
infinita coexiſtit omni durationi; igitur & immenſitas Dei eſt in omni re creata. Sed quæreret
aliquis quomodo Deus replet omnia, cum non ſit corpus infinitum. Reſpondetur, quòd Deus replet locum effectiue.
Deus diuerſimode dicitur replere locum quàm corpus; corpus enim replet locum circumſcri-
ptiue per hoc, quòd non compatitur ſecum aliud corpus, Deus autem dicitur replere omnem
locum bonitatibus & effectibus ſuis; Angelus vero dicitur replere locum, quia eſt in ipſo dif-
finitiuè & per operationem.

Quinto confirmant eandem ſententiam alij hoc pacto, quia ſi Deus non eſſet in omnibus
rebus & vbique, vel hoc eſſet, quia nōn poſſet, vel quia non vellet, vel quia ignoraret; ſed nullo
iſtorum modorum dici poteſt: igitur Deus erit in omnibus & vbique; probatur minor, quia ſi
nō poſſet eſſe vbique, tunc eſſet impotēs; ſi non vellet, ergo ſi vellet erit vbique, non quia igno

rat,

rat,quia ipſe eſt purum intelligere & cognoſcere, & omnia vnico intuitu circumſpicit. Et ſi A
dicis,hoc videtur ſibi conuenire ex propria natura, vt non ſit vbique, quia cum ſit ſumma lux
Cap.6. non erit in tenebris, vt Apoſtolus 2.ad Corinth.etiam ſcripſit, quæ conuentio lucis ad tene-
bras ? & cum aliquæ creaturæ ſint tenebræ, præſertim Dęmones & peccatores, ſaltem in eis
non erit. Sed dicendum ad hoc, quòd in Dęmonibus & peccatoribus duo conſideranda ve-
niunt:alterum quod eſt natura ipſorum, quæ quidem non eſt niſi à Deo:alterum vero eſt de-
formitas culpę ſeu peccatum ipſum,& hoc à Deo non eſt, propterea abſolute non eſt conce-
dendum Deum eſſe in Dæmonibus & peccatoribus, niſi prout ſunt quędam res createę, in re-
bus autem,quæ non nominant naturam deformatam,abſolute conceditur Deum eſse, vt ha-
betur ſapientiæ,attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, & in actis
Cap.8. Apoſtolorum,in ipſo viuimus, mouemur,& ſumus : quam etiam ſententiam docuit Cyrillus
Cap.17. lib.2.theſauri,& Aug.7.de ciui. & Ambroſius lib. 1. de ſpiritu ſancto, vbi probat ſpiritum
Cap.30. ſanctum eſse Deum,quia eſt vbique.

Et ſi quis diceret, quòd, cum Deus totus ſit in cęlo, non erit extra cęlum, & ſic non
in alijs rebus; conſequentia patet, quia quod eſt totum alicubi,nihil eius eſt extra locum il- B
lum; Deus autem cum ſit impartibilis & non habeat partes vbi eſt, totus eſt. Reſpon-
Totum duplex quantitatis & eſſentiæ. detur, quòd illi, qui ita argumentantur, decipiuntur non diſtinguendo de toto, quod
duplex eſt: alterum totalitate quantitatis vt linea, ſuperficies,& corpus & de hoc concludit
argumentum, quia quantitas huius totius commenſuratur illi loco in quo exiſtit,& ideo hoc
totum vbi eſt,nihil eius eſt extra illum locum. Sed eſt aliud totum,quod dicitur ſecundum to
talitatem eſsentię, & hoc tale non commenſuratur totalitate loci,& quod eſt totum hac tota-
litate non oportet,vt ſi eſt in aliquo loco,nullo modo ſit extra illum, quemadmodum eſt ani-
ma noſtra,quę eſt quoddam totum totalitate eſsentię & reperitur tota in toto corpore,& tota
in qualibet parte corporis: vnde non ſequitur,anima eſt tota in corde : ergo non erit in cere-
bro,quia non eſt tota totalitate quantitatis, ſed totalitate eſsentię, & ideo poterit eſse tota in
Proprium eſt Dei vt primo & per ſe ſit vbique. corde & tota in cerebro, ſic etiam & Deus totus eſt in omnibus rebus, & totus in ſingulis,
immo eſt proprium eius, vt primo & per ſe ſit in omnibus: dico primum, quod eſt ſecun-
dum ſe totum,ſi quid enim eſset vbique ſecundum diuerſas partes in diuerſis locis exiſtens
non eſset primo vbique,quia quod conuenit alicui ratione partis ſuæ non conuenit ei primo, C
Tex.1. vt latius ſcripſit Ariſt. 5.phyſi.ſicuti ſi homo dicitur percutere, quia manus eius percutit, vel
ſi homo eſt albus dente,albedo non conuenit primo homini,ſed denti, eſse autem vbique per
ſe dico illud, cui non conuenit, eſse vbique per accidens propter aliquam ſuppoſitionem
factam, quia ſic granum milij eſset vbique ſuppoſito,quòd nullum aliud corpus eſset: per ſe
ergo conuenit eſse vbique alicui quando tale eſt,quòd qualibet poſitione facta, ſequitur illud
eſse vbique, & hoc proprie conuenit Deo, quia quotcumque loca ponantur,etiam ſi infinita
ponantur præter iſta, quæ ſunt, oporteret in omnibus eſse Deum, quia nihil poteſt eſse niſi
ipſum;ſic ergo eſse vbique primo & per ſe cõuenit Deo, & eſt proprium eius, nam quotcum-
que loca ponantur oportet in quolibet illorum ipſum eſse non ſecundum partem, ſed ſecun-
Tex.1. dum ſeipſum,& licet vniuerſum ſit quoddam totum corpus perfectum, vt probat Ariſt. 1.cæ-
li; ſed totum vniuerſum eſt vbique,quia extra ipſum nullus locus eſt;non ex hoc tamen ſequi-
tur Deo non conuenire primo & per ſe non eſse vbique & in omnibus rebus, quandoquidem
totum corpus vniuerſi eſt vbique ſed non primo, quia non totum eſt in quolibet loco, ſed ſe-
cundum ſuas partes;nec iterum per ſe, quia ſi ponerentur aliqua, alia loca non eſset in eis,& D
ſic etiam dicendum eſset de corpore infinito ſi daretur,quia illud tale non eſset vbique primo
& per ſe,ſed ſecundum ſuas partes,pariformiter ſi ſolum eſset vnum animal in mundo anima
eius eſset vbique non primo ſed per accidens. Ex his ergo omnibus patet ſolutio ad totum
quæſitum & ad obiectiones,quæ contra hãc veritatem fieri poſsent de præſentia Dei glorioſi,
cui laus ſit ſemper,qui ad finem huius primi libri nos perduxit.

FINIS.

DILVCIDATIO PRIMA,

In ſecundum Librum Metaphyſicæ.

Quare ſic videtur habere, vt prouerbialiter dicimus, in foribus quis delinquet? &c. Tex. 1.

Num prima principia complexa ſint nobis naturaliter cognita.

C AD hanc controuerſiam cum diſtinctione nonnulli reſpondent dicẽdo, quòd aliqua ſunt principia per ſe nota, quæ ſunt communia omnibus, vel pluribus ſcientijs, ſicut non connenit ſimul eſſe, & non eſſe: & de quolibet eſt affirmatio vel negatio vera. Alia ſunt principia, quæ non ſunt communia omnibus vel pluribus, ſed in vna ſcientia tantum, ſicut in naturali, quòd natura agit propter finem, & in geometria ſi ab æqualibus ęqualia demas, quæ remanẽt ſunt ęqualia: tunc dicunt iſti, quòd dictum Ari. intelligitur de principijs primo modo ſumptis: quia illa principia ſunt complexa & per ſe nota in omnibus ſcientijs, & ſunt habita & cognita naturaliter à nobis per lumen intellectus agentis: vnde intellectus eis adhęret, ſed de principijs ſecundis, quæ ſunt tantum in vna ſcientia nota, non eſt verum dictum philoſophi, quòd ſint naturaliter nota: & declarant hoc exemplo: quia ſenſus primo mouetur ab aliquo ſimplici non complexo, & à ſenſu moto mouetur intellectus, & intelligit ſimplicia, quorum ſimplicium intellectione ſequitur alius actus intellectus, qui eſt cõponere ſimplicia adinuicem, poſt D autem illam compoſitionem intellectus ex lumine naturali aſſentit veritati complexorum, & ſic illa complexa dicuntur prima principia, & ſunt cognita nobis naturaliter: quia præſcita compoſitione ſimplicium terminorum ſtatim ex lumine naturali intellectus acquieſcit, vel adhæret illi veritati, tamen cognitio terminorum acquiritur ex ſenſibilibus, & iſte intellectus dicitur habitus principiorum, quo adhęret primis principijs.

Interpretatio verborũ Ariſt. ex ſentẽtia aliquorum.

Sed circa hoc dupliciter errant. Primo, quia male interpretantur dictum Commentatoris: habet enim Commentator interpretando verba Ariſt. quòd ſpeculatio de veritate eſt tum difficilis, tum facilis, in quolibet genere entium ſunt aliqua reſpectu eorum, quaſi ianua domus reſpectu domus, in hoc quod non latet aliquem, ſicut locus forium domus non latet aliquem & iſta ſunt prima cognita naturaliter habita à nobis in quolibet genere entium: Hęc verba, in quolibet genere entium, oſtendunt Auerroem non loquutum de principijs communibus, ſed de omnibus principijs cuiuslibet ſcientię. Secundo errant, quia ſi principia complexa ſunt nobis naturaliter cognita pręſcita compoſitione ſimplicium terminorum; ſequitur quòd omnes propoſitiones per ſe & neceſſarię reſpectu quarumcunque ſcientiarum ſunt naturaliter nobis cognitę: puta iſta, homo eſt animal, homo eſt riſibilis, punctus eſt indiuiſibilis, & linea eſt longitudo,

Refellitur ſententia aliquorum.

Egregia huius opinionis cõfirmatio.

gitudo, & ſic de alijs: probatur conſequentia per dictum ipſorum, quia illa ſunt nobis naturaliter cognita, quorum terminorum præſcita compoſitione, intellectus ex lumine ſuo naturali eis aſſentiet; ſed cognitis terminis propoſitionum per ſe, & neceſſariarum, & facta compoſitione ipſorum terminorum, eis intellectus aſſentit: ergo omnes iſtæ propoſitiones neceſſariç & per ſe ſunt naturaliter cognitæ. Præterea ſequeretur, quòd illa, quç ſunt cognita naturç, eſſent etiam nobis nota, contra Ariſt. 1. phyſicorum, vbi habet, non eadem eſſe nota nobis & naturç, conſequentia probatur, quia illa dicuntur nota naturç, quæ ſeipſis cognita ſunt, & ſunt maxime in actu, prima principia ſunt maxime in actu, & cognitis eorum terminis ſtatim eis intellectus aſsentit contra Platonem: ergo eadem erunt nobis nota & naturç. A

Tex. 2.

Tex. 4. Rationes Platonis.

Præterea intentio Commentatoris hic eſt conformis Ariſto. 1. poſteriorum aduerſus Platonem, qui poſuit omnes habitus intellectuales nobis naturaliter ineſse, motus quibuſdam friuolis rationibus: quia natura non minus eſt ſollicita de homine, quàm de alijs animalibus, immo magis de homine, cũ ſit ens perfectius; ſed alijs animalibus natura ipſa tribuit naturalem inclinationem & induſtriam ſufficientem abſque doctrina & inuentione aliquorum: ergo & homini largita eſt perfectam cognitionem de omnibus, licet propter imperfectionem potentiarum à principio ſit impedita. Item agens perfectiſſimum non producit effectum ſuũ imperfectum: imperfectio enim effectus atteſtatur imperfectioni agentis: ſed Deus eſt agens perfectiſſimum, vt patet ex Ariſto. 5. metaphyſices, ergo produxit effectum ſuum, puta animã intellectiuam noſtram perfectam & informatam omnibus habitibus practicis & ſpeculatiuis. Rurſus potentia indeterminata ad oppoſita eget habitu determinante & inclinante eam ad alterum oppoſitorum; ſed anima intellectiua eſt veluti potentia quędam indeterminata ad oppoſita: ergo indiget habitu primorum principiorum, vt aſsentiatur concluſionibus, non enim propter aliud debet poni habitus principiorũ, niſi vt aſsentiat concluſionibus, ſed ex ſe aſſentitur concluſionibus & principiis: ergo in ſe habet hęc omnia. Ponit etiam quandam ſimilitudinem de intellectu noſtro, & Domino quęrente ſeruum fugitiuum ignotum ſed manifeſtum eſt, quòd ſi Dominus non cognoſceret illum ſeruum, non magis caperet illum, quàm alium: ergo auditis primis principijs, niſi eorum veritas à principio habeatur, intellectus non magis aſsentiretur eis, quàm oppoſitis eorum. B

Tex. 21.

Exemplum Platonis de ſeruo fugitiuo.

Tex. 4. Tex. 5.

Hanc opinionem improbat Ariſto. tum 1. poſteriorũ, tum etiam & 4. huius: quia eſt inconueniens habere habitum firmum alicuius ſcientiæ, & non poſse exercere cognitionem proportionatam illi habitui, ſed intellectus noſter ante addiſcere non poteſt habere cognitionem concluſionũ: quia ipſis præſentatis non neceſſario aſsentimur: ergo habitus principiorũ non præfuit. Arguit etiam philoſophus, quia ſi in ſenſu non præexiſtit habitus, ergo nec in intellectu: hoc enim patet à ſimili, quia nunquam exiret de potentia in actum, niſi obiecto præſente, ſic etiam nec intellectus, quoniã neceſse eſt phantaſmata ſpeculari 3. de anima, & tamen ſi haberet habitum ſcientiarum in ſe, exire poſſet ad libitum. Ad hanc opinionẽ alludit Auer. in prædictis verbis confirmando opinionem ſui magiſtri Ariſto. C

Tex. 39.

Soluuntur rationes Plat.

Natura non ſemper facit pfectiſſimũ in ſummo gradu.

Rationes Platonis non cogunt, & præcipue prima: quia natura ſi dat alijs animalibus induſtriam & cognitionem ſufficiẽtem, hoc ideo eſt; quia illa ſunt neceſſaria ad vitam eorum, cum ergo alia animalia non ſint nata acquirere ipſam cognitionem: ideo oportuit, vt natura eis tribueret: nobis autem non fuit neceſſarium, quia apti nati ſumus addiſcere per doctrinam, & inuentionem: non enim ſemper natura facit perfectiſsimum in ſummo gradu, quia non dat apibus mel, ſed per cognitionem ſibi datam mouet ad illud quærendum. Secunda quoque ratio diſſoluitur: quia anima eſt perfectior effectus alijs inferioribus, ſed non fuit neceſſarium producere eam formatam omnibus habitibus practicis & ſpeculatiuis, ſed tributa fuit ei potentia acquirendi ipſos; potentia quoque intellectiua non eſt indeterminata ad oppoſita reſpectu primorum principiorum, vt ſoluatur tertia ratio: quia naturaliter inclinatur in prima principia, ſicuti nec voluntas eſt ad oppoſita reſpectu vltimi finis, ſed bene reſpectu mediorũ ad finem: ita intellectus poſsibilis eſt determinatus reſpectu primorum principiorum, quæ dicuntur cognita naturaliter, ſed reſpectu aliorum cognitorum eſt indeterminatus, vnde apud Auerroem dantur intellecta voluntarie. Vltima quoque ratio ſoluitur negando ſimilitudinẽ: quia inter indiuidua eiuſdem ſpeciei non eſt ordo naturalis & eſſentialis: quare vnus magis debeat capi quàm alter & cognoſci, ſed in cognitione intellectus eſt naturalis ordo: quia prius oportet habere cognitionem principiorum, & per principia cognoſcere concluſiones. D

Dilucidatio cõtrouerſiæ. q. 2. art. 1.

Propterea dilucidatio veritatis in hac diſputatione habetur à S. Thoma 1. par. ſummę ſuæ theologiæ declarando quomodo cognitio exiſtendi Dei eſt omnibus naturaliter inſerta iuxta doctrinam Damaſceni, & ſic iſta prima principia dicuntur per ſe nota naturaliter: quia nobis

A nobis ineſt aliquid naturale, puta intellectus, & ſenſus ex quibus poſſumus peruenire in cognitionem primorum principiorum, vel dicuntur prima principia naturaliter nobis cognita ſub quadam confuſione, & in communi: quia prima principia complexa, de quibus hic loquimur, ſiue ſint communia, ſiue determinata ad vnam ſciẽtiam, non ſunt cognita naturaliter ſecundum actus perfectos: quia tunc ſequeretur, quòd ſemper eſſent nota, & ſemper actu ſpecularemur ipſa, quod eſt falſum: quia non ſpeculamur ea in ſomno & ſemper: conſequentia probatur: quia illud dicitur ineſſe ſecundum actum, & eſſe naturaliter cognitum ſecũdum actum perfectum, quod ex neceſſitate ineſt, & ſemper ineſt, quod tamen de primis principijs dici nõ poteſt, cum intellectus noſter 3. de anima ſit ſicuti tabula raſa, in qua nihil eſt depictum, dicũtur bene nota naturaliter ſecundum diſpoſitionem propinquam: quia non indigemus diſcurſu aliquo, ſed eis ſtatim aſſentimur. Et ſi quis quæreret vtrum ille aſſenſus intellectus ſit alius actus, quàm apprehenſio.

Tex. 14.

Alia tranſlatio habet veluti codex ſ quo nihil eſt actu ſcriptũ.

Quidam videtur ſequi in hoc Auicennam, qui in principio ſuę logicę dicit pro eodem debere ſumi aſſenſum & ſcire, ſed hoc eſt falſum: quia cum prior ſit apprehenſio terminorum, B quàm aſſenſus, neceſſe eſt apprehenſionem terminorum eſſe diſtinctum actum ab ipſo aſſenſu intellectus, & dictum Auicen. debemus intelligere de ſcire improprio & communiter dicto, & hic aſſenſus non eſt ab intellectu agente elicitiue, vt dubitat ille: quia operatio intellectus agentis eſt transferre entia de genere non intelligibilium ad genus intelligibilium, ſiue de potentia intellecta ad ea quę ſunt actu intellecta, lumen intellectus agentis nihil aliud eſt, niſi manifeſtatio veritatis, & examen omnium verorum, & omnium intelligibilium, & cauſa omnium cognitionum: hoc ergo lumine manifeſtantur prima principia. Propterea dicuntur nota naturaliter: quia illud lumen ineſt nobis à natura. Et hęc eſt dilucidatio iſtius controuerſię, & impugnatio Aduerſariorum.

Operatio intellectus agẽtis quæ ſit.

C *Forſitan autem & difficultate duobus modis exiſtente non in rebus ſed in nobis eſt cauſa, &c. Ex prologo.*

Num difficultas cognoſcendi res ſit ex parte intellectus noſtri cognoſcentis, vel ex parte rerum cognoſcibilium.

Dilucidatio ſecunda.

IN hac controuerſia ſunt qui ponunt opinionem Cõmentatoris tenentis difficultatem cognoſcendi ſubſtantias ſeparatas eſſe ex parte noſtri intellectus, & non ex parte ipſarum, & ratio eſt quia ipſæ ſunt maxime in actu, difficultas vero cognoſcendi res materiales non eſt ex parte noſtri intellectus, ſed ex parte ipſarum rerum, & ratio, quia res materiales ſunt inuolutę quadam potentialitate. Quam opinionem impugnant vnico argumento quantum ad hoc, quòd difficultas cognoſcendi res materiales ſit ex parte D ipſarum: quia ſi hoc eſſet verum, ſequeretur quòd eſſent difficiles intellectu reſpectu cuiuſcũque, ſed conſequens eſt falſum, vt patet reſpectu diuini intellectus: ergo antecedẽs eſt falſum: probant conſequentiam: quia detur oppoſitum, quòd difficultas cognoſcendi ſit reſpectu non cuiuſcunque intellectus, ſed tantum reſpectu noſtri intellectus, nunc ſic, cum iſta ſubſtantia ſit eadem, ad quemcũque intellectum comparetur, ſequitur, quòd non eſt difficultas ex parte earum, ſed ex parte intellectus noſtri, cui comparatur, propterea declarant opinionem ſuam, aſſerendo totam difficultatem cognoſcendi, tum reſpectu rerum immaterialium, tum reſpectu rerum materialium eſſe ex parte noſtri intellectus, & non ipſarum rerum.

Sentẽtia illorũ qui dicunt difficultatem intelligendi ſubſtantias ſeparatas eſſe ex parte noſtri.

Et probant hoc ex textu Ariſt. qui loquitur dubitatiue, ait enim forſitan autem, & difficultate duobus modis exiſtente non in rebus, ſed in nobis eſt eius cauſa. Pręterea & ſecundo probant exemplo quodam de igne, quod eſt, ſicut paruus ignis æque perfecte proportionaliter comburit paruum combuſtibile, ſicut magnus ignis magnum combuſtibile, & ęque facile proportionaliter, licet non ęque perfecte ſimpliciter ceteris paribus, eo quòd magnus ignis citius, & intenſius agit. Et confirmant tertio, ponendo aliud fundamentum, quod ſuſceperunt ex præceptore ſuo 1. ſentent. quòd cognoſcibilitas ſequitur entitatem, vel rem ſecundum quòd dist. 3. q. 8.

Alia poſito dilatans primam ſententiam etiam ad res materiales.

eſt

eſt res, & ens, quia per idem eſt ens, & cognoſcibile: nam ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſcibilitatem & veritatem: ergo omnes res ſunt cognoſcibiles ab intellectu noſtro, ſed ſecundum magis & minus proportionaliter, prout mouent noſtrum intellectum, ſed tota difficultas oritur ex parte intellectus noſtri. Addunt etiam auctoritatem Ariſt. in lib. de ſenſu, & ſenſato, vbi habet, quòd ſi viſibile decreſcit in minus in infinitum, neceſſe eſt viſum creſcere in maius in infinitum, ſi debet tale viſibile videre: ergo ad cognitionem minimi cognoſcibilis, neceſſe eſt potentiam cognoſcitiuam eſſe perfectiorem, quòd ergo intellectus noſter non poſſit cognoſcere minima intelligibilia qualia ſunt materialia & potẽtialia, eſt ex imperfectione eius, & ſic omnis difficultas intelligendi erit ex parte intellectus, & non ex parte rerum, ſiue ſint materiales, ſiue immateriales. A

Cap. 2.

Sed circa hæc, quatuor breuiter ſunt videnda, primo arguendum eſt contra opinionem ſecundam. Secundo oſtendetur falſitas fundamenti. Tertio ſoluentur rationes in contrarium. Quarto dilucidabitur veritas. Quoad primum arguitur ſic, ſicut ſe habent immaterialia ad intellectum, ſic ſe habet intellectus ad ipſa materialia in perfectione; ſed ſic ſe habent immaterialia ad intellectum, quòd excedunt intellectum noſtrum quoad perfectionem: ergo ita ſe habebit intellectus noſter ad materialia, quòd excedet ipſa quoad perfectionem: ergo non eſt difficultas in cognoſcendo materialia ex parte intellectus, ſed ex parte rerum, ſicut non eſt ſimiliter difficultas ex parte ſubſtantiarum immaterialium, quòd non intelligantur ab intellectu noſtro, eoquòd excedunt ipſum in perfectione. Quare proportionaliter ſicut exceditur à ſubſtantiis ſeparatis propter quem exceſſum apparet difficultas ex parte intellectus noſtri in cognoſcendo ipſas, non ex parte earum, ita excedit intellectus noſter materialia, & formas materiales, propter quem exceſſum apparet ſimiliter difficultas ex parte rerum, non ex parte intellectus; & hæc eſt intentio philoſophi hic. Vbi intelligendum, quòd ſenſibilia & formæ naturales non intelliguntur ab intellectu noſtro, niſi mediante ſenſu, vt dicitur 3. de anima; inquantum vero contingit ea ſeparari à materia, ſic remanet ſolum potentia intellecta. B

Refellitur poſitio dilatans primã ſenten.

Tex. 30.

Præterea ſi omnis difficultas cognoſcendi res eſt ex parte intellectus, ergo ſequitur, quòd omnis intellectus cognoſcit res cum difficultate, & ſic Deus cognoſceret etiam cum difficultate, probatur argumentum per rationem adductam ab eis; quia ſi aliqua res ex parte ſui difficile cognoſcitur; hoc erit reſpectu cuiuſcumque intellectus, ſic ſi difficultas intelligendi aliquã rem erit ex parte intellectus, hoc valebit de omni intellectu, quod tenet per hoc: quia omne tale per ſe ad quodcunque comparetur ſemper eſt tale. Tertio ſi aliqua difficultas eſt ex parte intellectus ad intelligendũ aliquam rem, igitur eodem modo erit ad intelligendum oẽm rem, & ſic intellectus noſter prima principia cum difficultate intelligeret, quod eſt contra ipſos ſuperiori controuerſia ponentes eſſe nota naturaliter: conſequentia probatur, quia omne, quod eſt abſolute tale, ad quicquid comparetur ſemper eſt tale, vt ipſimet arguunt, & ſic intellectus noſter cum difficultate intelligeret axiomata, & primas dignitates, quod eſt abſurdum dicere. Præterea ſi intellectus per doctrinam ipſorum ſecundum proportionem omnia æque facile intelligit, ſimpliciter autem non omnia æque facile: quia quædam facilius, quędam difficilius, vt dixerunt: quęro ab eis modo, vel eſt ex parte ſui, quòd quædam ſimpliciter facilius intelligit, quædam difficilius, vel ex parte rerum: ſed non primo, quia intellectus ex natura ſua eſt omnia fieri, vt habet philoſophus 3. de anima: ergo hoc erit ex parte rerum & ſic habetur propoſitum, quòd aliquando eſt ex parte intellectus, aliquando ex parte rerum. C

Egregia ratio ad hominem.

Tex. 17.

Quoad ſecundum eſt notandum, quòd non quilibet actus eſt ratio intelligendi: actus enim ſubſiſtentię ſiue hipoſtaticus, qui eſt ipſius ſingularis non eſt prima ratio intelligibilitatis: quia tunc ſequeretur, quòd ſingulare eſſet primum cognitum: ſimiliter etiam intelligibilitas non inſequitur actum medium inter puram potentiam & actum purum: nam orbis ſecundum Auer. in libro de ſubſtantia orbis, eſt quędam natura media inter puram potentiam & actum purum, & dicitur materia in actu & ſubiectum: tamen non eſt per ſe intelligibilis, nec habet de ſe rationem intellectam in actu; vt dicit Commentator 1. cœli, orbis enim ſeclusa intelligentia non eſt natura compoſita ex materia & forma, nec de ſe principium alicuius operationis, qua mediante cognoſci poſsit: licet in doctrina S. Thomæ ſit compoſitus. Nec etiam actus entitatiuus, vt quidam imaginatus eſt, poteſt eſſe prima ratio intelligendi: immo nec eſt dabilis, vt alibi dicemus: quia materia ſecundum Ariſt. primo phyſicorum eſt pura potentia ex differentia inter eſſentiam materiæ ſecundum ſe, & ipſam priuationem, quã differentiam ignorauit Plato ex hoc, quòd non diſtinxit inter materiam & priuationem, nam materia eſt ens, & eſt proprie ſubſtantia, ſed priuatio eſt non ens, propterea materia ſecundum ſe non eſt intelligibilis, nec habet actum entitatiuum: ſequitur ergo ꝙ intelligibilitas non ſequitur D

Actus eſt ratio cognoſcẽdi ſed nõ omnis.

Cap. 3.

Comm. 65.

1. p. q. 70. art. 3.

Tex. 79.

A quitur ens, prout eſt ens, vt illi voluerunt; ſed actus, qui eſt forma & quidditas & eſt per ſe principium operationis, quæ eſt ratio per ſe primæ intelligibilitatis: forma enim, vt inquit Cõmentator 1. de anima eſt ſubiectum vniuerſalitatis, & vniuerſale ſm Ariſt. 2. de anima eſt obiectum intellectus, & ſingulare ipſius ſenſus: ideo forma nuncupatur à philoſopho ratio, & quodquideratesse rei: ſecundum igitur regulam Ariſt. 1. poſte. in capite de vniuerſali: illa paſſio primo competit alicui, quæ ita ſe habet, quòd cuicunque competit ratione eius competit: & ipſo primo poſito ponitur: & ipſo primo remoto primo remouetur: ſed actus, qui eſt quidditas poſita ratione eius immediate ponitur intelligibilitas, & remota ratione eius qualibet alia ratione remanente, remouetur: ſicut patet in exemplo de prima materia, quæ cum non ſit actus, qui eſt quidditas, licet ens ſit; eſt tamen occulta, & non poteſt cognoſci, niſi per analogiam ad formam, & ad habens formam, vt patet 1. phyſicorum: ergo actum formalem ſequitur intelligibilitas, & non quodcunque ens, vt tenent: & ſic patet fundamentum poſitum eſſe falſum.

Quoad tertiũ ratio adducta contra Auerro. ſoluitur ab ipſiſmet contendentibus, qui deri-
B dent ipſam, vt patet: dicunt enim, quòd cum Commentator ponat in 12. metaphy. Deum benedictum nihil extra ſe intelligere: ſequitur rationem ſuam eſſe nullam: quia ſi aliquid probat concludit de intellectu, qui mouetur à rebus ipſis: tamen præſupponendo, quòd Deus intelligat aliquid extra eſſentiam ſuam, adhuc ratio nulla eſt: quia quodcumque intelligibile, quod eſt ex ſe cum difficultate cognoſcibile comparatum ad quemcumque intellectum mobilem à tali obiecto, aut ſaltem per ſe primo terminabilem, & non virtute alterius, erit à tali intellectu cum difficultate cognoſcibile: modo intellectus diuinus neque eſt mobilis à rebus materialibus, neque terminabilis ab ipſis, vt patet per ipſos: ergo tales res non cognoſcentur cum difficultate ab intellectu diuino, qui virtute eſſentiæ vt obiecti mouentis, aut primo terminantis intelligit quicquid intelligit.

Soluuntur etiam argumenta, quæ adduxerunt pro cõfirmatione ſuæ opinionis facile; & primo qñ aiunt Ariſt. loqui dubitatiue. Dico ꝙ hoc facit more philoſophorũ, cauſa honeſtatis: vnde hoc modo loquẽdi ſępe ſæpius vtitur Ariſt. vt patet ex 1. de anima in prologo: vbi habet, opinamur ſcientiã de anima eſſe nobiliorẽ alijs partibus philoſophiæ naturalis. Secũdo dico,
C ꝙ litera eſt corrupta: quia in alia tranſlatione magis correcta non habetur illud aduerbium forſan. Tertio dico, ꝙ non determinauit ſe quoad nos reſpectu omnium rerum, ſed tantum reſpectu rerum materialium, vt patet per verba ſubiuncta, quòd ſicuti ſe habent oculi nycticoracis ad lucem diei: ſic etiam noſter intellectus ad ea, quæ ſunt manifeſtiſſima naturæ: vnde ſi difficultas eſt ex parte noſtri, vt intelligamus res, hoc erit ex parte rerum immaterialium & non materialium. Secunda etiam ratio ſoluitur, quę erat deſumpta ab exemplo, quòd licet ignis paruus comparatus ad combuſtibile paruum proportionatum æqualiter calefaciat ſecundum qualitatem & capacitatem ſuam, ſicut magnus ignis magnum combuſtibile: tamen manifeſtum eſt ad ſenſum, quòd ſicut ignis idem manens, non æqualiter ſe habet ad magnum & paruum combuſtibile, & ad lignum ſiccum & humidum propter diuerſitatem rei combuſtibilis: ita & intellectus idem manens non æqualiter ſe habet ad intelligibilia actualia & potentialia propter diuerſitatem rei intelligibilis; cum vnumquodque intelligatur ſecundum quòd eſt in actu: vnde ſicut ab vno igne non ita faciliter comburitur magnum lignum, ſicut paruum: ita ab vno intellectu non ita faciliter cognoſcuntur magis materialia,
D quàm minus materialia propter defectum, qui reperitur in rebus materialibus. Tertia quoque ratio iam ſoluta eſt impugnando fundamentum ipſorum: quia falſum eſt cognoſcibilitatem inſequi ens vt ſic, ſed inſequi ens in actu ſecundum peripateticos.

Soluitur etiam quarta ratio: quia Ariſt. ibi loquitur more Platonis, qui voluit viſionem fieri extramittendo, & ab ipſa potẽtia viſiua vt actiua. Sed ſecundum Ariſt. eſt totum oppoſitum. Poſſumus etiam dicere quòd non eſt ſimilis ratio de viſu & de intellectu: quia viſus eſt potẽtia organica & poteſt debilitari, & confortari ex diuerſa diſpoſitione organi, quod tamen non eſt de intellectu. Dico etiam & tertio: quia hoc argumẽtum facit pro nobis, pono enim, ꝙ intellectus ſit in tertio gradu intelligendi, & etiã intelligibile materiale proportionaliter in eodem gradu, diminuatur modo intelligibile in infinitũ, vt ipſi ſupponunt, neceſſe eſt intellectũ creſcere in maius in infinitum ſi debet tale intelligibile cognoſcere, vnde ergo prouenit modo difficultas intelligendi, ex parte intellectus, vel ex parte obiecti? nulli dubium eſt, quòd prouenit ex parte obiecti, quod eſt minus intelligibile; ideo oportet, vt augeatur potentia intellectiua: ergo argumentum, quod ſumebant pro ſeipſis eſt contra ipſoſmet.

Quoad quartum eſt ſciendum, quòd hæc opinio, quam impugnant Aduerſarij, eſt opinio

Commen. 8. Tex. 60.

Tex. 36. vbi videre poteris contradictionem Tomitani.

Tex. 69.

Comm. 51.

Intellectus diuinus non mouetur ab obiecto.

Tex. 1.

Egregium exemplum.

Diſcrimen inter Platonẽ & Ariſt. de operatione viſus.

q. 13. & 85. q. 11. Dilucidatio

S. Thomæ 1.par. & 3. p. hic enim tenuit cum Commentatore, & in tota doctrina ſua, A
quòd entium cognoſcibilium quædam ſunt difficilia cognitu propter defectum ipſius intelle-
ctus, & hęc ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ ſunt maxime in actu, & ſunt cognoſcibiles ab altiori
intellectu, quàm ſit intellectus humanus: quem neceſſe eſt phātaſmata ſpeculari. Quædam
vero ſunt entia materialia, inter quæ aliqua ſunt minoris entitatis, ſicut materia prima, tēpus,
& motus, & relationes, quæ ſi cum difficultate cognoſcuntur, defectus erit ex parte ipſarum,
quæ non ſunt aptæ natæ mouere ſenſum, & ex conſequenti cognoſcuntur cum difficultate ab
intellectu noſtro reſpectu ipſarum.

q. 62. ad 2. Difficile tribus modis dicitur.

Sed eſt notandum, vt docet S. Tho. 1. p. quòd difficile eſt id, quod traſcendit potentiam ſe-
cundum naturam, vel propter impedimentum. Vnde trifariam dicitur difficile. Primo pro-
pter reſiſtentiam, quo pacto dicimus lapidem moueri ſurſum eſſe dfficile: quia reſiſtit ip-
ſi motori. Secundo dicitur difficile propter laborem, quo pacto dicimus decem ho-
minibus trahentibus nauem onuſtam ferro eſſe difficile. Tertio dicimus aliquid eſſe
difficile, quando illud inclinatur ad oppoſitum, & ſic intellectus dicitur cum difficul-
tate intelligere entia immaterialia: quia eſt inclinatus ad intelligendum entia ſenſibilia, B
& ideo eſt ineptus ad intelligendum illa, & cum facile & difficile ſint correlatiua,
oportet dicere, quòd aliquando difficultas ſe teneat ex parte rerum, aliquando ex parte in-
tellectus. Propterea propoſitio illa aſſumpta ab Aduerſarijs (quod eſt tale inquantum tale vbi-

Egregia Iterpretatio cuiuſdā maxime Ariſt.

cumque ponitur ſemper eſt tale) tenet in abſolutis & non in relatiuis, vnde non valet, faba eſt
maior reſpectu milij, ergo reſpectu montis: quia magnum & paruum ſunt relatiua, & ſic dif-
ficultas intelligendi dupliciter eſt, aliquando ex parte noſtra, aliquando ex parte rerum,
& hæc eſt expreſſa intentio philoſophi arguentis antiquos ponentes difficultatem cogno-
ſcendi veritatem totaliter peruenire ex parte rerum, eoquòd ponebant omnia eſſe in conti-
nuo fluxu & motu. Nec te moueat diſtinctio poſita à quodā Neoterico in hoc libro de triplici
genere rerum videlicet, quędam res ſunt excellentis naturæ, vt omnes ſubſtantiæ immateria-
les, & quędam res tenuis naturæ & entitatis, vt materia prima, relationes, & entia rationis,
quæ ſolent dici minimæ entitatis. Alię vero tertio loco ſunt res, quas vocat medias inter has,
veluti ſubſtantiæ ſenſibiles, & earum accidentia abſoluta, & ex hac diſtinctione videtur repre-
hendere ſententiam, quam diximus eſſe ad mentem S. Thomæ, quòd motus & tempus perti- C
nent ad ſecundum genus rerum: quia hæc facile cognoſcuntur, cum dicat Ariſt. motum eſſe

Cap. 14.

per ſe notum, & Auguſtinus libro confeſſionum ait, quid tempore familiarius commemora-
mus, quid notius intelligimus, quid eſt ergo tempus? ſi nemo ex me quęrat ſcio, ſi quętenti ex
plicare velim neſcio. Ex his concludit tempus & motum eſſe facilis cognitionis, quod eſt ex-
preſſe contra doctrinam Ariſt. 4 phyſicorum, vbi varias ſententias narrat de tempore.

Tex. 89. Variæ ſentētię de tempore.

Quidam enim voluerunt tempus non eſſe, quia eius pars nulla exiſtit, præteritum enim nō
eſt, ſed fuit, futurum etiam non eſt, ſed erit, præſens autem non eſt aliud, quàm nunc indiuiſi-
bile, quod non poteſt eſſe pars temporis: nam cum ſit indiuiſibile & infinito interuallo ſupe-
retur à tempore, non poteſt aut metiri, aut componere tempus, quod eſt proprium partis.
Quidam voluerunt tempus eſſe quandam circulationem ipſius primi cœli. Nonnulli dixerūt
eſſe ipſam primam ſpheram. Aliqui vero quemcunque motum cuiuſcunque mobilis. Fuerūt
etiam & alij ſcribentes tempus eſſe diſtinctum à motu, cum menſura diſtinguatur à menſura-
to, & tempus ſit menſura motus, igitur ab eo diſtinguitur. Alij vero approbant ſententiam
eorum dicentium tempus non diſtingui à motu, niſi ſecundum rationem. Propterea mirabile D
valde eſt dicere tempus eſſe quid notiſſimum: quia circa res notiſſimas non eſt tanta varietas
opinionum, eo præcipue, quia hanc doctrinam, quam ſupra notauimus, non ex proprio inge-
nio dixit S. Thomas, ſed de mente Boetij in libro de duabus naturis, & vna Chriſti perſona,
licet quantum ad cognitionem an eſt, tempus & motus ſint per ſe nota & facilia; tamen quan-
tum ad cognitionem quid eſt, de qua eſt preſens diſputatio, tum tempus, tum motus ſunt de
numero difficiliū. Propterea ſi aliqui illuſtres doctores reperiuntur qui dixerint tēpus & mo-
tum eſſe de numero rerum facilium, quoad cognitionem an eſt, non autem quoad cognitio-

In prologo.

nem quid eſt, intelligendi ſunt, ſicuti etiam de anima loquitur Ariſt. in 1. de anima, quòd ſciē-
tia de anima eſt de numero difficillimorum, videlicet quoad cognitionem quid eſt, nō autem
quo ad cognitionem an eſt. Et hæc ſint dicta de hac diſputatione, non noua cudendo, ſed do-
ctrinam peripateticam dilucidando.

Sicut

A *Sicut enim nycticoracum oculi ad lucem diei ſe habent, ſic & animæ noſtræ intellectus ad ea, quæ ſunt &c. Tex. 1.*

Num intellectus viatoris poſſit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas quidditatiue.

Dilucidatio tertia.

OCcaſione verborum Ariſt. in primo textu, quòd ſicuti ſe habent oculi nycticoracum ad lucem diei, ſic & animæ noſtræ intellectus ad ea, quæ ſunt natura manifeſtiſſima. Quærunt doctores vtrum intellectus corpori coniun-
B ctus, ſiue intellectus viatoris poſſit immateriales ſubſtantias ſecũdum ſuas quidditates, ſiue quidditatiue intelligere. Et Quidam ſatis cõfuſe (vt ſolet) loquitur in hoc quęſito, Quidã vero alius diſtinctius, ſed nos ſimul amplectemur, quæ ipſi, & alij Aduerſarij latius diſputant, & quatuor agemus. Primo ponemus opinionem illorum Doctorũ deducendo ipſos in contradictionẽ. Secundo adducemus rationes, & motiua S. Thomæ impugnata & ſoluta ab ipſis defendendo ea & dilucidando veritatem. Tertio diſſoluemus rationes ipſorum Aduerſariorum. Quarto adducemus opinionem Auerrois, & aliorum ſimul impugnando eam.

Quoad primum ſtabiliendo ſuam opinionem ille primus duo videtur tangere principaliter, ſupponit primo hoc fundamentum, quòd ſex ſunt gradus cognitionis ſenſitiuæ & intellectiuæ, cum ex 3. de anima habeatur, quòd ſicuti ſe habet ſenſus ad ſenſibile, ita intellectus ad intelligibile, ſed ſex modis poteſt ſenſus aliquid cognoſcere: ergo & intellectus eiſdem modis aliquid cognoſcere poteſt. Primus modus, quo ſenſus cognoſcit aliquid, eſt quando intuetur id, quod eſt ſibi præſens, quomodo dicimus viſum cognoſcere colorem, & hic modus dicitur cognitio intuitiua. Secundus modus eſt, quando ſenſus cognoſcit aliquid per abſentiam
C ipſius obiecti, puta quando phantaſia imaginatur colorem per ſpeciem repreſentatiuam ipſius coloris, & hæc dicitur cognitio abſtractiua; & tam hęc, quàm illa prima dicuntur cognitiones per ſe. Tertius modus eſt, quando ſenſus cognoſcit oppoſitum illius, quod eſt per ſe obiectum eius: quo pacto dicimus, quòd viſus cognoſcit tenebras, & auditus ſilentium, & hæc vocatur cognitio intuitiua per accidens, intuitiua quidem, quia terminatur ad tenebras immediate, per accidens vero quia ratione luminis. Quartus modus eſt, quando cognoſcit huiuſmodi oppoſitum, vt abſens, quo pacto phantaſia imaginatur tenebras, & hæc cognitio vocatur abſtractiua per accidens, abſtractiua quidem, quia terminatur ad ſimilitudinem ipſarum tenebrarum, per accidens vero quia non terminatur ad obiectum ſuum, ſed ad oppoſitum ſui obiecti. Quintus eſt, quando ſenſus cognoſcit aliquod ſenſibile compoſitum ex diuerſis ſenſibilibus, quo pacto dicimus, quòd phantaſia imaginatur montem aureum, & hircocerumm, & hæc cognitio non vocatur intuitiua nec abſtractiua, cum non ſit nec præſentis nec abſentis ſenſibilis. Sextus modus eſt, quando cognoſcitur aliquid non per ſpeciem propriam, ſed per ſpeciem ſui accidentis, quo pacto dicimus lignum videri per colorem & figuram, & hæc
D etiam cognitio nec eſt intuitiua nec abſtractiua, cum non ſit nec præſentis nec abſentis ſenſibilis.

Tex. 2.

Cognitio intuitiua per accidens quid ſit.

Eiſdem etiam modis cognoſcit intellectus: nam aliquando intellectus cognoſcit aliquam rem, tanquam ſibi præſentem, quo pacto dicimus vnam intelligentiam intelligere aliam, & hæc cognitio vocatur intuitiua: quia vna intelligentia eſt præſens alteri, & dicitur etiam notitia viſionis, quia eſt de obiecto præſenti viſo. Aliquando etiam cognoſcit rem per ſuam ſpeciem: quo pacto cognoſcit ſubſtantiam roſę in ſua abſentia, & hæc dicitur cognitio abſtractiua, quia eſt per abſtractionem. Tertio poteſt cognoſcere oppoſitum, ſiue contrarium alicuius obiecti viſi intuitiue, vt quando aliquis intelligit iniuſtitiam exiſtentem in tiranno, prout opponitur iuſtitiæ exiſtenti in Rege iuſto, & hæc dicitur cognitio intuitiua per accidens. Quarto intellectus poteſt cognoſcere etiam huiuſmodi oppoſitum, vt eſt abſens per ſimilitudinem repreſentatiuam ipſius iniuſtitię, & hęc dicitur cognitio abſtractiua, quia eſt per abſtractionem illius ſimilitudinis. Quinto poteſt intellectus cognoſcere aliquid per compoſitionem aliquorum conceptuum, ſiue pręsaid dicatorum, quomodo intelligitur Deus infinitus, neceſſarius, & ſempiternus, & ſic ſemper coniungendo plures conceptus, & hęc cognitio non dicitur nec abſtra-

Quibus modis cognoſcit intellectus.

ctiua, nec intuitiua. Sexto intellectus poteſt cognoſcere aliquid non per propriam ſimilitudinem, ſed per ſimilitudinem accidentis, quo pacto ſubſtantia ſecundum aliquos Doctores cognoſcitur per ſpeciem accidentis. A

Iacto hoc fundamento ponuntur modo aliquę propoſitiones de mēte illius ſecundo loco, & prima propoſitio eſt, Intellectus viatoris corpori coniunctus non poteſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas cognitione intuitiua, patet hęc, quia cognitio intuitiua eſt de obiecto pręſenti, ſicut eſt cognitio Beatorum in patria, & hęc eſt nobis impoſſibilis pro hoc ſtatu. Secunda propoſitio eſt, Intellectus magnitudini coniunctus non poteſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas cognitione abſtractiua; probatur: quia hęc cognitio eſt per ſimilitudinem abſtractam ab obiecto; ſed intellectus magnitudini coniunctus non poteſt abſtrahere ſimilitudinem aliquam ab intelligentijs: ergo non poteſt cognitione abſtractiua illas cognoſcere. Tertia propoſitio, Intellectus magnitudini coniunctus non poteſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas quidditatiue per oppoſitum ipſarum, nec cognitione intuitiua, nec abſtractiua, probatur, quia ſubſtantię ſeparatę nullum habent cōtrarium & oppoſitum, quo eſſent cognoſcibiles. Quarta propoſitio, Intellectus viatoris non poteſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas quidditatiue per ſpeciem alicuius accidentis, probatur iſta, quia eis nihil accidit ſecundum philoſophos. B

Quare intellectus nō agnoſcit ſubſtantias ſeparatas.

Quomodo intellect' viatoris cognoſcit ſubſtantias ſeparatas.

Quinta propoſitio, Intellectus viatoris poteſt ſubſtantias ſeparatas ſecundum ſuas quidditates cognoſcere per aggregationem conceptuum & prędicatorum quidditatiuorum: probatur iſta, quia cognoſcit Ariſt. 12. metaphy. aliquod ens eſſe infinitum neceſſarium & primum, ſed hęc prędicata nulli alteri conuenire poſſunt, niſi Deo & ſubſtantijs ſeparatis ſecundum philoſophos: ergo intellectus viatoris poteſt ſubſtantias ſeparatas ſecundum ſuas quidditates cognoſcere per aggregationem conceptuum. Sexta propoſitio, Intellectus viatoris poteſt ſubſtantias ſeparatas cognoſcere per ſpeciem & ſimilitudinem ſuorum effectuum, probatur, quia Ariſt. 12. metaphy. ex motu, qui eſt effectus intelligētiarum, peruenit ad cognitionem ipſarum. Hęc videtur dicere hic vir, licet ſatis perplexe.

A tex. 30. vſque ad 52.

Tex. 46.

Improbatur hęc opinio.

Regula topica.

Sed adduco modo opinionem iſtius in contradictionem, & probo ipſum ſibi contradicere ex rationibus ſuis: nam eo modo intellectus viatoris cognoſcit ſubſtantias ſeparatas ſecundum ipſum, quomodo probant rationes adductæ ab eo contra S. Thomam, ſed rationes, quas adducit probant intellectum viatoris cognoſcere ſubſtantias ſeparatas cognitione intuitiua & abſtractiua: igitur ita eſt intelligenda opinio ſua, diſcurſus eſt bonus, & tamen concluſio eſt expreſſe contra ipſum. Dicunt enim omnes eius doctrinam ſequentes, quòd intellectus viatoris nec cognitione intuitiua nec abſtractiua poteſt ſubſtantias ſeparatas cognoſcere: igitur eſt contradictio in doctrina ipſorum, quòd autem rationes adductę ab eo hoc probent, paret diſcurrēdo per ſingulas, nam arguens contra S. Thomam adducit primo hanc rationem: Omnes homines natura ſcire deſiderant, ergo magis ſcire magis deſiderant, ergo maxime ſcire maxime deſiderant: iſta propoſitio fundatur ſuper regula illa, ſicuti ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime, ſed maxime ſcire eſt circa maxime ſcibilia, ergo omnes homines deſiderant ſcire maxime ſcibilia, igitur poſſibile eſt pro ſtatu iſto habere ſcientiam de maxime ſcibilibus, quæ ſunt ſubſtantiæ ſeparatę: quia deſiderium naturale non eſt ad impoſſibile, aliàs eſſet fruſtra. Hæc enim ratio concludit, quòd intellectus viatoris pro ſtatu iſto poteſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas cognitione intuitiua, & tamen hoc negat ille vir. Quod autem hoc ſit verum patet: quia cognoſcere intuitiue eſt maxime ſcire, quod deſiderant omnes. Secunda quoque ratio, qua idem probat, fundatur ſuper hoc, quòd felicitas hominis conſiſtit in ſpeculatione veritatis, vt dicit Ariſt. 10. ethi. quòd ſapiens erit feliciſſimus, & ſapientia eſt circa altiſſimas cauſas, & ſic in ſpeculatione altiſsimarum cauſarum eſt felicitas hominis, ad quam poſsibile eſt peruenire pro hoc ſtatu: quia vt dicitur in 2. huius, nullus conatur venire ad terminum non futurum: natura enim dedit homini neceſſaria ad attingendum hunc finem, vt patet de aſtris, de quibus 2. cœli ait Ariſt. quòd ſi poſſent moueri motu progreſſiuo, natura dediſſet eis inſtrumēta & organa ad motum illū. Hęc quoque ratio concludit, quòd intellectus viatoris poſſit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas cognitione intuitiua, quod tamen alibi ipſe negat, quòd autem hoc ſit verum patet intuenti Ariſt. 10. ethi. in quo loquens de felicitate noſtra, dicit, quòd eſt contemplatio quædam, & qui eſt felix, eſt cariſſimus Deo, cui tota vita eſt beata: modo Deus habet felicitatem per cognitionem intuitiuam, licet in eſſentia ſua: ergo homo quoque felicitari poteſt per cognitionem intuitiuam ipſius Dei, & abſtractorum, & ſubſtantiarum ſeparatarum. C D

Naturale deſiderium nō eſt ad impoſſibile.

Cap. 8. circa finem.

Tex. 8.

Tex. 3.

Cap. 8.

Deus eſt felix.

Tertia ratio adducta ab ipſo probat intellectum viatoris poſſe cognoſcere ſubſtantias ſeparatas cognitione abſtractiua, quæ eſt ſecundus gradus poſitus ab eo: nam ita arguit, Si fines

eſſent

A eſſent infiniti, tunc nullum agens eſſet per intellectum: hæc eſt ratio Ariſt. 2. huius. Iſta ratio non concludit, niſi agens per intellectum intenderet non ſolum finem proximum, ſed omnes fines eſſentialiter ordinatos, ſed nullum agens per intellectum intendit agere propter finem, quem non cognoſcit: ergo agens per intellectum cognoſcit non ſolum finem proximum, ſed etiam omnes eſſentialiter ordinatos in vltimum: ſi ergo non poſſet illum vltimum finem cognoſcere, non eſſet agens per intellectũ, quod philoſophus negaret. Hęc ratio concludit, quòd agens per intellectum cognoſcit finem cognitione abſtractiua: nam ea cognitione cognoſcit finem proximum, qua cognoſcit vltimum finem per ipſum, ſed proximum finem cognoſcit cognitione abſtractiua: ergo vltimum quoque finem, qui ſunt ſubſtantię ſeparatæ, cognitione abſtractiua cognoſcere debet, & ſic non quidditatiue. Tex. 11. Agens per intellectũ quomodo agnoſcit finem.

Quarta quoque ratio hoc idem concludit, quæ fundatur ſupra dicto Ariſt. 2. huius, quòd ſi cauſæ eſſent infinitæ, nihil contingeret cognoſci: illa conſequentia non valet, niſi ad cognitionem cuiuſlibet effectus oporteat cognoſcere omnes cauſas eius, ſi ergo nõ contingit intelligere primam cauſam, quæ eſt maxima cauſa cuiuſlibet effectus: nullum effectum contingit intelligere, & quis negaret rationem iſtam concludere de cognitione abſtractiua, quæ eſt ſecundus gradus cognitionis? nam ea cognitione cognoſcit primam cauſam intellectus noſter, qua cognoſcit effectus primæ cauſæ de mente ipſius, ſed cognoſcit effectus primæ cauſæ cognitione abſtractiua: igitur & primam cauſam eadem cognitione cognoſcet. Tex. 13. Qui non intelligit primã cauſam, nullum eius effectũ agnoſcit.

B

Adhuc vltima ratio idem oſtendit, quę talis eſt; veritas rei aut eſt conformitas rei ad propriam menſuram, aut non eſt ſine illa conformitate: ergo ſi contingat intelligere veritatem alicuius rei naturalis, poſſibile erit intelligere conformitatem illius rei ad propriam menſuram: illa menſura eſt proprie idea in mente diuina: ſed nullus poteſt intelligere conformitatem ad ideam, niſi etiam intelligat ipſam ideam, cum reſpectus non intelligatur ſine termino ſuo: ergo intellectus viatoris intelligit aliquam veritatem: ergo intelligit ideam illius veritatis exiſtentem in mente diuina: ergo & ipſam diuinam mentem intelliget & ſubſtantias ſeparatas. Sed reſpondendum eſt huic rationi, quòd ea cognitione intellectus viatoris intelligit terminum conformitatis rei ad propriam menſuram, qua intellectus intelligit illam conformitatem: ſed cognitione abſtractiua intellectus viatoris in hoc ſtatu cognoſcit conformitates rerum ad proprias menſuras: ergo & cognitione abſtractiua cognoſcet terminos illarum conformitatum: qui termini ſunt ideæ, ex conſequenti ipſe Deus. Vide ergo, prudens lector, quomodo hic vir ſeipſum interimit proprijs armis. Reſpect⁹ nõ intelligitur ſine termino

C

Quantum ad ſecundum, opinio S. Thomæ, quam impugnat hic vir pluribus in locis eſt ab ipſo doctore Angelico poſita: ſed præcipue 1. p. & in diſp. de anima, & in libello de ente & eſſentia: vbi expoſitor Caietanus in Commentarijs ſuis multa ſubtilia, & diffuſa dicit contra Auerro. hanc ergo opinionem S. Tho. probat pluribus medijs, quòd intellectus magnitudini adiunctus non poteſt ſubſtantias ſeparatas quidditatiue intelligere: & primum medium, quod adduxit S. Tho. contra Auempacem, qui poſuit, ꝙ per intellectionem ſubſtantiarum materialium peruenire poſſumus ſecundum vera principia philoſophiæ ad intelligendum ſubſtantias immateriales quidditatiue, eſt hoc, intellectus coniunctus corpori nihil intelligit, niſi abſtrahendo à phantaſmatibus: hæc propoſitio habetur 1. poſter. ꝙ nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, & 3. de anima, neceſſe eſt intelligentẽ phantaſmata ſpeculari: ſed ſubſtantię ſeparatæ non faciunt phantaſmata, nec poſſunt cognoſci quidditatiue ex his, quæ faciunt phantaſmata: ergo intellectus magnitudini coniunctus non poteſt ſubſtantias ſeparatas quidditatiue intelligere, declaratur adhuc minor: quia læſo organo phantaſię intellectus impeditur ab addiſcendo incognita, & à ſpeculando cognita, quod non eſſet, niſi in vtraque operatione phantaſmatibus indigeret. q. 88. art. 2. Art. 16. Cap. 5. Sententia Auemp. Tex. 39.

D

Addit quia cum volumus aliquid intelligere formamus nobis idolum, quo id aſpicimus, vnde 3. de anima dicitur, quòd ſic ſe habent phantaſmata ad intellectum, ſicut ſenſibilia ad ſenſum: minor habet duas partes, prima probatur ſic; phantaſia eſt motus factus à ſenſu ſecundum actum. ex 2. de anima, ſed ſubſtantię ſeparatę non ſunt ſenſibiles: ergo nec phantaſia apprehendi poſſunt. ſecunda pars probatur, quia effectus, qui non adæquat potentiam cauſæ, non inducit in cognitionem quidditatis cauſę, quia quidditas talis cauſę excedit effectum illum: ſed ſubſtantię ſeparatę ſi cognoſcantur per illa, quæ faciunt phantaſmata, à nobis tantum cognoſcuntur per huiuſmodi effectus, qui ſcilicet non adęquant potentiam ſuæ cauſæ, ergo non poteſt intellectus viatoris cognoſcere ſubſtantias ſeparatas per hoſce effectus, qui non adęquant potentiam ſuę cauſę, non igitur poſſunt ſubſtantiæ ſeparatæ quidditatiue cognoſci. Tex. 30. Tex. 160. Effectus non adæquãs cauſam quid ſit.

Addit etiam, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio, ergo nec alicuius effectus ſenſi-

bilis eſt proportio ad quidditatem Dei: ſi ergo quidditas Dei, quæ eſt prima cauſa, non poteſt A
cognoſci per effectum, multo minus quidditas alterius ſubſtantiæ ſeparatæ, cum quælibet alia
Propoſitione quinta. minor cauſa ſit, quàm prima ſecundum propoſitionem libri de cauſis: hoc medium nituntur
ſubterfugere diſtinguendo propoſitionem illam videlicet, (nihil intelligimus, niſi abſtrahen-
do à phantaſmatibus) hæc propoſitio aut intelligitur ſic, quòd nihil intelligimus, niſi cuius
cognitionem accipimus à phantaſmatibus, aut intelligitur, quòd nihil intelligimus, niſi cuius
ſpecies ſecundum ſe prius fuit in phantaſia. Hoc ſtante dicunt modo conceſſa maiori, minor
venit neganda, tanquam falſa: quia de ſubſtantijs ſeparatis poſſumus intelligere quid ſint, ſi
vero propoſitio intelligitur ſecundo modo, ſic maior eſt falſa, nec eſt de intentione Ariſt. quia
Non omne intelligibile eſt per ſe ſenſibile. tunc ſequeretur nihil eſſe per ſe intelligibile, niſi illud eſſet per ſe ſenſibile: hoc enim eſt illud,
quod facit propriam ſpeciem in phantaſia.

Sed hoc eſt falſiſſimum & contra omnes, & adducunt plures inſtantias, quarum prima eſt:
quia anima multas quidditates rerum intelligit, quæ nõ faciunt propriã ſpeciem in phantaſia,
vtputa incorporalia omnia, & quia anima cognoſcit ſeipſam, ſuas potentias, ſuos actus, & in-
tentiones ſecundas, quæ omnia nullam propriam ſpeciem cauſarent in phantaſia, & hæc om- B
nia intelligimus per abſtractionem à phantaſmatibus. Sequeretur etiam, quòd intellectus nũ-
quam potuiſſet habere tertium, quartum, quintum, & ſextum gradũ cognitionis, niſi prius ha
beret primum & ſecundum, & tamen hoc eſt falſum: quia multa cognoſcit aliis modis, de qui
bus primum & ſecundum gradum cognitionis non habet. Et quando dicitur in fundamento
adducto probando maiorem, quòd læſo organo phantaſiæ intellectus impeditur, &c. Dicunt,
quòd cauſa eſt ibi non ęqualitas obiectorum vtriuſque potentiæ, ſed cauſa eſt ordo natura-
Intellectus nihil intelligit ſine phantaſia. lis potentiarum pro ſtatu iſto: quia intellectus nihil poteſt intelligere, niſi phantaſia prius
phantaſietur circa illud.

Ad illud etiam de idolo formato, quòd cum volumus intelligere formamus nobis idolum,
quo id aſpicimus, dicunt, bene verum eſt, quòd inde incipit cognitio, ſed vltimo intelle-
ctus progreditur ad non habentia idola reſpuendo illa. Ad illud, quod adducitur de in adęqua
tione effectus, dicunt, quòd non plus concludit, niſi quòd effectus ſubſtantiæ ſeparatæ non du
cunt in cognitionem perfectam ſuę cauſę, ſed hoc nõ obſtante poſſunt ducere in cognitionem
aliquam imperfectam. Ad illud, quod additur de improportione finiti ad infinitum, dicunt, C
quòd licet finiti ad infinitum non ſit aliqua proportio commenſurationis; poteſt tamen eſſe
proportio cognoſcentis ad cognitum, quę proportio magis requirit diſſimilitudinem, quàm
ſimilitudinem. Hęc eſt reſpõſio ipſorum ad fundamentum S. Thomę. Sed vt appareat, quali-
Comm. 30. ter non attigerunt mentem eius, & quod errauerint, vt Auerro. dicit de Auicen. 3. de anima,
Error Auicẽ. quia non eſt imitatus Ariſt. ſed voluit ſequi propriam phantaſiam: nam cum S. Thomas ar-
q. 88. art. 2. guiſſet contra Auempacem 1. par. qui Auempaces vt narrat Auerroes 3. de anima, fuit vnus
Commen. 36 de ſubtilioribus Commentantibus Ariſto. & concordauit cum ipſo Auerroe in concluſione,
quòd intellectus noſter magnitudini coniunctus poſſit quidditatiue cognoſcere ſubſtantias
ſeparatas, licet rationes ſuę non concludant.

Contra ambos igitur arguens dicit ſic: intellectus magnitudini coniunctus nihil quiddita-
tiue intelligere poteſt, niſi abſtrahendo à phantaſmatibus; ſed ſubſtantię ſeparatę non faciũt
phantaſmata, nec poſſunt cognoſci ex his, quę phantaſmata faciunt: ergo quidditatiue cogno
ſci non poſſunt. Hæc enim ratio eſt demonſtratiua: quia loquitur de quidditatiua cognitio-
Cauſa erroris aduerſariorum. ne, & non de cognitione alicuius prædicati quidditatiui: quia hoc concedit S. Thomas, & hoc D
fuit in cauſa, quòd decepti ſunt Aduerſarij; quia non diſtinxerunt inter cognoſcere ali-
quod prædicatum quidditatiuum, & cognoſcere quidditatiue. Nam cognoſcere aliquod prę
dicatum quidditatiuum eſt cognoſcere genus uel differentiam communem alicuius rei, puta
Quid eſt cognoſcere qdditatiue. de homine, quòd ſit animal & greſſibile & bipes: ſed cognoſcere quidditatiue eſt cognoſce-
re omnia prędicata eſſentialia rei à prima potentia vſque ad vltimum actum, & vltimam diffe
rentiam. Ad hoc enim tendit ratio S. Tho. & fundatur ſuper dicto S. Dionyſij libro de di-
Cap. 1. uinis nominibus, vbi habet quòd ſenſibilibus intelligibilia, & compoſitis ſimplicia, & corpo
ralibus incorporalia comprehendi non poſſunt, ideſt cognoſci cognitione quidditatiua: & ſic
intelligendo maiorem rationis Doct. Ang. primo vel ſecundo modo, vt diſtinxerunt ipſi, ſem-
per ſequitur argumentum.

Solutio inſtãtiarum. Et ad inſtantias adductas, quòd anima cognoſcit ſe ipſam, &c. dico, quòd hęc nõ eſt ad pro
poſitum, cum anima non excedat ſe in perfectione & ſuas potentias, & actus, & intentiones,
ſicut ſubſtantię ſeparatę excedunt animam noſtram. Ad illam de lęſione organi, dico, ꝙ non
Tex. 30. fuit adductum dictum illud pro ęqualitate obiectorum, ſed vt adducit Ariſt. 3. de anima, &

primo

A primo poſteriorum, quòd intellectus nihil intelligere poſsit, niſi illud ſuſcipiat ex ſenſibus, & intelligentię non poſſunt ita cadere ſub ſenſibus, vt intelligantur quidditatiue ab intellectu noſtro. Ad inſtantiam de idolo formato etiam dicitur, quòd licet procedat intellectus ad non habentia idola & ſimilitudines, non tamen quidditatiue. Ad illud etiam de inadequatione effectus eſt dicendum, quòd oportet mendacem eſſe memorem, & bene proſpicere ne incidat in laqueum contradictionis, concedunt enim ipſi, quòd effectus ſubſtantię ſeparatę non ducunt in cognitionem perfectam ſuę cauſę, ſed bene in cognitionem aliquam imperfectam. Bone Deus non eſt hęc expreſſa intentio S. Thomę prima parte vbi dicit, quòd ex rebus materialibus aſcendere poſſumus in aliqualem cognitionem immaterialium rerum, non tamen perfectam? vnde ſi hoc idem intendunt Aduerſarij, quęro ab eis, quem impugnant, aerem forſitan? nam tota doctrina S. Thomę plena eſt, quòd de ſubſtantijs ſeparatis multa prędicata communia ſubſtantialia & quidditatiua, tam affirmatiua, quàm negatiua cognoſcimus, puta quòd ſint ſubſtantię, immateriales, ſemper mouētes, & multa alia, quę cum ſint prędicata communia competentia omnibus ſubſtantijs ſeparatis, pertinent ad cognitionē quia eſt, & non ad quid eſt, & quidditatiuam: nam 1. poſteriorum habetur, quòd cognitio per communia eſt cognitio quia eſt, & non quid eſt. Tex. 1. q. 88. ar. 2. ad primum. Quæ agnoſcunt de abſtractis. B Cap. 13.

Ad illud aliud, quod dicunt de proportione commenſurationis & cognitionis, bone Deus, hęc non eſt expreſſa ſententia S. Thomę prima parte nam ibi adducit hoc argumentum; cognoſcentis ad cognitum oportet eſſe aliquam proportionem, cum cognitum ſit perfectio cognoſcentis, ſed nulla eſt proportio intellectus creati ad Deum: quia in infinitum diſtaut: ergo intellectus creatus non poteſt cognoſcere Deum. Sequitur reſponſio, quòd proportio dicitur dupliciter, vno modo certa habitudo vnius quantitatis ad alteram, ſecundum quòd, duplum, triplum, & æquale ſunt ſpecies proportionis. Alio modo quęlibet habitudo vnius ad alterum proportio dicitur, & ſic poteſt eſſe proportio creaturę ad Deum, inquantum ſe habet ad ipſum, vt effectus ad cauſam, & vt potentia ad actum, & ſecundum hoc intellectus creatus proportionatus eſſe poteſt ad cognoſcendum Deum, & hæc dicitur proportionalitas quędam, & proportio cognoſcentis ad cognitum, vt dicunt ipſi, ſed hęc proportio non facit cognitionem quidditatiuam & perfectam. q. 12. art. 1. ad quartū. Propoitio duplex. Proportionalitas quę ſit.

C Secundum motiuum, quod eſt S. Thomæ 1. p. & in pluribus alijs locis, quidditas ſubſtantię materialis eſt proprium obiectum intellectus noſtri poſsibilis: ergo nihil poterit per ſe intelligi à nobis, quòd non ſit materialis quidditas, nec cognoſcibile per talem quidditatem, ſed ſubſtantię ſeparatę non ſunt materialis quidditas, nec cognoſcibiles quidditatiue per quidditates materiales: ergo non poſſunt ab intellectu noſtro cognoſci: antecedens probatur, quia obiectum proportionatur potentię cuius eſt: ſed intellectus eſt potentia in materia exiſtens: quamquam non operatur mediante organo: ergo obiectum eius erit in materia exiſtens, ſed non conſideratur vt exiſtit in materia indiuiduali, cum ſit abſtractū ab ea per intellectum agētem. Et confirmatur, quia niſi quidditas materialis eſſet obiectum intellectus poſsibilis, non videretur neceſſe ponere actionem intellectus agentis circa obiectum intellectus poſsibilis. Hoc fundamentum ſoluunt etiam ipſi 1. ſent. dicentes eſſe falſum, quòd quidditas materialis ſit per ſe obiectum intellectus: quia multa alia intelligit intellectus per ſe & ſecundum ſuam quidditatem, quorum nulla eſt ſubſtantia materialis. q. 12. art. 4. Obiectum intellect' noſtri quid ſit. diſt. 3. q. 3. Reſponſio Aduerſariorum.

Et ad illud de proportione obiecti ad potentiam dicunt, quòd illa proportio eſt mouentis ad mobile, quę magis requirit diſsimilitudinem, quàm ſimilitudinem: quod probatur, quia aliter intellectus Angelicus, qui non eſt intellectus in corpore nec materialis, non poſſet intelligere quidditatem ſubſtātię materialis, quę eſt in materia. Pręterea ſequeretur etiam, quòd intellectus noſter non poſſet intelligere quidditatem roſę, ipſa non exiſtente, cum talis quidditas tunc non ſit materialis. Pręterea ſecundum Auicen. 1 metaphy. ens & res prima impreſsione imprimuntur in anima, quę non ſunt quidditates materiales: nec etiam eſt neceſſarium inter obiectum & potentiam requiri proportionem in eſſe, nec in modo eſſendi, nec in natura vel eſſentia: quia tunc oculus corruptibilis non poſſet cognoſcere ſolem, lunam, & ſtellas, quę ſunt entia incorruptibilia. Sed hęc reſponſio (pace horum dixerim) nulla eſt: quia S. Thomas cum poſuiſſet veram radicem cognitionis, ſupra quam fundauit ſuam rationē, ipſi non aduerterunt: propterea inciderunt in laqueum contradictionis. D Cap. 1. Defenſio doctrinæ thomiſticæ.

Vera radix cognitionis eſt, quòd cognoſcens debet eſſe cognitum, vt declarauit Ariſt. 2. de anima de mente Empedoclis, quòd anima ſi debet omnia cognoſcere, omnia eſſe debet, ſed nō materialiter, vt intellexit Empedocles, ſed ſecundum ſimilitudines. Secundo eſt notandum, quòd in vera doctrina obiectum aliquod poteſt eſſe primum primitate adęquationis, & hoc tale Tex. 38. Obiectum intellect' eſt multiplex.

tale eſt ens inquantum ens. Aliud eſt obiectum primum primitate perfectionis, & hoc tale dicitur Deus benedictus, qui eſt perfectior cunctis rebus. Aliud eſt obiectum primum primitate motionis & proportionis, & dicitur etiam obiectum intenſiuum, & tale eſt quidditas rei materialis. Tertio eſt notãdum, quòd per quidditatem materialem intelligimus quidditatem ſumptam in vniuerſali, prout eſt compoſita ex materia & forma, de qua poteſt haberi phãtaſma, à quo poteſt abſtrahi ſpecies intelligibilis lumine intellectus agentis. Iſtis ſtantibus medium formatur ſic. nihil quidditatiue intellectus noſter cognoſcere poteſt, niſi illud contineatur ſub obiecto ſuo primo primitate motionis, & quod ſit obiectum intenſiuum, ſed tale obiectum non eſt, niſi quidditas rei materialis, ſub qua non continentur ſubſtantię ſeparatę: igitur ſubſtantiæ ſeparatæ non cognoſcuntur ab intellectu noſtro quidditatiue, & ſic apparet quomodo ratio hęc demonſtrat. A

Quæ namq; ſit materialis quidditas.

Inſtantiæ adductę ab ipſis ſunt pueriles, & extra propoſitum, & prima eſt, in qua dicunt falſum eſſe, quòd quidditas materialis ſit per ſe obiectum intellectus: nam oſtenſum eſt in ſecundo notabili hoc eſſe veriſsimum loquendo de obiecto primo primitate motionis & intenſiuo: quia ſuper illud non poteſt naturaliter intellectus quidditatiue penetrare. B Et ex hoc ſoluitur aliud argumentum ipſorum: potentia habens aliquod obiectum poteſt cognoſcere quidquid continetur ſub illo obiecto, ſed intellectus noſter habet pro obiecto ſuo ens inquantum ens: ergo poteſt cognoſcere quidquid continetur ſub ente. Primo argumentum hoc concludit de cognitione imperfecta. Secundo dico, quòd illa maior intelligitur de obiecto primo primitate motionis, & de obiecto intenſiue ſumpto, ſub quo cum non contineantur ſubſtantiæ immateriales, ideo non poſſunt quidditatiue penetrari ab intellectu noſtro. Ad inſtantiam de proportione obiecti ad potentiam dico, quòd in doctrina vera inter cognoſcens & cognitum debet eſſe proportio æqualis ordinis; itaque cognitum ab intellectu quidditatiue non debet eſſe ſuperioris ordinis, & intellectus cognoſcens inferioris: quia tunc cognitum, cum excedat vires cognoſcentis, non poterit ab eo cognoſci. Nec eſt verum, quòd ratio adducta velit ęqualitatem, ſeu ſimilitudinem inter cognitum & cognoſcens: hoc enim nunquam ſomniauit, ſed tantum vult habere, quòd obiectum cognitum non excedat intellectum cognoſcentem. Et ſic ſoluitur inſtantia, in qua dicunt, quòd intellectus Angelicus non poſſet cognoſcere hæc materialia: nam ſi hæc materialia non excedunt intellectum Angelicum, & ſunt inferioris ordinis: quare non debent cognoſci quidditatiue? & ſic patet quomodo vndique eſt vera doctrina. Ad inſtantiam de roſa dico, quòd quando roſa non eſt, & intelligitur ab intellectu noſtro, ſemper intelligitur prout eſt compoſita ex materia & forma communi, licet non particulari. Ad inſtantiam, quam adducunt ex Auicen. dico, quòd ens & res ſunt obiectum primũ primitate adęquationis, & extenſiuum intellectus, de quo non loquitur noſtra ratio, ſed de obiecto intenſiuo, vt dictum eſt, & ſic non eſt ad propoſitum. Ad inſtantiã de oculo corruptibili, qui videt incorruptibilia, nec etiam ad propoſitum eſt, cum corruptibile & incorruptibile conueniant ſub modo eſſendi viſibilis, vt patet ex Ariſt. 10. metaphy. vbi expreſſe fatetur corruptibile & incorruptibile non eſſe differentias eſſentiales, ſed accidentales, quòd aliquod viſibile ſit incorruptibile, non propterea excedit viſum, cum contineatur ſemper ſub obiecto viſibilis. C

Inſtãtiæ Aduerſariorum ſoluuntur.

Reſoluta reſponſio.

Vera doctrina de cognitione intellectus.

Exponitur ſent. Auicen.

Tex. 26. Corruptibile & incorruptibile quomodo differunt.

Vnde fiat argumentum ſic, obiectum excedens potentiam ſub ratione obiecti, non poteſt à potentia illa cognoſci; ſed incorruptibile prout eſt viſibile non excedit viſum: igitur poteſt ab eo videri, vnde non videretur ſi excederet: & ſic etiam cõcludit argumentũ de ſubſtantijs ſeparatis: ſubſtantiæ ſeparatæ excedunt intellectum noſtrum poſſibilem: ergo non poſſunt quidditatiue ab eo intelligi, ſupponendo ſemper ſermonem noſtrum debere intelligi de obiecto adæquato intenſiue ex natura potentiæ ſecundum proprias vires, & non de obiecto adæquato extenſiue: obiectum enim adęquatum extenſiue ipſius viſus ex 2 de anima eſt viſibile, intenſiue vero color, & ſub obiecto extenſiuo, quod eſt viſibile, continentur incorruptibilia; propterea videri poſſunt à viſu: ſtat ergo ſolidum hoc ſecundum fundamentum. D

Obiectum extenſiuum quid eſt. Tex. 65.

Tertiũ fundamentum ponitur 1. p. & ſic adducitur ab eis; plus diſtat intelligibile increatum ab intellectu creato, quàm intelligibile creatum à ſenſu; ſed intelligibile creatum non poteſt apprehendi à ſenſu: ergo multo minus intelligibile increatum ab intellectu creato. Reſpondent dicendo hoc verificari quoad eſſe, & non quoad cognoſcibilitatem: nec quoad proportionem obiecti. Sed hæc reſponſio non eſt ad propoſitum, vltra quòd non eſt adductum fundamentum vt iacet; quia ita habetur, ſenſui naturaliter competit cognoſcere ſingularia: & intellectui naturaliter competit cognoſcere naturas, quæ habent eſſe in materia communi, non indiuiduali: & intellectui Angelico naturaliter competit cognoſcere naturas non exiſtentes in materia,

q. 12. art. 4.

Quid poteſt ſenſus & quid intellect' naturaliter.

A teria,& intellectui diuino naturaliter competit cognoſcere ipſum eſſe ſubſiſtens, ſubiungit deinde, quòd nunquam ſenſus eleuari poteſt, vt proprijs viribus cognoſcat illud,quod naturaliter competit cognitioni intellectus noſtri, & etiam intellectus noſter nunquam proprijs viribus poterit intelligere (quidditatiue ſemper loquendo) obiectum intellectus Angelici:nec etiam intellectus Angelicus proprijs viribus intelligere poterit obiectum diuini intellectus. Et in reſponſione ad tertium ſubiungit, quòd ſenſus cum ſit omnino materialis nullo modo eleuari poteſt, vt cognoſcat aliquod immateriale, ſed intellectus noſter vel Angelicus,qui ſecundum naturam à materia aliqualiter eleuatus eſt, poteſt vltra ſuam naturam per gratiam ad aliquid altius eleuari. Hoc ergo eſt fundamentum Angelici Doct. quòd intellectus noſter naturaliter nunquam poterit cognoſcere quidditatiue obiectum intellectus Angelici: immo ſtāte etiam fundamento, vt adducitur ab eis, adhuc concludit: qnia proportio (vt dictum eſt) debet eſſe circa ordinem, quòd natura cognoſcens non debet eſſe inferioris ordinis, quàm ſit naturaliter cognitum ab ea quidditatiue: modo intellectus noſter eſt inferioris ordinis reſpectu ſubſtantiarum ſeparatarum: igitur eas quidditatiue cognoſcere non poteſt. *Senſus nunquàm eleuatur ad cognoſcēda immaterialia.*

B Quartum fundamentum adducitur etiam ab ipſis hoc modo: non plus ſe extendit potentia paſſiua quàm actiua ſibi correſpondens, ſed potentia actiua, quæ eſt intellectus agens non ſe extendit vltra phantaſmata & ſenſibilia: ergo nec intellectus poſſibilis, qui eſt potentia paſſiua. Reſpondent ipſi dupliciter ad hoc fundamentum. Primo quòd falſa eſt maior de illa potentia actiua, quę eſt tantum vnius: paſſiua autem contrariorum, niſi loquamur de potentia actiua prima. Secundo dicunt concedendo maiorem, quòd intellectus in actu poſſibilis non dicitur amplius paſſiuus, ſed factus in actu circa effectus ſubſtantiarum immaterialiū, quos apprehendit per ſenſus,& quærit vlterius cognitionem earum. Sed dicimus nos primo fundamentum hoc non eſſe adductū fideliter, vt patet ex loco ex quo acceptum eſt, ibi enim arguit contra Auerroem tenentem intellectum agentem per continuationem cum intellectu poſsibili poſſe intelligere ſubſtantias ſeparatas: ſic homo etiam & intellectus poſſibilis poterint idem facere. Supponit primo hęc doctrina noſtra intellectum agentem non eſſe ſubſtantiam ſeparatam, ſed quandam virtutem ipſius animæ extendentem ſe ad ea, ad quæ ſe extendit intellectus poſſibilis receptiue. Hoc fundamentum eſt Ariſt. 3. de anima, vbi habet, *Obiectiones Aduerſariorum.* q.88.art.1. Tex. 18.

C quòd intellectus poſsibilis eſt omnia fieri: intellectus vero agens eſt omnia facere. Hoc ſtante arguit S.Tho.1.p. vterque intellectus ſecundum ſtatum pręſentis vitę extēdit ſe ad materialia tantum, quę intellectus agens facit intelligibilia in actu,& recipiuntur in intellectu poſſibili: ergo ſecundum ſtatum præſentis vitę, neque per intellectum poſsibilem, neq; per intellectum agentem poſſumus intelligere ſubſtantias ſeparatas immateriales ſecundū ſe ipſas, ideſt quidditatiue. Argumentū hoc concludit contra Auerr. Secundo dico, ꝙ etiam ſtante fundamento, vt adducitur ab ipſis, non concludit; quia prima reſponſio data eſt contra Ariſt. 9. metaphy. & 5. etiam, vbi ponit, quòd potentiæ actiuæ correſpondet ſua paſſiua, & pręcipue in materia ſubiecta, de qua loquimur. Secunda quoque reſponſio eſt falſiſſima: quia intellectus poſſibilis factus in actu nunquam poterit cognoſcere, niſi ea, quę ſuſcepit ab intellectu agēte, vel quę ſuſcepturus eſt, aliter falſa eſſet propoſitio aſſumpta ab Ariſt. intellectus poſſibilis eſt omnia fieri,& intellectus agens omnia facere: quia ſi per ipſos plura intelligit intellectus poſſibilis, quę intellectus agens non facit; ſequitur quòd intellectus agens non eſt omnia facere. q.88.art.1. Tex.2. Tex.17. *Proprietas intellect⁹ poſſibilis & agētis.*

Quintum fundamentum noſtrum adductum ab eis & impugnatū eſt, ſi intellectus viatoris

D poſſet ſubſtantias ſeparatas quidditatiue intelligere, tunc homo naturaliter poſſet peruenire ad beatitudinem: conſequens eſt falſum, ergo & antecedens, conſequentia probatur ex 10. ethic. vbi philoſophus ait, quòd felicitas conſiſtit in ſpeculatione ſubſtantiarum ſeparatarum. Soluunt negando conſequentiam iſtius rationis, cum beatitudo conſiſtat in notitia intuitiua earum, qualis non poteſt haberi in iſto ſtatu. Sed dico primo, quòd fundamentum hoc non eſt adductum iuxta veritatem: quia S. Thomas ponit hoc fundamentum contra Auer. eodem loco quo ſupra, & concludit contra ipſum: nam ſi intellectus poſſibilis per continuationem cum intellectu agēte naturaliter poteſt ſubſtantias ſeparatas quidditatiue intelligere: ergo naturaliter poterit acquirere beatitudinem: probatur conſequentia: quia Ariſt. 10. ethi. poſuit vltimam felicitatem hominis in cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum. Hoc eſt fundamentum, & concludit contra Auerroem, & addit, quòd pauci perueniunt ad felicitatem: quia pauci acquirunt iſtam conditionem. Dico ſecundo, quòd argumentum ſequitur de notitia intuitiua, qualis habetur pro iſto ſtatu, licet non ſecundum rei veritatem, ſed ſuppoſita fictione Auer. & ideo male impugnatum eſt. Cap.10. Cap.10. *Felicitas in quo ſit ſita.*

Aliud fundamentum, quod eſt expreſſa intentio Ariſt. in hoc 2. metaphy. vbi aſſimilat intelle- Tex.1.

tellectum noſtrum oculo nycticoracis: vnde ſicuti oculus iſtius animalis non poteſt perfecte A
videre lucem diei, ſed tantum imperfecte & obſcure, & hoc propter debilitatem viſus; ita etiã intellectus noſter non poterit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas, quæ ſunt manifeſtiſſimæ ſecundum naturam ipſarum. Impugnant hoc fundamentum 1. contra Auer. qui poſuit exemplum hoc Ariſt. non dicere impoſſibilitatem, ſed difficultatem; verum nos 4. artic. diſcutiemus opinionem Auer. & ibi videbitur.

Egregia comparatio.

Videndum eſt modo quid dicant Aduerſarij addentes duas reſponſiones, quarum prima eſt, quòd ſimilitudo Ariſt. eſt intelligenda de impoſſibilitate quoad tempus reſpectu ſecundi gradus cognitionis, qui dicebatur cognitio abſtractiua: nam impoſſibile eſt in hoc ſtatu intellectum noſtrum poſſe cognoſcere abſtractiue ſubſtantias ſeparatas recipiẽdo ſpecies proprias genitas ab eis, ſed in veſpertilione eſt impoſſibilitas ſimpliciter, in nobis autem non ſimpliciter, ſed ſecundum iſtum ſtatum, in quo accipimus cognitionem à ſenſibilibus. Dicunt ſecundo, quòd ſimilitudo eſt intelligenda de quinto gradu notitiæ intellectus quantum ad difficultatem, non quantum ad impoſſibilitatem ſecundum Commentatorem.

Refellitur opinio & doctrina Aduerſa.

Sed vtraque reſponſio videtur falſiſſima, & contra intentionem Ariſt. nam intentio Ariſt. B
eſt aſſimilare intellectum noſtrum oculo noctuæ ratione debilitatis, ſi enim oculus noctuæ, cũ ſit debilis, non poteſt videre lumen Solis perfecte, quia lumen Solis excedit vires ipſius oculi noctuæ; ergo & intellectus noſter non poterit perfecte & quidditatiue naturaliter cognoſcere ſubſtantias ſeparatas, ſed tantum imperfecte & obſcure, & dicit impoſſibilitatem ſimpliciter: quia naturaliter loquendo, neq; in hoc ſtatu, neque in alio ſecundum theologos poterit anima noſtra quidditatiue cognoſcere ſubſtãtias ſeparatas, vt patet per dictum S. Th. 1. p. vbi habet, ꝙ vna anima ſeparata poteſt habere perfectam cognitionem de alia anima ſeparata, ſed de Angelis habet cognitionem imperfectã & deficientẽ, loquendo de cognitione naturali animæ ſeparatę: quia de cognitione gloriæ eſt alia ratio. Præterea iſta reſpõſio eſt contra ipſos tenentes non eſſe certũ ex intentione philoſophi eſſe aliam vitã; quia in diuerſis locis, vt in 2. de anima, & in 12. huius videtur loqui dubitatiue, & tamen ipſi ſine dubitatione ponunt in hoc quæſito aliam vitam ſecundum Ariſt. ergo in vno loco loquuntur ſecundum Ariſt. in alio vero contra Ariſt. in eadem diſputatione. Hoc enim non decet illos, qui profitentur doctrinã Ariſtotelicã.
Secunda quoque reſponſio eſt falſiſſima: quia ſecundum quintum gradũ cognitionis non ſo- C
lum eſt difficile, vt intellectus viatoris intelligat ſubſtantias ſeparatas quidditatiue, ſed etiã impoſſibile, tam in hoc ſtatu, quàm in alio loquendo ſemper de cognitione naturali, vt dictũ eſt.

q. 89. art. 2.

Tex. 21.

Tex. 17.

Aduerſarij inculcant Ariſt.

Et confirmatur modo opinio Sancti Thomæ cum duobus alijs fundamentis: quia cognitio perfecta, & quidditatiua non eſt niſi tribus modis. Primo quando res cognoſcibilis vnitur per eſſentiam ſuam cognoſcenti: ſicut quando intelligentia eſt intelligens ſe ipſam per ſuam eſſentiam apud philoſophum. Secundo quando in cognoſcente eſt ſpecies intelligibilis ſufficienter repreſentatiua eſſentię rei cognoſcibilis, vt ſi per ſpeciem leonis intelligerem leonem. Tertio quando cognoſcitur effectus adęquans virtutem ſuæ cauſæ, & per ipſum cognoſco cauſam, vt ſi cognoſcerem effectum adæquantem virtutem ſolis, ſed intellectus poſſibilis noſter coniunctus corpori nullo iſtorum modorum poteſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas: ergo impoſſibile eſt ſibi vt cognoſcat quidditatiue ſubſtantias ſeparatas: probatur minor, quia intellectus poſſibilis, qui eſt omnia fieri, nullam formam recipit, niſi quam facit intellectus agens, qui eſt omnia facere: ſed manifeſtum eſt, quòd non facit eſſentiam rei ſeparatę actu intelligibilem, quoniam cum D
ſit immaterialis eſt ex ſe intelligibilis: nec ſecundo, quia intellectus poſſibilis nullam ſpeciem recipit, niſi abſtractam à phantaſmatibus virtute intellectus agentis: nulla autem talis eſt ſufficienter repreſentatiua ſubſtantię ſeparatę: quoniam cum ſit ſufficienter repreſentatiua obiecti materialis, à quo eſt ſumpta, non poteſt exprimere naturam perfectioris ſubſtantię, qualis eſt ſubſtantia ſeparata, cum ſint diuerſorum ordinum. Nec tertio, quia nullus effectus ſenſibilis cognitus à nobis poteſt adęquare virtutem ſubſtantię ſeparatę, pręcipue virtutem primi principij, quę eſt infinita, & omnis effectus ſenſibilis eſt finitus: ſequitur ergo impoſſibile eſſe, quòd intellectus viatoris cognoſcat ſubſtantias ſeparatas quidditatiue.

Cõfirmatio poſitionis S. Thom.

Cognitio quidditatiua triplex.

Species abſtracta à phãtaſmate non repræſentat intelligẽtiã.

Et ſi quis diceret; contra, quia cognoſcimus motum ęternum, qui eſt effectus infinitus & adęquatus: ergo cognoſcimus cauſam iſtius effectus: cauſa autem ſunt ſubſtãtię ſeparatæ: ergo cognoſcimus ſubſtantias ſeparatas quidditatiue per iſtum effectum adęquatum. Sed facile ſoluitur hęc inſtantia: quia cum ſubſtantię ſeparatę dupliciter conſiderari poſſint. Vno modo vt motrices. Alio modo quatenus ſunt ſubſtantię intellectuales per ſe exiſtentes: licet mouere tempore ęterno ſit effectus adæquatus ſubſtantiarum ſeparatarum, vt motrices ſunt, non tamen

Subſtantiæ ſeparatæ bifariam conſiderantur.

A men prout ſunt ſubſtantiæ intellectuales per ſe exiſtentes.

Aliud fundamentum eſt hoc breuius. Cognoſcere ſubſtantias ſeparatas per prędicata communia nõ eſt cognoſcere ipſas quidditatiue: patet, quia cognitio quidditatiua eſt per prędicata propria ſpecifica & vltima: ſed intellectus corpori coniunctus cognoſcit ſubſtantias ſeparatas & prædicata communia, & non propria, ſpecifica, & vltima: ergo nunquam hic intellectus poterit quidditatiue & perfecte naturaliter cognoſcere ſubſtãtias ſeparatas: minor probatur, quia Ariſt. 12. metaphy. nil aliud cognouit de iſtis ſubſtantijs, niſi quòd ſint immobiles, ſimplices, & actus, impaſsibiles, & inalterabiles, quæ prędicata competunt omnibus ſubſtantijs ſeparatis communiter. Tex. 49.

Quoad tertium ſoluendæ ſunt rationes Aduerſariorum: nam prima erat, Omnes homines ſcire deſiderant: ergo maxima ſcibilia, &c. Ad hoc dici poteſt, ꝙ deſiderant eo modo, quo poſſunt, & quia naturaliter non poſſumus ſcire maxima ſcibilia ſecundum quidditatiuam & perfectam cognitionem: ideo hoc nullus deſiderat, licet ratio Ariſt. ad hoc tendat, tamen ipſe non cognouit eius vim. Secunda ratio erat, quòd felicitas hominis conſiſtit in ſpeculatione veritatis & altisſimarum cauſarum, & hic eſt proprius finis hominis; quem naturaliter deſiderat. Soluitur hæc dicendo, quòd finis, ad quem ſe extendit naturalis posſibilitas hominis, eſt cognitio altisſimarum cauſarum eo modo, quo poteſt haberi in hac vita: hęc enim eſt cognitio ſubſtantiarum ſeparatarum imperfecta ſecundum prædicata cõia, vt dictum eſt. Soluũtur rationes Aduerſariorum.

B Vis rationis Ariſt.

Ex hac reſponſione habetur falſum eſſe id quod dicunt, S. Thomam reſpondere ad iſtas duas rationes hoc pacto, videlicet posſibile eſſe homini non in hac vita, ſed in alia cognoſcere ſubſtantias ſeparatas. Hæc enim reſponſio non eſt Sancti Thomę, quandoquidem ipſe nec in hac vita, nec in alia ponit intellectum noſtrum poſſe quidditatiue cognoſcere ſubſtantias ſeparatas: licet aliqui thomiſtæ dent iſtam reſponſionem, & eſt potius reſponſio theologalis, & poteſt ſuſtineri, quòd anima ſeparata in alia vita cognoſcat ſubſtantias ſeparatas quidditatiue: quia habet alium modum intelligendi ſimilem ſubſtantijs ſeparatis. Et ad obiectiones alias, quas adducũt facile reſpondetur, & primo ad primam, in qua aſſerunt philoſophum nõ cognouiſſe aliam vitam, ex conſequenti felicitas, de qua loquitur Ariſt. eſt illa, quam habemus in hac vita, in qua debemus quidditatiue cognoſcere ſubſtantias ſeparatas: aliter fruſtraretur naturale deſiderium. Dicitur eſſe falſum, quòd Ariſt. non cognouerit aliam vitam, & fit ei maxima iniuria, cum 9. metaphy. loquens de intellectu noſtro dicat, licet non intelligat ſubſtantias ſeparatas: hęc tamen impotentia non eſt veluti cęcitas, & 12. metaphy. ponit ſubſtantias ſeparatas ducere vitam ſempiternam & delectabilem, quę ineſt nobis paruo tempore, & 1. cœli ponit entia quędam ducere vitam optimam, quę eſt prҫter vitam corporalium & materialium. Secundo dicitur quòd deſiderium naturale non fruſtratur: quia cognoſcimus eo modo quo poſſumus. Doctrina falſo impoſita S. Tho. Anima ſeparata habet alium modũ intelligẽdi ſimilẽ ſubſtantijs ſeparatis

C Tex. 22. Tex. 36. Tex. 22.

Secunda quoque obiectio eſt, in qua dicunt, quòd potentia improportionabilis alicui obiecto non poteſt per aliquem habitum aduenientem ſibi cognoſcere per ſe illud obiectum: ergo ſi potentia intellectiua animę coniuncta corpori eſt improportionabilis quidditati ſubſtãtię ſeparatę per nullum habitum, quẽm reciperet, poterit fieri proportionabilis: quia quando eſt ſeparata remanebit eadem: ergo intellectus ſeparatus non cognoſcet illas ſubſtantias ſeparatas, ſicut nec coniunctus: probatur maior; quia omnis habitus receptibilis in aliqua potentia, vel reſpicit pro obiecto proprio obiectum iſtius potentię, puta ſi ſufficiat ad eliciendum

D omnem actum illius potentię in ratione proximi principij, & formalis elicitiui, vel reſpicit pro obiecto proprio aliquod particulare contentum ſub obiecto potentię, ſicut patet de diuerſis habitibus potentię intellectiuę, exemplum primi, habitus metaphyſicus, exemplum ſecundi habitus Geometricus, vel Arithmeticus, nunquam tamen habitus reſpiciens pro obiecto aliquid improportionabile potentię poterit recipi in tali potentia. Varia exempla de habitu animæ.

Hoc argumentum ſoluitur à S. Thoma 1. p. in reſponſione ad tertium, vbi fecit ſimilem rationem, Senſus corporeus non poteſt eleuari ad intelligendum ſubſtantiam incorpoream, quia eſt ſupra naturam eius: ſi igitur videre Deum per eſſentiam eſt ſupra naturam cuiuſlibet intellectus creati: videtur quòd nullus intellectus creatus ad videndum eſſentiam Dei pertingere poſſit, quod eſt erroneum. Sequitur reſpõſio: quia ſenſus viſus cum ſit omnino materialis, nullo modo poteſt eleuari ad aliquod immateriale, ſed intellectus noſter vel Angelicus, qui ſecundum naturam à materia aliqualiter eleuatus eſt, poteſt vltra ſuam naturam per gratiam ad aliquid altius eleuari, & huius ſignum eſt, quia viſus nullo modo poteſt in abſtractione cognoſcere id, quod in concretione cognoſcit: nullo enim modo poteſt percipere naturam, niſi hanc: ſed intellectus noſter poteſt in abſtractione cognoſcere, quod in cõcretione cognoſcit: q. 12. art. 4. Quare ſenſus corporeꝰ nõ poteſt eleuari ad cognoſcẽda ſeparata.

Obiectũ duplicites ſumi tur intenſiue & extenſiue.

ſcit,concludit igitur argumentum de potentia materiali,non autem immateriali,vt eſt intelle- A
ctus. Poteſt etiam dici,quòd cõcludit de obiecto intenſiue ſumpto, quod eſt quidditas rei materialis,non autem de obiecto extenſiue ſumpto,quod eſt ens, inquantum ens.

Tex.92.
q.75.art.6.

Tertia obiectio eſt,quòd ſi intellectus ſeparatus cognoſceret aliquod obiectũ per ſe, quod modo non poteſt cognoſcere,puta quidditatem talium ſubſtantiarum: ergo non eſſet eadem potentia,tunc & modo; quia eiuſdem potentię eſt idem obiectum ex 2. de anima. Hoc idem argumentum ſolutum eſt à S. Thoma 1.p. vbi facit talem rationem, nulla res eſt ſine ſua propria operatione,ſed propria operatio animę,quę eſt intelligere cum phantaſmate,non poteſt eſſe ſine corpore, nihil enim ſine phantaſmate intelligit anima, phantaſma autem non eſt ſine corpore:ergo anima non poteſt remanere deſtructo corpore, vel erit alia anima. Sequitur reſponſio,quòd intelligere cum phantaſmate eſt propria operatio animæ,ſecundum quod eſt corpori vnita,ſeparata autem à corpore habebit alium modum intelligendi ſimilem alijs ſubſtantijs à corpore ſeparatis, & ſic patet, quòd remanebit eadem anima, ſed non idem modus intelligendi.

Tex.8.

Tertium argumentum principale, quo arguunt, ſi intellectus non cognoſceret ſubſtantias ſeparatas quidditatiue: tunc non eſſet agens per intellectum, & eſt argumentum Ariſt. 2. huius, vbi arguit ſic,ſi fines eſſent finiti,nullum eſſet agens per intellectum,&c. Hoc argumentũ nil aliud concludit, niſi quòd intellectus viatoris cognoſcit ſubſtantias ſeparatas naturaliter, tanquam ſuum vltimum finem, ſed non ſequitur, ergo quidditatiue, ſed bene ſequeretur argumentum Ariſt.quòd non eſſet agens per intellectum ſi nullo modo cognoſceret vltimum finem,quod non concedit S. Thomas. B

Tex.15.

Intellectus viatoris non cognoſcit ideã quidditatiue.

Quartum argumentum eſt: ſi intellectus viatoris non cognoſceret primam cauſam, tunc nullum effectum cognoſceret, & eſt argumentum etiam Ariſt. 2. huius, quòd ſi cauſæ eſſent infinitę, nihil contingeret cognoſci. Hoc etiam ita concludit, quòd intellectus noſter cognoſcit primam cauſam,ſed non ſequitur, ergo quidditatiue,ſed eo modo, quo poteſt. Quintum argumentum eſt,quòd ſi intellectus noſter cognoſcit aliquam veritatem intelligibilem: ergo conformitatem iſtius veritatis ad ideam: ergo & ipſam ideam: ergo & ipſum Deum, in quo reperitur iſta idea. Gratis conceditur, ſed negatur conſequentia, quòd cognoſcat ideam, & Deum quidditatiue. C

Effectus deficiens nõ ſufficit pro cognitiõe cauſæ.

Aliqui enim dicunt Aduerſarios & S. Thomam non eſſe contrarios niſi in verbis. Sed dico ego,ſi hoc eſt verum, cur de facto, & de re acerrime adducunt tot & tantas rationes contra S. Thomam? Niſi dicamus,quòd non intellexerũt ipſum in hac diſputatione: immo adducũt duas reſponſiones ad hęc argumenta, quas etiam ſine ratione impugnant,& prima reſponſio eſt,quòd iſtę rationes omnes conceduntur, quia non concludunt, niſi quòd intellectus noſter cognoſcit ſubſtantias ſeparatas,quantum ad quia ſunt,& inquantum ſunt cauſę iſtorum inferiorum, ſed non quantum ad propter quid, cum effectus deficiens non ſufficiat ad cauſandum notitiam de cauſa, quantum ad propter quid. Secunda reſponſio eſt, quòd cognoſcimus de ipſis ſubſtantijs, quid non ſunt: quia non ſunt aliquid iſtorum inferiorum: per hoc enim cognoſcimus ipſas eſſe cauſas excedentes reſpectu horum,ſed non cognoſcimus quid ſint.

Tex.28.

Ratio quam ſignificat nomen.

Arguũt ergo primo vnico argumento contra vtramq; reſpõſionem: quia ſm philoſophum 4. huius; ratio, quam ſignificat nomen eſt definitio: diffinitio autem exprimit quid rei: ergo vbicunque intelligimus rationem, quam ſignificat nomen, ibi poſſumus intelligere quid eſt res; ſed vbicunque imponimus nomen ad ſignificandum, ibi poſſumus intelligere rationem, quam ſignificat nomen: nullus enim ſignificat per vocem, quod non intelligit, ſubſtantijs autem abſtractis vel ſeparatis imponimus nomina propria ſignificatiua ipſarum, quod patet: quia de nullo ſunt vera illa, quæ de Deo affirmantur, niſi de illa ſubſtantia ſeparata, cui hoc nomen imponimus: ergo poſſumus intelligere quid ſint. D

Definitio rei duplex eſt.

q.4. art.1.

Miror de ingenio iſtorum non cognoſcentium duplicem eſſe diffinitionem rei; vnam quæ cognoſcitur per propriam ſpeciẽ, & talis eſt quidditatiua, vt ſi imponeretur nomen alicui rei, quæ cognoſcitur per propriam ſpeciem: illa ratio eſt definitio,quam ſignificat tale nomen,& eſt diffinitio quidditatiua. Alia eſt definitio rei,quę non cognoſcitur per propriam ſpeciẽ, ſed per ſpeciem alterius,puta effectus, vt ignis per ſpeciem fumi, & talis nõ eſt quidditatiua, quia illi impoſitum nomẽ eſt ab aliquo effectu; ratio quam ſignificat illud nomen, non eſt quidditatiua: quia cum nõ cognoſcamus talem rem per propriam ſpeciem, & propriam naturam, non imponimus nomen, quod dicit rationem & naturam propriam, & ſic eſt de ſubſtantijs ſeparatis,quas cognoſcimus per effectus, vt dictum eſt. Poteſt etiam dici, vt ait S. Thomas de verita-

A veritate ad octauum, quòd nomen dicitur imponi ab aliquo dupliciter, aut ex parte imponẽtis tale nomen, aut ex parte rei, cui imponitur, ex parte rei nomen dicitur ab illo imponi per quod completur ratio rei, quam nomen ſignificat, & hæc eſt differentia ſpecifica illius rei, & hoc eſt, quod principaliter ſignificatur per nomen, & de hoc concludit argumentum, ſed quã do eſt ex parte imponentis, illud nomen non oportet, vt ſignificet proprium ſignificatum rei, ſicut eſt de lapide, cui imponitur nomen ab effectu, qui eſt ledere pedem. Sed ad quid ego laboro circa hoc argumentum, nonne habemus plura nomina ipſius Dei? ergo ſequitur quòd cognoſcamus Deum quidditatiue, quomodo valet hoc argumentum?

Dupliciter imponit' nomen alicui.

Plura nomina Dei cognoſcim' & tamen non agnoſcimus ipſum quidditatiue.

Deinde argnunt ſpecialiter contra primam reſponſionem dupliciter. Primo ex 2. poſteriorum, vbi Ariſt. tractans de cognitione ſi eſt, & quid eſt, vult expreſſe, quòd quando cognoſcitur ſi eſt per ſe, tunc cognoſcatur quid eſt, quando autem cognoſcitur ſi eſt per accidens, tunc non cognoſcimus ſi eſt, neque quid eſt: cum ergo de ſubſtantijs ſeparatis cognoſcamus ſi eſt ſecundum S. Thomam, non tamen per accidens: quia hoc non eſt cognoſcere ſi eſt: ſequitur, quòd de ipſis poſſumus cognoſcere quid eſt, maxime de Deo, vbi idem eſt ſi eſt, & quid

Tex. 2.

B eſt. Hoc ſolui poteſt per reſponſionem communem dicendo, quòd concludit in ſcientia, quæ procedit à priori. Secundo dici poteſt, quòd eſſe capitur dupliciter. Vno modo vt dicit eſſe actuale. Alio modo vt dicit eſſentiã & quodquiderat eſſe: quicunq; cognoſcit eſſe ſecũdo modo cognoſcit quia, & quid, ſed qui cognoſcit eſſe primo modo, negatur, quòd cognoſcat vtrũque. Tertio dicitur, vt ſolebat dicere Franciſcus Vicomercatus Mediolanenſis Regius philoſophus, cum quo ſermonem habens in quadam publica diſputatione in Academia Taurinenſi circa hoc argumentum ſolebat dicere, quòd duplex eſt quid; nominis & rei, quando dicebat Ariſt. 2. poſteriorum cognoſcens an eſt, cognoſcit & quid eſt, intelligitur de quid nominis, non autem de quid rei, & ſic ſoluitur hoc argumentum. Quarto etiam dico, quòd intelligentiæ dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo vt ſunt motrices. Alio modo vt ſunt ſubſtantiæ intellectuales per ſe exiſtentes. Hoc ſtante dico, quòd de intelligentijs cognoſcimus an ſint, & quid ſint, prout motrices ſunt, non autem vt ſubſtantiæ intellectuales per ſe exiſtentes.

Eſſe bifariã capitur.

Reſponſio Vicomercati

Tex. 2.

Quomodo de ſeparatis agnoſcit' an eſt & qd eſt.

Addo etiam, ꝙ Caietanus dicit 1. p. in apoſtillis ſuper quartũ articulum illius quęſtionis, ꝙ
C eſſe capitur aliquãdo vt dicit actum eſſendi, aliquando prout ſignificat propoſitionem compoſitionis, quam anima adinuenit coniungens prædicatum cum ſubiecto. Secundo modo cognoſcitur eſſe Dei: nõ primo: quia eſſe Dei non abſolute cognoſcitur, ſed vt reſpondet veritati propoſitionis. Secundo arguunt contra eandem reſponſionem, impoſſibile eſt cognoſcere compoſitionem aliquorum, niſi cognitis terminis, vel extremis: quia ſecundum philoſophum 1. perhier. eſſe ſignificat quandam compoſitionem, quam ſine compoſitis non eſt intelligere, ſed eſſe immediate ineſt quidditati illarum ſubſtantiarum: ergo ſi cognoſcimus ſubſtantias ſeparatas eſſe, & per conſequens quidditates earum illis ineſſe.

Quæſt. 3.

Eſſe Dei quo modo agnoſcatur à nobis.

Cap. de verbo.

Hoc idem argumentum cum publice profiterer ſacram theologiam Taurini diſputans cum quoddam Patre Ioanne de Cannauerio Franciſcano meo concurrente deueni ad reſolutam reſponſionem Caietani, quæ habetur 2. poſteriorum, & 1. p. loco ſuperius citato, quòd in hoc differt eſſe Dei ab eſſe ſubſtantiarum ſeparatarum, quòd eſſe Dei eſt quod quid eſt eius: itaque hæc propoſitio Deus eſt, eſt in primo modo dicendi per ſe, eſſe autem ſubſtãtiarum ſeparatarum non ſic ſe habet, ſed diſtinguitur à quidditatibus earum, & ex hoc naſcitur, ꝙ eſſe Dei ſe-
D cundum ſe & abſolute eſt proprius terminus qnæſtionis quid eſt, & eſt terminus quæſtionis an eſt ſecundum quid, ideſt vt fundat veritatem propoſitionis. Eſſe vero ſubſtantiarum ſeparatarum non ſpectat ad quæſtionem quid eſt: quia non eſt prædicatum primi modi, vt patet inductiue, homo eſt, cœlum eſt, ſed ſecundum ſe & ſimpliciter ſpectat ad quæſtionem an eſt, & propterea cum de alijs ſcimus quæſtionem an eſt, dicimus ſcire eſſe, quod ſignificat veritatem propoſitionis, & eſſe ipſius rei: quia ſcitur ſecundum proprium modum, quo ſcibile eſt: cum autem de Deo ſcimus an eſt, dicimus ſcire eſſe, quod ſignificat veritatem propoſitionis, & neſcire eſſe Dei, non quòd terminus vltimus cognitionis noſtræ ſit eſſe propoſitionis, ſed eſt eſſe Dei, non abſolute, ſed vt reſpondet veritati propoſitionis, & ſic argumentum cõcludit, quòd cognoſcimus de Deo an eſt, & de ſubſtantijs ſeparatis an eſt, & aliqua prędicata quidditatiua, ſed non omnia prædicata quidditatiua: nec etiam quidditatiue ipſas cognoſcimus. Hęc reſponſio pręfato concurrenti meo ſilentium impoſuit.

Cap. 1.

Eſſe Dei dicitur eſſe terminus quæſtionis an eſt & quid eſt.

Tertio argnunt ſpecialiter contra ſecundam reſponſionem. Omni propoſitione negatiua eſt aliqua propoſitio affirmatiua prior: ergo ſi cognoſcitur de ſubſtantia ſeparata quid nõ eſt: oportet cognoſcere quid eſt, antecedens patet ex 2. perhier. vbi dicit philoſophus, quòd illa pro-

Affirmatio eſt prior negatione.

Cap. vlt.

poſitio, bonum non eſt malum, eſt vera: quia hęc affirmatiua prior eſt vera, bonum eſt bonum, A
Tex. 16. & 4. huius dicit philoſophus, notior itaque eſt dictio, quàm oppoſita negatio: male ergo dictum eſt in ſecunda reſponſione, quòd de ſubſtantijs ſeparatis cognoſcimus quid non ſunt, & Ioannes ille Candauerius, cum etiam eſſet Taurini ſpecialiter argumétabatur de Deo, de quo ego dicebam, quòd cognoſcitur negatiue, ſed argumentabatur ipſe dicens: ergo in letanijs de-
Lepidum dictum cuiuſdam Candaueri; ſcriptu riſtæ Taurinenſis. bemus dicere Sancte nó cęlum miſerere nobis, Sancte non lapis miſerere nobis, & non Sancte Deus, quæ eſt propoſitio affirmatiua.

Ad hoc ego dicebam, quòd doctrina hæc nempe, quòd Deus cognoſcitur per negationes non eſt S. Thomæ, ſed Dionyſij Ariopagitæ lib. cœleſtis hierarchię, vbi dicit quòd negationes
Cap. 2. de Deo ſunt verę, affirmationes vero incompactæ & inconuenientes: & ratio eſt, quia illa propoſitio, cuius prędicatum & ſubiectum perfecte cognoſcuntur à nobis, eſt verior & vere à nobis cognoſcitur, quàm illa, in qua ſubiectum & prædicatum non perfecte cognoſcuntur à nobis; ſed ſic eſt quòd ſubiectũ & prædicatum in propoſitionibus affirmatiuis factis de Deo nó perfecte cognoſcuntur à nobis, cum ſint improportionatæ, in propoſitionibus vero negatiuis cognoſcuntur: ergo propoſitiones negatiuæ factæ de Deo ſunt veriores & priores intellectui B
1. noſtro, quàm affirmatiuæ: non enim eſt dicendum ſecundum S. Thomam, quòd negatio ſit prior affirmatione abſolute, cum habitus ſit prior priuatione, & affirmatio dicat habitum, ne-
Negatio de Deo eſt verior ipſa affirmatione. gatio vero priuationem, ſed vult dicere quòd negatio eſt prior & verior & magis cognoſcibilis intellectui noſtro, quàm affirmatio: quia prædicatum & ſubiectum perfecte cognoſcuntur ab intellectu. Poſſumus etiam dicere, quòd negatio præcedit affirmationem via generationis, quia in his, quæ poſſunt eſſe & nó eſſe, prius eſt nó eſſe, quàm eſſe; negatio enim
In prologo. ſignificat non eſſe, & affirmatio ſignificat eſſe, & hoc voluit Ariſt. 1. perhier. qñ dixit primum definire oportet quid ſit nomen, quid verbum, deinde quid negatio & quid affirmatio: vbi videtis Ariſt. præpoſuiſſe negationem ipſi affirmationi: ſed via perfectionis affirmatio præcedit negationem, quando ergo dicitur in argumento, quòd ſi cognoſcimus de ſubſtantia ſeparata quid non eſt: ergo cognoſcimus quid eſt, concedo ſed imperfecte, vt ſæpe dictum eſt. Ad argumentũ etiam mei concurrentis dicebam non ſequi debere dicere ſancte non lapis miſerere nobis; quia habemus nomina ipſius Dei per reuelationem, & ideo vtimur propoſitionibus
Quare Deus negatiue nó dicatur I Letanijs. affirmatiuis de Deo in letanijs. Et etiam dicere poſſumus, quòd propter incongruentiam hoc C
non dicitur: licet perfectius cognoſcantur propoſitiones negatiuę quàm affirmatiuę, cum ſint incompactæ, vt dicebat Dionyſius. Tertio dicitur quia illud nomen, Deus, eſt commune.

Et etiam notandum, quòd conantur ducere S. Thomam in contradictionem in hoc quæſito, quia aliquando poſuit, verum eſſe proprium obiectum intellectus, eo quòd ſic ſe habet ad intellectum, ſicut bonum ad voluntatem, & aliquando poſuit vniuerſale prout in 2. de
Tex. 60. anima docet Ariſt. vniuerſale eſt dum intelligitur, & ſingulare dum ſentitur. Et non aduer-
Obiectum duplex. tunt, quòd obiectum eſt duplex, formale & materiale, & formale adhuc duplex eſt, ſcilicet quo, & quod. Obiectum formale quo eſt illud, per quod aliquid obijcitur potentiæ, &
Color eſt obiectum viſus. mouet eam: ſicut lumen eſt obiectum, quo obijcitur color viſui, & mouet eum. Obiectum formale quod, eſt illud quod obijcitur potentiæ, & ad quod potentia vt potentia talis terminatur nec terminatur ad aliud, niſi quia continetur ſub obiecto formali, ſicut color, vel viſibile eſt obiectum formale viſus: quia ad colorem, ſiue ad viſibile primo terminatur viſio, nec terminatur ad albedinem ſiue nigredinem, niſi quia continentur ſub colore, qui eſt per ſe viſibilis, & ſic S. Thomas ponit, quòd verum eſt obiectum formale quo: quia per verum D
quidditas materialis obiicitur potétiæ, & vniuerſale eſt obiectum formale quod, & ſic S. Tho. non contradicit ſibi, vt putarunt illi. Et nota, quòd per vniuerſale intelligit quidditatem rei materialis, quæ eſt omne illud, quod prædicatur in quid, quod eſt materiale, ſiue fundetur in materiali, & quod non ſit indifferens ad materiale & immateriale, vnde ſi accipiatur Sortes, & Plato, licet iſti ſint res materiales: quia tamen non prædicantur in quid non dicuntur quid-
Quidditas rei materialis quæ ſit. ditas rei materialis, ſed ſi ab illis duobus abſtrahatur vnus communis conceptus puta homo, tunc iſte conceptus, homo, dicitur quidditas materialis, quia prædicatur de Sorte & Platone, & de alijs, & licet iſte conceptus non ſit res materialis: ſufficit tamen, quòd fundetur in re materiali, & ſic omnes conceptus vſque ad corpus incluſiue dicuntur quidditates rei materialis, ſed ſubſtantia conſiderata in maxima communitate, quia ſic eſt indifferens ad immaterialia & materialia, non dicitur quidditas rei materialis, ſi autem coarctetur ad materialia, ſic & ipſa eſſet quidditas rei materialis, & ſic eſt de cæteris prædicamentis: nam hæc & illa linea non dicuntur quidditates rei materialis, ſed bene linea in communi, & ſimiliter in prædicamento qualitatis hæc & illa albedo non ſunt quidditates rei materialis: quia nó prędicantur in quid:

licet

A licet albedo in communi, & ſic de alijs prędicamentis: vnde quidditas in communi eſt obiectū formale ipſius intellectus: quia obijcitur intellectui, & ad ipſum terminatur intellectus, nec terminatur ad aliud, niſi quia continetur ſub quidditate materiali, cum ergo ſubſtantię ſeparatę nullo pacto contineantur ſub ipſa quidditate materiali, non cognoſcuntur ab intellectu noſtro quidditatiue, & hęc de tertio.

Quoad quartum recitandę ſunt diuerſę opiniones, quę fuerūt circa hoc quęſitum, vt recitauit Auerroes 3. de anima. Prima poſitio fuit Themiſtij tenentis intellectum noſtrum poſſe cognoſcere ſubſtantias abſtractas quidditatiue, quod probabat hoc modo, difficilius eſt abſtrahere quidditatem, & eam cognoſcere, quàm cognoſcere & non abſtrahere: quia difficilius eſt facere duo, quàm vnum tantum, ſed intellectus noſter abſtrahit quidditatem a ſubſtantijs materialibus, & eam cognoſcit: ergo magis cognoſcit quidditates ſubſtantiarum abſtractarum, quę iam ſunt abſtractę, ergo, &c. Sed hęc ratio non concludit: quia quidditates abſtractę non continentur ſub obiecto formali intenſiue, ipſius intellectus, quod obiectum eſt quidditas materialis vt dictum eſt.

Com. 36. Varię ſententiæ de hac cōtrouerſia. Ratio Themiſt. labefactatur.

B Secunda poſitio fuit Alexandri tenentis intellectum noſtrum poſſe intelligere ſubſtantias abſtractas quidditatiue, & ſic ſuadebat vnumquodque generabile & generatum cum peruenit ad finem & complementum generationis eius, etiam poteſt peruenire ad complementum actionis & operationis eius; quod enim perfecte & complete eſt generatum vel generabile in ſuis diſpoſitionibus naturalibus, vt forma, vel homo quando peruenit ad robur & bonam complexionem, & quantitatem, & qualitatem perfectam, poſſibile eſt, quòd perueniat ad complementum actionis & operationis; ſed intellectus poſſibilis, præcipue in habitu, qui eſt informatus habitu intellectuali eſt generabilis & corruptibilis, ſicut alię formę perficientes materiam: ergo cum peruenit ad complementum ſuæ generationis intelligit quoad eius ſubſtantiam, vt ipſe voluit, vel quòd quando complete & perfecte actuatus eſt cognitione rerum ſenſibilium, poteſt etiam peruenire ad complementum ſuę actionis & operationis, ad quam ordinatur forma illa & diſpoſitio, ſed illa actio intellectus eſt cognoſcere abſtracta & Deum, & ſic poterit noſter intellectus peruenire ad cognitionem quidditatiuam abſtractorum.

Poſitio Alex.

Sed hæc opinio ſupponit multa falſa: ſupponit enim intellectum eſſe generabilem & corruptibilem ſecundum ſubſtantiam, quod tamen eſt falſiſſimum & contra Ariſt. 2. de anima, vbi ait, quòd ſeparatur ſicut perpetuum à corruptibili, & loquitur de intellectu, ſiue de anima intellectiua, vt exponit S. Thomas. Etiam ſequeretur intellectum eſſe corporeum & organicū contra Ariſt. 3. de anima. Adde adhuc, quòd complementum actionis ipſius intellectus non eſt cognitio quidditatiua ipſarum ſubſtantiarum ſeparatarum.

C Sententiâ Alex. ſupponit falſa. Tex. 21. Tex. 40.

Tertia poſitio eſt ipſius Auempacæ magiſtri Auer. quam narrat S. Thomas 1. p. hic etiam poſuit intellectum noſtrum poſſe quidditatiue cognoſcere ſubſtantias ſeparatas: quia cum intellectus cognoſcat quidditatem aliquam abſtractam ab aliquo indiuiduo, vel ſpecie, vel genere: quæritur vtrum illa quidditas habeat quidditatem aliam, vel non, ſi habet iterum poteſt abſtrahere aliam quidditatem, donec veniat ad primam, & cum nō ſit proceſſus in infinitum in quidditatibus, ſequitur quòd poſſit cognoſcere vltimas quidditates, quę ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Hanc rationem ſoluit S. Thomas, ꝙ concluderet, ſi ſubſtantiæ immateriales eſſent formę, & ſpecies horum materialium, vt Platonici poſuerunt, ſed remoto hoc, & ſuppoſito, ꝙ ſubſtantię immateriales ſint omnino alterius rationis à quidditatibus materialium rerum,

D quantumcunque intellectus noſter abſtrahat quidditatem rei materialis à materia, nunquam perueniet ad aliquid ſimile ſubſtantiæ immateriali, & ideo per ſubſtantias materiales non poſſumus perfecte ipſas abſtractas ſubſtantias cognoſcere.

Sententia Auempacæ. q. 88. art. 2.

Quarta poſitio eſt Auerrois, qui finxit quendam alium modum, per quem poteſt homo peruenire ad quidditatiuam cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum, & pro intellectu iſtius poſitionis eſt notandum primo, quòd poſuit duas vias, duoſque modos, quibus poteſt homo abſtracta ipſa cognoſcere. Prima eſt per modum adeptionis, & continuationis intellectus agentis ad poſſibilem, quæ adeptio intellectus agentis eſt copulatio eius ad intellectum poſſibilem, non ſolum in ratione agentis & mouentis, ſed etiam in ratione formę, vnde cum intellectus agens ſic copuletur intellectui poſſibili, non ſolum ſe habet ad ipſum in ratione agentis, ſed etiam in ratione formę, & tunc per adeptionem intellectus agentis cum poſſibili, intellectus poſſibilis cognoſcit principia abſtracta. Secunda via, per quam intellectus deuenit in cognitionem ſeparatorum per ratiocinium, vt puta quòd principia abſtracta demonſtrentur, eſſe per effectus & motus, eſt qua demonſtrantur à naturali, quòd ſint motrices, & à metaphyſico quòd ſint ſubſtantię intellectuales, & actus puri, & hanc viam ſe-

Sententia Auer. Via metaphyſicalis.

quutus eſt S. Thomas, quę eſt rei veritas. Ex qua ſoluimus omnia in contrarium. A

Primam viam declarans Commentator ait, quòd in anima rationali ſunt duę potentię, qua
rum vna eſt materia, vel ſe habet admodum materię, quę eſt natura poſſibilis, & illam vocat

Intellectus materialis quis ſit apud Auerr.

Auer. intellectum materialem propter conuenientiam, quam habet ad materiam. Alia eſt po-
tentia, quę eſt forma, vt intellectus agens, & illa ſe habet ad intellectum poſſibilem, vt lumen
ad diaphanum, vnde ſimilis eſt comparatio vtriuſque, quòd ſicut lumen eſt perfectio diapha-
ni, & diaphanum non recipit colores, niſi illuminatum, ſic intellectus agens eſt perfectio in-
tellectus poſſibilis, & non recipit intelligibilia, niſi illuminatus lumine intellectus agentis, &
quia operatio intellectus agentis erit cognoſcere ſubſtantias abſtractas, & Deum, & ſic per
modum continuationis intellectus poſſibilis cum agente deueniet ad intelligendum ſubſtan-
tias ſeparatas quidditatiue, & probat multis rationibus, inter alias adducit vnam in commen-
to primo iſtius ſecundi, quòd ſi intellectus noſter non intelligeret abſtractas ſubſtantias, tunc
natura fecit aliquod fruſtra: quia feciſſet illud, quod eſt in ſe naturaliter intellectum, non in-
tellectum ab alio.

Ratio Auer. deriſibilis.

Sed hanc rationem deridet S. Thomas: ait enim, quòd peccat per fallaciam conſequentis, B
quaſi arguendo ſic, ſi ſubſtantiæ abſtractę non ſunt intelligibiles ab intellectu noſtro, ergo à
nullo, ac ſi argueretur ab inferiori ad ſuperius negatiue: nullus homo currit: ergo nullum ani-
mal currit. Præterea peccat ſecundo in hoc, quòd ipſe dicit, quòd eſſent fruſtra: quia fruſtra,

Tex. 29.

vt dicitur 2. phyſicorum eſt quando aliquid eſt reſpectu alicuius finis, quem non conſequitur;
manifeſtum eſt autem, quòd finis intelligentiarum non eſt, vt à noſtro intellectu intelligantur.
Vnde nihil concludit ratio Auerrois. Verum quia multi Auerroiſtæ nituntur defendere
Auerro. contra S. Thomam: & pręcipue Ioannes de Ianduno ſecundum diuerſas vias: ſed quo

Cap. 5.

modocunque ducatur ratio Auerrois ſemper eſt falſa, vt eſt videre apud Caietanum de ente
& eſſentia: vbi ſumpſit prouinciam diſputandi cum Auerroe.

Noſtrum autem intentum & inſtitutum eſt diſputare cum recentioribus, idcirco dimitto
alias rationes Auerrois, & aliquantulum circa iſtam immorabor propter Zimaram, qui fuit,
poſt Caietanum, & voluit etiam defendere hanc rationem contra S. Thomam, vt patet in con-

Tex. 4.

Defenditur ratio Auerr. ex Zimara.

tradictionibus ſuis, ſuper hunc ſecundum: ſupponit enim ex Auerroe ex 3. de anima,
quòd cum intellectus noſter ſit virtus ſeparata à materia, eſt totius entis, & iſta fuit prima C
ratio philoſophi ad probandum immaterialitatem eius: nam materia eſt ſicut opacitas quę-
dam obtenebrãs lucem: & ideo quanto virtus aliqua fuerit magis immerſa materię, tanto ma
gis eſt à cognitione deficiens: & per conſequens quanto magis ad immaterialitatem accedit,
tanto magis ad cognitionem tendit: & ideo non inconuenienter dictum eſt, quamlibet intelli-
gentiam eſſe plenam formis, pro quanto quęlibet intelligentia cum ſit à materia ſeparata eſt
omnium cognoſcitiua.

Hoc ſtante fundamento, ſubdit Zimara, quòd ſi cognitio abſtractorum repugnaret intelle-
ctui, aut hoc eſſet inquantum materialis, aut inquantum humanus, aut inquantum abſtractus,

Tex. 4.

& inquantũ intellectus eſt: non primo, quia 3. de anima intellectus eſt virtus abſtracta à mate
ria: nõ ſecũdo, quia humanus intellectus poteſt intelligere res materiales, quę ſunt potẽtia in-
tellectę: ergo multo magis poterit intelligere abſtracta, quæ ſunt actu intellecta: licet nõ ita fa-

Tex. 5.

ciliter. Nam ſicut dicit Commentator 3. de anima, vbi examinat dictum Themiſtij, ſi poſueri
mus, quòd intellectus materialis non eſt admixtus materię: tunc ille ſermo erit verus, ſcilicet,
quòd illud, quod eſt magis viſibile magis comprehenditur: quoniam quod comprehendit mi- D
nus perfectum ex eis comprehendentibus, quæ non ſunt admixta materiæ, neceſſe eſt, vt com

Deſiderium naturale nõ eſt ad imp.

prehendat perfectius, & non econtra. Confirmatur, quia aliter deſiderium naturale eſſet
ad impoſſibile: nam ſi intellectui humano inquantum humanus eſt, repugnat abſtractorum cõ
gnitio: cum homo naturaliter ad talẽ cognitionem inclinetur teſte philoſopho in proemio
metaphy. ſequitur ergo tale deſiderium ad impoſſibile ferri.

Nec valet ſi dicatur talem cognitionem eſſe poſſibilem pro alio ſtatu: quia licet ita ſit ex par
te rei: tamen apud Ariſt. non inuenitur aliquis locus, in quo eũ ponat: immo oppoſitum po-

Cap. 10.

teſt colligi ex dictis eius, in 1. & 10. ethicorum: vbi ponit, quòd felicitas mortuis contingere nõ
poteſt: relinquitur igitur ſi intellectui noſtro talis intellectio repugnaret: quòd hoc eſſet in-
quantum abſtractus, & inquantum intellectus eſt: ſed quod repugnat intellectui inquantum
intellectus eſt, illud repugnat cuilibet intellectui: ſequitur ergo, quòd ſi ſubſtantiæ abſtractæ
à noſtro intellectu non eſſent intelligibiles, quòd à nullo intellectu intelligerẽtur: nam in his quę
ſunt eiuſdẽ naturę, aut vniuoce, aut analogice quidquid per ſe alicui ratione naturę repugnat,
omnibus exiſtentibus ſub illa natura repugnat: ſicut per oppoſitũ: ſi quid per ſe competit ali

cui

A cui ratione naturę per ſe competit omnibus illius naturæ 2.cœli.& iſta ratio Commentatoris Tex.59.
eſt à ſigno,& non à cauſa ſi bene aduertis. Et ex hoc ſequitur etiam per locum à ſigno, quòd
tunc natura feciſſet aliquid otioſum, nam cum eſſe ſubſtantiarum ſeparatarum ſit vita intelle-
ctualis 12.metaphy. ſi à ſe non intelligerentur fruſtra eſſent quia fruſtra eſt eſſentia, quæ caret Tex.39.
propria operatione: modo ſubſtantia intellectualis non habet aliquam operationem inſequẽ Eſſentia fruſtra quæ eſt.
tem formam materialem,inquantum materialis eſt,vt calefacere inſequitur calorem, nec ope-
rationes animę vegetatiuæ,aut ſenſitiuę,nec etiam intellectiuæ,vt diximus in deducendo: er-
go eſſent fruſtra.

Forte dices,quòd adhuc haberent operationem,quę eſt ſecundum locum mouere. Sed con Replica Zimaræ.
tra,motio pręſupponit intelligentijs ipſum intelligere & velle 12.metaphy. ſi igitur ipſo in- Tex.36.
telligere carerent,ergo & ipſo mouere,& ita eſſent fruſtra: quia cum ſint naturaliter intelligi-
biles,& à nullo ſint intellectę: carerent ergo ſua naturali operatione: ergo otioſę eſſent in na-
tura,ſicut diximus, & iſta omnia ſequuntur à ſigno, & ſicut vides tolluntur omnia argumenta
contra Auerroem. In theorematibus etiam ſuis Zimara adducit S. Thomam in contradictio- Theo.76.
B nem: quia S.Thomas 3.de anima tenuit, quòd anima noſtra corpori vnita impoſſibile eſt, vt Tex.36.
apprehendat ſubſtantias ſeparatas,& 9.metaphy. exponens vltimum textum veritate coactus Tex.22.
dixit hęc verba,ex quo patet ſecundum ſententiam Ariſt.ꝙ intellectus humanus poteſt pertin
gere ad intelligendum ſubſtantias ſimplices, quod videtur ſub dubbio reliquiſſe 3.de anima.

Clare autem patet apud omnes peripateticos, quòd quęſtio mota in 3.de anima de intelle- Tex.36.
ctu humano fuit,an poſſit intelligere ſubſtantias abſtractas, non eſt quęſtio pertinens ad intel-
lectum hominis ſeparatum exiſtentem in alio ſtatu,nam 3.de anima dixit, quòd non remini- Tex.20.
ſcimur poſt mortem: quia intellectus paſſiuus cortumpitur, & ſine hoc nihil intelligit anima,
tum etiam quia illa quęſtio formaliter procedit de intellectu hominis pro ſtatu iſto: nam ſic Tex.36.
inquit in textu,vtrum autem contingat aliquod ſeparatorum intelligere ipſum non exiſtẽtem
ſeparatum à magnitudine, conſiderandum poſterius, vbi S. Thom. dicit, quod poſterius
conſiderandum eſt,vtrum intellectum noſtrum non exiſtentem ſeparatum à corpore,poſſibile S.Tho.dicitur in cõtradictionem.
ſit intelligere aliquam ſubſtantiam ſeparatam: hęc enim quęſtio, vt inquit, hic determinari nõ
potuit: quia nondum manifeſtum erat aliquas ſubſtantias ſeparatas eſſe, nec quę vel quales
C eſſent,vnde hęc quęſtio ad metaphyſicũ pertinet; tamẽ non inuenitur apud Ariſt. ſoluta,& hic
dicit, ꝙ ſoluit 9.metaphy. ob id expoſitio Auerrois,& intentio ſua, quę ab omnibus expoſi-
toribus latinis iudicatur denſibilis, non eſt ita: tamen vt exiſtimare poteſtis, lectores,hoc eſt
de mente Ariſt. dicentis ignorantiam de talibus abſtractis in nobis non eſſe, qualis eſt cęcitas
in oculo,quid clarius dici poteſt per Commentatorem dum aſſeruit exemplum illud in 2.me- Commen.1.
taphy. non dicere impoſſibilitatem ſed difficultatem tantum?

Sed miror de tanto viro,& de omnibus Auerroiſtis aſſerere volentibus hanc fictionem fan- Cõtra Auerroiſtas.
taſticam eſſe, ne dum mentem Ariſt. ſed etiam ipſammet veritatem de cœlo deſcendentem,
ſed abſit tantus error. Quia quęro ab eis, ſi vera eſſet hęc fictio, quòd intellectus poſſibilis
adeptis omnibus intelligibilibus & intellectu agente, poterit quidditatiue ſubſtantias ſepara-
tas intelligere, quis nam adeptus eſt priuilegium hoc, aut aliquis philoſophus ante Ariſt.aut
Ariſt.ipſe,aut aliquis poſt Ariſt? Non ante, quia ſolus Ariſt. habuit talem virtutem vi, & ma-
ximo,ſingularique ingenio pręditus,vt potius Diuinus, quàm humanus ſit dicendus, vt canit In prologo.
Auer.1.phyſic.non ipſe Ariſt.habuit priuilegium hoc: quia 12.metaphy. dixit, quod vita illa Tex.38.
D nobiliſſima pauco tempore nobis ineſt. Nec etiam aliquis poſt Ariſt. cum nullus ad eius ve-
ſtigia peruenire potuerit,fuerit forſan Auerroes iſte, vel Iandunus, aut Zimara, aut Alexan-
der Achilinus hanc falſitatem defendentes? videant ipſi ſi ſoli peruenerint ad felicitatem iſtã:
cum dicat philoſophus primo ethic.quòd felicitas eſt quoddam bonum commune,quod po- Tex.99.
teſt contingere omnibus non orbatis virtute. Et ideo abnegẽt vnuſquiſque propriam ſenten-
tiam,& amplectatur veritatem dilucidatam à S.Thoma, quòd de intelligentijs cognoſcimus Dilucidatio controuerſ.
tantummodo aliqua prędicata communia, & non propria ſpecifica, quę faciunt cognitionem
quidditatiuam. Et ad defenſionem,quam adducit Zimara pro Auer. dicimus, quòd intellige- Soluitur ratio Zim.
re abſtracta quidditatiue repugnat intellectui humano, vt humanus eſt, & quando dicit, intel-
ligit res materiales, quæ ſunt intellectę in potentia: ergo multo magis abſtractas, quæ ſunt in-
tellectę in actu. Negatur conſequentia, quia intellecta in actu non cadunt ſub obiecto formali
intellectus noſtri,quod obiectum eſt quidditas rei materialis,vt ſuperius dictum eſt. Et ad cõ-
firmationem dicimus, quòd naturale deſiderium non eſt ad cognitionem quidditatiuam ab-
ſtractorum,ſed ad talem,qualem poſſumus habere in hoc ſtatu,ſupponendo modo quòd non
detur alius ſtatus ſecundum falſam Ariſt. ſententiam, quamquam ratio philoſophi in proe-

mio metaphy. ducat ad alium ſtatum, tamen non cognouit eius vim. A

Sedatur contradictio apparens in dictis S. Tho. Contradictio, quam dicit eſſe in dictis S. Thomæ nulla eſt: quia vt Aliqui ex noſtris dicunt, & bene, corollarium illud non eſſe ipſius S. Tho. ſed alicuius gloſantis in immargine, & poſtea vitio impreſſoris factum eſt, vt illud ſit in expoſitione deductum, quod patet legenti metaphy. manu ſcriptam in bibliotheca Bononienſi, quam ego vidi & legi, & non eſt illud tale corollarium. Eſt etiam clarior reſponſio, quòd Ariſt. 3. de anima mouens quæſitum de intellectione abſtractorum tetigit duas partes in illo quęſito. Primam vtrum intellectus noſter poſſit intelligere abſtracta. Secundam num intellectus poſſit quidditatiue intelligere ipſa abſtracta, & hanc dixit S. Thomas Ariſt. nunquam ſoluiſſe, primam vero partem ſoluit 9. metaphy. quod patet ponderanti verba eius, vnde exponens verba philoſophi, quòd illa ignorantia non eſt talis priuatio, ſicut cęcitas, quę eſt priuatio potentię viſiuę, vnde illa ignorantia ſimilis cęcitati eſſet, ſi aliquis non haberet vim intellectiuam ad attingendũ ſubſtantias ſimplices.

Ex quo patet, quòd ſecundum ſententiam Ariſt. humanus intellectus poteſt pertingere ad intelligendum ſubſtantias ſimplices, quod videtur ſub dubio reliquiſſe 3. de anima, reliquerat enim ſub dubio vtramque partem quæſiti, ſed primam modo ſoluit, ſecundam vero non reperitur eum ſoluiſſe: quia eſt impoſſibile intellectum noſtrum comprehendere, & complete, & quidditatiue cognoſcere abſtracta, licet apprehendere poſſit, & ſic non erat neceſſarium dicere Zimaram S. Tho. palinodiam decantaſſe in tanto quęſito. (Tex. 16.) B

Petrus Fonſeca laudat. Quod etiam doctiſſimus Petrus Fonſeca Societatis Ieſu in commentarijs ſuis in hoc libro eruditiſſime docet de mente S. Thomæ, quòd in hac vita poteſt vtique intellectus humanus habere conceptum proprium & peculiarem de Deo, puta entis, infiniti, ſimplicis, & actus puri, cauſæ primæ, & alios ſimiles, attamen huiuſmodi conceptus proprij non faciunt cognitionem quidditatiuam de Deo, quia per ipſos non concipimus Deum vt in ſe ipſo eſt, ſed prout repreſentatur in creaturis, vt docet Capreolus in 1. ſenten. (Quæſt. 2. diſtin. 3. q. 2.)

Hinc eſt, quòd hi conceptus aliquando vocãtur negatiui, vtputa immortalis, infinitus, independens, aliquando relatiui, vt creator, gubernator, efficiens, exemplaris, aliquando poſitiui, & abſoluti, vt ens, actus, ſubſtantia, ſapiens, iuſtus, quibus etiam omnibus cognitis adhuc dicimus cum S. Dionyſio in libro de cœleſti hierar. quòd negationes de Deo ſunt veræ, affirmationes vero incompactæ, propter quod narrat Cicero lib. 1. de natura Deorum dictum Simonidis, à quo cum quæſiuiſſet Tirannus ille Hiero, quid namque eſſet Deus, deliberandi cauſa diē poſtulauit Simonides, cum idem ex eo poſtridie quæreret, biduum petijt, cum ſæpius hoc faceret duplicauit numerum dierum: admiranſque Hiero quæſiuit, cur id faceret, reſpõdit, quia quanto diutius cogito, tãto mihi res videtur obſcurior, vnde hęc quæſtio de cognitione quidditatiua abſtractorum eſt antiquiſſima inter doctores, qui vniuerſaliter ſentiērunt intellectum humanum proprijs viribus naturę non poſſe peruenire ad tantam ſublimitatem, vt poſſit Deum, aut ceteras ſubſtantias ſeparatas cognoſcere perfecte, & quidditatiue, ſeu comprehenſiue, vt latius docet S. Thomas 1. p. (Cap. 2.) (Pulchra ſententia Simonidis.) (q. 88. art. 1.) C

Quapropter ſemper exiſtentium principia eſſe veriſſima &c. Text. 4.

Vtrum Ariſt. nouerit creationem. D

Dilucidatio quarta.

Idem oſtendit S. Tho. 6. huius lec. 1. EXponens S. Tho. hanc literam reprehendit quoſdam tenentes Deum eſſe cauſam corporum cœleſtium ſolum quoad moueri, & aſſerit expreſſe hic philoſophum tenere ſubſtantiam ſeparatam, quę eſt forma per ſuam eſſentiam, quæ eſt Deus ipſe, eſſe principium omnium entium non ſolum quantum ad moueri, ſed etiam quãtum ad eſſe; propterea ſolet à pluribus hic diſputari & in multis alijs locis doctrinę Ariſt. num ipſe cognouerit hanc veritatem, quòd omnia entia tam cõpoſita corruptibilia & ſublunaria, quàm etiam æterna, vt ſunt corpora cœleſtia, necnon & ipſę ſubſtantiæ ſeparatæ pendeant à Deo op. max. in genere cauſæ efficientis, ita quòd ſint immediate producta ab eo ex nihilo, ex conſequenti

A quenti creata. Siquidem multi ſunt, vt Ioannes Bachonus,& Grego. Arimi.& Marſilius inter
theologos 2.ſent. qui ad mentem Ariſt.docent non dari creationem. inter philoſophos adeſt diſtin.1.
multitudo magna tum antiquorum, tum etiam Neotericorum, qui ex omnibus fere libris
Ariſt. hanc ſententiam firmare conantur,& in primis ex libris phyſicorum habemus expreſ-
ſe ipſum Ariſt. ſe ſubſcripſiſſe communi illi decreto omnium philoſophorum ex nihilo nihil
poſſe fieri, vt patet 1.phy. eodem etiam libro ait impoſſibile eſſe ex ſimpliciter non ente ali- Tex. 33. & 34.
quid fieri, & non quodlibet fieri ex quolibet, ſed vnumquodque ex ſuo oppoſito, quod eſt Tex.75.
contrarium vel priuatio:& infra vtitur illo argumento potiſſimo ad probandam æternitatem Tex.82.
primæ materiæ; quia ſi vnquam fuiſſet producta oporteret eam productam eſſe ex aliquo ſu-
biecto, quare ante primam materiam fuiſſet alia, & ſic res procederet in infinitum: eodem
quoque argumento vtitur 8.phy.ad demonſtrandam æternitatem motus & temporis;quoniá Tex.4.
ſi hæc facta eſſent non potuiſſent fieri aliter,quàm per motum & in tempore,& ideo ante mo
tum & tempus fuiſſent motus & tempus. Has demonſtrationes nullas eſſe poſita creatione
quilibet etiam rudis iudicaret, immo tota doctrina Ariſt. de intelligentis & rebus diuinis &
B mundi æternitate rueret poſita veritate creationis, præſertim 1.lib. de cælo, vbi confutat opi- Tex.115.
nionem Platonis,qui facit cælum ab aliquo principio ortum,ſed numquam interiturum: om-
ne (inquit) quod incipit eſſe,aliquando deſinet eſſe; nam quod tale eſt,factum eſt ex materia,
& ſic corruptibile,quod autem corruptibile eſt aliquando corrumpetur: hoc argumẽtum quá
vim habebit poſita creatione? nullam ſane.

Deinde ex libris huius ſapientiæ manifeſte deducitur hanc veritatem Ariſt. non cognouiſ-
ſe,ſiquidem in 5.lib. vbi explicat varias ſignificationes nominũ, quibus & metaphyſica & aliæ
diſciplinę vtuntur, nullam mentionem nec verbum quidem fecit de creatione: ergo ſignum
eſt ipſum hanc veritatem non cognouiſſe, & definiens potentiam actiuam eodem lib. nec nõ Tex.17.
& 9. dicit illam eſſe principium tranſmutandi aliud inquantum aliud, vbi ſemper per tranſ- Tex.1.
mutationem & motum vult actiuam potentiam agere; quia hoc habet pro manifeſto nullum
poſſe eſſe agens abſque patiente, & potentiam actiuam ſine paſsiua, cuius oppoſitum cerni-
mus in creatione, in qua eſt agens ſine patiente, & potentia actiua ſine paſſiua. In 7. quo- Tex.19.
que lib. huius probat formam non poſſe produci per ſe nec immediate à ſubſtantijs abſtractis
C contra Platonem. Et in 8. oſtendit in omni productione requiri ſubiectum,terminum à quo Tex.5.
videlicet priuationem vel contrarium, motum locum,tempus,præuias diſpoſitiones,concur-
ſum cauſarum particularium, quę res nullo modo cadunt in creationem. Et in 12. huius do- Tex.12.
cet manifeſte nec formam nec materiam fieri, quia omne, quod fit ex aliquo, & in aliquid &
ab aliquo neceſſe eſt fieri, vbi admiſſa creatione hæc docttrina nulla eſſet.

Grauiſſimi quoque peripatetici, vt Auer. 8.pyh. vbi loquens contra ſuam legem & contra Com.4. & 6.
Philop. irridet hanc veritatem de creatione. Alexan. quoque in libris de cęlo & mundo, præ-
ſertim 1.& hic negat ſecundum Ariſt. Deum eſſe cauſam efficientem rerum æternarum, ſed Comm.114.
tantummodo finem.

Recentiores quoque nonnulli pluribus rationibus vtuntur ad hanc ſententiam confirman- Quindecim Argumenta Neotericorũ
dam; quia ſi Deus poſſet creare res ex nihilo aut hoc ageret libere & contingenter, aut ex ne-
ceſſitate naturæ: ſi primo modo,cũ ſit infinitæ virtutis (quia non minor virtus, quàm infinita
ſufficit ad creandum) non poſſet philoſophus vllam cauſam & rationem reddere de magnitu-
dine, numero, perfectione, & ordine earum rerum, quæ ſunt in mundo; etenim hęc omnia
D penderent ex libera Dei voluntate, qui ſi voluiſſet multo plures maiores & perfectiores res
creare potuiſſet: ſi autem ſecundo modo dicis, nẽpe ex neceſſitate naturæ, & cum habeat infi-
nitam virtutem ad creandum ex nihilo,cum in ipſo nihilo nullus ſit terminus aut modus, de-
beret ſane ſemper in infinitum nouas rerum ſpecies efficere, quia agens ex neceſſitate naturę
agit quicquid poteſt,& quantum valet,& cum valeat in infinitum: ergo in infinitum produ-
cere debuit. Secundo creatio eſt actio quædam; igitur creans eſt quoddam agens; ſed agens
non poteſt eſſe ſine patiente, quoniam ſunt relatiua: ergo creatio non erit ſine patiente, & ſic
non eſt ex nihilo; quare impoſſibile eſt creationem dari. Tertio aut quod creatur ante pote-
rat eſſe,aut non; ſi non poterat creari: ergo neque creatum eſt, nam quod impoſſibile eſt fie-
ri, etiam impoſſibile eſt eſſe factum: ſi autem poterat creari & eſſe, talis potentia ad hoc ip-
ſum creari vel ad eſſe creatum, cum non poſsit per ſe conſtare, inerat in aliquo ſubiecto: igi-
tur creatio non fit ex nihilo. Quarto ſi creatio fieret ex nihilo; ergo non poterit reddi vlla
cauſa cur potius hoc creetur,quàm aliud; nam ipſum nihil per ſe indeterminatum & indiffe-
rens eſt,vt ex eo hoc vel aliud quodlibet creetur; ſimiliter etiam Deus, qui creat,cum ſit agẽs De^s eſt agens
vniuerſale, per ſe indifferens eſt ad huius vel illius rei productionem: ergo nulla ratio poteſt vniuerſale.

reddi,

reddi, cur potius hoc, quàm aliud quoduis creetur? ſed hoc eſt abſurdum, igitur creatio erit A
Egregia ratio. impoſſibilis. Quinto, aut Deus creat res per aliquam actionem tranſeuntẽ, & hæc indiget ſubiecto; aut per actionem immanẽtem, hoc eſt per ſuam eſſentiam, vel ſuum intelligere & velle, quæ ſunt idem quod eſſentia eius; ſed hæc ſunt æterna in Deo, & cum non poſſit effectus nouus immediate produci per actionem antiquam & ęternã, igitur nihil de nouo poterit à Deo creari. Sexto ſi Deus poteſt immediate creare omnes res ex nihilo: fruſtra igitur ſunt agentia naturalia: nam fruſtra fit per plura quod poteſt æque bene fieri per pauciora; cum igitur Deus ſine cauſis ſecundis per ſeipſum omnia poſſit efficere, quid eis opus erit? igitur vel nulla eſt creatio, vel ſuperuacanea eſt cauſalitas agentium naturalium. Septimo probat Auer. expreſ-
Commen. 6. ſe 4. phy. & 1. lib. de cælo, quòd ſi mundus crearetur neceſſario deberet poni vacuum, nam vbi
Commẽ. 92. nunc eſt mundus, aliquando nullum fuit corpus, nimirum ante generationem mundi, poterat tamen eſſe, quandoquidem poſtea mundus generatus fuit, & vacuum eſt vbi non eſt corpus, ſed poſſibile eſt eſſe: ergo illud erat vacuum, & ſic ante mundi productionem neceſſarium eſt
Commẽ. 22. ponentibus creationem vacuum confiteri. Octauo idem Auer. eodem lib. de cælo aſſerit ponentes mundum, genitum eſſe non poſſunt demonſtrare Dei æternitatem, ſicut qui ponunt B
ipſum æternum eſſe, & coguntur dicere ante generationem mundi fuiſſe aliquod corpus, & ratio eſt, quoniam quod de nouo fit non poteſt immediate fieri à Deo, tum quoniam fit de nouo, & quod tale eſt, ab eo quod ſemper eodem modo ſe habet, proxime effici non poteſt, tum quoniam quod generatur debet prius ab alio alterari, ſed Deus eſt immutabilis & eſt incorporeus: ergo non poteſt immediate aliquid noui facere, vel aliquid alterare; illud igitur, à quo mundus proxime factus eſt, debuit eſſe corporeum, vt alterare poſſet ſubiectum, ex quo mundus generari debebat, & vt veritate ac nouitate ſui motus aliquid no-
Commen. 4. ui producere poſſet, quod antea non erat. Nono arguit Auer 8. phy. ſi quidquid fit ex ſubiecto & oppoſito determinato fit, idque ex vi demonſtrationis, & ex euidentia ſenſuum certum eſt, contrarium autem huius nec ratione nec teſtimonio ſenſuũ oſtendi poteſt, impoſſibile erit ex nihilo aliquid fieri; in tali enim productione nec ſubiectum, nec oppoſitum vllum determinatum eſſe poteſt, præſertim quòd omnis actio neceſſario coniuncta eſt cum motu, ſubiectum autem eſt inſeparabile à motu, cum ponatur in eius definitione, & ideo dicentes primum agẽs
poſſe ex nihilo aliquid facere non prædicant excellentiam eius: quia quo nam modo vel circa C
nihilum verſari, vel in nihilo recipi poterit eius actio? vel eſſe agens ſine patiente? quia hæc
Cap. de rela. ſunt relatiua, quorum ea eſt natura dicebat Ariſt. in prædicamen. vt vnum ſine altero ne dum
Commẽ. 15. eſſe, ſed nec intelligi queat. Decimo eodem lib. Auerr. ita arguit; facientes mundum de nouo coguntur fateri aliquam mutationem factam eſſe in Deo: quia aut Deus eodem modo ſe habuit erga productionem mundi ab æterno, ſicut modo, & cum modo non fecerit mundum: ergo nec ab ęterno, & ſi ab ęterno fecerit mundum: ergo & modo facit, ſi autem diuerſo modo ſe habuit Deus, cum hoc non poſſit eſſe ex parte ipſius mundi: ergo neceſſe eſt, vt diuerſitas hęc ponatur ex parte Dei, & ſic Deus eſſet mutabilis. Vndecimo arguit, ſicuti ſe habet voluntas noua ad actionem nouam, ſic voluntas antiqua ad actionem antiquam: ergo à commutata proportione ſic ſe habebit voluntas noua ad actionem antiquam, ſicut voluntas antiqua ad actionem nouã, & econtra: ergo ſicut impoſſibile eſt à voluntate noua prodire actionem antiquã, ſic eſt impoſſibile à volũtate antiqua prodire actionem nouam. Duodecimo item arguit, quia ſi voluntas ęterna dicitur producere ſuum effectum de nouo & non ab ęterno, hoc ſine
dubio contingit vel ob aliquod impedimentum, vel ob defectum alicuius rei neceſſariæ ad il- D
lum effectum producendum: ergo neceſſe eſt ante mundi generationem vel impedimentum illud remoueri, vel illam rem neceſſariam adeſſe, quorum neutrum poteſt fieri ſine motu, ſaltem negari nõ poteſt quin ille, qui differt facere quod vult, expectet, præſentiam illius temporis, & faciet pręterire aliud tempus, in quo non vult effectum producere, & ſic neceſſario ſequitur ante generationem mundi extitiſſe aliquam temporis durationem. Tertiodecimo confir-
Deus eſt ſapientiſſimus & optimus artifex. mant recentiores Auerroiſtæ, ſi Deus ab ęterno habuit omnes conditiones, quæ requiruntur ad efficiendum mundum, quid cauſæ reddi poteſt cur maluerit ab ęterno non eſſe mundum, quàm eſſe? quis enim non inquam ſapientiſſimus & optimus cuiuſmodi eſt Deus? ſed qualiſcunque artifex cum poſſit facere aliquod opus optimum mauult dici, & eſse opifex eius potentia, quàm actu, cum tamen actus ſit perfectior potentia. Quartodecimo quod eſt non generatum neceſse eſt eſse incorruptibile, cum ergo ante generationem mundi poſsibile fuerit mundum generari, alioquin non fuiſset generatus, & talis poſsibilitas ſit ęterna à parte ante, erit quoque æterna à parte poſtea: ergo nunquam ceſsare poterit, non ceſsante autem poſsibilitate impoſsibile eſt actu mundũ eſse, cum enim primum mũdus actus eſset, corrumperetur

A illa poſsibilitas,ſed poſuimus illam eſſe ſempiternã; poſsibilitas enim alicuius rei definit eſſe,
cum primum illa res actu incipit eſſe. Poſtremo ita dicunt, ante generationem mũdi poſsibile
fuit mundum generari, omnis autem poſsibilitas fundatur in aliquo ſubiecto, quod dicitur
eſſe poſsibile,omni enim agenti correſpondet patiens,cum ſint relatiua: quare ſicut poſsibili-
tas actiua non poteſt eſſe,niſi in aliquo agente,ſic nec poſsibilitas paſsiua poteſt eſſe niſi in ali-
quo patiente,& ſic neceſſe eſt concedere ante generationem mundi aliquod ſubiectum fuiſſe,
ſed cum hoc ſit inconueniens,ſequitur inconueniens eſſe ponere ipſum Deum eſſe cauſam ef-
fectricem ipſius mundi, ex conſequenti Ariſt. qui lumine naturali philoſophatus eſt, non co-
gnouit hanc creationem. Sunt & innumera alia argumenta, quę ad corroborandam hanc ſen
tentiam adducũt,ſed nos principalia tantummodo adducere exiſtimauimus, vt illis ſolutis ce
tera facile labefactentur.

Nunc autem quid veritas ipſa ſit,& quæ nos ſentiamus aperiẽda ſunt,& primo animaduer-
tendum vnum arbitramur, quòd Ariſt. 8. phy. de Platone ſuo magiſtro dixit. Plato autem tẽ- Tex. 10.
pus generat ſolus,quę verba exponens S. Tho. ait,dicit enim Plato,quòd tempus eſt ſimul fa- Quid Platonici ſenſerint
B ctum cum cęlo, ponebat autem cęlum eſſe factum,ideſt habere principium durationis, vt hic de generatione
Ariſt. ei imponit ſecundum quod eius verba ſuperficietenus ſonare videntur;quamuis Plato- mundi.
nici dicant Platonem ſic dixiſſe,cęlum eſſe factum inquantum habet principium actiuum ſui
eſſe,non autem ita,quòd habeat principium durationis,& ideo de opinione Platonis quid ip-
ſe cenſerit de creatione non ſatis conuenit inter omnes Platonicos. Aliqui enim dicunt Plato-
nem feciſſe mundum æternum,non aliter quàm fecit Ariſt. nam cum apud eum in Timęo ſint
tres cauſæ ipſius mundi, vna efficiens,quæ eſt Deus,altera exemplaris,quæ eſt idea, tertia tan-
quam finis,quæ eſt bonitas ipſius Dei,& cum hæ tres cauſæ omnes ſint ęternę non potuit mũ-
dus nõ eſſe ſempiternus,vocat autem eum genitum & factum,vt indicet eum pendere à Deo.
Aliqui dixerunt Platonem ſenſiſſe mundum ab initio temporis factum eſſe ex materia, quod
etiam ſentire videtur Plutarchus 1. lib. de placitis philoſophorum. Alij volunt Platonem fe- Cap. 3.
ciſſe mundum de nouo, & ex nihilo.

Sed quicquid ſit de ſententia Platonicorum modo non intendimus inueſtigare, ſed tantũ-
modo mentem Ariſt. qui in hac materia ſecundum veram doctrinam Platonis ipſi Platoni nõ
C contradicit,vt oſtendit S. Tho. 1. p idcirco pro veritate ipſa pono hanc concluſionem. Ariſt. & Q. 44. art. 1.
Plato cognouerunt creationem lumine naturę,licet Ariſt. non vſus fuerit nomine creationis, Dilucidatio.
ſed potius nomine dependentię. hanc ſententiam probat S. Tho. 8. phy. vbi ait Ariſt. non ne- Lect. 2.
gaſſe creationem niſi quoad nouitatem oſtendi,ſic etiam ſuſtinet Scotus in 2. ſen. & expreſſius Diſt. 1.
in quolibe. ſic etiam & Thomas Argen. eodem lib. 2. ſent. Auguſt. Niphus in Commentariis Quæſt. 3.
ſuper 1. lib. de cœlo, & Caiet. lib. de ente & eſſentia. Soncinas 12. metaphy. & multi alij gra- Quæſt. 7.
uiſsimi viri, & in hoc ſequuti ſunt Simplicium 8. de phyſico auditu,& in 2. & in 1. de cęlo & Diſt. 1. Cap. 4.
mundo,vbi inquit Ariſt. Deus & natura nihil agũt fruſtra, Deus igitur facit, ſed facere ſpectat Cap. 5.
ad cauſam efficientem, igitur Deus eſt cauſa efficiens, & eodem lib. aſſerit idem philoſophus,à Quæſt. 15.
primo quidem ente communicatum eſt eſſe his quidem clarius,his vero obſcurius, & 1. lib. de Text. 100.
genera. & corrup. vbi quærit cur motus ſit perpetuus,aſſerit quia Deus eſt cauſa effectiua eius, Tex. 32. Tex. 11.
& 1. huius laudauit Anaxagoram, qui non ſolum poſuit cauſas materiales, ſed dixit etiam Tex. 9.
mentem eſſe cauſam efficientem & finalem, quare ſi Anaxagoram laudauit,quia mẽtem diui-
nam agentem & finem eſſe concedit: ergo Ariſt. opinio eſt,quòd Deus eſt cauſa effectiua om-
D nium,& 8. phy inquit eſſe nonnulla æterna,quæ cauſam habent,aliqua vero nequaquam,& Tex. 15.
in 12. huius inquit Deum eſſe animal optimum & ſempiternum, à quo cęlum & natura pen- Tex. 38.
det;ecce quomodo expreſſe hic fatetur cęlum & omnia pẽdere effectiue à Deo,quod eſt idem
dicere, quòd eſſe ab eo creata, & verba adducta in principio huius dilucidationis mani-
feſte hoc oſtendunt, quę verba hęc ſunt, quapropter ſemper entium principia eſſe veriſsi-
ma neceſſe eſt: non enim quandoque ſunt vera, quandoque non, nec illis cauſa aliquid eſt, vt
vera ſint, ſed illa alijs: quare vnumquodque ſicut ſe habet vt ſit,ita ad veritatem, ſempiterna
itaque corpora cauſam eorum eſſe, & permanentiæ habent, quæ non niſi cauſa effectiua eſt;
vnde exemplo calidi vtitur Ariſt. ignis enim quoniam maxime calidus eſt cauſa eſt quare cete-
ra calida ſunt,& ſuper his verbis fundat rationem euidentiſsimam S. Tho. 1. p. aſſerẽs, ſi enim q. 44. art. 1.
aliquid inuenitur per participationem, neceſse eſt quòd cauſetur in ipſo ab eo, cui eſſentiali-
ter conuenit,ſicut ferrum fit ignitum ab igne;ſed Deus eſt ipſum eſse per ſe ſubſiſtens,hoc au-
tem non poteſt eſse niſi vnum & per eſſentiam, ſicut ſi albedo eſset ſubſiſtens non poſset eſse
niſi vna,cum albedines multiplicentur ſecundum recipientia, relinquitur ergo, quòd omnia
alia à Deo non ſint ſuum eſse,ſed participent eſse: quare neceſse eſt,quòd omnia, quæ diuer-
ſifican-

ſificantur ſecundum diuerſam participationem, vt ſint perfectius, vel minus perfecte cauſantur ab vno primo ente, quod perfectiſſime eſt,& huic veritati ſubſcribit ſe Plato aſſerẽs, quòd neceſſe eſt ante omnem multitudinem ponere vnitatem : ſubſcribit etiam ſe Ariſt. hic & in multis locis adductis volens maxime ens & maxime verum eſſe cauſam omnis entis & omnis A
Cap. 11. veri,quod expreſſius Paulus Apoſtolus ad Rom.dixit,ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia,& in hoc quoque lib.ex profeſſo Ariſt.ipſe probat dari ſtatum in omni genere cauſarum , itaquòd deueniendum eſt ad vnam primam materiam , primam formam, & primam cauſam
Tex. 56. effectricem omnium,& vltimum finem : probat etiam Simplicius ſuum intentum 2.phy.hoc argumento: cęlum habet ſempiternam motionem à Deo vt ab agente: ergo eodem pacto ſubſtantia ipſius cęli pendet ab ipſo Deo,nam ſicuti res ſe habet ad operari,ita ad eſſe,à quo enim res pendet quoad proprium opus,ab eodem etiam pendet in eſſe: ſed motus cęlorum , qui eſt eorum opus pendet à Deo tanquam à cauſa effectrice: ergo & ſubſtantia cęlorum à Deo pendet: ſi ergo cęleſtia omnia effecta ſunt ab ipſo Deo: igitur & ſublunaria, ſic etiam & intelligentię, quæ , cum non habeant materiam, neceſſe eſt vt ſint productę ex nihilo, & hęc productio
Quam creationẽ Ariſt. negat. ex nihilo eſt creatio ab ęterno ſecundum Auicen. Platonem,& Ariſt.licet creationem de nouo neget Ariſt.non tamen iſtam,de qua modo intendimus;immo ipſemet Auer.non ſibi conſtans aliquando eam poſuit , aliquando ipſam negauit : negauit eam in argumentis ſupra ad- B
Comm.44. ductis,poſuit ipſam 12.metaph .arguens contra Auicen.inquit,in intelligentijs non eſt actio, nec paſſio , neque conſecutio, neque prouentus, ſed tantum illic eſt cauſa & cauſatum ſecundum quod intellectum eſt cauſa intelligentis, ſed intellectum eſt cauſa efficiens : ergo cum Deus ipſe ſit intellectus ab intelligentijs,erit earum cauſa efficiens non ex aliqua materia , vt dictum eſt : igitur ex nihilo eas produxit .

Com. 36. Et eodem lib.dixit,balneũ in anima mouet vt efficiens,extra vero mouet vt finis:aperte igi
In prologo. tur patet rem intellectã inter effectrices cauſas cõnumerari,& 1.phy.idem Auer.inquit ſciẽtia diuina tria genera cauſarum conſiderat veluti primum agens, primam formam,& vltimum finem , ſed primum agens per motum conſideratur à phyſico : ergo primum agens conſide-
Com. 105. ratum à metaphyſico erit agens ſine motu per ſimplicem emanationem , & 1.cœli nec non & in lib.de ſubſtantia orbis vult corpus cæleſte non indigere tantum virtute mouente in loco,ſed largiente ei ſubſtantiam & permanentiam æternam, ibi etiam ait , finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria: nunc ſic, ſi finis neceſſario ſignificat agens, aut accipitur agens ſecundum ſimilitudinem prout eſt idem quod finis, quod dici nequit: quia tũc idem ſeipſum ſignificaret ſecundum vnam & eandem rationem ſignificatione neceſſaria , quod ridiculum eſt di- C
Com. 56. cere apud Auer.prę ſertim quia etiam 2.cæli aſſerit, in ſeparatis quod dat formam dat finem , & quod eſt finis eſt agens,ſed Deus eſt finis omnium, & intelligentiarum, & cæleſtium,& ſublunariũ:ergo erit efficiẽs non ex materia aliqua:igitur ex nihilo. Quod confirmat S.Tho.
Lec. 2. 8.phy.hac pulcherrima ratione , eo maior eſt nobilitas agentis , quo paucioribus indiget ad agendum,ſed Deus eſt nobilius agens, quàm natura: ergo paucioribus ad agendum indigebit, ſed natura eget materia prima: igitur Deus hac non indigebit , cum ſint tria agentia hæc, ars, quæ indiget aliquo corpore in actu ad operandum; natura , quæ indiget materia prima : ergo
Cap. 15. Deus ſine his omnibus operatur: quare ex nihilo,& 2.contra gent. plures rationes ad hanc veritatem confirmandam affert,inter alias hæc præcipua mihi videtur : quia imperfecta à perfectis ſumunt originem, vt ſemen ab animali,& Deus glorioſus eſt perfectiſſimum & ſummum
Tex.41. ens,& ſummum bonum, vt oſtendit Ariſt. & Auer. 5.huius : igitur ipſe eſt omnibus cauſa eſſendi . Quam rationem ita confirmare poſſumus ex diſcrimine reperto inter ſcientiam noſtram & ſcientiam Dei , noſtra enim ſcientia à rebus producta eſt , Dei autem ſcientia rerum cauſa exiſtit,atque ſcientia noſtra à rebus tanquam ab agente producta eſt : quare Dei ſcientia rerum omnium cauſa effectrix erit ; quandoquidem ita ſe habent arte facta ad ſcientiam noſtram , vti omnia , quæ natura conſtant ad ſcientiam diuinam , ſed arte facta à ſcientia noſtra tanquam ab agente pendent : conſimiliter ergo & quæ natura conſtant à ſcientia diuina vt ab effectrice cauſa producuntur,& cum hęc ſit rei veritas,non eſt mirum ſi eam diuina auctoritas D
Pſal.138. confirmat,dicit enim Propheta,qui fecit cęlũ,& terrã, mare,& omnia,quę in eis ſunt,& Euãg.
Cap.1. Ioan.omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil , quod factum eſt.&c.

Supereſt modo reſpondere ad fundamenta Aduerſariorum, ſed, vt facilior ſit nobis aditus ad ea diluenda, aliqua iaceamus fundamenta , ſit ergo primum fundamentum hoc, quod po-
q.45.art.3. nit S.Tho. 1.p. quòd creatio duplex eſt, altera cum nouitate eſſendi ſeu noua, de qua intelligunt noſtri theologi & ſacrę hiſtorię,vt ſcribitur 1.Gen.In principio creauit Deus cœlum & terram,& hãc nullus philoſophorum naturali luminę agnoſcere potuit.Altera creatio eſt ſine nouita-

A nouitate eſſendi ſeu antiqua, qua Deus ab ęterno produxit cęlum & intelligentias effectiue nullo eorum præſuppoſito,& hanc plures philoſophi cognouerunt, præſertim Ariſt. vt ex dictis eius ſuperius allatis oſtendimus, licet non ſub nomine creationis, ſed dependentiæ potius fuerit nota. Secundo ſciendum eſt, quòd hæc dependentia ſeu creatio, vt idem S.Tho. oſtendit, non eſt motus neque mutatio, quia non indiget ſubiecto in quo recipiatur, & circa quod verſetur, ſed eſt productio rei immaterialis ſeu materialis ex nihilo, quę immediate fit à Deo, & ſignificatur vt media inter creatorem & creaturam, & vt dicitur actiue eſt actio diuina, quæ eſt eius eſſentia cum relatione ad creaturam, quæ relatio vt eſt in Deo non eſt realis, ſed ſecundum rationem tantum; creatio paſſiue accepta eſt in creatura, & eſt creatura, non tamen alia creatione creatur, & eſt relatio realis ad ipſum Deum, cuius relationis realis ſubiectum eſt ipſamet creatura, & prior ea in eſſe, ſicuti vniuerſaliter ſubiectum eſt prius accidēte, licet ex parte obiecti ipſa creatio habeat quandam rationem prioritatis, quia ſecundum quod ſignificatur vt mutatio quędam, ipſa creatura erit eius ſubiectum, & propterea realiter diſtinguitur ab ipſa creatura, vt perbelle docent noſtri, hoc eſt Capreolus 2. ſent. & Caiet. 1. p. & Ferrarienſis

Creatio non eſt mot' nec mutatio proprie dicta.

Creatiò duplex actiua & paſſiua.

Diſt. 1. Qu. 45. ar. 3.

B 2. contra gentes, & hoc contra doctrinā Scoti 2. ſent. Ex quo reprehendendi veniunt recentiores, qui potius ſententiam Scoti tanquam falſam, quàm S.Tho. rationi conſentaneā ſequūtur.

Cap. 18. Diſt. 1.

Tertio notandum eſt, quòd tam prima creatio, quàm ſecunda eſt proprium opus primi principij infiniti, & nulli creaturæ communicari poteſt neque tanquam agenti principali, neque inſtrumentali: non principali, quia ſicut repugnat creaturæ non dependere ab hoc primo principio, quod eſt Deus in eſſe, ita non dependere ab eo in cauſalitate; nec etiam vt agenti inſtrumentali: quia inſtrumentum nō adhibetur à principali agente, niſi vt per ſuam propriam actionem aliquo modo diſponat productionem effectus, quem principale agens intendit, vt pater in ſecuri & ſerra & alijs inſtrumentis; ſed ad productionem eius, quod creatur ex nihilo, nulla diſpoſitio poteſt præcedere aut recipi in ipſo nihilo: igitur creatura nullā operam ſubminiſtrare poterit Deo ad creandum, vel aliquid præparando, vel productionem eius, quod creatur, vi ſua aliquo modo attingendo, & hoc voluit S.Tho. 1. p. & 2. contra gentes, quem ſecutus eſt Scotus 4. ſent. & Romanus Ægidius in quolib. & Henricus de Gannauo in quolib. & multi alij illuſtres theologi contra magiſtrum ſententiarum lib. 4.

Creatio eſt propriū op' Dei & nulli creaturæ cōmunicabilis

Qu. 45. ar. 5. Cap. 21. Diſt. 1. Quæſt. 1. Quolib. 4. Quæſt. vlt. Diſt. 1.

C Poſtremo notandum eſt, quòd ex hac veritate confirmata plurimi errores excluduntur, vt ponit idem S.Tho. 2. contra gent. Primus error erat illorum antiquorum, præſertim Anaximandri, qui ponebant corpora quædam non habere cauſam eſſendi. Secundus error erat illorum, qui totaliter negabant generationem, ſed omnia faciebant eſſe vnum ens immobile, quē errorem tribuit Ariſt. Parmenidi & Meliſſo. Tertius error fuit illorum, qui dicebant nihil generari de nouo, ſed generationem nihil aliud eſſe, quàm ſegregationem quandā, & manifeſtationem eorum, quæ prius erant permixta & abſcondita, qui error tribuitur Anaxagoræ. Quartus error fuit ipſius Auicennæ, qui voluit naturales formas ex nihilo creari à quadam intelligentia, quæ præſidens huic mundo inferiori producit omnes formas intelligibiles, ſenſibiles, & phyſicas, itaquod agentia particularia tantum diſponere materiam ad recipiendas huiuſmodi formas docebat. Quintus error eſt ipſius Auer. 7. huius, qui vult omnes formas naturales & caducas produci ex materia ab agentibus particularibus, & idem eſſe agens diſponens materiam & inducens formam, vt latius 12. huius etiam oſtendit. Vltimus error illorum eſt, qui dicunt Deum non eſſe cauſam ſubſtantiæ cæli, ſed ſolum motus, cum non ſit cauſa effe-

Cap. 15. Excludūtur ſex errores de productione rerū.

Com. 31.

Com. 18.

D ctrix rerum ipſarum quoad ſubſtantiam, ipſas ex nihilo producendo, ſed tantum finis. Quem errorem ſequuti ſunt plurimi Auerroiſtæ, præſertim Io. Bachonus 2. ſent. & Alex. Achel. Bonien. lib. de intelligentijs. Rei ergo veritas eſt, quam ſupra expoſuimus res omnes à Deo benedicto creari & ex nihilo effici, & cum ipſis ſimul productam fuiſſe materiam, tempus, & motum; quibus iactis ſigillatim reſpondendum eſt fundamentis aduerſariorum.

Diſt. 1.

Ad primum, quod tanti faciunt, & quod innitebatur cōmuni conceptioni philoſophorum aſſerentium ex nihilo nihil fieri, dicimus hanc ſententiam eſſe veriſſimam ex nihilo nihil fieri per motum & tranſmutationem, & à virtute finita, ſed ex virtute infinita, & in prima emanatione ab vniuerſali principio rerum poteſt aliquid ex nihilo fieri, ita reſpondet S.Tho. 1. p. aſſerens antiquos philoſophos non conſideraſſe niſi emanationem effectuum particularium à cauſis particularibus, quas neceſſe eſt præſupponere aliquid in ſua actione, & propterea communiter conuenerunt in hoc decreto ex nihilo nihil fieri.

Solutio argumētorū.

q. 45. art. 2.

Sic etiam ſoluitur ſecundū, quod innitebatur illi propoſitioni impoſſibile eſt ex ſimpliciter non ente aliquid fieri ſcilicet per motum & tranſmutationē. Soluitur & tertium deſumptum ex æternitate materiæ primæ: quia licet impoſſibile ſit materiam primam generari vel corrū-

pi per

pi per motum & tranſmutationem, tamen ex hoc non excluditur, quin per creationem in eſſe A
Lect. 15. procedat, vt oſtendit idem S. Tho. 1. phy. Soluitur & quartum de æternitate motus & tempo-
ris, qnia illæ rationes addnctę ab Ariſt. non ſunt demonſtratiuæ ſimpliciter, ſed ſecundũ quid;
ſcilicet ad contradicendum rationibus antiquorum ponentium mundum incipere ſecundum
Tex. 2. quoſdam modos impoſſibiles: quod ex tribus facile apparet; quia tam in 8. phy. quã in 1. de cę
Tex. 23. lo præmittit quaſdam opiniones, vt Anaxagoræ, & Empedoclis, & Democriti, contra quos rō-
nes contradictorias inducit. Secũdo quia vbicunque de hac materia loquitur, inducit teſtimo
nia antiquorum, quod non eſt demonſtratoris, ſed probabiliter perſuadentis. Tertio quia ex-
Cap. 5. preſſe dicit 1. lib. topicorum, quòd ſunt quædam problemata dialectica, de quibus rationes nō
habemus, vtrum mundus ſit æternus. Et ſic etiam patet ſolutio ad omnia alia inconuenientia,
quę addncuntur in doctrina Ariſt.

Ad quintum, quod ſumitur ex lib. de cœlo contra Platonem, dicitur quòd ibi Ariſt. loqui-
tur contra illos, qui ponunt cęlos incepiſſe per generationem phyſicam; ſic enim omne, quod
incipit, deſinit eſſe, ſed non eſt contra nos ponentes cęlum totumque mundum incepiſſe per
Cap. 9. ſimplicem emanationem, ſeu per dependentiam ab ipſo Deo effectiue, vt oſtendit B. Augu. 10. B
Egregium exemplum. de Ciuit. Dei exemplo pedis, qui ſi ex æternitate ſemper fuiſſet in puluere, ſemper ſubeſſet ve-
ſtigium, quod à calcante factum nemo dubitaret, ſic & mundus ſemper fuit ſemper exiſtente
qui illum fecit, ſed ex hac factione non eſt neceſſarium intelligentias & corpora cęleſtia deſi-
nere eſſe per potentiam intrinſecam, licet poſſint non eſſe per potentiam extrinſecam ipſius
Dei, qui ſi ſubtraheret ſuam actionem ab eis, omnia in nihilnm redigerentur, vt docet B. Au-
gu. 4. ſuper gene. ad literam: ſicut igitur in potẽtia creatoris fuit, vt res eſſent antequam eſſent
in ſe ipſis, ita in potentia creatoris eſt poſtquam ſunt in ſeipſis, vt non ſint.

Ad ſextum, quod ſumitur ex 5. lib. huius, in quo Ariſt. non poſuit ſignificata huius nomi-
nis creationis, dicitur nullam vim habere: quia non omnia nomina, quibus vtuntur diſcipli-
næ, Ariſt. ipſe diſtinxit in illo libro, ſed tantum nomina famoſa, non enim diſtinxit Ariſt. hoc
nomen, vtilitas, hoc nomen, homo, animal, diſciplina, ars, experimentum, & ſimilia, & tamen
his omnibus diſciplinæ vtuntur, ſic etiam non fuit inconueniens tacere hoc nomen, creatio.
Agens duplex. Ad ſeptimum, quod fundatur ſupra definitione potentiæ, dicitur agens bipartitum eſſe, alte-
rum, quod ex præſuppoſita materia per motum & tranſmutationem operatur, & huius agen- C
Tex. 2. tis potentiam definit Ariſt. 9. huius & etiam 5. alterum vero eſt agens, qnod producens melius
Tex. 17. nuncupatur, & potentia huius agentis non per motum & tranſmutationem operatur, ſed per
ſimplicem emanationem, quæ quidem ſimplex emanatio ſecundum quandam ſimilitudinem
vocatur mutatio, quę in ſempiternis reperiri poteſt: hoc vero agens natura tantum & non tē-
pore ſuum effectum præcedit, & hęc diſtributio de duplici agente expreſſe habetur ab
Tex. 8. Ariſt. & Auer. 9. huius Ariſt. enim inquit potentiam & actum in plus ſe habere, quàm ea, quæ
ſecundum motum tantum dicuntur, & Auer. ibi inquit, quòd potentia & actus dicuntur in
Com. 44. plus, quàm in rebus tranſmutabilibus, & 12 eiuſdem operis arguens Auicen. hoc duplex agē-
tium genus confitetur: quia Anicen. duo de abiunctis mentibus affirmauit, primum, quòd al-
tera alterã producit per ſimplicē emanationem, ſecundum, quòd vna vnã tantum producit, cũ
ab vno non proueniat niſi vnum, & vna actio vnum agens inſequatur, Auer. itaque quoad pri
mum cum Auicen. conſentit, qnòd in ſempiternis æterna productio per ſimplicem emanatio
nem ſit, ſed arguit Auicen. quoad ſecundum: nam opinatur Auer. à prima intelligentia omnes
Diſp. 3. produci, & lib. diſp. contra Algazelem inquit corpora cęleſtia non eſſe generabilia eo modo D
quo hæc corpora genita dicuntur, ſed alio modo: ex quibus ergo ſatis apparet æquiuocatio
circa hoc argumentum de definitione potentiæ. Ad octauum, quod fundatur ſuper 7.
Tex. 25. huius dicimus verum eſſe formam non poſſe produci eo modo, quo Ariſt. arguit contra Plato
nem: quia vnumquodq; generatur à ſuo ſimili, & illnd, quod fit & generatur, debet eſſe com-
poſitum, quod proprie habet eſſe, forma autem non fit niſi per accidēs, cũ non proprie habeat
eſſe, ſed magis eſt id, quo aliquid habet eſſe. Ad nonum, quod fundabatur ſuper 8. lib. huius,
quòd in omni productione requiratur ſubiectum, terminus à quo, & ad quem, dicimus con-
cludere in productione particulari phyſica aliquorum entium, non autem in prodnctione to-
tius eſſe à cauſa vniuerſali omnium entium, quæ eſt Deus, qui prodncendo res ſine motu, inſi-
mul producit materiam, tempus, & omnia neceſſaria ad naturam ipſarum rerum.

Ad argumenta Neotericorum deſcendendo dicimus ad primum, quod fundabatur ſupra
Deus agit libere & neceſſario. illa diuiſione, ſi Deus agit libere, vel ex neceſſitate naturæ, &c. reſpondetur, ꝙ libere agit Deus
prout diſtinguitur ipſum liberum contra violentum & coactum, etiam neceſſario neceſſitate
ſuppoſitionis operatur, ſuppoſito enim, quòd velit mundum producere, non potuit ipſum

non

A non producere,quia non poteſt voluntas eius mutari.Nec eſt verum,quòd philoſophus vllam
cauſam & rationem reddere poterit de conſideratis ab ipſo : quia demonſtrationes non ſunt
per cauſam remotam,ſed per cauſam proximam,vt docuit ipſemet philoſophus 1.poſter.ſcire Tex.5.
eſt rem per cauſam cognoſcere,quoniam illius eſt cauſa &c. & ſic etiam diſciplinæ omnes pro
ximas cauſas rerum perquirunt,vt docet Aug.3.de trini.placuit vanitati philoſophorum etiā Tex.12.
alijs cauſis effectus contingentes tribuere , cum omnino videre nō poſſent ſuperiorem ceteris
omnibus cauſam,ideſt voluntatem Dei,quam theologi etiam balbutiendo requirunt .

Ad ſecundum,in quo dicitur,creatio eſt actio &c.negamus creationem eſſe proprie actio- Creatio non eſt actio pro
nem:quia non eſt motus , neque mutatio proprie loquendo, ſed eſt ipſa dependentia creata , prie ſed ſecū
quæ non alia creatione creatur:quia relationes,cum hoc ipſum quod ſunt ad aliquid dicātur , dum modū
nec referuntur per aliquas alias relationes,ſed per ſeipſas, & vt dictum eſt,creatio actiue ſigni intelligendi.
ficata eſt actio Dei,quæ eſt eius eſſentia cum relatione ad creaturam,quę relatio eſt ſecundum
rationem tantum,paſſiue vero intellecta eſt relatio realis,quæ in qualibet creatura eſt accidēs
B diſtinctum realiter ab eius ſubſtantia;nec creatura poteſt eſſe ſine huiuſmodi dependentia,ſi-
cut nec homo quin ſit riſibilis, vt declarat Capreolus 2.ſent.& Caiet.1.p.& Ferrarien.2.con- diſtin.1.
tra gent.aduerſus Scotum,qui 2.ſent.tenuit creationem iſtam paſſiuam non differre realiter , q.45.art.3.
ſed tantum formaliter à ſubſtantia creaturæ , quam opinionem ſequuntur quidam nouiter Cap.28.
philoſophantes & male:quia cum hæc ſit relatio realis:ergo accidens,& ſic diſtincta realiter à Diſtin.1.
ſubſtantia creaturæ . Creatio eſt accidens cō-

Ad tertium, in quo dicebatur, aut quod creatur,ante poterat eſſe &c. dicitur quòd poterat tra nouiter
eſſe potentia logica,quę eſt non repugnantia terminorum,vel per potentiam extrinſecā agen- philoſophā-
tis,non autem per potentiam phyſicam,& intrinſecam ex parte materiæ . tes.

Ad quartum, in quo dicitur, ſi creatio fieret ex nihilo &c. reſpondet Ariſt.9. huius , quòd Tex.10.
agens per intellectum determinat ſe ad agendum potius hoc , quàm aliud à prohereſi , ſeu à
voluntate ſua,deinde Deus glorioſus,cum habeat in ſe varias ideas,ſecundum diuerſitatem il-
larum diuerſos quoque effectus in hoc mundo producit,vt aſſerit B.Aug.in lib. 83.q.alia idea quæſt. 31.
conditus eſt homo & alia equus .

Ad quintum, in quo dicitur,aut Deus creat res per aliquam actionem tranſeuntem &c. di-
C citur,quòd Deus creat per voluntatem ſuam,qua ab æterno cōſtituit & deliberauit certo quo-
dam tempore producere mundum,ſicut quilibet noſtrum poterit hodie determinare ſcribere
literas ad amicum ſuum in fine huius menſis,& ſic effectus nouus poteſt produci per actionē
antiquam. Dico etiam creationem eſſe actionem tranſeuntem non phyſice cum omnibus ap- Creatio eſt
pendit ijs requiſitis ad actionem tranſeuntem phyſicam , ſed ſimilitudinarie : quia ſicut per actio trāſiēs
actionem tranſeuntem aliquid producitur ad extra , ita per creationem producitur creatura nō proprie.
extra Deum .

Ad ſextum in quo dicitur, ſi Deus poteſt immediate creare &c. neganda eſt conſequentia :
quia licet Deus in prima & vniuerſali productione rerum non indiguit agentibus ſecundis ad
operandum : quia, vt dictum eſt,creatio eſt opus proprium eius; tamen poſitis ipſis creaturis
in vniuerſo,vt manu teneatur ſuauis diſpoſitio rerum,ſunt neceſſaria agētia naturalia ad exer-
cendas ſuas operationes,ſupponendo tamen ſemper ipſum Deum tanquam primam cauſam,
à qua deriuatum eſt eſſe his quidem clarius,his vero obſcurius,vt dictum eſt ſupra.

Ad ſeptimum,in quo dicebatur, quòd ponentes creationem coguntur ponere vacuum, re-
D ſpondet S.Tho.1.p.negando conſequentiam : quia de ratione vacui non ſufficit in quo nihil q.46.art.1.
ſit , ſed requiritur quòd ſit ſpatium capax corporis , in quo non ſit corpus . Deinde mundo Vacuū quid
ipſi per ſe nullus locus debetur, niſi ratione partium,& propterea nō eſt neceſſarium ante eius nam ſit.
productionē ex nihilo,præceſſiſſe aliquem locum aptum natum ipſum recipere:quia poſſibi-
litas,quæ pręceſſit creationem mundi,non fuit paſſiua ex parte ſubiecti ſeu materiæ,ſed tantū
logice,& ſecundum extrinſecam actiuam potentiam Dei.

Ad octauum,in quo dicitur,ꝙ ponentes mundum genitum non poſſunt demonſtrare Dei
æternitatem &c.reſpondet idem S.Tho. 8.phy.ꝙ melius ex creatione mundi poſſumus oſtē- Lect.2.
dere perfectiones diuinas,quàm ex motus, temporis , & mundi æternitate:quia ſicut propter
ſeipſum produxit vniuerſum , vt in eo ſuæ bonitatis ſimilitudo manifeſtaretur , ita voluit ip-
ſum non ſemper eſſe,vt ſua ſufficientia manifeſtaretur in hoc,quòd omnibus alijs non exiſtē-
tibus ipſe in ſeipſo omnem ſufficientiam beatitudinis habuit & virtutis ad rerum productio-
nem,& hoc quidem dici poteſt , quantum humana ratio capere valet de diuinis, ſaluo tamen
ſecreto diuinæ ſapientiæ , quod à nobis comprehendi non poteſt : patet ergo, quòd ex rebus
creatis ex nihilo clarius demonſtratur Deum eſſe , & alias Dei perfectiones , puta bonitatem,

ſapientiam &c. quia nullus creare poteſt, niſi infinitam poteſtatem habens. A

Ad nonum in quo dicitur quicquid fit ex oppoſito. & ſubiecto &c. dicitur, ꝙ licet ex ſen-
In proemio. Tex. 1. ſibus philoſophari incipiamus, vt docet Ariſt. 1. huius & 1. poſte. quòd omnis doctrina & di-
ſciplina &c. intellectus tamen ex particularibus productionibus particularium entium erigen-
do ſe ſupra ſenſus cognoſcit generalem productionem totius entis, ſicuti ex accidentibus ap-
Intellectus multa agnoſcit ad quę ſenſus nõ ſe extendit. prehenſis à ſenſibus ipſe intellectus cognoſcit ſubſtantiam diſcurrendo, & multa alia intelle-
ctus ipſe agnoſcit, ad quæ ſenſus peruenire non poſſunt, vt Deum, intelligentias, vniuerſalia,
ſpecies intelligibiles, entia rationis &c. Nec verum eſt creationem eſſe actionem coniunctam
motui, aut ſubiecto, ita ut indigeat tempore, loco, & alijs circumſtantijs materialibus: propte-
rea ponentes creationem maxime prædicant & extollunt excellentiam & infinitatem diui-
nę virtutis.

Ad decimum, in quo dicebatur, facientes mundum de nouo coguntur &c. reſpondet S.
q. 1. art. 1. Tho. 3. p. vbi agit de myſterio incarnationis dubitans, quòd cum Deus ab ęterno fuerit ſine
carne, etiam & modo ſine carne eſſe deberet, aliter mutatus eſſet à non habente carnem ad ha-
bentem. Et reſpondens dicit incarnationis myſterium non eſſe impletũ per hoc, ꝙ Deus ſit ali B
quo modo à ſuo ſtatu immutatus, in quo ab ęterno fuit, ſed per hoc, ꝙ nouo modo ſe creaturę
vniuit vel potius eam ſibi vniuit, eſt autem conueniens, vt creatura, quæ ſecundũ rationem ſui
mutabilis eſt, non ſemper eodem modo ſe habeat, & ideo ſicut creatura incepit eſſe, cum prius
non eſſet, ita conuenienter cum prius nõ eſſet vnita Deo in perſona, poſtmodum fuit ei vnita:
Deus creat ſine ſui mutatione ſicut aſſũpſit carnem abſque ſui mutatione. ex quibus concludit mutationem factam eſſe ex parte creaturę, non autem ex parte Dei, qui
eſt immobilis ſemper manens, ſic etiam dicimus in creatione nullam mutationem factam eſſe
ex parte Dei, ſed tantum ex parte mundi, qui creatus eſt, ſicuti columna ſemper eſt immobilis
animal tamen, quod mouetur ante ipſam, modo acquirit dextreitatem, modo ſiniſtreitatem
nulla mutatione facta in columna.

Ad vndecimum, in quo dicitur, quòd ſi voluntas ęterna dicitur producere &c. reſpondetur,
quòd licet voluntas ſit antiqua, & mundus factus ſit de nouo, hoc tamen eſt ſecundum deter-
minationem & propoſitum, quod ab ęterno decreuerat producere ipſum, quia effectus intel-
ligibilis & volũtarius procedit ab intellectu ſecundum pręſcriptionem & diffinitionem eius,
ſicut dictum eſt ſupra, quod ego nunc ſtatuo ſcribere literas ad amicum meum in fine huius C
menſis; quo tempore ſcribo, tunc effectus à voluntate antiqua perfici poterit.

Ad duodecimum, in quo dicitur, ſi voluntas æterna dicitur producere &c. reſpondetur nul-
lum fuiſſe impedimentũ nec ex parte agentis, nec ex parte mundi producibilis, ſed tantũ libe
Agẽs duplex neceſſariũ & voluntariũ. ram voluntatẽ Dei benedicti. Deinde argumentum hoc concludit in agente de neceſſitate na-
turæ, non autem in ipſo Deo, qui libere operatur. Ad tertiumdecimũ, in quo dicitur, ſi Deus
ab æterno habuit omnes conditiones &c. reſpondetur, quòd non poteſt alia cauſa reddi, niſi
illa, quam aſſignauit S. Thom. reſpondendo ad octauum argumentum, aſſignatur etiam Dei
opt. max. voluntas, quę habet omnia neceſſaria requiſita ad agendum & poteſt non agere pro-
ducendo mundũ abſque ſui mutatione, & ſic denominatur creatrix, & conſeruatrix actu, & de
nouo non formaliter & intrinſece, ſed propter ipſas craturas, quę ante erant potentia, & poſtea
ſunt actu, antea non erant, poſtea de nouo ſunt productę, & tales relationes in Deo ſunt ſecun-
dum rationem, in creatura vero realiter, vt dictum eſt.

Ad quartumdecimum, in quo dicitur, quod non eſt generatum &c. reſpondetur, vt ſępe
dictum eſt, quòd poſſibilitas, qua mundus productus eſt, non eſt potentia phyſica fundata in D
Potentia logica quę nã ſit. materia, ſed potentia logica, quę eſt non repugnantia terminorum, & potentia actiua ipſius
Dei, qui propter ſuam infinitam virtutem à nulla re dependentem potuit mundum ipſum ex
nihilo producere.

Ad vltimum, in quo dicitur, ante generationem mundi &c. dicimus argumentum hoc con-
cludere de agente naturali & finitę virtutis, & de modo generationis rerum naturalium, non
autem de agente virtutis infinitę, qualis eſt Deus, & de vniuerſali productione omnium re-
Lect. 2. rum: propterea dicit S. Tho. 8. phy. quòd ex ſimili cauſa deceptus fuit Auer. ex qua cauſa ar-
bitratus eſt nos eſſe deceptos, ſcilicet ex conſideratione particularium entium non erigendo
intellectum ſuum ad contemplandum primum agens vniuerſale, quod eſt actiuum totius en-
tis, nihil pręſupponens in ſua actione, cui laus & honor in ſæcula.

Et ma-

A *Et manifeſtum eſt, quòd res habent principium, & quòd cauſa rerum entium non ſunt infinitæ &c. Tex. 5.*

Num ſit neceſſe ponere ſtatum in omni genere cauſarum.

Dilucidatio quinta.

CIrca hanc controuerſiam tria agemus. Primo declarabimus titulum quęſiti. Secundo annotabimus quædam declarando in quolibet genere cauſæ dari ſtatũ. Tertio ſoluemus argumenta aduerſariorum. Quantũ ad primũ ſciẽdum, quòd cauſa, vt ait Boetius libro definitionum nihil aliud eſt, niſi illud B ad cuius eſſe ſequitur aliud, vel cauſa eſt, quæ actione ſua producit effectũ, & hęc eſt duplex. Altera per ſe, altera vero per accidens. Cauſa per ſe eſt illa, quæ ſecundum ſuam propriam naturam producit effectum, vt leo generat leonem, & oliua oliuam. Cauſa per accidens eſt illa, quæ non ſecundum ſuam naturam propriam producit effectum, ſed ſecundum aliquid ſibi accidens: verbi gratia, philoſophus ędificat, & muſicus generat. Et cauſa per ſe eſt quadruplex, vt docet philoſophus 2. phyſic. & 5. huius, nam vel eſt cauſa effectiua, vel formalis, vel finalis, vel materialis: licet Diuinus Plato poſuerit exemplarem cauſam: hæc tameu reducitur ad formalem, ſicuti inſtrumentalis reducitur ad efficientem.

Cap. 5. Definitio cauſæ duplex.

Cauſa per accidens quæ ſit.

Tex. 27.

Tex. 2.

Secundo notandum eſt, quòd ſtatus capitur tribus modis, primo pro firma permanſionę legibus firmata pertinente proprie ad libertatem, vel ſeruitutem in temporalibus, vel ſpiritualibus dicente immobilitatem & obligationem perſonæ hominis. Secundo capitur ſtatus apud medicos pro tertia parte morbi, ſiue pro quiete. Tertio capitur ſtatus, vt ait S. Thomas ſecunda ſecundę pro termino & limite, poſt quem vlterius progredi nõ licet, vt dixit philoſophus C 1. poſter. contra antiquos de primis principijs, vnde ſtatus hic ſumitur hoc tertio modo pro termino, ſiue pro fine, ad quem ceſſat multitudo. Tertio eſt ſciendum quòd proceſſus ad infinitum aliquando ſumitur indirectum, hoc eſt in eodem genere cauſæ, puta in genere cauſę efficientis, vel formalis, &c. aliquando ſecundum ſpeciem, ideſt ſecũdum diuerſa genera cauſarum. Ita quòd non tantum ſunt quattuor genera cauſarum, ſed infinita.

Status trifariã dicitur.

Queſt. 195.

Cap. 12.

Quarto eſt ſciendum, quòd proceſſus in infinitum dupliciter etiam intelligi poteſt, aut in cauſis, quę per ſe ordinãtur; aut iu cauſis quę per accidens ordinãtur, & hoc ſecũdo modo adhuc dupliciter, vno modo iu cauſis per accidens actu per ſe ſimul exiſtentibus: puta ꝙ actu ſint infinita indiuidua. Alio modo in potentia & ſucceſſiue, & nota etiam, quòd hunc ſtatum probat phyſicus rationibus ſuis ſumptis à motu, probat & metaphyſicus rationibus communioribus cauſæ & cauſati, & hæc de primo.

Proceſſus ad infinitum bifariam dicitur.

Quoad ſecundum eſt notandum illud quod communiter dicitur, cauſarum quędam ſunt eſſentialiter ordinatæ, quędam vero accidentaliter, & inter iſtas ſunt tria diſcrimina. Primum eſt, quòd in cauſis eſſentialiter ordinatis ſecunda cauſa, inquantum cauſat, depeudet à D prima cauſa: licet non ineſſe, vnde cauſa ſecuuda non agit, niſi in virtute primæ cauſę, ſicut cęlum ſi debet cauſare aliquid in iſtis inferioribus, ab intelligentia oporter vt dependeat, & intelligentia mouens ſecunda dependeat à primo motore, ſed in accidentaliter ordinatis ſecunda non dependet à prima, inquantum cauſat, & licet dependeat in eſſe ſuo, vel in aliquo alio, vt Sortes, qui poteſt generare patre mortuo. Secundum diſcrimen eſt, quòd in cauſis eſſentialiter ordinatis quanto aliqua cauſa eſt ſuperior, tanto eſt perfectior, cum ſint diuerſarum ſpecierum, vt patet de primo motore, & intelligentia, & cælo, ſed cauſæ eſſentialiter ordinatę omnes poſſunt eſſe eiuſdem ordinis, & rationis in cauſando. Tertium diſcrimen, quòd cauſæ eſſentialiter ordinatę ſimul neceſſario concurrunt ad cauſandum, vnde ſi debet aliquid generari in iſtis inferioribus, oportet vt ſimul cauſet primus motor, intelligentia, & cęlum, ſed cauſæ accidentaliter ordinatę non eſt neceſſarium, vt ſimul cõcurrant ad cauſandum. Deinde eſt notandum, quòd procedere in agentibus eſt ſurſum aſcendere, cum patiens ſubijciatur agenti, & procedere in patientibus eſt deorſum deſcendere, ſicut autem agere attribuitur cauſę mouenti: ita & pati materię: quapropter proceſſus cauſarum mouentium eſt ire ſurſum, & proceſſus cauſarum materialium deorſum, vnde uon eſt proceſſus in infinitum iu

Triplex differẽtia inter cauſas eſſentialiter ordinatas & accidentaliter.

Proceſſus in agentibus & in patientibus eſt diuerſus.

ſurſum ideſt in agentibus, & in deorſum ideſt in materialibus. A

Prima conclusio. Ponitur modo hæc prima concluſio, quòd in efficientibus cauſis datur ſtatus: probatur ſic ſupponendo dari primum efficiens in quocunque genere cauſæ: datur prima cauſa: ergo non poteſt ſub illa multitudo infinita cauſarum reperiri: quia aliter illa multitudo non eſſet ab illo primo per ſe, ſed ſolum per accidens, & ſic non eſſet primum efficiens: ſed in genere cauſæ efficientis datur prima cauſa efficiens per ſe ex ſuppoſito facto: igitur in cauſis efficientibus per ſe, & eſſentialiter ordinatis non poteſt procedi in infinitum, ſed datur ſtatus & terminus ſurſum.

Cõcluſio ſecunda. Secunda concluſio eſt de cauſis materialibus per ſe ordinatis, quòd etiam in eis datur ſtatus, & ſupponit primo dari materiam primam: ſecundo ſupponit, quòd aliquid fieri ex alio intelligitur dupliciter, vno modo directe, ſicuti quando ex puero fit vir. Secundo reflexe, quẽadmodum ſi ex igne fit aer, & ex aere fit aqua, & ex aqua terra, & ex terra iterum ignis, ſemper reflectendo. His ſtantibus arguit ſic philoſophus, ſi daretur proceſſus in infinitum in his, quæ fiunt à materia; hoc vel eſſet directe, vel reflexe: non directe, quia id, ex quo fit aliquid directe, eſt medium inter eſſe, & non eſſe, veluti puer, ex quo fit vir, ſed poſitis extremis non poſſunt media eſſe infinita: igitur hoc pacto non eſt proceſſus in infinitum: nec reflexe, quia vbi eſt reflexio, ibi eſt reditus ab vltimo ad primum: ergo eſt dare vltimum & primum, ſed inter vltimum & primum dantur media finita: ergo in cauſis materialibus per ſe non eſt proceſſus in infinitum, ſed neceſſe eſt dari ſtatum. B

Cõcluſio tertia. Tertia concluſio eſt de cauſis finalibus per ſe ordinatis, quòd in eis etiam datur ſtatus: quia ſi non daretur ſtatus in cauſis finalibus: tunc deſtrueretur natura boni: probatur cõſequentia, quia bonum eſt, quod omnia appetunt, ſed amoto vltimo fine nihil appeteretur: ergo &c. Prę terea ſi daretur proceſſus in infinitũ in finibus, tunc nullus ageret aliquid, ſed hoc eſt impoſſibile: igitur datur ſtatus in finibus: probatur conſequentia, quia ſi non eſſet vltimus terminus actionis, nullus conaretur agere aliquid. Preterea ſequeretur non dari agens per intellectum: quia hoc agens cum agat gratia vltimi finis ſi non datur vltimus finis, neque datur illud agens. Adducitur etiam alia ratio ab Ariſt. ad hoc idem probandum: quia vel eſt aliquid, cuius cauſa omnia fiunt, & ſunt, & ipſum non eſt cauſa alicuius, vel nihil tale inuenitur, ſi primo modo tunc non erit proceſſus in infinitum in cauſis finalibus, ſed erit ſtatus: ſi ſecundo modo, tunc tolleretur omnis finis, quod eſt impoſſibile. C

Concluſio quarta. Quarta concluſio, in cauſis formalibus datur etiam ſtatus, probatur quia aliter non eſſet prima ratio diffinitiua. Præterea non eſſet deuenire ad ſpeciem ſpecialiſſimam, & ſic non eſſet ſcientia perfecta de aliquo. Præterea nulla res ſimpliciter ſciretur diffinitiue: quia cum omnis ſcientia diffinitiua ſit per formam, & formæ ſunt infinitę: ergo nihil ſcitur diffinitiue, & demonſtratiue. Quarto materiæ conuenit infinitas: ergo & formę competit finitas, & ſic in formis debet reperiri ſtatus in rectum; probatur etiam, quòd genera cauſarum ſint finita: quia da oppoſitum, ſequitur quòd nihil perfecte, & demonſtratiue ſciretur, cum ſcire ſit per cauſam.

Soluuntur argumenta Aduerſariorum. Tex. 55. Ex iſtis ſoluuntur argumenta aduerſariorũ deſcendẽdo ad tertium propoſitum. Argumentantur enim quidam, quòd in omni genere cauſarum proceditur in infinitum: quia Ariſt. 8. phyſi. ponit motum ęternum, pręcipue motum circularem. Hoc ſtante ſequitur aliud dictum, quòd habetur 2. de generatione, quòd etiam generatio eſt ęterna: ſi ſic, ergo infinitę ſunt generationes, & cum quælibet generatio habeat omnia genera cauſarum, ſequitur, quòd in omni genere cauſę datur proceſſus in infinitum: generatio enim quęlibet habet cauſam efficientem proximam, finemque, & materiam, & formam. Ad hoc argumentum facile reſpondere poſſumus, quòd concludit de cauſis accidentaliter ordinatis, non autem eſſentialiter: nam dictum eſt, quòd in cauſis accidẽtaliter ordinatis ſucceſſiue proceditur in infinitum ſuppoſito, quòd mundus ſit ęternus, & quòd motus & generatio ſit ęterna: quia ſic infiniti homines pręceſſerunt, & ſi effectus ſunt infiniti, etiam & cauſę: quia reuolutiones cæli, quę ſunt efficientes generationis, ſunt infinitę, quoad partiales reuolutiones: tamen ſecundum fidem, quæ ponit mundum incœpiſſe, & deſiniturum, & ponit primum hominem, & vltimum, & primum inſtans, & vltimum, nec in cauſis accidentaliter ordinatis poteſt dari proceſſus in infinitum. D

Fides ponit mundum incepiſſe. Gen. cap. 1.

Secundum argumentum ipſorum eſt, quòd quando inter aliqua extrema eſt diſtantia infinita poſſibile eſt, quòd ibi ſint infinita media, ſed inter primum & quodcunque aliud efficiens eſt diſtantia infinita, cum primum efficiens ſit infiniti vigoris: ergo datur progreſſus in infinitum in genere cauſę efficientis, & ſic etiam in genere cauſę formalis, & finalis: quia quęlibet forma finita in infinitum diſtat à forma infinita, & quilibet finis finitus à fine infinito: proba-

tur

A tur maior: quia quanto aliqua magis diſtant, tanto plura poſſunt eſſe media inter ipſa : ergo ſi in infinitum diſtant, infinita reperiuntur media. Ad hoc argumentum poteſt reſponderi ſecundum theologos, & pręcipue ſecundum Herueum, qui 1. ſuorum quolibet. tenet, quòd Deus poteſt facere in infinitum creaturam nobiliorem quacunque alia data : quia quicquid non repugnat creaturę poteſt ſibi communicari, ſed huiuſmodi proceſſus non repugnat creaturæ: quia ſemper procedendo quęlibet creatura erit finita. Et hoc ſtante tunc inter primum efficiens, quod eſt infinitum, & quodcunque aliud non eſt infinita diſtantia dimenſionalis, ſed perfectionalis, & ſic habemus duplicem diſtantiam, alteram dimentionis, alteram vero perfectionis. Concludit ergo argumentum ſecundum Herueum de diſtantia perfectionis, & non dimentionis.

[Reſponſio theologica.] [Diſtantia duplex eſt.]

Argumentantur tertio, ens in infinitum diſtat à nihilo : ergo inter nihil & ens poſſunt eſſe infinitę entitates potẽtiales, cuiuſmodi eſt materia. Ad hoc dicitur, ꝙ materia prima poteſt dupliciter conſiderari, vno modo ſm̃ eſſentiam, & ſic eſt vna & eadẽ in genito & corrupto: quia in ea nulla eſt diuerſitas. Alio modo ſecundum eſſe, quod haber à forma, & ſic non eſt eadem B numero in genito & corrupto. Vnde materia non eſt infinita, nec quantitatiue, nec perfectionaliter, ſed tantum priuatiue: nec eſt inconueniens in cauſis materialibus proximis non actu exiſtentibus, ſed potentia dari progreſſus in infinitum. Nec eſt verum ens in infinitum diſtare à nihilo : quia diſtantia ſupponit extrema: nihil non poteſt dici extremum ipſius entis. Argumentãtur etiam, quòd ſtante ęternitate mundi infinitę eſſent animæ rationales, & iſtę ſunt formę; igitur dantur formę infinitę.

[Materia prima bifariam cõſideratur.]

Hoc argumentum diuerſimode ſoluitur à S. Thoma, pręcipue 1. p. ſed in pręſenti poſſemus nos dicere, quòd animæ rationales prout ſunt ſeparatæ à materia, non ſunt formæ informantes, ſed per ſe exiſtentes & finitæ à parte poſtea, licet infinitæ à parte antea. Alex. tamen diceret animas ipſas corrumpi cum corpore. Auer. affirmat dari tantum vnam, quæ omnia vide in S. Tho. qui vult iſtam rationem eſſe particularem, quia poſſet quis dicere mundum fuiſſe ęternum quoad aliquam ſui partem puta intelligentias, vel corpora cęleſtia non autem quoad hominem & vniuerſaliter quoad omnes creaturas, & ſi Caiet. in Commentarijs ſuis in 1. par. aſſerit doctrinam S. Thomę eſſe diuerſam à doctrina Ariſt. in hoc negotio : quia Ariſt. C ipſe tenet iuxta expoſitionem S. Thomæ 3. de anima animas intellectiuas immortales, & numeratas ſecundum numerum corporum: & conſtat Ariſt. tenuiſſe generationem ęternam, ex quibus dictis manifeſte ſequitur animas humanas eſſe actu infinitas, quod tamen S. Thomas decernit eſſe imposſibile : quia omne creatum comprehenditur ſub certo finitoque numero, ſed omnes animę ſunt creatę : ergo ſub certo & finito numero comprehenduntur, & proprerea in hoc quęſito S. Tho. ademit ſibi omnem viam concordię cum doctrina Ariſt. verum quicquid ſit de hac opinione Caiet. quę in Theologia eſt ventilanda impręſentiarum proſequemur reſponſionem à nobis ſuperius datam.

[q. 47. art. 2. In reſp. ad octauum.] [q. 7. art. 4. Opinio Caietani.] [Tex. 10.] [Animæ omnes ſunt ſub certo numero.]

At vero, quod ſit principium quoddam, & non infinita cauſa exiſtentium, &c. Tex. 5.

D

An detur infinitas in effectibus Dei.

Dilucidatio ſexta.

TRia iudicamus circa hanc controuerſiam eſſe videnda. Primo ſupponere quędam pro declaratione tituli. Secundo determinare quęſitum iuxta rei veritatem, & doctrinam S. Tho. Tertio ſoluere argumenta Aduerſariorũ. Quoad primum nota, quòd infinitum ſumitur multis modis. Primo pro eo, quod non poteſt pertranſiri, vel terminari: quia non eſt quantum, & ſic punctus, & vnitas, & ens incorporeum, vt ſubſtantię ſeparatę, & Deus dicuntur infinita negatiue. Secundo ſumitur pro eo, quod licet poſſit terminari, tamen cum maxima difficultate terminatur, vel pertranſitur, vt via, quę eſt ab oriente ad occidentẽ: hęc enim dicitur infinita : quia cum difficultate pertranſitur. Tertio pro eo, quod non poteſt pertranſiri propter impedimentum, vt eſt profunditas maris, vel centrum ipſius

[Infinitum multifariam dicitur.]

terrę, ad quod nemo peruenire poteſt propter multa impedimenta, quæ ibi ſunt. Quarto ſu- A
mitur pro aliquo quanto continuo, vel diſcreto, quod eſt aptum natum habere principium,
& finem, & tamen non habet, vt linea indeterminata, & ſuperficies, & numerus intermi-
natus.

Act⁹ duplex eſt permanēs & ſucceſſiu⁹.

Secundo eſt notandum, quòd actus eſt duplex, quidam permanens, & quidam ſucceſſiuus:
actus ſucceſſiuus eſt ille, qui non habet ſuas partes ſimul exiſtentes, ſed ſibi inuicem ſucceden-
tes ſunt, vt dies, qui habet mane, meridiem, & veſpere, quæ partes ſibi inuicem ſuccedunt, ita-
quòd vna parte exiſtente eſt potentia ad aliā, & illa alia adueniente adhuc eſt potentia ad aliā,
& philoſophus etiam ponit exemplum de Agone, ideſt de ludo, qui celebratur in monte
Olimpi: illius enim ludi Agoniſtici partes non erant ſimul omnes, ſed ſibi inuicem ſuccede-
bant, & hoc eſt videre in omni motu vero & continuo, & talis actus dicitur imperfectus, &
actus potentiæ permixtus, & actus in fieri. Actus autem permanens eſt ille, qui non habet par-
tes ſuccedentes, ſed aut nullas habet partes, ſicut vnitas & punctus, aut partes habet ſimul exi-
ſtentes, vt albedo, nigredo, & forma Sortis, & ſtatuæ, & huiuſmodi formæ habentes eſſe fixum
in ſubiecto, & talis actus dicitur actus perfectus, & in facto eſſe conſiſtens, & non permixtus B
potentiæ ad aliam partem generandam.

Actus permanens quis ſit.

Quid intelligitur per effectum infinitum.

Tertio nota, quòd per effectum infinitum poſſumus intelligere aliquod corpus infinitum,
ſiue ſit ſimplex vt elementum, ſiue ſit compoſitum vt aliquod mixtum ex quattuor elementis,
& poſſumus intelligere aliquam multitudinem actu infinitam, ſicuti ſi eſſet multitudo infini-
ta malleorum, vel animarum. Et aduerte, ꝙ hic non loquimur ſecundum theologos ponētes
virtutem creatiuam in Deo eſſe infinitam, ſicut virtus generatiua, quæ eſt æqualis perfectio-
nis cum virtute creatiua. Vnde ſicut virtus generatiua de mente Heruei theologi 1. quoli-
bet. poteſt habere infinitum productum, vt puta filium in diuinis, ſic & virtus creatiua li-
cet non eodem modo, putat enim Herueus, quòd in aſcendendo poteſt fieri nobilior forma:
nam poſt materiam primam eſt forma elementorum, & poſt illam forma mixti, & poſt illam
forma viuentis, quæ eſt ſenſitiua, & deinde intellectiua, & ſic deinceps in infinitum in nobili-
tate, quælibet enim forma ſpecifica creata eſt quædam imitatio primæ formæ: ergo ſicut pri-
ma forma eſt in infinitum imitabilis, & infinitis modis, ſicuti ideæ in mente diuina, ſic etiam
ſunt infinitæ creaturæ creabiles: quia dicit Euangeliſta Lucas non eſt impoſſibile apud C
Deum omne verbū, & ſic Deus poteſt producere omne id, quod non implicat contradictionē,
& quia infinita multitudo actu non implicat contradictionem, idcirco dari poteſt ſecundum
iſtum Herueum, ideo poterit Deus producere effectum infinitum: vnde ſi ſecundum theolo-
gos diſputatio hæc dilucidari deberet, eſſet dicendum, vtrum omne illud, quod eſt aliud à Deo
poſſit eſſe actu infinitum, & ſecundum philoſophos intelligendum eſſet de aliquo corporali,
ſiue ſit continuum, ſiue diſcretum, vt proponitur 3. phyſicorum; hęc de primo.

Quolib. 1.

Ordo formarum.

Cap. 1.

Tex. 31.

Sententia theologorū.

Quoad ſecundum dici poteſt ſecūdum theologos primo, quòd eſt impoſſibile eſſe aliquod
creatum actu infinitum, ſiue ſecundum eſſentiam, ſiue ſecundum magnitudinem continuam,
ſiue ſecundum quantitatem diſcretam: probatur prima pars iſtius concluſionis, quia infinitū
eſt illud, quod caret principio & fine ex 3. phyſicorum, ſed omne aliud à Deo habet princi-
pium: quia eſt ex ipſomet Deo ſupponendo modo, quòd Deus ſit cauſa effectiua omnium:
ergo nihil, quod eſt pręter Deum, poteſt eſſe ſimpliciter infinitum: tum etiam quia cum ma-
teria ſemper finiatur per aliquam formam, & ſi eſt ſubſtantialis, prout remanet ſub ipſo actu
eſt in potentia ad plurimas formas accidentales, ſicuti lignum eſt finitum ſecundum ſuam for- D
mam ſubſtantialem, ſed cum ſit in potentia ad infinitas figuras poteſt dici infinitum ſecūdum
quid, ſed non ſimpliciter; ſic etiam formæ illæ, quæ non ſunt receptæ in materia, ſed ſunt per
ſe ſubſiſtentes, quemadmodum ſubſtantiæ ſeparatę, dicuntur infinitæ ſecundum quid: quia
non ſunt arctatę, & limitatę per materiam, ſunt tamen finitæ ſimpliciter: quia habent princi-
pium & finem, & ſic patet non dari præter Deum infinitum ſimpliciter.

Tex. 34.

Omne aliud à Deo ē finitum ſimpliciter.

Quòd autem non detur infinitum ſecundum magnitudinem continuam: probatur, quia
omne corpus habet ſuperficiem, quę eſt longitudo & latitudo, cuius extrema ſunt duę lineæ,
& omne habens ſuperficiem eſt finitum & limitatum: ergo ſequitur, quòd omne corpus eſt
finitum, ſi enim terminatur quibuſdam terminis; ſequitur, quòd ſit finitum, & ſic etiam ſuper
ficies, linea, & locus, cum habeant terminos, oportet vt ſint finita, & non ſolum loquor in prę
ſentiarum de corpore naturali, quod habet formam naturalem determinatam, ad quam etiam
ſequuntur accidentia terminata, ſed etiam de corpore mathematico, quòd ſi quis imaginetur,
oportet ipſum imaginari ſub aliqua forma: quia nihil eſt in actu, niſi per formam, & forma ip-
ſius corporis mathematici eſt figura, quę termino vel terminis clauditur, & ſic nulla magnitu-

Corpus naturale eſt finitum ſimpliciter.

do, ſiue

A do,ſiue ſit naturalis,ſiue mathematica poteſt eſſe actu infinita,ſed bene in potentia: nec etiam poteſt eſſe quantitas diſcreta actu infinita: quia omne creatum ſecundum theologos oportet vt ſit ordinatum ad aliquem certum finem & comprehenſum ab ipſo agente:ſed omnis quantitas diſcreta, ſiue multitudo quomodocunq; numeralis alia à Deo eſt creata, & ſic ordinata ad aliquem certum finem, & comprehenſa ab ipſo agente & creante; ergo finita: tum etiam, quia omnis multitudo oportet vt ſit ſub aliqua ſpecie numeri: ſed quod eſt ſub aliqua ſpecie eſt finitum,licet non nobis,ſed ſecundum naturam ſuam & reſpectu ipſius Dei: ſequitur ergo nullam multitudinem creatam poſſe eſſe infinitam. Si quis inſtaret de animabus reſpectu infinitorum præteritorum hominum, quæ actu nunc ſunt, & quçreret,aut ipſæ actu ſunt finitę, aut actu infinitę: ſi infinitę habetur propoſitum: ſi finitę, ergo accipiendo vnam poſt alteram tandem eſſet deuenire ad vltimam, & iſtę non ſunt infinitę in accipiendo, & idem argumentum poteſt fieri de futuris: omnia futura ſi nunc ſimul eſſent, eſſent actu infinita, ſed omnia ſimul erunt:ergo actu infinita erũt, probatur prima pars antecedentis,quia non eſſent actu finita,quia tunc aliquando omnia forent accepta: probatur ſecunda pars antecedentis, quia futu
B rum erit pręteritum,includitur in ſubiecto.

Magnitudo mathematica quomodo dicatur infinita.

Hęc argumenta concludunt ſecundum philoſophos ponentes ęternitatem mundi: ſed non ſecundum theologos ponentes primum & vltimum hominem, & primum & vltimum inſtans,& vt dictum eſt ſuperius,argumentum concludit, quòd animę ſunt infinitę à parte antea,non autem à parte poſtea. Secũdum quoque eſt impoſsibile ponere effectum infinitum,ſiue ſecundum quantitatem cõtinuam ſiue diſcretam, & loquor de effectu infinito ſimpliciter, non ſecundum quid:& ratio pro prima parte eſt: quia omne corpus ſiue ſit ſimplex,ſiue mixtum,ſiue ſphericum,ſiue angulare habet ſuperficiem,ex conſequenti habet terminos,& ſic eſt finitum:hęc eſt ratio Ariſt. 3. phyſi. & 1. cæli. Nec etiam poteſt eſſe multitudo infinita diſcreta: quia vel eſſet generum vel ſpecierum, vt arguit Alexander in libro de ſenſu & ſenſato, ſed ſi eſſet generum,tũc vnum infinitum eſſet maius altero, & ſic idem ſequeretur, ſi eſſet ſpecierum: nam cum quodlibet genus habeat multas ſpecies ſub ſe, tunc infinita multitudo ſpecierum eſſet maior multitudine generum,& ſimiliter multitudo indiuiduorum eſset maior multitudine ſpecierum,ſed impoſsibile eſt vnum infinitum eſse maius altero, cũ ſit contra Ariſt.
C 1. phyſi. ergo impoſsibile eſt dari multitudinem actu infinitam:& ſic patet dilucidatio quęſiti ſecundum theologos,& ſecundum philoſophos.

Egregia via ſoluendi argumenta de infinitate.
Tex. 40.
Tex. 46.
Cap. 3.
Tex. 33.
Dilucidatio quæſiti.

Nunc ſupereſt tertio loco diſſoluere argumenta Aduerſariorum quorum primum eſt. Omnis differentia alicuius generis habet differentiam oppoſitam condiuidentem ſecum illud genus,ſed infinitum in potentia eſt differentia quantitatis: ergo habet infinitum in actu pro differentia ſibi oppoſita: quia differentię oppoſitę non compatiuntur ſe: ſed idem eſt finitum actu & potentia: ergo habet per oppoſitum infinitum in actu. Hoc argumentum ſoluit S. Thomas 1. p. ad ſecũdum, vbi dicit,quòd licet infinitum non ſit contra rationem magnitudinis in communi; eſt tamen contra rationem cuiuslibet ſpeciei eius,ſcilicet contra rationẽ magnitudinis bicubitę vel tricubitę,ſiue circularis vel triãgularis & ſimilium: non autem eſt poſsibile in genere eſſe,quod in nulla ſpecie eſt: vnde non eſt poſsibile eſse aliquam magnitudinem infinitam,cum nulla ſpecies magnitudinis ſit infinita.

q. 7. art. 3.

Sed contra iſtam reſponſionem arguunt Quidam dupliciter. Primo,quòd licet hęc regula non valeat,quicquid repugnat antecedenti,repugnat conſequenti, tamen quod repugnat cui-
D libet antecedenti repugnat conſequenti, quia omne repugnans alicui repugnat, quia aliud ei ineſt: ſicut negatiua eſt vera propter affirmationem veram: ſi ergo aliquid repugnat aliquibus,hoc eſt,quia aliquid ineſt illis multis: ſed nihil ineſt omnibus ſpeciebus quantitatis, niſi quantitas,quę eſt genus: ſi ergo infinitum non repugnat generi, ergo neq; ſpeciebus,& ſic reſponſio eſt nulla.

Argumenta neotericorũ.

Pręterea omne,quod ineſt multis vniuoce,ineſt eis per aliquod principium in eis, cui primo ineſt: ſed quantitas primo ineſt ſpeciebus: ergo per quantitatem ineſt ipſum finitum & infinitum ſpeciebus ipſis. Propterea cum reſponſio S. Thomę non ſatisfaciat; dicendum eſt (aiũt illi) quòd Ariſt. loquitur 1 phyſi. ſecundum opinionem Meliſsi,qui ponit finitum & infinitum poſse eſse in actu ſecundum veritatem; tamen infinitum non eſt differentia quantitatis in actu,ſed in potentia.

Tex. 15.

Verum hi voluerunt impugnare reſponſionem S. Thomę, & tamen nihil dixerunt firmum, ac ſtabile. Vnde ſi quis diligenter inſpiciat verba eius manifeſtum erit ſibi, quòd negat infinitatem eſse paſsionem quantitatis: quamuis concedat ei non repugnare, nec etiam verum eſt illud, quod dicunt dictum Ariſt. eſse ad mentem Meliſsi: quia eſt ſecundum

Defenditur doctrina S. Tho. contra Recentiores.
Tex. 15.

rei ve-

rei veritatem, & vult intelligere Ariſt. quòd infinitas vendicat ſibi quantitatem, ſed non econ- A
tra, quòd quantitas vendicet ſibi infinitatem: ſicut etiam de vacuo dicimus, quòd ſi daretur
conueniret loco; ſic de infinito, quod ſi daretur conueniret quantitati. Modo argumenta illa
probant, ac ſi S. Thomas concederet infinitum actu de facto conuenire generi, non autem ſpe
ciebus; ſed non eſt ita, quia intelligit non repugnanter & conditionaliter.

Cap. 4. Secundo argumentantur illi ex 6. thop. vbi Ariſt. increpat diffinitionē lineæ rectæ, quæ eſt
cuius medium ſuperadditur finibus: quia linea infinita, neque finem, neque medium habet,
ſed linea recta eſt infinita: ergo, &c. & ſic de mente Ariſt. non repugnat dari lineam infinitam.
Ad hoc dicitur, quòd ſi daretur linea recta infinita ipſa non eſſet infinita ſimpliciter: ſed tan-
Linea infinita non eſt infinita ſimpliciter. tum ſecundum quid, ſicuti etiam ſi daretur albedo infinita adhuc eſſet in genere, & ſic etiam
de corpore ſi eſſet infinitum non eſſet infinitum ſimpliciter ſecundum eſſentiam, ſed tantum
ſecundum dimentiones: nos autem in titulo quæſiti quærebamus an poſſit dari effectus in-
finitus ſimpliciter, & non ſecundum quid, vltra quòd diffinitio lineæ non eſt vitupera-
ta ab Ariſt. hac ratione, quòd detur linea infinita: ſed quia dicebatur de linea vt ſic, & non
de linea recta. B

Tex. 37. Tertio arguūt ex 3. phyſi. vbi Ariſt. ait quantam magnitudinem contigit eſſe in potentia,
Tex. 41. tantam contingit eſſe in actu, ſed in potentia contingit eſſe infinitam, cum 2. de anima ſcriba-
tur, quòd ignis creſcit in infinitum appoſitis combuſtibilibus: ergo datur magnitudo actu in-
Quod eſt in potentia reducitur in actū quomodo verificat. finita. Ad hoc dicitur, quòd cum vnumquodque, quod eſt in potentia, reducatur in actum
ſecundum modum ſui eſſe: dies enim non reducitur in actum, vt ſit tota ſimul, ſed ſucceſſi-
ue, & ſimiliter infinitum multitudinis non reducitur in actu, vt ſit totum ſimul, ſed ſuc-
ceſſiue: quia poſt quamlibet multitudinem poteſt ſumi alia multitudo in infinitum, & ſic con-
cludit argumentum de actu imperfecto & ſucceſſiuo, non autem de perfecto, vt intelligit
quæſitum.

Tex. 3. Vltimo arguūt ex 6. etiam phyſicorum, continuum eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia: ſed
Tex. 68. numerus ſequitur diuiſionem continui ex 3. phyſi. ergo numerus eſt infinitus. Dicitur, quòd
etiam argumentum hoc concludit dari infinitum in potentia, ſed non in actu; quia ſicuti di-
minutio ipſius continui eſt in infinitum in potentia, ita etiam & augumentum. Poteſt etiam
fieri argumentum de motu & tempore: quæ omnia etiam dicuntur reduci in actum non ſe- C
Materia eſt infinita quo modo intelligitur. cundum totum, ſed ſucceſsiue. De materia quoque, quæ dicitur eſſe in potentia ad infinitas
formas dico, quòd nunquàm reducitur ad actum ſimul; nec eſt verum materiam habere poté-
tiam ad magnitudinem ſimpliciter infinitam: quia illa potentia eſſet otioſa per totum tempus
æternum: quia nunquàm reduceretur ad actum, cum nunquàm futura ſit magnitudo infinita:
Tex. 32. & quia dignitas Dei & ipſius naturæ eſt, quòd nihil ſit fruſtra, vt ſcribitur 1. cæli, & mundi,
ſpecies quoque figurarum cum habeant infinitatem ex parte numeri non ſunt infinitæ, niſi in
potentia. Et ſic nihil valet inſtātia illa, quòd omnes ſpecies, quæ poſsunt eſse in vniuerſo, ſint
actu in vniuerſo: aliter non eſset ſimpliciter perfectum, quia hoc valet de ſpeciebus rerum exi
ſtentium in actu, non autem de ſpeciebus numerorum.

Dilucidatio quæſiti. Ex his patet dilucidatio quæſiti nullum effectum poſſe eſse actu ſimpliciter infinitum. Nec
eſt neceſsaria diſtinctio illa vulgaris, quam ponunt Recētiores de mente Alberti de Saſsonia,
quòd duplex eſt infinitum cathegorematice, & ſincathegorematice: quia melius ſoluuntur
Infinitū cathegorematice quid ſit. argumenta per diſtinctiones poſitas ſupra, cum infinitum cathegorematice idem ſit, quod in-
finitum in actu, & infinitum ſincathegorematice idem eſt, quod infinitum in potentia. Nec D
etiam multiplicanda ſunt argumenta, vt faciunt Quidam alij recentiores adducendo argu-
Diſtin. 43. menta theologorum, præſertim Gregorij Ariminenſis 1. ſent. quòd cum Deus poſsit in quo-
libet inſtanti creare vnum Angelum, & cum in vna hora ſint inſtantia infinita: ergo in vna ho
ra poteſt infinitos Angelos creare. Soluendo iſtam rationem aſserunt, quòd eſt captioſa: quia
procedit à ſenſu diuiſo ad compoſitum, & eſt ſolutio ante ipſos à Caietano tradita in Com-
q. 7. art. vlt. mentarijs 1. p. ſummæ S. Thomæ, quia licet Deus in quocunque inſtanti ſeorſum poſſit creare
vnum aliquem Angelum: non tamen in omnibus inſtantibus horæ ſigillatim numeratis: quia
non poſsunt actu omnia inſtantia dinumerari ac pertranſiri, alioquin tota hora reſolueretur
Cap. 11. in inſtantia. Sed mirum eſt qualiter hi ſapientiſsimi viri in eodem libro 10. affirment non eſ-
Egregia & ſalutaris doctrina. ſe abſurdum dari aliquod actu infinitum: præſertim ſecundum multitudinem, & in rebus ma-
teria carentibus, & non viderint hoc non eſse ex defectu diuinæ potentiæ, quòd non detur
infinitum, ſed ex impoſſibilitate rei factibilis conſurgit. quòd infinitum ſecundum multitu-
dinem actu eſse nequit, cum quo tamen ſtat aliquas propoſitiones conditionales eſse veras,
quòd ſi ignis inferni eſset infinitus, & ibi eſsent infinitæ animæ, quòd ille ignis produceret
infini-

A infinitos cruciatus,& quia non minoris potentiæ eſt Deus,quàm infinitæ animæ, ſi eſſent, & quàm ignis inferni: ſed ab illis producitur infinitum in actu: ergo à Deo poteſt actu infinitũ ſecundum multitudinem produci.

In Dei potẽtia nullus eſt defectus.

Hæc & ſimilia argumenta gratis conceduntur: quia non ex defectu diuinæ potentię oritur,ſed ex re ipſa,quæ non eſt factibilis vt dictum eſt: illa tamen conditionalis eſt vera,ſicuti & iſta ſi homo eſt leo,eſt rugibilis:non tamen ſequitur,ergo Deus poteſt facere hominem rugibilem:quia repugnat ex parte rei;& hæc eſt intentio S. Thomæ in quæſtionibus diſputatis de potentia Dei, & in 1.p. & in quolib. vbi omnia argumenta, quæ ipſi adducunt egregie ſoluit:& præſertim ea, quæ adduci ſolent de mente Ariſt. ex 3. phyſi. & in 1. cęli, & mundi: latius quoque diſſoluit Capreolus omnia argumenta Aduerſariorum 1. ſentent. Et hæc dicta ſint de hac dilucidatione.

Quæſt.1. Quæſt.7. Quolib.9. Tex.40. Tex.33. Diſtin.43.

B *Alterius enim corruptio alterius eſt generatio, &c. Tex.7.*

An generatio vnius ſit corruptio alterius.

Dilucidatio ſeptima.

ALexander exponens textum iſtum ſeptimum docet quomodo reciprocantur generabilia & corruptibilia, & quomodo non; quia quædam ſunt quæ non poſſunt generari niſi quibuſdam alijs corruptis, quomodo dicimus ex aere fieri aquam, altero tamen ſubeunte corruptionem, & inter iſta datur reflexio & reciprocatio,ſed quando ex puero fit vir,tunc nõ ſequitur quòd ex viro debeat fieri vir,& ſic etiam quando ex aurora fit dies, neque ex die poſt modum fit aurora, vnde in iſtis non eſt reflexio & reciprocatio, pro-

Inter quę datur reciprocatio & inter quæ nõ.

C pterea dubitat quomodo verificabitur propoſitio, quam ponit hic Ariſt. alterius enim corruptio eſt alterius generatio. Et reſpondet quòd in auditu phyſico demonſtratum eſt hoc, ſed clarius 1.lib. de gener. & corrup. propterea non abſque ratione & vtilitate noſtra inquirere poſſumus de veritate huius propoſitionis,præſertim cum generatio ſit quoddam nomen multiplex, & varie in diuerſis locis doctrinę Ariſt. ſumatur, & præſertim etiam cum generatio vnius aliquando eſt corruptio multorum,quomodo ergo ſtabit præciſa veritas huius propoſitionis,generatio vnius eſt corruptio alterius?aſſumptum patet,quia generatio vnius ignis frequenter eſt corruptio multorum ſtraminum, & generatio vnius mixti eſt corruptio multorum elementorum. Videmus deinde lumen generari in noſtro emiſpherio, & ſcientias atque virtutes in noſtra anima,& tamen nihil corrumpitur in medio, in quo lumen nullum poſitiuum contrariũ habet,neque in anima intellectiua aliquid corrumpitur,quomodo ergo verificabitur?Item in corruptione hominis aliquid generatur, puta forma cadaueris, & tamen ibi nihil corrumpitur: falſa ergo redditur propoſitio Ariſt.propoſita;conſequentia patet:antecedens probatur,quia in homine non corrumpitur materia cum ſit æterna, vt probatũ reliquit

Cap.30.

Ad generationẽ ignis corrumpuntur multa.

D Ariſt.1.phyſi.Nec etiam corrumpitur anima intellectiua, vt ſcribitur 3. de anima,vbi dicit, & hoc ſolum immortale & perpetuum;ſic etiam & 12.huius. Adde adhuc quòd in nutritione hominis aliquid corrumpitur,& tamen ibi nihil generatur:ergo idem quod prius:conſequentia eſt manifeſta;& antecedens exponitur;quia corrumpitur ibi cibus,& non generatur neque materia neque forma ſubſtantialis,neque aliquid compoſitum; non materia, quia eſt æterna vt dictum eſt; non forma ſubſtantialis, quæ in homine nulla alia eſt,niſi anima intellectiua, quæ neque in toto neque in parte generatur; nec etiam generatur compoſitum, quia cum nulla eius pars generari poſsit;de neceſsitate ſequitur quòd nec compoſitum aliquod orietur.

Tex.82. Tex.20. Tex.17.

Pro explicatione veritatis & intellectu propoſitionis tria ſunt videnda. primo ponere aliqua fundamenta. ſecundo elicere ex eis aliquas propoſitiones. tertio ſoluere difficultates. Sciendum eſt primo,quòd generatio triplex eſt;alia ſimplicis ex ſimplici; alia vero compoſiti ex ſimplici;tertia vero compoſiti ex compoſito; & ſicuti triplex eſt generatio, ita triplex erit corruptio,vt ſcribit Auer. 1.cęli.Diſtinguitur etiam generatio ab Auer. 5.phyſi. quòd eſt duplex;altera ſimpliciter,quę eſt in ſubſtantia, quæ eſt mutatio ex non ſubiecto in ſubiectum. Altera ſecundum quid,quę fit in accidentibus, quando generatur album ex non albo, & muſicum

Generatio eſt triplex. Commẽ. 20. Commen.7.

ſicum à nõ muſico, vt ait ipſemet Ariſt. 1. phyſi. Capitur adhuc generatio aliquãdo pro ſubie- A
Commẽ. 69. ɫo generationis, vt ſcripſit etiam Auer. 1. phyſi. materia prima eſt quæ in rei veritate genera-
tur. Aliquando capitur generatio pro forma ipſa quæ generatur, vnde generatio ignis dici-
tur forma ignis.

Notandum ſecundo, quòd hic loquimur de generatione, quę fit per motum, & in ſphera
actiuorum & paſſiuorum, vt præſeruemus nos à generatione, quę fit ſine motu & alteratione,
Dilucid. 4. quam ſupra docuimus eſſe ſimplicem emanationem & conuenire rebus ęternis & neceſſa-
Comm. 105. rijs ſecundum Ariſt. Quam veritatem olfecit ipſe Auer. 1. cæli, vbi docuit, quòd ſi Plato dum
dixit mundum eſſe generatum, intellexerit quòd partes eius pręcedunt ipſum natura non
Comm. 106. tẽpore, Ariſt. non diſcrepat ab eo, & infra inquit, quod aptum natum eſt inueniri in tempore
non habet prius & poſterius, niſi ſecundum eſſe, quòd eſt de lineis cum figuris, & magis de re-
bus abſtractis, quoniam ſi aliqua generatio fuerit ex rebus non temporalibus, tunc illæ res
non erunt priores niſi in eſſe tantum, ſi igitur intendebat, dum dicebat eſſe generatum, quia
Ariſt. & Auer. cõcedũt dari generationẽ in ęternis. ex cauſis prioribus eſt ineſſe, erit verum: ecce quomodo in via Auer. & Ariſt. datur aliquis mo-
dus generationis in rebus æternis, in quibus eſt prioritas naturę non temporis; negauit ergo B
Ariſt. & Auer. generationem in ęternis, quę fit ex ſubiecto pręſuppoſito & priuatione, quia
talis fit per veram alterationem, & hoc ſequebatur ad verbum Platonis, qui poſuit mundum
eſſe generatum ex inordinatione elementorum reductorum in ordinem; inordinatio autem
eſt priuatio, & talis generatio, quę fit ex priuatione pręexiſtente, eſt cum nouitate & tempore,
& ideo dixit Commentator, quòd verba Platonis non patiuntur illam defenſionem. Et con-
Cap. 2. firmatur per Auer. lib. de ſubſtantia orbis, vbi poſtquàm dixit, quòd finis ſignificat agens ſi-
Finis ſignificat agens. gnificatione neceſſaria, intulit quòd agens eſt duplex; quoddam eſt prius tempore acto, & hoc
eſt in rebus generabilibus: quoddam vero eſt prius ſecundum eſſe ideſt ſecundum naturam,
& hoc poteſt reperiri in æternis. Hęc volui me dixiſſe, vt notificarem lectori qualiter ea, quę
Dilucid. 4. dixi ſuperius de creatione, ſunt ad mentem Ariſt. & Auer. licet Auer. non ſibi conſtet aliquan-
do: & propterea quando impugnat mundũ eſſe generatũ ex nihilo, loquitur de generatione,
Comm. 106. quæ fit ex priuatione, & ex ſubiecto præſuppoſito, vt latius colligitur ex verbis ſuis 1. cæli.

Entia ſunt in duplici ordine. Tertio notandum eſt, quòd entia ſunt duplicis ordinis. Quędam ſunt entia ſucceſsiua, vt
motus & tempus, quorum eſſe conſiſtit in continuo fieri vnius partis poſt aliam, eò quòd par- C
Cap. de quãtitate. tes talium entium non permanent ſimul, vt docuit Ariſt. lib. prędicamen. vbi dixit, quòd par-
tes temporis non habent poſitionem, quia non permanent. Alia entia dicuntur alterius or-
dinis ſcilicet permanentium, quorum partes ſimul ſunt & permanent, vt elementa ſim-
plicia & mixta ex eis: in rebus primi ordinis idem eſt eſſe, generari, & corrumpi; idem enim
Tex. 6. eſt motum eſſe, motum generari, & motum corrumpi, quia ſcribitur 3. phyſi. eſſe motus eſt
actus exiſtentis in potentia inquantum in potentia, quod manifeſtari etiam poteſt in motu
locali, qui quandoque generatur, vel igitur generatur quando eſt, vel quando non eſt: ſi quan-
do eſt: ergo tunc eſſe motus & generari eiuſdem motus ſunt idem, quod eſt noſtrum inſtitu-
tum, vel antequàm aliquid eius ſit: & hoc non, quia tunc generatio motus eſſet ſine motu, &
ex alio, quia motus non generatur niſi quando mobile mouetur; modo quando nihil ipſius
motus eſt, mobile non mouetur: igitur quandiu nihil ipſius motus eſt, motus non generatur,
vel poſtquàm deſinit eſſe; hoc autem nullus diceret: ergo, &c. Et eodem modo argui poteſt de
corruptione, nam motus aliquando corrumpitur: ergo vel quando eſt, & ſic habetur propoſi-
tum ſcilicet quòd idem eſt ſuum eſſe & corrumpi; vel poſtquàm totaliter deſinit eſſe, & hoc D
non, quia tunc totaliter eſt corruptus; & ex conſequenti amplius non corrumpitur; vel ante-
In entibus ſucceſſiuis idem eſt eſſe generari & corrumpi. quàm incipiat eſſe, quod nullus diceret: patet ergo quòd in entibus ſucceſſiuis idem eſt eſſe,
generari, & corrumpi.

Poſtremo notandum eſt, quòd in naturali philoſophia duplex fuit opinio de formis ſub-
ſtantialibus: altera, quę plures formas ſubſtantiales ponit in compoſito, & hęc opinio habet
Diuerſitas illorũ qui ponunt pluralitatem formarum. diuerſos modos. Primus eſt illorum, qui formas elementorum ponunt manere in mixto. Se-
cundus ponentium duas eſſe formas partiales ſubſtantiales, ſenſitiuam ſcilicet eductam de po-
tentia materię, & intellectiuam creatam & infuſam à Deo. Tertius ponentium plures formas
ſubſtantiales ſubordinatas ſecundum ſubordinationem prędicatorum quidditatiuorum, &
quòd ſemper forma correſpondens prędicato cõmuniori habet ſe per modum materiæ reſpe-
ctu formæ minus cõis prędicato quidditatiuo ſequẽti correſpõdentis, & quòd ſolũ eſt vna for-
ma ſpecifica correſpõdens vltimato prędicato quidditatiuo. Quartus modus eſt ponentiũ for-
mam corporeitatis perpetuo inhęrentẽ materię primæ. Quintus modus eſt eorũ, qui ponunt
formas partiales diuerſas in cõpoſito, vt puta carnis, oſsis, ſanguinis, & ceterarum partium.

Sed

A Sed alia eſt opinio, quam defendemus Deo fauente 7. huius, quę ponit in compoſito vnicam tantum formam ſubſtantialem, vt puta in homine non eſt alia forma, quàm anima intellectiua creata & à Deo infuſa, & hęc opinio eſt magis conſona rationi & fidei.

Dilucid. vlt.

Iſtis ſic habitis ſecundo loco pono aliquas propoſitiones, ex quibus clarificabitur veritas præpoſita; ſit igitur prima propoſitio hæc, In ſucceſſiuis generatio vnius non eſt corruptio alterius; probatur hęc ex ſuperius annotatis; quia idem eſt eſſe, corrumpi, & generari in eis: Deinde in rebus ſucceſſiuis non datur primum nec vltimum eorum eſſe, ſicuti in motu & tempore, quia motus & tempus & magnitudo eodem modo ſe habent ad diuiſionem: igitur ſicut in magnitudine, cum ſit continua, & ex conſequenti diuiſibilis in infinitum, non eſt aſſignare primam & vltimam partem: pari ratione nec in motu & in tempore non eſt dare primam nec vltimam partem, vt latius docet Ariſt. 6. phyſi.

Opinio quæ ponit vnam formam ſubſtãtialem in cõpoſito eſt cõformior fidei.

Tex. 40.

Secunda propoſitio eſt, In accidentibus permanentibus habentibus contrarium ſemper generatio vnius eſt corruptio alterius; probatur, quia duo contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto; non enim ſimul ſtare poteſt frigiditas & caliditas oppoſite, & ideo ad generationem
B vnius puta caliditatis ſequitur neceſſario corruptio frigiditatis: ſic etiam dicimus de albedine & nigredine, quæ ſimul actu in eodem ſubiecto in eſſe perfecto impoſſibile eſt permanere, & propterea ad generationem vnius puta albedinis ſequitur neceſſario corruptio nigredinis.

Duo contraria ĩ actu cõpleto nõ poſſunt eſſe ſimul in cõpoſito.

Tertia propoſitio, In accidentibus permanentibus non habentibus contrarium in ſubiecto non verificatur, quòd generatio vnius ſit corruptio alterius; probatur manifeſte, quia ad generationem luminis in diaphano non corrumpitur aliqua qualitas poſitiua oppoſita ipſi lumini, quia nulla reperitur ibi; ſic etiam dicimus de generatione ſcientiæ & ſenſationis in ſenſu, & de productione gratiæ in anima, & charitatis, fidei, ſpei in potentijs apud theologos: & de omnibus his, quæ generantur in ſubiecto, in quo nullam qualitatem poſitiuam oppoſitam inueniunt.

Quarta propoſitio, In ſubſtantijs compoſitis ſemper verificatur, quòd generatio vnius ſit corruptio alterius, quod patet tam in homine quàm in alijs animalibus; quandoquidem ſemper adueniens forma perfectior, fit corruptio prioris, ita tamen quòd ſequens forma habet
C quicquid habebat prima, & adhuc amplius, & ſic per multas generationes & corruptiones peruenitur ad vltimam formam ſubſtantialem tam in homine quàm in alijs animalibus, & ex hac concluſione apparet falſitas illorum, qui dixerunt operationes vitę, quæ apparent in embrione non eſſe ab anima eius, ſed ab anima matris, vel à formatiua virtute, quæ eſt in ſemine, quomodo enim opera vitæ vt ſentire, nutriri, & augeri poſſunt eſſe à principio extrinſeco? Apparet etiam falſitas illorum, qui dicebant, quòd illa eadem anima, quæ primo fuit vegetatiua tantum, poſtmodum per actionem virtutis, quæ eſt in ſemine perducitur ad hoc, vt ipſa eadem fiat ſenſitiua, & tandem ipſa eadem perducitur ad hoc, vt fiat intellectiua, non quidem per virtutem actiuam ſeminis, ſed per virtutem ſuperioris agentis ſcilicet Dei deforis illuſtrantis, & propter hoc dixit philoſophus lib. de gener. animalium, quòd intellectus venit ab extrinſeco. Sed exiſtimamus falſum hos dixiſſe, tum quia annihilant veritatem ſupra poſitam, tum quia ſequeretur generationem animalis eſſe motum continuum paulatim procedentem de imperfecto ad perfectum, ſicut accidit in animali.

In cõpoſitis ſemper generatio vni⁹ eſt corruptio alterius.

Operationes vitæ in embrione non ſunt ab anima matris.

Cap. 15.

Quomodo verificat generatio vni⁹ eſt corruptio alterius.

D Vltima propoſitio eſt, Semper & vniuerſaliter proprie ſiue improprie loquendo, generatio vnius eſt corruptio alterius ſiue illa ſint ſubſtantia, ſiue accidentia poſitiua vel priuatiua: hęc manifeſtatur ex dictis Ariſt. hic, quia ex aqua fit aer, & ex puero fit vir, & ex aurora fit dies, in iſtis ſemp aliquid aduenit & aliquid diſcedit, ſiue fiat aliquid ex aliquo tanquàm ex ſubiecto, vt ex corrupto aere fit aqua, ſiue fiat aliquid ex aliquo non ex ſubiecto, ſed propter ordinem, vt poſt auroram fit dies, & poſt tenebras in emiſpherio aduenit lumen, tamen hęc propoſitio non ita proprie venit intelligenda vt priores; idcirco nulla interuenit contradictio inter hanc propoſitionem & ſuperius poſitas.

Tertio loco ſunt ſoluendæ difficultates quę videbantur aduerſari veritati præpoſitæ: & prima erat generatio vnius eſt corruptio multorum, &c. Ad quam dicimus non eſſe contra veritatem præpoſitam, ad quam ſufficit, vt quando aliquid generatur, aliquid aliud corrumpatur, ſi autem plurima corrumpantur, tanto magis confirmatur veritas prępoſita. Secunda difficultas erat de lumine, quod generatur in noſtro emiſpherio & nihil corrumpitur, &c. Hæc ſoluitur per prępoſitionem tertiam propoſitam, quia lumen & virtutes in anima non habent aliquam qualitatem poſitiuam contrariam. Tertia erat de corruptione hominis, in qua generatur

Virtutes in anima nõ habent contrarium poſitiuum.

neratur forma cadaueris,&c. Dicimus ad hanc, quòd licet non corrumpatur materia nec anima intellectiua ipſius hominis,ſeparatur tamen ipſa anima ab eius materia, & hoc ſufficit, vt docuit S.Tho. 1.p.vbi diſputat, num Angeli ſint incorruptibiles ſecundum ſui naturam, & affirmat ſic eſſe,quia nihil corrumpitur niſi per hoc, quòd forma eius à materia ſeparatur, & cum Angeli ſint formæ ſubſiſtentes non habentes aliquam materiam;ſequitur in eis impoſſibile eſſe corruptioné aliquam : in homine vero ſeparatur anima intellectiua ab eius materia, propterea corrumpitur,& ideo dicimus animam eſſe terminum formalem generationis quo ad ineſſe,licet non quoad eſſe, ſic etiam & ipſa anima intellectiua erit terminus formalis corruptionis, quoad non ineſſe ipſi materiæ.Deinde corrumpitur tertia entitas,& hoc ſufficit. A

q.50.art.5.

Corruptio eſt ſeparatio formę à materia.

Ad vltimam de nutritione hominis conceditur, quòd nec generatur materia nec forma, ſed generatur ibi noua pars integralis hominis non per hoc, quòd forma ibi generetur, ſed quia anima intellectiua materiam nutrimenti incipit informare, quam antea non informabat. Aliqui dicunt quòd ſicuti generatio hominis non eſt naturalis ſed potius miraculoſa, ita & nutritio eſt miraculoſa partialiter, quia in nutrimento corrupto in materiam eius non generatur aliqua forma de nouo: ſed anima intellectiua incipit illam materiam informare, & hoc non eſt naturale,qnòd forma ſubſtantialis vadat de ſubiecto in ſubiectum. Sed melior eſt prima reſpõſio;quia,(vt dictũ eſt)generatur ſemper noua pars integralis hominis,ſicuti quando abſcinditur aliquod membrum,ceſſat anima intellectiua informare illud, & non propter hoc corrumpitur. B

In nutritione hominis nihil generatur de nouo.

Sed dubitaret adhuc aliquis, ſtante veritate ſupradicta, quòd generatio vnius ſemper eſt corruptio alterius;ſequitur manifeſte eſſe ęqualem multitudinem entium perpetuã in vniuerſo, quod tamen nullus concedit;conſequentia patet, quia ſi ſemper quando vnum generatur & aliud corrumpitur & econtra, tunc ſemper manent ęque multa entia, vt ſi à quatuor denarijs vnus auferatur, & alius addatur & econtra, ſemper maneret ęqua multitudo denariorum. Sed reſpondendo dicimus ad hoc, quòd cum contingat ex multis generari vnum, & quandoque vnum corrumpi in multis,non oportet vt ſequatur hoc inconueniens perpetuo eſſe ęqualem multitudinem entium; ad generationem enim vnius ignis frequenter multa ligna & ſtramina corrumpuntur vt dictum eſt; patet ergo quid dicendum ſit ad obiectiones propoſitas,& quomodo intelligenda veniat propoſitio Ariſt.de hac re. C

Æqualis multitudo entiũ in vniuerſo non ſemper exiſtit.

Sed ſi ſpecies cauſarum infinitæ multitudine eſſent, non hoc modo eſſet ipſum cognoſcere,&c. Tex. 13.

Num infinitum poſſit cognoſci à nobis.

Dilucidatio octaua.

PRopter verba,quę habet Ariſt.in hoc tex. Quidam mouent arduam iſtam dubitationem, in qua ex propoſito aduerſantur doctrinæ S.Thomę.Propterea nos pro defenſione eiuſdem doctrinę, & vt ordinate procedamus tria agemus. Primo proponemus opinionem ipſorũ. Secundo eam impugnabimus. Tertio defendemus doctrinam S.Thomæ dilucidando ipſam veritatem. Quantum ad primum ponũt illi duas diſtinctiones, ex quibus eligunt octo concluſiones. Prima diſtinctio eſt,ꝙ infinitum tribus modis accipi poteſt.Primo negatiue & eſt illud,quod non eſt aptum natum finiri prout Ariſt. 3.phyſicorum dicit de voce,quę eſt inuiſibilis. Secundo dicitur infinitum priuatiue, & eſt illud, quod priuat finem,vel finitatem in apto nato finiri, & hoc ſonat vocabulum. Tertio dicitur infinitum contrarie,& eſt illud,quod negat finitatem ponendo eis oppoſitum:hoc modo philoſophus in prędicamentis dicebat,qualitati ineſt habere contrarium, ſicut iniuſtitia contrariatur inſtitiæ,iniuſtus enim contrarie dicitur,eo quòd habet habitum contrarium ex actibus generatum,ſic infinitum contrarie negat finitatem cum poſitione contrarij, puta infinitum extenſum ſine terminis;& ſic loquitur philoſophus 1.phyſi.cõtra Parmenidem, & Meliſſum: iſtud infinitum contrarie dictum poteſt dupliciter intelligi.Vno modo,quòd ſit actu exiſtens ſine ter- D

Tex.36.

Vox eſt inuiſibilis.

Tex.15.

Infinitũ cõtrarie dupliciter.

A ſine terminis. Alio modo, quòd ſit in potentia, quod definit philoſophus 3. phyſi. infinitum eſt, cuius quantitatem accipientibus ſemper eſt aliquid extra accipere, itaquòd quantumcunque accipiatur, ſemper eſt aliquid extra; ſi tamen eſſet priuatiue, vel negatiue non ſemper eſſet aliquid extra accipere: ergo infinitum duobus modis vltimis, ſcilicet priuatiue, & contrarie ſemper eſt in quantitate molis, vel virtutis: quantitas autem omnis proprie dicta, vel metaphorice eſt magnitudo vel multitudo dicta proprie, vel metaphorice: ergo omnis infinitas talis eſt in magnitudine vel multitudine propria, vel metaphorica. Secunda diſtinctio eſt, quòd infinitum dupliciter accipitur. Vno modo pro ratione infinitatis in ſe. Alio modo pro ſubſtrato rationi infinitatis, & pro eo, quod ſubeſt tali rationi: aliud eſt enim quærere de ratione infinitatis in ſe, & aliud de eo, quod ſubeſt tali rationi infinitatis: ſicut aliud eſt quærere de ente per accidens, & aliud de eo, quod ſubeſt, vel eſt ſub ente per accidens nanque Ariſt. 6. huius probat quædam de ente per accidens: ex quo ſequitur; quòd de ente per accidens poteſt eſſe ſcientia, & tamen ibi probat, quòd de ente per accidens non poteſt eſſe ſcientia. Primum intelligitur de ratione per accidens entis in ſe. Secundum de illo, cui in-
B eſt, ſic in propoſito dicitur de infinito. Tex. 63. Infinitū pro ratione infinitatis & ſubſtrato. Tex. 4.

Ex his deducit aliquas concluſiones, quarū prima eſt, Infinitum contrarie in magnitudine vigoris vel perfectionis à nobis eſt intelligibile: quam concluſionem ſic probat. Deus eſt infinitus contrarie in magnitudine perfectionis, ſed Deus eſt à nobis intelligibilis: ergo infinitum contrarie in magnitudine vigoris eſt à nobis intelligibile: maior patet: quia Deus eſt infinitus, & non negatiue nec priuatiue: ergo contrarie, minor patet.

Secunda concluſio eſt iſta; Infinitum contrarie in multitudine non poteſt cognoſci à nobis ſimul, tanquàm vnum obiectum: probat ſic, intellectus, qui concludit contradictionem, eſt impoſſibilis, ſed intellectus intelligens infinitum contrarie in multitudine includit contradictionem: ergo infinitum contrarie in multitudine nō poteſt à nobis cognoſci ſimul, tanquàm vnum obiectum, maior eſt euidens, minor patet ex præcedentibus: tum quia non eſt dare infinitum in re in actu: tum quia infinita ſecūdum multitudinē ſunt intelligibilia infinitis actibus, quod repugnat intellectui noſtro. Quod includit contradictionem eſt impoſſ.

Tertia concluſio eſt iſta, Infinitum contrarie in multitudine non poteſt intelligi à nobis ſucC ceſſiue, puta intelligendo vnum poſt aliud: probatur ſic, ſi infinitum in multitudine poteſt intelligi ſucceſsiue: ergo contingit infinitùm pertranſire: conſequens eſt euidenter falſum; ergo & antecedens: probatur conſequentia, quia ſi contingeret intelligere infinitum in multitudine ſucceſsiue, oporteret totam iſtam multitudinem pertranſire. Et notat quòd iſta concluſio videtur eſſe ad mentem philoſophi, & certum eſt de actibus intellectus actu infinitis, ſiue ſimul, ſiue ſucceſsiue: quia virtus eius non ſufficit ad tot actiones habendas ſimul ſiue ſucceſſiue, & hoc modo loquitur philoſophus; habitualiter autem intelligi infinita per ſpecies proprias non quidem naturaliter acquiſitas, ſed à Deo impreſſas, forte non eſt impoſsibile. Nihil intelligitur ſucceſsiue.

Quarta concluſio eſt iſta, Infinitum contrarie in magnitudine quantitatis molis non poteſt intelligi à nobis: probatur ſic, intellectus, qui includit contradictionem, eſt impoſsibilis: ſed intelligere infinitum in tali magnitudine includit contradictionem, pro quanto non eſt dare tale infinitum in re: ergo infinitum contrarie in magnitudine quantitatis molis non poteſt à nobis intelligi. Includēs contradictionē eſt impoſs.

Quinta concluſio eſt iſta, Infinitum priuatiue in magnitudine molis non poteſt à nobis
D intelligi, quam ſic probat; non eſt dare aliquam talem magnitudinem, quę ſit apta nata finiri, & non ſit actu finita: & ideo intellectus intelligens tale infinitum repugnat rei.

Sexta concluſio, Infinitum priuatiue in multitudine non poteſt intelligi à nobis: probatur, quia nulla eſt multitudo, quæ ſit apta nata finiri, & non ſit actu finita: ergo intellectus intelligens multitudinem infinitam repugnat rei. Aduertit auctor, quòd concluſiones prædictæ accipiunt infinitum pro re ſubſtrata, quę ſubijcitur rationi infinitatis, ſed ſi quæratur de infinito accepto pro ratione infinitatis in ſe: ponit iſtam aliam concluſionem. Infinitum iſto modo poteſt intelligi à nobis, & eſt ſeptima concluſio: quam ita probat, impoſsibile eſt aliquid intelligere ineſſe, vel non ineſſe alteri, niſi ipſum prius apprehendatur ab intellectu ſimplici: ſed infinitum omni modo dictum poſſumus cognoſcere alicui ineſſe, vel non ineſſe, ergo neceſſario ipſum infinitum vt ſic, prius eſt apprehenſum ab intellectu. Infinitū pro re ſubſtrata. Deus eſt infinitus perfectione.

Ex omnibus prædictis concludit corollarium, quòd infinitum acceptum pro re ſubſtrata, ſic eſt impoſsibile intelligi vel non intelligi, ſicut eſt impoſsibile eſſe vel non eſſe ex parte rei. Vnde infinitum perfectione, ſicut eſt Deus, eſt intelligibile à nobis: infinitum autem in magnitudine molis, vel in multitudine ſecundum actum non. Item infinitum in eſſentialiter ordinatis

dinatis, vel in actu, vel in potentia, ſeu priuatiue, ſeu contrarie non poteſt intelligi à nobis: cu- A
ius ratio eſt, quia repugnat rei: infinitum autem ſiue in multitudine, ſiue in magnitudine, ſiue
in quibuſcunque accidentaliter ordinatis ſi in potentia accipiatur, poteſt intelligi à nobis:
& proportionabiliter acceptum vt ſic, ſemper intellectus conformatur rei. Vltima concluſio
eſt iſta, Infinitum negatiue poteſt intelligi à nobis: probatur, quia punctus vel vnitas poteſt in-
Infinitũ negatiue. telligi à nobis; ſed ipſa ſunt infinita negatiue: ergo infinita negatiue poſſunt à nobis cognoſci.
Hæc eſt plena poſitio Aduerſariorum, & hæc de primo.

Quoad ſecundum quia multa monſtra in hac poſitione finxerunt, oportet animaduertere
ipſa, ne ſimplices decipiãtur: & quia fundant ſe ſuper illas duas diſtinctiones, quæ ſunt fal-
ſæ, propterea ruunt, quaſi omnes concluſiones poſitæ ab illis, cum ſint fundatæ ſuper ruinoſo
fundamento. Nam prima diſtinctio eſt falſiſsima, cum non detur niſi duplex infinitum: alte-
q. 7. art. 1. & rum ex parte formæ; & alterum ex parte materiæ, vt docet S. Thomas 1. p. & in diſputatis de
q. 12. art. 1. potentia, licet infinitum ex parte formæ ſit duplex: alterum extra omne genus, & hoc conue-
q. 1. art. 2. nit Deo, quod etiam dicitur infinitum negatiue, quia ipſe non finitur aliquo termino, nec eſ-
Infinitũ ex parte formę eſt duplex. ſentia eius, nec ſapientia, nec potentia, nec bonitas: vnde omnia in ipſo ſunt infinita negati- B
ue: Alterum infinitum ex parte formæ, quod poteſt eſſe in genere, eſt duplex; vel eſt ſubſtan-
tia, ſicuti Angelus, qui eſt forma per ſe ſubſiſtens & infinitus ſecundum quid, in quantum nõ
contrahitur, neque terminatur per aliquam materiam; ſed quia eſt forma creata, ſic ſubſiſtens
habet eſſe, & non eſt ſuum eſſe, quia eſt receptum & contractum ad aliquam naturam deter-
minatam. Aliud infinitum poterit eſſe in genere quantitatis; & hoc pacto punctus ponitur
Tex. 34. infinitus ab Ariſt. 3. phyſi. licet non ſit neque finitus neque infinitus, & poſsit dici infinitus
Punctus neque eſt finitus neq; infinitus. priuatiue, vt docet S. Tho. de potentia vbi ſupra in reſponſione ad duodecimum, infinitum au-
tem ex parte materiæ eſt illud, quod dicit imperfectionem, & eſt duplex, vel in actu, vel in po-
tentia, Infinitum in actu eſt illud, cuius partem accipientibus ſemper eſt aliquid vltra accipe
Infinitũ in potentia q̃d eſt. re, vt ſi daretur corpus actu infinitum, Infinitum in potentia eſt illud, quod licet quantum ad
id, quod eſt actu de eo ſit finitum, tamen poteſt procedi in infinitum, vt diuidendo ipſum
in partes infinitas, vel apponendo ei partes infinitas, ſicut linea cubitalis, ipſa quidem vt cubi-
talis, eſt finita, prout vero poteſt diuidi in partes minores & minores, & ſic in infinitum, eſt
Tex. 8. infinita in potentia: nam omne continuum eſt diuiſibile in partes infinitas, vt habetur 6. phy C
Infinitũ in potentia eſt duplex. ſicorum, & hoc infinitum in potentia adhuc eſt duplex; ſecundum diuiſionem; & ſecundum
appoſitionem: ſecundum diuiſionem eſt, quando aliquod continuum poteſt diuidi in partes
infinitas, quæ continentur in potentia in ipſo continuo, Infinitum ſecundum appoſitionem
eſt quando alicui finito, puta corpori pedali, poſſunt apponi partes infinitæ; & ſic Ariſt. locu-
Tex. 15. tus eſt 1. phyſi. contra Meliſſum, & etiam 3. phyſi. quòd infinitum eſt, cuius quantitatem ac-
Tex. 57. cipientibus ſemper eſt aliquid extra accipere: ex hac ergo veritate redditur falſa diſtinctio da
Definitio infiniti. ta ab illis. Falſa quoque eſt & ſecunda diſtinctio: quia quęro ab eis quid intelligãt per ratio-
nem infinitatis in ſe, aut quid rei, aut quid nominis, cum ratio formalis apud Ariſt. nihil aliud
ſit, niſi definitio: ſed non poſſunt intelligere definitionem quid rei: quia talis definitio non
Tex. 57. eſt niſi entium, vt ipſi fatentur: modo infinitum, vt loquitur Ariſt. 3. phyſi. non eſt ens poſsi-
bile: ergo ſequitur quòd per rationem formalem infinitatis non poſſunt intelligere quid rei,
nec etiam quid nominis, quia de hoc videntur impugnare S. Tho. qui ponit, quòd definitione
quid nominis infinitum intelligi poteſt, cum talis definitio poſsit eſſe entium, & non entium.
Pręterea hæc poſitio eſt contra Auerr negantem infinitum pro re, cui attribuitur ratio infini- D
Definitio quid nominis eſt entiũ & nõ entiũ. ti, ſiue pro ſubſtrato, vt vtar illorum verbis. Præterea dato ſicut ponit Ariſt. quòd ſit infini-
tum in vigore, tamen hoc non poteſt cognoſci, niſi per effectum & operationem: quia virtus
non cognoſcitur, niſi per ſuam operationem, vt ait Ariſt. 1. cęli, ſed hęc operatio vel eſt mo-
Tex. 15. tus, vel creatio, vt ponunt Chriſtiani: non creatio, quia eſt credita: tum etiam quia vt ponit S.
Tho. de mente philoſophorum, ipſa non ducit intellectum ad cognoſcendum infinitum
comprehenſiue: ergo à fortiori etiam nec motus poteſt facere, vt intellectus noſter agnoſcat
infinitum infinite.

Deus eſt infinitus ex parte formæ. Contra etiam concluſionem primam ipſorũ argumentor: quia Deus eſt infinitus ex parte
formę vel negatiue: ergo male dicitur, quòd ſit infinitus contrarie: quia Deus nullum con-
Cap. 7. trarium habet, vt docet Aug. in Enchiridion, & tanto magis, quia ponunt Deum eſſe infinitũ
contrarie, ſicut iniuſtitia contrariatur iuſtitiæ. Præterea ſi Deus cognoſcitur à nobis inquan-
tum infinitus: quia cognoſcitur ſub ratione creatoris, vt argumentati ſunt contra S. Thomã:
ſequitur, quòd cognitio, quam habemus de Deo, prout eſt creator, eſt naturaliter habita: quod
eſt expreſſe falſum, quia cognoſcere Deum, vt eſt creator viſibilium & inuiſibilium in tempo-
re eſt

A re eſt articulus fidei: conſequentia probatur: quia arguendo contra S. Tho. loquuntur de cognitione naturali: & ita etiam oportet, vt intelligant in concluſione.

Deũ eſſe creatorem in tẽpore eſt articulus fidei.

Contra ſecundam concluſionem arguitur etiam: quia ſi infinitum contrarie in multitudine non poſſet à nobis cognoſci, tanquàm vnum obiectum ſimul, ſequeretur quòd intellectus noſter non poſſet intelligere naturam generis, vel ſpeciei: probatur conſequentia, quia natura generis vel ſpeciei, quæ eſt vniuerſale quoddam, de infinitis prædicari poteſt, & ſic continet ſub ſe infinitum contrarie in multitudine, vt docet S. Thom. 3. p. in qua quærit vtrum anima Chriſti in verbo cognouerit infinita.

q. 10. art. 3.

Contra tertiam concluſionem arguitur: quia contradicunt ſibiipſis in reſponſione ad tertium argumentum: nam arguunt, quòd omnes ſpecies quorumcunque generum ſunt intelligibiles à nobis, quia diffinibiles: ſed ſpecies numeri & figurę ſunt infinitæ: quia vltra vnam ſpeciem datam poteſt accipi alia, & ſic in infinitum: ergo poſſunt cognoſci res infinitæ in multitudine. Et reſpondent huic argumento concedendo infinitas ſpecies numerorum & figurarum poſſe intelligi à nobis non ſimul, ſed ſucceſsiue, contra illud, quod notant pro iſtis duabus concluſionibus, quòd intellectus noſter poteſt intelligere iſtam infinitam multitudinem, non per ſpecies proprias naturaliter acquiſitas, ſed per ſpecies impreſſas à Deo: quia in ſecunda concluſione poſuerunt hoc implicare contradictionem, & in hoc notabili dicunt, quòd non eſt impoſsibile has concluſiones verificari de ſpeciebus impreſsis. Sed contra, quia quod implicat contradictionem eſt impoſsibile: ergo nec per ſpecies impreſſas à Deo, hoc poterit eſſe.

Omnes ſpecies generũ ſunt diffinibiles.

B

Contra quartam concluſionem arguitur, quia non implicat contradictionem de mente philoſophi, dari illud infinitum: quia ſicut magnitudo eſt diuiſibilis in infinitum, ita & augumentabilis in infinitum: quia contraria nata ſunt fieri circa idem: igitur cum diuiſioni apponatur additio, & diminutioni apponatur augumentum, videtur quòd magnitudo poſsit creſcere in infinitum: ergo poſsibile eſt dari hoc infinitum contrarie in magnitudine quantitatis molis: non ergo implicat contradictionem, vt ponunt in concluſione ſua quarta.

Cõtraria apta nata ſunt fieri circa idem.

Contra quintam & ſextam concluſionem arguitur etiam ſimul: quia in ſcientijs mathematicis non inuenitur falſum, cum abſtrahentium non ſit mendacium, vt ſcribitur 2. phyſi. ſed

C ſcientiæ mathematicę vtuntur infinito, prout ponunt quinta & ſexta concluſio: igitur non eſt falſum illud, infinita imaginari, ex conſequenti intelligi.

Tex. 18.

Scientia mathematica vtitur infinito.

Contra ſeptimam concluſioné arguitur quęrẽdo, quid intelligant per rationem infinitatis in ſe, aut ens reale, aut ens rationis: ſi reale; ergo illud intelligitur ineſſe alicui ſubſtrato, quod eſſe nequit niſi intelligatur illud ſubſtratũ, qui enim intelligit animal ineſſe homini, oportet etiam vt intelligat hominẽ eſſe: ſi ergo intellectus noſter intelligit infinitum pro ratione infinitatis ineſſe alicui ſubiecto: ergo intelligit & ſubiectũ illud infinitũ, & ſic etiam dabitur illud tale infinitum. Si vero dicant ꝙ intelligunt ens rationis, oportet vt hoc ens habeat correſpondentiam in re: quia ab eo, quod res eſt, vel non eſt, oratio eſt vera vel falſa. Nec etiam poſſunt intelligere purum ens rationis, vt eſt ſecunda intentio: quia aiunt, quòd nos poſſumus cognoſcere infinitum alicui ineſſe, vel non ineſſe, ſed inhętere dicit relationem: ergo oportet, vt ſit reale infinitum inhęrens alicui magnitudini; nam ita docet philoſophus 1. phyſi. quòd finitum & infinitum quantitati inſunt.

Ab eo quod res eſt, vel nõ eſt oratio dicitur vera vel falſa in pręd. cap. de ſubſtantia.

Tex. 15.

Contra vltimam concluſionem arguitur etiam ſic: quia non eſt idem eſſe puncti, per quòd

D intelligitur à nobis, & in eo, quòd dicitur infinitum: punctum enim & omne quod eſt, ſicut indiuiſibile non cognoſcitur à nobis, niſi per id, quod accidit ei de priuatione diuiſionis in magnitudine, vt ait Commentator 3. de anima, ergo ſecundum quod intelligitur à nobis eſt ſub priuatione, vel ratione priuationis. Secundum vero, quòd intelligitur à nobis, ſicut infinitum negatiue; eſt alio modo, ſicut vox dicitur inuiſibilis: quia non eſt de genere viſibilium, ita etiam omnia indiuiſibilia, vt punctum & forma dicuntur infinita: quia non ſunt de genere finitorum, & ſic non cognoſcuntur ſub ratione infiniti, ſed ſub ratione priuationis, ſicut dictum eſt de voce, quæ eſt inuiſibilis: propterea falſa eſt doctrina ipſorum.

Tex. 35.

Vox eſt inuiſibilis.

Nunc ſupereſt dilucidare veritatem ad mentẽ S. Th. per aliquas propoſitiones, quarũ prima eſt. Infinitum formale, quod eſt Deus, eſt ſecundum ſe notum, ignotum autem quoad nos propter defectum intellectus noſtri, qui ſecundum ſtatum pręſentis vitę habet naturalem aptitudinem ad materialia cognoſcenda. Et ideo in pręſenti Deum cognoſcere non poſſumus, niſi per effectus materiales, ſed duplex medium ad præſens declaratur, quo Deus cognoſcitur infinitus. Primum eſt æternitas ipſius motus, qui eſt effectus ſecundum ſe oſtendens in vniuerſo infinitatem intenſiuam, quantitas enim durationis non ex parte mobilis, nec ſpa-

Dilucidatio quæſiti.

Duplici medio cognoſcitur infinitas Dei.

 tij, ſed

tij, ſed ex propria ratione infinitatis temporis arguit infinitatem intenſiuam primi motoris, qui ex ſe & independenter mouet. Secundum medium eſt cauſalitas effectiua alicuius ſubſtantiæ, ſiue mundi, ſiue primę intelligentiæ, ſiue omnium corruptibilium & incorruptibilium, ſiue ab æterno, ſiue in tempore nihil refert, dummodo concedatur hæc cauſalitas, ex hac etiã poſſumus cognoſcere Deum infinitum, ſed nõ infinite: quia non poſſumus cognoſcere illum perfectum modum ipſius Dei, quo cognoſcibilis eſt, & quia eſt cognoſcibilis infinite, ſic autem impoſsibile eſt, vt cognoſcatur, ſed bene (vt dictum eſt) per effectus materiales, vt ſcribitur 1. p. A

q. 12. art. 7. & q. 86. art. 2.

Infinitũ materiale i actu nõ habet ſpeciẽ adæquatam.

Alia propoſitio eſt, Intellectus noſter non poteſt cognoſcere infinitum materiale in actu, probatur, quia non habet vnam ſpeciem adęquatã, per quam cognoſcere poſsit; & intellectus noſter quicquid cognoſcit in actu, per vnicam ſpeciem cognoſcere debet; & nota, quòd intelligitur propoſitio de repræſentatione & cognitione infiniti diſtincte, ſiue per modum finiti ſiue infiniti.

Tertia propoſitio, Intellectus noſter non poteſt cognoſcere infinitum materiale, nec ſecundum magnitudinem, nec ſecundum multitudinem, quòd infinitum ſit in habitu, probatur, quia habitualis cognitio cauſatur ex actuali conſideratione, intelligendo enim efficimur ſcientes; vnde non poſſumus habere habitum infinitorum ſecundum diſtinctam cognitionem, niſi conſiderauiſſemus omnia infinita numerando partem poſt partem ſucceſsiue, quod eſt impoſsibile. B

Infinitum i potentia eſt cognoſcibile

Quarta propoſitio, Intellectus noſter poteſt intelligere infinitum, ſiue ſecundum multitudinem, ſiue magnitudinem in potentia tantum: quod probatur, quia obiectum intellectus noſtri non compatitur aliud infinitum, niſi in potentia, ergo non poteſt niſi iſtud infinitum cognoſcere, aſſumptum probatur, quia obiectum noſtri intellectus eſt quidditas ſenſibilis, quę non habet infinitatem, niſi in potentia, vt patet ex 3. phyſi. & conſequentia probatur: quia eodem modo oportet ſe habere intellectum ad infinitum, quo ſe habet ad obiectum illius, quia oportet ſemper potentiam proportionari obiecto proprio, & in hac dilucidatione ſequuti ſumus determinationem S. Thomę 1. p. Ex quo reprehendẽdus eſt Sueſſanus, qui in vltima ſua diſputatione iſtius ſecundi dixit, rationes iſtas non eſſe. S. Tho. ſed thomiſtarum eius doctrinã ſequentium, nam clare eſt videre apud S. Thõ. hanc eſſe expreſsiſsimam intentionem ſuam. C

Tex. 57.

Quæſt. 86.

Reprehenditur error Sueſſani.

Propterea tertio loco deſcendendum eſt ad defendendum has rationes contra Aduerſarios; impugnant enim in primis rationem illam, proprium obiectum intellectus noſtri eſt quidditas rei materialis: ergo nihil eſt à nobis cognoſcibile, niſi ſub ratione quidditatis rei materialis, ſed infinitum non eſt aliquid materiale, nec contentum ſub quidditate materiali: ergo non eſt à nobis cognoſcibile. Dicunt iſtam rationem eſſe falſam, & remittunt ſe ad quæſtionem de cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum, in qua tenuerunt proprium obiecium noſtri intellectus non eſſe quidditatem rei materialis, & addunt in pręſenti, quòd nullus habitus potentię poteſt aliquid habere pro obiecto communius obiecto illius potentię, quia nunquàm habitus excedit potẽtiam, cuius eſt, ſed habitus metaphyſicus habet pro obiecto ens, inquantum ens, vt concedit S. Thomas alibi, ens autem inquantum ens cum ſit communius quidditate materiali, ergo quidditas materialis non poteſt eſſe obiectum adęquatum intellectus.

Habitus nõ excedit potentiam cuius eſt habitus.

Aduerſarij non penetrãt doctrinam S. Th.

Sed Hi ſuiſmet verbis ſeipſos interficiunt; nam latius oſtenſum eſt in quęſtione ab eis allegata, quomodo quidditas rei materialis poteſt eſſe obiectum noſtri intellectus, & qu omodo non. Ad iſtam rationem, quam adducunt modo, dicimus, quòd ipſimet ſoluunt eam: nam loquuntur de obiecto adæquato ipſius intellectus, quod nos concedimus eſſe ens, inquantum ens, ſed S. Thomas in ratione ſua intelligit de obiecto motiuo, & intenſiue pro hoc ſtatu, hoc autem non poteſt eſſe niſi quidditas ſenſibilis in eſſendo, ens autem inquantum ens eſt obiectum adæquatum extenſiue pro quocunque ſtatu, & ſic patet diligenter intuenti argumentum nihil concludere. D

Secunda ratio S. Tho. quam impugnant, eſt iſta, Si infinitum poſſet intelligi à nobis, vel hoc eſſet vnica intellectione vel pluribus, ſed neutro modo eſt à nobis cognoſcibile, ergo infinitum nullo pacto intelligitur à nobis, maior patet à ſufficienti diuiſione, minor probatur, quod non vna, quia tunc cognoſceret per ſpeciem vnam genitam ab obiecto, & tunc ſic, omne agens agit ſecundum quod eſt ens in actu, ergo quod cauſat vnam ſpeciem eſt vnum in actu, ſed omne tale habet vnam formam, infinitum autem non habet formam, quia formę eſt terminare, infinitum autem non terminatur, ergo non poteſt vnica ſpecie intelligi: Neque etiã pluribus ſpeciebus, quia ſi ſic, tunc eſſent in intellectu plures ſpecies ſimul: ſed plures ſpecies

Omne agẽs agit put eſt in actu.

A cies intelligibiles ſunt plures formę eiuſdē rationis & incorruptibiles in eodem: ergo non poſſunt ſimul perficere intellectū;& ſic infinitū, nec pluribus ſpeciebus intelligi poteſt, ex conſequenti nullo modo. Reſpōdentes huic argumento dicunt, infinitū poſſe intelligi vnica intellectione. Et ad probationē; cum dicitur, ꝙ deberet cognoſci per vnicam ſpeciem; concedunt, nō tamen genitam ab eo, ſicut procedit probatio; vel dato quòd gigneret vnam ſpeciem, non ſequitur ex hoc, quòd infinitum eſſet terminatum: quia forma terminat illud, in quo eſt, illa autem ſpecies genita ab infinito, non eſt in infinito, ſed in ipſo intellectu finito cognoſcente. Formæ eſt terminare.

Arguunt etiam contra illud, ꝙ nihil intelligitur à nobis vnica intellectione, niſi per vnam ſpeciem. Contra hoc dictum ſic argumentantur, omne, quod poteſt eſſe extremum vnius compoſitionis apud intellectum, poteſt intelligi vnica intellectione ſimplici: ſed poſſibile eſt, aliqua duo, quorum duæ ſpecies ſunt in intellectu, eſſe vnum extremum vnius compoſitionis apud intellectum: igitur aliqua duo, quorum duæ ſunt ſpecies poſſunt vnica intellectione ſimplici intelligi: maior probatur, quia intellectus tantum illud apprehendit ſimplici apprehenſione primo quod componit cum alio, minor etiam probatur, quia mons aureus non intelligitur vnica ſpecie, cum nihil vnum tale ſit in re extra, quod vnam ſpeciem faciat in ſenſu, & per conſequens nec in intellectu; & tamen conſtat, ꝙ mons aureus eſt extremum vnius cōpoſitionis: vtſi dicatur, ꝙ mons aureus eſt figmentū, vel aliquid tale. Præterea multa poſſumus ſimul ſcire: ergo ſimul intelligere, conſequētia patet, quia cuiuſlibet ſciti in actu eſt ſpecies in intellectu in actu: antecedens probatur, quia ſi conſidero vnam concluſionem, & cognoſco per poſsibile alias duas concluſiones in habitu, ſi non habeo ſpecies illarum duarum in actu: oportet ergo me inquirere ſpecies illarum concluſionum, ſed pono per poſſibile, quòd ſingulare non ſit extra in re, quòd poſſit facere ſpeciem in ſenſu, & per conſequens nec in intellectu, vel tunc nunquàm intelligam illam concluſionem, vel habeo illam ſpeciem in actu, ſicut de prima concluſione, nec ex virtute phantaſtica poteſt abſtrahi ſpecies illius concluſionis, quia ibi non poſſunt eſſe ſimul duę ſpecies ſecundum te, ſicut nec intellectu, nec eſt inconueniens plura accidentia, & plures ſpecies eiuſdem rationis & generis ſecundum eſſe intentionale, eſſe in eodem ſubiecto ſimul, ſicut duo lumina ſunt in eadem parte medij: Hę ſunt rationes contra rationem S.Tho. deſumptam 1.p. q.86.art. 2.

B Mons aure° non inuenit in re ad extra.

Caſus fictus de ſingulari.

C Sed ſi quis diligēnter inſpiciat illam, & has obiectiones luce meridiana clarius ſibi apparebit rationem S. Tho. concludere, & has obiectiones eſſe friuolas. Et quòd ſolutio tradita ab illis contra rationem S.Tho. ſit nulla: probo ſic, quia ſi infinitum eſſet, & cauſaret ſpeciem, per quam cognoſceretur: quæro ab eis, vel illa ſpecies eſſet finita vel infinita. ſi primo modo: ergo per ſpeciem illam non poſſet infinitum cognoſci, quia non æquipolleret ei: ſi ſecundo modo, ergo illa ſpecies eſſet infinitæ perfectionis, & ſic eſſent duo infinita. Præterea ratio S.Thomę ſtat, quia ſi infinitum cauſat ſpeciem in intellectu; ergo eſt in actu, quia omne cauſans ſpeciem in intellectu eſt in actu 9. huius, & 3. phyſi. vbi dicitur, quòd ſemper exiſtimabitur ſpecies mouens: igitur ſi infinitum efficeret ſpeciem, tunc eſſet in actu; ſed omne, quod eſt in actu, habet formam, vt omnes philoſophi fatentur, & omne habens formam eſt terminatum: quia omne finitum finitur per formam 3. phyſi. & ex his ſequitur, quòd infinitum eſſet finitum, quod implicat contradictionem. Dilucidatio veritatis. Tex.22. Tex.17. Semper exiſtimabit ſpecies mouēs. Tex.62.

Præterea arguo contra illud, quod dicunt, quòd ſpecies non generaretur ab infinito, quia vel generatur ab ente creato vel increato: non primo quia intellectus agens non poteſt abſtrahere, niſi ſpecies à phantaſmatibus, nec ſecundo, quia ſi illa ſpecies eſſet producta ab ente increato, tunc haberet principium, & ſic eſſet finita; & per illam non potuiſſemus cognoſcere infinitum infinite; quomodocunque ergo dicant, ſtat ratio S.Tho. Ad primam impugnationem reſpondeo, quòd extremum alicuius compoſitionis poteſt intelligi duobus modis ab intellectu noſtro, vno modo ſub quadam confuſione, & per modum totius, & ſic dico ꝙ multa nedum mons aureus poſſent cognoſci per vnicam ſpeciem ſimplici apprehenſione, vt ipſi dicunt. Alio modo poſſunt cognoſci cognitione diſtincta ſecundum quòd mons cognitione diſtincta cognoſcitur, & aurum cognitione diſtincta cognoſcitur; & ſic eſt impoſsibile, vt vnum extremum vnius compoſitionis poſsit intelligi vnica intellectione per vnicam ſpeciem, & hæc eſt doctrina S.Tho. 1.p. in reſponſione ad tertium: & tunc formaliter ad argumentum neganda eſt maior de cognitione diſtincta. Et ad probationem dicitur, quòd intellectus apprehendit illud cognitione confuſa. Ad ſecundam inſtantiam concedendum eſt antecedens, quia eſt Ariſt. 2. top. vbi dicit, quòd contingit multa ſcire, vnum tamen intelligere: ſed neganda eſt conſequentia: & ad probationem dicimus, quòd non eſt par ratio de ipſo ſcire, & de ipſo intelligere: quia intelligere proprie importat actum ſecundum: ſcire vero importat ha- q.77.art.4. Cap. 3.

D Intellectus agēs ſubſtrahit à phantaſmatibus.

Contingit multa ſcire vnum autē intelligere.

Nullus intellectus poteſt ſimul actu plura intelligere per ſpecieſ. eiuſdem ordinis.

tat habitum, qui eſt veluti actus primus: quia plures ſpecies intelligibiles poſſunt eſſe in in- A
tellectu in habitu: ſed non in actu completo, & eſt impoſsibile quòd intellectus ſi-
ue Angelicus ſiue humanus poſsit ſimul intelligere per plures ſpecies intelligibiles vnius
& eiuſdem ordinis: licet intellectus Angelicus per plures ſpecies diuerſorũ ordinũ intelligere
poſſit: nam Angelus beatus intelligit per eſſentiam Dei, per eſſentiã propriam, & per ſpeciem
infuſam, quæ ſunt ſpecies diuerſorum ordinum, ſed quòd ſimul intelligat per ſpecies eiuſdem
ordinis non ſubordinatas eſt impoſſibile: quia habent rationem multorum, vt latius oſtendit

q.85.ar.4.

Caietanus contra Durandum in Apoſtillis 1.p. Nec eſt par ratio de duobus illis luminibus in
eadem parte medij, & de pluribus ſpeciebus ſecundum eſſe intentionale: quia illa duo lumi-

q.52.ar.3.

na concurrunt vt duo agentia ſubordinata partialiter, vt oſtẽdit Caietanus ibi, quomodo vnus
effectus non poſſit eſſe a pluribus cauſis totalibus eiuſdem generis eiuſdemque ordinis: ſpe-
cies autem ſenſibiles nec in medio nec in ſenſu, vt ſenſibiles ſunt, poſſunt eſſe plures in actu

Tex.59.

completo; vt patet ex 2. de anima, vbi ſcribitur, quòd ſpecies ſenſibiles nunquàm ſunt in actu,
niſi in ſenſu in actu.

q.12.art.4.

Tertia ratio, quam dixit Sueſſanus ſe non vidiſſe in doctrina S. Thom. habetur ex prima B
parte quòd obiectum & potentia debent proportionari adinuicem; ſed inter finitum &
infinitum non datur proportio: ergo intellectus noſter, cum ſit finitus in eſſendo, & per con-
ſequens in operando, non poterit intelligere infinitum. Reſpondent huic rationi reflecten-
do ipſam contra S. Thomam, quærendo de qua proportione intelligi debeat ratio ipſa;

Proportio triplex eſt.

cum ſit triplex proportio: quædam numeralis, quædam perfectionis, quædã denique mouen-
tis & moti, non poteſt intelligi primo modo, quia eadẽ potentia numero poteſt in plura obie-
cta numero operari, nec etiam ſecundo modo, ſcilicet de proportione perfectionis, quæ alio-
quotiens ſumpta reddit aliud; viſus enim infinities ſumptus non reddit ſolem, itaquòd tantæ
perfectionis ſit viſus, quantę ſit ſol: nec etiam tertio modo, qualis eſt proportio commenſura-
tionis, quæ eſt inter finitum & infinitum, hoc eſt quòd ſi intellectus eſt finitus, etiam & obie-
ctum, nam hoc minimè eſſe poteſt, quia ſi finitum poteſt mouere intellectum, igitur & infini-
tum, ſicut cælum poteſt moueri ab Angelo, ergo moueretur à Deo. Vnde ſi aliquid mo-
uetur à finito; poteſt etiam ab infinito moueri, vt dictum eſt de cælo: ex his ergo patet, quòd
inter intellectum & intelligibile debet eſſe proportio motiui ad mobile, quæ magis requirit C
diſſimilitudinẽ, quàm ſimilitudinem. Sed iſtæ obiectiones ſunt nullius momenti; quia inter

Proportio inter intelligens & intellectum quænanque ſit.

cognitum & cognoſcens requiritur proportio ſecundum ordinem, itaquòd cognoſcens non
ſit inferioris ordinis, quàm ſit naturaliter cognitum ab eo quidditatiue. Nec ſomniauit S. Tho
mas, quòd inter cognitum & cognoſcens ſit proportio æqualitatis vel ſimilitudinis, ſed debet
eſſe hæc proportio, quam diximus, quòd cognitum non excedat cognoſcens, & econtra. Præ-
terea probo, quòd inter intellectum & infinitum non poteſt eſſe proportio motiui ad mobile,
vt ipſi dicunt, quia ſi infinitum poſſet intellectum mouere tunc eſſet in actu, & ſic haberet for-
mam, & ſic eſſet finitum, quod implicat contradictionem infinitum finiri. Prætęrea ſi infini-

Motio duplex finita & infinita.

tum mouet intellectum, aut motione finita aut motione infinita: non primo, quia motio fini-
ta poteſt etiam eſſe à finito: nec ſecundo, quia intellectus non eſſet capax: & ſic patet, quomo-
do opinio S. Thomæ ne dum cogit, ſeu etiam demonſtrat.

q.86. ar.2.

Videndum eſt modo, quomodo valent reſponſiones argumentorum, S. Tho. 1. p. vbi quæ-
rit vtrum intellectus noſter poſſit cognoſcere infinita; & arguit quod ſic: quia poteſt cognoſce
re Deum, ſed Deus eſt infinitus: igitur intellectus noſter cognoſcit infinitum. Et confirmat, D
quia cognitio rei eſt per omnes cauſas, vt ait Ariſt. pluribus in locis: ergo per primam cau-

In prologo 1.phyſi.

Qualis ſit Dei infinitas.

ſam, ſed prima cauſa eſt infinita: ergo intellectus noſter poteſt cognoſcere infinitum. Re-
ſpondet huic argumento dicens, quòd Deus dicitur infinitus ſicut forma, quæ non eſt termi-
nata per aliquam materiam, & poteſt cognoſci à nobis, non tamen ſub ratione infiniti: quia
Deus non cognoſcitur, niſi per effectum, ſed nullus effectus adæquatur ei, & per conſequens
non poteſt ducere in cognitionem eius, ſecundum quòd eſt infinitum. Et ſic patet ſolutio ad

Prima cauſa non cognoſcit per effectũ ſub ratione infiniti.

confirmationem, quòd prima cauſa cognoſcitur à nobis per effectus materiales, non tamen
ſub ratione infiniti.

Sed arguunt cõtra iſtã reſponſionẽ Recentiores probando, ꝙ Deus cognoſcitur à nobis ſub
ratione infiniti: quia intelligimus Deum, vt creatorẽ, ſed, vt creator, eſt infinitus: quia potentia
creatiua eſt infinita: ergo intelligimus eũ, vt infinitũ. Pręterea Deus intelligitur à nobis, vt eſt

Agens per intellectũ cognoſcit vltimum finẽ.

finis vltimus, ſed vt ſic, eſt infinitus: ergo intelligimus eum, vt infinitũ: probatur maior, quia
vt habetur in hoc ſecundo: omne agens per intellectum cognoſcit vltimum finem vt vltimus
eſt. Arguit enim ibi Ariſt. ſic; ſi fines eſſent infiniti; ergo nullum agens eſt per intellectum,
quia

A quia omne tale cognoſcit finem vltimum propter quem agit: probatur maior, quia omni bono finito cōtingit intelligere aliud maius bonū, ſi ergo Deus ſm ꝙ eſt vltimus finis, non eſt bonū infinitū, ergo bonum maius Deo intelligere poſſumus ſm ꝙ vltimus finis, ergo aliquid aliud præter Deum erit poſterior finis, quod eſt abſurdum. Præterea omnis cognitio complexa præſupponit cognitionem terminorum, ſed infinitum attribuimus Deo, & remouemus à creatura, dicendo quòd Deus eſt infinitus, creatura vero non: ergo cognoſcimus ipſum infinitum ſecundum quòd eſt alterum extremum illius complexionis, & ſic attribuitur Deo, & remouetur à creatura; cum ergo reſponſio S. Thomæ ſit nulla, dicendum eſt quòd argumentum factum in principio concludit verum, quia arguit de infinito in magnitudine perfectionis, quæ eſt Deus. Vnde Damaſ. 1. lib. fid. ortod. dicebat, ꝙ hoc ſolum poſſumus ſcire de Deo, quòd eſt infinitus & incomprehenſibilis.

Complexū ſupponit incomplexū.

A

Cap. 2.

Pro reſponſione iſtorum dicendum eſt, quòd S. Thomas reſpondens huic argumento dixit, quòd Deus ſecundum ſe eſt notus, ſed ignotus nobis propter defectum intellectus noſtri, qui ſecundum ſtatum præſentis vitæ habet naturalem habitudinem ad materialia cognoſcenda, & ideo in præſenti Deum cognoſcere non poſſumus, niſi per materiales effectus. Ex iſtis capitur ſolutio, quòd Deus non cognoſcitur à nobis prout eſt infinitus ſecundum ſe & infinite: ſed non ſequitur, quòd Deus infinitus nullo pacto cognoſcatur à nobis: quia iam docet S. Tho. ipſum cognoſci per materiales effectus, & ſic cognoſcitur per ſpeciem finiti, ſicut ſilentium per ſpeciē ſoni. Nec rationes adductæ aliquid cōcludunt: quia non valet prima ratio: peccat enim ſm fallaciam accidentis: ac ſi quis argueret; cognoſco Regem Philippum venientē in Italiam: ſed Rex Philippus vt veniens, eſt veſtitus rubea veſte: igitur cognoſco Regem Philippum venientem in Italiam veſtitum rubea veſte: non enim ſequitur, ſed committitur fallacia accidentis, vt dictum eſt. Deinde conceſſo toto argumento, quid aliud ſequitur, niſi quòd ego cognoſco Deum infinitum per materiales effectus? ſed non infinite, vt aſſerit S. Thomas. Niſi quis dicat, quòd cognoſcimus Deum creatorem non cognitione naturali, ſed ſupranaturali. Sed hoc non eſt ad propoſitum, quia nec cognitione ſupranaturali cognoſcimus Deum infinite. Auerroes tamen negaret minorem, quòd Deus ſit infinitus: ſed nos loquimur ſecundum rei veritatem. Et ſic etiam ſoluitur ſecunda inſtantia, quòd Deus cognoſcitur vt vltimus finis & infinitus, ſed non infinite, nec per ſpeciem receptam ab ipſo, ſed per ſpeciem receptam à materialibus effectibus. Soluitur etiam & tertia inſtantia, quòd infinitum attribuimus Deo, & remouemus à creatura, & ſic cognoſcimus infinitum quoad quid nominis, & per materiales effectus, vt millies dictum eſt. Vide quomodo veritas ſemper præualet. Ex iſtis patet, quomodo etiam intelligēda ſit auctoritas Damaſceni vt ſupra, quòd Deus cognoſcitur à nobis, prout eſt infinitus & incomprehenſibilis, ſed non infinite, vt docet S. Tho. 1. p. Secundo quòd Deus cognoſcitur infinitus, ſed per materiales effectus, & per ſpeciē finiti, & quoad quid nominis, non autem quoad quid rei, & ſic defectiua eſt reſponſio aduerſariorū. Secundum argumentum eſt, illud, cuius definitio & paſſiones aſſignantur à nobis, & ei nomen imponimus, intelligitur à nobis, ſed de infinito cognoſcimus paſſiones, & ei imponimus nomen, vt patet 3. phyſi. igitur infinitum eſt à nobis cognoſcibile. Ad hoc reſpondet S. Tho. quòd multis imponimus nomina, quę tamen non ſunt intelligibilia, v.g. nominamus nihil, & tamen nihil non eſt intelligibile. Cum etiam dicitur, quòd infinitum definimus, &c. dicitur, quòd definitio eſt duplex, quædam quid rei, quędam vero quid nominis: prima bene arguit diffinitum eſſe cognoſcibile, ſed ſecunda non, quia poteſt eſſe tam entis, quàm non entis, & tamen non ens non eſt intelligibile, talis enim diffinitio infiniti eſt poſita 3. phyſi.

B — Deus eſt notus ſecundū ſe, ſed non nobis.

Silentium quomodo cognoſcitur.

Deus nō eſt infinitus ſecundū Auer.

C — Infinitū cognoſcit quo ad quid nominis.

q. 12. art. 7.

Tex. 24.

D — Definitio duplex eſt.

Tex. 30.

Sed contra arguunt Aduerſarij, pręcipue aduerſus illud dictum, quòd, nihil, nominatur, & tamen non eſt intelligibile: quia voces ſunt ſigna rerum mediantibus conceptibus: ergo nihil ſignificatur, quin prius pręconcipiatur & pręintelligatur, antecedens patet 1. perhier. voces ſunt ſigna paſsionum, quæ ſunt in anima, & ibidem dicitur, quòd ſicut voces ſunt ſigna paſſionum, ſic paſſiones ſunt ſigna rerum. Et confirmatur, quia 4. huius dicitur, quòd ſi nihil intelligitur, nihil ſignificatur. Pręterea impoſſibile eſt intelligere differentiam extremorum, niſi ipſa extrema intelligantur, ſed nos intelligimus differentiam inter ens, & nihil: ergo cognoſcimus ens & nihil. Et confirmatur adhuc, quia priuationes & negationes ſunt intelligibiles, cum de ipſis formentur aliquæ propoſitiones, & tamen priuationes & negationes ſunt formaliter nihil. Propterea ſoluunt argumentum principale dicendo, quòd ſi infinitum diffinitur & paſſiones demonſtrantur de eo, intelligendum eſt de infinito non pro re ſubſtrata, ſed pro ratione infiniti in ſe. Nos dicimus primo reſponſionem S. Tho. eſſe optimam,

Voces ſunt ſigna rerum.

In prologo.

Tex. 10.

Priuationes & negatiōes formaliter quid ſint.

mam, & inſtantias Aduerſariorũ nihil concludere: nam reſpõſio eſt fundata ſuper differentia, A
quę reperitur inter quid nominis, & quid rei: nam quid nominis ſecundum omnes philoſophos poteſt eſſe entium & non entium, complexorum & incomplexorum per accidentalia, per communia, & per extranea: quid rei vero eſt tantum entium incompelxorum, & per propria & eſſentialia. Hoc ſtante optime ſolutum eſt argumenmm à S. Tho. dicendo, quòd infinitum cognoſcitur quantum ad nomen, ſed per finitum, vt ſæpe dictum eſt: quia licet 3. phyſi. Ariſt. nonnulla probet de infinito, illa tamen cognouit per ſua oppoſita: quia oppoſitorum eſt eadem doctrina, ſicut intelligimus vacuum per plenum, & infinitum per finitum: & hoc pacto imponimus ei nomen. Quòd autem inſtantiæ nihil concludant, patet primo concedendo infinitum præconcipi & pręintelligi ante voces, ſed ſemper per ſpeciem finiti. Et ſic patet etiam ſolutio ad cõfirmationem, quòd ſi nihil intelligitur, nihil ſignificatur, ſed nihil poteſt intelligi per aliquid, quod eſt ſibi contrarium. Ad aliud, quando dicitur, quòd ponens differentiam inter extrema cognoſcit illa; conceditur, ſed non eodem modo: quia cognoſcimus finitum per ſe ipſum: infinitum vero per aliud, nempe per finitum, & hæc eſt reſponſio S. Tho. 1. p. vbi quęrit num intellectus cognoſcat ſingularia, & dicit quòd intellectus B
ponit differentiam inter vniuerſale & ſingulare, ſed vniuerſale cognoſcit directe, ſingulare vero indirecte. Et ad confirmationem dicimus negationes & priuationes cognoſci per ſpecies habituum: nam omnis ſpecies eſt per ſe repręſentatiua alicuius, & per accidens oppoſiti illius, & ſic finitum cognoſcimr per ſpeciem ſuam, quæ pęr accidens repręſentat infinitum.

A tex. 24. vſque ad finẽ. Oppoſitorũ eſt eadem doctrina.

Ponens differentiam inter aliqua cognoſcit ea. q. 36. art. 1.

Negatio & priuatio cognoſcũtur p ſpeciem habitus.

Reſponſio Aduerſariorum ad argumentum principale, ſuperius eſt impugnata, quærendo quid per rationem infiniti in ſe intelligant: quia qui cognoſcit aliquid per ſuam rationem formalem, cognoſcit etiam & illud, cui ineſt ratio formalis: ſi igitur intellectus noſter cognoſcit infinitum pro ratione formali in ſe: ergo cognoſcit & ſubſtratum, cui ineſt hæc ratio formalis. Vnde patet reſponſionem iſtorum eſſe falſiſſimam, & non poſſe ſubſtineri ſecundum veritatem.

q. 86. art. 2.

Tertium argumentum, quod facit S. Tho. 1. p. eſt, quòd omnes ſpecies quorumcunque generum ſunt intelligibiles à nobis: quia diffinibiles: ſed ſpecies numeri & figurę ſunt infinitę, quia vltra vnam ſpeciem datam poteſt accipi alia, & ſic in infinitum: ergo poſſunt cognoſci. Et ſi dicas, quòd iſtæ non ſunt verę ſpecies, quia non exiſtunt. Contra, quia ſpecies roſæ eſt vere ſpecies, licet roſa non exiſtat. Ad hoc reſpondet S. Tho. quòd ſolæ illæ ſpecies, quę in ſuis C
ſingularibus poſſunt per ſenſum apprehẽdi, ſunt à nobis cognoſcibiles, tales autem ſunt fiuitæ. Sed contra dicunr Aduerſarij: quia poſſumus intelligere numeros infinitos, cum per ſpeciem vnius vnitatis poſsit intelligi alia vnitas, vt vult Auguſtinus, quòd per ſpeciem vnius ſolis poſſumus intelligere quotquot ſoles volumus: ergo per ſpeciem vnius vnitatis poſſunt intelligi numeri infiniti per replicationem vnitatis, non dico ſimul, ſed ſucceſsiue: & hoc ſufficit. Sed hæc Aduerſariorum impugnatio nulla eſt, & reſponſio adducta ipſius S. Tho. non eſt adducta, vt iacet: quia dicit S. Tho. ſoluendo hoc argumentum, quòd intellectus noſter natus eſt cognoſcere ſpecies per abſtractionem à phantaſmatibus: & ideo illas ſpecies numerorum figurarumque, quas quis non eſt immaginatus, non poteſt cognoſcere nec actu, nec habitu, niſi forte in genere, & in principijs vniuerſalibus, quod eſt cognoſcere in potentia & confuſe, & ſic intelligit S. Auguſtinus, quòd per ſpeciem vnius ſolis poſſumus intelligere quot ſoles volumus. Etſi Aduerſarij intelligunt, quòd poſſumus cognoſcere infinitos numeros actu: ſequitur quòd aduerſantur ſibi ipſis in tertia concluſione, in qua ponunt, quòd D
infinitum contrarie in multimdine non poteſt intelligi à nobis ſucceſſiue, & tamen arguendo contra S. Thomam, & reſpondendo ſecundum mentem propriam ipſorum argumento adducto, concedunt infinitos numeros & figuras intelligi à nobis non ſimul, ſed ſucceſſiue. Et addunt aliud, quòd implicat contradictionem, quòd infinita multitudo ſpecierum intelligatur à nobis non ſimul, ſed ſucceſſiue, & tamen non contingat pertranſire: Hoc autem videtur abſurdum magnum, quia ſi intelligimr à nobis aliqnid perfecte, ergo comprehenditur, & venitur ad terminum eius, & ſic pertranſitur, quod eſt contra ipſos.

Sententia Aug. habetur lib. 83. quęſt. q. 3.

Communis error Aduerſariorum.

Lib. 83. quęſ. q. 3.

Quod perfecte intelligitur comprehenditur.

Vltimum argumentum fundatur ſupra quadam conſequentia Ariſt. 4. phyſi. vbi arguitur ſic; ſi duo corpora poſſunt eſſe ſimul: ergo & infinita, igitur à ſimili, ſi duæ ſpecies poſſunt eſſe ſimul in intellectu, vt clarum eſt quòd ſic, ergo & infinite; & cum quęlibet poſſit eſſe principium cognoſcendi, ergo infinita poſſunt cognoſci à nobis. Recitant duas reſponſiones Aduerſarij pro ſolutione iſtius argumenti, quarum prima eſt, negãdo ſimilitudinem, quia locus eſt terminus corporis, & habet rationem formę, inquãtum terminat ipſum corpus, corpus autem locatum eſt ſicut materia, formę enim eſt terminare & materię terminari, ſpecies vero intelligi-

Cap. de vacuo tex. 27.

Locus eſt terminus corporis.

A telligibiles reſpectu intellectus habent modum formę informantis & perficientis, intellectus vero modum materię & perfectibilis: nunc autem ſi vna forma poteſt terminare & informare duo, pari ratione & infinita: quia terminatio & informatio eſt à parte eius: ideo ſequitur, quòd ſi vnus locus poteſt terminare & recipere duo corpora, pari ratione & infinita: & propter hoc illud antecedens eſt impoſſibile: ſed ſi materia poteſt perfici à duabus formis non oppoſitis, non propter hoc ſequitur ꝙ ab infinitis: quia hoc argueret infinitam capacitatem ipſius materię, licet ergo intellectus poſſit informari à duabus ſpeciebus ſimul, non propter hoc ſequitur, quòd ab infinitis. Secunda reſponſio eſt, quòd conſequentia philoſophi eſt intelligenda, quando eſt tanta repugnantia reſpectu paucorum, quanta reſpectu plurium, ſic eſt in propoſito philoſophi, quia eſt tanta repugnantia ex parte loci, quòd in eodem loco ſint duo corpora, quanta ſi ſint plura: ideo ſequitur, quòd ſi duo corpora poſſunt eſſe ſimul: ergo infinita; non autem ſic eſt de ſpeciebus, quia non eſt tanta repugnantia eſſe ſimul duas ſpecies in intellectu, ſicut plures, vel infinitas.

Duo corpora non poſſunt eſſe ſimul in codē loco.

Sed arguunt modo Aduerſarij cõtra iſtas reſponſiones dicentes, ꝙ licet ſimilitudo non valeat omnino: tamen non videtur eſſe aliqua repugnantia ex parte intellectus, quin poſſint infinitæ ſpecies eſſe in intellectu in actu primo, ſicut centrum poteſt terminare infinitas lineas, poteſt enim intellectus, vt videtur, ſcire infinita in habitu, ſi eſſet, qui imprimeret infinitas ſpecies in ipſo: verum eſt tamen, quòd intellectus non poteſt naturaliter infinitas ſpecies acquirere; cuius ratio eſt, quia oportet acquirere illas ſpecies ex actibus ſuis, & per conſequens quòd præcederent actus infiniti, quod eſt impoſſibile; tamen quòd intellectus habeat infinitas ſpecies per infuſionẽ, non videtur inconueniens: ſicut forte habuit anima Chriſti, & propterea reſpondendo ad argumentum concedunt infinitas ſpecies poſſe eſſe ſimul in intellectu in actu primo, non naturaliter, ſed infuſe à Deo, & tamen non ſequitur, quòd intellectus in actu ſecundo poſſit intelligere infinita. Sed vtraque reſponſio data, quam impugnarunt, non eſt S. Tho. licet defendi poſſit, vt declarabimus: nam reſponſio ipſius ad argumentum eſt, quòd ſi duo corpora eſſent in eodem loco vel plura: non oporteret, quòd ſucceſſiue ſubintrarent locum, vt ſic per ipſam ſucceſſionem ſubintrationis numerarentur locata: ſed ſi ſpecies intelligibiles ingrederentur intellectum noſtrum, ſucceſſiue oporteret ipſas ingredi: C quia non multa ſimul actu intelliguntur: & ideo oportet numeratas & non infinitas ſpecies eſſe in intellectu noſtro.

Infinitę ſpecies intelligibiles poſſunt eſſe in intellectu ſecundum Aduerſarios.

Et ex hac reſponſione facile ſolutum eſt argumentum defendendo ac tuendo reſponſiones traditas, dicimus inſtantiam adductam eſſe nullius momenti: quia dato, quòd intellectus ſit capax duarum ſpecierum ſimul, non tamen ſequitur: ergo infinitarum, dato quòd eſſet aliquod agens producens ſpecies illas infinitas, & repugnantia dicitur eſſe ex parte intellectus ſecundum ipſos: qui in hoc contradicunt ſibiipſis; nam ex vna parte ponunt, quòd non eſt repugnantia ex parte intellectus, quin poſsint infinitę ſpecies reperiri in intellectu in actu primo, ſicut centrum poteſt terminare infinitas lineas: & ſic poterit intellectus ſcire infinita in habitu, & tamen 3. ſenten. quidam ex eis nititur probare, quòd intellectus creatus non poteſt ſimul ſcire infinita, quia tunc illa ſcientia eſſet infinitę perfectionis, & quòd intellectus creatus plus potuiſſet cognoſcere, quàm Deus facere poſsit: quia Deus non poteſt facere infinitam multitudinem creaturarum in actu, quoniam omnis multitudo producta eſt comprehenſa ſub certa intentione creantis, ex conſequenti eſt finita, & ſequeretur etiam ꝙ aliqua voluntas creata eſſet infiniti demeriti: ſi daretur infinitas etiam ſpecierum, per quas intellectus creatus ſciret infinitos homines, & eoſdem voluntas creata poſſet odire, & ſic eſſet capax infiniti demeriti, vel aliqua alia voluntas eſſet capax infiniti meriti, puta ſi ex charitate illos diligeret. Nec eſt verum quòd centrum poteſt terminare infinitas lineas, niſi in potentia, vt dictum eſt, & ex his patet, quàm falſa ſit doctrina tradita ab illis & repugnans ſibi ipſis, quia ſi Deus non poteſt facere ſpecies infinitas, nec etiam poſſunt eſſe infinitæ ſpecies in ipſo intellectu, nec etiam duæ ſpecies eiuſdem generis, eiuſdemque ordinis & rationis poſſunt terminare intellectum, vt docet S. Tho. 1. p. vbi probat, ꝙ ſicut corpus nõ poteſt figurari ſimul duabus figuris, ſic & intellectus nõ poteſt ſimul terminari duabus ſpeciebus, quia ſicut figura eſt terminatio corporis, ita ſpecies intelligibilis in actu eſt terminatio intellectus. Et ex iſtis male videntur gloſare auctoritatem Ariſt. Nam Ariſt. hic habet, ꝙ ſi cauſę formales eſſent infinitę, nihil cõtingeret ſcire. & 1. phyſi. contra Anaxagoram ponentem, principia infinita, ait, quòd tunc nihil eſſet cognoſcibile, gloſant, quòd philoſophus intelligit, quòd infinitas in multitudine, quæ intelligitur per diuerſas ſpecies, non poteſt intelligi à nobis, eſto quòd intellectus haberet infinitas ſpecies apud ſe; nam hęc videntur implicare contradictionem, quòd in-

Species intelligibiles ſimul ĩ intellectu numeratę debẽt eſſe ſm S. Tho.

Diſtin. 14.

Infinita multitudo actu non poteſt à Deo fieri.

Cẽtrum terminat infinitas lineas in potentia non in actu.

q. 12. art. 10.

Corpus non poteſt duabꝰ figuris terminari.

Tex. 13.

Tex. 25.

telle-

Intellectum habere infinitas ſpecies actu implicat contradictionem.

tellectus habeat infinitas ſpecies,& quòd non intelligat infinita: quia tunc illę ſpecies infinitæ eſſent ocioſæ,& tanto magis augetur difficultas, quòd adducit exemplum de anima Chriſti,in qua ſunt infinitæ ſpecies per infuſionem,ſed anima Chriſti, tam ſecundum eos, quàm ſecundum S.Thomam intelligit infinita: ergo valet,quòd ſi aliquis intellectus haberet infinitas ſpecies in habitu,quòd ille intellectus in actu intelligeret infinita. Sed dices tu, ergo & in doctrina thomiſtica hoc idem inconueniens ſequitur, neganda eſt conſequentia, probas tu, quia anima Chriſti ſecundum S.Thomam cognoſcit infinita: ergo habet infinitas ſpecies per infuſionem. A

Anima Chriſti non cognoſcit infinita quomodo verificat.

Reſpondetur, quòd hę tres propoſitiones, Anima Chriſti non cognoſcit infinita, Et anima Chriſti cognoſcit infinita, Et anima Chriſti non cognoſcit per infinitas ſpecies ſunt veriſſimæ in doctrina S.Thomæ: nam prima, quòd Anima Chriſti non cognoſcat infinita, eſt veriſſima intelligendo de entibus in actu, quæ ſolæ ſunt ſubſtantię,& iſtę ſunt finitæ ſecundum ſententiam fidei decernentis mundum incæpiſſe, generationemque deſituram. Secunda quoque propoſitio eſt veriſſima loquendo de cogitationibus hominum, & de ſubſtantijs & accidentibus, nam actus intellectus & voluntatis in infinitum multiplicabuntur, & ſi non in tempore hoc continuo: in tempore tamen diſcreto: quia affectiones & cogitationes creaturarum rationalium ſunt perpetuæ. B Tertia quoque propoſitio patet, quia anima Chriſti non cognoſcit per infinitas ſpecies,ſed per ſcientiam viſionis, quam habet in verbo, & ſic per vnam ſpeciem poteſt infinita cognoſcere, nempe per eſſentiam ipſius Dei. Et ſi quis dicat, quòd Chriſtus per ſcientiam inditam vel infuſam ſciuit omnia, conceditur,ſed non per ſpecies infinitas, ſed per vnam ſpeciem altioris ordinis poterit plura cognoſcere, ſicuti eſt de Angelis,& ſic ſtat ſolida doctrina S.Tho. quòd intellectus creatus nec infinita actu, nec habitu poteſt intelligere per ſpecies infinitas, licet cognoſcat infinita in potentia: & ſic ſunt gloſandę auctoritates Ariſt. quas adducunt ipſi, quorum opinio non cogit, nec quantum ad rationes, nec quantum ad reſponſiones, quas tradunt argumentis principalibus, quę ſoluenda ſunt ſecundum doctrinam S.Thomæ.

Duplex eſt ſcientia in Chriſto.

Opinionem S. Tho. amplectunt neoterici.

Si quis veritatem voluerit tueri: videat ipſam, quam approbant illuſtriores Doctores & Recentiores in ſuis voluminibus, vbi recitatis pluribus opinionibus philoſophorum & theologorum de hac re, & Adami, & Scoti, & Marſilj, & S.Bonauenturæ, & Durandi, & Codfredi 3. ſent. & Alexandri Alenſis in 3. p. ſuæ theologiæ, & Alberti magni in 3. ſenten. Quibus omnibus reiectis tandem amplectuntur opinionem S.Tho. declaratam hic à nobis, de qua poteris etiam videre apud Capreolũ in 3. ſenten. & apud Caietanum in 1. p. & etiam apud Franciſcũ Ferrarienſem 3. contra gentiles, vbi plurima alia argumenta Aduerſariorum ſoluuntur: ſufficiat tamen nobis in pręſentia hęc pauca dixiſſe in hac dilucidatione. C

Queſt. 2. Diſtin. 14.
Queſt. 13. Diſtin. 14.
Diſtin. 14. q. 12. art. 10.
Cap. 60.

Quantam vim conſuetudo habeat, leges declarant, in quibus fabuloſa, ac puerilia, &c. Tex. 14.

An nutritus in aliqua lege falſa, poſſit venire in cognitionem illius falſitatis.

Dilucidatio nona.

AVerrois exponens hęc verba, aſſerit aliquas leges ponere multa falſa, & homines exiſtentes in illis legibus negare multas veritates, vtputa neceſſariũ eſſe, & res infinitas, ac ſimilia: propterea rationi conſentaneum duximus tum propter verba Ariſt. tum propter expoſitionem Auer. explicare quęſitum propoſitum, & pręſertim cum S.Tho. dicat hic, quòd philoſophus loquitur de legibus ab hominibus inuentis, in quibus ſunt multa vana & friuola, quę homines à pueritia audientes magis approbant, quàm cognitionem veritatis: lex autem diuinitus data cum ordinet hominem ad veram felicitatem, cui falſitas hominis repugnat, propterea in ipſa nulla falſitas, nullaque vanitas contineri poteſt: idcirco iure quæritur ſi quis nutritus fuerit in aliqua ex iſtis legibus, in quibus hęc vana & friuola exiſtunt, poſtquàm ad annos diſcreptionis venerit, poterit nec ne veritatem cognoſcere.

Cui

A Cui difficultati ſatisfaciendo dicimus, quòd hic talis ſi voluerit & ſi fecerit totum, quod in ſe eſt, poterit vtique venire in cognitionem, quòd illa lex ſit falſa, & ratio prima talis eſſe poteſt. Nullus eſt homo, qui proprio ingenio derelictus non incidat in multas & varias falſitates, tam in ſpeculabilibus, quàm in agibilibus, in ſpeculabilibus quidem quot reperimus philoſophos proprio ingenio volentes ſcrutari naturas rerum in varios incidiſſe errores? ſic etiam & in agibilibus: Plato quidem volens politicam ordinare dixit omnia debere eſſe communia, itaquòd ciues non habeant vxores proprias, ſed quilibet iret ad quamlibet, dicebat quidem politiam ſic eſſe optimam & bene diſpoſitam; quòd nullus ciuium haberet vxorem propriam, nullus filios proprios, ſed quilibet eſſet cuiuſlibet, itaquòd quilibet ciuiũ reputaret quemlibet filium eſſe ſuum proprium, & ex hoc (vt dicebat) ciuitas optime diſpoſita eſſet, & in magna pace, & amore, quia omnes antiquiores ciues diligerent minores vt filios, & minores antiquiores vt patres. Dilucidatio quæſiti.

Sed hunc ordinem politiæ quem tantus philoſophus ſtatuit, quilibet aliqualiter naturali ratione vigens improbare poſſet, quia non eſt amor filij, niſi ſit ibi aliqualis certitudo, & hanc
B ob cauſam filij meretricinm à nullo tanquàm proprij diliguntur; ſi enim ſic eſſet, vt ſtatuit ipſe Plato, nullus ciuium haberet de filijs certitudinem; nec etiam probabilem coniecturam, ſed non oportet latius hoc in loco poſitionem iſtam improbare, quia ſufficit ſcire magnos philoſophos ingenio proprio volentes per ſuam induſtriam leges dare ciuibus & politicos ordinare, in varios turpeſque errores incidiſſe; & ſi hoc in magnis philoſophis videmus, multo magis in alijs communiter hominibus neceſſe eſt reperiri, quia nulla lex data à puro homine vel per purum hominẽ (niſi data ſit per reuelationem diuinam) reperiri poteſt, quæ non contineat multa falſa & multa reproba & vitioſa, & deſcendendo ad legem particularem puta Machumetanam, inter alia, quæ ab illa lege permittũtur, hoc eſt vnum nefandiſſimum, vt legitur in Alcorano de vitio contra naturam, cui nulla adhibetur pęna; ſed quilibet aliqualiter ratione vigens ex hoc poterit dicere legem illam eſſe iniquam, in qua tam nefandum vitium non punitur: ergo ex naturali ratione poterit quis auertere ſe à lege falſa per hominem data, quia nulla talis lex eſt, quæ non contineat multa repugnantia rationi. In lege Machumetana continentur falſa.

Et ſi quis diceret, quia hoc videretur etiam dici de lege euangelica, quæ multa rationi repu-
C gnantia continere videtur, vt patet quia non poſſumus illa ratione naturali probare. Ad quod reſpondet S. Tho. 1. contra gent. quòd ſi illa ratione naturali probare non poſſimus, quia ſunt ſupra ſenſum & rationem, propterea nec improbari poſſunt. Deinde nulla eſt ratio naturalis, nullumque argumentum contra fidem noſtram, quod diſſoluere non poſſimus, defendendo ea, quæ in ea propoſita ſunt. Sed lex Machumetana vel quæcunque alia data à puro homine non poteſt ſufficienter defendi, cum ſufficientiſsime per rationem naturalem improbari poſſit; manifeſte enim docet S. Tho. 1. p. omnes rationes, quę fieri ſolent contra fidem, poſſe diſſolui, eaſque oſtendi nihil concludere, ex hac igitur ratione patet quomodo falſitas legis datę à puro homine ſine diuina inſpiratione poſsit ratione naturali deprehendi. Cap. 7. q. 1. art. 8.

Secundo hoc idem oſtendere poſſumus ex operatione miraculorum, quibus confirmata eſt lex noſtra euangelica, quia vnum maximum miraculum eſt inter alia, quòd nullus negare poterit, vidẽdo tantam multitudinem conuerſam ad hanc ſacratiſsimam legem, & tot ſapientes per paucos homines & ſimplices piſcatores, quos inueſtigare debet quis in falſa lege exiſtens num hi ſimplices homines primo legem Chriſtianam prædicantes & fundantes operati
D fuiſſent miracula, vel non. Si primo, igitur cum illa lex ſit miraculis cõfirmata, ſequitur ipſam eſſe veriſsimam, & ad eam omnes confugere debere obſeruando quæ pręcipit. Si non, hoc fuit maximum miraculum, quòd ſine operatione diuina eſſe non potuit, vt ſimplices homines nulla ſcientia ex proprio ingenio acquiſita, ſine aliqua miraculorum operatione poſſent tantam multitudinem, tot tantoſque ſapientes, & reges, ac magnates conuertere relinquentes propria bona, poſſeſsiones, regna, & dominia ſequendo Chriſtum Saluatorem noſtrum, eiuſque legem ſanctiſsimam ſeruando, vt latius docet B. Aug. 22. de ciui. Dei dicens, ineruditos liberalibus diſciplinis, non peritos grammatica, non armatos dialectica, non rhetorica inflatos piſcatores Chriſtus cum retibus fidei ad mare huius ſęculi paucisſimos miſit, atque ita ex omni genere tam multos, etiam ipſos philoſophos cepit. Et infra ſubdit, quòd ſi prędicantibus Apoſtolis miracula eſſe facta non credunt, hoc vnum nobis grande miraculum ſufficit, quod etiam terrarum orbis ſine huiuſmodi miraculis credidit. Dicimus ergo, quòd Roma colebat Romulum quaſi Deum, & aliæ nationes Romulum colebant, ſed hoc fecerunt Romanorum terrore. Sarraceni etiam, qui nunc colunt Machumetum, à principio quidem timore ducti hanc vt ſuſciperent legem eius, coadunabat autem ſibi ille Machumetus quoſdam Cap. 5. Romulus colebatur à Romanis.

iniquos homines bellicoſos, & vi gentes cogebat, vt ſuſciperent legem eius, ſed lex noſtra euãgelica ſine coactione, quia per ſimplices homines ſic diffuſa & dilatata eſt. Quòd ſi quis diceret ſine miraculis hoc factum fuiſſe: hic talis negando miracula ea concedit, quia hoc magnum miraculum eſt, quòd ſine aſtutia & per ſimplices homines ſine violentia, quia per paucos & pauperes, & ſine miraculorum ſignis fuiſſet orbis terrę conuerſus: patet ergo quòd ille, qui nutritus eſt in lege falſa, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit comparando ipſam ad legem Chriſtianam, facile poterit venire in cognitionem legem illam eſſe falſam, ſicuti de facto multi Machumetani confitentur, videntes ludibria & nefaria ipſius Machumeti, qui (vt eius hiſtoria tradit) ſceleratus, adulter, & populorum prædator fuit, atque epilentico morbo ſępe correptus, de quo interrogatus, cur id ei contigeret? ſe Angelico colloquio tunc frui referebat, vt autem ex gladio non rationibus inſtructus malaque arte homines rudes ac impuros ſibi aſciuit, quibus paulatim alios in ſuam laſciuiam fabuloſamque ſectam amplexus eſt, armiſque peruagante licentia imbecillem multitudinem ſubiecit, & in ſuo Alcorano, hoc eſt libro, quem præceptorum collectionem vocat, Euangelium, vetuſque teſtamentum vbique probans atque confirmans, Chriſtum commendat, quem de VIRGINE natum, Prophetamque veriſſimum confitetur, & multa contraria affirmat in eo. Ex iſtis ergo omnis; qui mediocriter rationis philoſophięque peritus tam in ſpeculatiuis, quàm in practicis facile deprehendere poterit hanc ſectam ſeu legem eſſe falſam.

Vita Machumeti q̃ fuit. *Quis ſit Alcoranus.* A B

Pulchra dubitatio. Et ſi quis diceret, cur fide CHRISTI iam in toto orbe terrarũ propagata paſſus eſt Deus opere huius ſcelerati viri innumeros populos ab imperio ipſius Chriſti ſubduci, & ad hanc legem nefariam compelli, nec vltricem manum tanto tempore in eos extendit, ſed potius illorum imperium in hunc vſque diem augeri permiſit? ſi ergo CHRISTVS eſt verus Deus, cur ſe ab hoc impio viro ſuperari paſſus eſt? vere igitur (inquiunt Saraceni) eſt fides noſtra, quia imperium noſtrum ſemper proſperatur & dilatatur: hoc argumento defendunt ſe aduerſus Chriſtianos, quo etiam multi ex noſtris ita obnubuntur, vt prorſus ignorent quid reſpondeant.

Reſoluta reſpõſio ad Saracenos. Sed facilis eſt reſponſio penetrando finem legis Chriſtianæ, qui eſt beatitudo æterna acquiſibilis non fraudibus, & pollicitationibus, aut voluptatibus huius mũdi, ſed varijs pœnis & tribulationibus, quę adhuc non ſunt condignæ ad ipſum, qui reuelabitur in nobis, quid ergo mirum eſt ſi pauciores Chriſtum ſequuntur, cum iubeantur benefacere & mala pati, & propter inuiſibilia omnibus mundi blanditijs abſtinere, duraque omnia & acerba potius eligere quàm modeſtiã, continentiam, iuſtitiam, pietatem, fidemque maculare? non ergo Chriſtus eſt ſuperatus à Machumeto, quemadmodum etiam nec à Diabolo, cui praui homines inſeruiunt, quandoquidem hæc omnia ipſo Chriſto ſciente ac permittente fiunt, & vt ſuauis diſpoſitio rerum manuteneatur. Dedit enim Deus nobis liberum arbitrium ad virtutes, & ad vitia, propterea non coguntur homines ab ipſo, alioquin neque merito neque demerito locus eſſet, ſi libertas ceſſaret, præſertim cum ſcriptum ſit: Multi ſunt vocati pauci vero electi. & Apoſtolus clamat, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientię Dei, quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius ad Rom. nullius ergo momẽti eſt argumentum hoc, ſed potius probat imperium Turcharum non habere partem in alio mundo, ſi in hoc dilatatur, cum ſcriptum ſit, Beati qui lugent, quia ipſi conſolabuntur, qui ergo rident in hoc mundo in alio flebũt, vt dixit Abraam illi diuiti epuloni, filij recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris, &c.

C *Matth. c. 20.* *Cap. 11.* *Luc. cap. 16.* D

Tertia ratio. Tertia ratio, qua falſitas alicuius legis datę per purum hominem ſine ſpiratione diuina deprehendi poteſt, hęc erit, quia pie credere debemus, quòd aliquis nutritus in falſa lege, ſi det ſe bonis operibus, vt elemoſynis faciendis, & alijs operibus pijs, & faciat quod in ſe eſt, & deprecetur Deum, quòd ſibi oſtendat viam ſalutis, & ſi lex ſua bona eſt, quòd dimittat eum in ea, ſi vero mala eximat ab ipſa, quòd Deus reuelabit ſibi quid agendum ſit: exemplum habemus de Cornelio, vt ſcribitur in actis Apoſtolorum, quòd ille vir Cornelius erat religioſus & timeus Deum cum omni domo ſua faciens elemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper, iſte ergo, quia talis exiſtebat & faciebat totum quod in ſe erat, obtinuit à Deo, vt reuelaret ſibi viam ſalutis: vnde dicitur quòd ipſe vidit Angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi, orationes tuę & elemoſynæ tuę aſcenderunt in conſpectu Dei, & nunc mitte viros in Yopen & inquiri facias Simonem, qui vocatur Petrus, hic dicet tibi; quid te oportet facere.

Cap. 10. Opera Cornelij centurionis.

Cap. 3. Et ſi dicis, conſuetudo eſt altera natura, vt ſcribitur in libro de memoria & reminiſcentia, conſuetudo autem ad falſum eſt magnum impedimentum ad cognitionem veritatis, vt docet

Ariſt.

A Ariſt.in litera,qui ergo ſunt aſſueti in aliqua falſa lege; quia à pueritia nutriti ſunt in illis fal-
ſitatibus,non videtur quòd poſſint ſe auertere. Sed facile hoc ſoluitur, quia argumentum ar-
guit difficultatem, ſed non impoſsibilitatem: ſi enim ab aſſuetis auertere eſt difficile non ta-
men eſt impoſſibile,quandoquidem ſi nutritus in falſa lege non poſſet deuenire in cognitio-
nem, ꝙ illa lex eſſet falſa, iniuſte puniretur à Deo,quia puniretur pro eo, quod vitare non poſ
ſet.Deinde ſi verum eſt, ꝙ peccatum mortale tollit gratiam gratum facientem,non autem to-
Peccatũ mortale tollit gratiam gratum facientem.
taliter corrumpit bonum naturæ,& quia infidelitas eſt quoddam peccatum mortale,infideles
quidem gratia carent, remanet tamen in eis aliquod bonum naturę: vnde manifeſtum eſt,
quòd infideles non poſſunt operari bona opera, quæ ſunt ex gratia ſcilicet opera meritoria,
tamen bona opera,ad quę ſufficit bonum naturæ aliqualiter operari poſſunt, propterea non
oportet,quòd in omni ſuo opere peccent,ſed quandocunque aliquod opus operantur ex infi-
delitate tunc peccant: ſicut enim habens fidem poteſt aliquod opus committere in actu,quòd
non refert ad finem fidei vel venialiter,vel etiam mortaliter peccando; ita etiam infidelis po-
teſt aliquem actum bonum facere in eo, quod non refert ad finem infidelitatis. Et rurſus ſi
Infidelis nõ peccat ĩ omni opere ſuo.
B omnis actio hominis infidelis eſſet culpabilis; ſequeretur ꝙ quando audiret fidem Chriſti pec
caret,ſic etiam honorando parentes,& reddẽdo mutuũ,quod expreſſe falſum arbitramur, prę
ſertim cum videamus,ꝙ cum ſupremo agente ſtant inferiora agẽtia, & multa prima agẽtia in
hoc vel illo genere,vt apparet in regnis & actibus,ita cũ vltimo fine ſimpliciter totius vniuerſi
ſtant multi vltimi fines in genere hoc & illo,nec eſſe vltimũ finẽ in hoc genere derogat vltimo
fini ſimpliciter, nec aufert ab vltimo fine in genere ordinari ipſum ad vltimum finem ſimpli-
Primũ agens dupliciter cõſideratur.
citer,& quoniam in agentibus agens primum in aliquo genere,puta Dux in exercitu duplici-
ter conſiderari poteſt primo vt eſt caput & primum mouens in illo ordine. Secundo vt eſt mo
tum ab alio ſcilicet à primo agente, ſimpliciter, nec eſt vna & eadem ratio ducis primo & ſe-
cundo modo ſumpti; quia non eſt eadem ratio mouentis moti inquantum mouentis, & in-
quantum moti vt patet, ſic proportionaliter in finibus dicere oportet, quòd finis vltimus in
genere habet duas rationes; vnam quatenus eſt vltimus finis in illo genere, & ex hac habet
quatenus eſt finis,quòd omnia illius generis ſunt propter ipſum, quatenus vero eſt vltimus
in illo,quòd ipſe non ſit propter aliud in illo genere;alteram quatenus ordinatur ad finem vl-
C timum,& ex hac patet,quòd propter aliud ſit,& præſertim quia homo dupliciter diligere po-
Homo dupliciter diligit Deum.
terit Deum explicite ſcilicet, quando dirigit intentionem ſuam ad ipſum, implicite cum ſe
habet ſecundum effectum ad res vt ſunt,quia vt oſtendetur 12.huius,Deus cognoſcitur & di-
Tex.52.
ligitur propter ſe ab homine,alia vero in ordine ad ipſum Deum, & hoc abſque fide,ſed natu
rali ratione,quia pars naturaliter eſt propter totum,& totum propter Deum.

Ex his apparet falſitas Gregorij Arimi.2.ſent.vbi voluit omnia opera infidelium ſimplici-
diſt.38,q.1.
ter eſſe moraliter mala,quia deeſt in omnibus circumſtantia vltimi finis, quia ſcilicet non fiũt
Opinio Gregorij Arim, eſt falſa.
recta intentione propter Deum vltimate, cum non cognoſcant Deum vltimate diligendum
propter ſe, & omnia alia propter ipſum. Sed deceptus eſt valde in hoc motiuo, quandoqui-
dem infideles ſimpliciter poſſunt ratione naturali noſſe Deum eſſe finem vniuerſi, & dato ꝙ
neſcirent ſufficit ad euitandum peccatum in multis ſuis operibus,diligere & intendere Deum
implicite,habendo ſe quandoque ad res vt ſunt,quamuis hoc non ſufficiat ad ſalutem æternã,
nec ad euitanda omnia peccata.

Ineptum quoque eſt quoddam aliud fundamentum, quo vtitur ad corroborandam ſuam
D opinionem, quia dicit Apoſtolus ad Rom. Omne,quod non eſt ex fide,peccatum eſt,vbi dicit
Cap.14.
gloſa quædam,omnis infidelium vita eſt peccatum; ſed ad vitam infidelium pertinet omne,
quod agunt: igitur omne eorum opus peccatum erit. Et tamen non intellexit Greg. quòd ver-
bum illud Apoſtoli intelligendum eſt,vel quia vita infidelium non poteſt eſſe ſine peccato,
Vita infidelium ſemper eſt cum peccato.
cum peccata ſine fide non tollantur; vel quia omne, quod agunt ex infidelitate, eſt peccatum,
vt ibi etiam dicitur,quòd omnis infideliter viuens vel agens vehementer peccat.

Tertium quoque motiuum quod eſt, quia fides intentionem dirigit; ſed nullum bonum
poteſt eſſe,quòd non ſit ex intentione recta: igitur in infidelibus nulla actio poterit eſſe bona.
Soluitur facile,quia fides dirigit intentionem reſpectu vltimi finis ſupernaturalis; ſed lumen
etiam naturalis rationis poteſt dirigere intentionem reſpectu alicuius boni connaturalis, &
ſic non oportet infidelem in omni ſuo opere peccare; quia per infidelitatem non corrumpi-
tur totaliter ratio naturalis, quin remaneat in eo aliqua veri cognitio, per quam facere poſsit
aliquod opus de genere bonorum. Ex his patet quomodo ſi nutritus in aliqua lege falſa, po-
terit venire in cognitionem illius falſitatis.

Aliqui igitur niſi mathematice loquentes non admittunt, qui dam vero non niſi exemplis, &c. Tex. 14. A

Vtrum omnes homines naturali appetitu appetant eandem ſcientiam, puta metaphyſicam.

Dilucidatio decima.

QVia in hoc contextu oſtendit Ariſt. quomodo homines in conſideratione veritatis propter conſuetudinem diuerſos modos acceptāt; dum Quidam in omni ſcientia quærunt demōſtrationes mathematicas, Quidam vero teſtimonium aliquorū, Quidam autem exempla ſenſibilia, Alij vero triſtantur ſi quid per certitudinem cum diligenti diſcuſſione inquiratur, proptera non immerito quæritur hic de hac varia diſpoſitione hominum, num æqualiter ſint diſpoſiti ad eandem ſciētiam capeſſendam, & an melius ſint diſpoſiti ad ſcientiam nani, quàm gigantes, & pauci quàm magni. B

Ordo quæſiti. Ad inueſtigationem huius veritatis ſic procedendum arbitramur. Primo declarare diuerſas complexiones. Secundo oſtendere, quę nam complexio ſit magis apta ad magnitudinem corporalem. Tertio quæ complexio ſit illa, quæ reddit hominem per ſe diſpoſitum ad ſcientiam. Quarto quæ etiam ſit illa complexio, quæ per accidens hoc operatur. Quinto qui homines ſunt magis diſpoſiti ad formam, num magni, vel parui. Poſtremo ſoluendæ ſunt aliquæ difficultates.

Complexiones ſunt quatuor. Quantum ad primum conſiderādum eſt quatuor eſſe famoſiſsimas complexiones; ſcilicet melancholicā, quæ eſt frigida & ſicca, & hæc correſpondet humori frigido & ſicco, & terræ, quę eſt elementum frigidum & ſiccum, & autumno, qui eſt frigidus & ſiccus. Et quædam eſt cōplexio phlegmatica, quę eſt frigida & humida, quæ reſpōdet phlegmati, ſeu humori frigido & humido, & aquę, quæ eſt elementum frigidum & humidum, & hyemi, quę eſt frigida & humida. Tertia eſt complexio ſanguinea, quę eſt calida & humida, & hæc reſpondet ſanguini, qui eſt calidus & humidus, & elemento aeris, quod elementum eſt calidum & humidum, & tempore veris, quod eſt tempus calidum & humidum. Quarta eſt cōplexio cholerica, quæ eſt calida & ſicca, & hęc reſpondet choleræ, quę eſt humor calidus & ſiccus, & igni, qui eſt calidus & ſiccus, & æſtati, quę eſt tempus calidum & ſiccum. In melancholicis igitur magis quàm in alijs cōplexionibus eſt virtus conformis virtuti terræ. In phlegmaticis etiam magis quàm in alijs cōplexionibus abūdat virtus ſimilis virtuti aquę. In ſanguineis vero magis quàm in alijs complexionibus eſt de virtute ſimili aereę. In cholericis etiā magis quàm in alijs complexionibus pręualet virtus ſimilis virtuti igneæ. C

Quę complexio ſit magis apta ad corporalem magnitudinem. Quantum ad ſecundum declarandum venit, quę complexio magis apta ſit ad corporalem magnitudinem. Pro cuius intelligentia ſciendum eſt, quòd ad magnitudinem corporalem requiritur materia bene extenſibilis, & calidū bene extendens; quando ergo eſt aliqua materia bene extenſibilis ſecundum longitudinem tantum, & calidum bene extendens, cauſatur magnitudo ſecundum longitudinem tantum; magis quàm ſecundum diuiſiones alias ſecundum proportionem, cum autem materia bene extenſibilis ſecundum omnem dimenſionem, & calidum bene extendens erit, cauſabitur mediocris quantitas ſecundum bonam proportionem longitudinis, & latitudinis, & ſpiſſitudinis, quando erit materia multum abundans & exceſsiue extenſibilis, ſecundum omnem dimenſionem, & calidum fortiter extendens, cauſabitur exceſsiua quantitas ſecundum omnem dimenſionem, vt dicunt medici periti; & quando erit materia male extenſibilis ſecundum omnem dimenſionem, & calidum debiliter extendens cauſabitur parua quantitas ſecundum omnem dimenſionem, nunc autem ita eſt, quòd materia multum ſubtilis bene apta eſt ad dimenſionem ſecundum longum, non tamen ita bene extenſibilis ſecundum latum & ſpiſſum, cuius eſt materia tenuis & ſicca, materia autem mediocriter ſubtilis, quę eſt humiditati permixta mediocriter eſt extenſibilis ſecundum omnem dimenſionem proportionaliter; ſed materia abundans groſſa & humida exceſsiue, eſt extenſibilis ſecundum omnem dimenſionem, ita tamen, quòd magis eſt extenſibilis vltra terminum debitum ſpiſsitudini, & terminum debitum latitudini, quàm vltra terminum debitum longitudini, materia autem groſſa & ſicca male eſt extenſibilis ſecundum omnem dimenſionem; D

complexio

A complexio cholerica eſt calida & ſicca correſpondens igni, in qua præualet humor calidus & ſiccus;ex quo patet,quòd in cholerica complexione eſt materia tenuis & ſicca, & ita bene eſt extenſibilis ſecundum longitudinem, non tamen ſecundum latitudinem & ſpiſsitudinem: quapropter cholerica complexio reddit hominem aptum ad magnam dimenſionem longitudinis,non tamen ad magnam quantitatẽ latitudinis & ſpiſſitudinis, vnde cholerici vt in pluribus habent membra longa,& gracilia, & in corpore eorum maior eſt ſecundum ſuam proportionem dimenſio longitudinis, quàm latitudinis & ſpiſsitudinis, & dico ſecundum ſuam proportionem, quia in omni homine(niſi ſit error naturę)maior eſt dimenſio longitudinis quàm latitudinis & ſpiſsitudinis. Sanguinea autem complexio eſt calida & humida correſpõdens aeri,in qua plus eſt de humore calido & humido, quàm in alijs complexionibus; vnde patet,quòd in ſanguinea complexione eſt materia mediocriter ſubtilis & humida, & ita bene extenſibilis mediocriter & proportionaliter ſecundum omnem dimenſionem; quapropter ſanguinei vt in pluribus ſunt mediocris quantitatis & bene proportionatę ſecundum omnem dimenſionem. Phlegmatica autẽ complexio frigida eſt & humida correſpõdens aquæ, in qua Natura cholericorũ quę nam ſit. Natura ſanguinei qualis ſit.

B dominatur humor frigidus & humidus,qui eſt groſſus cum multa humiditate: vnde in phlegmatica complexione eſt materia bene extenſibilis ſecundum omnem dimenſionem, magis tamen ſecundum dimenſionem latitudinis & ſpiſsitudinis, loquendo proportionaliter. Hinc phlegmatici vt in pluribus magni ſunt ſecundũ communem dimenſionem, tamen in eis dimenſio longitudinis non eſt tanta ſecundum proportionem,ſicut dimenſio latitudinis & ſpiſſitudinis: exemplum habemus de hominibus habitãtibus in partibus, quę vergunt ad ſeptentrionem. Melancholica autem complexio eſt frigida & ſicca correſpondens terrę, in qua plus eſt de humore frigido & ſicco,quàm in alijs complexionibus, ob hoc in melancholica complexione eſt materia groſſa & ſicca, & ita male extenſibilis ſecundum omnem dimenſionem, quam ob cauſam melancholici vt in plutibus ſunt parui ſecundum omnem dimenſionem habentes complexionem compactam ſecundum quandam ſimilitudinem terrę. Ex his ergo apparet complexionem cholericam multo aptam eſſe ad quantitatem naturalem longitudinis,non tamen ad quantitatem longitudinis & ſpiſsitudinis. Sanguinea autem complexio bene apta eſt ad mediocrem quantitatem proportionatam ſecundum omnem dimenſionem. Phlegmatici ſunt magni ſecundũ cõmunem dimenſionem. Melancholici efficiũtur parui.

C Phlegmatica vero cõplexio apta eſt etiam ad notabilem magnitudinem ſecundum omnem dimenſionem,non tamen bene proportionatam,quia in eis maior eſt ſpiſsitudo,quàm exigat eorum longitudo ſecundum rectam proportionem. At melancholica complexio non eſt bene apta,nec ad magnam longitudinem, nec ad magnam latitudinem, nec ad magnam ſpiſſitudinem.

Tertio loco videndum eſt, quę complexio magis reddat hominem diſpoſitum per ſe ad ſcientiam,& dico,quòd cholerici per ſe maxime ſunt diſpoſiti ad ſcientiam: deinde ſanguinei, indiſpoſiti autem ad ſcientiam per ſe in reſpectu prædictorũ ſunt phlegmatici, & melancholici,magis tamen phlegmatici ſunt indiſpoſiti ad ſcientiã per ſe quàm melancholici,& hoc ſic perſuaderi poteſt, duo ſunt quę reddunt hominem indiſpoſitum ad ſcientiam per ſe; vel aggrauatio animę per corpus,vt ſcribitur in libro ſapientię; corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam; & etiam groſsities ſpirituum, & magis eorum, quę ſunt in medio cerebri vẽtriculo, & econtrario duo ſunt, quæ reddunt hominem per ſe bene diſpoſitum ad ſcientiam, ſcilicet parua aggrauatio animę per corpus,& ſubtilitas ſpirituum exiſtentium in medio cerebri ven- Quæ cõplexio magis reddat hominem diſpoſitum p ſe ad ſcientiam. Quæ per ſe diſponũt ad ſcientiam. Cap. 9.

D triculo: propterea dixit Conſtabulus in libro de differentia ſpiritus & animę, ſpiritus autem qui eſt in eo ſpatio,ideſt in ventriculo medio,eſt in hominibus diuerſus, in quibuſdam enim eſt ſubtilis & clarus, & hic erit rationalis & cogitans diſponibilitatem & bonę cogitationis; in quibuſdam enim erit econuerſo,erit itaque talis hic amens, irrationalis, leuis, atque ſtultus; nunc autem ita eſt,quòd complexio cholerica cum ſit tenuis & rara aggrauat animam minus quàm aliæ complexiones, ergo,&c. Cap. 3.

Pręterea cum ad ſubtilitatem ſpiritus concurrat ſubtilis materia, tanquàm paſsiuum,& fortis calor tanquàm actiuum, & hęc duo magis ſunt in complexione cholerica, quàm in alijs complexionibus, vt prędiximus: ſequitur, quòd complexio cholerica, magis reddit hominem diſpoſitum ad ſcientiam, quàm alię complexiones, & quia poſt complexionem cholericam minus aggrauatur anima à ſanguinea complexione, quàm ab alijs complexionibus, propter hoc quòd in complexione ſanguinea eſt materia ſubtilior & calor maior, & ex conſequenti ſubtiliores ſpiritus; ideo poſt complexionem cholericam complexio ſanguinea magis reddit per ſe hominem diſpoſitum ad ſcientiam: in phlegmaticis autẽ quamuis non ſit materia per ſe groſſa, ſicut in melancholicis, tamen quia in phlegmaticis eſt humiditas multa, & groſſa & Complexio cholerica diſponit ad ſcientiam.

talis humiditas hebetat calorem, ideo in phlegmaticis magis obtuſus eſt calor, & hebetatus, quàm in melancholicis, qui ſunt ſicci, & ideo quãuis in ratione materię magis eſſent diſpoſiti ad ſcientiã melancholici, quàm phlegmatici, tamen ratione caloris eſt econuerſo; & quia groſſities ſpiritus magis dependet ex obtuſione & hebetatione caloris generantis, quàm ex groſſitie materię, de qua generatur, ideo omnibus computatis magis ſunt indiſpoſiti per ſe ad ſcientiam phlegmatici, quàm melancholici. A

Quæ complexio per accidens magis diſponat ad ſcientiam.

Quantum ad quartum propoſitum videndum eſt, quæ complexio reddat per accidens hominem magis diſpoſitum ad ſcientiam, & dico iuxta doctrinam, quam tradunt medici periti, quòd illa eſt complexio melancholica, quia melancholica complexio reddit hominem cogitatiuum, hoc eſt inquiſitiuum & frequentis & profundę cogitationis, & iſtę ſunt quę multum valent ad acquiſitionem ſcientię; quia profunda & inquiſitiua cogitatio diſponunt ad intelligentiam, vnde ſcripſit philoſophus in libro de memo. & remini. meditationes memoriam in reminiſcendo ſaluant, reddit etiam melancholica hominem ſolicitum, quod multum valet ad acquiſitionem ſcientię, retrahit etiam melãcholica complexio à multis, quę impediunt ſcientiam ſicut ſunt laſciuia carnis & multę alię vanitates mundanę, propterea etiam Magnus Albertus 1. huius tract. explicando diuerſitatem hominum in acquirendis ſcientijs dicebat, quòd illi homines, quorum intellectus eſt immixtus & purus, & complexio eſt ſubtilis ſpiritus in calido & humido, itaquòd humidum & luminoſum non conſtans per frigidum congelans, nec turbatur per calidum exceſsiuum, delectantur ſubtilibus ſtudijs, vt metaphyſicis & diuinis theologalibus: illi autem homines, quorum organum imaginationis eſt temperate ſiccum aptum ad bene ſigillandum figuras, & ſiccum complexionale non pigritatur per frigidum congelans, bene proficiunt in mathematicis; illi vero quorum organum imaginationis eſt medulloſum & purum, & ſpiritus ſunt lucidi & non incraſſati, nec inertes per frigidum congelans, hi delectantur ſtudio rerum naturalium, & hæc cõplexio eſt phlegmatica declinans tamen ad ſanguineã aliquantulum vel cholericam, illi autem, quorum congelati ſunt ſpiritus & non bene clari propter frigus condenſans, in nullo ſtudio ſubtile proficiunt, & contentantur hiſtorijs, exemplis, rhetoricis, & quibuſdam ſenſibus ſuperficialibus, & hęc complexio eſt mere phlegmatica, quæ ex humido in nulla re ſubtili firmatur: complexio autem mere melancholica ex frigido craſſo & terreſtri nulli ſtudio per inquiſitionem apta eſt, ſed magis eſt receptiua reuelationum, & ſuperiorum impetuum, vnde efficiuntur poetę naturales patientes diuinum furorem, & vaticinatores naturales.

Circa mediū

Cap. 5. B

Qui homines delectantur hiſtorijs. C

Quoad quintum propoſitum ponendę ſunt aliquę propoſitiones determinatiuę principalis quęſiti, & prima eſt. Omnes homines appetunt metaphyſicam, ſed non in propria forma, ſed in alijs ſcientijs, quę non mouent appetitum hominis, niſi in virtute illius ſummæ ſapientiæ: patet quandoquidem ſicut in cauſis agentibus, ita in finalibus iudicandum eſt; ſed cauſæ agentes inferiores ſiue medię agunt in virtute primę cauſæ, hinc videmus, quòd ignis, cum ſit maxime actiuus inter omnia corporalia elementa, non agit niſi in virtute corporis cæleſtis; ſic inferiores fines non mouent niſi in virtute vltimi finis, propterea aliæ ſcientię ab iſta noſtra metaphyſica non mouent niſi in virtute huius, quia eſt vltimus finis ſeu felicitas ipſius hominis, quam ex viribus naturæ acquirere poteſt.

Omnes ſcientię mouēt in virtute metaphyſicæ.

Secunda propoſitio eſt, Magni ſecundum dimenſionem longitudinis, & parui ſecundum alias duas dimenſiones maxime vt in pluribus & per ſe ſunt diſpoſiti ad ſcientiam, patet & hęc ex ſupradictis, quia cholerica complexio maxime diſponit per ſe ad magnitudinem ſecundum longitudinem, & non ſecundum latitudinem, & ſpiſsitudinem. D

Nani nō sūt apti ad ſcientiam.

Tertia propoſitio, Parui, vt ſunt nani ſecundum omnem dimenſionem, non ſunt ita diſpoſiti per ſe ad ſcientiam, ſicut ſunt magni ſecundum dimenſionem longitudinis: hæc etiam manifeſta eſt per ſe, quia ſupradiximus melancholicam complexionem reddere hominem per ſe indiſpoſitum ad ſcientiam.

Quarta propoſitio, Magni notabiliter ſecundum omnem dimenſionem non ſunt diſpoſiti ad ſcientiam: hæc etiam patet ex ſupradictis. Quinta, mediocriter magni & bene proportionati ſecundum omnem dimenſionem maxime ſunt per ſe diſpoſiti ad ſcientiam, & poſt illos, qui ſunt magni ſecundum longitudinem, & non ſecundum quaſlibet dimenſiones: hęc etiam declarata eſt ſuperius. Sexta propoſitio, mediocriter magni & improportionati ſecundum omnem dimenſionem male ſunt diſpoſiti per ſe ad ſcientiam, ſed peius illi, qui ſunt notabiliter magni ſecundum omnem dimenſionem. Ex his dilucidatur dictum Ariſt. 7. ethi. nec paruos vt in pluribus eſſe humiles, nec magnos vt in pluribus eſſe ſapientes dicimus.

Cap. 14.

Poſtre-

A Poſtremo ſoluendę ſunt difficultates, quę oriri poſſunt ex ſupradictis. Et prima eſt, quia cum vnumquodque feratur in ſuum finem naturaliter, & metaphyſica ſit finis naturalis ipſius hominis: igitur homo naturaliter appetit metaphyſicam, preſertim cum quilibet hominum naturaliter appetat eſſe ſapientem; ſed metaphyſica eſt maxime ſapientia, vt dixit Ariſt. 1. huius: igitur quilibet hominum naturaliter appetit metaphyſicam. In prologo.

Sed facile ſoluitur hęc difficultas animaduertendo non omnes homines ponere ſapientiam in metaphyſica inueniri, quandoquidem multi ſunt aſſerentes illos eſſe ſapientes, qui ſunt aſtuti in ſagacitatibus ſecularibus, & tamen errant in apprehenſione beatitudinis, cum dicat Auer. 1. phyſi. ſapientes de neceſſitate oportet eſſe virtuoſos in omnibus ſpeciebus virtutum moralium, quæ ſunt iuſtitia, tēperantia, fortitudo, magnanimitas, liberalitas, veritas, fiducia, manſuetudo, & aliæ de virtutibus hominum; illi autem, qui aſſerunt ſe eſſe ſapientes, & non ſunt, ſpernunt metaphyſicos, nec non & ludibrio ipſos habent, vocando eos philoſophos, improbando eos nihil de mundo ſcire, quod certe verum eſt, quia, vt docet Euangeliſta Ioannes in canonica ſua, omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupi-
B ſcentia viię, aut ſuperbia oculorū; hæc autē omnia longe ſunt (practice loquendo) à metaphyſicis, qui non errant in apprehenſione finis, nec in proſecutione ſicuti ſapientes huius mundi faciunt. Et ad illud quod dicebatur, quòd quilibet homo appetit naturaliter eſſe ſapientem, igitur & metaphyſicam, cum ſit ſapientia, & ſic omnes homines debuiſſent eſſe metaphyſici. Conceditur hoc eſſe verum, licet non omnes homines appetant eam in propria forma, ſed in virtute, vt dictum eſt. In prologo. Quales ſint metaphyſici. Epiſt. 1. c. 2. Quales ſunt ſapientes huius mundi.

Secunda eſt dubitatio circa illud dictum ſuperius, nempe complexionem ſanguineam correſpondere veri, hoc enim falſum videtur eſſe, quia in vere multæ generantur infirmitates, & tamen illa complexio ſanguinea eſt nobiliſſima, quomodo igitur poterit veri correſpondere?

Sed facile ſoluitur conſiderando infirmitates, quæ in vere ſunt, generare propter temporis bonitatem, quia natura ipſa adiuuatur beneficio temporis ad expellendam malam materiam, quæ in corpore erat latens, & in illa repugnantia naturæ contra malam materiam ſentitur afflictio, & prouenit infirmitas. Quare in vere generātur infirmitates.

Tertia difficultas eſt propter illud, quod ſupradiximus complexionem melancholicam mi-
C nime aptam eſſe ad magnitudinem corporalem ſecundum omnem dimentionem. Sed hoc dictum videtur eſſe falſum, quia aliquando reperiuntur multi melancholici cum corpore valde magno. Sed remouetur & hæc dubitatio conſiderando in corpore humano melancholicā eſſe aliquādo valde magnā, & accidere ex magna abundantia materiæ, quando autē diximus complexionem melancholicam eſſe minus aptam ad magnitudinem corporalem, quàm alias cōmplexiones, hoc intelligendum eſt ſuppoſita æqualitate materiæ, quia tantum de materia ſanguinea magis eſt extenſibile, quantum de materia melancholica. & ſic dicimus etiam de materia cholerica, & phlegmatica, quòd quælibet illarum aptior eſt ad maiorem extenſionem quàm materia melancholica, ſupponendo quòd non ſit plus de materia melancholica, quàm de phlegmatica vel cholerica. Accidit etiam quandoque cholericos quantum ad complexionem naturalem fieri melancholicos accidenter propter nimiam aduſtionem cholerę, & ita inueniuntur magni ſecundum dimentionem longitudinis quandoque melancholici. Poteſt etiā contingere ꝙ aliqui habentes corpora ſanguinea, vel phlegmatica, vel cholerica, habeant tamen materiam melancholicam in organis ſenſitiuarum interiorum, per quam in actibus
D ſuis ſic ſe habent, vt videntur quandoque ac ſi totius corporis complexio melancholica ſit. Melancholici aliquando inueniuntur longi.

Quarta dubitatio circa illud, quòd dictum eſt cholericos magis eſſe diſpoſitos per ſe ad ſcientiam, quàm ſanguineos vel phlegmaticos, & tamen Ariſt. 2. de anima voluit molles carne eſſe aptos mente: nunc autem ſanguinei & phlegmatici videntur habere carnes molliores, quàm cholerici, quia mollicies per naturam humida videtur eſſe, & complexiones iſtæ humidę ſunt: complexio autem cholerica ſicca eſt. Tex. 94.

Ad quam dubitationem reſpondentes dicimus in carne reperiri quandam mollicie m aqueam, quæ quidem vt in pluribus eſt in carnibus mulierum & phlegmaticorum, & hoc non reddit hominem aptum ad ſcientiam. Datur etiam & alia mollicies in ipſa carne, quæ eſt aerea, & hęc reperitur in ſanguineis; & iſta reddit hominem aptum ad ſcientiam. Eſt & tertia mollicies aliquando in carne, quæ eſt ignea, & hęc eſt per naturam raritatis, quę reddit hominem aptiſsimum ad ſcientiam; & hęc propria reperitur in cholericis. Quæ mollicies carnis reddat homines aptos ad ſcientiam.

Quinta dubitatio accidit circa illud dictum; quòd melancholici nō ſunt per ſe bene diſpoſiti ad ſcientiam, cum tamen videamus quoſdam melancholicos eſſe ſubtiliſſimi ingenij. Ad quam dubitationem dicimus contingere quandoque melancholicos in omnibus alijs parti-

bus corporis habere in omnibus organis virium ſenſitiuarum interiorum complexionem ſimilem, quam communiter habent cholerici & ſanguinei in illis locis; nec mirum, quia accidit quandoque hominem vnius complexionis habere aliquod membrum complexionis diuerſę, quòd etiam inueniantur melancholici ſubtiliſſimi ingenij, hoc ſępius contingit per hoc, quòd cholerici fiunt melancholici accidenter propter aduſtionem cholerę, de iſtis autem non negamus cum ſint multi apti ad ſcientiam, ſed intelligimus hoc de melancholicis naturaliter, ſi non diſcordat complexio, quam habent in organis virium ſenſitiuarum interiorum ab illa corporis complexione, illi enim ſunt minime apti per ſe ad ſcientiam. Ex his omnibus apparet manifeſte (ni fallor) expoſitio & declaratio verborum Ariſt. in præſenti contextu, vbi iuxta interpretationem Alex. & omnium bonorum interpretum poſuit differentias auditorum hominum, quibus inter ſe propter complexionem & conſuetudinem differunt; nam qui ſunt mathematicis aſſueti, hi dictorum demonſtrationes mathematicas omnino, & exactas requirunt, aliter explicatas non admittunt, quibus autem per exempla diſcere mos eſt, ita docentibus delectantur, iam qui poematis gaudent, & in his ętatem conſumpſerunt diſputantes ferre nequeunt, niſi poetam quempiam dictorum teſtem adhibuerint. Item quidam omnia accurate perquirunt. Sunt qui exactam perquiſitionem abhorreant, vel quia laborant nec id cõſequi poſſunt, vel quia nimium accurate diſcutere hominis eſſe putant minutiſſima quæque ad calculos reuocantis. Patet etiã ex his, quæ diximus dilucidatio prępoſiti quæſiti, & qui de his exactius perſcrutatiõne deſiderat, legat S.Th. 1.2. vbi de diuerſis paſſionibus hominum diſputat, & de diuerſis cõplexionibus & conſuetudinibus, quibus ad diuerſa inclinantur.

Dilucidatio verborum Ariſt. de mente Alex.

q. 46. & ĩfra.

Quoniam abſurdum eſt ſimul ſcientiam, & modum ſcientiæ quærere, &c. Tex. 15.

Vtrum logica ſit ſcientia.

Dilucidatio vndecima.

VERBA hæc ab omnibus fere expoſitoribus interpræ̃tantur, quòd per modum ſcientię intendit Ariſt. ipſam logicam, vnde S.Tho. aſſerit, non facile homo ſimul duo capere poteſt, ſed dum duo reſpicit neutrum intueri poteſt, & propter hoc prius logicam, quam alias ſcientias addiſcere tenetur, quia logica tradit communem modum procedendi in omnibus alijs ſcientijs. Idem etiam aſſerit Auer. exponendo pręſentem textum volens logicam eſſe vniuerſalem omnibus ſcientijs, & malum eſt quęrere aliquã ſcientiam & modum ſecundum quem declaratur illa ſcientia, & ponit exemplum de illo, qui cum acceſſit ad infirmum ſtatim propinauit ei medicinam, & poſtquam reuerſus eſt in domum reſpexit librum, & mortuus eſt infirmus, vnde prius debet medicus addiſcere medicinã, quàm intendat hominem medicari. Ex his ergo quæ & Ariſt. & S. Tho. & Auer. dicunt, clare accipere poſſumus logicam eſſe modum & artem ſciendi, & ſi ita eſt, igitur non eſt ſcientia, quia modus & ars ſciendi, ſcientia eſſe nequit, iure ergo quæritur à nobis de hac re, præſertim cũ ſit antiqua diſputatio inter philoſophos, vnde Auicen. in principio ſuę dialecticæ ſtatim aggreditur quæſitum hoc, quod in Ariſt. certe difficillimum eſt, quia ſcientia in doctrina peripatetica eſt ſolum de neceſſarijs & perpetuis, vt ſcribitur 1. poſt. ſed logica non eſt huiuſmodi, cum tractet tantummodo de ſyllogiſmo, & de alijs operationibus intellectus noſtri, quæ omnia ſunt contingentia & temporanea; igitur minime poteſt ſcientia nominari.

Egregiũ exẽplum de medico.

Cap. 1.

Tex. 5.

Boetius quoque ſuper librũ Porphy. dubitauit de hac re, quia cũ logica ſit de entibus rationis, quæ ſunt entia diminuta & ſecundũ quid, & ſciẽtia debet eſſe de ente ſimpliciter; nullo pacto videtur eſſe aſſerendũ ipſam eſſe ſcientiã. Sic etiam & Themiſt. 1. poſt. fuit anceps in quæſito hoc, videns logicam ipſam eſſe organum & inſtrumentum, quo alię ſcientiæ acquiruntur, & nihil determinate tractare; at ſcientia non organum aut inſtrumentum eſt, ſed circa obiectum proprium & peculiare verſatur: igitur cum oppoſitas conditiones habeat ad ſcientiam, nullo pacto eſt aſſerendum ipſam eſſe ſcientiam: propterea multi fuerunt ex logicis & philoſophis,

Ens rationis eſt ens diminutum.

Cap. 14.

Logica eſt inſtrumẽtũ.

A ſophis, qui hanc ſententiam proſecuti ſunt, exiſtimando logicam non ſcientiam, ſed artem &
modum ſciendi, & prȩſertim cum expreſſe doceat Ariſt. 6. ethic. habitus intellectus eſſe quin- Cap. 3.
que nempe ſapientiam, intellectum, ſcientiam, & prudentiam, & artem; ſed logica non eſt ſa-
pientia, non intellectus, non ſcientia, non prudentia; igitur erit ars, cuius proprium eſt diri-
gere operationes intellectus, & promptas ipſas reddere ad acquirendas alias ſcientias, ſic etiã
& Galen. in incitatorio ad artes videtur inter artes ipſas numerare.

Extremam tamen ſententiam multi tenuerunt volentes logicam nedum eſſe ſcientiam, ſed
perfectiſſimam inter omnes alias ſcientias, & hæc videtur eſſe ſententia Stoicorum, vt appa- Opinio Stoicorum de logica.
ret ex Alex. in initio 1. Topic. quia communiter quatuor conditiones ſcientię videntur con-
uenire, quarum prima eſt, vt ille qui habet ſcientiam, putet aliter eſſe non poſſe: ſecunda vt
ſit de ſubiecto ſcibili neceſſario & æterno: tertia vt addiſci poſſit ex præcognitis: poſtremo vt
ſit & habeatur per demonſtrationem: hę autem conditiones manifeſte logicæ conueniunt,
vt patet diſcurrenti per omnes. Prima enim conditio conuenit logicę, cum quilibet eam ha-
bens exiſtimet aliter eſſe non poſſe, terminos, orationes, ſyllogiſmos, eorumq. ſpecies, niſi vt
B in logica exprimuntur. Sic etiam & ſecunda conditio, ęterna enim ſunt & immutabilia quę
ſpectant ad naturam demonſtrationis, definitionis, & ſpecierum ſyllogiſmorum. Tertia con-
ditio patet longo progreſſu ex 1. lib. poſt. vbi nedum exprimitur logicam eſſe ex præcognitis, Tex. 2.
ſed etiam enucleantur quę ſunt illi præcognita. Vltimã etiam conditionẽ, quòd in logica fiant
demonſtrationes, oſtendit Auer. 1. poſte. vbi dicit locum iſtum non eſſe perſuaſiuum, ſed de- Commẽ. 43.
monſtratiuum, & Ariſt. eodem lib. cum multa probaſſet ex communibus aſſerit ea ſe velle Tex. 36.
probare analytice, ideſt demonſtratiue, vt Philoponus exponit: 2. quoque poſter. docebat Commẽ. 36.
Auer. in logica eſſe demonſtrationes; nec obſtat (dicebat) quòd demonſtrationis non eſt de-
monſtratio, quia ſicut ex Alex. accipimus 1. topic. definitionis poteſt eſſe definitio, ſic etiam Cap. 4.
& demonſtrationis poteſt eſſe demonſtratio. Et confirmatur hęc ſententia, quia logica non
eſt fides, neque opinio; igitur erit ſcientia; patet antecedens, quia logicus non credit ſua ali-
cui, neque opinatur ita eſſe; ergo perfecte ille cognoſcit; ſic ſequitur eſſe ſcientiam.

Pro indagatione veritatis oportet vt procedamus eo modo, quo Ariſt. docuit 1. poſte. & 1. Tex 6.
phyſi. media via relinquendo extrema, vnde diſputans ibi cum antiquis de rebus ſcibilibus Media via eſt incedendum.
C dixit eſſe aliquos; qui dicebant omnium eſſe ſcientiam, aliquos vero nullius rei fore ſciẽtiam,
de phyſicis quoque voluerunt nonnulli omnia generari & corrumpi, alij ex toto negabant ge
nerationem & corruptionem, ſed Ariſt. media via inceſſit diſſoluendo vtrumque quæſitum.
Ad primum dixit aliquorum eſſe ſcientiam nempe concluſionum, aliquorum vero non, vt pu
ta principiorum, quæ non ſciuntur, ſed intelliguntur. Secundum etiam quęſitum diſſoluens
dixit quædam eſſe æterna, quędam vero generari & corrumpi. Sed vt manifeſtior appareat no
bis hæc veritas, ſciendum eſt duo eſſe nomina huius rei, de qua diſputamus. primum dicitur
dialectica, quam Cicero interpretatus eſt diſceptatricem 3. lib. de finibus. & Quintil. lib. 2. Cap. 12.
vertit diſputatricem. Alexander vero lib. 1. topic. dixit dialecticam ſignificare idem quod diſ- Cap. 1.
ſerere, ideſt vti ratione, quæ poſita eſt in interrogando & reſpondendo, & ſic etiam Plato in
Alcibiade dixit dialecticum eſſe vtentem ratione, & propterea Stoici ſolum dialecticum ſa-
pientem appellabant, vt habetur ex Diogene in vita Zenonis Stoici, quia ſolus ipſe vtitur ra-
tione, & propterea perfectiſsimam ſcientiam eſſe dialecticam volebant. Ariſt. 1. topic. defi- Cap. 1.
niens ipſam dialecticam, vt notat Ammonius in prȩfactione prædicamentorum dixit, quòd
D eſt methodus, qua de omni propoſito problemate probabiliter diſputare poſſumus, & 1. elen. Cap. 11.
dixit dialecticam non verſari circa determinatum genus, ſed circa omnes res, ac proinde pro-
bare vtranque partem contradictionis, & 1. poſte. nec non & 4. huius aiebat, circa idem genus Tex. 34.
verſari dialecticum, ſophiſticum, & philoſophum; ſed dialecticus probabiliter, ſophiſticus ap Tex. 5.
parenter, philoſophus vero ſcientifice, vnde concludendo dicimus hoc nomen, dialectica, Diuerſitas inter artifices.
vniuerſaliter pro tota arte vſurpari, & hęc eſt communis ſententia latinorum, quia diale-
geſte apud Platonem ſignificar vti ratione, & hoc conuenit omnibus partibus logicæ
& propterea tota logica hoc nomine, dialectica, vocari poterit, quia pars logicę, quę diale- Tota logica poteſt dialectica vocari.
ctica vocatur, eſt amplior ceteris partibus logicæ, & ideo tranſtulerũt nomen huius partis ad
totam facultatem.

Sed deſcendendum eſt modo ad declarandum aliud nomen iſtius facultatis, quare dica-
tur logica, vt ſępius Ariſt. in libris ſuis appellat rationes logicas & logice agere; ſic etiam Ale-
xander in initio priorum: Simplicius in initio prædicam. & Cicero 1. libro de finibus, & Pla-
to in dialogo Theages aſſerit, quòd hoc nomen, logos, tria ſignificare videtur: primo idolum Logos tria ſignificat.
mentis expreſſum voce, ideſt ſermonem: ſecundo diſcurſum per elementa in totum, ideſt ar-

gumenta-

gumentationem. tertio definitionem, ſic etiam apud Ariſt. logos ſignificat ſermonem, tam in- A
ternum, quàm externum, de quo duplici ſermone mentionem fecit Galen. in exortatorio ad
ſcientias, aſſerens logicam ſermocinalem verſari circa ſermonem internum per ſe, externum
autem per accidens, tanquàm ſignum interni; logos etiam ſi ſignificabit argumentationem
tunc dicetur totam occupari circa argumentationem, vel ſaltem maximam partem, ſin autem
logos ſignificabit definitionem, vt videtur apud Ariſt. in ante prędicam. ponentem definitio-
nem vniuocorum, ęquiuocorum, & aliorum, tunc logica dicitur à definitione, non quòd ſo-
lum de ea diſputet, ſed tanquam à nobiliſsima parte & inſtrumento; ſi etiam logos rationem
Quare logica dicitur rationalis. ſignificabit ideſt mentem, tunc dicitur rationalis, vt in initio perhier. exponit S. Tho. non ꝙ
ſit in ratione, vel à ratione proficiſcatur, ſed ꝙ dirigat actionem mentis, & quia verſatur cir-
ca ens rationis.

Secundo notandum eſt apud Ariſt. & eius interpretes varia ſignificatione rationes logicas
reperiri: primo rationes logicę dicuntur illę, quę procedunt ex probabilibus & com-
Cap. 6. munibus, vt indicat Ariſt. 2. de gener. ſic etiam dixit 8. phyſicorum logice agere, ideſt pro-
Tex. 70. babiliter, vt Simplicius & Auerro. ibi interpretantur. Secundo rationes logicæ dicun- B
Tex. 40. tur, quę in vtranque partem affirmantur, vt rationes quibus probantur principia eſſe contra-
Tex. 50. ria & plura 1. phyſico. & etiam in 3. vbi diſputatur de actione & paſsione, an ſint idem mo-
Tex. 19. tus vel diuerſus. Tertio dicuntur logicæ rationes, quæ ſunt veriſimiles non in re, ſed in ratio-
ne, vt rationes Zenonis, quibus probabat motum non eſſe, vt eſt videre apud Simplicium 3.
Commē. 19. phyſi. Quarto rationes logicę dicuntur quæ procedunt ex falſis & ex propoſitionibus non
Commen. 4. conuenientibus, vt 12. huius docet Alex. Quinto dicuntur rationes logicę, quæ conſtant ex
Commē. 35. terminis logicis, vt ſcripſit Auer. 12. huius, & hę ſunt vere logicę rationes.

Cap. 5. Tertio ſciendum eſt, vt ſcripſit etiam Auer. 1. prior. logicam duplicem eſſe, naturalem & ar-
Cap. 8. tificialem; naturalem eam voluit Ariſt. 1. elencho. qua idiotę ſyllogizant ſine arte, & natura-
liter, quia cum habeant quandam potentiam eis inſitam, per illam diſcurrere poſſunt de noto
ad ignotum, logica vero artificialis illa eſt, qua artificialiter homines recta ratione & ſine er-
rore per extrinſecum principium ſyllogizant, quia ars eſt principium extrinſecum, ſicut natu
Logica naturalis & artificialis quomodo differant. ra intrinſecum, & propterea tripliciter differunt logica naturalis, & artificialis. Primo quia ha
bens logicam naturalem ex principio innato & intrinſeco ſyllogizat, habens vero logicam C
artificialem per principium extrinſecum dicitur ſyllogizare. Secundo habens logicam natu-
ralem non poteſt certe & ſine errore ſyllogizare, quia non ex pręcognitione finis, habens vero
artificialem hæc omnia operatur. Tertio habens logicam naturalem, ſi errat non poteſt ſe ip-
ſum ab errore corrigere; ſed habens logicam artificialem cum errat, poterit ſe ipſum quàm
primum corrigere, quia ex cognitione artis & regulę operatur: hinc ſequitur neceſſario lo-
gicam Ariſt. neque eſſe pręciſe naturalem, neque artificialem, ſed mixtam & compoſitam ex
Cap. 1. vtraque, quia non poteſt eſſe artificiale ſine naturali, vt colligitur ex Ariſt. 2. ethic. vbi dixit,
quòd non poſſumus aliquid agere artificialiter, niſi habeamus potentiam naturalem: ergo lo-
gica ipſa artificialis ad hoc vt ſit completa, neceſſario requiritur vt exordium ſumat à natura-
Commen. 2. li, & ſequatur naturam ipſam, quandoquidem Auer. 1. cæli dixit, quòd leges artis tunc bonæ
ſunt quando imitantur naturam, & propterea arguit Galenum, quòd non detur quarta figu-
ra, quia non inſequitur modum naturę.

Lect. 4. Quarto notandum eſt, vt docuit S. Tho. 4. metaphyſi. logicam iſtam diſtingui & ſecari in
Logica eſt duplex vtens & docens. duas partes, non realiter diſtinctas, ſed tantum ſm rationem in logicam vtentem, & docen- D
tem, logica enim docens illa eſt, quæ docet nos prędicabilia prędicamenta propoſitiones, ex
quibus conficiūtur ſyllogiſmi prioriſtici, poſterioriſtici, topici, & ſophiſtici: logica vero vtens
eſt qua vtimur in alijs ſcientijs ad diffiniendum, demonſtrandum, arguendum probabiliter
atque ſophiſtice; hanc etiam diſtinctionem ſecutus eſt Scotus in quæſtionibus ſuis ſuper Por-
Quæſt. 3. phy. & poteſt colligi ab Ariſt. 1. topic. & Clarius ab Auer. in paraphraſi, vbi habetur, quòd lo-
Cap. 2. gica completur duabus rebus cognitione & vſu rerum cognitarum.

Sed hanc diſtinctionem quidam neoterici nituntur labefactare aſſerentes S. Tho. errare,
quia logica non vtitur inſtrumentis ſciendi, nec etiam vti poteſt, ſed potius alię ſcientiæ & ar-
tes vtuntur logica, propterea nõ debet dici logica vtens, ſed potius vſitata, & hoc voluit Auer.
in ephito. metaphy. huius libri, vbi dicit, quòd logica vſitatur in ſcientijs & actibus duobus
modis, Primo vt eſt methodus quædam ſeu inſtrumentum dirigens intellectum, vt poſsit ſe-
cernere verum à falſo, & hic modus eſt proprius ipſi logicę. Secundo artes & ſcientię vtuntur
logica quatenus accipiunt declarata ab ipſo logico: ecce quomodo logica non debet dici vtẽs:
male ergo S. Tho. vſus eſt hac diſtinctione.

A Sed pace iſtorum dixerim, videntur facere vim in vocabulis attendendo ad voces relinquendo res ipſas, exiſtimando etiam logicam docentem & vtentem eſſe habitus realiter diſtinctos, quod tamen falſum eſt; quia eſt vnus & idem habitus ſecundum diuerſas coſiderationes docens & vtens dictus, ſicuti vnus & idem malleus eſt quem docet facere faber ferrarius, & quo vtitur fabricator, & illud vocabulum vtens ſumendum eſt paſſiue & non actiue, vt dicamus logicam vtentem, id eſt exercitam, qua tractatores aliarum ſcientiarum vtuntur: ſic etiam ſyllogiſmus declaratus in libro poſter. vt inſtrumentum demonſtrandi eſt, quo vtitur phyſicus ad demonſtrandas paſsiones de ſuo ſubiecto: eſt ergo ſolida diſtinctio poſita à S. Tho. ſubtiliter intellecta, & nullo pacto reprehendenda. Defenditur S. Tho. contra neotericos.

Iſtis ſic ſtantibus, pono modo aliquas concluſiones, quarum prima eſt. Logica ſiue docens ſiue vtens ſeu vſitata & exercita non eſt proprie & perfecte ars; quia omnis ars propria & perfecta eſt vel actiua vel factiua, vt docuit Ariſt. 6. ethico. ſed logica neque eſt actiua neque factiua: igitur non eſt proprie ars; minor probatur, quia logica non eſt moralis, neque docet regulas operandi circa exteriorem materiam, ergo &c. Deinde ars propria eſt eorum, quorum principium eſt in voluntate, vt in eod. lib. 6. ethic. patet; ſed principium eorum, quæ tractantur in logica eſt intellectus, vt ponit Ariſt. 4. huius: ex his patet logicam non eſſe proprie artem, ex qua concluſione ſequitur non eſſe ſimpliciter neceſſarium ipſam antecedere omnes alias ſcientias ordine doctrinæ, quia neceſſarium ſimpliciter eſt illud, ſine quo aliquid eſſe non poteſt, vt patet 5. huius: ſed multę ſcientię poſſunt haberi ſine logica, immo fere tota geometria & arithmetica addiſci poſſunt ſine logica, & de Hippocrate dicitur, quòd perfecte ſciuit medicinam, & tamen nihil ſciuit de logica, ideo dicitur antecedere omnes alias ſcientias ordine doctrinę ex ſuppoſitione finis, ſine quo nō poteſt haberi perfecte ille finis; ſine enim logica quis non perfecte poteſt ſyllogizare & ſcire concluſiones aliarum ſcientiarum facile & prompte ſine errore. Cap. 10. Logica non eſt ars. Cap. 5. Tex. 26. Tex. 6. Hippocrates ſine logica didicit medicinam.

B (margin, beside "cipium eſt in volúntate")

Secunda concluſio eſt, Logica dicitur eſſe facultas organorum ſeu inſtrumentorum deſeruientium omnibus artibus & ſcientijs, probatur ex Ariſt. 1. topic. & ex Auer. in epito. logical. vbi habetur, quòd artes logicales ſunt ſcientijs & artibus auxiliantes, id eſt docent inſtrumenta deſeruientia artibus & ſcientijs; propterea conſumata cognitio huius facultatis non habetur niſi per doctrinam à magiſtris vel propria inuentione, quæ magno errandi periculo & C Longo labore fit. Cap. 9.

Tertia concluſio, Logica docens habet rationem ſcientię, ſed non perfecte; probatur, quia perfecta ſciētia eſt circa ens reale, logica autem eſt circa ens rationis: ergo, &c. & licet generet certum habitum & euidentem rei neceſſarię per ſuam cauſam logicalem, & tradantur concluſiones, tamen non eo modo quo in phyſica, aut geometria, & metaphyſica, propterea dico, quòd licet vocetur ſcientia, non tamen habet perfectam rationem ſcientiæ, & hoc diſerte voluit Scotus 1. ſenten. vbi docet ſcientiam ſtricte ſumptam quatuor debere includere; nempe quòd ſit cognitio certa, hoc eſt abſque deceptione & dubitatione: de cognito neceſſario; cauſata à cauſa euidente, intellectui applicata ad cognitum per diſcurſum ſyllogiſticum, & hæc apparent ex definitione ſcire 1. poſter. quæ omnia conſiderans Caietanus in 1. p. S. Tho. docuit theologiam non habere perfectam rationem ſcientiæ, ſic etiam dico de logica; & quia ſcientia imperfecta non eſt extra latitudinem ſcientię; propterea grauiſsimi auctores dixerunt logicam eſſe ſcientiam, alij vero negarunt, quia poteſt vtraque pars ſubſtineri. Logica docēs eſt ſcientia. In plog. q. 3. Laudat Scotus. Tex. 5. q. 1. art. 2. Theologia eſt ſcientia.

D Et ſi dicis, quòd eſt perfecta ſcientia rationalis, licet non realis, & ſic etiam dicitur perfecta ars, vt videtur ſcribere Auer. 1. phyſi. vbi loquens de Ariſt. dixit, quòd fuit inuentor harum trium artium nempe logicæ, ſcientię diuinę, ac naturalis ſcientię, eaſque ipſe perfecit. Reſpondemus ſcientiam rationalem non eſſe proprie & perfecte ſcientiam, aliter grammatica, rhetorica, & poetica eſſent verę ſcientiæ, ſed communiter & largo vocabulo appellantur ſcientiæ, & hoc pacto Ariſt. in antepręedicam. vocauit grammaticam ſcientiam, quando dixit, quòd ſcientia eſt in ſubiecto vt in anima, & de ſubiecto dicitur vt de grammatica; ſic etiam & Auer. largo vocabulo locutus eſt de artibus, ſed preſsius loquendo & proprie, neque logica eſt ſcientia, cum deficiat ſibi aliqua conditio perfectę ſcientię, prę ſertim cum in ea non ſint verę & proprię cauſę in eſſendo & cauſando, per quas fiat demonſtratio ſimpliciter, dans eſſe & cauſam; patet ergo, quòd neque phyſica neque metaphyſica ſunt verę & proprię artes, neque logica vere & proprie ſcientia. In prologo. Cap. 2. Grammatica eſt ſcientia.

Ex iſtis ſequitur error quorundam neotericorum, qui affirmant logicam docentem eſſe vere & proprie ſcientiam, moti hoc argumento, logica eſt habitus generans aſſenſum neceſſariū & euidentem per demonſtrationem: igitur logica eſt vere & proprie ſcientia, conſequentia patet, an- Error Neotericorum.

Syllogiſmus demonſtratiuus generat ſcientiam. tet, antecedens ita probant, logica demonſtrat euidenter, quòd ſyllogiſmus demonſtratiuus generat ſcientiam, & quòd ſyllogiſmus dialecticus procedens ex probabilibus generat opinionem, & quòd ſyllogiſmus ſophiſticus procedens ex apparentibus fallit apparenter, tamen neceſſaria & euidens concluſio eſt, quòd ſyllogiſmus dialecticus faciat opinionem, & quòd ſophiſticus faciat apparentiam, quàm q; demonſtratiuus generet ſcientiam, & ſic logica quoad omnes ſuas partes erit ſcientia, quia pari lance demonſtrat Ariſt. in libris topic. quando valeat argumentatio à genere ad ſpecies, & à toto ad partes, & per alios locos topicos, & quòd in prędicamentis ſubſtantia non poſsit eſſe in ſubiecto, & in libris perihier. demonſtrat alteram partem contradictionis eſſe veram, alteram vero falſam, & ſic diſcurrendo per omnes libros logicales Ariſt. apparet manifeſte logicam eſſe ſciētiam, loquendo de logica docente, quia logica vtens ſeu vſitata clarum eſt quòd non eſt ſcientia. A

Tex. 1. Sed allucinantur iſti ſic dicentes, cum expreſſe aduerſentur Ariſt. 4. huius aſſerenti, quòd eſt ſcientia quędam, quę ſpeculatur ens prout ens eſt, ceteræ autem partem entis, & omnes fere interpretes interpretantur, quòd metaphyſica ſpeculatur ens vt ens eſt, aliæ autem ſcientiæ, quę accipiunt partem entis, ſunt mathematicę & naturales: cum ergo logica neque ſit metaphyſica neque mathematica, aut naturalis, ſequitur, quòd excludatur à collegio ſcientiarum. B
Tex. 2. Sic etiam & 6. huius dicit tres eſſe ſcientias ſpeculatiuas, philoſophiam, mathematicam, & naturalem, & nullam mentionem facit de logica, ſequitur ipſam non eſſe vere & proprie ſcientiam, & hoc voluerunt Alexāder, & Philopo. 1. prior. argumentū iſtorum nil aliud concludere, niſi logicam eſſe ſcientiam imperfectam: ex conſequenti eſſe infra latitudinem ſciētiarum, quia perfectum animal & imperfectum ſunt ſub eodem genere.

Soluūtur rationes ad vtrāque partem. Vnde cum poſsit vtraque pars ſubſtineri facile ſoluuntur rationes vtriuſque partis, & prima, quæ fundatur in pręſenti litera, quòd logica ſit modus ſciendi. Aliqui enim interpretantur ipſam logicam artificialem, quę prius non neceſsitate ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione finis addiſcenda venit, & deinde ſcientiæ particulares; quare eſt abſurdum, vt ſimul addiſcatur modus ſciendi, qui eſt logica, & aliæ ſcientiæ particulares, idcirco non eſt ſimul vtrunque quærere, & per modum ſciendi non intelligit philoſophus logicam docentem, quia hæc eſt ſcientia imperfecta, vt dictum eſt, & ſi fiat vis in verbo, ipſe etiam modus ſciendi, cum ſit via ad acquirendas alias ſcientias, non eſt extra rationem ſcientiæ, ſicuti genera- C
Tex. 14. tio, quæ eſt via ad naturam, non eſt extra latitudinem naturæ, vt docuit philoſophus 2. phyſi. via ad naturam eſt natura, ſic etiam via ad ſcientiam eſt ſcientia.

Aliqui autem per modum ſciendi non intelligunt logicam, ſed modum procedendi in diuerſis ſcientijs, & ſic prius debet addiſci hic modus procedendi, quàm ſcientia ipſa. Nos autem ſequimur hic primam expoſitionem, quę eſt S. Tho. & Auer.

Soluitur etiam ratio, quæ ſumitur ex Auicenna, quòd logica eſt de neceſſarijs & perpetuis modo ſuo, ſed non eo pacto, quo phyſica, metaphyſica, & mathematica, & ſic non erit preſsius ſcientia. Soluitur & tertia ratio deſumpta ex Boetio, quòd cum logica non ſit de entē ſimpliciter, ſic non erit etiam ſcientia ſimpliciter. Soluitur & quarta, quæ ſumitur ex Themi. quòd logica eſt facultas organorum & non ipſum organum, & deinde, quòd logica vtens

Logica eſt habit' intellectus. non erit ſic ſcientia ſicuti docens. Soluitur & quinta recentiorum, qui dicebant logicam non eſſe habitum intellectus; ſed falſum eſt hoc, quia ſpectat ad genus ſcientiarum, vt dictum eſt ſupra.

Soluuntur etiam alię rationes contrarię & prima Alex. quia non habet veras & proprias conditiones ſcientię, licet aliquas. Soluitur & ſecunda Auer. quia largo vocabulo ſumpſit locum demonſtratiuum & analyticum. Soluitur & tertia concedendo logicam non eſſe opinionem, neque fidem, ſed ſcientiam imperfectam, & ſic omnes alię rationes, quę adduci poſſunt ex vtraque parte ex his, quę diximus facile ſolui poſſunt, applicando ad diuerſa. D

Prædicamenta primo intētionaliter ſpectant ad metaphyſicum, ſecūdo vero intētionaliter ad logicum. Eſſent hic pertractandæ multæ aliæ difficultates pertinentes ad logicum negotium, præſertim illa, quæ à iunioribus latius diſputatur; quis nam ſit primus liber in logica facultate addiſcendus; an liber periher. vel liber prędicamentorum: ſed quia hoc eſſet potius logicam docere, quàm metaphyſicam: propterea iure ipſam relinquendam exiſtimaui, & tanto magis quia in principio prędicamentorum difficultatem iſtam fuſius diſputauimus: ſcimus enim prædicamenta, vt ſunt ſpecies entis, primo intentionaliter à primo philoſopho conſiderari; vt vero continent genera, ſpecies, differentias, propria, & accidentia, & ſecundo intentionaliter pertinere ad ipſum logicum.

Acribo-

A *Acribologia vero mathematica non eſt omnibus expetenda, &c. Tex. 16.*

An demonſtratio ſufficienter diuidatur in demonſtrationem quia, & propter quid.

Dilucidatio duodecima.

PRÆSENS quæſitũ mouetur hic propter verba Auer. dicẽtis demonſtrationes mathematicas eſſe in primo ordine certitudinis; naturales vero demonſtrationes inſequi eas in hoc, quia certitudo diuerſatur in eadem ſcientia, v.g. ſecundum demonſtrationem ſimpliciter & ſecundum demonſtrationem quia: quibus verbis innuere videtur tantum eſſe duo genera demon-
B ſtrationis, nempe ſimpliciter, & quia; quæ ſententia eſt conformis Ariſt. 1. Cap. 3.
poſter. vbi diſtinguit demõſtrationem omnem, eſſe vel per cauſam, vel per effectum; ſi per cauſam illa erit demonſtratio ſimpliciter, ſi per effectum erit demonſtratio quia, quam etiam ſententiam implicite videtur tangere S. Tho. in expoſitione huius literæ, vbi interpretatur acribologiam, ideſt diligentem & certam rationem non debere inquiri in Acribologia
omnibus rebus, ſed in aliquibus, vtputa in mathematicis, hæc autem certa ratio eſt demon- quid ſit.
ſtratio propter quid, quia in ſcientijs naturalibus vt in pluribus vtimur demonſtratione quia.

Oppoſitum tamen huius doctrinæ docuit Auer. 1. phy. vbi dixit modos doctrinarum eſſe In prologo.
tria genera demonſtrationum nempe ſignorum, ſeu quod eſt, nec non & demonſtrationum propter quid, & poſtremo demonſtrationum abſolutarum vel ſimpliciter, & quod in ſcientia naturali fiunt demonſtrationes ſignorum, & propter quid, raro antem fiunt demonſtrationes abſolute & ſimpliciter, quia hæc reſeruantur in mathematicis. Idem etiam docuit 2. phyſi. vbi Commẽ. 22.
digreditur contra Auicen. de quo aſſerit ipſum peccaſſe peccato maximo, quia cum in poſterioribus audiſſet, quòd nullus artifex demonſtrat cauſas ſui ſubiecti, exiſtimauit hoc eſſe im-
C poſſibile in tribus modis demonſtrationum, ſcilicet in demonſtratione ſimpliciter, & in demonſtratione quia, & in demonſtratione propter quid; & non eſt ita, hoc enim non eſt impoſſibile niſi in demonſtratione ſimpliciter & in demonſtratione propter quid; in demonſtratione autem quia, non eſt impoſſibile, ſicut fecit Ariſt. in demonſtratione primę materiæ, & pri- Prima materia & prim. motor qua ſpecie demõſtrationis cognoſcuntur.
mi motoris. Ex his ergo apparet contradictio manifeſta, ob hoc non erit inutile inquirere veritatem huius negotij, vbi duo manifeſtabimus: Primum enucleabimus quid ſit demonſtratio ſimpliciter, quid demonſtratio propter quid, & demum demonſtratio quia. Secundo reſpondebimus ad contradictionem, demonſtrationem ſimpliciter, volunt nonnulli expoſitores Auer. idem eſſe quòd demonſtratio vniuerſaliter, quia omne quæſitum abſoluit vniuerſale, quod haberi poteſt ſcilicet eſſe & propter quid, omne enim, quod ſciri poteſt de re eſt quæſitum eſſe, & cauſæ, quia ſcientia ſimpliciter per hoc genus demonſtrationis acquiritur.

Alij autem Auerroiſtæ aliter dicunt, quare iſta demonſtratio dicatur ſimpliciter. pro quo notandum eſt, quòd 1. elencho. ſimpliciter dicitur, quòd ſine conditione temporis, vel loci, Cap. 3.
vel ſubiecti eſt tale, vt ſimpliciter album omni loco, omni tempore reſpectu vniuſcuiuſque
D albi, ſine aliqua cõditione temporis, & loci, vel ſubiecti, album dicitur, vt expoſuimus 1. huius Dilucid. 1.
multiplicitatem huius termini ſimpliciter, vnde oppoſitum eius eſt ſecũdum quid, ideſt cum conditione particulari tali, vt ethiops eſt albus non ſimpliciter, ſed cum conditione particulari ſubiecti, ſcilicet ſecundum dentes; ergo albus non ſimpliciter ille eſt, qui cum aliqua conditione albus vocatur.

Secundo eſt animaduertendum, quòd primum analogum eſt illud, quod abſolute & ſine conditione eſt, & nominatur tale, vt ſcribitur in 7. huius, quòd ſubſtantia dicitur prima pars Tex. 2.
entis, & eſt ens abſolute & ſimpliciter ſine aliqua conditione. Aliud analogum, ſeu alia ſpecies analogi, non ſimpliciter & abſolute dicitur tale, ſed cum aliqua cõditione, ſicuti accidens non dicitur ens ſimpliciter, ſed ens ſecundum quid, vt patet 7. huius, ex quo ſequitur, quòd Tex. 2.
demonſtratio ſimpliciter ita vocatur à ſuo fine, quia generat ſcientiam ſimpliciter, ad differentiam aliarum demonſtrationum, quæ non generant ſcientiam ſimpliciter. Vel aliter dicamus ſecundum Tho. 1. poſter. quòd demonſtratio dicitur ſimpliciter, quia ſcientia genita per eam Cap. 44.
eſt ſimpliciter perfecta, cum inſequatur ordinem naturæ, vnde 1. phyſi. illa dicuntur notiora Tex. 2.
ſimpliciter, quæ ſunt nota naturaliter, & apud naturam res eſt propter cauſam; demonſtratio

ergo ſim-

ergo ſimpliciter eſt quæ facit ſcire cauſam naturaliter, quia inſequitur opus naturę, & facit A
ſcire rem ſicut eſt apud naturam, & non apud noſtrum modum cogitandi, & aliquando luci-
Cap. 3. diſsimus Themiſt. 2. poſte. appellauit eam demonſtrationem potiſſimam, & perfectiſſimam,
& abſolutam, quia certificat nos ab omni quęſito. Dicitur etiã hęc demõſtratio propria, quia
facit propriam ſpeciem ſcientię. Dicitur etiam demonſtratio cauſę & eſſe, ſeu cauſæ & inuen-
Comm. 11. tionis ſecundum tranſlationem arabicam. Dicitur etiam potentia definitio 1. poſter. quia mu-
tata forma & ordine eius, fit definitio; vnde ſic definiri poteſt, demõſtratio ſimpliciter eſt de-
monſtratio, in qua medium eſt cauſa in eſſendo; ponitur demonſtratio loco generis, ponitur
medium eſt cauſa, &c. vt differat à demonſtratione quia, vnde in hac demonſtratione ſimul
oſtẽditur prędicatũ ineſſe ſubiecto, & quare ineſt, & propterea vocatur demonſtratio cauſæ &
eſſe, quia & ſi audierim triangulũ, neſciam tamen adhuc an habeat tres, &c. propterea demon
ſtratur mihi, quia figura rectilinea habens angulum extrinſecum, &c. ex hoc ſimul acquiro
ſcientiam, quòd triangulus habet tres & cauſam eius, quia prius erat mihi ignotum eſſe rei,
& cauſa, & poſtmodum innoteſcit vtrunque per ipſam demonſtrationem, vt exemplum cla-
rius ſit apud nos; ſi aliquis ignoret hominem eſſe riſibilem, & propter quid ſit riſibilis, vta- B
tur hac demonſtratione, quia omne rationale eſt riſibile, homo eſt rationalis: ergo riſibi-
lis, per hanc demonſtrationem ego ſcio, quòd homo eſt riſibilis & cauſam propter quam
ita dicitur.

Demõſtratio propter quid declaratur. Cap. 25. Veniamus modo ad declarandam ſecundam ſpeciem demonſtrationis, quæ eſt propter quid, vbi ſciendum, quòd iſta demonſtratio ita dicitur, vt ſcribit Auer. 2. poſter. propter proprium finem, quia quæſitum, quod finaliter notificat, eſt tantum cauſa propter quid eſt effectus, & non eſſe eius. Nominatur demonſtratio dans cauſam, & etiam cur ſit, & quamobrem ſit, & vnde nam ſit, nominatione facta à fine, quia ſolum notificat cur eſt res, & quam ob cauſam eſt res, & à qua cauſa ſit. Verum quia poteſt comparari hæc demonſtratio cauſę ad demonſtrationem quia, & tunc tam demonſtratio ſimpliciter, quàm hæc demonſtratio propter quid dicuntur demonſtrationes cauſę: ſi vero hęc demonſtratio propter quid comparetur demonſtrationi ſimpliciter, tunc temporis dicitur demonſtratio cauſę tantum; demonſtratio autem ſimpliciter dicitur demonſtratio cauſæ & eſſe. Et nota quòd medium huius demonſtrationis aliquando eſt notum prima notitia, quę habetur vel ſenſu vel inductione ſenſata, aliquando autem eſt notum ſecunda notitia, quæ habetur per ſyllogiſmum, & hoc ponitur ad differentiam demonſtrationis ſimpliciter, cuius medium ſemper debet eſſe notum prima notitia, & nunquàm ignotum. C

Sed quæres de hoc exemplum; dico quod clarius dari non poteſt niſi hoc: eſſe illuminationis hodiernæ eſt notum ad ſenſum, & ſolum eſt ignotum propter quid, iſtud propter quid non poteſt demonſtrari niſi demonſtratione cauſę tantum, quia iſta eſt, quę notificat propter quid ſolum, & non niſi ex cauſa ſua, ideſt ex pręſentia ſolis: ſol ergo pręſens eſt cauſa propter quid illuminationis hodiernæ: ſol præſens medium in hac demonſtratione propter quid eſt notum prima notitia, quia patet ad ſenſum, & non per ſyllogiſmum vel notionem ſenſatam, quæ faciunt ſecundam notitiam. Secundum exemplum etiam dari poteſt de hoc negotio,

Exemplum egregium ad oſtẽdendum demõſtrationẽ pp quid. generationem eſſe eſt notum, & non quæritur eſſe, ſed propter quid, quare demonſtratur demonſtratione cauſæ tantum ex cauſa ſua propria, ideſt materia prima, hoc modo, materia eſt, ergo generatio eſt, hæc eſt cauſa propter quam generatio eſt, quemadmodum ſi quis videat lunam eclipſari, & ignorat cauſam, & demonſtretur ſibi, quòd luna ideo eclipſatur, propterea quia interponitur terra inter ipſam & ſolem: hæc ergo proprie dicitur demonſtratio propter quid, vnde ſi quis definitionem huius habere deſideret: dicat demonſtratio propter quid illa eſt, in qua notificatur propter quid ſit effectus, non autem eſſe eius, per quam notificationem differt demonſtratio propter quid à demonſtratione ſimpliciter, & à demonſtratione quia. D

Quæ ſit demonſtratio quia eſt. Tertia ſpecies demonſtrationis eſt demonſtratio quia, quam vocant Auerroiſtæ viam innatam, hoc eſt naturalem, quia illa, quę non oriuntur naturaliter, ſunt illa, quæ procedunt ex effectibus & accidentibus, quę ſunt notiora nobis via naturali, propterea vocant eam viam

Comm. 95. innatam, vt patet 1. poſter. apud Auer. Vocatur etiam demõſtratio à non cauſa, quia medium in ea eſt effectus. Appellatur adhuc demonſtratio quia, ex nominatione facta à fine, quando quidem quod finaliter intendit demonſtrare eſt quæſitum quia. Nominatur & ſyllogiſmus à

Comm. 24. poſteriori nominatione facta à medio, quod eſt effectus, vt docuit Auerr. 1. poſter. Themiſt. appellauit ipſam demonſtrationem ſigni, quia ſignum eſt illud, quo poſito res eſt, futura erit, & poſita fuit, & hoc ſignum eſt duplex, alterum conuertibile & neceſſarium, & hoc facit de-

monſtra-

A monſtrationem quia; alterum non conuertibile neque neceſſarium, & tale facit coniecturam topicam vel poeticam, vt docuit ipſe Themiſt. 1. poſter. Nominatur adhuc demonſtratio ſigni nominatione facta à medio, quia in demonſtratione quia, eſt effectus vel accidens; effectus autem eſt ſignum neceſſarium eſſe cauſæ; patet 1. poſter. Vocatur & demonſtratio eſſendi tantum nominatione facta à fine, quia notificat quæſitum hoc ſolummodo, ſcilicet eſſe cauſæ. Dicitur quoque demonſtratio an ſit, & an cauſa ſit nominatione etiam facta à fine, quia finaliter hoc demonſtrat, an res vel cauſa ſit, & nun aliud. Vocatur adhuc demonſtratio non ſimpliciter nominatione facta à medio, quia medium, quod eſt effectus, eſt tantum nobis notum & non ſimpliciter ideſt ſecundum naturam. Dicitur etiam demonſtratio euidentiæ, quia medium eſt euidens, euidens autem illud eſt, quod eſt ſenſatum, notum, & certum; hoc autem eſt effectus vel accidens ſenſatum, & quia hoc eſt medium in iſta demonſtratione, propterea dicitur demonſtratio euidentiæ. Sed quæres tu definitionem huius demonſtrationis quæ nam ſit. Reſpondetur quòd multiplex definitio dari poteſt, ſed illa, quę communiter datur, eſt hæc: demonſtratio quia, eſt demonſtratio per effectum, vt quando demonſtratur, quòd ſtellæ fixæ

Cap. 4.

Tex. 95.

Demonſtratio quia eſt multis modis declarat.

B ſunt remotæ, quia ſcintillant, vel mulier habet lac in mammillis; igitur peperit, hæc enim procedit ab effectu ad cauſam & eſt eius propria definitio ſeu deſcriptio.

Quantum ad ſecundum, quod fuit propoſitum dicimus facile poſſe cócordari dicta Auer. in diuerſis locis ſuæ doctrinæ, & quòd non repugnent intentioni Ariſt. 1. poſter. quia de facto ipſa demonſtratio ſecundum decreta Ariſt. diuiditur in duo membra, in demonſtrationem quia, & in demonſtrationem propter quid. Auer. deinde ſubdiuidit hoc ſecúdum membrum, ſcilicet demonſtrationem propter quid in duo alia membra, aſſerens hanc demonſtrationem propter quid ſubdiuidi poſſe in propter quid tantum, quæ dat cauſam, & in ſimpliciter, quæ dat cauſam & eſſe, quemadmodum Porphy. in prędicab. diuiſit differentiam in differentiam communiter dictam, & proprie dictam. Deinde ſubdiuiſit iterum aliud membrum, quod eſt differentia proprie dicta in faciendo aliud, & in faciendo alteratum: differentia enim proprie facit alterum, quia facit differre accidente proprio, vt riſibile & rudibile, licet inferat aliud ideſt diuerſitatem ſubſtantialem, quandoquidem illa, quæ differunt paſſionibus proprijs, differunt etiam ſpecificis differentijs. Ex his ergo patet Auer. non aduerſari decreto

Cap. 13.

Quæ differunt paſſionibus proprijs differũt ſpecifice.

C Ariſt. de numero demonſtrationum.

Sed dubitaret aliquis, num demonſtratio quia, vnico tantum modo formari poſſit. Sed facilis eſt ſolutio huius dubitationis, quandoquidem demóſtratio quia tot modis dici debet, quot modis dicitur ipſum quæſitum abſolutum per eam; hoc aut quæſitum eſt duplex; alterum ſimplex: alterum compoſitum; quęſitum ſimplex eſt exiſtentia cauſæ, vt ſi quis voluiſſet demonſtrare ſimplicem exiſtentiam materiæ primæ, hoc modo diſcurrere poterit, generatio eſt; ergo materia prima eſt, hæc enim demonſtratio appellatur demonſtratio, quia ſimplex. Demonſtratio vero compoſita illa eſt, quæ oſtendit exiſtentiam rei compoſitæ cum ſubiecto, vt ſyllogizando ſic, quod habet generationem eſt exiſtens; compoſitum naturale habet generationem; ergo eſt exiſtens. Nec mihi imponas per exemplum primum materiam habere actum exiſtentiæ, vt tenuit Greg Ariminen. 2. ſenten. quòd cum de materia verificari poſſit propoſitio de ſecundo adiacente, quia dicitur materia eſt; ſequitur, quòd ipſa habeat exiſtentiam, quia vt declarabimus 7. huius nullam exiſtentiam ex ſe materia habere poteſt, niſi à forma, per quam cognoſcitur, vt ſcripſit Marcus Antonius Zimara in theore. ſuis dicens, quomodo actus eſt ratio

Quæſitũ duplex.

Diſt. 2.

Error Greg.

Theor. 1.

D intelligendi & cognoſcendi, & quis actus.

Sed dubitaret adhuc aliquis alius, num hęc demonſtratio quia, vel etiam propter quid, poterit eſſe de his, quæ ſunt per accidens, cum ſcientia multa conſiderare videatur, quæ ſunt per accidens, ſicut quòd qualitates & formæ ſunt diuiſibiles per accidens. Ad quam dubitationem dicere poſſumus, ꝙ accidentiũ, de quibus artifex ſcientificus conſiderat, quædam ſunt quę ſunt in ſubiecto eſſentiali & primo, vt par & impar in numero, & quædam exiſtunt ſub ſimilitudine ad accidentia, & exiſtentia in ſubiecto alterius naturaliter, vt Arithmeticus conſiderat de numeris, & Geometer conſiderat de ſuperficiebus, & lineis, & corporibus communicantibus in multis, & de alijs accidentibus contingentibus ſuo ſubiecto, & propter ſubiectum: quod etiam facit philoſophus naturalis in diuiſione continui, quod modo per aſſimilationem, modo per cauſam contemplatur.

Accidentia de quibus eſt ſcientia duplicia ſunt.

Hac diſtinctione ſtante dico, quòd de his, quæ ſunt per accidens per aſſimilationem poteſt fieri demonſtratio quia, cum diuiſibilitas per ſe primo & eſſentialiter competat quantitati & per aſſimilationem ipſi qualitati, iuxta dictum Ariſt. in prædicam. quanta ſuperficies fuerit, tantam albedinem fore dices. poſſumus etiam dicere demonſtrationem

Demóſtratio an ſit de his quæ ſunt per accidens.

Cap. de quantitate.

Commẽ. 20. ſtrationem quia fieri de his, quæ ſunt per accidens non raro, ſed ſemper, vt docuit Auer. 4. phyſi. quòd demonſtrationes non fiunt de his, quæ ſunt per accidens raro, ſed de his, quæ ſunt per accidens ſemper. ex his ergo patet ſolutio ad principale quæſitum, quòd demonſtratio ſufficienter diuiditur prima ſui diuiſione in quia, & propter quid: poſtea demonſtratio ꝑꝑ quid iterum diuiditur in ꝑꝑ quid tantũ, & ſimpliciter, vt fuſius oſtẽdit Auer. 2. cœli, & 8. phyſi. A

Commẽ. 35. Commẽ. 53. Cap. 21.

Sed dubitaret quis circa hæc, quia Ariſt. plures alias demonſtrationum ſpecies poſuit 1. poſter. vtputa vniuerſalis, particularis, affirmatiuæ, negatiuæ, & ducentis ad impoſſibile. Reſpondetur omnes illas reduci aliquo modo ad tria genera ſupradicta, ſiquidem demonſtratio vniuerſalis illa dicitur, quæ facit ſcire ſecundum ſeipſum, & non ſecundum aliud, vt quando aliquis oſtendit hominem eſſe riſibilem per hoc, quod eſt rationalis, dicendo omne rationale eſt riſibile; ſed homo eſt rationalis: igitur eſt riſibilis: iſta demonſtratio dicitur vniuerſalis, quia facit ſcire paſſionem ineſſe ſubiecto ſm ſeipſum, ideſt adæquate, & non ſm aliud, & hanc probat Ariſt. eſſe potiorem & digniorem demonſtrationem pluribus rationibus ipſa demonſtratione particulari.

Demõſtratio vniuerſalis q̃ ſit.

Quæ ſit demonſtratio particularis.

Demonſtratio particularis illa dicitur, quæ facit ſcire non ſm ſeipſum, ſed ſm aliud, ſicut q̃n demonſtratur, ꝙ æquilaterus habet tres angulos æquales, &c. non facit ſcire ſm ſeipſum, ideſt ſecundum ꝙ æquilaterus eſt, ſed ſecundũ aliud, videlicet ſecundum quòd eſt triangulus. Vbi aduerte quòd particulare hic non eſt ſumendum pro particulari ſimpliciter, ſed pro particulari in reſpectu, videlicet pro minus vniuerſali, & hoc modo dicitur demõſtratio vniuerſalis & particularis, quotieſcunque enim demonſtratur vniuerſalis paſſio de vniuerſali ſubiecto proprio, primo, ſiue adæquato, tunc celebratur demonſtratio vniuerſalis, ob hoc ſi habere tres angulos demonſtraretur de figura, non eſſet demonſtratio vniuerſalis, quia figura non vniuerſaliter ſubijcitur, & conuertibiliter tali paſſioni, quia non omnis figura habet tres angulos, &c. ſi vero præfata paſſio demonſtraretur de iſoſchele, vel de aliqua alia ſpecie trianguli, nec etiam eſſet vniuerſalis demonſtratio; quia talis paſſio non vniuerſaliter ideſt primo & adæquate ſeu conuertibiliter prædicatur de tali ſubiecto, optime tamen demonſtratio talis tunc temporis dicitur particularis, quia prædicatur paſſio de aliquo ſubiecto non adæquato. B

Vniuerſale dupliciter ſumitur prioriſtice & poſterioriſtice.

Attendendum etiam eſt vlterius, vniuerſale dupliciter ſumi prioriſtice & poſterioriſtice, prioriſtice ſumitur quotieſcunq. prædicatum ineſt ſubiecto cõi intercedente ſigno vniuerſali, puta omne, vel quodlibet, vt omne animal eſt coloratum; ſed omnis homo eſt animal: igitur omnis homo eſt coloratus; hic ſyllogiſmus dicitur vniuerſalis prioriſtice propter illud ſignum vniuerſale, vniuerſale autem poſterioriſtice eſt prædicatum conueniens ſubiecto primo & adæquate, vt rationale eſt riſibile, homo eſt rationalis: igitur homo eſt riſibilis, hæc demonſtratio vniuerſalis eſt, poſterioriſtice, quia demonſtratur paſſio adæquata & conuertibilis de ſuo ſubiecto, licet ibi nullum interueniat ſignum vniuerſale. C

Demõſtratio affirmatiua quæ ſit.

Demonſtratio affirmatiua eſt ſyllogiſmus formatus in modo, per quem ex præmiſſis affirmatiuis concluditur concluſio affirmatiua ſiue vniuerſalis ſiue particularis, vt in prima figura per barbara & darij, vt puta dicendo ſic, omne ſenſitiuum eſt animal; omnis homo eſt ſenſitiuus: ergo omnis homo eſt animal, aliud exemplũ pro demõſtratione particulari affirmatiua erit hoc, omne aĩal eſt ſubſtantia; quoddã corpus eſt aĩal; igitur quoddam corpus eſt ſubſtãtia.

Demonſtrationis negatiuę declaratio.

Demonſtratio negatiua eſt ſyllogiſmus formatus in modo, per quem concluditur concluſio negatiua ex altera præmiſſarum negatiua, & altera affirmatiua, quandoquidem ex ſolis negatiuis nihil ſequitur, & talis demonſtratio fit per celarent & ferio, & per omnes modos ſecundæ figuræ; exempla poſſunt eſſe clariſſima, vt puta in celarent poteſt fieri talis demonſtratio negatiua, nullum animal eſt lapis; omne ſenſitiuum eſt animal; ergo nullum ſenſitiuum eſt lapis. & hæc negatiua demonſtratio eſt infirmior affirmatiua, quia dependet ab ea, & dignius eſt non dependere, quàm dependere. Adde etiam, quòd principium demonſtrationis affirmatiuæ eſt propoſitio affirmatiua; principium autem demonſtrationis negatiuæ eſt propoſitio negatiua: ſed propoſitio affirmatiua eſt dignior negatiua; propterea ſequitur manifeſte negatiuam demonſtrationem infirmiorem eſſe affirmatiua. D

Demõſtratio ducẽs ad impoſſibile quadruplici completur diſcurſu.

Demonſtratio ducens ad impoſsibile eſt ſyllogiſmus, qui compleri non poteſt niſi quadruplici diſcurſu, per quem manifeſtatur & inquiritur veritas alicuius prius negati. Primus diſcurſus eſt ſyllogiſmus concludens manifeſtum impoſſibile; vt hic: pono quòd aliquis neget iſtam propoſitionem, aliquod animal non eſt homo; tunc ſumo contradictoriam eius, quæ eſt hęc, omne animal eſt homo, arguendo ſic, omne animal eſt homo; ſed aſinus eſt animal; igitur aſinus eſt homo. Secundus diſcurſus erit iſte, hęc concluſio eſt falſa, ergo aliqua pręmiſſarum eſt falſa: conſequentia patet, quod iam ex duabus pręmiſſis veris non poteſt concludi concluſio falſa ſtante recto modo arguendi, quandoquidem ex veris non ſe-

quitur

A quitur niſi verum. Tertius diſcurſus erit hæc conſequentia, ſed in prima argumentatione minor non eſt falſa: ergo major, quę fuit hęc, omne animal eſt homo. Quartus diſcurſus eſt conſequentia, qua concluditur illud eſſe verum quod prius negatum fuerat, verbi gratia, iſta maior eſt falſa, omne animal eſt homo, ergo hęc eſt vera aliquod animal non eſt homo, quę eſt eius contradictoria, quæ prius fuerat negatio: conſequentia patet, quoniam lex contradictoriarum hæc eſt, in omni materia ſi vna eſt falſa, altera eſt vera & econtra, & hæc demonſtratio ducens ad impoſſibile differt à demonſtratione affirmatiua & negatiua, vt ſcribitur 1. poſter. primo quia in eis proceſſus eſt ſecundum naturam ſcilicet ex prioribus & notioribus quoad veritatem, in demonſtratione autem ducente ad impoſſibile eſt proceſſus contra naturam, quia non ex magis notis quoad veritatem, ſed quoad falſitatem proceditur, quandoquidem ex concluſione manifeſte falſa retorquemus argumentum ad declarandam falſitatem alicuius prẹmiſſę, vt ſupradiximus.

Demonſtratio ducẽs ad impoſſibile differt ab aliis.

Demonſtratio quoque tam affirmatiua, quàm negatiua vnico diſcurſu facto in modo & in figura completur: hęc autem demonſtratio ducens ad impoſſibile compleri non poteſt
B niſi multiplici diſcurſu, & propterea eſt etiam infirmior; quia tam demonſtratio affirmatiua quàm negatiua procedit ex veris & magis notis præmiſſis, quàm ſit ipſa concluſio, aliter non cauſaret in nobis ſcientiam de concluſione; ſed demonſtratio, quæ ducit ad impoſſibile procedit ex falſitate concluſionis magis notę, quàm ſit falſitas alicuius prẹmiſſę, vt ſupra docuimus: dignius autem eſt procedere ex maiori notitia præmiſſarum ſecundum veritatem, quàm ex maiori notitia concluſionis ſecundum falſitatem. igitur demonſtratio tam affirmatiua quàm negatiua dignior eſt demonſtratione ipſa ducente ad impoſſibile.

Demonſtratio ducẽs ad impoſſibile eſt infirma.

Sed dubitaret aliquis circa hæc, quia videtur, quòd demonſtratio ducens ad impoſſibile nulla ſit, quia dictum eſt omnem demonſtrationem ſufficienter diuidi in quia & propter quid; ſed demonſtratio ducens ad impoſſibile nec eſt demonſtratio quia, nec propter quid, cum non procedat per cauſam, nec per effectum, quia nihil eſt cauſa vel effectus alicuius impoſſibilis: igitur nulla erit demonſtratio ducens ad impoſsibile. Adde quòd omnis demonſtratio procedit ex principijs veris & eſt ſyllogiſmus: ſed demonſtratio ducens ad impoſsibile nec procedit ex veris, nec ſyllogiſmus eſt, cum non conſtet ex tribus terminis &
C duabus propoſitionibus: ergo non continetur ſub genere demonſtrationum.

Reſpondetur, quòd de facto diuiſio illa, qua partiti fuimus demonſtrationem in quia & propter quid non eſt diuiſio demonſtrationis abſolute & in communi, ſed tantum demonſtrationis oſtenſiuę propterea ſub ea non continetur demonſtratio ducens ad impoſsibile. Et ſic etiam definitio demonſtrationis tradita ab Ariſt. 1. poſter. quòd procedere debet ex prioribus & notioribus & cauſis concluſionis, & quòd ſit ſyllogiſmus apotiticon hoc eſt faciens ſcire, non eſt intelligenda de demonſtratione in communi, ſed de demonſtratione oſtenſiua propter quid, & de ſyllogiſmo ſimplici, in quo eſt tantum vnus diſcurſus, hinc ſubdit philoſophus quòd ſi eſt alius ſciendi modus poſterius dicetur: licet & poſſit aliter reſponderi, dicendo aliquam demonſtrationem ad impoſſibile reduci ad demonſtrationem propter quid, aliquam vero ad demonſtrationem quia, exemplum habemus ab Ariſt. in hoc libro, vbi probat non dari progreſſum in cauſis efficientibus hac demonſtratione ducente ad impoſſibile; ſi nulla eſſet prima cauſa, nullus eſſet effectus in mundo, quia cauſæ non procedunt in infinitum; conſequens eſt impoſsibile: ergo & antecedens, hæc demonſtratio licet
D formaliter ſit ducens ad impoſsibile, tamen virtualiter eſt demonſtratio quia, ac ſi argueretur hoc modo, aliqui ſunt effectus in mundo & non eſt procedere in infinitum in cauſis: ergo danda eſt prima cauſa, in hac enim demonſtratione euidenter apparet, quòd proceditur ab effectu ad cauſam; eſt etiam aliqua demonſtratio ducens ad impoſsibile, quæ virtualiter reduci poteſt ad demonſtrationem propter quid, vt eſt iſta, ſi ignis non eſſet attractiuus non eſſet calidus: conſequens eſt impoſsibile: ergo & antecedens; hæc enim ita reduci poterit ad demonſtrationem propter quid, omne calidum eſt attractiuum; ignis eſt calidus: ergo eſt attractiuus: talis etiam eſt demonſtratio, qua vtitur Ariſt. 12. huius, vbi probat Deum non intelligere aliquid extra ſe, quia ſi primum ens intelligeret aliquid extra ſe, tunc illud intellectum eſſet nobilius primo ente, ſed hoc eſt impoſſibile: ergo impoſſibile eſt primum ens aliquid extra ſe intelligere; qua etiam demonſtratione vtitur S. Tho. 1. p. vbi probat intelligere Dei eſſe eius ſubſtantiam: quia ſi intelligere Dei eſſet aliud quàm eius ſubſtantia, oporteret quòd aliquid aliud eſſet perfectio ſubſtantiæ diuinæ, ſed hoc eſt impoſſibile: ergo, &c. ex his ergo patet veritatem ſuperius declaratam nullam pati calumniam.

Dilucidatio quæſiti.

Tex. 5.

Tex. 5.

Demonſtratio ducẽs ad impoſſibile reducit aliquãdo ad demõſtrationẽ quia, aliquãdo propter quid.

Tex. 51.

q. 14. art. 2.

DILVCIDATIO PRIMA

In tertium Librum Metaphyſicæ.

Vtrum vnius ſcientiæ aut multarum ſcientiarum ſit cauſas ſpeculari, &c. Tex. 2.

An qualibet ſcientia omnia genera cauſarum conſideret.

Tex. 1. DVBITATIO hæc mouetur, tum propter verba præpoſita in textu; tum etiam quia S. Tho. 1. phyſi. exponens verba illa. quoniam quidem intelligere & ſcire contingit circa omnes ſcientias, quarum ſunt principia, aut cauſæ, aut elementa ex horum cognitione, dubitat quare vſus ſit disiunctione in hoc ſermone philoſophus & non copulatione: reſpondet, quòd hoc fecit, quia non omnis ſcientia per omnes cauſas demonſtrat, nam mathematica non niſi per cauſam formalem: metaphyſica demonſtrat per cauſam formalem & finalem, præcipue & etiam agentem: naturalis autem per omnes cauſas. Quæ ſententia aduerſatur dictis Auer.
Commen. 6. 2. huius, vbi dicit, quòd conſideratio vniuerſalis in omnibus cauſis in eo quòd ſunt cauſæ
Quomodo metaphyſica vtatur demõſtrationibus naturalibus. eſt huius ſcientiæ, & Ariſt. quamuis vtatur hic demonſtrationibus ſcientiæ naturalis, tamen inducit eas vniuerſalius, quoniam quanto fuerit demonſtratio vniuerſalior, tanto magis erit proprior huic ſcientiæ; & Ariſt. obſeruat hoc in hac intentione, ſcilicet inducendo demonſtra- D tiones vniuerſales alio modo, quàm in ſcientia naturali, & hæc eſt cauſa in iteratione illarum demonſtrationum in hac ſcientia. Ex quibus verbis manifeſte habemus metaphyſicũ quoque demõſtrare per omnes cauſas, licet alio modo, cuius tamen oppoſitum docuit S. Tho. 1. phyſi.

Adde etiam, quia illa ſcientia habet conſiderare omnes cauſas, quæ conſiderat ens inquantum ens; quia omnis cauſa eſt ens & participat rationem entis; at metaphyſica ſpeculatur ens
Tex. 1. inquantum ens, & quæ ei per ſe inſunt, vt patet 4. huius: igitur metaphyſica habet conſi-
Tex. 2. derare omnes cauſas. Et confirmatur, quia 5. huius. explicat omnia quatuor genera cauſarum definiendo vnumquodque ipſorum, & primo definiendo genus cauſæ materialis dicit quòd cauſa vno modo dicitur, ex qua in exiſtente aliquid fit, vt æs ſtatuæ & argentum phialæ & horum genera. Deinde genus cauſæ formalis vult eſſe rationem, & quod quid erat eſſe rei, vt proportio duorum ad vnum. Genus cauſæ agentis eſt vnde principiũ mutationis primum, aut quietis, vt qui cõſuluit & pater prolis, &c. Poſtremo aſſerit genus cauſæ finalis eſſe illud cauſa cuius aliquid fit, vt gratia ſanitatis deambulamus, patet ergo metaphyſicam omnia genera cauſarum contemplari.

Quòd

A Quòd etiam & mathematica hoc faciat, manifeſtatur ſic ex Auer. 2. huius dicente, demonſtrationes mathematicas eſſe in primo ordine certitudinis, naturales vero conſequi eas in hoc; ſed demonſtrationes veræ & perfectæ conſtant ex omnibus generibus cauſarum, vt patet 1. poſter. vbi docuit Ariſt. demonſtratiuam ſcientiam eſſe ex veris, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & cauſis concluſionis: ergo ſequitur nedum naturalem philoſophiam & metaphyſicam, ſed etiam mathematicam omnia genera cauſarum contemplari. Declaratur etiam latius hoc, quia nullus negare poteſt mathematicam non demonſtrare per cauſam formalem, cum hoc pluribus in locis dicat Ariſt. & S. Tho. apertis verbis docuit 1. phyſi. quòd autem demonſtret per cauſam agentem etiam apparet, quia præmiſſæ ſunt cauſæ agentes ipſius concluſionis, & 2. phyſi. voluit Ariſt. eaſdem præmiſſas collocari in genere cauſæ materialis, ex quo deducitur quòd mathematica demonſtrat etiam per cauſam materialem, demonſtrabit etiam & per finalem, quia ſi per agentem: ergo per finalem, quia agens, forma, & finis, coincidunt ex 2. phyſi.

Commẽ. 16. Tex. 5. Demonſtratiua ſcietia ex quibus procedit. Commen. 1. Tex. 32. Tex. 30.

De logica quoque hoc idem probari poteſt propter verba Ariſt. 4. huius, nam circa idem B genus verſatur & ſophiſtica, & dialectica, cum philoſophia, & de omnibus diſputant; ſed dictũ eſt, quòd philoſophia verſatur circa quodlibet genus cauſarum: ergo & logica.

Tex. 5.

Pro dilucidatione huius difficultatis ſciendum eſt, quòd aliqui voluerunt metaphyſicum ſolum tres cauſas conſiderare, ſcilicet formam, finem, & efficientem: nam hæ communes ſunt abſtractis & materialibus ſub ratione qua cauſæ: materia vero vt materia non eſt communis abſtractis & materialibus; ideo ſolum illam conſiderat ſub ratione potentiæ, quæ eſt vna de differentijs entis. Diuinus enim conſiderat abſtracta à materia & à motu, vel per eſſentiam, vel ſaltem per indiffetentiam. Phyſicus dicitur conſiderare omnes cauſas vt cauſæ ſunt, quia ſcientia, cuius ſubiectum habet omnes cauſas, omnes illas conſiderare tenetur, quandoquidem niſi eas conſideraret, non faceret completam cognitionem ſui ſubiecti; ſed naturalis ſcientiæ ſubiectum habet omnes cauſas, præſertim ipſum ens mobile, quod ponitur ſnbiectum naturalis philoſophiæ habet cauſam efficientem, quæ eſt tranſmutans materiam: habet & finem, qui mouet efficiens, quia agens non agit niſi inquantum determinatur à fine: habet etiam & formam, quia entia mobilia ſunt per formam: ergo has omnes cauſas conſiderare tenetur. Ma- C thematica etiam aliquo pacto tenetur conſiderare omnia genera cauſarum; licet non ex toto, quia mathematicalia ipſa non ſunt realiter ſeparata à ſenſibilibus qualitatibus ſecundũ ſubſiſtentiam, ſcilicet loco & ſubiecto, tamen ſnnt diſtincta & diuerſa ab eis eſſentialiter & quidditatiue, ita quòd eſſentia magnitudinis & numeri non eſt eſſentia & quidditas alicuius ſenſibilis qualitatis aut motus, cum ergo iſta entia mathematicalia vtputa numeri & magnitudines ſint coniuncta cum ſenſibilibus, quæ ſenſibilia ſunt mobilia, & habeant omnes cauſas, ſequitur de neceſſitate mathematicam ipſam eas cauſas aliquo pacto conſiderare debere. Deinde quæ non abſtrahunt à motu, habent omnia genera cauſarum: ſed entia mathematica non abſtrahunt à motu, cum omne corpus ſit mobile, & omne, quod mouetur, ſit corpus 6. phyſi. & præſertim quia quod definitur per motum, non eſt abſtrahibile à motu, vt patet de ſe: ſed numerus definitur per motum, eſt enim numerus multitudo ex vnitatibus aggregata, & aggregatio eſt quidam motus, vel numerus eſt multitudo menſurata vno, & menſuratio motus quidam eſt: cum ergo mathematica ſit de lineis, ſuperficiebus, corporibus, & numeris, quæ entia mobilia ſunt, & omnia genera cauſarum habeant inſeipſis, neceſſario deducitur eam omnia D genera cauſarum contemplari.

Opinio neotericorũ circa hoc quæſitum. Subiectum philoſophiæ naturalis habet oẽs cauſas in ſe. Tex. 2.

Dicunt etiam de logica, quòd omnia genera cauſarum ſpeculatur tanquàm inſtrumenta notificandi ſubiecta aliarum ſcientiarum, quia tota intentio ipſius logici eſt explicare inſtrumenta ſciendi, quæ inſtrumenta ſciendi eſſe non poſſunt ſine complemento omnium cauſarum. & ex his volunt ſatisfactum eſſe quæſito principali.

Sed opinio iſtorum eſt erronea. Primo in hoc, quòd dicunt diuinum philoſophum conſiderare ſolum tres cauſas vt cauſæ ſunt, non autem materiam: ſed eam contemplari ſolum vt potentiam. Hæc enim reſponſio expreſſe aduerſatur dicto Auer. ſuperius adducto, quòd conſideratio vniuerſalis in omnibus cauſis, in eo quòd cauſæ ſunt, eſt huius ſcientiæ diuinæ. ecce quòd dicit in omnibus cauſis & non in tribus. Nec valet placitum eorum de materia, de qua dicunt, quòd non eſt communis materialibus & abſtractis, iccirco non conſideratur à metaphyſico ſub ratione qua cauſa, quia cum ratio hominis non ſit ratio communis abſtractis & materialibus, ſequeretur quòd homo non poſſet conſiderari à metaphyſico ſub ratione, qua ens, vel ſub ratione qua cauſatus eſt abſolute, quod eſt contra Ariſt. 6. huius, vbi dicit, quòd principia & cauſæ entium quæruntur quatenus entia ſunt: licet igitur ratio materiæ conſide-

Impugnatur poſitio neotericorum. Tex. 1.

ratæ non ſit communis abſtractis & materialibus, quia tamen ratio cauſę, quæ eſt ratio, ſub A
Comm̃e. 19. qua materia conſideratur, eſt ratio indifferens ad materialia, & abſtracta iuxta illud Auer. 12. huius, in ſubſtantia æterna inueniuntur cauſæ, quæ per ſimilitudinem dicuntur cauſæ cum cauſis generabilibus & corruptibilibus; & propterea ſequitur materiam conſiderari à metaphyſi. nedum vt potentia, ſed etiam vt cauſa, quia prior eſt ratio cauſandi ſecundum naturam, quàm ratio motus & transmutationis, & ideo licet materia in ſuo genere non niſi per tranſmutationem cauſalitatem habeat ſupra compoſitum, tamen in illo priori, in quo ratio cauſæ antecedit rationem motus & tranſmutationis, neceſſe eſt ad metaphyſicum pertinere.

In æternis inueniũtur cauſa per ſimilitudinem.

Quantum ad illud, quod dicunt, quòd mathematica etiã omnia genera cauſarum conſiderat, eſt purum figmentum, quia tunc mathematica per omnia demonſtraret; cuius oppoſitum docet Ariſt. inferius aſſerens, in mathematicis nullam eſſe demonſtrationem per cauſam finalem, nec etiam per cauſam agentem: quia abſtrahunt à motu, & à bono; male ergo dicitur, mathematicam omnia genera cauſarum conſiderare. Allucinantur etiam circa dictum de logica, cuius ſubiectum cum ſit ens rationis, quod ſequitur ad operationem intellectus, non habet aliquam cauſam; proprerea nec ipſa (proprie loquendo) genus aliquod cauſarum ſpeculari B potuerit: & propterea ſubtilius indaganda eſt veritas huius negotij. Et primo dicendum eſt de metaphyſica quomodo conſiderat genera cauſarum, & deinde de alijs ſcientijs. Si ergo loquamur primo de cauſa agente, voluerunt aliqui ne dum eam à metaphyſica conſiderari: ſed etiam principaliter, tanquàm proprium ſubiectum.

Tex. 3.

Dilucidatio quęſiti.

Sed hi exceſſerunt in hac parte, quia paſsiones non debent eſſe maioris ambitus, quàm ſit ipſum ſubiectum; quandoquidem tunc non potuiſſent oriri ex eius principiis, quod enim eſt extra ſubiectum aliquod, ex eo oriri non poteſt, vt ſi aliqua paſsio excederet magnitudinem extra eam exiſtens, non orietur ex natura magnitudinis, ſed ex aliquo ſuperiori, cuius ambitus tantus eſſet, quantus illius paſsionis. cum ergo hæc noſtra ſapientia conſideret de potentia & actu, de vno & multo, quæ excedunt ambitum cauſę agentis, ſequitur ipſam non poſſe eſſe adæquatum ſubiectum huius ſcientiæ: propterea dico quòd metaphyſica conſiderat vtique cauſam agentem, non inquantum ſubiectum adæquatum, ſed inquantum ens, & inquantum agens: præſertim cum conſideret ſubſtantias ſeparatas, quæ ſe habent in ratione agentium reſpectu horum inferiorum: & ideo ne dum in ratione entis, ſed etiam in ratione cauſæ ipſam ſpeculabitur. Conſiderat etiam & cauſam finalem, quandoquidem cum hæc ſcientia ſpeculetur ens inquantum ens, neceſſario ſpeculari tenetur illud, in quo maxime ſaluatur ratio entis, id autem eſt finis omnium, qui eſt primum ens, cui res omnes aſsimilari appetunt, tanquàm primo enti & fini, à quo deriuatur eſſe his quidem clarius, his vero obſcurius. Et ex hoc ſequitur, quòd etiam omnia alia genera cauſarum conſiderat: quia finis eſt cauſa cauſarum, cum moueat agentem ad introducendam formam, quæ perficit materiam: & ſic etiam erit illud, per quod ceteræ cauſæ ſunt. Deinde ſi cauſa formalis dat entitatem rei, & cum metaphyſica conſideret ens inquantum ens, ſequitur ipſam conſiderare & ipſam cauſam formalem, ita quoque & materialem, licet non ita principaliter, ſicut alias cauſas, & hoc quia materia non eſt cauſa totius entis, ſed tantum entis particularis, & entis mobilis; & ideo ſi conſideratur in iſta ſcientia, non conſideratur niſi inquantum ſaluatur in ea ratio entis, & ſub ratione tranſcendenti & communi, ſub qua omnes cauſas conſiderat, tres tamen proprie, pro quanto ſunt idem ſubiecto, & ſola ratione diſtinguũtur, vt ſcribit Auer. 12. huius quòd forma, finis, & efficiens, ſunt idem ſubiecto, &c. & ex iſtis concordantur plurima dicta, quæ videntur eſſe contraria, tum in Ariſt. tum in Auer. aſſerendo metaphyſicum conſiderare omnia genera cauſarum ſub rationibus vniuerſalibus & communibus, & conſiderare duo prima genera cauſarum appropriate, nempe primam formam, & vltimum finem: & conſiderare tria genera cauſarum pro quanto forma, finis, & agens, in vnum ſubiecto coincidunt, & ſic quoque naturalis philoſophia conſiderat omnia etiam genera cauſarum, vt quodlibet ipſorum agit per motum & tranſmutationem; non tamen vt dant eſſe abſolute, & ſub rationibus tranſcendentibus, & quia ratio primæ materiæ & primi mouentis eſt ratio concernens, vt ſic motum & tranſmutationem; propterea naturalis philoſophus appropriate hęc duo genera cauſarum contemplabitur, nempe primi mouentis & primę materię, ſicuti diuinus alia duo genera videlicet primę formę, & vltimi finis; & hoc eſt quod dici ſolet à multis, quòd hæ duæ ſcientiæ ſcilicet phyſica & metaphyſica diuiſerunt ſibi hereditatem: patet ergo concordia omnium eorũ, quæ apparenter contrarietatem importare videbantur, tum in dictis Ariſt. tum etiam Auer. & Sancti Thomæ.

Paſſio debet eſſe ęqualis ſubiecto.

C

Primo enti omnia appetunt aſſimilari.

Commen. 6.

D

Quomodo metaphyſica cõſiderat cauſas.

Scientię diuidũt ſibi hereditatem.

Sentẽtia ariſtippi.

De mathematica dicendum eſt quòd Ariſtippus voluit ſolummodo demonſtrationes, quæ in ea

A in ea fiunt, eſſe potiſsimas: ceteras autem, quæ fiunt in aliis ſcientiis appellabat viliſsimas, &
inſtabiles, atque variabiles: propterea quòd illæ demonſtrationes ſunt certiores & firmiores
quæ non procedunt niſi per vnum medium ad vnam concluſionem demonſtrandam, aliæ ve-
ro ſcientiæ procedunt per plura media, vt eſt naturalis philoſophia & metaphyſica, quæ de-
monſtrant per omnia genera cauſarum; mathematica autem tantum per vnum genus cauſæ,
puta formalis: ob id demonſtrationes mathematicæ dicuntur potiſſimæ, certiores; & fir-
miores, & magis doctrinales alijs demonſtrationibus aliarum ſcientiarum, in quibus eſt
tanta multitudo mediorum, & quia vbi eſt multitudo ibi confuſio, & per conſequens
non maxima certitudo: hinc eſt quòd mathematica ſcientia ſolummodo cauſam forma-
lem conſiderat; quod pulchre oſtendit S. Thom. 1. par. vbi diſputat, an neceſſarium ſit om- q.44. art. 2.
ne ens eſſe à Deo creatum. Et inter alia quæ dicit, dubitat mathematicalia non eſſe à Deo
creata, quia quorumcunque eſt aliqua cauſa, in his poteſt fieri demonſtratio per illam cau-
ſam; ſed in mathematicis non fit demonſtratio per cauſam agentem, citando Ariſtotelem
in hoc libro: ergo non omnia entia ſunt à Deo, ſicuti à cauſa agente. Et reſpondendo di- Tex.3.
B cit hoc non ſequi, quia mathematica accipiuntur vt abſtracta ſecundum rationem, cum ta-
men non ſint abſtracta ſecundum eſſe. vnicuique autem competit habere cauſam agentem,
ſecundum quod habet eſſe; licet igitur ea, quæ ſunt in mathematica, habeant cauſam agentem,
non tamen ſecundum habitudinem; quam habent ad cauſam agentem cadunt ſub conſide-
ratione mathematicæ. Et ideo in ſcientijs mathematicis non demonſtratur aliquid per cau-
ſam agentem, ſed per cauſam formalem, non ergo ſcientia mathematica omnia genera
cauſarum conſiderat. Et ad illud, quod opponitur 2. phyſi. de præmiſsis dicimus eas ha- Tex.31.
bere tantum vim inferendi. Immo ex hoc probat Ariſt. 1. poſter. mathematicas ſcien- Cap.22.
tias eſſe firmiores ceteris ſcientijs, quia procedunt per conuertibilia, in quibus deceptio Mathematica procedit
cauſari non poteſt, minus enim quis decipitur in terminis conuertibilibus, & in pro- ex conuertibilibus.
poſitionibus per ſe, quàm in terminis non conuertibilibus & in propoſitionibus per acci-
dens, ex quibus vt plurimum aliæ ſcientiæ procedunt. Dicuntur etiam propoſitiones eſ- Propoſitiones ſunt in
ſe materiam concluſionis ratione terminorum, ex quibus componuntur præmiſſæ & ipſa- genere cauſæ
met concluſio, non tamen formaliter loquendo, vt ſtant ſub ordine propoſitionum: non materialis.
C ergo concludi poteſt ex his mathematicam demonſtrare per cauſam agentem, aut materia-
lem, finalemve. Nec ſuffragatur dictum Auerrois 2. huius demonſtrationes mathematicas Comm. 16.
eſſe in primo ordine certitudinis, quia hoc intelligitur ratione modi demonſtrandi, non au-
tem ratione obiecti, quia hoc modo dixit Auer. in prohe. 1. de anima, quòd ſcientia de ani-
ma & metaphyſica ſunt certiores ceteris ſcientijs, ob hoc diuerſimode intelligendo hæc dicta,
nullam relinquunt dubitationem.

Nec etiam eſt contra veritatem declaratam illud quod adducitur de logica: quia & ſi cir-
ca idem genus verſetur ſophiſtica & dialectica cum philoſophia, non tamen eodem modo;
quandoquidem cum duplex ſit ens, ſcilicet rei circa quod proprie verſatur metaphyſica mo- Ens duplex
do demonſtratiuo & ſcientifico, & ens rationis circa quod verſatur dialectica, quod quidem rei & rationis.
ens rationis applicari poteſt ad totum ens conſideratum à metaphyſica, propterea dicitur
quòd circa idem verſantur; ſed non eodem modo vt dictum eſt. Tum primo, quia meta-
phyſica tractat de ente per propria eius; Dialectica autem, per quædam extrinſeca, quia Differentia
per quaſdam ſecundas intentiones, & per quædam entia rationis adinuenta circa totum ip- inter meta-
D ſum ens applicando ad ipſum. Tum etiam, quia metaphyſica (vt dictum eſt) ſcientifice de ip- phyſicã dialecticã & ſo-
ſo ente diſputat; ipſa autem dialectica probabiliter, quia vtitur modo adinuento ad conclu- phiſtam.
dendum aliquid probabiliter in ſingulis ſcientijs. Conueniunt tamen in hoc, quia ſicuti me-
taphyſica de omnibus contemplatur: ſic & dialectica in omnibus ſe intromittit: ſophiſtica
vero etiam apparenter modo tentatiuo de omnibus quoque diſputat: propterea dicitur quòd
dialecticus & ſophiſticus innuũt eandem figuram, & eandem ſimilitudinem cum metaphyſi-
co; ſed differunt in deſiderio vitæ: quia metaphyſicus ordinat vitam ſuam ad ſciendam veri-
tatem, ſophiſticus vero, vt videatur ſe ſcire: quia tendit ad gloriã, vt ſapiens eſſe videatur; hinc
dicitur ſophiſticus, ideſt apparenter ſapiens; procedit enim ex his, quæ videntur vera & proba
bilia, & nõ ſunt, vel ſimpliciter falſas propoſitiones aſſumendo, quæ videntur eſſe veræ & non Ex quibus
ſunt, uel in virtute falſarũ propoſitionũ argumentando, ſicuti logicales argumẽtationes ſunt in procedit ſo-
virtute uerarũ propoſitionũ, ſ. maximarũ, ex quibus tota uirtus argumentationis pendet, ſicut phiſtica ars.
iſta argumẽtatio Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt aĩal, ꝓcedit in virtute huius propoſitionis, de
quocunq; p̃dicatur ſpecies, & genus; quæ eſt ſimpl'r uera, ſophiſta aũt ſic arguit, eſt aĩal, ergo
homo, quaſi in uirtute huius ꝓpoſitionis, de quocũq; p̃dicat' genus & ſpẽs, q̃ eſt ſimpl'r falſa

Quo

Quo namque modo poſſibile eſt motus principium in immobilibus, aut boni naturam, &c. Tex. 3. A

Num in rebus immobilibus ſit cauſa efficiens, & finalis.

Dilucidatio ſecunda.

PROPTER verba Ariſt. in textu præſenti quòd in immobilibus non
eſt motus, neque natura boni, Quidam mouent quæſitum hoc, ſi in immo-
bilibus ſit cauſa efficiens, & finalis: circa quod tria docent. Primo ponunt
Ordo quæſitu. aliquas diſtinctiones. Secundo reſpondent quęſito. Tertio ſoluunt quan-
dam dubitationem. Nos quoque in pręſenti diſputatione tria agemus.
Primo recitabimus ea, quę ipſi dicunt. Secundo videbimus errores B
ipſorum. Tertio determinabimus veritatem ipſius rei. Quoad pri-
mum: ponunt diſtinctiones aliquas, quarum prima eſt: immobilia ſunt in duplici ordi-
Immobilia ſunt ĩ duplici differẽtia. ne: quædam dicuntur immobilia mouentia, vt Deus, & intelligentiæ: quędam vero, quę neq;
mouent, neque mouentur, ſicuti ſunt entia mathematica: puta linea, ſuperficies, & corpus. Se-
Efficiens duplex. cunda diſtinctio eſt de efficiente, quod eſt duplex. Alterum eſt, quod tribuit eſſe ſine motu, ſi-
cuti Deus benedictus, qui nullo motu interueniente producit res. Alterum eſt agens naturale,
quod producit res cum motu, v.g. cælum agit in hęc inferiora mediãte motu. Tertia diſtinctio
Finis duplex eſt de fine, quem dicunt eſſe duplicem. Vnum, qui attingitur mediante motu, & correſponder
agenti naturali, quod etiam operatur per motum, & tranſmutationem. Alterum dicunt eſſe
finem, quem res acquirunt ſine motu, & correſpondet agenti etiam producenti res ſine motu.
Quarta diſtinctio eſt de motu ipſo, qui tribus modis reperiri poteſt in aliquo. Primo effecti-
Motus tripliciter reperitur ĩ aliquo. ue, & ſic in Deo & in intelligentijs eſt motus. Secundo ſubiectiue, quo pacto reperitur in cor-
poribus. Tertio terminatiue, & ſic reperitur in formis, quæ terminant motum ipſum. Vltima
diſtinctio eſt de fine reperto in aliquo, qui duobus modis eſſe poteſt: quia vel reperitur in ali- C
Deꝰ eſt finis omniũ creaturarum. quo, quod ipſemet eſt finis omnium, & ſic dicimus, quòd in Deo eſt finis: quia ipſe Deus di-
citur terminus, & finis omnium creaturarum. Alio modo finis reperitur in aliquo, quod eſt
ordinabile ad finem; & ſic in omnibus citra Deum eſt finis, quia ordinantur ad ipſum Deum,
tanquàm finem omnium, vt dictum eſt. Iſtis ſtantibus reſpondent ad quæſtionem ſecundo
loco dicendo, quòd ſi ſermo eſt de immobilibus ſecundum primum membrum diſtinctionis,
ſic dicunt, quòd Deus eſt efficiens immobile ſine motu, & omne aliud ab ipſo Deo, quod eſt
efficiens immobile, agit per motum, ſicuti ſunt intelligentiæ, ſi autem ſermo ſit de immobili-
bus iuxta ſecundum membrum diſtinctionis primæ, ſic dicunt, ꝙ in eis (realiter loquendo)
Mathematica non agũt cum motu nec ſine motu. non eſt efficiens nec ſine motu, nec etiam cum motu, quia entia mathematicalia, vt mathema-
ticalia ſunt, non habent aliquod eſſe reale, quod poſsit agere, vel cum motu, vel ſine motu.

Addunt poſtea loquendo de fine iuxta tertiam diſtinctionem & quintam, quòd finis, qui
eſt ipſemet finis, reperitur in Deo, qui eſt finis omnium rerum; finis vero, qui eſt in aliquo or-
dinabili ad finem, reperitur in omnibus alijs ab ipſo Deo, ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia, &
hoc loquendo de immobilibus iuxta primum membrum primæ diſtinctionis; loquendo vero D
de immobilibus iuxta ſecundum membrum ipſius primæ diſtinctionis, ſic dicunt: quòd in eis
(realiter loquẽdo) non eſt finis, niſi loquamur de illo fine, qui reperitur in aliquo, quod eſt or-
Quæ ordinãtur in Deũ, tamquàm ĩ finem. dinabile ad finem, & cum mathematica ſint alia ab ipſo Deo, & omne id, quod eſt aliud
à Deo, ordinetur ad ipſum, tanquàm ad finem: propterea in eis reperitur finis, prout ordinan-
tur ad finem. Soluendo deinde dubium, vtrum in immobilibus poſſit eſſe motus. Reſpondent
cum diſtinctione, quòd ſi loquimur de motu ſubiectiue ſecundum viam philoſophorum, nec
Deus, nec intelligentiæ poſſunt eſſe ſubiectum motus, cum ſint ſimpliciter immobiles: Si vero
loquimur ſecundum theologos, ſic omnes intelligentiæ, pręter primam, poſſunt moueri etiam
Angeli mouentur localiter. localiter: quia moueri de loco ad locum non repugnat Angelis. In immobilibus, quæ ſunt en-
tia mathematicalia, nullo modo poteſt eſſe motus ſubiectiue realiter loquendo: ſed loquendo
de motu terminatiue, ſic in immobilibus, quæ ſunt Deus, & intelligentia non eſt motus: Deus
enim non poteſt terminari per motum: quia eſt omnino interminabilis: intelligentiæ quo-
que, licet ſint productę à Deo, non tamen productæ ſunt per motum: propterea nec etiam ipſæ
poſſunt motum terminare, & ſimiliter nec in mathematicis eſt motus terminatiue, cum non

producantur

A producantur in eſſe per motum: de motu autem effectiue loquendo ſic in Deo, & intelligentijs reperitur motus, quia poſſunt mouere, ſed in immobilibus, quæ ſunt mathematicalia, non eſt motus effectiue nec ſubiectiue, vt dictum eſt, cum non moueant, nec moueantur realiter loquendo. Hæc de primo.

Quoad ſecundum dico, ꝙ in hac determinatione multa falſa miſcuerunt, nam in prima diſtinctione ponunt Deum intelligentiasq; eſſe eodem modo immobiles. Quod eſt expreſſe falſum, quia Deus eſt omnino immobilis, cum ſit primum ens, actusque puriſſimus, & abſque permixtione alicuius potentiæ: intelligentiæ vero non ſunt primum ens, nec puriſſimi actus, cum habeant permixtionem alicuius potentię, immo compoſitæ ex actu, & potentia: non ergo eodem gradu immobilitatis ſunt Deus & intelligentiæ: eoque magis, quia Deus eſt infinitus comprehendens in ſe omnem plenitudinem perfectionis, non potens aliquid acquirere, nec extendere ſe in aliquid, ad quod prius non pertingebat, quæ omnia de intelligentijs minime dici poſſunt, loquendo ſecundum theologos; ſecundum vero philoſophos etiam intelligentiæ ſunt mobiles per accidens, vt habetur 8. phyſi. vbi Ariſt. ponit motores corporum cæleſtium B moueri per accidens, & ſic contradicunt ſibi ipſis in hac prima diſtinctione, in qua ponunt intelligentias eſſe immobiles, vti Deus. Similiter & in ſolutione dubij, in qua ponunt intelligentias ipſas moueri localiter. Et ſi dicis, quòd in diſtinctione locuti ſunt ſecundum philoſophos, & in ſolutione dubij ſecundum theologos. Contra quia dicunt in ſolutione dubij, quòd ſecundum philoſophum, nec Deus, nec intelligentię poſſunt eſſe ſubiectum motus, ſed ſunt ſimpliciter immobiles, vnde patet, quòd eodem gradu immobilitatis volunt Deum & intelligentias eſſe immobiles, tamen hoc etiam eſt contra ipſos 1. ſenten. vbi ponunt Angelos de mente philoſophi eſſe compoſitos ex poſitiuo & priuatiuo, quæ opinio dat intelligere Angelos non eſſe ſimpliciter immobiles. Præterea ſecundum philoſophos Deus non eſt cauſa efficiens ſine motu, ſed tantum ſecundum theologos ponētes virtutem creatiuam, vt patet ex magiſtro 2. lib. ſenten. immo tenemus eſſe articulum fidei, Deum producere res per creationem, vt patet in Symbolo Apoſtolorum, in quo profitemur credere Deum creatorem cęli & terræ: quia philoſophi non potuerunt intelligere efficiens cauſare effectum, niſi per motum, & ſic apparet falſitas iſtorum, tam in prima quàm in ſecunda diſtinctione.

Reprobatur opinio neotericorum.

Tex. 22. Intelligentię alię à prima mouētur per accidens.

Diſtin. 8. Intelligentię conſtant ex priuatiuo & poſitiuo.

Diſtin. 1.

C Circa tertiam diſtinctionem de fine dico, quòd non eſt peripatetica: nam finis quilibet ab Ariſt. 2. de anima. & 5. metaphyſices diſtinguitur in finem gratia cuius, & in finem quo: finis gratia cuius eſt ipſa res, in qua inuenitur ratio boni. finis quo, eſt vſus, ſiue adeptio illius rei, vtputa ſi dicamus, quòd motus corporis grauis finis eſt vt quo, eſſe autem in loco inferiori eſt finis gratia cuius, & finis auari, vt res eſt pecunia, vt vſus eſt poſſeſſio pecunię, & quilibet finis attingitur mediante aliquo motu: non ergo hęc diſtinctio eſt peripatetica. Et ſi dicis, quòd intelligit de fine, qui eſt Deus, qui acquiritur à ſeipſo ſine motu. Contra habetur illud, quod ſcribitur in quinta diſtinctione, in qua dicitur, quòd Deus eſt ipſemet finis, & ſic non acquiritur à ſeipſo: quia tunc eſſet diſtans ab eo: & ſic quinta diſtinctio aduerſaretur tertiæ.

Tex. 35. Tex. 2. Finis gratia cuius & finis quo.

Deus nō diſtat à ſeipſo

Contra etiam quartam diſtinctionem, quòd ne dum tripliciter motus repetitur in aliquo ſed quadrupliciter, vt patet ex Auer. 12. metaphyſices, in quo vult, quòd balneum habet duplicem formam in anima, & extra animam, & per illam formam, quæ eſt in anima deſideramus aliam formam, quæ eſt extra animam: forma igitur balnei inquantum eſt in anima, eſt agens deſiderium & motum: ſecundum autem, quòd eſt extra animam, eſt finis motus, & non agens, D & ſic patet, quòd datur quartum membrum, in quo reperitur motus: eſt ergo inſufficiens quarta diſtinctio. Et ſi dicis, quòd intelligitur in tertio membro, in quo vult motum reperiri terminatiue. Contra, quia tertium membrum eſt de forma motum terminante, tanquàm forma inhęrente mobili, ſed non eſt ita de balneo, quia non eſt forma inhærens, veluti albedo, de qua ipſi tradunt exemplum circa illud, quod dicunt in ſecundo loco quæſtionis, quòd in mathematicis nullo modo eſt realiter agens, nec cum motu, nec ſine motu; & poſtmodum ſubdunt de fine, qui realiter non eſt in ipſis mathematicis, niſi ſecundo modo, prout ordinentur ad ipſum finem. Hæc duo dicta pugnant inter ſe, quia ſi in mathematicis eſt finis, prout ordinantur ad primam cauſam omnium rerum: ergo in eis eſt etiam agens, quod eſt contra primum dictum, conſequentia probatur: quia finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, vt dicitur libro de ſubſtantia orbis. Præterea hic finis, qui eſt in mathematicis, aut correſpondet agenti, quod dat eſſe ſine motu, vt Deus: aut correſpondet agenti, quod dat eſſe cum motu, vt eſt agens phyſicum, ſed neutro modo eſſe poteſt: ergo dabitur aliquis alius finis præter illos enumeratos in tertia diſtinctione, & ſic tam diſtinctio data de fine, quàm concluſiones de mathematicis ſunt ſine fundamento poſitæ, probatur minor, quia finis in mathematicis non

Tex. 36. Balneum habet duplicem formam.

Dicta neotericorum pugnant inter ſe.

Cap. 2.

Finis correſpōdet agēti.

ticis non eſt ille, qui attingitur ſine motu: quia hic eſt Deus: probatur, quia correſpondet agen A ti; qui eſt Deus per ipſos, nec etiam eſt finis, qui attingitur cum motu, quia hic correſpondet agenti phyſico, tum etiam, quia mathematica abſtrahunt à motu, & ſic patet dari tertium finem, de quo nullam mentionem fecerunt. Præterea ſi mathematica habent finem, vel ille cōſideratur à mathematico, vel non. Si primo ergo poterit ipſe mathematicus conficere demonſtrationem per cauſam finalem contra præſentem literam Ariſt. ſi vero ille finis non conſideratur à mathematico: ergo male dicitur, quòd mathematica habent finem: quia ſic potuiſſemus etiam dicere, quòd habent omnia genera cauſarum, ſed non conſiderant ipſa.

diſtin. 2. q. 9.

Contra etiam illud, quod tertio loco quæſtionis tradunt, quia iuxta theologorum opinionem: omnes intelligentiæ præter primam poſſunt moueri localiter: nam licet verum ſuhoc, cum eiuſdem rationis ſit Angelum beatum moueri, & animam beatam moueri: ſed neceſſarium eſt dicere animam beatam localiter moueri, cum ſit articulus fidei, quòd Chriſtus ſecundum animam deſcendit ad inferos: ergo Angelus beatus mouetur localiter, attamen quia ſicuti eſſe in loco æquiuoce conuenit corpori & Angelo, ita etiam & moueri localiter, corpus enim eſt in loco, inquantum continetur ſub loco, & commenſuratur loco, vt ſcribitur 4. phyſi. B ita etiam & motus corporis ſecundum locum commenſuratur loco, ſecundum eius exigentiam: cum ergo Angelus non ſit in loco vt commenſuratus, & contentus, ſed magis vt continens: vnde motus Angeli in loco non oportet, vt commenſuretur loco, nec ſecundum exigentiam eius erit, vt habeat continuitatem ex loco: propterea motus Angeli eſt contactus virtualis diuerſorum locorum ſucceſsiue: motus corporum nihil aliud eſt, niſi generatio partis poſt aliam illius perfectionis, ad quam intendit motus, donec perficiatur, & ſit in actu. Vnde neceſſe eſt, vt motus, qui eſt in ſubſtantia inueniatur in genere ſubſtantiæ, & motus, qui eſt in quantitate, in genere quantitatis, & ſimiliter, qui eſt in vbi, & qualitate, &c. cum ergo non declaraſſent quo motu mouentur intelligentiæ localiter, im- [illegible] rtinenter fuit tactum illud, quod declarauerunt in ſolutione dubij huius. Vtrum in immobilibus poſſet motus reperiri.

Anima beata mouetur localiter.

Tex. 43.

Angelus eſt in loco vt cōtinens.

Motus Angeli, quis eſt.

Dilucidatio cōtrouerſiæ.

Abſtractio duplex.

Quantum ergo ad tertium articulum pro dilucidatione veritatis eſt ſciendum primo, quòd mathematica dicitur à matheſis quod eſt abſtractio & vcos quod eſt ſcientia: quaſi ſcientia de abſtractis; verum abſtractio duplex eſt, quædam realis, & quædam intellectualis, abſtractio realis eſt, qua abſtrahitur aliquod reale, quod erat coniunctum aliquibus rebus exiſtentibus C extra animam, & illud etiam, quod eſt abſtractum exiſtit extra animam, & hoc pacto, liquor abſtrahitur ab herbis per lambicum, & butyrum abſtrahitur à lacte: abſtractio vero intellectualis eſt duplex. Altera intellectus agentis, & altera intellectus poſsibilis, abſtractio intellectus agentis eſt illa, qua intellectus agens facit intelligibilia in potentia eſſe intelligibilia in actu, vt ſcribitur 3. de anima, abſtractio intellectus poſsibilis eſt illa, qua ipſe intellectus poſsibilis intelligit aliquod prius, quod erat coniunctum poſteriori non intelligendo illud poſterius: ſed diligenter attende, quod prius poteſt eſſe coniunctum poſteriori dupliciter. Primo eſſentialiter, quo pacto animal coniungitur homini, & ſpecies indiuiduo & quando intelligitur hoc prius ſine ſuo poſteriori, dicitur abſtractio vniuerſalis à ſuo particulari, & talis abſtractio eſt communis omni ſcientiæ: nam in omni ſcientia poteſt conſiderari per intellectum ſuperius præter ſuum inferius. Secundo modo prius eſt coniunctum poſteriori accidentaliter; & hoc dupliciter. primo, quando prius per naturam propriam determinat ſibi poſterius, adeoquod realiter in rerum natura vnum ſine altero reperiri non poteſt, ſicut eſt ſubiectum, & propria paſſio, vnde homo non poteſt reperiri ſine ſua riſibilitate, licet poſsit intelligi ſine ea. ſe- D cundo modo prius eſt coniunctum poſteriori accidentaliter adeoquod vnum ſine altero in rerum natura realiter reperiri poteſt, ſicuti ſe habet homo reſpectu accidentiū communium, homo enim poteſt reperiri ſine albedine & nigredine, & ſic ſe habent mathematicalia reſpectu ſenſibilium, poteſt enim reperiri linea ſine caliditate, vt eſt in niue & ſine frigiditate, vt eſt in igne.

Tex. 18.

Prius coniūctum poſteriori accidētaliter, bifariam dicit.

Omnia vniuerſalia conueniunt in aliquo.

Mathematicus abſtrahit ab omni genere cauſarū per motum.

Eſt etiam ſciendum, quòd omnia vniuerſalia conueniunt in hoc, quòd non ſubſiſtūt in ſua vniuerſalitate, ſed eſt differentia: quia vniuerſalia metaphyſicalia ſumpta ſecūdum propriam abſtractionem ſubſiſtunt, quia in rerū natura indiuidua ſic abſtracta, ſcilicet ab omni materia ſenſibili & intelligibili actu reperiuntur, ſicuti ſunt intelligentiæ, vniuerſalia mathematicalia ſumpta ſecundum propriam abſtractionem non ſubſiſtunt: quia in rerum natura nullum indiuiduum mathematicum ſcilicet abſtractum à materia ſenſibili exiſtit: non enim hæc linea, vel hic triangulus exiſtit in rerum natura mathematice loquendo: vniuerſalia naturalia ſecundum abſtractionem ſuam, quæ eſt communis omni ſcientiæ: vt dictum eſt, ſubſiſtunt in rerum natura ratione indiuiduorum: quia indiuidua talium vniuerſalium

ſubſiſtunt

A ſubſiſtunt cum materia ſenſibili, ceterisq. conditionibus ſenſibilibus: Sortes enim &
Plato reperiuntur in rerum natura, & ſunt indiuidua uniuerſalium naturalium. Eſt
etiam notandum, quòd mathematicus abſtrahit ab omni genere cauſarum: vnde dixit Auer.
in prologo phyſi. quòd non omnes artes conſiderant de omnibus cauſis: quia quædam con-
ſiderat de cauſa formali tantum, ſicut mathematica, quædam de tribus cauſis, ſcilicet motore,
forma, & fine, vt ſcientia diuina; quædam de quatuor cauſis, vt ſcientia naturalis.

Mathematicus abſtrahit ab omni genere cauſarū per motum.

Eſt quoque notandum, quòd ens dicitur abſolute, bonum vero conſiſtit in quodam ordine,
& quia ens dicitur de materia, quæ eſt potentia: propterea materia non dicitur ſimpliciter ens,
ſed bene dicitur ſimpliciter bona propter ordinem, quem habet ad eſſe, & ad bonum, vt ait S.
Tho. 3. contra gentiles, ens enim dicitur de his, in quibus reperitur ſuum formale ſignifica-
tum: vnde illud eſt ens, cui conuenit habere eſſe quocunque modo etiam non repugnan-
ter: bonum vero dicitur, non tantum de eo, in quo formaliter eſt ratio boni, ſed etiam de
eo, quod habet habitudinem & ordinem ad bonum: ſicut ſanum non ſolum dicitur de anima
li, in quo formaliter inuenitur ſanitas, ſed etiam de medicina, & cibo, & vrina, quæ habent ha-
B bitudinem ad ſanitatem animalis.

Cap. 20.

Notandum etiam, quòd textus Ariſt. tripliciter exponitur. Primo quando dicit, quòd in
immobilibus non eſt cauſa agens, per immobilia intelligimus ingenita & immortalia, vt ſunt
ſubſtantiæ ſeparatæ. Secundo per immobilia poſſumus intelligere numeros & ideas, quas
Plato ponit omnino immobiles, & ſeparatas à materia. Tertio per immobilia poſſumus
intelligere mathematica ipſa, quæ licet ſint in re mota, tamen non mouentur, niſi per accidẽs.

Litera Ariſt. tripliciter exponitur.

Iſtis ſic ſtantibus ponuntur quatuor concluſiones, quarum prima eſt: Mathematica non ha-
bent cauſam efficientem: hæc concluſio eſt. S. Tho. 1. p. in tertio argumento, quod quidem
tale eſt: quorumcunque eſt aliqua cauſa, in his poteſt fieri demonſtratio per cauſam illam, ſed
in mathematicis non fit demonſtratio per cauſam agentem, vt patet per philoſophum 3. me-
taphy. ergo non omnia entia ſunt à Deo, ſicuti à cauſa agente. Et reſpondet quòd mathemati-
ca accipiuntur vt abſtracta ſecundum rationem, cum tamen non ſint abſtracta ſecundum eſſe:
vnicuiq; autem competit habere cauſam agentem, ſecundum quod habet eſſe: licet igitur ea,
quæ ſunt mathematica habeant cauſam agentem, non tamen ſecundum habitudinem, quam
C habent ad cauſam agentem cadunt ſub conſideratione mathematici, & ideo in ſcientijs ma-
thematicis non demonſtratur aliquid per cauſam agentem; quibus verbis vult innuere, quòd
mathematica, vt ſubſunt abſtractioni mathematicæ, & formaliter loquendo de eis, non ha-
bent cauſam agentem, licet materialiter, & vt naturalia ſunt, habeant cauſam agentem.

q. 44. art. 1.

Mathematicus non demonſtrat per cauſam agẽtem.

Secunda concluſio eſt, Mathematica nullum finem habent: probatur de mente Caiet. in
apoſtillis 1. p. quia ſi haberent aliquem finem, maxime haberent illum, qui acquiritur per
motum: ſed ſic eſt, quòd hunc finem non habent, quia abſtrahunt à materia & motu, vt patet
per Ariſt. hic: ergo ſequitur, quòd mathematica nullum finem habeãt: conſequentia probatur,
quia non ſunt apta nata habere alio modo finem, niſi illum per motum acquiſibilem: ſi ergo
abſtrahunt à tali fine, ſequitur, quòd abſtrahant totaliter à fine.

q. 4. art. 3.

Mathematicus non demõſtrat per cauſam finalem.

Tertia concluſio, Mathematicus non demonſtrat per formam quatenus eſt forma: proba-
tur, quia demonſtrare per formam, conſiderando ipſam ſub ratione, qua forma eſt, eſt munus
metaphyſici: ergo non ſpectat ad mathematicum, & licet communiter dicatur, quòd mathe-
maticus demonſtrat per formam, intelligendum eſt, non ſub ratione qua forma eſt, vel ſub ra-
D tione alicuius cauſæ agentis, finalis, vel formalis, ſed quòd demonſtrat per formam, quate-
nus demonſtrationes mathematicæ ſunt potiſsimæ, & demonſtratio potiſsima eſt per for-
mam, ſed nullo modo concedendum eſt, quòd conſideret formam ſub ratione, qua eſt cau
ſa formalis.

Mathematicus quomodo demonſtrat per formam & quo modo non.

Vltima concluſio, Mathematica non ſunt bona: probatur, quia bonum dicitur vel de eo,
quod actu habet eſſe & perfectionem in ſe ipſo exiſtenter, vel quod ordinatur ad eſſe exiſten-
tiæ, & ad perfectionem aliquam: ſed mathematica formaliter loquendo vt ſubijciuntur abſtra
ctioni mathematicæ; nec habent eſſe & perfectionem in ſeipſis exiſtenter, nec ordinantur ad
eſſe, & ad perfectionẽ: igitur mathematica formaliter loquendo non ſunt bona.

Mathematica non ſunt bona.

Ex iſtis ſoluuntur argumenta, quæ communiter ſolent fieri circa iſtam materiam: quan-
do dicitur, bonum & ens conuertuntur, ſed immobilia ſunt entia, ergo ſunt bona. Hoc argu-
mentum poteſt ſolui primo iuxta expoſitionem primam, loquendo de immobilibus, quæ ſunt
ingenita & immortalia, vt ſubſtantiæ ſeparatæ concedendo totum argumentum: quia illa ſunt
maxime bona. Poteſt etiam & ſecundo ſolui iuxta ſecundam expoſitionem de immobilibus
Platonicis, & ſic neganda eſt minor in argumento, quia illa non ſunt entia. Tertio poteſt diſ-
ſolui

ſolui argumentum iuxta declarationem factam, dicendo quòd ens dupliciter capitur. Primo A
Ens bifariam dicitur.
nominaliter. Secundo participialiter. Hoc ſtante dico, quòd bonum conuertitur cum ente participialiter ſumpto, non autem cum ente nominaliter, & ſic mathematica ſunt entia nominaliter ſumpta, ſed non participialiter, quia abſtrahunt ab exiſtentia.

Secundo poteſt argui, quòd in mathematicis ſit cauſa efficiens: quia vbicunque ſunt veræ demonſtrationes, ibi ſunt vere media demonſtrandi; ſed in mathematicis ſunt veræ demonſtrationes, & potiſſimæ: ergo in mathematicis ſunt vere media demonſtrandi; ſed iſta media demonſtrandi non ſunt cauſę materiales, nec finales, igitur efficientes, vel formales.

Media demõſtrandi non conſiderãtur à Mathematico ſub ratione cauſæ.

Soluitur hoc argumentum dicendo, quòd licet ſint vere media demonſtrandi in demonſtrationibus mathematicis: nihilominus non conſiderantur à mathematico ſub ratione alicuius cauſæ, ſed tantum ſub ratione, qua per ipſa fiunt potiſſimæ demonſtrationes: quia vt dictum eſt mathematicus abſtrahit ab omni genere cauſarum, & abſtrahere à cauſis eſt cognoſcere aliquid, & non per cauſas quatenus cauſæ ſunt.

Tertio ſolet argui ſic: In illis eſt finis & bonum, in quibus eſt forma & ordinatio; ſed in
Tex. 81.
mathematicis eſt forma & ordinatio, cum forma ſit quid bonum. 1. phyſi. & etiam ordinatio: B
ergo ſequitur, quòd mathematica habeant finem & bonitatem: probatur minor primo de forma: quia ſunt entia, & entitas eſt per formam, & ſimiliter eſt ordinatio: quia dicit Commentator hic, quòd in mathematicis inuenitur ordinatio numerorum & magnitudinũ.

In Mathematicis eſt forma nõ ordinata ad eſſe.

Reſpondendum eſt gloſſando minorem iſtius argumenti, quòd in mathematicis eſt forma, ſed non ordinata ad eſſe, & perfectionem, & ſimiliter ordinatio reperitur, ſed non ordinata ad eſſe, & perfectionem, vt dictum eſt: modo illa forma, & ordinatio dicunt bonitatem, & perfectionem, quæ vel in ſeipſis continent perfectionem, vel ſunt ordinatæ ad perfectionem: quod dici non poteſt de mathematicis, vt ſubſunt abſtractioni ſuę.

Quorum demonſtrationes ſunt, tunc putamus exiſtere quando ſcimus quid eſt, &c. Tex. 3. C

An ſcire per demonſtrationem ſit nobilius, ſcire per definitionem.

Dilucidatio tertia.

EXPONENS S. Tho. verba prępoſita aſſerit, quòd inter omnes maxime ſcire dicimus illum, qui cognoſcit quid eſt res, non autẽ quid ſit, quanta ſit, vel qualis, & quid poſſit facere vel pati: ex quibus verbis conficitur tale argumentum; illud ſcire eſt nobilius, per quod notificatur ſubſtantia rei; quàm illud, per quod notificatur accidens; ſed per ſcire diffinitione notificatur ſubſtantia rei, per ſcire demonſtratione notificatur accidens; ergo D
ſcire definitione eſt nobilius ſcire demonſtratione: & vt breuius formetur
Tex. 1.
iſta ratio, ſubſtantia præcedit accidens natura, tempore, & nobilitate; vt declarabitur 7. huius, nunc ſic, illud inſtrumentum eſt nobilius, quo res nobilior cognoſcitur; ſed per definitionem cognoſcitur ſubſtantia, & per demonſtrationem cognoſcitur accidens: ergo definitio erit nobilius inſtrumentum ſciendi ipſa demonſtratione.

Secundo etiam confirmari poteſt negotium hoc prępoſitum ſic: illud inſtrumentum ceteris omnibus nobilius eſt atq. præſtãtius, quod alia excedit, vel nobilitate ſubiecti, vel certitudine demonſtrationis ſeu medij, vel ratione ſeparationis à materia; ſed ſcire per definitionem omnibus hiſce tribus modis excedit ſcire per demonſtrationem: ergo ſcire per definitionẽ eſt nobilius & pręſtantius, quàm ſcire per demonſtrationem; ex conſequenti definitio erit nobi-
Tex. 1.
lior demonſtratione: maior collegitur ex 1. de anima, vbi dicitur, quòd vna ſcientia eſt honorabilior altera, vel ratione melioris & mirabilioris ſubiecti & rei ſcitæ, vel ratione certitudinis demonſtrationis, aut ratione ſeparationis à materia; illa enim ſcientia eſt nobilior, quæ de rebus magis ſeparatis ſermonem habet, quàm illa quæ de rebus immerſis materiæ diſputat: minor propoſitio probatur, quòd definitio ſit nobilior demonſtratione, ſeu quòd ſcire per definitionem

A nitionem ſit nobilius ſcire per demonſtrationem omnibus his modis; quia per definitionem ſcitur quid eſt res, per demonſtrationem ſcitur qualis & quanta eſt res, vt docet S. Tho. in expoſitione huius literæ; ſed nobilius & mirabilius eſt ſcire quid de rebus, quàm quale & quantum. Secundo ſcire per definitionem eſt etiam certius, quàm ſcire per demonſtrationem, nam definitio facit ſcire per cauſam formalem, vt habetur in litera, & cauſa formalis eſt perfectior ceteris cauſis; ſola enim forma eſt cauſa, per quam res eſt proprie & cõuertibiliter, qua ſcilicet poſita ponitur effectus, & qua remota remouetur effectus; ſi ergo ſcire per definitionẽ eſt per cauſam formalem, vt ſupponitur tanquàm verum, & ſcire per demonſtrationem nõ eſt per cauſam formalem; ſequitur manifeſte, quòd ſcire per definitionem ſit certius ſcire per demonſtrationem. Quoad tertiam particulam minoris, quæ erat, (ratione ſepa rationis à materia) probatur ſic, ſcire per definitionem non dicit eſſe, vel non eſſe, hoc eſt non ſignificat cum affirmatione vel negatione, vt ſcripſit Ariſt. 1. poſter. ſed ſcire per demonſtrationem dic it eſſe vel non eſſe, quia facit ſcire concluſionem compoſitam cum affirmatione vel cum negatione, ſcilicet prædicatum cum ſubiecto; ex conſequenti ſimplicius eſt quod ſcitur per definitionem, B quàm quod ſcitur per demonſtrationem.

Per definitionem ſcitur quid eſt res.

Tex. 14.

Et poſtremo ita etiam confirmari poteſt hæc poſitio, finis eſt nobilior ijs, quę ſunt ad finẽ, vt docuit Ariſt. 2. phyſi. & 5. huius, ſed ſcire per definitionem eſt finis ipſius ſcire per demonſtrationem; demonſtratio enim ordinatur ad definitionem, tamquàm ignobilius ad ſuũ nobilius; quia hoc habet natura, vt accidentia ordinentur ad ſubſtantiã, ſicut imperfectum ad ſuum perfectum; & cum per demonſtrationem ſciatur accidens, vt probatum eſt, & per definitionẽ cognoſcatur ſubſtantia; euidenter ſequitur demonſtrationem ordinari ad definitionem, quæ erit nobilior, vti finis excedens omnia, quæ ordinantur ad ipſum.

Tex. 31. Tex. 3.

Imperfectũ ordinatur ad perfectum.

Oppoſitum tamen huius apparere videtur nonnullis, quia quod facit acquirere ignotum naturaliter, perfectius & mirabilius inſtrumentum eſt, quàm illud, quod non facit acquirere ignotum naturaliter; ſed demonſtratio eſt inſtrumentum faciens acquirere ignotum naturaliter, quod quidem non facit definitio; igitur demonſtratio erit nobilius & præſtantius inſtrumentum, quàm definitio: maior huius argumenti eſt manifeſta, quia inſtrumenta ſciendi ordinantur ad cognoſcenda ignota naturaliter; non enim indigemus aliquo inſtrumento ad co C gnoſcendum ea, quæ ſunt nota nobis: minor haberi poteſt ex 1. phyſi. vbi Auer. inquit; quòd demonſtratio & ſyllogiſmus faciunt acquirere ignotum naturaliter, definitio vero eſt ſicut inductio, exemplum, & enthymema ad inferendum aliquod.

Tex. 2.

Deinde experiẽtia cognoſcimus continens eſſe perfectius contento; ſed demonſtratio continet definitionem, & non econtra; igitur demonſtratio erit perfectior ipſa definitione: maior habetur ex Ariſt. 4. cęli vbi dicitur, quòd continere eſt formę, contineri vero materiæ; ſed forma eſt nobilior materia, vt ſcribitur 7. huius; ſi ergo demonſtratio continet, & definitio continetur, ſequitur demonſtrationem eſſe nobiliorem ipſa definitione, & pręſertim quia continere dicit actionem, contineri vero dicit paſſionem, & agens ſemper eſt honorabilius patiente, vt ſcribitur 3. de anima: ergo demonſtratio nobilior erit ipſa definitione, & per conſequens erit nobilius inſtrumentum ſciendi: minor etiam probatur, quia totum continet partes, ſed demonſtratio quoddam totum eſt, definitio vero eſt pars demonſtrationis, quoniam eſt principium eius, vt habetur 1. de anima, vbi docetur, omnis demonſtrationis principium eſſe quodquideſt, & 2. poſter. dixit Auer. demonſtrationum principia eſſe definitiones; cum ergo D definitio ſit pars demonſtrationis, euidẽter ſequitur demõſtrationẽ eſſe nobiliorẽ definitione.

Tex. 35. Tex. 7.

Tex. 19.

Tex. 11. Commẽ. 14.

Tertio hoc idem probari poteſt, quia ſcientia per cauſam perfectior eſt, quàm ſcientia ſine cauſa; ſed demonſtratio facit ſcire per cauſam, vt docuit Ariſt. 1. poſter. demonſtrationem eſſe ſyllogiſmum ſcientialem, & ſubdit ipſam debere conſtare ex primis, veris, immediatis, prioribus, notioribus, & cauſis concluſionis; non ſic docetur de definitione: patet igitur euidenter demonſtrationem ſeu ſcire per demonſtrationem eſſe nobilius ſcire per definitionem.

Tex. 5.

Pro explicatione & dilucidatione veritatis ſciendum eſt primo, quòd Ariſt. 1. topic. loquens de definitione appellauit ipſam terminum metaphoricè loquendo, ſeu limitem, quo circum ſcribuntur poſſeſſiones, vel domus, ſicut enim totum, quod eſt intra domum aliquam continetur nec quicquàm extra illam reperitur, dicitur terminus ipſius domus, ita illa oratio, quę explicat omnes partes, quę ſunt in natura rei, ita vt nihil deficiat, dicitur terminus ipſius rei. Vel vt docuit S. Tho. 5. huius, definitio dicitur terminus cognitionis, quia infra ipſam continentur ea, per quæ ſcitur res, ſi autem mutetur differentia, vel addatur, vel ſubtrahatur, iam non eſſet eadem definitio; eſt enim terminus vltimum cuiuſlibet rei, itaquòd nihil de primo terminato eſt extra ipſum terminum; & omnia, quę ſunt eius, continentur intra ipſum, & ſic

Cap. 4. Definitio eſt termin' rei.

Commẽ. 22.

Cap. 10. Definitio eſt oratio quodquideſt ſignificans.

nos vocamus definitionem terminum, quaſi vndique circumſcribētem naturam rei. 2. poſter. A quoque Ariſt. loquens de definitione dixit, quòd eſt oratio quodquideſt ſignificans, ac ſi dixiſſet, definitio eſt oratio, quæ manifeſtat naturam alicuius rei, vbi poſuit, orationem, primo, tanquàm aggregationem quandam multarum vocum & notionum; natura enim rerum, quæ definiuntur, habet plures partes, & ꝓpterea pluribus vocibus & notionibus oportet ipſam manifeſtare; hinc vna ſola vox non eſt definitio. Addit ſecundo, naturam alicuius rei ſignificans, ad excludendas orationes multas, quę non ſunt definitiones, quia non manifeſtant naturam alicuius rei; hęc enim oratio, animal rationale, eſt propria definitio hominis, quia eius naturā explicat atque oſtendit: ſed hæc oratio; homo eſt albus, & ſit vera ſit oratio, cum ſit ibi ſubiectum, prædicatum, & copula; non tamen eſt vera definitio, quia non explicat naturam ipſius rei.

Non omnis oratio eſt definitio.

Notandum eſt ſecundo, quòd multiplex eſt ipſa definitio. Aliqua dicitur eſſentialis, quę eſt oratio continens genus & differentiam alicuius rei; genus autem illud erit, quod ita naturæ definitæ competit, vt ſimul etiam de alijs prædicetur, ſicut in hac definitione hominis, animal eſt genus, quia cum de natura hominis ſit, etiam de equo, leone, & alijs prædicatur. Differentia vero eſt, quæ iuncta ipſi generi determinat ipſum & coarctat, vt pro ſola re definita ſumatur, verbi gratia in definitione hominis, rationale eſt differentia coarctans genus, puta animal ad dicendum tantum hominem, & non aliquam aliam ſpeciem animalis, B hæc definitio dicitur eſſentialis, quia naturam rei per ea, quæ illi eſſentialia ſunt, manifeſtat; idem enim eſt natura, & eſſentia, & quodquideratesse, & hæc definitio debet habere illa quatuor, quæ docuit Ariſt. 7. topic. & 4. phyſi. Primo vt per ipſam oſtendatur quid ſit res, nam dictum eſt definitionem eſſe orationem indicantem quid eſt res. Secundo vt ſoluantur quæcunque opponi poſſunt circa rem illam, ſiquidem cognitio veritatis eſt ſolutio dubitatorum. Tertio vt per eam manifeſtentur proprietates rei, quæ ipſi inſunt, cum definitio ſit medium in demonſtratione, qua propria accidentia de ſubiectis demonſtrantur. Quarto vt ex ipſa manifeſtetur cauſa, propter quam aliqui diſcordant circa ipſam rem definitam, & omnium etiam, quæ opponi poſſunt in ea, & tunc pulcherrime definitur vnumquodque. Alia eſt definitio cauſalis, quę eſt oratio rei proprias cauſas manifeſtans. Cauſarum autem numerus quadruplex eſt, vt docet Ariſt. 5. huius. Quædam eſt cauſa materialis, ea nempe, ex qua aliquid fit, vt ligna C & lapides materię ſunt domus, æs ſtatuę, corpus humanū ipſius hominis. Alia eſt forma, ea ſcilicet, per quam res eſt, & quæ ſimul cum materia rem totam abſoluit, vt anima rationalis hominis eſt forma & figura ipſius ſtatuæ. Tertia eſt efficiens, à qua aliud producitur, vt ſol qui lumē producit, ipſius eſt cauſa efficiens, & ignis caloris. Quarta eſt cauſa finalis, gratia cuius aliquid fit, vt beatitudo eſt cauſa finalis hominis, & ſanitas eſt finis potionis amarę. Ex his igitur cauſis, aut ſingulis, aut pluribus, aut omnibus definitiones cauſales ſunt; exempli gratia quę per materiam dantur, vt domus eſt ex lapidibus, lignis, & terra, reliquiſque partibus conſtructa, & homo eſt compoſitus ex quatuor elementis: ſub hoc genere definitionis comprehenduntur omnes illæ definitiones, quibus res artificiatę per ea, ex quibus fiunt, definiuntur: comprehenduntur etiam definitiones, quæ partes rei continent, vt mundus eſt ex cælo, terra, & ex naturis, quæ intra hęc includuntur, corpus humanum eſt quod erecto capite, pectore, manibus, pedibuſque conſtat; comprehenduntur etiam definitiones accidentium, quæ per ſubiecta ipſorum aſſignantur, vt riſibilitas eſt aptitudo hominis ad ridendum. Secundum genus cauſarū D definitionum eſt per formam, vt homo eſt animal ex rationali anima conſtans, ad quod genus illæ definitiones reducuntur, quibus concreta per abſtracta definimus, vt album eſt quod albedine efficitur. Tertium genus eſt per efficientem cauſam, vt dies eſt latio ſolis ſuper terram, & eclipſis eſt interpoſitio terræ inter ſolem & lunam. Quartum genus eſt per finalem cauſam, vt homo eſt animal ad ſummi boni perceptionem deſtinatum, & domus eſt tegumentum ad extrinſecas incommoditates propulſandas. Tertia definitio eſt accidentaria, quæ non quid res, ſed potius qualis ſit ſignificat, hęc autem eſt oratio rem per ſua accidentia manifeſtans, & hæc eſt duplex. Altera quæ per genus & accidēs proprium, quod illi ſoli rei conuenit, aſſignatur, vt homo eſt animal riſibile; terra eſt elementum grauiſſimum; & hæc proprie dicitur deſcriptio. Ad hanc definitionem reducuntur ea, quæ dantur per effectus, vt iuſtitia eſt, quæ ſuum cuique tribuit, & ſol eſt auctor diuturnæ lucis. Altera definitio accidentaria eſt, quæ datur per accidentia communia, quorum ſingula pluribus rebus inſunt, ſimul tamen iuncta non niſi rei, quę definitur, vt homo eſt animal bipes implume, pulchrum, magni cerebri, & ad hoc genus definitionis reduci poſſunt omnes definitiones, quas tradere ſolent poetæ & Rectores.

Cap. 4. Tex. 31. Definitio debet habere quatuor.

Definitio cauſalis quæ eſt.

Definitio per materiā quę nam ſit.

Definitio accidētalis quę ſit.

Cap. 10. Tertio eſt ſciendum ex Ariſt. 1. poſter. vbi & ipſe diſtinxit definitionem in quid nominis, & in quid

A in quid rei; definitio quid nominis eſt oratio ſignificans rem ſignificatam per nomen, ſiue explicet naturam eius, ſiue non; & talis eſt duplex; altera quid nominis exprimens ſolummodo ſignificationem nominis, vt ſi dicamus, quòd triangulus eſt illa figura, quę habet tres angulos, qua data adhuc reſtat quęrere quid eſt triangulus. Alia eſt definitio quid nominis, quę datur per plura nomina, ſicuti hiſtoria Homeri poteſt per plura nomina ſignificari; definitio vero quid rei, ſeu quidditatiua illa eſt, quæ datur per verum genus & veram differentiam, & explicat per ſe naturam ipſius rei, & eſt demonſtratio ſola poſitione differens, quod dupliciter interpretari poteſt. Primo quia ſi quęratur quid eſt tonitruũ reſpondetur, quòd eſt ſonus, cum extinguitur ignis in nube: ſiquis autem iterum petetet, propter quid tonat reſpondebitur propterea quòd extinguitur ignis in nube, vbi apparet idem reſponderi ad quęſtionem quid eſt, & ad quęſtionem propter quid eſt; ex conſequenti eadem eſt definitio & demonſtratio, & non differunt, niſi quia definitio datur in recto, dicendo quòd tonitruum eſt ſonus, &c. demonſtratio vero datur per modum cauſæ dicendo, quod, propterea quod extinguitur ignis in nube. Secundo etiam interpretari poteſt hoc dictum ſcilicet definitionem eſſe demonſtrationem ſola poſitione differentem; quia ipſi definitioni nihil deficit, vt ſit demonſtratio, niſi diſpoſitio in modo & figura, quando ergo diſponitur ipſa definitio in modo & figura, tunc eſt ipſamet demonſtratio; & propterea dicitur de definitione, quòd debet eſſe clarior ipſo definito, cum enim ad hoc inuenta ſit, vt rem occultam manifeſtet, oportet vt notior ſit, quàm illud quod definitur, exempli gratia hęc definitio, animal à Deo creatum ad beatitudinem, magis manifeſtat naturam hominis, quàm ſi vnica voce exprimatur, nempe homo: & ex hoc excluduntur definitiones illæ, quæ dantur per ignotiora, vel æque nota, vt ſi dicas, ſomnus eſt imago mortis, mors enim eſt obſcurior ſomno. Excluduntur etiam definitiones illę, quę dantur per metaphoram, vt homo eſt arbor reuerſa. Dicitur etiam de definitione; quòd debet conuerti cum definito, ideſt de quocunque prędicatur definitum, de eodem definitio prædicari debet, ita ut nulli vnum competat, cui non competat & alterum. Et ex hoc excluduntur definitiones illę quæ dantur per communia, vt homo eſt ſubſtantia ſenſibilis. Excluduntur quoque nominum etymologiæ, quæ ob id non ſunt propriæ definitiones, cum pluribus definitis conueniant, vt theologus eſt, qui de Deo loquitur, lapis eſt, qui pedem ledit.

Definitio quid nominis eſt duplex.

Quid ſit tonitruum.

Definitio eſt demõſtratio ſola poſitione differens.

Definitio cõuertitur cũ definito.

C Dicitur etiam de definitione, quòd nihil debet habere ſuperfluum nec diminutum, ſed ita debet rem explicare, vt nec deficiat, nec excedat: propterea non eſt bona definitio, homo eſt animal rationale coloratum bipes, eſt enim ſuperflua, cum coloratum & bipes non ſint in natura hominis, & de hac definitione, quæ has circumſtantias habet, impręſenti loquimur.

Quarto ſciendum eſt, quòd ſicuti eſt multiplex definitio, ita multiplex eſt demonſtratio, vt docet Ariſt. 1. poſter. nam demonſtrationum alia eſt vniuerſalis, alia particularis, alia cathegorica, alia priuatiua, alia oſtenſiua, alia ducens ad impoſſibile; quæ nam ſit vnaqueque iſtarũ non eſt præſentis ſpeculationis, cum ad logicum negotium attinere videatur. Aduertendum tamen, quòd hic loquimur de ipſa demonſtratione potiſſima, quæ eſt ipſa definitio, à qua ſolum ordine differt, & cum logicus & metaphyſicus de diffinitione conſiderẽt, verumtamen nõ eodem modo, quia logicus vt topicus & analiticus conſiderat definitionem, vt eſt ſermo inſtrumentarius, quo intellectus ducitur in cognitionem quidditatum rerum; metaphyſicus vero cõſiderat definitionem vt ſignificat quidditatem rei, quaſi per accidens, quia gratia quidditatis, quàm per ſe conſiderat: metaphyſicus enim per ſe & primaria intentione ipſas quidditates D rerum conſiderat; per accidens autem ſermonem diffinitiuum, vt illas oſtendat, & hoc patet ex 7. huius, vbi habetur, quia definitio ratio eſt, & omnis ratio partes habet, & vt ratio ſe habet ad rem, ſimiliter & pars rationis ad partẽ rei ſe habebit; & 8. etiam huius narrãtur plurima genera definitionum, & præſertim illa, quæ aſſignabat Architas, qui quidem difiniebat per omnia genera cauſarum, & hęc approbat ipſe Ariſt. Topicus vero cõſiderat definitionem, vt eſt vnum prædicatorum problematicorum; analyticus autem, vt eſt medium in demonſtratione potiſſima. Ex his ergo dilucidatur quęſitum, quia definitio vt conſideratur à metaphyſico & exprimit quidditatem rei eſt nobilior demonſtratione, quę exprimit accidens rei, vt vero definitio conſideratur à logico eſt ignobilior ipſa demonſtratione; tum quia ordinatur ad demonſtrationem, cum ſit eius medium; tum etiam quia eſt pars eius, & pars eſt ignobilior toto. Et ſic ſoluuntur rationes vtriuſque partis. primæ enim rationes concludunt definitionem eſſe nobiliorem demonſtratione metaphyſice loquendo; ſecundæ vero rationes concludunt demonſtrationem eſſe nobiliorem definitione logice loquendo, quia non eſt verũ definitionem conſiderari à logico, tamquàm inſtrumẽtum diſtinctum à demonſtratione, ſed vt medium eius prout communis opinio illuſtrium Doctorum habet.

Cap. 5.

Demonſtratio eſt multiplex.

Metaphyſicus & logicus diuerſimode conſiderant de definitione.

Tex. 33.

Tex. 5.

Dilucidatio cõtrouerſiæ.

Namque de omnibus eſſe demonſtrationem eſt impoſsibile, &c. Tex. 4. A

An detur regreſſus demonſtratiuus in ſcientijs.

Dilucidatio quarta.

Cap. 3. Sententia priſcorū de regreſſu.

ET ſi de regreſſu demonſtratiuo diſputetur à logicis 1. poſter. tamen quia philoſophus in hoc contextu videtur ponere eandem opinionem antiquorū, quam poſuit ibi; propterea de hoc quæſito aliquid dicere determinaui; tria faciendo. Primo præponendo opiniones falſas. Secundo declarando veritatem. Tertio ſoluendo argumenta in contrarium. Quoad primum ſententia fuit Priſcorum dari regreſſum demonſtratiuū, tribus rā ſuppoſitis, quorum primum eſt, quòd ſcire ſimpliciter eſt per cauſam priorem notam naturæ & nobis, naturæ quia eſt prior in eſſe, nobis quia eſt ſenſata. Secundum ſuppoſitum erat, quòd omnia poſſunt ſciri demonſtratione ſimpliciter; quia ſcientia non eſt, niſi per demonſtrationem. Tertium erat, quòd principia demonſtratiua non poſſunt facere ſcire concluſionem, niſi & ipſa ſint ſcita. Ex iſtis tribus ſuppoſitis concludebant regreſſum demonſtratiuum eſſe neceſſarium in ſcientijs, ita arguendo: ipſę præmiſſæ, quę faciunt ſcire cōcluſionem, aut ſunt notæ, aut ignotæ: ſi ignotæ, ergo non poſſunt notificare concluſionem, quia ignota non notificant, ergo oportet vt ſint notæ & ſcitę, & non niſi ſcientia demonſtrationis ſimpliciter ex fundamento poſito; ſi ergo præmiſſæ ſunt ſcitæ ſimpliciter, aut hoc eſt per concluſiones, aut per alias præmiſſas: ſi primo habetur intentum, quòd eſt neceſſarius regreſſus per demonſtrationem ſimpliciter; ſi dicatur ſecundo, quòd pręmiſſæ ſciuntur per alias præmiſſas; quæritur de illis, aut ſciuntur, vel non: ſi ſciuntur, aut per pręmiſſas, aut per concluſiones: ſi per concluſiones habetur intentum; ſi per pręmiſſas tunc quęritur de illis iterum, & ſic dabitur proceſſus in infinitum; ſed in nullo genere cauſarum dari poteſt hic proceſſus C

Tex. 6. in infinitum, vt oſtenſum eſt 2. huius: ergo melius eſt dicere præmiſſas ſciri ſcientia ſimpliciter per concluſiones, & ſic dari regreſſum demonſtratiuum.

Cap. 3. Reprobatio prioris ſententiæ. Non poteſt eſſe idē prius & poſterius reſpectu vnius & eiuſdē.

Sed decipiuntur iſti, vt docuit Ariſt. 1. poſter. quia ſuppoſito eo, quod ipſi concedunt, demonſtrationem ſimpliciter procedere ex notis nobis & naturę, ſcilicet ex ſenſatis & ex prioribus in eſſe, arguitur contra eos deducendo ad impoſſibile ſic: ſi pręmiſſę notificant ſimpliciter concluſionem; ergo ſunt priores & notiores nobis & naturæ, & ſic idem erit prius & poſterius, & idem notius & ignotius reſpectu eiuſdem; quia pręmiſſæ inquantum notificant concluſionem, ſunt priores & notiores; inquantum vero notificantur à concluſione erunt ignotiores & poſteriores; & ſic idem reſpectu eiuſdem erit notius & ignotius, prius & poſterius ſecūdum eundem modum; quod eſt falſum, vt latius oſtendunt Ariſt. & Auer. contra iſtam opinionem loco ſuperius allegato. Et ratio ipſorum eſt nullius momenti, quia quando dicunt, quòd præmiſſæ, quæ faciunt ſcire concluſiones, debent eſſe notæ; conceditur, ſed negatur poſtmodū, quòd per demonſtrationem ſint notificandę; quia principia demonſtratiua ſunt nota tantum D ſenſu, & non per alias præmiſſas eis notiores; principia enim notificantur ex notitia terminorum; ſic enim ea cognoſcimus inquantum eorum terminos cognoſcimus, vt 1. huius oſtenſum eſt, & oſtendit Auer. 2. poſter.

Dilucid. 5. Cap. vltimo.

Secunda opinio in hoc quæſito eſt oppoſita opinioni antiquorum; dicunt enim Aliqui regreſſum demonſtratiuum in ſcientijs eſſe inutilem & nō dari; quod ita probant; illud, quod facit demonſtratio quia, ſine regreſſu, fruſtra ponitur in regreſſu; ſed demonſtratio quia, facit illud met quod operatur regreſſus: fruſtra igitur eſt ponere ipſum; maior enim patet ex Ari.

Tex. 50. 1. phy. fruſtra fiunt per plura quę poſſunt fieri per pauciora contra Anaxagoram; minorem ita probant ſupponendo primo, quòd regreſſus hoc facit videlicet, vt ex eſſe effectus demon-

Regreſſus demōſtratiuus quod faciat ex aliquorū ſententia.

ſtratione quia, cognoſcamus eſſe cauſę, ſecundum quòd regredimur ex eſſe cauſæ ad notificandum propter quid effectus; ſed hoc totum facit demonſtratio quia, ſine demonſtratione propter quid, & ſine regreſſu, quoniam facit ſcire cauſam eſſe, & vltra hanc eſſe cauſam propter quid effectus, quod vtrūq. inutiliter & ocioſe fit in regreſſu, cum demonſtratio quia, faciat vtrumque; nam effectus non poteſt inferre cauſam, niſi ſciamus illam cauſam eſſe inſeparabilem ab illo; ſed ſcito hoc, ſcimus propter quid effectus; ergo demonſtratio quia facit ſcire

vtrumquę

A vtrumque & eſſe cauſæ & propter quid effectus,& ſic regreſſus iſte erit ocioſus & inutilis. Secundum eſt quod præſupponunt, quòd non datur demonſtratio cauſæ,quia finis eius eſt notificare propter quid ipſius effectus,& hoc facit demonſtratio quia, vt dictum eſt:ergo ſuperflua eſt demonſtratio cauſę: ex his duobus concluditur manifeſte principale intentum in ſcientijs nullum eſſe regreſſum.

Verum quia hęc opinio expreſſe contradicit Ariſt. 1.poſt.vbi probat cauſam & effectum ad inuicem poſſe demonſtrari;igitur ſecundum Ariſt. datur iſte regreſſus; & quando ab effectu imus ad cauſam tantũ notificat quia eſt,& non propter quid, quia nemo dat quod non habet ex Porphy. in prædicab. ſed effectus non eſt cauſa cauſę: ergo effectus non notificat pp quid ipſius cauſæ, & ad rationem iſtorum dicimus in demonſtratione quia, non eſſe neceſſarium cognoſcere effectum eſſe connexum cauſæ inquantum cauſa,ſed ſolum eſſe connexum per ſe & eſſentialiter,per regulam 1.poſter.vbi docentur quæ ſunt per ſe & eſſentialia; & demonſtratio quia ab effectu ad cauſam eſt ſyllogiſmus cathegoricus hoc modo ſcilicet, motus æternus eſt,quę propoſitio ſumitur tanquam maior:minor propoſitio erit iſta; ſed motor æternus exi

B ſtit; in iſta minori debemus pręcognoſcere motum ęternum cum motore æterno per ſe & eſſentialiter eſſe connexum; non enim requiritur motum ęternum eſſe connexum motori ęterno,vt cauſa & cauſatum. Ex quibus reſpõdendo ad rationem iſtorum dicimus,quòd non poſſumus ſcire ex eſſe effectus in demonſtratione quia eſſe cauſę,niſi ſciamus illam eſſe cauſam illius effectus:vnde neganda venit hęc propoſitio,quia ſufficit ſcire quòd ſit connexa eſſentialiter & per ſe,& non ſufficit ſcire quòd ſit cauſa tantum illius effectus; nihil igitur concludit ratio iſtorum,nec mirum, quia falſa ſumpſerunt pro opinione ſua.

Cap. 10.
Cap. de differ.
Cap.4.
Ex eſſe effectus non cognoſcitur eſſe cauſę.

Tertia eſt ſententia aliquorum, qui volunt regreſſum in ſcientijs eſſe poſſibilem, ſed non demonſtratiuum,niſi ſecundum vnam tantum partem, & non ſecundum omnes,quia primus proceſſus ab effectu ad cauſam eſt tantum ſyllogiſmus;ſecundus vero à cauſa ad propter quid effectus eſt demonſtratiuus: cum ergo primus proceſſus vocetur ſyllogiſmus coniecturalis; quo arguimus ab accidentibus ad ſubſtantiam, ſeu ab effectu ad cauſam, exempli gratia, luna augetur ſpherice;ergo eſt rotũda, hæc coniectura eſt neceſſaria,quia arguimus ab accidenti neceſſario. Aliquando arguimus ab accidenti non neceſſario.v. g.mulier pallet, ergo peperit,

C hæc conſequentia eſt coniectura,ſed non neceſſaria: volunt ergo iſti,quòd demonſtratio quia non ſit demonſtratio,ſed coniectura;& ita probant:ſcientia non per cauſam eſt imperfecta 1. poſter.ſed imperfectum tale non eſt ſimpliciter tale: ergo ſcientia non per cauſam non erit ſcientia;nam demonſtratio quia generat ſcientiam,& non per cauſam:ergo non eſt ſcientia,neque eſt demonſtratio, quia demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire.

Rotunditas lunæ poteſt demõſtrari.
Cap.2.

Sed hæc opinio etiam eſt falſa; quia vt docuimus 2. huius demonſtratio quia non eſt extra genus demonſtrationum,& hoc etiam docuit Ariſt.1.poſter.Et ad argumentum adductum reſpondetur negando conſequentiam, quia licet imperfectio remoueatur à vera ſcientia & à vera demonſtratione,quæ eſt vna ſpecies, non tamen remouetur à demonſtratione & à ſcientia in analogato,& eſt exemplum clarum,quia accidens eſt ens imperfectum reſpectu ſubſtantię, & tamen non eſt imperfectum ens analogice, ita in propoſito demonſtratio eſt ſcientia non per cauſam,& eſt imperfecta reſpectu demonſtrationis ſimpliciter, & demonſtrationis cauſæ tantum, quæ ſunt duę ſpecies:ergo imperfecta à genere analogo ſciẽtia demonſtrationis?negatur conſequentia,quia imperfectio non excludit à genere; vnde homo & conchilium ſunt ſub

D eodem genere.

Dilucid. 12.
Cap.10.
Accidens eſt imperfectũ.

Sunt etiam & alij ex noſtris, qui profitentur nullo pacto debere eſſe regreſſum demonſtratiuum in ſcientijs,& ſupponũt primo,quòd quicquid intellectus noſter intelligit actu oportet eſſe phantaſiatum in phantaſia ſeu in cogitatiua;ita quòd quoties intellectus eſt in actu ſuo circa aliquid ſuo modo oportet,quòd ſenſus interiores deſeruiant intellectui circa phantaſmata,& eſt ſententia Ariſt. 3.de anima,nequaquam ſine phantaſmate intelligit anima, & S.Tho. 1.p.vbi vult,quòd facta lęſione in organo cogitatiuæ priuatur quis intellectione. Secundum ſuppoſitum eſt,quòd in parte animę intellectiuæ,& in eius operatione non eſt intenſio & remiſſio de ſe & ratione intellectus; ſed ſi eſt, hoc eſt ratione partis ſenſitiuæ deſeruientis intellectui.

Opinio cuiuſdam thomiſtę.
Tex.30.
q.84.ar.3.
Rationes negãtium progreſſum.

Quibus ſtantibus arguunt ſic, omnis demonſtrator ex notioribus ſibi procedere debet; ſed habens notitiam ſubſtantię per eius accidentia, vel cauſæ per eius effectus demonſtrationę quia,& poſtea per notitiam ſubſtantiæ vel cauſæ intendit redire ſuper accidentia vel effectus, non procedit ex notioribus ſibi: ergo talis non eſt demonſtrator; ex conſequenti non dabitur regreſſus demonſtratiuus: maior patet ex 1. poſter. minor probatur, quia cauſa & ſubſtantia

Cap.2.

ſunt entia nota naturæ & non nobis. Arguunt & ſecundo deducendo ad impoſſibile, ſi daretur regreſſus demonſtratiuus, ſequeretur quòd aliqua entitas per ſe tenderet ad corruptionem; ſed hoc eſt impoſſibile: igitur impoſſibile eſt dari regreſſum demonſtratiuum: conſequentia probatur, quia in ſecundo regreſſu eſt remiſſior notitia, quàm in primo. A

Cap 63. Caietanus 1. poſter. vbi diſputat, num ſit poſsibilis & conueniens demonſtratio circularis, ponit quoddam fundamentum, in quo aſſerit in vtroq. proceſſu reperiri tres notitias, & priorem ſemper eſſe imperfectiorem, ſed euidentiorem; nec hoc inconuenit (dicit ipſe) in inſtrumentis intellectus, quæ producunt ex vigore illius effectum, ideſt notitiam maioris perfectionis, ſicut & principia ſunt imperfectius ſcita, quàm concluſiones demonſtratæ ex eis, ſunt tamen euidentius nota.

Opinio Caietani impugnatur hic. Quod fundamentum arbitror eſſe falſum, quia ex ſecundo proceſſu etiam ſecundum ipſum eſt demonſtratio propter quid, ſcilicet quando per cauſam demonſtratur effectus; ſed in demonſtratione propter quid ſemper proceditur ex notioribus ſimpliciter, quæ ſunt perfecte nota: ergo principia nedum ſunt euidentius nota, ſed perfectius iuxta regulam Ariſt. adhæremus concluſionibus propter principia. Præterea in iſtis proceſsibus præmiſſæ, cum ſint cauſæ efficientes notitiæ concluſionum; quæro aut ſunt cauſæ vniuocę, aut æquiuocæ: ſi primum; ergo ſunt æque perfecte notæ, ſicuti & ipſæ concluſiones: ſi ſecundum; ergo ſunt perfectiores in notitia, quàm ipſæ concluſiones. Et demum ita argumentor, quanto aliquid eſt propinquius B

Tex. 16. primo perfectiſsimo in aliquo ordine, tanto eſt perfectius 5. huius; ſed omnes præmiſſę & præſertim in demonſtratione propter quid ſunt propinquiores primo perfectiſsimo in eſſe cognito, ſcilicet primo principio complexo, quod eſt perfectiſsime cognitum: nō ergo ex imperfecte notis proceditur in illo progreſſu.

Commen. 7. Regreſſus quid eſt. Quoad ſecundum declaranda eſt veritas huius negotij. ſed primo ſciendum eſt, vt docuit Themi. 1. de anima quòd regreſſus eſt quędam ambulatio circularis, qua primo ambulamus à præmiſsis ad concluſionem; deinde à concluſione ad præmiſſas, & metaphorice dicitur quidam circulus, nam ſicuti motu circulari ab vno puncto incipientes ad idem reuertimur; ita in motu intentionali incipimus à præmiſſis ad concluſiones, & deinde à concluſione ad præmiſſas reuertimur, & dicitur regreſſus ſeu demonſtratio circularis, quæ eſt eorum, quę conuertuntur, & hic eſt circulus completus, qui conſtat ex terminis conuertibilibus in primo modo primę figurę, vt omne animal rationale eſt riſibile; omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis; aſſumatur deinde concluſio tanquàm præmiſſa, & adiungatur ei minor, & inferatur maior hoc modo; omnis homo eſt riſibilis; omne animal rationale eſt homo: ergo omne animal rationale eſt riſibile. C

Circulus completus.

Conuertibilitas ſecūdū cauſalitatem & ſecundum pdicationē. Secundo notandum eſt regreſſum dari in conuertibilibus contingere dupliciter, vno modo ſecundum prędicationem; alio modo ſecundum cauſalitatem, & licet vtroque modo fieri poſsit, conuertibilitas tamen ſecundum cauſalitatem eſt principaliter intenta, quę quidem conuertibilitas in hoc conſiſtit, quòd talis effectus neceſſario præexigat talem cauſam, & ad talem cauſam neceſſario ſequatur talis effectus, tunc enim ab effectu concludimus quia de cauſa, & à cauſa concludimus propter quid de effectu, quando connexio eſt neceſſaria ex vtraque parte: conuertibilitas vero ſecundum prædicationem dupliciter intelligi poteſt inter cauſam & effectum; vno modo vt in quocunq; ſit cauſa ſit effectus & econuerſo, quemadmodum ſe habent rationale & riſibile, & hoc modo non poteſt vniuerſaliter intelligi conuertibilitas prædicationis inter cauſam & effectum conuertibilem, quoniam multi ſunt effectus, qui non ſunt in ſuppoſitis, in quibus ſunt rationes cauſandi illos, quemadmodum in iſtis inferioribus ex generatione & corruptione demonſtramus contrarios motus in cęlo, & econuerſo. Alio modo poteſt intelligi, ut de quocunque ſuppoſito prædicetur cauſa, de eodem prædicetur denominatio cauſalis ſumpta ab effectu, & econuerſo, & hoc modo vniuerſaliter verum eſt effectum & cauſam neceſsitate mutua connexionem habentes conuerti ſecundum prędicationē; oportet ſiquidem omne naturaliter cauſans generationem & corruptionem habere contrarios motus & ecōuerſo, omne habens cōtrarios motus cauſare generationē & corruptionem, quapp demonſtratio quia eſt per effectum conuertibilem cōuertibilitate cauſalitatis & prędicationis. D

Regreſſus eſt ſuetus ī philoſophia naturali quis ē. Poſtremo conſiderandum eſt, quòd regreſſus iſte demonſtratinus, cum ſit proceſſus artificialis ſcientificus adinuicem oſtendens effectum cum cauſa & econuerſo, eſt proprius & conſuetus in philoſophia naturali, & in metaphyſica, atque in theologia, non autem in mathematicas ratio ſi quidem eſt, quia in mathematicis ſcientijs cauſæ ſunt nobis notæ, & propterea regreſſus in eis non eſt neceſſarius, ſed in alijs ſcientijs cauſę ſunt ſubſtantiæ & ſic inſenſibiles & ignotæ nobis, propterea in eis regreſſus eſt utilis & neceſſarius.

A Quibus ſtantibus dico regreſſum demonſtratiuum non poſſe eſſe & dari in eodem genere
cauſæ,& ſeruando idem genus demonſtrationis ; & ſi hoc pacto aliquando illuſtres doctores
eo vſi ſunt,ille progreſſus non debet dici demonſtratio circularis,ſed potius ſyllogiſmus, quia
non poteſt eſſe,ut idem ſit prius & poſterius, notius & ignotius reſpectu eiuſdem & eodem
modo & ſimpliciter,quod tamen ſequeretur ſi in eodem genere cauſæ fieret regreſſus & de-
monſtratio circularis. Alio modo dicimus dari regreſſum demonſtratiuum in diuerſis gene-
ribus cauſarum, variando genus demonſtrationis, & hic regreſſus non eſt proprie circularis,
quia non eſt ab eodem ad idem eodem modo & ſimpliciter,& ideo dicitur quòd datur demõ-
ſtratio circularis diſformis,non autem vniformis ; quia hoc pacto ſimpliciter & proprie lo-
quendo eſt impoſsibilis in arte ſcientifica.

Dilucidatio veritatis.

Datur regreſſus in diuerſis generibus cauſarum.

Quod autem detur talis regreſſus ſcientificus variando genus demõſtrationis, probatur &
auctoritatibus & rationibus. Auctoritas prima eſt Ariſt. 1.poſter. vbi per non ſcintillare de-
monſtrat planetas eſſe propinquas demonſtratione quia & per effectum, & poſtea ex propin-
quitate demonſtrat nõ ſcintillare in planetis demonſtratione propter quid, vbi S. Tho. aſſerit
B quòd Ariſt.docet,quomodo demonſtratio quia conuertitur in demonſtrationẽ propter quid.
Secunda auctoritas eſt ipſiuſmet Ariſt. 8.phy.vbi per demonſtrationem quia,demonſtrat mo
torem ſeparatum ęternum, & deinde regreditur & demonſtrat ęternitatem motus per moto-
rem ęternum demonſtratione propter quid & per cauſam. Tertia auctoritas habetur 2. de
anima,vbi ex definitione communi ipſius animę videlicet, quòd ſit actus corporis organici po
tentia vitam habentis inueſtigat definitionem propriam cuiuſcunque animæ, & deinde re-
greditur ex propria definitione animę demonſtrando definitionem communem. Quo etiam
vſus eſt Ariſt. 1. poſter. in aſſignando duplicem definitionem demonſtrationis & fina-
lem & materialem. Quarta auctoritas habetur 2.cęli, vbi probat dextrum eſſe in cœlo per
principium motus,& infra regreditur & probat principium motus videlicet, quòd motus ibi
incipit,vbi eſt dextrum cęli; vbi S. Tho. oſtendit quomodo vna demonſtratio eſt per ſignum,
& alia per cauſam. Eodẽ etiã lib. oſtendit ſtellas non moueri de loco ſuo,quia ſunt ſphericæ fi-
gurę,& infra regreditur probando ecõuerſo, ſcilicet quòd ſunt ſphericę figuræ per hoc,quod
eſt non moueri de ſuo loco, vbi elengantiſſime S. Tho. defendit Alexan. aduerſus Simpliciũ
C & explicat totam vim regreſſus demonſtratiui. Quod etiam lucidiſſimus Themiſtius 2.po-
ſter. ſcripſit. Conformiter etiam ad hæc docuit S. Tho. 1.p. vbi diſputat num Deum eſſe ſit de-
monſtrabile,& oſtendit duplex eſſe genus demonſtrationis. Alterum, quod datur per cauſam
& dicitur propter quid,& eſt per priora ſimpliciter. Alterum vero eſt per effectum, & dicitur
demonſtratio quia, quod eſt per ea, quę ſunt priora quo ad nos. Et 1. ſent. docet quòd ſicut in-
uenimus in proceſſu cognitionis, quòd in cognitionem principiorum venit quis per principia
ta, quibus tamen habitis magis ipſa cognoſcit quàm principiata, nec indiget principiatis ad co
gnitionem principiorum, quæ iam per ſe cognoſcit, neceſſario tamen principiatorum cogni-
tionem amittit, immo illa cognitio per principia perficitur, ita eſt in proceſſu hominis in
Deum, qui per creaturas venit in Deum, quo habito creaturis non eget ad ipſum habendum,
ſed per ipſum venit in perfectum vſum omnium aliorum: ſic etiam eſt in proceſſu naturæ, ꝙ
per diſpoſitiones acquiritur forma, quæ habita eſt principium omnium accidentium, in qui-
bus verbis clare ponit regreſſum.

Tex. 30.

Tex. 44.

Eſt motus ęternus ergo motor.

Tex. 12.

Cap. 2.

Tex. 15.

Tex. 34.

Tex. 52.

Tex. 59.

Cap. 2.

q. 2. ar. 2.

Diſt. 1. q. 4. ar. 2.

Homo per creaturas cognoſcit Deũ

Probatur modo rationibus, quarum prima ſit hæc; in naturalibus cõmuniter demonſtra-
D tio poteſt fieri per quatuor genera cauſarum, vt oſtenſum eſt ſupra in hoc libro, & in metaphy
ſica per duas. ſ. per formalem, & finalem; ſi ergo non poſſemus regredi dum ex accidentibus
& effectibus cognoſcimus cauſas, & iterum ex cauſis ad accidentia & effectus, tunc numquã
in illis ſcientijs demonſtraretur per illas cauſas; & ſic numquam perficerentur in nobis illæ
ſcientię: quod eſt abſurdum dicere.

Dilucid. 1.

Ex accidentibus cognoſcitur cauſa.

Secunda ratio ſit, omnis capacitas naturalis noſtri intellectus ad ſciendum aliquid perfici
& compleri naturaliter poteſt, aliter ipſa eſſet fruſtra; ſed poſtquam intellectus per effectum
pręcognitum cognoſcit cauſam eius, adhuc eſt in potentia & eſt capax cognoſcere illum effe-
ctum per cauſam, cum illi effectus ſicut & quilibet alius ſint apti nati cognoſci etiam per ſuã
cauſam: igitur talis capacitas intellectus compleri debet, quo poſito neceſſario ſequitur re-
greſſus: minor patet de ſe, quia aliter nullus effectus poſſet cognoſci per ſuam cauſam, ſi co-
gnoſci per cauſam non competeret omni effectui, non enim dici poteſt ꝙ alicui conuenit, &
alicui non, cum ſint vniformes in hoc, quòd ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere.
Tertia omnis ſcientia poteſt vti demonſtratione quia, & propter quid reſpectu ſui ſubiecti &
eius effectuum & paſsionum: ergo omnis ſcientia poteſt regredi regreſsu artificiali & ſcien-
tifico

Oĩs ſcientia poteſt vti demõſtratione quia eſt.

tifico; antecedens probatur, quia illæ duę demonſtrationes ſ. quia, & propter quid ſunt reſpectu eiuſdem obiecti formalis ordinatæ adinuicem, vt imperfectum & perfectum, quæ non variant ſpeciẽ, & per conſequens poſſunt eſſe ambę in eadem ſpecie ſcientię: conſequentia patet, quia ſi ſcienna poteſt vti hac duplici ſpecie, ſeu genere demonſtrationum, neceſſario ſequitur eam vti poſſe regreſſu demonſtratiuo. A

q.52.art.2. Et poſtremo oſtendo hoc eſſe de opinione S Tho. 1.2. vbi ponit habitum ſcientificum eſſe

Habitus ſciẽtific' eſt qualitas intenſibilis. intenſibilem, & iterum eſſe qualitatem ſimplicem, quæ educitur de imperfecto ad perfectum dum intenditur; ſed in intentione ſemper ſequens gradus vel perfectio additur præcedenti, & pręcedens notitia perficitur per ſequentem: igitur ibi fit continuus regreſſus, dum ſemper prius nota perficiuntur per poſterius nota, donec compleatur perfectio ſcientiæ, & cum contingat aliquando prius nota eſſe effectus, & poſterius nota quoad nos eſſe cauſas: igitur contingit regredi ex cauſis nouis per effectus ad ipſos effectus perfectius cognoſcẽdos, & econuerſo.

Tertio loco ſoluenda ſunt argumenta. Et primo reſpondendum eſt ad illa duo argumenta, quibus aliqui ex noſtris mouebantur ad negandam veritatem ſupra declaratam, quorum primum erat; omnis demonſtrator ex notioribus ſibi procedere debet &c. Concedimus maiorem, ſed negamus minorem, quia ſemper in quolibet progreſſu ſiue à priori ſiue à poſteriori demonſtrator ex notioribus ſibi procedit. Secundum argumentum erat deducens ad impoſſibile, quòd ſi daretur regreſſus demonſtratiuus, ſequeretur quòd aliqua entitas per ſe tenderet ad corruptionem &c. neganda venit conſequentia, & ad probationem dicimus, ꝙ per primum proceſſum acquiritur cognitio aliqua rei demonſtrandæ, & per ſecundum etiam augetur. B

Demonſtrator ſemp. ꝓcedit ex notioribus ſibi.

Tex.13. Aliqui contra veritatem declaratam ita arguunt, quia 2. poſter. habetur, quòd cauſæ agentes & materiales non reciprocant, nec cum effectibus conuertuntur, & tamen in philoſophia naturali omnis fere regreſſus ex cauſa efficienti & materiali conficitur: igitur ſaltem in naturali philoſophia regreſſus demonſtratiuus non datur, & ſi dabitur, erit inutilis. Ad quod reſpondentes dicimus, quòd cauſa efficiens & materialis poteſt conſiderari cum ſuo ſubiecto proprio in vniuerſali, & cum ſuis ſubiectis proprijs in particulari: ſi primo modo conſiderabitur, tunc cauſa conuertitur tantum in terminis, quia cauſę naturales efficientes ſunt per ſe determinatę, vt elicitur ex Ariſt. 1. phyſ. vbi dicit, quòd non quodlibet fit ex quolibet, ſed determinatum ex determinato, & hinc eſt quòd materia prima conuertitur cum materia generabili in ſubiecto proprio & vniuerſali, vnde valent iſtæ conſequentiæ, ſi materia eſt, res generabilis eſt; ſi res generabilis eſt, ergo materia eſt; ſi vero ſecundo modo conſiderabuntur cauſa efficiens & materialis comparando ipſas ad ſubiecta particularia, & per accidẽs, vt materia ad generabile hoc particulare, & efficiens naturale ad hunc effectum particularem, hoc igitur modo loquendo eſt quædam differentia inter generabilia & æterna, valet enim homo eſt, ergo materia eſt; ſed non valet, materia eſt, ergo homo eſt. Ad punctum igitur argumenti dicitur, ꝙ quando Ariſt. dixit 2. poſter. quòd cauſę agentes & materiales non reciprocant, nec conuertuntur cum ſuis effectibus, locutus eſt de comparatione cauſæ efficientis & materialis in ordine ad cauſata particularia, de quibus neque ſcientia neque demonſtratio eſt, non autem de comparatione cauſæ agentis & materialis in ordine ad cauſata vniuerſalia. C

Determinatũ fit ex determinato & non q̃dlibet ex quolibet.

Cauſæ agentes & materiales quomodo reciꝓcantur.

Aliqui ſunt etiam qui dubitant, inquirendo de hoc demonſtratiuo regreſſu, in quibus cauſis, & in quibus effectibus fieri debeat, an in his, quę conuertuntur adinuicem, an inter cauſam & cauſatum, inter quæ non eſt conuerſio & reciprocatio. Verum ſolutio huius difficultatis ex ſuperioribus haberi poteſt, ſed vt clarior adhuc fiat dicimus, quòd regreſſus iſte non fit niſi inter cauſam & effectum conuertibilem, quod docuit Auer. 1. poſter. dicens, quòd ſi debet fieri demonſtratio circularis ſcilicet disformis, requiritur hæc conditio, vt cauſa conuertatur cum effectu, & aſſignat rationem, quia ſi conuertuntur adinuicem effectus & cauſa, tunc effectus declarat quia, ipſius cauſæ, & cauſa demonſtrat propter quid effectus, & eſt demonſtratio circularis ſcilicet disformis; ſi vero nec effectus cauſam infert, nec cauſa effectum, nulla demonſtratio eſt; ſi etiam effectus demonſtrat cauſam, & non econtra eſt demonſtratio quia, exempli gratia, fumus eſt, ergo ignis eſt, ſed non ecõtra, demonſtratio hæc eſt quia, ſed non poteſt fieri demonſtratio propter quid, nec tunc temporis erit regreſſus; ſi vero cauſa infert effectum & non econtrario, tunc temporis erit demonſtratio cauſę tantum, ſed non demonſtratio quia, nec regreſſus, v. g. in hac demonſtratione, ſol eſt, ſequitur neceſſario, ergo illuminatio eſt, quia cauſa infert effectum, ſed non valet econtrario, eſt illuminatio in hac aula noſtra; ergo ſol ipſam illuminat, non enim valet, & eſt neganda conſequentia, quia illuminatio poterit prouenire ab aliquo alio corpore, puta ab igne, vel ab aliquibus lapidibus pręcioſis, & proprerea luculenter Tho- D

Comm.97.

Sol eſt, ergo illuminatio eſt, ſed non econtra.

A ter Themiſtius 1.poſter. docuit & cum ipſo omnes logici contra antiquos demoſtrationem circularē non poſſe fieri,niſi in terminis conuertibilibus, & ſi cauſa non conuertitur cum ſuo effectu;tunc ſolum erit ſyllogiſmus,& non demonſtratio quia ,nec pp quid,neque regreſſus.

Amplius autem duo ſolida in eodem neceſſe loco eſſe, &c. Tex. 9.

Vtrum duo corpora poſſint eſſe ſimul in eodem loco.

Dilucidatio quinta.

B EXPONENS S.Tho. præſentem textum ait, impoſſibile eſſe duo corpora reperiri in eodem loco, & non ſolum hæc propoſitio eſt vera de corporibus ſenſibilibus,ſed etiam de corpore ſenſibili & mathematico. Eandem doctrinam ponit Ariſt.4.phyſi.quæ licet in ſe ſit veriſſima naturaliter loquendo,tamen difficultas maxima oritur, ſi diuina virtute effici valeat, vt duo corpora in eodem loco ſimul exiſtant, præſertim cum legamus & fide ſubſtineamus Chriſtum redemptorem noſtrum natum eſſe ex Beata Virgine clauſo eius vtero,vnde remanſit etiam Virgo poſt partum, quod quidem fieri minime potuit,niſi ſimul eſſet cum corpore matris. Deinde ſubſtinemus etiam Chriſtum ſurrexiſſe clauſo ſepulchro, quod ſimiliter eſſe non potuit,niſi ſimul eſſet corpus Chriſti cum lapidibus ſepulchri. Tertio idem noſter redemptor poſt reſurrectionem intrauit ad diſcipulos ſuos ianuis clauſis,vt ſcriptum nobis reliquit Io. Euangeliſta. Quarto habemus corpus cęleſte eſſe corpus ſolidum,& non poſſe diuidi quantum ad ſubſtantiam ſpherarum, & tamen Chriſtus Saluator noſter aſcendit ad cęlum empireum poſt reſurrectionem: vnde neceſſum eſt dicere C duo corpora eſſe ſimul per diuinam virtutem. Quinto corpus non impeditur eſſe cum alio corpore,niſi ratione quantitatis; ſed diuina virtute fit in ſacramento altaris corpus Chriſti ſimul eſſe cum quantitate panis: ergo eadem virtute fieri poſset, vt multi ſubſtinuerunt ſimul eſse etiam cum ſubſtantia panis,& tunc duo corpora eſsent ſimul. Poſtremo diuina virtute factum eſt, vt duæ naturæ completæ,quarum quælibet eſt nata conſtituere proprium ſuppoſitum,ſint ſimul in vna perſona: igitur diuina virtute fieri poterit, vt duo corpora ſint ſimul in eodem loco: conſequentia patet;quia ſicuti ſe habent plures tales naturæ ad vnitatem ſuppoſiti,ita plura corpora ad vnitatem loci,quandoquidem ſicuti quælibet natura conſtituit ſuum ſuppoſitum, ita quodlibet corpus occupat ſuum locum. Et confirmatur, quia ſicuti ſe habet punctus ad punctum,ita linea ad lineam, & ſuperficies ad ſuperficiem, & corpus ad corpus; ſed duo puncta poſſunt eſſe ſimul,vt patet quando duæ lineæ ſe tangunt,& ſimiliter duæ lineæ in contactu duarum ſuperficierum,& duæ ſuperficies in contactu duorum corporum, quia cōtigua ſunt,quorum vltima ſunt ſimul,vt ſcribitur 5.phy.ergo non eſt contra naturam corporis quin poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco,& ſic duo corpora erunt ſimul.

Tex.27.

Chriſtus reſurrexit clauſo ſepulchro Cap.22.

Duæ naturæ humana,ſ.& diuina ſunt in vna pſōna.

Tex.22.

D Pro explicatione huius negotij tria facienda ſunt. Primo ponemus vnam opinionem falſam. Secundo declarabitur veritas. Tertio reſpondebitur ad argumenta. Quoad primum fuerunt aliqui,qui dixerunt nullo pacto fieri poſſe nedum naturaliter, ſed nec diuina virtute duo corpora ſimul exiſtere in eodem loco,quia Deus non poteſt facere ſua virtute contra communem animi conceptionem omnium, nō enim poterit facere partem eſſe minorem toto nec q̧ triangulus non habeat tres angulos æquales duobus rectis, nec aliquid facere poteſt in linea contra eius difinitionem,quia ſeparare definitionem à definito eſt ponere duo contradictoria eſſe ſimul; ſed duo corpora eſse in eodem loco eſt contra communem animi conceptionem philoſophorum,& geometrarum;igitur nec diuina virtute fieri poterit, vt duo corpora ſint ſimul in eodem loco;probatur minor,quia hæc eſt concluſio geometrica, quòd duo circuli nō tangūt ſe, niſi in puncto;ſi autem duo corpora circularia eſsent in eodem loco,tunc duo circuli deſignati in eis ſe tangerent ſecundum totum; ſic etiam eſt contra definitionem lineæ,quòd infra duo puncta ſit pluſquam vna linea recta,quod contingeret ſi duo corpora eſsent in eodem loco, quia infra duo puncto ſignata in diuerſis ſuperficiebus loci eſsent duæ lineæ rectę duorum corporum locatorum. Addunt etiam, quia locus proportionaliter reſpondet locato;

Opinio neotericorū negātium duo corpora eſſe ſimul in cōmuni loco.

Locus proportionaliter reſpōdet locato.

ſed

A ſed numquam fieri poteſt nec per diuinam virtutem, quòd idem corpus ſit ſimul in diuerſis locis, niſi per aliquam conuerſionem, vt accidit in ſacramento altaris, in quo corpus Chriſti reperitur ſacramentaliter: ergo nullo modo fieri poterit, vt duo corpora ſint ſimul in eodem loco.

Corpora cæleſtia poſſũt ſcindi diuina virtute.

Cap. 1.

Et ad ea, quæ propoſita ſunt in contrarium reſpondentes dicunt, quòd forte latera vaſis intemeratæ Virginis abſque ruptione poterant dilatari, & cæli ſcindi virtute diuina. Neque etiam habetur expreſse in Euangelio, quòd Chriſtus Saluator noſter clauſo ſepulchro reſurrexerit, aut ꝙ per fores clauſas fuerit ingreſsus, ſed quòd erant clauſæ dum venit. Sic etiam cęlum fuit dilatatum diuina virtute, non tamen factum eſt, vt in eodem loco ſimul duo corpora ſe penetrauerint, quia hoc eſt facere duo contradictoria ſimul, vt ex Boet. lib. 1. de Trin. habetur, vbi ait, quòd differentia indiuidualis ſumitur ex accidentibus, duo enim homines non genere aut ſpecie, ſed accidentibus diſtant, inter quę potiſſimum eſt locus: ideo inquit, duo corpora in vno loco non poſsumus fingere, quia tunc duo numero eſsent vnum.

Homel. 26.

Cap. vlt.

Sed hæc opinio eſt cõtra Patres, arctat diuinam virtutẽ, & deſtruit lumen naturæ: igitur eſt falſa: quòd ſit contra Patres habetur ex D. Gregor. lib. homil. vbi dicit, illud corpus domini B intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, quod ad humanos oculos per natiuitatem ſuam clauſo exijt vtero Virginis. Et Io. Damaſ. libr. 3. fid. ortod. inquit, corpus glorioſum erit ſpirituale, quale fuit corpus Domini poſt reſurrectionem clauſis ianuis pertranſiens.

Officium quaotitatis eſt multiplex.

Diuina virtute poſſunt duæ quantitates diſtinctæ manuteneri.

Quòd autem arctet diuinam virtutem oſtenditur ex officijs ipſius quantitatis dimenſiuæ: habet enim quantitas dimenſiua multa officia. Primum eſt cauſare extenſionem partium, & diuiſibilitatem. Secundum eſt expellere à loco ſuo proprio aliam quantitatem. Tertium eſt diſtinctio ipſarum quantitatum: diuina virtus & ſi non poſſit remouere à quantitate primũ officium, cum ſit effectus formalis ipſius quantitatis inſeparabilis ab ea; (vnde ſicut Deus non poteſt facere ſenſitiuum ſine ſenſu, & intellectiuum ſine intellectu, ſic non poteſt facere quantitatem ſine extenſione & diuiſibilitate) ſecundum tamen officium ipſius quantitatis poteſt ſuſpendere, quia vnam quantitatem expellere aliam non eſt effectus cauſæ formalis, ſed efficiẽtis, & Deus ſupplet vicem cuiuſcunque cauſæ efficientis. Tertium officium nempe diſtinctionẽ poterit etiam diuina virtus manutenere, ita quòd duæ quantitates ſint diſtinctæ, & tamẽ reperiantur in eodem loco. Hoc ſtante ita argumentatur contra prædictam opinionem; qui C dicit diuinam virtutem non poſse effectum cuiuſcunq; cauſæ agentis producere ſine ipſa cauſa agente ſecunda, arctat diuinam virtutem; ſed in hunc errorem incidit præfata opinio: igitur aſsumptum eſt verum: minor probatur, quia duo corpora ſeu duas quantitates diſtingui in eodem loco non eſt effectus formalis corporum, ſeu illarum quantitatum, ſed cauſæ agentis ſecundę: ergo dicere diuinam virtutem non poſse duo corpora diſtincta manutenere in eodem loco eſt ipſam arctare.

Sententia neotericorũ deſtruit lumeo naturę.

Groſſities & ſubtilitas ſunt qualitates.

Quòd autem deſtruat lumen naturæ probatur ex hoc, quia diuerſi diuerſimode exiſtimarunt duo corpora non poſse eſse in eodem loco. Aliqui enim dixerunt, quòd repugnantia eſt ex parte qualitatum; corpora enim ſubtilia penetrant groſsa, ſed corpora groſsa alia groſſa penetrare non poſsunt; ſed groſsities & ſubtilitas ſunt qualitates: ergo, &c. Verum per lumen naturę excluditur hæc ratio, quia corpora ſubtilia diuiduntur ad ingreſſionem corporum groſsorum, ſicut ſecuris diuidit flammam ignis: igitur ſubtilitas & groſſities nihil faciunt ad hoc. Alij vero dixerunt duo corpora non poſse eſse in eodem loco propter vniformem modum eſsendi in loco. Sed hæc etiam ratio excluditur per hoc, quia dulcedo & albedo D habẽt vniformem modum eſsendi in lacte. Fuerunt & alij qui poſuerunt ideo eſse, quia duo accidentia eiuſdem rationis non poſsunt eſse in eodem ſuſceptiuo. Hæc etiam ratio non approbatur à multis aſserentibus duas ſimilitudines eiuſdem rationis poſse eſse ſimul in eodem, patet in aere & in ſenſu. Alii voluerunt prouenire ex quadam adæquatione, quia ſicut cauſa habens effectũ adęquatum non poteſt plus, ita locus habens terminum ſibi adæquatum in locato ſibi æquali non poteſt alium ſuſcipere. Sed hęc ratio nulla eſt, quia Deus poteſt conſeruare rem remoto omni pręDicato extraneo, & quod non conſequitur naturam rei, vt ſua propietas naturalis: ſed diſtingui ſitu eſt pręDicatum extraneum reſpectu quantitatis dimenſiuæ; ergo Deus poteſt manutenere diſtinctionem duorum corporum, dato quòd eorum dimenſiones eſsent in eodem ſitu, & quòd locus habeat terminum ſibi adęquatum in locato.

Deus poteſt cõſeruare rẽ remoto extraneo prędicato.

Nec rationes adductę aliquid valent, vnde reſpondentes ad primam dicimus, quòd poſito duo corpora exiſtere in eodem loco diuina virtute, non ſequitur aliquid contra communes animi conceptiones, nec contra definitionem lineæ, nec contra concluſiones aliquas geometricas, præſertim quia quantitas dimenſiua in hoc differt ab omnibus aliis accidentibus, quòd ha-

bet

A bet ſpecialem rationem indiuiduationis & diſtinctionis, ſcilicet ex ſitu partium præter rationẽ
indiuiduationis & diſtinctionis, quę eſt ſibi & omnibus aliis accidentibus communis, ſcilicet
ex materia ſubiecta, ſic ergo vna linea poteſt intelligi diuerſa ab alia, vel quia eſt in alio ſubie- *Linea quomodo poteſt intelligi diuerſa ab alia,*
cto, quæ conſideratio non eſt niſi de linea materiali; vel quia diſtat in ſitu ab alia, quæ conſide-
ratio eſt etiam de linea mathematica, quæ intelligitur præter materiam: ſi ergo remoueatur
materia, nõ poteſt eſſe diſtinctio linearum, niſi ſecundum ſitum diuerſum; & ſimiliter nec pũ-
ctorum, nec ſuperficierum, nec quarumcumqûe dimenſionum, & ſic geometria non poteſt po
nere; quòd vna linea addatur alii tamquam diſtincta ab ea, niſi ſit diuerſa in ſitu ab ea: ſed ſup
poſita diſtinctione ſubiecti, ſiue diſtinctione ſitus ex diuina virtute intelligẽtur diuerſæ lineę,
quæ non diſtant ſitu propter diuerſitatem ſubiecti, & ſimiliter puncta diuerſa, & ſic duæ lineæ *Lineæ trahũtur à diuerſis punctis.*
deſignatę in duobus corporibus, quæ ſunt in eodem loco, trahuntur à diuerſis punctis ad di-
uerſa puncta, vt non accipiamus punctum ſignatum in loco, ſed in ipſo corpore locato; quia
linea non dicitur trahi niſi à puncto, quod eſt terminus eius, & ſic etiam duo circuli deſi-
gnati in duobus corporibus ſphericis exiſtentibus in eodem loco; qui ſunt duo pro-
pter diuerſitatem ſitus, aliàs non poſſent ſe tangere ſecundum totum, ſunt quoque duo
B ex diuerſitate ſubiectorum, & propter hoc ſe totaliter tangunt, ſicut circulus ſignatus
in corpore locato ſpherico tangit ſecundum totum alium circulum ſignatum in corpore
locante,

Ad ſecundum dicitur, quòd vnum corpus eſſe ſimul localiter in duobus locis, non poteſt *Nec miraculoſe fieri poteſt vnũ corpus exiſtere in diuerſis locis.*
fieri per diuinam virtutem, tamen duo corpora ſimul eſſe in eodem loco, poteſt miraculoſe &
diuina virtute fieri; & ratio eſt, quia eſſe in pluribus locis ſimul repugnat indiuiduo ratione
eius, quod eſt eſſe indiuiſum per ſe; ſequeretur enim quòd eſſet diſtinctum in ſitu, ſed eſſe cũ
alio corpore in eodem loco repugnat ei quantum ad hoc, quòd eſt eſſe diuiſum ab alio; ratio
autem vnius perficitur in indiuiſione, vt dicetur 4. huius; ſed diuiſio ab alijs eſt de conſequẽ- *Tex.5.*
tibus ad rationem vnius, ob quam cauſam idem corpus localiter eſſe in diuerſis locis eſt inclu-
dere contradictionem, ſicuti homo rationalis, & ratione carens; ſed duo corpora eſſe in eo-
dem loco non includit contradictionem, propterea hoc fieri poteſt diuina virtute, illud autem
non, & licet corpus Chriſti ſit in diuerſis altaribus, non tamen eſt in eis localiter. *Corpus Chriſti non eſt in altari localiter & dimenſiue ſed ſacramentaliter,*

Solutiones datæ ab iſtis ſunt potius cauillationes, & aduerſantur ſacris literis; idcirco er-
C roneum eſt negare Chriſtum illęſis concluſiſque virgineis clauſtris natum fuiſſe, & clauſo ſe-
pulchro reſurrexiſse, & ad diſcipulos clauſis ianuis ingreſsum fuiſse, & per cælorum cor-
pora aſcendiſse ad patrem abſq; eorum inciſione, ea penetrando, ſicuti & in die iudicij aſcen-
dent cum eo Beati in corporibus glorioſis, penetrando etiam cęleſtia corpora. Verba ipſius
Boętij etiam non ſunt contra nos, quia intelligenda ſunt mera rerum natura penſata; princi-
pia enim indiuiduationis naturalia, ſunt etiam tempus & locus, propterea duo homines non
differunt numero, niſi quia vnus hoc tempore & loco productus fuit, alter vero alio loco &
alio tempore: nequeunt enim naturaliter duo in eodem adæquato loco & tempore ſimul pro-
duci, ſecus autem virtute Dei, qui non dependet in operando ex loco & tempore. Ex hoc
principio plurima alia argumenta diſsolui poſsunt, quę à diuerſis Doctoribus in fauorem prę
fatæ opinionis fieri conſueuerunt.

Quoad ſecũdum declarabitur veritas huius negocii per aliquas propoſitiones, quarum pri-
ma eſt, Impoſſibile eſt duo corpora phyſica ſeruatis legibus loci, naturaliter eſse in eodem lo- *Duo corpora phiſicè non poſſunt eſſe ſimul.*
co: hanc propoſitionem diuerſi diuerſimode probant, dum aliqui ponunt repugnantiam duo
D rum corporum in eodem loco prouenire ex repugnantia ſubiectorum; Aliqui ſubſtinent pro-
uenire ex repugnantia quantitatum. Nonnulli ex repugnãtia ſitus. Mihi tamen videtur proue
nire ex repugnãtia vniuerſi, ne detur vacuum, quod ſic probo, vbicunque eſt inuenire eandem
cauſam eiuſdem rationis, ibi eſt inuenire eundem effectum; iſta patet, quia cauſa eiuſdem ra-
tionis effectum eiuſdem rationis producit ex 2. de anima planta generat plantam, & oliua *Tex.34.*
oliuam; ſed eadem cauſa inuenitur in poſitione vacui & duorum corporum in eodem loco, vt
docet Ariſt. 4. phy. quia periret ordo vniuerſi, ſi duo corpora eſsent in eodẽ ſitu, nam tunc oĩa *Tex.76.*
in eodem ſitu collocarentur, & ſic patet quomodo vniuerſum deſtrueretur; ſequitur igitur con
cluſio vera, impoſſibile eſse ſeruatis legibus loci, duo corpora eſse ſimul in eodem loco. Et ſi
dicis; ergo Deus non poteſt facere contrarium, quod eſt contra fidem. Reſpondetur negan-
do conſequentiam, quia hæc ratio concludit in ordine ad cauſas naturales, non autem in ordi-
ne ad Deum, qui eſt cauſa ſupra naturam & extrinſeca ab vniuerſo.

Secunda propoſitio eſt, Duo corpora mathematica non poſsunt eſse ſimul in eodem loco,
& ſic etiam duæ lineæ, & duæ ſuperficies: probatur, quia entia mathematicalia non diſtinguun

tur

Duo corpora mathematica diſtinguũtur per ſitũ,

tur realiter niſi per ſitum; ſi plura eſsent in eodem loco; ergo eſsent indiſtincta, & ſic plura eſſent vnum, & vnum eſset plura, hoc autem videtur implicare contradictionem; igitur impoſſibile eſt mathematicè loquẽdo duo corpora eſse in eodem loco, licet non phyſicè, quia diuina virtus poteſt impedire duo corpora phyſica, ne mutuo ſe expellant ab eodem loco, & poteſt ſeruare diſtinctionem ſuarum dimentionum, etiam quòd eſsent in eodem ſitu; propterea non eſt talis repugnantia in corporibus phyſicis, qualis eſt in corporibus mathematicis. Et ſi quis quęreret hic, quid eſt difficilius dari vacuũ in natura, vel duo corpora ſimul eſse in eodẽ? A

Difficilius eſt corpora eſſe ſimul q̃ dari vacuũ.

Reſpondetur quòd difficilius eſt duo corpora eſse ſimul in eodem loco, quàm dari vacuum: vnde aliqui crediderunt ſe demonſtraſſe vacuum dari per violentiam, quod poteſt fieri naturaliter; ſed non quòd duo corpora ſint ſimul in eodem; facilius eſt enim operationem naturæ impedire, quàm agere contra naturam; ſed qui facit vacuum impedit operationem naturæ ſuccurrentis, qui autem facit duo corpora eſſe ſimul, reſiſtit naturę; vnde facilius eſt deſtruere, quàm conſtruere; ſed ponens vacuum impedit curſum naturę, ponens autem duo corpora ſimul agit contra inclinationem naturæ; propterea facilius eſt imaginari vacuum in natura, quàm duo corpora eſſe ſimul. B

Deus manutenere poteſt accidẽs ſine ſubiecto.

Tertia propoſitio; Deus miraculoſe poteſt facere, vt duo corpa phyſica ſimul exiſtãt in eodẽ loco; hæc patet ex ſupradictis, & confirmari poteſt hac alia rõne, quia videtur minus poſſibile diuinam virtutem poſſe ſeparare accidens à ſubiecto, quàm facere duo corpora ſimul exiſtere in eodem loco, quia inhęrentia eſt de formali ratione accidentis, diſtingui autem ſitu non eſt de formali ratione quantitatis continuæ, vt oſtenſum eſt ſupra: ſed iuxta ſententiam theologorum poteſt Deus ſua virtute manutenere accidens ſine ſubiecto, vt patet in ſacramento altariſ ergo poterit etiam facere, vt duo corpora ſimul exiſtant in eodem loco.

Corpus glorioſum non eſt cum alio non glorioſo dote ſubtilitatis.

Quarta propoſitio, Corpus glorioſum poteſt eſſe ſimul cum corpore non glorioſo: hæc patet ex probationibus in principio adductis, & verificabitur clarius in die iudicij in corporibus Beatorum, quibus non ratione dotis ſubtilitatis, vt aliqui voluerunt, hoc competit, ſed ſola id virtute diuina effici poterit, quæ concurrit quotieſcunque opus eſt, vt corpus vnius Beati poſſit cum alio corpore ſimul exiſtere penetrando illud.

Vltima propoſitio eſt. Duo corpora glorioſa non poſsunt eſse ſimul, alterum alterum penetrando; probatur quia ſicuti vnum corpus glorioſum habet virtutem ſubtilitatis, vt corpus non glorioſum penetrare poſſit, ita alterum corpus glorioſum habet virtutem reſiſtendi, vt docet Richardus 4. ſent. & ideo corpus glorioſum cum non glorioſo ſimul exiſtere poteſt, non tamen duo glorioſa ſimul, tum propter rationem adductam, tum quia conuenit eis hoc ratione eorum ſtatus. C

diſt. 49. q. 5.

Repletio loci non eſt effectus formalis corporis.

Quoad tertium ſoluendæ ſunt difficultates, quarum prima eſt; quia de ratione corporis eſt replere locum, & in Beatis erit corpus quantum: ergo replebit locum: igitur non poterit eſſe ſimul cum alio corpore. Sed hæc facile ſoluitur conſiderando ea, quæ dicta ſunt ſuperius, quia replere locum non eſt effectus formalis ipſius corporis, ſicuti nec diſtinctio; idcirco poterit diuina virtute conſeruari, Adde etiam, quia corpus glorioſum penetrat aliud non glorioſum diuina virtute.

Vnum corp9 non eſt cum alio per illapſum.

diſt. 49.

Secunda difficultas eſt, quia ſi duo corpora eſsent ſimul in eodem loco, tunc ſimul agerent & paterentur, & eſsent contraria. Et confirmatur, quia plus repugnat duo corpora eſse ſimul, quàm vnum corpus habere duas formas ſubſtantiales in eodem gradu; ſed hoc eſt impoſſibile fieri; ergo & illud. Sed neganda eſt conſequentia, & reſpondendo ad primam probationem dicimus, quòd non ex hoc agerent aut paterentur, nec eſſent contraria, quia non eſſent contigua, ſed vnum infra reliquum, licet hoc non ſit per illapſum proprie dictum. Ad ſecundam etiam negamus conſequentiam, quia duo corpora eſſe ſimul in eodem, non eſt tantæ impoſſibilitatis, ſicut idem corpus habere duas formas ſubſtanuiales in eodem gradu. Multa alia eſſent hic adducenda, ſed ne pertranſeamus limites noſtræ conſiderationis, relinquimus lectorem ad quartum librum ſentent. vbi theologi latius dę hac materia diſputant, præſertim Vldericus, D

Impoſſi-

A *Impoſsibile autem prædicari aut ſpecies de propriorum generum,&c. Tex. 10.*

Vtrum genus prædicetur de differentia per ſe.

Dilucidatio ſexta.

SVPER verba Ariſt. in hoc tertio mouent quæſtionem nonnulli quærentes; vtrum genus prædicetur per ſe de differẽtia; itaquòd hæc propoſitio, rationale eſt animal, ſit per ſe: & reſpondent negatiue, quòd genus non prędicatur per ſe de differentia: & probant auctoritate Auicen. 5. huius, dicentis, quòd licet genus & differentia prædicentur de toto, ideſt de ſpecie, B non tamen ſignificant totũ per ſe: ſed genus ſignificat materiale: differentia autem formale; vtrumq; autem ſignificat partẽ ſpeciei per modum totius, & ſicut materiale eſt extra formale, ſic conceptus generis eſt extra conceptum differentię. Probant etiam alia ratione; quia ſi genus per ſe prædicaretur de differentia, tunc vnum animal erit multa animalia: conſequens eſt falſum: ergo & antecedens, quia animal rationale includitur in conceptu ſpeciei, puta hominis, aut ergo idem animal importatur per genus & differentiã, aut aliud & aliud: ſi primum, ergo erit nugatio in definitione hominis: ſi ſecundum habetur propoſitum, quia homo erit duo animalia.

Cap. 3. Species dicitur totum.

Animal includitur in conceptu hominis.

Quidam ex Auerroiſtis, vt patet per Ioannem de Ianduno in hoc libro tenent oppoſitum, quòd genus per ſe prædicatur de differentia: & probant multipliciter. Primo ſic, omne, quod eſt animal per ſuam formam, eſt animal per ſe: quia quod per ſuam formam eſt ſubſtantia, eſt modus per ſe, vt vult Commentator 7. huius, quia quod eſt bonum per ſuam formam, eſt bonum per ſe: ſed rationale eſt animal per ſuam formam, cum includat formam animalis: igitur rationale eſt animal, eſt propoſitio per ſe, & ſic genus per ſe prædicatur de differentia. C Et ſi dicis, quòd illud, quod eſt animal per ſuam formam, bene eſt animal per ſe; tamen animal non prædicatur per ſe de illo, ſed rationale eſt animal per ſuam formam, & per ſe eſt animal: tamen animal per ſe non prędicatur de rationali. Sed contra dicit Ioannes; quia modi prædicandi ſequũtur quidditates rerum & formas: & tanto magis hęc ratio probat, quanto aliquis tenet illam opinionem, quòd genus & differentia important vnam formam per ſe, quia illud, quod eſt idem actui per accidens, prædicabitur de illo per accidens: ergo per oppoſitum quicquid eſt idem actui per ſe, prædicabitur de illo per ſe, per illam maximam: ſicut oppoſitũ in oppoſito ita propoſitum in propoſito, ſed genus eſt idem cum differentia, vnde idem ſignificant, niſi quòd animal hoc ſignificat ſub ratione formę generalis, & differentia ſub ratione formę ſpecialis. Præterea iſta propoſitio eſt vera, rationale eſt ens per ſe, aut ergo ens accipitur pro ſubſtantia, vel pro ente communi per ſufficientem diuiſionem, vel pro accidente: non poteſt dici, quòd accipiatur pro accidente: quia accidens per ſe non prædicatur de rationali, cum ſit ſubſtantia, nec pro ente in communi, quia ens non eſt vnius rationis, vt patet 4. huius ergo ſi non poteſt prędicari ens in communi de rationali ſecundum vnam rationem, nec de D alijs ſimiliter: ergo capitur pro ſubſtantia: ſubſtantia autem eſt genus, ergo genus per ſe prædicatur de differentia.

Quæſt. 12.

Tex. 23.

Modi prædicandi ſequũtur quidditates rerum.

Rationale eſt ens, propoſitio vera eſt.

Tex. 2.

Et ſi quis diceret, quòd ens non capitur nec pro accidenti, nec pro ſubſtantia, nec pro ente in cõmuni; itaquòd ſit ſenſus, rationale eſt rationale. Hoc non valet; quia ſic ens eſſet prędicatũ æquiuocum, & ſignificaret res ſub proprijs formalibuſque rationibus, quod eſt falſum, quia eſt analogum. Similiter Ariſt. non poſuit modum entis, vt ſignificet res ſub proprijs rationibus, & quòd prędicetur ſecundum differentias proprias vniuſcuiuſque. Thomiſtę in hac partes videntur conuenire potius cum Scotiſtis, quàm cum Auerroiſtis, & diſtinguũt de per ſe, & dicunt, quòd eſt duplex. Alterum entitatiuum, ſiue metaphyſicum. Alterum vero prædicatiuum, ſiue logicum: quia metaphyſici conſiderant quidditates ſubſtãtiaſque rerum: logici vero obſeruant prædicationes: vnde per ſe entitatiuum eſt, quando res de ſe & ſecundum ſuam naturam eſt talis, ſicuti ſol per ſe eſt lucidus, luna autem non per ſe, ſed per alterum, & Deus per ſe eſt bonus: & creatura eſt bona per participationem, vt docet S. Thomas. 1. p. vnde ly, per ſe, entitatiuum videtur incidere cum ſecundum ſe, & per eſſentiam; & non inconuenit, quod aliquid ſit per ſe tale entitatiue, & non prædicatiue, ſicuti dicunt Theologi. Deus eſt per ſe

Ens non eſt prædicatum æquiuocum.

Per ſe duplex eſt, logicum & metaphyſicum.

Quæſt. 6.

Creatura eſt bona per participationẽ.

A

Hæc opinio eſt condēnata in princ. decretalium: cap. dānam⁹.

pater, & paternitas diuina eſt eſſentia diuina, non tamen iſta propoſitio eſt vera formaliter, eſſentia diuina eſt per ſe pater; quia tunc ſequeretur, quòd eſſentia generaret, quod eſt opinio Abbatis Ioachimi dicēdo, eſſentia eſt per ſe pater: pater per ſe generat; ergo eſſentia per ſe etiā generat.

Argumentum hoc non tenet; quia eſſentia eſt pater, eſt propoſitio identica, & non formalis pater generat per ſe, eſt propoſitio formalis, & ex formali & identica non ſequitur propoſitio per ſe formalis. Per ſe prædicatiuum eſt, quando prędicatum eſt de ratione ſubiecti, vel ſubiectum eſt de ratione prædicati, & rationale eſt animal, eſt propoſitio per ſe entitatiue, non autem prędicatiue. Et hoc confirmant Thomiſtæ ex interpretatione S. Thomæ ſuper hunc textum, quòd genus non prędicatur de differentia per ſe ſecundum aliquem modum poſitum ab Ariſto. 1. poſteriorum; nam quatuor modis poſuit ibi Ariſt. aliquid prædicari de aliquo.

Cap. 4.

Quatuor modis prędicat aliqd de aliquo per ſe.

Primo quando prædicatum eſt de definitione ſubiecti. Secundo quando ſubiectum eſt de definitione prædicati, vt homo eſt riſibilis. Tertio quando ly, per ſe, dicit ſolitudinem, vt homo per ſe ſcribit in domo. Quarto quando dicit cauſalitatem, vt iugulatus iugulatione interijt: conſtat autem, quòd nec quarto, nec tertio modo, genus prędicatur de differentia: nec etiā

B

ſecundo modo; quia differentia non ponitur in definitione generis: aliter in quocunque reperiretur genus, inueniretur etiam & differentia, quod patet eſſe falſum, non enim quòdcunq; eſt animal, in eo eſt rationale, & ſic genus non prædicatur in ſecundo modo per ſe de differētia; nec etiam primo modo, quia genus non ponitur in definitione differentiæ: quoniam ex 4. topicorum, differentia non participat genus: ergo patet inductiue genus nullo modorum per ſe poſitorum ab Ariſ. 1. poſteriorum prędicari de differentia; idcirco opinio negatiua eſt vera, contra Auerroiſtas.

Cap. 4.

Differentia non participat genus.

Dilucidatio quæſiti.

Cap. 3.

Cap. 4.

Cap. 4.

Pro dilucidatione iſtius rei ſciendum eſt ſm doctrinam S. Tho. in libello de ente & eſſentia, vbi ex profeſſo adducit quæſtionem iſtam motam ab Ariſt. in hoc libro, & 4. topico. quod genus per ſe non prędicatur de differentia, niſi forte vt ſubiectum prædicatur de paſſione, & adducat pro prima parte eandē rōnem, quam adduxit hic: quia vel prędicatur in ſecūdo, vel in 3. vel in 4. modo poſitis ab Ariſt. 1. poſte, ſed in nullo illorū modorum: igitur genus per ſe non prędicatur de differentia, niſi vt ſubiectum de paſſione, dicendo riſibile eſt homo, ita etiam rationale eſt animal: & ſic pro ſecunda parte etiam patet, quòd cum genus ſit de intellectu differentiæ, ſicut ſubiectum eſt de intellectu paſſionis; conſequens eſt, quòd genus prædicetur de differentia, ſicut ſubiectum de paſſione. *Sed* hæc ſunt intelligenda ſecūdum logicum, qui quidem non declarauit, niſi modos per ſe, qui ingrediuntur demonſtrationem, ſed metaphyſicus altius, & fuſius loquitur de modis per ſe, vt in 5. huius, vbi plures modos per ſe ponit, inter alios ponit iſtum, quòd tunc aliquid prædicatur per ſe de aliquo, quando prædicatur immediate de eo, & dat exemplum, vt ſuperficies eſt colorata, eſt propoſitio per ſe, quia non per aliquod ſubiectum medium, nec per aliquam cauſam mediam eſt colorata: & S. Th. in commento dicebat, quòd homo eſt viuens, eſt propoſitio per ſe, quia immediata, & homo eſt homo, eſt propoſitio per ſe, quia nulla eſt cauſa intermedia: ita etiam dicere poſſumus, quod rationale eſt animal, eſt propoſitio per ſe: quia per nullum ſubiectum medium, nec per cauſam mediam genus ineſt differentiæ, ſed immediate, & quia omnis propoſitio immediata eſt propoſitio per ſe, cum ergo, rationale eſt animal, ſit propoſitio immediata: idcirco erit per ſe, ſed quando differentia prædicabitur de genere dicendo, animal eſt rationale, erit propoſitio etiam per ſe, quia immediata, ſed non erit propoſitio naturalis: quoniam animal eſt in plus, quàm rationale: propterea diceretur quaſi propoſitio per accidens, vt diſtinguitur contra naturalem, ſicut iſta, numerus eſt par, erit per accidens, quia in plus eſt numerus, quàm par, & ſic patet quomodo Scotus, qui proceſſit ſecundum intentionem Auicen. in hac parte deceptus eſt, & non concludit ratio ſua, quæ ſoluitur à S. Thoma in libello de ente & eſſentia, vbi habet, quòd genus dupliciter capi poteſt. Vno modo pro parte. Alio modo pro toto ſiue per modum totius: verbi gratia animal poteſt capi, vt ſignificat formam, ex qua præciſe oriuntur ſenſus, & motus, quibus animal à non animali diſcernitur, vt dicitur 1. de anima: poteſt etiam accipi animal, vt dicit formam quamcunque, ex qua oriuntur ſenſus & motus non præciſe, & ſic eſt genus: primo modo eſt pars ſpeciei, & ſic homo dicitur compoſitus ex animali & rationali, tanquam ex partibus eſſentialibus, accipiendo animal primo modo; animal vero ſecundo modo eſt totum reſpectu hominis implicite includens ſpecificas perfectiones; cum enim dico, animal, ſine præciſione, dico naturam ſenſitiuam indeterminate relinquendo: vnde iſta propoſitio, rationale eſt animal, ad hunc ſenſum, ideſt rationale eſt habens naturam ſenſitiuam, erit per ſe: quando ergo dicit Scotus, quòd animal dicit ſignificatum materiale, & differentia

Metaphyſic⁹ altius loquit per ſe.

Tex. 23.

Superficies eſt colorata eſt ꝑpoſitio per ſe.

C

Propoſitio immediata ē ꝑpoſitio per ſe.

D

Deceptio Scoti.

Cap. 3.

Genus bifariam ſumit.

Tex. 9.

Homo eſt cōpoſit⁹ ex animali & rationali tāquàm ex partibus.

A ferentia dicit ſignificatum formale,& materiale eſt extra formale:ergo animal eſt extra conce-
ptum differentiæ. Dico quòd ratio hæc concludit capiendo animal primo modo, quod cum Soluitur ratio Scoti.
ſit pars,non prædicatur de toto:ſed ſecundo modo dicit formam,quia omne prędicatum ſe te
net ex parte formę.

Nec etiam ratio,quam adducit Quidam neotericus,aliquid conclndit,quòd ſi genns prędi-
caretur per ſe de differentia, tunc eſſet nugatio dicere,homo eſt animal rationale, vel ꝙ vnus
homo eſſet duo animalia, vt probat Ariſt. 4.top.quia animal incluſum in rationali quiddita- Cap. 3.
tiue, vel eſt idem animal,quod includitur in animali,vel alind,ſi idē dicitur nugatio;ſi aliud,
tunc idem homo eſſet duo animalia;vel idem eſſet bis animal.Hęc enim ratio concludit,qnòd
genus non prędicatur per ſe de differentia, ſecundum modos poſitos 1.poſter.ſed non ſecun- Cap.4.
dum modos poſitos 5. huius. Deinde ratio hęc eſt probabilis, & non demonſtratiua; quia ſi Tex.23.
eſſet demonſtratiua,ſequeretur quòd genus,quod eſt ſubſtantia,non prędicaretur per ſe de ho Refellitur ratio neotericorum.
mine,qui eſt ſpecies ſpecialiſſima,quia pariformiter dicerem, quando ſubſtantia prædicatur
de homine,vel eſt eadem ſubſtantia,vel diuerſa; ſi eadem, ergo erit nugatio dicere,homo eſt
B ſubſtantia; ſi diuerſa,ergo homo erit duæ ſubſtantiæ; vna,quæ eſt ipſe;& alia, quę eſt diuerſa
ab ipſo. Sed eſt dicendum,quòd prædicatum eſt idem cum ſubiecto ſecundum rem; ſed di-
uerſum ſecundum rationem; vnde rationale eſt animal,ſunt aliquo pacto idem,& aliquo pa-
cto diuerſa. Et ſi dicis,vt arguit S. Tho. 1.p. & eſt argumentum Ariſt. quo probat genus non Quæſt.3.
prædicari de differētijs,quia ens prædicatur de differentijs,& ens non eſt genus: propterea vo Ens non eſt genus.
luit philoſophus ipſum ens non eſſe genus,quia prædicatur de differentijs: ergo per oppoſi-
tum volnit genus non prædicari de differentijs. Hæc ratio concludit, quòd genus non prædi-
catur de differentia prędicatione naturali,dicente quid eſt,vt habetur 1.poſter. ſed bene præ- Cap.4.
dicatur per ſe,vt habetur 5. huius. Tex.23

Et ſi etiam dicis,ſi genns prædicaretur per ſe de differentijs,ſequeretur quòd differentię eſ- Egregia difficultas.
ſent ſpecies ipſius generis; deducitur hoc; quia non videtur, quòd homo ſit magis ſpecies ani
malis,qnàm rationale:de vtriſque enim per ſe,& eodem modo perſeitatis prædicatur: igitur
qua ratione eſt genus ad hominem, eadem ratione erit genns ad rationale;& cum omne ge-
nus deſcendat in ſpecies per differentias: ſequitur quòd animal deſcenderet in rationale per
C differentias; quod videtur abſurdum, quia eodem modo poſſet quæri de illis. Hæc etiam ra-
tio conceditur,quia nihil aliud conclndit,niſi quòd genus non prædicatur de differentia ſecū-
dum modos poſitos ab Ariſt.1. poſter. ſed ſecundum modos poſitos 5. huius, quia prędica- Cap.4.
tur immediate non per aliquod ſubiectum medium, nec per cauſam mediam, propterea di- Tex.23.
citur per ſe.Attende etiam circa ſecundum argumentum, quod mouet Quidam neotericus,
quia non eſt bene ſolutum ab eo;ait enim ipſe,homo per ſe eſt animal, homo per ſe eſt ratio-
nalis;ergo rationale per ſe eſt animali probatur conſequentia,quia ſicut ex præmiſſis neceſſa-
rijs ſequitur concluſio neceſſaria,ita ex pręmiſſis per ſe,ſequitur concluſio per ſe. Hinc om-
nes Doctores indifferenter vtuntur conuerſa pro conuertente: vnde ad iſtam,omne intellecti Poſſum' vti cōuerſa propoſitione ꝓ conuertēte.
uum eſt liberum,quę eſt propoſitio per ſe,ſequitur & iſta alia, omne liberum eſt intellectiuū,
& ad iſtam,omne neceſſarium eſt æternum, ſequitur & iſta, omne æternum eſt neceſſarium;
& omne generabile eſt corruptibile, ſequitur, quòd omne corruptibile ſit generabile, quæ
ſunt propoſitiones naturales, vt declarat Auerr. 1. cæli. Tex.110.

Hinc reprehendendi ſunt Recentiores,quia in quęſtionibus ſuis metaphyſicalibus tenue-
D runt abſolute nullam propoſitionem per ſe poſſe conuerti in aliam propoſitionem per ſe:
quam opinionem acceperunt à ſophiſticam artem profitentibus. Sed clarius ſoluitur argu-
mentum dicendo,quòd rationale per ſe eſt animal perſeitate metaphyſica, non autem logica.
Ex hoc etiam ſoluitur illud argumentum,quòd ſi genus per ſe non prædicatur de differentia,
igitur per accidēs prædicabitur: conſequentia probatur,quia omne,quod prædicatur, aut præ
dicatur per ſe,aut per accidens:ſed non prędicatur per ſe,igitur prædicabitur per accidens, &
ſic rationale poteſt eſſe ſine animali. Prædicari per accidens dupliciter accipitur. Vno modo Prædicari ꝑ accidens bifariā dicit.
quando ſ.prædicatur aliquid aliquo iſtorum trium modorum, quos adducit philoſophus 5.
huius,ſ.quando prædicatur accidens de ſubiecto,vel ſubiectū de accidenti,vel vnum accidens Tex.13.
de altero:& ſic genus non prędicatur per accidens de differentia. Alio modo communiter ſ.
pro omni illo,quod non eſt de intellectu alterius, aut de definitione, & ſic genus prędicatur Doctrina reſoluta ex qua ſoluunt omnia argumenta neotericorum.
per accidens de differentia.

Sed pro maiori intelligentia huius reſponſionis,& pro ſolutione multorum aliorum dubio
rum eſt ſciendum,quòd multiplex eſt prædicatio per ſe. Prima eſt,quando definitio, aut pars
definitionis prædicatur de definitio ſiue in recto,ſiue in obliquo, vt homo eſt animal rationa-

le,& triangulus eſt ex tribus lineis facientibus angulos. Secunda eſt, quando ſubiectum eſt A
de definitione prædicati, vt homo eſt riſibilis. Tertia eſt, quæ dicit ſolitudinem, vt Sortes per
ſe trahit nauem, ſ, ſolus Sortes trahit nauem, & hęc prædicatio competit primis ſubſtantijs.
Quarta eſt, quando ſubiectum exprimit cauſam prædicati, vt interfectus interijt propter in-
terfectionem; interfectio enim fuit cauſa ipſius interitus. Quinta eſt, quando ſubiectum na-
turaliter ſubijcitur, & prædicatum naturaliter prædicatur, vt homo eſt animal, hæc dicitur
per ſe prædicatione naturali; quia homo naturaliter ſubiicitur, & animal naturaliter prædica-

Animal eſt homo, eſt ꝓdicatio per accidens,

tur; hęc vero prædicatio, animal eſt homo, eſt per accidens, quia homo non naturaliter prædi-
catur de animali. Sexta prędicatio eſt, quando prędicatum ineſt ſubiecto ſine medio, vt ſuper-
ficies eſt alba, eſt propoſitio per ſe; quia ſine aliquo ſubiecto medio ſuperficies eſt alba & co-

Tex. 23.

lorata, vt declaratum eſt ex 5. huius; hæc vero propoſitio, corpus eſt album, eſt per accidens;
quia per medium, quod eſt ſuperficies, corpus efficitur album. Septima prædicatio eſt, quo-
tieſcunque prædicatum ineſt ſubiecto ſine cauſa media, ſiue ſit formalis, ſiue efficiens, vt ho-

Homo eſt homo, quæ nam propoſitio ſit.

mo eſt homo; hęc eſt propoſitio per ſe, quia eſt ſine media cauſa, ſed per naturã ſua homo dr̃
homo; & his duobus modis vltimis genus dicitur prędicari per ſe de differentia; & ſimiliter B
dr̃ prædicari per ſe, quia prædicatione naturali, & directe ꝓdicatur: dr̃ prædicari per accidẽs,
quia non ꝓdicat, nec primo, nec ſecũdo, nec tertio, nec quarto modo, cũ genus ſit extra eſſentiã

Tex. 45.

differentiæ. Soluitur etiam & aliud argumentum; quod fieri ſolet ex Ariſt. 7 huius; vbi ait,
quãdo aliquid de alio prædicatur per ſe, vnum prædicatur de alio, etiam in abſtracto; itaquòd

Humanitas eſt rationalitas, quæ prædicatio ſit.

hę propoſitiones ſunt verę, humanitas eſt rationalitas, & humanitas eſt animalitas: quia hę
ſunt per ſe primo modo, homo eſt rationalis; homo eſt aĩal: ergo ſequitur rationalitatem eſſe
animalitatẽ, & tunc concretũ prædicabitur de concreto per ſe primo modo, dicendo, rationale
eſt animal; itaque argumentum valet à concretis ad abſtracta, & econtra. Soluunt Neoteri-

Concretum, & abſtractũ ẽ multiplex.

ci dicentes, multiplex eſſe concretum, & multiplex abſtractum: eſt enim concretum ad ſubie-
ctum; puta quando aliquid denominat aliud, quod eſt extra eſſentiam ſuam, vt album, quod
denominat ſubiectum ſuum, abſtractum eius eſt albedo; eſt aliud concretum ad ſuppoſita, ſi-
cuti eſt albedo, quę habet plures albedines ſub ſe, de quibus prędicatur; & eſt abſtractum à ſup
poſitis, vt albedineitas; & hoc concretum, & abſtractum eſt in accidentibus: in ſubſtãtijs quoq;
datur concretum, quod concernit ſuppoſita, vt homo, qui prędicatur de pluribus ſuppoſitis: C
& datur abſtractum correſpondens huic concreto, & dicitur humanitas: in relatiuis quoque
datur concretum ad ſubiectum, & hoc dicitur pater, & datur abſtractum correſpondens

Paternitas, & patrinitas quõ differũt.

huic concreto, & vocatur paternitas. Datur etiam concretum ad ſuppoſita in relatiuis, quod
vocatur paternitas, quæ habet plures paternitates ſub ſe; & datur abſtractum à ſuppoſitis cor-
reſpondens illi concreto, quod vocatur patrinitas. His ſic ſtantibus, tunc dicunt, auctoritatem
Ariſto. valere de concretis, & abſtractis à ſuppoſitis, & nõ à ſubiectis, vnde hęc eſt vera, homo
eſt homo; & etiã hæc, humanitas eſt humanitas, ſed hæ ꝓpoſitiones ſunt falſę; ſi homo eſt al-
bus; ergo humanitas eſt albedo, & ſi animal eſt deambulans; ergo aĩalitas eſt deambulatio. Sed
facilius dicere poſſumus auferentes tot, tantaſque imaginationes, quando prędicatio eſt per ſe

Cap. 4.

in primo modo declarata ab Ariſt. 1. poſt. tunc valet prędicatio per ſe à cõcretis ad abſtracta, &
hoc in terminis conuertibilibus: vnde ſi hæc eſt vera, homo eſt rationalis, & etiam hęc erit
vera, humanitas eſt rationalitas, & econtra, rationalitas eſt humanitas; ergo homo eſt rationa-

Rationale eſt ſubiectũ, q. 4. art. 2.

lis; ſed hęc, rationale eſt aĩal, non eſt in primo modo dicendi per ſe declarato 1. poſt. ergo neq;
hæc, rationalitas eſt animalitas, erit vera. D

Etſi vis clarius hæc ſcire, videas Caie. 1. p. S. Th. vbi declarat locũ hunc, qui dr̃ à coniugatis.
Soluitur etiam & aliud argumentũ; qđ fieri ſolet; minus differt differẽtia à genere, quàm ſubie-
ctum ab accidente proprio; quia genus & differentia ſunt eiuſdem prędicamenti; ſubiectum
& proprium ſunt diuerſorum prędicamentorum; ſed proprium prędicatur per ſe de ſubiecto;
ergo & genus per ſe ꝓdicabitur de differentia. Dicimus non currere argumentum; quia ſubie-

Subiectũ ponitur in definitione paſſionis.

ctum eſt de definitione paſſionis ſuę; ꝓpterea poterit ꝓdicari propria paſſio de ſubiecto, ſed
genus eſt extra eſſentiam, & definitionẽ ipſius differentię, vt dictum eſt; & ideo non valet argu-
mentum, ſi propriũ prędicatur per ſe de differentia, ergo & genus. Sed cõtra, diceret aliquis;
quia rationale eſt per ſe ens; igitur erit per ſe ſubſtãtia, vel accidens; nõ accidens, ergo ſubſtan-
tia; ſi ſubſtantia, aut corporea, aut incorporea, nõ incorporea; ergo erit ꝑ ſe corporea: igitur per
ſe erit corpus: tunc ſic: aut erit animatum, aut inanimatum; non inanimatum: ergo erit anima-
tum; ſi aĩatum, aut ſenſitiuum, aut non ſenſitiuum; non eſt dicendũ, ꝙ ſit non ſenſitiuum; ergo
erit ſenſitiuum: ſi ergo rationale erit per ſe ſenſitiuum, ergo à primo ad vltimum rationale
erit per ſe animal; & ſic genus prædicabitur per ſe de differentia. Pro ſolutione huius eſt ſcien-
dum,

A dum,genus,& differentiam dupliciter ſumi;vno modo primo intẽtionaliter,& pro rebus ſubſtratis, vt genus ſit res, quæ eſt apta nata eſſe in pluribus, puta animal; differentia vero ſit res,qua homo abundat ab animali. Secundo ſumitur genus & differentia pro ſecundis intentionibus,ſiue ſecundo intentionaliter;& ſic conſiderauit Porphyrius in prædicabilibus;quare genus eſt illud,quod prędicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo, quod quid;& differentia eſt,quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo,quod quale; vel quod eſt aptum natum diuidere ea,quæ ſub eodem genere ſunt, & iuxta alias definitiones datas à Porphyrio. in prædicabilibus: hoc modo conſideratur à logico: primo verò modo conſiderantur à metaphyſico. Debemus etiam ſcire,triplicem eſſe denominationem: quandam penes rem tantum; quandam penes vocem tantum: quandam penes vocem,& rem ſimul. Prima eſt,quando verum accidens prædicatur de aliquo ſubiecto alterius naturę ab eo, quod tamen non conuenit in principio dictionis cũ forma denominante: ſicuti ſtudioſus prędicatur denominatiue de homine, qui denominatur ſtudioſus à virtute. Secunda denominatio eſt,quando illud quod prædicatur, conuenit in principio dictionis,& differt in fine dictionis cum forma deno-

Genus,& differentia bifariam ſumit.

Genus prędicat in quid, & differẽtia in quale.

Denominatio ẽ triplex.

B minante; non tamen differt realiter ab eo; de quo prædicatur ſ. à ſubiecto denominato, & ſic homo denominatur humanus ab humanitate, Tertia eſt,quando illud,quod denominatur, differt realiter à ſubiecto denominato,& conuenit in principio dictionis, & differt in fine dictionis cum forma denominante;ſicut homo denominatur albus ab albedine: vnde genus nõ prędicatur denominatiue proprie de differentia aliquo horum trium modorum,ſed bene prædicatur de ea denominatiue, ſumendo denominationem pro omni illa prædicatione, in qua prædicatur aliquid de altero, quod non eſt de definitione alterius; ſed non eſt ita de ente: quia nihil ſubterfugit rationem entis: propterea ens non ſolum prędicatur per ſe de generibus,ſed etiam de differentijs: ſed quando dicimus; rationale eſt ens ly, ens, non ſupponit pro ſubſtantia, nec pro accidente tantum,ſed ſimpliciter; quia ens eſt analogum, vt declarabitur in 4. huius;vel dicimus,ꝙ ly ens,ſuppoſit pro differentia ipſius ſubſtantię. Ex his ergo omnibus patet,quomodo genus poteſt per ſe prędicari de differentia,& quomodo per accidens; patet etiam ſolutio omnium obiectionum, quæ contra hanc veritatem fieri ſolent. Et hanc determinationem dicimus eſſe iuxta mentem S. Thomæ in libello de ente eſſentia; licet non-

Homo denominatur human' ab humanitate.

Nihil ſubterfugit rationem entis.

Tex.2.

Cap.3.

C nulli Thomiſtæ videantur oppoſitum huius determinationis ſubſtinere.

Simile nanq. eſt lineam ex punctis eſſe dicere.&c. Tex. 16.

An continuum componatur ex indiuiſibilibus.

Dilucidatio ſeptima.

D EST communis interpretatio omnium fere interpretum impoſſibile eſſe cõtinuum ex indiuiſibilibus componi contra vetuſtiores philoſophos,præſertim Alex. Alen. ſcribentis in interpretatione horum verborum, quòd licet numerus componatur ex indiuiſibilibus,non tamen magnitudo,hoc enim eſt impoſſibile, ſicut ponere quòd linea componatur ex punctis: cuius tamen oppoſitum videtur docere Ariſt. 1. poſt. vbi declarans primum modũ dicendi per ſe,aſſerit per ſe ſunt quęcunque ſunt in eo quod quid eſt, vt triangulo ineſt linea,& punctum lineæ, ſubſtantia enim ipſorum ex his eſt: modo vnũquodque componitur ex illis, quę ponuntur in ſua definitione, cum definitio ſit ſermo explicans quidditatem & eſſentiam rerum,vt docuit Commentator 7. huius: ſed punctus ponitur in definitione lineæ, vt docet Euclides 1. element. linea eſt longitudo ſine latitudine,cuius extrema ſunt duo puncta:ergo,&c.

Cap.4.

Commẽ. 13. Definitio lineæ quę nã ſit.

Præterea vnumquodque componitur ex illis,in quę reſoluitur, vt ſcripſit Ariſt. 1. phy. ſed linea reſoluitur in puncta,igitur linea cõponitur ex punctis,cuius tamen oppoſitum pferunt verba Ariſt. prępoſita: probatur minor,quia poſſibile eſt lineam vndique eſſe diuiſam, nam qua ratione poteſt eſſe diuiſa ſecundum vnum ſignum, eadem ratione ſecundum aliud, & ſic de ſingulis: ergo poterit eſſe diuiſa vndique; quo poſito aut poſt aliam diuiſionem nihil re-

Tex.66.

 manebit,

manebit punctus, aut linea, aut ſuperficies, aut corpus, ſed non eſt dicendum, quòd poſt illam A
diuiſionem remaneat linea, nec ſuperficies, nec corpus; quia ſic non eſſet vndique diuiſa con-
tra hypotheſim factam: nec etiam dicendum eſt, ꝙ remaneat nihil, quia tunc linea eſſet com-
poſita ex nihilo: quod eſt impoſſibile; relinquitur ergo manifeſte lineam ex punctis eſſe com-
poſitam.

Numerus cōſtat ex vnitatibus. Tex. 4.

Et poſtremo ita corroboratur propoſitum, ſicuti ſe habet vnitas ad numerum, ſic punctus
ad lineam, quia quemadmodum numerus cōſtat ex vnitatibus, ſic linea ex punctis; ſed nume-
rus componitur ex vnitatibus, vt docet Ariſt. 10. huius, numerus eſt multitudo menſurata per
unum, ſed non menſuraretur per vnum, niſi quia vnitas eſt eius intrinſecum principium; lineā
igitur ex punctis neceſſe eſt componi.

Sententia illorum qui dicunt punctū eſſe quid priuatiuum.

Pro explicatione huius veritatis videndum eſt primo, quid ſit pūctum. Deinde dicemus ad
quæſitum. Tertio ſoluemus dubitationes præpoſitas. Quoad primum fuerunt aliqui, qui
dixerunt punctum nihil eſſe poſitiuum extra animam, & lineam, ſuperficiem, ac punctum
nec inter ſe, nec ab ipſa corporeitate realiter diſtingui: fundamentum, quo iſti mouentur, talis
eſt farinæ, punctum aut eſt ſubſtantia, aut accidens: non ſubſtantia, quia vel materia, vel for- B
ma, vel compoſitum; ſed nullum horum eſt: ergo &c. igitur erit accidens; ſed omne accidens
habet ſubiectum ſibi adæquatum, de quo rurſus inquirunt, vel illud ſubiectum eſt ali-
quid diuiſibile, vel indiuiſibile; non diuiſibile, quia accidens eſt in toto ſubiecto ſibi adęqua
to; punctum autem cum ſit indiuiſibile, non poteſt eſſe in toto aliquo diuiſibili; neque indiui-
ſibile; quia tunc inquirunt iterum, vel ſubiectum puncti eſt ſubſtantia, vel eſt linea, ſed linea
eſt per ſe diuiſibilis, ſubſtantia quoque puta materia eſt extēſa & diuiſibilis: ex his ergo conclu
dunt punctum nihil eſſe poſitiuum extra animam. Et confirmant ſic, ſi punctum eſſet aliquod
ens abſolutum extra animam realiter diſtinctum ab alijs, nec exiſtens pars alterius; ergo per ſe
erit in aliquo prædicamento, cum igitur nō ſit ſubſtantia, nec qualitas, nec relatio, nec aliquid
aliorum, ergo oportet ipſum eſſe quantitatem, quod tamen implicat contradictinoem, quia
quantitas eſt quæ habet partes, & punctum eſt illud, cuius nulla eſt pars.

Diſt. 2. q. 1. art. 1. Cap. 4. Punctum dupliciter conſideratur.

Oppoſitum autem huius ſubſtinet Capreo. 2. ſenten. ad mentem S. Tho. & hoc de mente
Ariſt. 1. poſt. vbi definiens punctum dixit eſſe vnitatem, quæ habet poſitionem in continuo,
& poſuit ipſum in linea dicens, lineam eſſe in triangulo, & punctum in linea, quod quidem C
dupliciter conſiderari poteſt, nempe phyſicè, vel mathematicè: ſi phyſicè, punctum non eſt
in linea tanquam in ſubiecto, ſed eſt in ipſa materia, materia enim ex ſe non eſt diuiſibilis, ſed
habet diuiſionem à quantitate, ideo quatenus materia eſt diuiſibilis potentia ſecundum longi
tudinem fit ſubiectum lineæ, ſecundum latitudinem ſuperficiei, ſecundum craſſitiem corpo-
reitatis; ſin autem conſideretur linea mathematicè, ſic punctum eſt in ea, vt pars definitiua in

Linea tripliciter definit.

eo, quod definitur, quia tripliciter linea definiri poteſt per punctum. Primo ſecundum ſui
imaginariam generationem, vt cum mathematici dicunt lineam eſſe, quæ fit ex fluxu puncti.
Secundo poterit definiri ſm continuationem, vt cū dicitur; linea eſt, cuius partes copulantur
ad vnum terminum communem, qui eſt punctum. Poſtremo ſecundum terminationem, vt
cum dicitur, linea eſt quę duobus vtrinque punctis terminatur: ꝙ autem punctum definiatur
per priuationem, id non concludit ipſum eſſe ens priuatiuum, nam & Deus & materia prima
definiuntur per priuationem, & ſimiliter multa alia, propterea quòd eorum poſitiuę differen-
tiæ, ac proprietates nos latent, vt docet S. Tho. 1. p. loquens de vnitate Dei. Adde quòd pun- (q. 11. art. 3.)
ctum etiam definitur poſitiue, cum dicitur punctum eſt vnitas habens poſitionem in conti- D
nuo, & punctum eſt terminus communis, ad quem copulantur & continuantur partes lineæ.

Opinio neotericorū nihil determinate aſſerentium.

Propter has rationes ex vtraque parte adductas, quidam recentiores philoſophi arbitran-
tur vtranque opinionem probabiliter poſſe defendi, probabilius tamen dicunt punctum re
non diſtingui à linea, nec poſitiuam aliquam rationem, ſed priuatiuam tantum ſignificare.
Sed iſti toto aberrant cælo, tū primo quia nihil determinate & reſolute dicūt, ſed oīa improba
bilitate ponunt; tum quia ſi punctum eſſet idem ſecundum rem quòd linea, vel erit pars lineę,
vel accidens lineæ: ſed non eſt pars, quia linea non componitur ex punctis, vt declarabitur,
nec accidens, partim quia punctum ſecundum naturam prius eſt linea; accidens autem eſt po-

Indiuiſibile non eſt accidens ſubiecti diuiſibilis.

ſterius ſubiecto: partim autem quia linea eſt diuiſibilis, punctum vero indiuiſibile; nullum au
tem indiuiſibile poteſt eſſe accidens ſubiecti diuiſibilis. Quòd autem non dicat puram ratio
nem priuatiuam, ſic probo; illud, quod habet poſitionem in continuo, videtur eſſe quid poſi-
tiuum, & non pura priuatio; ſed punctus dicit poſitionem in continuo; igitur non eſt pura
priuatio: pro intellectu minoris nota, nomen poſitionis tripliciter ſumi poſſe. Primo vt ſi-
gnificat ordinem partium permanentium in toto continuo, vt docuit Ariſt. in prædicamen- (Cap. 8 quāt.)

tis

A titatis aliam habere poſitionem, vt linea & ſuperficies, aliam vero non habere, vt tempus & motus; hoc enim pacto non dicimus punctum habere poſitionem, cum omnino vacet partibus. Secundo nomen poſitionis ſignificat habitudinem partium locati ad partes loci, & ſic eſt vnum ex prædicamentis, quo etiam modo aſſerimus punctum poſitionem non habere, quia nec eſt in loco, nec partes habet. Tertio ſignificat non per ſe conſtare ſeiunctum ab aliis, ſed inhærere alij, & in alio poſitum eſſe; quoniam igitur punctum ſemper hæret, iunctumque eſt continuo, ſi quidem vel terminat, vel continuat lineam, idcirco dicitur habere poſitionem in continuo. Adde quia illud, quod eſt terminus & principium entis poſitiui, non eſt pura priuatio; ſed punctus eſt huiuſmodi, vt omnes fatentur; male ergo iſti in neutra parte perſiſtunt, vel debiliorem eligunt, cum potius veritatem cum S. Tho. ſequi deberent, & quòd punctum ſit ens poſitiuum extra animam, & quòd re diſtinguatur à linea, & diſſoluere fundamenta in contrariũ, cum facile ſolui poſſint. Et primum, in quo dicebatur, punctum aut eſt ſubſtantia, aut accidens &c. ſolui poteſt dicẽdo, quòd eſt accidens, & falſum eſt omne accidens habere ſubiectum ſibi adęquatum vel diuiſibile; immo nullum accidens, quod eſt terminus alterius accidentis,

Poſitionis nomen tripliciter ſumit.

Doctrina S. Tho. veriſſima.

B habet ſubiectum proprium ſibi adęquatum, ſed eſt in eodem ſubiecto, in quo eſt id, cuius eſt terminus, & quia terminus non adæquatur ei, cuius eſt terminus, ideo terminus non adęquatur ſubiecto. Secundum quod erat confirmatio, in qua dicebatur; ſi punctũ eſſet aliquod ens abſolutum &c. ſoluitur dicendo, punctum eſſe accidens abſolutum, nec tamen ſequitur vt ſit quantitas, ſed ſatis eſt vt ſit aliquid quantitatis, nempe terminus eius intrinſecus, & ſic reducitur ad prædicamentum quantitatis, quemadmodum materia non eſt ſubſtantia prædicamentalis, eſt tamen aliquid, hoc eſt pars & principiũ eius, quamobrem in prædicamento ſubſtantiæ numeratur.

Punctum reducit ad prædicamentum quantitatis.

Et ſi dicis omne ens abſolutum realiter diſtinctum ab aliquo, poteſt ſaltem per Dei omnipotentiam ſeparari & intelligi; ſed punctum, nec intelligi, nec per abſolutam & omnipotentem Dei virtutem poteſt remoueri à linea: igitur punctum nec diſtinguitur à linea, nec poſitiuum quid ſignificabit. Reſpondetur verum eſſe nullo modo punctũ ſecundum rem ſeparari poſſe à linea, ita vt per ſe ſeparatum ab ea ſubſiſtat. Primo quia eſt terminus intrinſecus eius. Secundo quia ponitur in definitione lineę, & prædicatur de ea in primo modo dicendi per ſe,

C vt dixit Ariſt. 1. poſter. quę autem ſunt huiuſmodi nullo modo poſſunt inuicem ſeparari. Denique cum pũctũ definiatur, quòd ſit vnitas habens poſitionem in continuo, eſt contra rationem eius eſſentialem, vt poſſit eſſe extra lineam, & ideo propoſitio illa maior aſſumpta in argumento, quòd omne abſolutum realiter diſtinctum, &c. nõ eſt vera omni ex parte; nec eſt defectus ex parte virtutis Dei, ſed ex parte repugnantiæ ipſius rei.

Cap. 4.

Quoad ſecundum notandum eſt, quòd compoſitio multiplex eſt. Quędam, quæ dicitur eſſentialis, qua aliquid componitur ex materia & forma, ut homo. Alia eſt compoſitio elementorum; qua mixtum aliquod conflatur ex elementis. Alia eſt compoſitio ex partibus corporalibus, quæ ſunt in diſtinctis locis, vt compoſitio animalis ex carnibus & oſſibus, & compoſitio domus ex lapidibus & lignis. Alia eſt compoſitio, qua aliquid conflatur ex confuſione & permixtione, vt mulſum ex aqua & melle. Alia eſt compoſitio, qua reſultat aliquid ex ære & figura, ut ſtatua, in qua remanent iſtę partes, non tamen loco aut ſubiecto diſtinctæ. Alia eſt compoſitio ex genere & differentia, quę eſt ſimilis compoſitioni ex re potentiali & actuali.

Compoſitio eſt multiplex

Iſtis ſic habitis dico primo lineam non eſſe compoſitam ex punctis, tanquàm ex partibus

D eſſentialibus; quia ſi componeretur ex eis tãquàm ex partibus, tunc eſſet corpus; ſed corpus habet tres dimenſiones: igitur & linea tres dimenſiones habebit, quod eſt falſum: conſequentia patet, quia omne compoſitum ex materia & forma tanquàm ex partibus eſſentialibus eſt corpus. Deinde puncta, cum ſint indiuiſibilia, ſi componerẽt lineam, neceſſe eſt vt eſſent vel inter ſe continua, uel contigua; ſed cum indiuiſibile careat partibus; contigua uero & continua ſint ea, quorum extrema ſunt ſimul uel unum; relinquitur igitur indiuiſibilia nec continua, nec contigua inuicem eſſe poſſe: ergo neque ex ipſis poteſt fieri aliquod vnum, tanquàm ex partibus eſſentialibus.

Corpus habet tres dimenſiones.

Secundo dico lineam non componi ex punctis tanquàm ex elementis: probatur, quia ſequeretur idem inconueniens, quod deductum eſt in prima. Prçterea ſi linea componeretur ex punctis, etiam & corpus componeretur ex punctis; nam corpus componitur ex ſuperficiebus, ſuperficies ex lineis, linea autem ex punctis: ſed hoc eſt abſurdum dicere, ꝙ corpus habens longitudinem, latitudinem, & profunditatem componatur ex punctis, quę his omnibus carent.

Dico tertio lineam non poſſe componi tertia compoſitione, quia ex non quantis non poteſt fieri quantum; ſed puncta non ſunt quanta, linea autem eſt quanta: ergo nequit hęc componi ex

Ex non quãtis non fit quantum.

poni ex

poni ex illis,quandoquidem ſicut ſe habet compoſitio ſubſtantialis ad ſubſtantiam compoſi- A
tam, ita compoſitio quantitatiua ad quantitatem compoſitam ; ſed ſubſtantia nequit compo-
ni ex partibus, quæ non ſunt ſubſtantia ; ſed neceſſario componitur ex ſubſtantijs , cuiuſmo-
di ſunt materia & forma ; ergo nec quantitas potuit componi ex punctis , quę non ſunt
quanta.

Mulſi compoſitio conflat ex aqua & melle & dicitur à mulcendo.

Dico quarto lineam non componi quarta illa compoſitione, qua mulſum conflatur ex aqua
& melle: probatur,quia ea compoſitione componitur aliquid ex his , quę ſunt diuerſarum ra-
tionum: ſed puncta omnia ſunt eiuſdem rationis : igitur ea compoſitione non poteſt linea ex
punctis componi. Deinde quęritur, ſi linea componeretur hac compoſitione ex punctis, aut
omnis linea haberet infinita puncta,aut finita: ſi infinita; ſequuntur duo inconuenientia, unũ
eſt quòd linea eſſet actu infinita,nam ſi ex tot punctis fit tanta linea,& ex pluribus flueret ma-
ior : ergo ex infinitis efficeretur infinita . Alterum eſt omnes lineas eſſe inuicem ęquales ; nã
quæ conſtant ex partibus numero & magnitudine æqualibus,ſunt etiam æqualia : ſed puncta
vnius lineæ ſunt æqualia numero & magnitudine punctis alterius lineæ cuiuſuis: numero qui

Vnum punctum nõ eſt maiꝰ altero.

dem,quoniam ſunt infinita,magnitudine vero , quoniam vnum punctum non eſt maius alio: B
ergo omnes lineę inter ſe ęquales eſſent; ſi autem lineæ ipſæ haberent puncta finita;ergo pun-
cta cuiuslibet lineæ erunt certo numero comprehenſa;quare vnaqueque linea erit commenſu
rabilis cuilibet alteri lineæ ; nam inter puncta vnius lineæ & alterius ſemper inuenietur talis
proportio, qualis eſt inter duos numeros,ex quo fieret vt nulla eſſet linea irrationalis , hoc eſt
diameter reſpectu coſtę , quo poſito neceſſe eſt ruere doctrinam traditam ab Euclide 10. lib.
elementorum, in quo plurimas demonſtrationes facit circa lineas.

Punctum eſt infigurabile.

Dico quinto lineam non componi ea compoſitione , qua ſtatua fit ex ęre & figura : proba-
tur,quia puncta non poſſunt figurari . Addo etiam quòd ſi linea componeretur hoc pacto ex
punctis , ſequeretur nullam lineam dari finitam; qui a quæro , termini lineæ aut ſunt puncta,
aut nihil: ſed puncta eſſe non poſſunt,quia ſunt partes lineę, & terminus eſt aliquid aliud à to-
to terminato & partibus eius : ſi enim terminus eſſet pars rei,non eſſet terminus totius rei, ſed
tantum aliquarum partiũ,quare ſi puncta ſunt partes lineæ: ergo non erunt eius termini; ſi nõ
eſſent termini eius: igitur linea eſſet infinita; probatur cõſequentia,quia linea carens terminis
infinita eſt,& ſic à primo ad vltimum ſequitur vllam lineam dari finitam ; ſi autem dicis pun C
cta eſſe nihil : ergo linea componitur ex nihilo , quod eſt abſurdius.

Dico ſexto lineam non componi ex punctis tanquam ex genere & differentia : patet hæc,
quia genus ſe habet vt potentia,& differentia veluti actus; ſed puncta nõ ita ſe habere poſſunt;
non enim vnum punctum eſt alterius potentia , vel actus : ergo non poſſumus dicere lineam
eſſe compoſitam ex punctis,tanquam ex genere & differentia.

Quomodo intelligi poteſt lineam componi ex punctis.

Poſtremo dico lineam eſſe compoſitam ex punctis,quadam compoſitione eſſentiali impro-
prie dicta: hanc ita probo;illud, quod componitur ex aliquibus diuerſarum rationum,eſt com
poſitum ex eis cõpoſitione eſſentiali;ſed linea terminata eſt cõpoſita ex eſſentia lineæ & pun-
ctis,tanquàm ex aliquibus diuerſarum rationũ: ergo propoſitio vera: minor declaratur , patet
enim lineam terminatam, eſſe quoddam aggregatum ex eſſentia lineæ,& terminis terminanti-
bus ipſam , & ipſi termini non ſunt aliud niſi puncta : quare patet ipſam eſſe compoſitam ex
eſſentia lineæ & punctis,& eſſentia lineæ eſt alterius rationis à punctis , nam eſſentia lineæ eſt

Compoſitio elementalis duplex.

diuiſibilis,punctus autem indiuiſibilis: dixi quòd hæc compoſitio eſt eſſentialis improprie di
cta,quia compoſitio eſſentialis proprie dicta,eſt qua aliquid componitur ex duobus,tanquam D
ex materia & forma,vt Sortes componitur ex corpore & anima; linea vero componitur ex eſ-
ſentia ipſius lineæ,quę ſe habet ad modum materię , & ex punctis , quæ ſe habent ad modum
formæ,quia quemadmodũ Sortes diſtinguitur à leone per ſuam animam, ita vna linea diſtin-
guitur ab alia per ſua puncta,& ſicuti extra formam ipſius Sortis nihil eius reperitur , ita extra
puncta terminantia lineam nihil eſt de ipſa linea terminata,ſed tota eſt infra ſua puncta termi

Tex.33.

nantia;& hæc eſt expreſſa ſententia Ariſt. 7.huius , vbi dicit , quòd partes definitionis ſignifi-
cant partes rei,quoniam definitio indicat eſſentiam,& principia eſſentialia,& in hoc diſtingui
tur deſcriptio à definitione ; ſed puncta ſunt partes definitionis lineę iuxta ſententiam Eucli-
dis 1.element.quòd linea eſt longitudo ſine latitudine,cuius extrema ſunt duo puncta : igitur
puncta ſunt partes eſſentiales ipſius lineę.

Quæſt. 1. Reprobatur ſententia Iauelli.

Et ex hac determinatione reprehendendi veniunt quidam ex noſtris , de numero quorum
eſt Chryſoſtomus Iauellus Canapicius in queſtionib. ſuis 6.phy. vbi negat hãc doctrinam ſic
à nobis expoſitam,& gloſat dictum Ariſt. de definitione ſubſtantiæ completæ,cuius partes dif
finitiuæ ſunt proprium genus & propria differentia . Sed hęc gloſſa dupliciter eſt vitioſa: pri-

mo quia

A mo, quia ſubterfugere videtur vim rationis adductę; ſecundo quia eſt expreſſe contra literam Ariſt. 7. huius, vbi dicit quòd definitio ratio eſt, & omnis ratio partes habet, vt autem ratio ad rem, & pars rationis ad partem rei ſimiliter ſe habet, & dat exemplum de circulo, & de inciſionibus: vide quomodo expreſſe loquitur hic vir contra Ariſt. qui vult lineam ipſam componi ex eſſentia eius, & ex punctis compoſitione eſſentiali improprie dicta, vt oſtenſum eſt ſupra. (Tex. 33.)

Quoad tertium ſoluẽdę ſunt dubitationes perpoſitæ, quarum prima eſt, vnumquodq; componitur ex illis, quę ponuntur in ſua definitione, &c. Reſpondetur concedendo lineam componi ex punctis compoſitione eſſentiali improprie dicta, & in hoc etiam deceptus eſt ipſe Ianellus, qui dicit exemplum illud, quod Ariſt. poſuit 1. poſt. declarans primum modum dicendi per ſe, quòd in definitione lineæ ponitur punctum, non eſſe ad mentem Ariſtotelis, ſed potius antiquorum ponentium lineam componi ex indiuiſibilibus, & reſolui in indiuiſibilia; hoc enim dici nequit, quia ſequeretur Ariſt. non declaraſſe modos perſeitatis ſecundum veram doctrinam, ſed tantum iuxta ſententiam antiquorum. (Cap. 4. Error Chryſoſtomi Ianelli.) Ad ſecundam, in qua dicebatur vnumquodq; componitur ex illis, in quæ reſoluitur &c. neganda eſt minor. Et ad probationẽ

B dicitur hoc dupliciter intelligi poſſe: vno modo quòd linea habeat potentiam & diuiſionem vndique, & in infinitum, tanquam ad actum perfectum, qui poteſt exiſtere totus ſimul, & non eſt admixtus potentię ad vlteriorem partem eius, & ſic eſt falſum. Alio modo quòd habeat potentiam ad diuiſionem infinitam, vt ad actum imperfectum, & permixtum potentię, qui non poteſt exiſtere totus ſimul, ſed vna parte exiſtente eſt potentia ad aliam, vt eſt de ludis agonalibus, & ſic linea bene eſt diuiſibilis in infinitum. (Linea dupliciter eſt in potentia ad diuiſionem.) Et cum dicitur, ponatur ergo, quod ſit vndiq; diuiſa &c. dico quòd non eſt poſſibile, quòd ſit vndique diuiſa diuiſione completa & terminata, ſed diuiſione ſucceſſiua; itaquòd vna diuiſione facta, alia ſit in potentia, & ſic in infinitum, ita vt ſemper remaneat aliquod diuidendum, quapropter nunquam peruenitur ad indiuiſibilia. Vel poteſt dici quòd diuiditur linea diuiſione ſecundum rationem in eſſentiam lineę, & puncta, quę ſunt partes definitionis eius. Ad tertiam, in qua dicebatur, quòd ſicuti ſe habet vnitas ad numerum &c. reſpondetur negando ſimilitudinem iſtam, & ratio negationis eſt differentia, quę reperitur inter quantitatem diſcretam & continuam, quia ſubiectum quantitatis continuę non debet eſſe diuiſum & diſcretum actu, & ideo oportet quòd partes eius vel ſint

C continuę, vel contiguę, vel conſequenter ſe habentes, ſed ſubiectum quantitatis diſcretę debet eſſe actu diuiſum, & non oportet, quòd vnitates ſint continuæ, nec cõtiguę, nec conſequenter ſe habentes ad conſtitutionem numeri. Aliæ eſſent difficultates ſoluendę: ſed ſolutis his principalibus, ceterę quoque facile ex his ſolui poſſunt.

His autem conſequens dubitatio eſt, ſi corpora & ſuperficies aliquæ ſubſtantiæ ſint, &c. Tex. 17.

Num quantitas ſit ſubſtantia.

Dilucidatio octaua.

D ALEXANDER hic ſcribit fuiſſe antiquam Stoicorum opinionem, quantitatem realiter non diſtingui à ſubſtantia, quam opinionem renouauerunt atque confirmarunt multi Recentiores volentes hoc eſſe de intentione Ariſt. & ſecundum rei veritatem: Ariſt. enim 4. phy. ſcribit aerem poſſe condenſari ſine mutatione omnium quantitatum, vel aliquarum: vnde quando aer condenſatur non oportet ipſum perdere aliquam quantitatem, quam prius habebat. (Tex. 84. Cõdenſatio aeris quomodo fit.) Ex hoc ita argumentantur, quando aer condenſatur, aut manet tota quantitas precedens, aut non: ſi primo, ergo eadem quantitas eſt nunc minor, quàm prius per hoc ſolum, quòd partes quantitatis propinquius iacent nunc, quàm prius, igitur cum partes ſubſtantię ſint eodem modo propinquius iacentes nunc, ſi prius, & propter aliud non ponatur quantitas; videtur ergo ipſam eſſe ſuperfluam: ſi autem non manet tota quantitas, quę prius: igitur aliqua pars deperditur, & cum ad corruptionẽ ſubiecti immediati corrumpatur accidens eius; ſequitur quòd non omnis quantitas maneat, contra id, quod aſſerit Ariſtoteles in quarto phyſicorum. (Tex. 84.)

Preterea nullum accidens diſtinctum realiter à ſubſtantia eſt ſuſceptiuũ contrariorum per ſui mutationem; ſi autem quantitas eſſet accidens & ſubiectum qualitatum, manifeſtum eſt quòd mutaretur in recipiendo qualitatem, ita quòd per mutationem ſui reciperet contraria, quod eſt contra philoſophum in prædicamen. A

Cap. de ſubſtantia.

Tertio ſubſtantia per ſe habet partes inuicem ſitu diſtantes: ergo non habet hoc formaliter propter quãtitatem aliquam realiter diuerſam ab ipſa: conſequentia patet, & aſſumptum ita probatur; ſi quantitas eſſet accidens diuerſum realiter à ſubſtantia & inhærens ei; cum omne

Accidẽs ſupponit ſubſtãtiam.

accidens præſupponat ſubſtantiam, cum ſit eius ſubiectum; ergo partes quantitatis etiam præ ſupponunt partes ſubſtantiæ, quia ſicut quantitas præſupponit ſubiectum in quo eſt, cum ipſa ſit accidens, ita quoque partes quantitatis, cum ipſæ ſint etiam accidentia, præſupponent partes ſubſtantiæ, quibus inſunt, tanquam ſuis ſubiectis, ergo prius natura eſt ſubſtantiam habere partes, quàm habere quantitatem: ergo ſubſtantia non propter quantitatem realiter ab ea

Deus poteſt conſeruare pri⁹ ſine potentiâ.

diſtinctam, ſed per ſe & intrinſece habet partes extra partes. Quarto Deus poteſt conſeruare ſubſtantiam remouendo ab ea omne accidens abſolutum ſine mutatione locali ipſius: ſi igitur ſubſtantia habens partes in aliquo loco, eamque Deus ibidem conſeruat, & ipſa eſt accidẽs B abſolutum realiter diſtinctum à ſubſtantia, tunc aut illa ſubſtantia habebit partes, vt prius inter ſe diſtantes, aut non habebit: ſi habebit; ergo talis diſtinctio partium non conuenit ſubſtãtiæ propter quantitatem, cum ex ſuppoſitione eam non habeat, ſed propter ſe ac intrinſece: ſi autem non habet; ergo cum prius partes eſſent inter ſe loco diſtantes, tunc autem non ſunt, cũ prius occuparent locum, quem tunc non occupant; neceſſe eſt in illis factam eſſe mutationem ſecundum locum; nam quod non eſt in eo loco, vbi prius erat, nec tamen corruptum fuit, id profecto mutatum eſt ſecundum locum, aut hoc eſt contra ſuppoſitionem, poſitum enim fuit illam ſubſtantiam conſeruari à Deo ſine ulla eius mutatione locali. Poſtremo ſi quantitas eſt aliud realiter à ſubſtantia; ergo ſubſtantia ipſa poterit intelligi & eſſe ſubſtantia, quæ eſt corpus ſine quantitate; hoc autem eſt impoſſibile, quia tunc corpus haberet eſſe ſpirituale & non corporeum.

Ordo dilucidationis.

Pro dilucidatione huius veritatis tria agenda ſunt. Primo recitabimus ſententiam quorundam Neotericorum aſſerentium nulla ratione naturali euidenter ac demonſtratiue poſſe probari quantitatem eſſe rem diuerſam à ſubſtantia. Secundo enucleabimus veritatem ipſam. C

Sententia neotericorũ.

Tertio ſoluemus argumenta in contrarium. Quoad primum, ſunt Aliqui de hac re ita ſentientes, quòd ſi philoſophicè loqui volumus, opinio illa ſubſtinẽs, quantitatem non eſſe realiter diſtinctã à ſubſtantia, eſt probabilis, quia firmioribus rationum præſidijs eſt munita, & auctoritate multorum doctorum; & omnes illæ rationes, quæ contra iſtam opinionem adducuntur, nil aliud concludunt, niſi ſubſtantiam & accidens diſtingui formaliter, vel ſecundum rationem; ſicuti diſtinguitur fundamentum & relatio, & quantitas & figura, nec non actio & paſſio: ſi autem theologicè loquamur poſitis ijs, quæ in venerabili ſacramento Euchariſtiæ credimus & confitemur, illa opinio non poteſt ſubſtineri, vel egre defendi poteſt.

Sed certe hi maxime allucinari videntur, quia nedum in theologia, vt ipſi dicunt, ſed etiam

Subſtãtia & quantitas diſtinguuntur realiter ĩ philoſophia & ĩ theologia.

in philoſophia eſt euidentiſsima hæc propoſitio, ſubſtantia & quantitas ſunt duæ res realiter diſtinctæ. Vnde inchoando ab his, quę Ariſt. docet in prædicam. hanc veritatem facile venari poſſumus, ponit enim ſubſtantias habere aliquas paſſiones realiter diſtinctas à quantitate; ſed quæ habent paſſiones realiter diſtinctas, ipſa quoque realiter diſtinguuntur; ſed ita eſt de ſubſtantia & de quantitatẽ; ergo &c. maior patet: minor probatur, quia ſubſtantiæ conuenit D non eſſe in ſubiecto, & ſignificare hoc aliquid, & ſecundum eam res dici eadem vel diuerſa: ſecundum quantitatem autem res dicuntur æquales vel inæquales. Ad quod etiam facit dictum illud 1. poſte. prædicamenta eſſe impermixta. Nec poteſt ad hoc reſponderi, quòd ſuffi

Cap. 24.

cit diſtingui diſtinctione formali, vel ſecundum rationem, qualis eſt inter actionem & paſſionem, quia ſubſtantia, quantitas, & qualitas ſunt prædicamenta abſoluta, & ideo abſoluta & reali diſtinctione hæc tria prædicamenta diſtingui debent: hinc videmus quòd ſubſtantia eſt per ſe ſubſiſtens, & non alteri inhærens, qualitas & quantitas ſunt alteri inhęrentes, & non per ſe

Tex. 65.
Subſtãtia eſt ſenſibilis per accidens.

ſubſiſtentes; vnde quantitas eſt ſenſibilis per ſe, vt docuit Ariſt. 2. de anima, ſubſtantia vero eſt ſenſibilis per accidens, & propterea etiam alia ſpecies mutationis eſt ad quantitatẽ, & alia ad ſubſtantiam; ad quantitatem enim eſt augumentum & diminutio, ad ſubſtantiam vero eſt generatio & corruptio; hæc enim ratio conuincit euidenter quantitatem eſſe re ipſa diuerſam à

Tex. 15.

ſubſtantia, & non formaliter, vt iſti imaginati ſunt. Deinde Ariſt. 1. phy. arguit contra Parmeni. & Meliſs. aſſerentes omnia eſſe vnum ens, quærit Ariſt. aut iſtud vnum ens eſt tantum ſubſtantia, aut tantum accidens; ſi tantum ſubſtantia; ergo non erit finitum, aut infinitum, quia

huiuſmodi

A huiuſmodi paſſiones ſunt proprie quantitatis; ſi ſolum accidens, ergo non erit vnum ens,
quia accidens non eſt ſeparatum à ſubſtantia. Quòd ſi dicunt Parmenides & Me-
liſſ. illud ens habere in ſe ſubſtantiam & quantitatem; ergo non erit vnum ens, ſed duo; ſi er-
go in philoſophia naturali poterit ſuſtineri quantitatem & ſubſtantiam eſſe idem realiter,
quomodo ſtabit hæc ratio Ariſt. contra Antiquos? Deinde 5. huius philoſophus aſſerit acci- Tex. 18.
dentia eſſe quanta per accidens, nimirum ratione ſubiecti, cui inhærent; & cum vni com-
poſito multa ſimul inſint accidentia, oporteret ſimul quoque multas ineſſe quantitates, quæ
cum omnes ſint vnius ſpeciei, erunt ſimul in vno ſubiecto multa accidentia abſoluta & realia
eiuſdem rationis, quod tamen eſt impoſsibile. Et 7. huius, etiam Ariſt. aſſerit, longitudo, la- Tex. 8.
titudo, & profunditas quantitates quædã ſunt, ſed non ſubſtantia; quantitas enim non eſt ſub-
ſtantia, ſed magis cui hæc primo inſunt. Et 4. phyſi. docet philoſophus ſolam quantitatem cu- Tex. 76.
bi tametſi omnia alia, quæ ſunt in cubo detraherentur, occupaturam tamen tantundem loci,
quantum antea obtinebat, ex quo intelligitur locum & ſitum cuicunque rei cõuenire, non pro- Locus circum
pter ſubſtantiam, ſed propter eius quantitatem, quid clarius dici poteſt? vnde lucidiſsimus ſcriptiue cõ-
B Themi. ibidem eandem ſententiam diſertiſsime docet. Auer. quoque 1. phyſi. probat. quòd uenit rebus
quantitas diſtinguitur à materia per hoc, quòd materia non tranſmutata de vna forma in aliã, propter quã-
poteſt variari quantitas, ſicut & quantitates ſenſibiles, quæ ſunt in ſubiecto, & in fine illius cõ- titatem.
menti concludit, quòd materia defert quantitatem, ſicut ſubiectum defert ſua accidentia, & Commẽ. 63.
propterea peccant qui ponunt materiam eſſe corpus: ſi ergo quantitas non differt realiter à
ſubſtantia, non peccarent qui dicerent materiam eſſe corpus, cuius tamen oppoſitum docet
Auer. male ergo ſuſtinent Recentiores iſti ad mentem antiquorum, quantitatem realiter nõ
diſtingui à ſubſtãtia, in philoſophia naturali eſſe probabile. Sed peius eſt quod ſubdunt, quòd Egregia ra-
theologicè ægre defendi queat. Quod quidem dictum (pace eorum dixerim) videtur eſſe erro- tio cõtra ne-
neum, quia ſequeretur, ſi potuiſſet defendi hæc opinio in theologia, quòd defendi etiam poſ- otericos.
ſet in ſacramento altaris remanere ſubſtantiam panis, quia remanet ibi quantitas panis: ſi ergo
quantitas panis non differt realiter à ſubſtantia panis, cum ergo remaneat quantitas ipſius pa-
nis in Euchariſtia: igitur & ſubſtantia panis ibi remanebit, cuius tñ oppoſitum ſanciuit ſancta
ſynodus Tridentina dicens. Si quis dixerit in ſacramento Euchariſtiæ, remanere ſubſtantiam Seſſ. 3. can. 2.
C panis & vini vna cum corpore & ſanguine Domini noſtri IESV CHRISTI, negaueritque
mirabilẽ illã & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtãtiæ Cõuerſio to-
vini in ſanguinẽ, manentibus duntaxat ſpeciebus panis & vini, quam quidem conuerſionem tius ſubſtan-
catholica eccleſia aptiſsime trãſubſtantiationẽ appellat, anathema ſit, uideant igitur illi modo; tiæ in ſubſtã
quomodo, quantitatem non realiter diſtingui à ſubſtãtia, ſit opinio probabilis in philoſophia, tiam dicitur
& ægre defendi queat in theologia. tranſubſtan-
tiatio.

Quoad ſecundum, rei veritas in hoc conſiſtit, quòd quãtitas realiter diſtinguitur à ſubſtan-
tia non realitate exiſtentiæ, itaquòd quãtitas poſsit per ſe exiſtere ſine ſubſtantia, ut Sortes per
ſe realiter exiſtit diſtinctus à Platone; ſed eſt diſtincta realitate eſſentiæ, quia aliam eſſentiam
habet ſubſtantia, & aliam habet ipſa quantitas, ſicuti albedo & dulcedo in lacte dicuntur reali-
ter diſtingui diſtinctione eſſentiæ, hanc veritatem docuit S. Tho. 1. phy. vbi loquens contra po- Lect. 3.
ſitionem Meliſsi aſſerit quantitatem eſſe de numero accidentium, & inter ſubſtantiam & acci- Subſtantia &
dens eſſe realem diſtinctionem, quia ſunt entia primo diuerſa; & ſic etiam inter ſubſtan- accidẽs ſunt
tiam & quantitatem. Eandem veritatem docet in hoc libro, vbi probat quatuor rationibus entia primo
D ad mentem Ariſt, lineam, ſuperficiem, & corpus non eſſe ſubſtantias rerũ. Sic etiam & Alex. diuerſa.
de Ales doctor irrefragabilis ponit dimenſiones corporis non eſſe rerum ſubſtantias; modo Lect. 13.
quantitas facit dimenſiones corporis vel ſecundum longitudinem, vt lineas vel ſecundum lati-
tudinem, vt ſuperficies; vel ſecundum profunditatem, vt corpus; hæc omnia realiter diſtin-
gui à ſubſtantia euidenter hic docet Alex. Septimo etiam lib. huius ſcribit S. Tho. quoſdam Tex. 35.
fuiſſe deceptos, dimenſiones eſſe ſubſtantias rerum ſenſibilium, quia remotis qualitatibus ni-
hil remanere videbant, niſi quantitatem. Quarto etiam lib. ſent. docet ſubſtantiam corpora- dist. q. 1. ar. 1.
lem eſſe ſubiectum accidentium, de numero quorum quantitas eſt primum, quod ineſt, Tertia q. 77. art. 2.
quoque parte ſummæ ſuæ, vbi diſputat ſi in ſacramento altaris quantitas dimenſiua panis vel
vini ſit ſubiectum aliorũ accidentiũ. Reſpondet affirmatiue dicens, & licet accidens per ſe non
poſsit eſſe ſubiectum alterius accidentis, quia per ſe non eſt, ſecundum vero quòd eſt in alio
vnum accidens dicitur eſſe ſubiectum alterius, inquantum vnum accidens recipitur in ſubie-
cto alio mediante, ſicut ſuperficies dicitur eſſe ſubiectum coloris; & ideo quando accidenti
datur diuinitus, vt per ſe ſit, poteſt eſſe per ſe ſubiectum alterius accidentis, & ſic eſt quanti- Superficies
tas. Idem etiam perſuaderi poteſt hac potiſsima ratione, quia ſi quantitas eſſet idem realiter eſt ſubiectũ
cum coloris.

Materia ſecũdum ſe non habet partes.

cum ſubſtantia, quæritur, aut eſt idem realiter cum ſubſtantia, quæ eſt forma, aut cum ſubſtantia, quæ eſt materia, aut cum ſubſtantia, quæ eſt tertia entitas ipſius compoſiti; ſed nullo iſtorũ modorum eſſe poterit: ergo, &c. maior patet à ſufficienti diuiſione; minor probatur, quia non poteſt eſſe primo modo, quandoquidem formæ naturales ſunt diuerſarũ ſpecierum, quantitates autem omnes ſunt vnius rationis contentæ ſub eadem ſpecie: non poterit eſſe ſecundo modo, quia materia intrinſeca & per ſe non habet partes, remoto ab ea omni accidenti, quoniam ſi haberet, tunc illæ partes aut eſſent eſſentiales, aut accidentales, non ſubſtantiales, quia cum materia ſit ſubſtantia ſimplex, non poteſt eſſe compoſita ex diuerſis partibus ſubſtantialiter; non poterunt eſſe accidentales, quia iam remouimus à materia omne accidens: relinquitur ergo fieri non poſſe, vt materia per ſe ac intrinſece habeat partes: nec poterit eſſe quantitas idem realiter cum tertia entitate ipſius compoſiti, quia excluſo quòd non ſit eadem cum materia & forma, excluditur etiam ab ipſa tertia entitate, quæ iam conſtat ex materia & forma: nõ igitur immorandum eſt amplius circa hanc rem, quæ ita eſt manifeſta, vt luce meridiana clarius aliquid eſſe non poſſit. A

Tex. 84.

Aer in rarefactione nõ acquirit nouã quantitatẽ.

q. 52. art. 2.

Quoad tertium ſoluendæ ſunt difficultates propoſitæ. Et ad primam, in qua dicebatur iuxta ſententiam Ariſt. 4. phyſi. aerem poſſe condenſari, &c. dicimus quòd cum aer rareſit non acquirit nouam quantitatem, nec cum condenſatur, perdit antiquam. Dicimus & ſecundo, quòd eadem eſſentia quantitatis poteſt ſucceſſiue eſſe extenſior, & minus extenſa, & nunc maior, nunc minor ſine additione, vel ſubtractione quantitatis; & tunc neganda venit conſequentia, qua inferebatur ſimile de ſubſtantia, quia ponendo quantitatem eſſe accidens ſubſtantię, concedimus eandem quantitatem poſſe eſſe extenſiorem, quàm prius ſine additione alicuius nouę quantitatis, aut partis ſuę. Hanc doctrinam innuit S. Tho. 1. 2. B

Quæſt. 3.

Subiectũ tripliciter cõparatur ad accidens.

Subiectũ eſt duplex qđ, & quo.

Ad ſecundam difficultatem dicimus, quòd eo modo, quo accidens poteſt eſſe ſubiectum accidentis, eodem etiam modo conceditur eſſe ſuſceptibile contrariorum ſecundum ſui mutationem, vt erudite ſatis docet S. Tho. in quæſt. diſp. de virtutibus, vbi quærit an potentia animę poſſit eſſe ſubiectum virtutis, & aſſerit tripliciter poſſe ſubiectum ad accidens comparari. Vno modo ſicut præbens ei ſubſtentamentum, nam accidens per ſe non ſubſiſtit, ſed fulcitur per ſubiectum. Alio modo ſicut potentia ad actum, nam ſubiectum accidenti ſubijcitur ſicut quædam potentia actui, hinc accidens appellatur forma. Tertio ſicut cauſa ad effectum, principia nanque ſubiecti ſunt principia per ſe accidentis. Quantum igitur ad primum, alterum accidens alterius ſubiectum eſſe nõ poteſt, quandoquidem nullum accidens per ſe ſubſiſtit; ob hoc alteri ſubſtentamentum præbere nequit. Niſi fortaſſe dicatur, quòd inquantum eſt à ſubiecto ſubſtentatum, vnum accidens aliud ſubſtentat, ſed quantum ad alia duo, vnum accidens ſe habet ad aliud per modum ſubiecti, quia vnum accidens eſt in potentia ad alterum, vt diaphanum ad lucem, & ſuperficies ad colorem, ex quibus patet quantitatem non eſſe principale ſubiectum alterius accidentis vt quod, ſed tamen vt quo; & ſic poterit eſſe ſuſceptiua contrariorum. C

Quãtitas pręſupponit ſubſtantiã, quomodo intelligitur.

Ad tertiam difficultatem dicimus, quòd licet partes ſubſtantię quantum ad id, quod ſunt, pręcedant ipſam quantitatem, non tamen quantum ad id, quod eſt eſſe ſic diuiſum, hoc enim eis non conuenit, niſi per quantitatem; ſicut etiam licet ſubſtantia, quæ eſt alba, ſecundum id quod eſt, ſit prior albedine, non tamen ſecundum id quod eſt eſſe album; vnde poteſt eſſe alba remota albedine, quapropter partes quantitatis pręſupponunt partes ſubſtantiæ, quantum ad eſſe, ſic enim omne accidens præſupponit ſubſtantiam, ſed non quantum ad id, quod eſt eſſe extra ſeinuicem ſitu diſtinctas, hoc enim non conuenit ſubſtantiæ, niſi per quantitatem, aut quantitati connenit per ſe etiam remota ſubſtantia, vel ſecundum rem, vt patet in quantitate hoſtię conſecratæ, vel ſecundum rationem, vt in quantitate mathematica. D

Ad quartam ita dicimus, remota quantitate à ſubſtantia remanere partes ſubſtantię quantum ad entitatem, non autem quantum ad diſtantiam earum ſecundum ſitum, nec tamen propter hoc ſunt mota localiter, aut per motum appropinquarunt ſibi inuicem, ſed quia amplius non erunt partes; nam eſſe ſic partes habebant à quantitate, & illa ſubſtantia non erit amplius in loco circũſcriptiue, ſed tantum diffinitiue, nec propterea tamen erit mota ſecundum locum; non enim deſeruit locũ ob tranſmigrationem in alium locum; ſed quoniam amiſit rationem eſſendi in loco circumſcriptiue, quam habebat à quantitate.

Eſſe ſpirituale eſt duplex.

Ad poſtremam ita reſpondemus, admittendo primam conſequentiam, & negando impoſſibilitatem conſequentis. Et ad probationem dicimus cõcedendo, quòd haberet eſſe ſpirituale, ideſt nõ extenſum, nec diuiſibile, non tamen habebit eſſe ſpirituale, ideſt immateriale, ſicut Angelus. Nec prætermittendum eſt huc, quòd partibilitas tripliciter ſumi poteſt. Vno modo pro

eſſentia

A eſſentia quantitatis,quæ eſt radix,quòd aliquid habeat partes vnius rationis. Alio modo pro eſſe,quod dat ſubiecto,ſcilicet eſſe partibile in tales partes. Tertio pro relatione totius ad partes, & econtra,qua ſcilicet ſubſtantia dicitur tota, & partes dicuntur partes : vnde partibilitas primo & ſecundo modo conuenit quantitati,ſed partibilitas tertio modo ſumpta poteſt conuenire ſubſtantiæ, quæ eſt ipſa materia, hoc volui annotare , vt facilior ſit doctrina ad diſſoluendas plurimas difficultates,quas videre poteris apud Capreolum 2. ſentẽn. contra Adam , Occam, & Greg. Arimi. Partibilitas dicitur tripliciter. diſt. 18. q. 1. art. 3.

At puncta lineas & ſuperficies neque fieri, neque corrumpi contigit,&c. Tex. 17.

B *An punctum generari & corrumpi valeat.*

Dilucidatio nona.

PRæsens dubitatio oritur,tum propter literam Ariſt. qui aſſerit nec punctum temporis, nec aliquod indiuiſibile poſſe generari & corrumpi ; tum propter rationẽ,quam tangit Alex. Aphrondiſeus; quia oẽ,quod generatur, generatur in tẽpore;ex conſequenti obtinet partes ; quarum alia generata, alia generabitur ; ſed punctum & quodlibet indiuiſibile nullas partes habet:igitur nec punctum nec indiuiſibile aliquod generari aut corrumpi poterit. Oppoſitum tamen probant nonnulli ex verbis ipſiuſmet Ariſt. 2. topico. motis nobis mouentur quæ ſunt in nobis; ſed puncta ſunt in nobis , vt dictum eſt ſupra, vbi oſtendimus punctum eſſe quid poſitiuũ cõtra Neotericos:igitur mouentur, generantur,& C corrumpuntur nobis corruptis. Pręterea philoſophus 1. de gener. commendat Democritum ſupra Platonem,& ait Democritum melius potuiſſe ſaluare confeſſa & apparentia, quàm Platonem,& eſt cauſa,quia ipſe plus inſudauit naturalibus, & plus fuit expertus in natura rerũ,quàm Plato ; ſed Democritus ponebat indiuiſibilia generari & corrumpi:ergo verum eſt ipſa indiuiſibilia poſſe generari & corrumpi. Cap. 5. Dilucid. 7. Tex. 56. Democritus inſudauit naturalibus.

Pro dilucidatione huius rei tria agenda veniunt. Primo declarabimus,ſi verum fuerit Democritum poſuiſſe corpora illa indiuiſibilia diuerſarum figurarum eſſe principia aliorum , vt imponit ſibi Ariſt. 1. de genere. Secundo explicabimus veritatem. Tertio diſſoluemus argumenta propoſita. Quoad primum ſunt Aliqui, qui ſcribunt non fuiſſe poſſibile de intentione Democrati dari illa corpora athoma ſectiõne carentia ; quia corpus de ratione ſui nominat quid continuum,& continuum eſt ex ſe diuiſibile, ſed quandocunque prædicatum eſt de ratione ſubiecti,propoſitio dicitur eſſe per ſe nota;ſed propoſitiones per ſe notę (inquit Auer. 2. huius) ſunt quaſi locus ianuæ in domo,quam nullus ignorat:ergo non fuit poſſibile Democr. ignoraſſe illas propoſitiones, quas omnes ſciunt. Et ſi quis diceret hoc non eſſe inconueniens D Democr. negaſſe continuum eſſe ſemper diuiſibile,quia & Antiphon , qui diu operam dedit geometricis diſciplinis , negauit etiam continuum eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia , & hoc principio vſus,quadrabat circulum,& ideo ad quadraturam eius non erat geometrice reſpondere, quia negabat continuum ſemper eſſe diuiſibile, quod geometra ſupponit tanquàm principium : vnde ſi hoc eſt verum,non fuit inconueniens Democr. deceptum fuiſſe circa diuiſionem corporum:cum Antiphon & plures alij illuſtriores philoſophi circa hoc decepti fuerint: ob hoc omnino abſurdum videtur eum poſuiſſe corpora illa indiuiſibilia, & tamen eſſe diuerſarum figurarum,quia aliqua illorum dicebat quadrangularia,aliqua triangularia, aliqua pyramidalia, & ſic de alijs ; eo enim ipſe ponebat ipſa corpora eſſe diuiſibilia , quia erat plurium angulorum , ipſe enim ſenſus iudicat quadratum diuiſibile eſſe in duos triangulos:ergo non videtur poſſibile ipſum Democr. fuiſſe iſtius opinionis,dari talia indiuiſibilia, ex conſequenti non generabantur,neque corrumpebantur,vt fatetur Ariſt. hic in litera. Tex. 51. Sententia illorum qui defendunt Democritum. Comm. 1. Antiphõ negauit continuum diuidi in ſemper diuiſibilia.

Sed dico hos ſic ſenſiſſe plurimum allucinari , quia etſi non plene ſcire poſſumus ſententiã ipſius Democ. quia libri ſui ad manus noſtras non peruenerunt , tamen quia Ariſt. id ei impoſuit,& 1. phyſicorum,& 8. propterea non eſt dicendum ipſum ſibi aliquid falſum impoſuiſſe, Tex. 41. Tex. 10.

Cauſa erroris antiquorum. deceptus enim fuit Democritus, ſicut & multi alij ex priſcis philoſophis, quia voluerũt iudicare de rebus naturalibus ſecundum apparentiam ipſius ſenſus, quem dicebant habere virtutem diſciplinę, & qnicquid apparebat ſenſui, illud decernebant eſſe verum, & ſicut ſecundum ſenſum arbitrabantur poſſe deuenire ad corpora indiuiſibilia, ſic etiam ſecundum veritatem affirmabant dari talia corpora indiuiſibilia. A

Nec rationes iſtorum cogunt, & ad primam, in qua dicebant, quòd continuum eſt diuiſibile, eſt propoſitio per ſe nota; igitur debebat etiam eſſe per ſe nota ipſi Democrito &c. reſpondemus verum eſſe de per ſe, ſed per accidens potuit eſſe oppoſitum, ſicuti de facto fuit. Nec eſt mirum, quia multæ propoſitiones ſunt conceſſæ fere ab omnibus, & aliqui negant illas, vt ſcribit Auer. 2. huius, ita dicens, vidi multos homines dantes ſe ad philoſophiam, & negabãt primas propoſitiones; & ſimiliter negabãt formas ſpecificas eſſe proprias materijs neceſſario, adeo quòd Auicen. cum ſua famoſitate in philoſophia dicit, hominem generari ex terra eſſe poſſibile, ſicut murem, & alia multa, & eandem doctrinam ponit 8. phyſi. vbi vocat ipſum Auicen. valde fatuum, quia negabat ea, quæ erant manifeſta per ſe. Sic etiam dicimus de ipſo Democrito, qui negando ea, quæ ſunt per ſe manifeſta, prolapſus eſt in magnam fatuitatem: ſic & Antiphon, qui tanto magis eſt reprehendendus, quanto maiori tempore inſudauerit geometricis diſciplinis. B

(Margin: Commẽ. 15. — Error Auicẽ. — Commẽ. 46. Auicẽnas dicitur fatuus ab Auerroe.)

Sed hic animaduertendum eſt, fuiſſe aliquos, qui voluerunt ſaluare opinionem Democriti circa hoc negotium, & dixerunt corpora illa, quæ ponebat Democritus, vtique eſſe quanta & phyſica; ratione autem qua erant quanta, diuidi poterant in ſemper diuiſibilia, eſt enim de ratione continui, quòd diuidatur in partes ſemper diuiſibiles: ſed ratione qua erant phyſica, non eſt ita affirmandum, quia eſt dare minimum corpus phyſicum, licet non ſit dare minimum mathematicum; corpus enim phyſicum dicit materiam cum forma coniunctã qualitatibus actiuis & paſſiuis; & quia actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito, vt habetur 2. de anima: poſſet adeo diuidi corpus phyſicum, quòd ſi vlterius diuideretur, forma & qualitates illius corporis inuenirent ſibi materiam improportionatam, propter quod in eo natura illius corporis reſeruari non poſſet; vnde Ariſto. 1. phy. diſputans contra Anaxagoram dixit, quòd eſt dare minimam aquam & minimam carnem, vnde ibidem ait, quòd eſt determinata quãtitas carnis magnitudine & paruitate. Quòd ſi forte de magnitudine dubitaret aliquis, vtrũ ſit determinata quantitas, quia ignis videtur poſſe creſcere in infinitum, ſi haberet infinitum combuſtibile, vt ſcribitur 2. de anima, tamen quòd poſſit eſſe corpus adeo paruum, quod reddatur improportionatum formæ, nemini dubitandum videtur, quia creſcente corpore creſcit & fortificatur virtus, & per oppoſitum diminuto corpore minuitur & debilitatur: quam ob cauſam corpus aliquod adeo poterit debilitari per continuam diminutionem, quòd de neceſſitate tolletur virtus, & forma illius corporis, cum ergo Democritus tradiderit principia tum naturalium, tum & mathematicorum, quia eſt dare minimum corpus phyſicum, licet non ſit dare minimum corpus mathematicum, propterea ſententia Democriti intelligi poterit de corpore phyſico, quod eſt indiuiſibile, non autem mathematico. C

(Margin: Corp' phyſicum bifariã conſideratur. — Tex. 26. — Tex. 33. — Tex. 41. — Debilitato corpore debilitatᷓ virtus.)

Sed ego dicerem, ſi hi, qui ita ſaluare intendunt opinionem Democriti, hanc doctrinam ſic expoſitam in aliquo librorum Democriti mihi oſtenderent, libenter eis adhęrerem, ſed ſic dicere eſt abſque rõne diuinare, & occulta in lucem proferre; propterea hæc ſententia non probatur, ideo ſtandũ eſt dictis Ariſt. qui nihil ſine forti ratione dixit, vt voluit Auerr. 1. de gener.

(Margin: Qui defendit Democritum abſq; ratione loquitur.)

Quoad ſecundum notandum eſt primo, quòd indiuiſibile eſt duplex: vnum quod eſt terminus continui, vt punctus in permanentibus, & momentum in ſucceſſiuis, huiuſmodi indiuiſibile in permanentibus, quia habet determinatum ſitum, non poteſt eſſe in pluribus partibus loci, vel in pluribus locis, & ſimiliter indiuiſibile actionis vel motus, quia habet determinatũ ordinẽ in motu vel actione, non poteſt eſſe in pluribus partibus temporis; vnde ſicuti ſe habet tempus ad ſucceſſiua, ita ſe habet locus ad permanentia; ſed vnum indiuiſibile actionis vel motus nõ poteſt eſſe in diuerſis temporibus, vt eſt momentum: ergo nec vnum indiuiſibile, vt punctus exiſtẽs in genere rerum permanentium, poterit eſſe in diuerſis locis. Sed aliud eſt indiuiſibile, quod eſt extra totum genus continui, vt ſunt ſubſtantiæ incorporeæ, vt Deus, Angelus, & anima noſtra; hæc talia dicuntur indiuiſibilia, & non applicantur ad continuum, nec aliquid eius, ſed tantummodo poſſunt applicare ſuam virtutem ad illa, de quibus non eſt ſermo in præſenti. D

(Margin: Commẽ. 37. Indiuiſibile duplex. — Deus, angel' & anima noſtra ſunt indiuiſibilia.)

Sed dubitaret forſitã aliquis etiam de formis naturalibus, num ſint etiam & ipſæ indiuiſibiles & inextenſæ. Quam difficultatem ſoluit S. Tho. 1. p. & 2. lib. contra gent. vbi diſtinguit formas naturales eſſe in duplici differentia; quaſdam animalium perfectorum, vt animæ equi, & leonis,

(Margin: q. 76. art. 8. Cap. 72. Formæ duplices ſunt.)

A leonis;& hęc non dicuntur extenſæ ac diuiſibiles ſecundum quantitatem materię. Aliquæ vero ſunt formæ naturales animalium imperfectorum, vt animę ſerpentis, lacertis, & plantæ, & hæ dicuntur extenſę, vt teſtatur Ariſt. 2. lib. de anima, de animalibus anuloſis, quorum pars deciſa exercet opera vitæ mouendo ſe ipſum localiter per dilatationem & cōſtrictionem, licet aliqui Neoterici vniuerſaliter teneant omnes formas naturales, ſiue animalium perfectorum, ſiue imperfectorum eſſe extenſas & diuiſibiles per accidens, nempe ratione ſubiecti, in quo ſunt: ad quod probandum adducunt rationem hanc, quam dicunt eſſe demonſtratiuā, quicquid recipitur in ſubiecto quanto, ex illius potentia eductum, & ab eo penitus dependens, neceſſe eſt eſſe extenſum ac diuiſibile, alioquin vel nulla forma ſiue accidentalis ſiue ſubſtantialis eſſet diuiſibilis, vel certe nulla poſſet reddi cauſa, propter quam forma materialis eſſet diuiſibilis; ſed omnes formæ naturales ſunt huiuſmodi, quia recipiuntur in ſubiecto quanto, puta in materia, cui eſt coęua quantitas interminata, & educūtur ex eius potentia, & ſic omnes formæ naturales dicuntur eſſe extenſæ ac diuiſibiles per accidens. Ad quam reſpondentes dicimus rationem iſtā, ne dum non demonſtrare; ſed nec probabilitatem aliquam oſtendere:

Tex. 20.

Ratio neotericorum probans omnes formas naturales eſſe diuiſibiles contra S. Tho.

B ratio ſiquidem eſt, quia æquiuocat de formis. Sunt enim aliquę formæ, vt docet Auer. 2. de anima, quæ ſi diuidantur, quælibet pars illarum exercet opera vitæ, ſicuti eſt pars plantarum, quæ ſi replantetur adhuc producit arborem: ſicuti etiam eſt pars deciſa animalis anuloſi, quæ habet ſenſum & motum ſecundum locum conſtrictionis & dilatationis, & de iſtis concludit ratio. Sed aliæ ſunt formæ animalium perfectorum, quæ non diuiduntur diuiſione ſubiecti, ſed requirunt diſtinctionem membrorum, & quælibet iſtarum eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis; & propterea licet recipiatur in ſubiecto, & educatur de potentia eius, non tamen ſequitur ipſam eſſe extenſam & diuiſibilem.

Com. 20.

Pars deciſa aīalis anuloſi habet ſenſum & motum.

Secundo notandum eſt, multa requiri ad generationem, & primum eſt ſubiectum, ſeu materia, ex cuius potentia forma naturalis per generationem producitur ad actum; nunquàm enim generatio phyſica ſine ſubiecto & materia conſtare poteſt. Secundum eſt terminus à quo, qui eſt priuatio, hoc eſt negatio formæ in ſubiecto apto; homo enim generatur ex ſemine, quod non eſt homo, ſed aptum fieri hominem. Tertium eſt terminus ad quem, qui eſt res corporea, materialis, corruptibilis, nam in generationibus omnino phyſicis & rebus ma-

C terialibus termini, ad quos terminantur generationes, ſunt formæ ſubſtantiales corporum naturalium corporeæ & mortales. Quartum eſt motus, qui eſt veluti genus ipſius generationis, & generatio eſt quædam actio tranſiens in ſubiectum, & ſucceſſiue fit propter diſpoſitiones, quas neceſſario requirit. Quintum generatio requirit tempus & locum; tempus quoniam eſt motus, cuius menſura eſt tempus; locum quoniam fit ex alio corpore, quod eſt in loco; quia id, quod generatur, eſt corporeum & mobile localiter, cum ſit res naturalis. Sextum generatio fit à cauſa particulari & vniuerſali, neque enim ſufficeret vniuerſalis, vti eſt cælum, uel intelligentia quęuis præter Deum, cum ſit per ſe indifferens, & indeterminata ad productionem huius vel illius effectus particularis: neque ſola particularis cauſa ſufficeret, cum hæc non moueat niſi mota ab vniuerſali cauſa: ob hoc inquit Ariſt. ſol & homo generant hominem.

Sex requiruntur ad generationem.

Priuatio eſt negatio formę in ſubiecto apto nato habere illam.

Cauſa vniuerſalis naturalis non ſufficit ad generationem.

Iſtis ſic habitis ponitur talis concluſio reſpondens quæſito, Impoſſibile eſt punctum generari & corrumpi; probatur primo per rationem Alex. quam adduximus in principio, quia omne, quod generatur, in tempore generari debet, & ſic eſt diuiſibile; modo punctum eſt indiuiſi-

D bile: ergo, &c. Probatur & ſecundo per rationem S. Tho. quia omne illud, quod per generationem incipit eſſe, & per corruptionem deſinit eſſe, eſt compoſitum ex materia & forma, cuius ſignum eſt, quoniam minima pars corporis, cum generatur atque corrumpatur, eſt compoſita ex materia & forma; ſed punctum non eſt compoſitum ex materia & forma: cum ſit indiuiſibile: ergo nec per generationem incipit, nec per corruptionem deſinit eſſe.

Sed diceret aliquis, hæc ratio eſt nullius momenti, quoniam pari ratione ſequeretur nullum accidens generari & corrumpi, quia omne accidens, cum ſit forma, quę non habet materiam, ſequitur ipſum non generari, & ſic facile poterit quis euadere rationem iſtam dicendo, punctum generari & corrumpi vt quo, compoſitum autem generari vt quod. Sed hæc reſponſio nulla eſt, quia S. Tho. argumentatur in perſona Ariſt. contra antiquos ponentes puncta ipſa eſſe abiuncta à materia, vnde eis nulla ſubijcitur materia, & ſic ratio hæc concludit non ſimpliciter, ſed ad hominem. Ponitur ſecunda propoſitio, Nullum indiuiſibile ſimpliciter in genere ſubſtantię generatur & corrumpitur per ſe: hæc patet ex ſecundo notabili, quia ad generationem per ſe, requiruntur illa ſex ſupradicta, quę impoſſibile eſt ſaluari in generatione indiuiſibilium in genere ſubſtantiæ.

Impugnatur ratio S. Th.

Defenditur S. Th. ratio.

Forma phyſica generatur & corrũpitur per accidens.

Tertia propoſitio, Omnes formę naturales ſunt generabiles & corruptibiles per accidens : A probatur, quia ſi non eſſent generabiles: ergo eſſent productæ ex nihilo per creationem, quo ſtante non eſsent tunc formæ phyſicæ, cum nec per motum phyſicum, nec ab agente phyſico, nec ex ſubiecto phyſico producerentur, vel omnes ab ęterno eſſent in materia; ſed hoc modo nulla eſset generatio; & ruerent quę ab Ariſt. in 1. phyſi. ſcripta ſunt de principijs rerum naturalium; neque vero exiſtimandum eſt quaſdam formas eſse ęternas, nonnullas creabiles, alias generabiles; nam neque oſtendi poteſt, quæ ſint primi, & ſecundi, aut tertij ordinis, cum omnes ſint materiales; quarum eadem eſt natura, eandem quoque oportet eſſe conditionem.

q. 39. ar. 5.

Error Abbatis Ioachim.

Cap. firmiter

Quoad tertium reſpondendum eſt duobus illis argumentis factis in principio. Et ad primum, in quo dicebatur, motis nobis, &c. reſpondet in ſimili S. Tho. 1. p. vbi diſputans, ſi nomina eſſentialiter in abſtracto ſignificata poſſint ſupponere pro perſona, itaq; quòd hæc ſit vera, eſsentia generat eſſentiam, arguit ſic, generatis nobis vel corruptis generantur vel corrumpuntur ea, quę in nobis ſunt; ſed filius generatur: ergo cum eſsentia diuina ſit in filio, videtur quòd eſsentia diuina generetur. Sequitur reſponſio, quòd circa hoc errauit Abbas Ioachim aſſerens, quòd ſicut dicitur, Deus genuit Deũ, ita poteſt dici, quòd eſſentia genuit eſſentiam. B Qui error fuit condemnatus, vt patet in principio decretalium de ſumma Trinitate, & fide catho. vnde non poteſt dici quòd eſsentia generet, neque quòd generetur. Et formaliter reſpondendo ad argumentum dicit, quòd tenet in creaturis, in quibus generatum non accipit naturam eandem numero, quam generans habet, ſed aliam numero, quę incipit in eo eſse per generationem de nouo, & deſinit eſſe per corruptionem, & ideo generatur & corrumpitur per accidẽs: ſed Deus genitus eandem naturam numero accipit, quam generans habet, & ideo natura diuina in filio non generatur, neque per ſe, neq; per accidens. Sic etiam nos reſpondẽdo ad argumentum dicimus puncta eſse in nobis : ergo ipſa mouentur, generantur, corrumpuntur, alterantur: concedimus, non tamen per ſe, ſed per accidens. Ad ſecundum, in quo dicebatur, philoſophũ commendare Democritum ſupra Platonem 1. de gener. Dicitur quòd non commendat in hoc, ſed tantummodo præfert eum ipſi Platoni, quia vtebatur rationibus proprijs, hoc eſt phyſicis ad declarandam ſuam opinionem : Plato autem vtebatur rationibus logicis, ideſt communibus & alienis: laudabat etiam Democritum, quoniam eiuſmodi ſtatuit principia, è C quibus poterat omnia, quæ contingunt in natura, etſi non uere, ſaltem apte & apparenter explicare, quod tamen Plato non fecit; ſicuti etiam & Lucretius 1. lib. ſuo recitans opinionem Democriti his uerſibus dixit:

Genitum & generans habent eãdem numero naturam in diuinis.

Tex. 8.

Democritus in quibus exceſſit Platonem.

Omnis vt eſt igitur per ſe natura duabus,
Conſiſtit in rebus nam corpora ſunt, & inane.
Corpus enim per ſe communis deliquat eſſe ſenſus, &c. & infra ſubdit
Tum porro locus & ſpatium, quod inane vocamus
Si nullum foret, haud vſquam ſita corpora poſſent
Eſſe neque omnino quoquàm diuerſa meare. de qua re lege ipſum, ſi latius deſideras hoc negotium perſpicere.

Similiter autem ſe habet circa nunc in tempore: non enim hoc contingit fieri, & corrumpi, &c. Tex. 17. D

An idem nunc, vel inſtans ſit in toto tempore.

Dilucidatio decima.

Tex. 1. 21.

diſt. 2. q. 2.

SVPER hunc contextum nonnulli agitant quæſtionem hanc, quæ potius ſpectat ad quartum phyſicorum: vbi Ariſt. fuſius, vt proprio in loco, tractat hanc rem; ſed occaſione verborum, quæ Ariſtoteles habet in hac litera, in qua probat indiuiſibilia non generari, neque corrumpi, & ſubdit, ſimiliter ſe habere circa nunc in tempore, non enim hoc contingit fieri, & corrũpi: quærunt Nõnulli an idem nunc penes ſubſtantiam ſit idem in toto tempore: & ſubdunt opinionem, quam docuit Scotus 2. ſent. vbi agit de æuo Angelorum:

A gelorum; & dicit ibi Scotus cum ſuis aſseclis nunc eſse aliud & aliud ſecundum ſubſtantiam in toto tempore, ſicut punctum eſt aliud & aliud in tota linea, & adducit ad hoc plures rationes. Et arguit primo ſic; cuiuſlibet diuiſibilis finiti oportet eſse duo extrema, inter quæ illud includatur & continuetur, vt lineæ finitæ ſunt duo puncta, & ſuperficiei finitæ ſunt duæ lineæ: ſed eſt accipere tempus finitum, puta horam aut diem; ergo oportet talis temporis eſſe duos terminos vel extrema; ſed termini vel extrema ipſius temporis non ſunt, niſi inſtantia: ergo inſtans non eſt vnum ſecundum ſubſtantiam in toto tempore.

Lineę finitæ ſunt duo pũcta.

Præterea arguit ſecundo, ſi eſset idem inſtans ſecundum ſubſtantiam in toto tempore, ſequeretur illa, quæ fuerunt ab hinc milleſsimo anno, eſse nunc ſimul cum illis, quæ ſunt in præſenti tempore: vt bellum Troianum eſſet modo cum bellis noſtris; ſed hoc eſt impoſsibile & abſurdum; ergo, &c. ſequela probatur; quia ſimul ſunt illa, quę ſunt in eodẽ inſtãti, & vnum talium non eſt prius altero neque poſterius; ſed vnum eſt inſtans ſecundum ſubſtantiam: ergo omnia erunt ſimul. Tertio arguitur, quia ſicuti ſe habet punctum ad lineam, ſic inſtans ad tempus, per conuenientem ſimilitudinem, quam etiam Ariſt. concedit; ſed non eſt vnum ſo-

Quæ ſunt illa quæ dicuntur eſſe ſimul.

B lum punctum per totam lineam, vt manifeſtum eſt, quia ſic corrupto vno ſolo puncto lineæ, tunc corrumperetur tota linea; quod eſt falſum; cum enim diuiditur linea, corrumpitur punctum vnum, quod continuabat partes illas, in quas fit diuiſio, ſed non propter hoc corrumpuntur omnia puncta illius lineę; vt manifeſtum eſt: ſequitur igitur, quòd ſicuti plura puncta ſunt in linea, ita plura inſtantia ſecundum ſubſtantiam ſunt in tempore. Præterea quarto, ſi eſſet vnum inſtans ſecundum ſubſtantiam, tunc ſequeretur, inſtans non eſſe inſtans; quod implicat contradictionem: ſequela probatur; quia inſtans dicitur quaſi non ſtans; vt dicunt Grammatici, modo ſi maneret vnum & idem in toto tempore, tunc eſset ſtans, & ſic non eſset non ſtans, & conſequenter non eſset inſtans, quod eſt impoſſibile.

Comparatio pũcti ad inſtans.

Quinto ſicuti ſe habet indiuiſibile motus ad motum; ita indiuiſibile temporis ad tempus, per conuenientem ſimilitudinem; ſed indiuiſibile motus non eſt vnum & idem in toto motu; indiuiſibile enim ipſius motus eſt mutatum eſſe, & hoc non eſt vnum & idem per totum motum; immo aliud & aliud, quia eſt aliud & aliud ubi in motu locali, & alius & alius gradus formæ in motu ad formam: ergo ſequitur non eſse idem nunc in toto tempore. Sexto

Duplex indiuiſibile motus, & temporis.

C arguitur, ſi eſset vnum & idem inſtans in toto tempore, nunc ipſum inſtans eſſet diuiſibile: non enim eſt intelligibile aliquod vnum & idem eſſe in aliquo toto diuiſibili, niſi ſit diuiſibile ſaltem per accidens; vt albedo non poſset eſse in tota ſuperficie, niſi ipſa albedo eſset diuiſibilis, ſaltem per accidens: cum ergo tempus ſit quid diuiſibile, videtur neceſſario, ſi inſtans eſt unum & idem in toto tempore, ipſum eſſe diuiſibile ſaltem per accidens: quod eſt impoſsibile. Et ſi dices propter rationem Ariſt. in 4. phyſi. ſicuti ſe habet ſubſtantia ipſius mobilis, & variatio ipſius in motu, ita ſe habet ſubſtantia ipſius nunc, & variatio eius in motu; cum correſpondeant ſibi ipſis inuicem; ſed ſubſtantia ipſius mobilis manet eadem in toto motu, variatur tantummodo ſecundum diuerſa vbi; ergo nunc eſt idem ſecundum ſubſtantiam, & diuerſum ſecundum eſſe in toto tempore. Reſpondet Scotus, quòd mobile manet idem non abſolute, vt præcedat mutationem, quia hoc modo nec tempus nec aliquid pertinens ad tempus poteſt eſſe menſura ipſius mobilis; ſed erit ęuum (ut declarat in 2. ſenten.) propria menſura eius, ſed

Tex. 121.

Subſtantia mobilis quõ manet I motu.

Diſt. 2. q. 2.

D mobile vt eſt ſub una mutatione dicitur eſſe idem ſecundum ſubſtantiam, ideſt ſecundum eſſe illius mutationis conſideratæ in ſe, vel ſecundum ſe, eſt autem aliud ſecundum eſse, ideſt vt ſub illa mutatione terminat pręteritum, & inchoat futurum, & ſecundum hoc dicitur alibi & alibi eſse, non quidem actu, ſed in eodem vbi medio inter extrema, quatenus illud terminat motum ſecundum prius vbi, & inchoat motum ſecundum poſterius vbi, dicitur autem alibi & alibi eſſe, quatenus mutari eſt aliquid vtriuſque extremi. Hanc opinionem ſequitur Gregorius Ariminenſis, & Durandus 2. ſent.

diſtin. 2.

Sed verior opinio eſt ipſius S. Thomæ in tractatu de tempore, & in 4. phyſi. & 1. p. vbi diſputat de ęternitate Dei: in omnibus enim his locis ait, idem eſſe nunc ſecundum ſubſtantiam in toto tempore, licet differat ſecundum eſse. Et pro clariori cognitione huius veritatis eſt ſciendum, vt docet Ariſt. 4. phyſi. inſtans dupliciter poſse accipi. Vno modo ſecundum ſubſtantiam. Alio modo ſecundum eſse; & vt hoc intelligatur, oportet vt prius conſideremus ipſum mobile; quod quidem poteſt dupliciter accipi, vno modo ſecundum ſe, alio modo quò ad ſuum mutatum eſse: ipſum mobile ſecundum ſe ſumptum non menſuratur tempore, ſed ipſo ęuo, vel ipſo inſtanti ſecundum ſuam ſubſtantiam: poſſum ergo intelligere per inſtans ſecundum ſubſtantiam ipſam menſuram mobilis ſecundum ſe: ſed inſtans ſecundum eſse eſt ipſum mutatum eſse mobilis ſecundum actum, ſicut enim idem fluxus realiter eſt motus & tem-

Tex. 87.
Quæſt. 10.
Tex. 104.
Inſtans bifariam capitur

pus; ſic unum & idem indiuiſibile eſt terminus motus & temporis: vnde ipſum mutatum A
eſse actu exiſtens in mobili, dum mouetur, eſt idem inſtans ſecundum eſse: ſed dicitur in-
ſtans in habitudine ad tempus, & dicitur mutatum eſse in habitudine ad motum.

Eſſe mobilis eſt duplex. Eſt etiam animaduertendũ ipſius mobilis duplex eſse, eſſe; vnũ, quod eſt eſſe primũ & ſub-
ſtantiale, & aliud ꝙ eſt eſſe accidentale, ſicuti eſſe in theatro, vel in foro: modo conſtat mobile
per totum motum manere vnum & idem ſecundum eſſe primũ ſubſtantiale: ſicuti eſt eſſe cæ-
lum, vel plantam, vel leonem; ſed non manet vnum & idem ſecundum eſſe accidentale; immo
variatur iuxta talia eſſe, vt patet ex ſe: ſic etiam ipſum inſtans habet vnum eſſe ſubſtantiale,
& aliud accidentale: eſſe quidem ſubſtantiale ipſius inſtantis ſecundum ſubſtantiam eſt ipſum
eſſe id, quod eſt menſura ipſius mobilis ſecundum ſe: eſſe vero accidentale eſt mutatum eſ-
ſe hoc, vel illud. Poſſumus etiam inuenire hanc veritatem ex puncto in linea, in qua duplex
Punctum eſt duplex. reperitur punctum ſ. extrinſecum & intrinſecum: extrinſecum eſt illud, quod ſuo fluxu apud
Geometram cauſat lineam; & dr̃ extrinſecũ eoquòd non eſt de eſſentia lineæ conſtitutæ; quia
cum ſit quid vnũ indiuiſibile, nõ poteſt eſſe in diuerſis partibus lineæ: nec eſt terminus lineę;
quia cũ linea finita habeat duo extrema actu, quæ ſunt duo pũcta, vt patet ex definitione lineæ B
finitę, non poteſt idẽ punctũ pręciſe eſſe duo extrema; nec eſt continuans partes lineæ inter ſe,
quoniam idem punctum non poteſt cõtinuare plures partes lineæ: alioquin haberet plures ſi-
tus ſimul in continuo, quod eſt impoſſibile; ſicuti impoſſibile eſt idem corpus eſſe ſimul in
pluribus locis, & hoc punctum extrinſecum eſt vnum numero in tota linea; quam cauſat ima-
ginarie ſuo fluxu. Punctum intrinſecum eſt illud, quod terminat, & continuat lineam, &
non eſt vnum tantum, immo ſunt duo actu, vt terminant lineam finitam; & ſunt plura in potẽ-
Linea eſt diuiſibilis in infinitum. tia; vt linea eſt diuiſibilis in infinitum: diuerſa ergo eſſe ipſius puncti extrinſeci, vt cauſat li-
neam, dicuntur puncta intrinſeca; quoniam ſecundum quòd fluit, acquirit diuerſa eſſe acci-
dentalia; prout eſt in prima parte ſui fluxus, acquirit vnũ eſſe, & prout eſt in ſecunda, aliud, &
differt à ſeipſo, vt fluit in prima parte fluxus; ſicuti differt Sortes vir à ſeipſo puero; & hæc di-
uerſa eſſe dicuntur puncta intrinſeca, quæ ideo dicuntur intrinſeca, quia ſunt de ratione lineę;
nam in eius definitione ponitur punctum, vt terminus vel vt extremum, vt ait Euclides; & po-
nitur continuans & copulans partes eoquòd linea eſt ex genere continuorum; continuum au-
Cap. de quãtitate. tẽ eſt, cuius partes copulantur termino communi, vt habetur in prædicamentis, ſic proportio- C
Inſtans intrinſecum, & extrinſecum. naliter dicimus, eſſe duplex inſtans in tempore, extrinſecum & intrinſecum. Extrinſecum eſt
illud, quod ſuo fluxu imaginario cauſat tempus; ſicut apud Geometram punctum extrinſecũ
cauſat lineam: ſed in hoc differunt; quia pũctum cauſat quantitatẽ continuam permanentem;
inſtans autẽ continuum ſucceſſiuum: & hoc inſtas extrinſecum non eſt pars temporis, nec ter-
minus, nec continuans tempus eadem ratione; qua diximus punctum extrinſecum non eſ-
ſe terminatiuum, nec continuatiuum lineæ. Inſtans autem intrinſecum eſt illud, quod termi-
nat, & diuidit tempus; & eſt de ratione intrinſeca temporis, vt eſt quantitas continua. Si ergo
loquimur de inſtanti extrinſeco, ſic eſt tantũ vnum ſecundum rem & ſubſtantiam in toto tem-
pore: quia ſi das oppoſitum; ergo ſuccedit ei aliud inſtans immediate, vel aliqua pars tempo-
ris: non primum, quia vnum inſtans non poteſt continuari alteri inſtanti: nec ſecundum, quia
nulla pars temporis poteſt exiſtere, cum ſit ex genere ſucceſſiuorum.

Adde etiam: quia, vt dictum eſt, ſicuti ſe habet mobile ad motum; ita nunc ad tempus; ſed
Mobile eſt vnum in toto motu. mobile eſt tantum vnum in toto motu, ſtante vnitate motus; ergo in toto tempore eſt tantum
vnum inſtans ſecundum rem: quòd ſi loquimur de inſtanti intrinſeco terminante tempus, ſic D
non eſt vnum tantum, ſed plura ſunt realiter; duo quidem actu terminantia omnem ſignatam
partem temporis; verbi gratia in hora eſt primum & vltimum inſtans; & alia ſunt infinita in
potentia, prout hora eſt diuiſibilis in partes infinitas, vt diximus de linea: quòd autem hæc in-
ſtantia intrinſeca ſint plura probatur, quodlibet continuum finitum habet duo extrema di-
ſtincta realiter, quoniam idem reſpectu eiuſdem partis non poteſt eſſe principium & finis; ſed
quęlibet pars temporis eſt continua & finita, vt ab omnibus conceditur; ergo habet duo extre-
In qualibet parte temporis ſunt plura inſtantia. ma: extremum autem in tempore eſt inſtans, ſicuti extremum in linea eſt punctũ; ergo in qua-
libet parte temporis ſunt plura inſtantia intrinſeca terminantia & continuantia tempus: ſed
terminantia ſunt actu continuantia: ex quibus habemus inſtans extrinſecum eſſe vnitatem ex
genere quantitatis; vnitatem quidem mobilem non ſecundum ſubſtantiam immediate & ſim-
pliciter, ſed vnitatem mobilem accidẽtalem, prout eſt ſub forma, ſecundum quam eſt motum;
& ſic non eſt pura negatio; vt aliqui arbitrantur; nec eſt ſubſtantia ipſius primi mobilis. Inſtan
tia autem intrinſeca ſunt diuerſa eſſe inſtantis intrinſeci: vnde ſicuti ſe habent mutata eſſe ad
ipſum mobile; ita inſtantia intrinſeca ad inſtans extrinſecum: ſed mutata eſſe ſunt diuerſa eſſe

quæ

A quæ accidunt mobili; vt aliter & aliter ſe habet in motu; ſic ergo & inſtantia intrinſeca ſunt diuerſa eſſe inſtantis extrinſeci, prout ſuo fluxu imaginario cauſat tempus.

Ex quibus omnibus patet, falſam eſſe opinionem Scoti dicentis, in eodem tempore eſſe infinita inſtantia ſecundum ſubſtantiam & eſſe: quia ſtante iſta imaginatione ſequeretur tempus componi ex inſtantibus; & conſequenter continuum componi ex indiuiſibilibus; & ſic rueret propoſitio illa maxima Ariſtotelica, quæ eſt fundamentum tam in philoſophia naturali, quàm in metaphyſica, impoſſibile eſt continuum cõponi ex indiuiſibilibus 6. phyſi. Præterea, ſi ſunt infinita nunc & inſtantia in tempore, vel erunt ſecundum ſubſtantiam & ſecundum eſſe, vel ſecundum rationem: aut ergo omnia erunt ſimul, & hoc eſt falſum, quoniam tunc ſimul erit præteritum cum futuro, & quæ nunc ſunt ſimul erunt cum his, quæ fuerunt ante milleſimum annum: aut non ſunt ſimul, & conſequenter non manent ſimul, ergo vnum ſuccedit alteri, & non manet id, quod prius eſt, nec aliquid, quod eſt idem ſub priori & poſteriori manet ſub vtroque; & conſequenter ſequitur tempus nihil eſſe; quoniam quod prius eſt, non manet, nec etiã poſterius, nec etiam aliquod præſens inter vtrumq; ergo &c. niſi ergo eſſet huiuſmodi B inſtans, non eſſet tempus.

Reprobatur ſentẽtia Scoti. *Tex. 4.* *Niſi eſſet inſtans, non eſſet tempus.*

Nec valet argumentum ſuũ contra hanc poſitionem: nimirum illa eſſe accidunt illi nunc eidem ſecundum ſubſtantiam & rem: quia illud nunc manet idem ſub diuerſis eſſe: & per conſequens illa eſſe accidunt ſibi; ergo nunc tẽporis non per ſe, ſed per accidens eſt terminus temporis; quod eſt falſum: nam omne indiuiſibile ex genere quantitatis per ſe terminat quantitatem, vel eſt pars diſcreta eius; quare ſequitur tale idem nunc non per ſe eſſe indiuiſibile ex genere quãtitatis. Quibus reſpondetur non eſſe inconueniens illa eſſe diuerſa accidere ipſi inſtanti, quemadmodum motus eſt accidens mobilis, & tamen ſequitur mobile neceſſario, quatenus mobile eſt idem re; ſic tempus eſt accidens motus, & conſequitur motum neceſſario, & nunc prius, & nunc poſterius conſequitur mobile, ideſt id, quod mouetur prout continue eſt alibi, & alibi, & vbi eſt poſterius non fuit prius, & iſta conſequuntur ſe inuicem neceſſario, quoniam vbi terminantur partes motus contingit terminari partes mobilis, quod eſt idem in diuerſis partibus motus, ita & partes temporis contingit continuari per ipſum nunc & terminari, quod eſt aliud & aliud, ſicut mobile eſt aliud non ſubiecto, ſed ratione: C ita & inſtans non eſt aliud ſubiecto, ſed ſolum ratione.

Tempus cõſequitur motum.

Nec etiam valet aliud argumentum, quod adducit quærẽs illa eſſe, cuius generis ſint; ſi ſunt indiuiſibilia ex genere quantitatis, ergo ſufficiunt ad terminandum proprium continuum abſque illo nunc ſecundum ſubſtantiam, quod nemo diceret: ſi autem ſint alterius generis, puta qualitatis; ergo qualitas per ſe eſt ratio terminandi continuum in genere quantitatis, quod eſt falſum. Sed rñdemus illa diuerſa eſſe, eſſe de prædicamento quantitatis reductiue, ſicuti non album de prædicamento qualitatis: vnde illa diuerſa eſſe diſtinguuntur realiter: & negatur ſequela, ſi inferţur ſufficere ad terminandum proprium continuum abſque vllo inſtante ſecundum ſubſtantiam; poſterius enim nulli actioni aut operationi datæ ſibi virtute prioris poteſt præeſſe abſque ſuo priori: eſt enim ordo eſſentialis inter inſtans ſecundum ſubſtantiam, & inſtãs ſecundum eſſe, ſicut inter effectum & cauſam; nam inſtans ſecundum ſubſtãtiam, quod eſt idem in toto tempore, eſt cauſa; inſtans vero ſecundum eſſe, quod variatur, eſt effectus.

Non album eſt in prædicamẽto qualitatis.

Nec ſequitur etiam, quando arguunt Aliqui neoterici ſic, ſi idem nunc ſecundum ſubſtantiam flueret per totum tempus, ergo totus eius fluxus componeretur ex indiuiſibilibus, & per D conſequens tempus componeretur etiam ex indiuiſibilibus; quia nunc fluens cauſat tempus; conſequens eſt manifeſte falſum, ergo & antecedens: ſequela probatur, quia nunc indiuiſibile non poſſet fluere, niſi ſecundum eſſe diuerſa, quæ neceſſario ſunt indiuiſibilia; & indiuiſibile non poteſt moueri per Ariſt. 6. phyſi. quia tunc motus eius componeretur ex indiuiſibilibus, quia prius pertranſitur minus vel æquale, quàm maius; ergo tempus eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus, quod eſt contra philoſophum. Sed neganda eſt conſequentia: quia ſequeretur argumentum, ſi tempus eſſet ex genere continuorum permanentium, modo eſt ex genere ſucceſſiuorum, vnde nec motus, nec tempus, nec momentum corrumpitur, vt dicit S. Tho. 1. p. nam quædam corrumpuntur, quia ipſa ſunt, quæ corrumpuntur, vt ſubſtantiæ compoſitæ, & id genus: quędam corrumpuntur, quia ipſa ſunt, quibus alia corrumpuntur, vt alteratio & generatio corrumpuntur, quia per ipſas aliquid corrumpitur, & hoc modo momentum dicitur corrumpi, & conſequenter fluxus non componitur ex indiuiſibilibus.

Tempus nõ componitur ex indiuiſibilibus. *Tex. 89.* *q. 9. art. 2.* *Aliquid dupliciter corrumpitur.*

Nec ſequitur id, quod ſubiungũt, omnis mutatio habet aliquam menſuram, ſi ergo idem nunc ſecundum ſubſtantiam mutatur ſecundum diuerſa eſſe, oportet ipſius & ſuorum eſſe habere aliquam menſuram; & illa vel erit tempus, vel erit nunc. Reſpondetur ipſum mobile ha-

bere

Mobile habet duplicē menſuram. bere multiplicem menſurā: nam alia menſura eſt, quā menſuratur eius ſubſtantia, quæ manet vna & eadem toti motui, & in toto tempore menſurante illum; & alia eſt menſura, qua menſuratur eius eſſe, ſiue operatio, ſiue motus; & alia menſura eſt qua menſurantur eius mutata eſſe. Prima menſura dicitur vnitas mobilis; quemadmodum menſura Dei, A

Æternitas quæ nam ſit. quę eſt æternitas interminabilis vitę tota ſimul & perfecta poſſeſſio, dicitur æternitas eius; menſura ipſius intelligētiæ eſt vnitas eius, quæ dicitur æuum, quod differt ab ipſo tempore, vt ait Boetius; qui tempus ab æuo ire iubes: menſura qua menſuratur motus, eſt tempus; menſura vero, qua menſuratur mutatum eſſe ipſius mobilis, eſt nunc quoad effectus, quod quidem eſt indiuiſibile temporis, quo partes temporis copulantur termino communi.

Et ſi dicis, menſura eſt notior menſurato; ſed inſtans non eſt notius mobili, immo potius econtra; ergo inſtans non poteſt eſſe menſura. Reſpondetur inſtans ſecundum ſubſtantiam nō eſſe propriam menſuram reſpectu mobilis, ſed quaſi metaphoticè & aliqua ſimilitudine: nam

Vnitas eſt mēſura quędam. ſicut vnitas, quæ eſt menſura propriiſſime dicta eſt quid indiuiſibile in numero, ſic & ipſum inſtans ſecundum ſubſtantiam eſt quid indiuiſibile exiſtens in mobili; indiuiſibile dico vel ſimpliciter, vel in tali genere, & ſicuti menſura aliquoties ſumpta reddit totum menſuratum præciſe, ſic ipſum inſtans ſecundum ſubſtāiam non excedit mobile, nec exceditur ab eo; ſed ei correſpondet, ſicut tempus mobili. B

Poſſumus etiam dicere, inſtans eſſe notius mobili ſecūdum naturam, non quoad nos. Et ex his patet, quàm male Quidam Neotericus ſoluat dubitationem illam, ideſt eſt rationem Ariſt.

Tex. 1004. Ratio Ariſt. efficaciſſima. 4. phyſi. quia illa ratio eſt demonſtratiua; ſicuti mobile ad motum, ita inſtans ad tempus, ſed mobile manet vnum & idem ſecundum ſubſtantiam in toto motu continuo: ergo inſtans ſecundum ſubſtantiam debet manere unum & idem in toto tempore.

Et ſic etiam ſoluuntur præcipuæ rationes Scoti, & primæ illæ duæ poſitæ in principio huius diſputationis, nunc ſecundum eſſe eſt aliud & aliud, &c. concludunt & conceduntur ſecundum eſſe, ſed non ſecundum ſubſtantiam: quia ſic eſt vnum & idem, vt dictum eſt, nam eſt vnitas ipſius mobilis, quę ſemper manet eadem.

Tertia quoque ratio ſoluitur, aſſerendo eſſe ſimile de puncto in linea, & de inſtanti in tem-

Inſtans eſt cōtinuatiuū temporis. pore in hoc, quoniam ſicuti punctum continuat partes lineę, ſic inſtans continuat partes temporis, ſed in alio eſt diſſimile; quia punctum eſt quid permanens & quieſcens; & ideo poteſt eſſe aliud & aliud: ſed ipſum inſtans ſecundum ſubſtantiam ſemper mouetur: & ideo non manet idem ſecundum eſſe: propterea ratio concludit de inſtanti ſecundum eſſe, & hoc eſt comparari nunc tempori, vt punctum lineæ C

Inſtans quō manet idem in tempore. Quarta quoque ratio diſſoluitur per fundamenta poſita, inſtans ſecundum eſſe non manere idem: ſed inſtans ſecundum ſubſtantiam manet idem ſecundum illud, quod eſt, ſiue hoc vocetur inſtans extrinſecum, vt vocant Themiſtius & omnes Græci, ſiue vt cauſa; hoc enim ſecundum rem ſubiecti manet vnum & idem, ſed ſecundum rem formæ, & ſecundum eſſe, & ratione variatur.

Quinta quoque ratio ſoluitur dicendo, quòd indiuiſibile motus, ideſt mutatum eſſe non manet vnum & idem; & ideo nec inſtans ſecundum eſſe.

Vltima etiam ſoluitur negando ſequelam; & probationi reſpondetur verum eſſe, ſi ſit in indiuiſibile, ſicuti perfectio in ſuo perficiente, vel ſicuti forma inhærens ſubiecto, ſed ſi eſt in eo ſicuti continuans eius partes, non oportet eſſe diuiſibile ſecundum eius diuiſionem. Vel dicatur rationem bene concludere inſtans ſecundum eſſe, non eſſe vnum & idem in toto tempore, ſed diuerſum; tamen inſtans ſecundum ſubſtantiam eſt idem in toto tempore, ſicuti di- D

Diſpoſitio mobilis eſt neceſſaria ad vnitatē motus. ſpoſitio mobilis neceſſaria ad vnitatem motus, non ſicuti forma perficiens ipſum tempus.

Eſt etiam notandum circa contextum, in quo Ariſt. agitat quæſtionem illam; an ſint eadem principia rerum corruptibilium & incorruptibilium; & adducit opinionem Heſiodi, qui quidem poſuit principia omnium rerum eſſe quoſdam Deos, & ex diuinis dicebat alia eſſe facta

Tex. 15. Nectar & ambroſia quę nam ſit. immortalia, ſ. quæ deguſtauerunt quoſdam dulces cibos, videlicet nectar & ambroſiam, quædam uero facta ſunt mortalia; illa videlicet, quæ non deguſtauerunt hos dulces cibos. S. Thomas interpretans hunc textum adducit fabulam hanc ad veritatem dicens, poſſe ſub hac fabula aliquid veritatis occulte latere, vt ſcilicet per nectar & ambroſiam intelligatur ipſa ſuprema bonitas primi principij; nam omnis dulcedo dilectionis amoriſque ad bonitatem refer-

A primo bono eſt omnis bonitas. tur; omne bonum à primo bono deriuatur: potuit ergo eſſe ſententia huiuſce fabulę, ob communionem propinquam ſummæ bonitatis aliqua incorruptibilia reddi, ſicuti quæ perfecte recipiunt diuinum eſſe: quædam vero quoniam longe diſtant à primo principio, quòd non eſt deguſtare ambroſiam & nectar, non poſſunt perpetuum eſſe ſuum conſeruare ſecundum

A idem numero,ſed ſecundum idem ſpecie; vt dicit philoſophus 2. de anima, & 2. de genera- Tex.35.
tione:ſed an hoc voluerit occulte tradere,vel aliud,ex hoc dicto plenius percipi non poteſt. Tex.59.

Quidam Neotericus,qui conatus eſt in omnibus contrariari dictis S. Thomæ, recitat hæc
verba,quẽdam expoſitorem dicere, ſub iſta fabula contineri aliquid veritatis. Contra iſtum
expoſitorem his verbis inuehitur; ſed quæ vtilitas eſt immorari circa finem fabularum?licet
ergo hoc forſitan ſit bene dictum;tñ dubium eſt,& forte falſum, illam fuiſſe mentem Poetarũ.
Sed ego dicerem,quæ mordacitas eſt huius viri contra doctrinam Angelicam?quã mordendo
in hac interpretatione non ne videt ſe mordere Ariſtotelem pluribus in locis ſuæ doctrinæ?
& præcipue 4. phyſi. vbi recitat etiam opinionem Heſiodi loquens de loco; qui Heſiodus Tex.7.
fabuloſe poſuit illud chaos. Non ne mordet etiam Auerroem in commentarijs, qui recitat
fabulam Homeri?Non ne etiam 2. meteorologicorum Ariſtotelẽ,loquentẽ de ſalſedine ma- Cap.3.
ris,adducẽtẽ fabulam Eſopi;qui fabuloſe dixit Charybdim abſorbentem, primo feciſſe mon-
tes manifeſtos, ſecundo inſuſas, tertio aridam, & multa interpoſuit fabuloſe. Non ne & Sco-
tum 2.ſent.loquentem de obduratione Angelorum malorum & animarum,adducentem ean- diſt.7.q.vni-
B dem fabulam ipſius Heſiodi, quam narrat Ariſt. in hoc 3? ſi ergo nulla eſt vtilitas immora- ca.
ri circa fabulas:cur Ariſtoteles, Auerrois, & Scotus vtuntur fabulis his?cur etiam & ipſemet Tex.15.
immoratus eſt adducendo hanc interpretationem fabulæ in commentarijs ſuis?Deinde dicit,
forſitan bene eſt dictum illud, quod declarauit S. Thomas. Si eſt bene dictum; cur ergo eſt
inutile?Subdit & aliud verbum,dubium eſse, an hæc fuerit mens Poetarum. Et ego addo id, In dubijs tu-
quod habetur de regulis iuris,in dubiis meliorem viam eſse eligendam: ſi eſt dubiũ, & poteſt tior via eſt
exponi in vtranque partem; cur ergo non debemus amplecti veritatem? an debemus ſemper eligenda.
verſari circa falſa, vt ipſe verſatur in opinionibus ſuis? Subdit aliud verbum, forte eſſe falſum.
Et nos dicere poſſumus,forte eſſe verum: nam ſi Ariſtoteles 1. de cælo & mundo ait, à primo Tex.124.
quidem ente deriuatum eſt eſse, his quidem clarius,his vero obſcurius: clarius eſse eſt illud,
quo gaudent immortalia: hanc etiam mentem potuit habere Heſiodus. Sed quid dicam, non
ne in litera declarat fabulam Heſiodi eſse nullius efficaciæ, ſi vocetenus intelligatur?quia Dij,
qui deguſtauerunt nectar & ambroſiam, aut deguſtauerunt ad delectationem, aut ad neceſ-
ſitatem;his enim de cauſis aliqui ſumunt cibum: ſed neutro iſtorũ modorũ poſſunt reddi in- Cauſæ pro-
C corruptibiles:non primo, quia delectatio non eſt cauſa eſſendi, ſed quoddam conſequens ad pter quas ſu-
eſſe:non ſecundo, quia iterum indigerent cibo,& ſic impugnata opinione ipſius Heſiodi quo matur cib9,
ad verba, ſequitur nullam inutilitatem eſse, immo maximam vtilitatem ſtudioſis, ſcilicet re- quæ nã ſint.
ducere hanc fabulam in bonam & veram mentem, quia ſemper datur occaſio noua inuenien-
di, & præcipue in philoſophia, quæ vt dicit Ariſtoteles 1. huius, aſſimilatur poeſi, ſi- In prologo.
cuti & philoſophus poetæ, & fabulatori: fabula enim componitur & conſtituitur ex miris,
& philoſophus eſt aliqualiter philomites: immo S. Aguſt. lib. de ciuitate Dei: & Scotus 1. ſen- Lib.24.
tent. loquẽtes de ideis Platonicis, quas Ariſt. impugnat tanquàm fabulas, multos aiũt interpre- diſt.39.
tes doctiſsimos, vt Simplicium 2. phyſicorum reducere eas ad bonam mentem; non ergo Tex.18.
eſt inutile immorari circa fabulas, vt hic Neotericus carpit; ſed ſanctiſſimum ac ſapientiſſi-
mum,& prudentiſſimum eſt quod oſtendit S. Tho. in declaratione huius fabulæ, confortan-
do fideles, purgando infideles, & vtroſque inſtruendo, prębendo quoque ſe exemplar ceteris
doctoribus, nec ex hoc tranſcendit limites metaphyſicales obiecti, non extra propoſitum eua-
gatus eſt, quinimo hac ſua doctrina quæſtioni præpoſitæ philoſopho ſatisfecit: hinc enim ha-
D betur, quòd ambo rerum genera: mortalia inquam & immortalia ab vno primo immortali pro
ficiſcuntur principio, cui laus & honor ſit ſemper in ſæcula.

FINIS.

DILVCIDATIO PRIMA,

In quartum Librum Metaphyſicæ.

Id autem quod eſt, dicitur quidem multipliciter, ſed ad vnum & vnam quandam naturam, &c. Tex. 2.

An ens ſit vniuocum vel æquiuocum.

Vniuocatio triplex eſt.

RESPONDENT Aliqui ex Recentioribus ſupponentes vnam diſtinctionem videlicet; vniuocationem eſse triplicem: quandam logicam: quandam phyſicam: quandam vero metaphyſicam. Vniuocatio logica eſt vnitas intentionis primæ, vel alicuius realitatis conceptæ ſub intentione ſecunda; verbi gratia vnitas animalis concepta ſub intentione generis; vel vnitas rationalis concepta ſub intentione differentię eſt vniuocatio logica; quia logicus conſiderat ſecundas intentiones adiunctas primis: ex quo ſequitur tranſcendens eſſe proprie vniuocum vniuocatione logica: quia licet nulla ſecunda intentio, puta genus & differẽtia competat alicui tranſcendenti exiſtenti extra genus ſicuti patet; aliqua tamen competit ſibi, vt puta intentio vniuerſalitatis, quæ eſt logica, & ſecunda intẽtio. Sequitur etiam ex hoc aliquid poſſe eſſe vniuocum vniuocatione logica, & æquiuocum ęquiuocatione phyſica; quoniam genus eſt ęquiuocum æquiuocatione phyſica, & tamen eſt vniuocum vniuocatione logica. Vniuocatio phyſica eſt vnitas naturæ ex natura rei, circumſcripto omni opere intellectus, & de hac loquitur philoſophus 7. phyſic. quando dicit, quòd in ſpecie ſpecialiſſima eſt propria comparatio, & non in genere; quatenus ſpecies dicit unam naturam & vniuocam; non autem genus, ſed latent ęquiuocationes in generibus, genus enim dicitur ęquiuocum æquiuocatione oppoſita vniuocationi phyſicę, eoquòd non correſpondet illi vna natura. Vniuocatio metaphyſica eſt vnitas alicuiuſq; primę intentionis abſtrahibilis per intellectum à pluribus ex natura rei, circumſcripta quacunque intentione ſecunda vel logica; & hoc modo tranſcendentibus non repugnat vniuocatio. Ex quo ſequitur, aliquid eſſe vniuocum metaphyſicum, quod non eſt vniuocum phyſicum. C D

Aliquid poteſt eſſe vniuocũ, & ęquiuocum.

Tex. 24.

Poſita hac diſtinctione, ponunt tres propoſitiones; quarum prima eſt; Ens communiter ſumptum non eſt vniuocum omnibus entibus vniuocatione phyſica; quam ſic probant, conceptui entis communiter ſumpti non reſpondet vna natura in re ad extra: ergo conceptus entis non eſt vniuocus vniuocatione phyſicâ: antecedens eſt manifeſtum, quia conceptui entis in communi ſubſunt omnia entia, quæ certum eſt non dicere aliquam vnam naturam: ſequela patet.

Secunda propoſitio eſt; Ens communiter ſumptum eſt vere vniuocum omnibus entibus vniuoca-

A uocatione logica:quam ita probant; illud quod dicit aliquam vnam realitatem vel primam intentionem conceptam ſub aliqua intentione logica, eſt vniuocum vniuocatione logica; ſed ens communiter ſumptum eſt huiuſmodi: ego ſequitur ens eſſe vniuocum vniuocatione logica: maior patet ex definitione vninocationis logicæ poſitę ſuperius: minor etiam eſt manifeſta, quia licet ens communiter ſumptum non concipiatur ſub intentione generis, vel differentiæ, vel alicuius alterius ſecundæ intẽtionis in vniuerſum: concipitur tamen vel poteſt concipi ſub intentione vniuerſalis, quę vtique eſt intentio ſecunda, vel logica.

Tertia propoſitio eſt; Ens cõmuniter ſumptum eſt vere vniuocum omnibus entibus vniuocatione metaphyſica, ſic intelligendo ens dicere aliquem vnum conceptum realiter abſtrahibilem ab omnibus entibus participantibus ens quidditatiue, iuxta quam conſiderationem ens eſt prædicabile de omni ente vniuoce, realiter, & in quid: quam propoſitionem pluribus rationibus probant: & primo ſic, oĩs intellectus certus de uno conceptu, & dubius de duobus, in quibus ille conceptus certus quidditatiue includitur, habet conceptũ illum, de quo eſt certus alium à conceptibus, de quibus eſt dubius, & vniuocus illis: ſed intellectus hominis poteſt eſſe

Argumentũ cõmune de vniuocatiõe entis.

B certus de aliqua re illam eſſe ens, dubitans an ſit Deus vel creatura, ſubſtantia vel accidens; & ſic de alijs, in quibus conceptus entis quidditatiue includitur, ſicuti patet; ergo conceptus entis eſt alius à conceptibus dubijs, & vniuocus eis; itaquòd ex ſe eſt neuter, & includitur in vtroque ipſorum: maior probatur, quia impoſsibile eſt eundem conceptum eidem intellectui ſimul eſſe certum & dubium: ergo vel eſt alius, & habetur propoſitum; vel nullus, & tunc non eſt certitudo de aliquo conceptu: eſt ergo alius: & ſi quidditatiue includitur in illis, ſequitur, non tantum eſſe alium, ſed eſſe vniuocum: minor declaratur primo de Deo & creatura: quia quilibet philoſophus antiquus fuit certus, primum principium, quod ponebat, eſſe ens; nam Heraclitus, qui poſuit primum principium ignem, & Thales Mileſius, qui poſuit primum principium aquam; quilibet eorum erat certus tam ignem, quàm aquam eſſe ens, tamen erat dubius an eſſet ens creatum vel increatum; primum vel non primum: non enim erat certus, eſſe ens primum; quia tunc fuiſſet certus de re falſa; ſed falſum non contingit ſciri; nec erat certus, eſſe non primum; quia tunc non poſuiſſet oppoſitum. Secundo probatur de ſubſtantia & accidente: nam philoſophi multi varie opinati ſunt de lumine: quorum vnus aſſe

Thales poſuit principium rerum aquam.

C rit eſſe accidens, alter vero eſſe corpus & ſubſtantiã; & ille qui ponit quòd eſt ſubſtantia, iam certus eſt, quòd eſt ens, ſed non eſt certus, quòd ſit ſubſtantia; quia tunc eſſet certus de falſo, nec quòd non eſt ſubſtantia, quia tunc non potuiſſet eſſe oppoſitum.

Et ſi quis diceret, quòd quilibet talis philoſophus habuit duos conceptus in intellectu ſuo propiuquos, qui propter propinquitatem, analogice vidẽtur eſſe vnus conceptus; & propter iſtam propinquitatem videtur eſſe certus de vno, hoc eſt de illis duobus dubie conceptis. Sed contra, quia ex iſta euaſione videtur deſtrui omnis via probandi vnitatem vniuocam alicuius conceptus: ſi enim dicis hominem habere vnum conceptum communem ad Sortem & Platonem: negabitur tibi, & dicetur quòd ſunt duo cõceptus, ſed videtur vnus propter magnã propinquitatem & ſimilitudinem. Confirmatur ratio principalis; quia omnis conceptus prædicabilis de pluribus ſecundum vnum nomen & eandem rationem, eſt vnus vnitate vniuocationis; hæc enim eſt deſcriptio vniuocorum in anteprædicamentis; ſed conceptus entis non prædicatur in quid, & includitur quidditatiue in entibus inferioribus, de quibus dicitur; & per conſequens prędicatur ſecundum nomen & definitionem; ergo conceptus entis eſt vniuocus.

Vnitas vniuocatiõis quæ ſit.

D Amplius prima dignitas ſeu primum principium non eſt multiplex; ergo nec ens; & per conſequens erit vniuocum: antecedens patet, quia primum principium non eſt diſtinguendum, cum ſit notiſſimum & firmiſſimũ ex 4. huius: conſequentia probatur, quia primum principium conſtituitur ex ente; ergo ſi primum principium non eſt multiplex, ergo nec ens, ex quo conſtituitur.

Prima dignitas non eſt multiplex. Tex. 8.

Probatur etiam vlterius, quòd ſit vniuocum ad ſubſtantiam & accidens ſic, Si ens non eſt vniuocum ſubſtantiæ & accidenti: ergo intellectus noſter non haberet conceptum quidditatiuum de ſubſtantia; conſequens eſt euidenter falſum; ergo & antecedens: probatur conſequentia, quia ſubſtantia non immutat immediate intellectum noſtrum ad intellectionem ſui, cum non intelligatur pro ſtatu iſto, niſi per ſpeciem accidentis ſenſibilis: ſed nullus conceptus quidditatiuus ſubſtantiæ poteſt haberi per immutationem accidentis ſenſibilis, niſi poſsit abſtrahi à conceptu accidentis; & ille neceſſario ſic abſtractus eſt vniuocus, aliàs non eſſet abſtrahibilis: talis aũt conceptus maxime vr̃ eſſe conceptus entis; nam nullus alius eſſet quidditatiuus; ergo &c. maior patet, quia quicquid prędentia ſui immediate immutat intellectũ, illius abſentia poteſt naturaliter ab intellectu cognoſci, quando non immutatur, ſicut apparet in 2. de

Subſtantia quidditatiue agnoſcis.

Tex. 100.

anima,

anima, quòd viſus eſt perceptiuus tenebrarum, quando lux non eſt pręſens, nec viſus immutatur: ergo ſi intellectus noſter immutaretur à ſubſtantia immediate ad actum circa ipſam, ſequeretur, quòd quando ſubſtantia non eſſet pręſens, poſſet eius abſentia naturaliter agnoſci; & A
Dictũ theologicum. ita poſſet naturaliter cognoſci in hoſtia conſecrata non eſſe ſubſtantiam panis; quod eſt manifeſte falſum: nullus ergo conceptus quidditatiuus habetur de ſubſtantia naturali immediate à ſubſtantia cauſatus, ſed tantum cauſatus & abſtractus ab accidenti.

Pręterea ſignum diſtribuuiuum non diſtribuit terminum ęquiuocum pro ſuis ſignificatis: quia terminus ęquiuocus non habet vnum conceptum, qui ſit diuiſibilis in plures; ſed ſignum diſtributiuum additum enti, diſtribuit ipſum ens pro ſuis inferioribus: ſequitur enim, eſt omne ens; ergo ſubſtantia; ergo accidens, & ſic ens non eſt æquiuocũ. Vltimo arguitur; vnius potentię
Obiectũ intellectus eſt cõe quodã. eſt vnum primum obiectum; ſed primũ obiectum intellectus eſt ens, vt cõe omnibus: ergo ens ſic cõmune eſt aliquod vnum, & per conſequens vniuocum: maior patet, quia potentia mouetur ab obiecto ſecundum formam obiecti, & niſi habeat vnam formam, non mouebit: & ideo
Tex. 10. dicitur 4. huius, quòd intellectus, qui non intelligit vnum, nihil intelligit: probatur minor, quia illud eſt primum obiectum intellectus, ſub cuius ratione omnia intelliguntur, ſicut patet de obiecto viſus; ſed nec ratio ſubſtantiæ nec accidentis, ſed ſola ratio entis reperitur in omnibus intelligibilibus: ergo ens eſt primum obiectum intellectus noſtri. B

Hæc eſt ſententia iſtorum, in qua duo falſiſsima docent. Primum eſt diſtinctio poſita ab eis; non enim in doctrina Ariſt. datur aliud vniuocum, niſi logicum, vel phyſicum; vt patet inquirenti & aſpicienti eius doctrinam in antepręedicamentis; vbi ex profeſſo definiuit æquiuoca & vniuoca; vt auctor eſt Boetius omneſque boni interpretes: & non definiuit Ariſt. vniuo-
Vniuocũ duplex. cum vniuocans, ſed vniuocum vniuocatum dicens, quòd vniuoca dicuntur, quorum nomen
Cõditiones vniuocati. eſt commune, & ratio ſubſtantię eſt eadem: vbi tres conditiones tribuit vniuocatis. Prima eſt, quòd vniuocata conueniunt in vno nomine. Secundo in vna ratione, quam rationem expoſuit Boetius definitionem vel deſcriptionem. Tertia conditio eſt, quòd illa vna ratio æqualiter conuenit vniuocatis: nam ſi prius conuenit vni, & poſterius alteri non erit vniuocatio logica, ſed erit proportio & analogia: propterea ſanum non eſt vniuocum, quoniam ratio ſani prius conuenit animali ſano, & deinde vrinæ & medicinæ, cum non conueniat eis, niſi in ordine
Tex. 24. & 31. ad animal ſanum. Aliud vniuocum poſuit Ariſt. 7. phyſi. vbi dixit iuxta genera latent æquiuocationes; quibus verbis habemus, quòd vniuocum phyſicum vltra illas tres conditiones, quas C
Proprietas vniuoci phyſici. habet vniuocum logicum, debet habere aliam, quæ eſt vnitas naturæ: hinc ſola ſpecies eſt vniuocum phyſicum, quia eſt vnius naturæ, in qua conueniunt omnia indiuidua illius, & duæ ſpecies, puta leo & homo non dicuntur vniuoce vniuocatæ ſecundum phyſicum, cum habeãt
Tex. 26. diuerſas naturas; ſed bene ſecundum logicum: & ſic Ariſt. loquutus fuit 10. huius de differentia in genere; quando dixit, corruptibile & incorruptibile differunt genere: ex illis verbis non poteſt ſumi vniuocum metaphyſicum; quia cum genus ſumatur à materia receptiua formarum naturalium, quæcunque conueniunt in materia, quæ poſſunt adinuicem tranſmutari, dicuntur conuenire in genere phyſico; & hęc ſunt omnia elementa & elementata, quæ ad in-
Tex. 46. uicem generantur & corrumpuntur; vt patet 2. de generatione: vnde cum Ariſto. 10. huius lo-
Tex. 26. quatur de genere phyſico, non poteſt ex illo loco ſumi vniuocum metaphyſicum: ergo ſequitur, quòd diſtinctio poſita ab iſtis pro tertio membro eſt voluntaria, & contra Ariſt.

Prima quoque concluſio poſita eſt falſa, quia ſi ipſi tenent vniuocum phyſicum dicere vnã naturam, quomodocunque ſit natura illa; & per tertiam concluſionem poſitam ab eis ens dicit D
Doctrina nominalium. vnum conceptum realem abſtrahibilem ab omnibus entibus, quia realitas venit à re, ſicut formalitas à forma, & naturalitas à natura, & materialitas à materia: ſi ergo ens dicit vnum conceptum realem quidditatiuum; ergo vnam rem; ergo vnam formam: ergo vnam naturam; & ſic ens erit vniuocum phyſicum ſecundum iſtos. Præterea ſequeretur, quòd quælibet intel-
Quælibet intelligentiarũ dicit vnã naturam. ligentiarum eſset vniuocum phyſicum: probatur conſequentia, quia quælibet intelligentiarum dicit vnam naturam: & ſic prima concluſio & tertia pugnant adinuicem. Et ſi dicis, quòd idem inconueniens ſequitur apud Thomiſtas, quòd quælibet intelligentiarum eſſet quoddam vniuocum phyſicum, quia dicit vnam naturam. Reſpondetur, quòd hoc non ſequitur; quia Thomiſtę dicunt, quòd illa ſunt vniuocata vniuocatione phyſica, quę conueniunt in vna natura communi ſecundum materiam, per quam poſsunt adinuicem tranſmutari: hinc corpora cęleſtia & inferiora, cum non conueniant in vna materia, non poſſunt dici vniuocata vniuocatione phyſica, ſed bene vniuocatione logica; à fortiori nec homo & intelligentia dici
Impugnatur Ægidius. debent vniuocata vniuocatione phyſica, cum intelligentia ſit immaterialis & incorruptibilis: & hoc habemus cõtra Romanum Ægidium, tenentem eandem eſſe materiã ſuperiorum & in-

feriorum

A ſeriorum corporum: hic enim coactus eſt ponere, quòd illa ſuperiora & inferiora corpora ſunt vniuocata vniuocatione phyſica. Sequitur etiam ex his falſam eſſe ſecundã concluſionem poſitam ab iſtis, quia ſi ens eſſet vniuocum vniuocatione logica, tunc vel eſſet genus, vel ſpecies, vel differentia; ſed nullum iſtorum eſt: ergo ſequitur, ꝙ falſa eſt concluſio aſſerens, ens eſſe vniuocum vniuocatione logica.

Tertia concluſio eſt contra Ariſt. Simplicium, Auerro. & denique rationem: nam Ariſto. 1. ethic. arguens contra Platonem dicebat, quòd ſi daretur idea boni, vel illa eſſet ſubſtantia, vel quantitas, vel aliquod aliorum generum, ſed nullum illorum eſt: ergo non datur idea boni: modo ſtante tertia cõcluſione poſita ab Aduerſarijs, quòd ens dicit conceptum abſtrahibilem ab omnibus entibus: & propterea eſt vniuocum, ſequitur quòd ratio Ariſt. contra Platonem eſt nulla, quia poſſet dicere Plato, quòd illa idea boni non eſt nec ſubſtantiæ, nec accidentis, ſed ipſius entis: & ſic ratio Ariſt. eſſet nulla. Eſt etiam hæc poſitio contra Simplicium 2. de anima, vbi dicitur. igitur vnum quoddam genus, &c. ita arguit Simpl. nullum vniuocum dicitur magis vel prius, vel poſterius in vno, quàm in alio, velut color non dicitur magis in albo,
B quàm in nigro, nec prius, nec poſterius; ſed ens magis proprie & vere dicitur ens in ſubſtantia, quàm in ceteris prædicamentis & magis & propria prima cauſa: igitur ens non eſt vniuocum ſubſtantiæ & accidenti, primæ cauſæ & cauſatis. Eſt etiam contra Auerroem, qui in libro d. d. in ſolutione vltimi dubij ſic arguit: illud, in quo vnum per ſe & eſſentialiter antecedit aliud, non poteſt eſſe illius vniuocum: dico per ſe & eſſentialiter, quia Socrates pater antecedit Platonem filium in humanitate; quia tamen hęc præceſſio eſt per accidens, ideo homo poteſt eſſe vniuocus ambobus: igitur quãdo antecedit per ſe & eſſentialiter non poteſt cum illo vniuoce conuenire; ſed ſubſtantia antecedit eſſentialiter accidens, ſic etiam Deus antecedit creaturam: ergo ens non poteſt eſſe vniuocum ſubſtantiæ & accidenti, Deo & creaturis. Eſt etiam contra rationem, quia id, quod per eſſentiam capit aliquid, non poteſt vniuoce conuenire cum illis, quę capiunt illud mer per participationem: ſed Deus capit ens per eſſentiam; ſolum enim primum ens eſt ens per eſſentiam; cetera capiunt ens per participationem; quia omne citra primum ens, eſt ens per participationem: igitur non poſſunt in ente vniuoce conuenire.

Cap. 6.
Tex. 1.
Egregia ratio contra neotericos ſũpta à Simplicio.
Diſtin. 7.
Deus eſt ens per eſſentiã creatura, eſt ens per participationem.

C Vltra iſtas rationes ſunt & alię antiquorum fundatæ etiam in dictis Ariſto. quas ipſi conantur ſoluere; ſed eorum ſolutionibus magis confirmantur, vt videbimus: & inter alias eſt prima, quæ fundatur ſupra verba Ariſto. in hoc libro, & in 7. quòd ens dicitur multipliciter; & exemplificans multiplicitatem entis tradit exemplum de ſano, quod dicitur ſecundum diuerſas rationes de medicina, de exercitio, & de alijs, quæ dicuntur ſecundũ vnum, & ad vnum non vniuoce, ſed analogice: igitur ens non eſt vniuocum, ſed analogicum. In 7. etiam huius ait philoſophus, quòd qualitates & cetera accidentia ſunt entia, ſicuti logici dicunt, non ens eſt ens, & non ſcibile eſt ſcibile, & ſicut vas dicitur ſalubre & corpus; ſed in omnibus iſtis non eſt vniuocatio eius, quòd dicitur de pluribus: ergo ſequitur ens non eſſe vniuocum. Reſpondent ipſi ſumendo unum, quod habet philoſophus 10. huius, vbi concedit ordinem eſſentialem inter ſpecies eiuſdem generis: nam ibi vult, quòd in quolibet genere eſt vnum primum, quod eſt menſura omnium aliorum; ſed menſurata habent ordinem eſſentialem ad menſuram: & tamen non obſtante tali attributione, nullus negat conceptum generis eſſe vnum; quia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: ſi enim genus non habet vnum conceptum aliũ
D à conceptibus ſpecierum, nullus conceptus diceretur in quid de pluribus; ſed quilibet de ſe ipſo; & ſic idem prædicaretur de eodem, & non genus de ſpecie. Hoc confirmant etiam auctoritate Ariſto. 7. phyſicorum, quòd in generibus latent æquiuocationes, propter quod non poteſt eſſe comparatio ſecundum genus; non tamen eſt ibi æquiuocatio in genere quantum ad logicum; ſed quantum ad realem phyſicum; quia non eſt ibi vnitas naturæ: omnes ergo auctoritates, quæ eſſent de illa materia, ſiue in metaphyſica, ſiue in phyſica, poſſent opponi propter diuerſitatem realem illorum, in quibus eſt attributio; cum qua diuerſitate ſtat vnitas conceptus abſtrahibilis ab eis, ſicut patet de genere: concedo ergo, quòd accidens habeat attributionem eſſentialem ad ſubſtantiam; & per conſequens, quòd ens ſit analogum ad ea: & tamẽ ab hoc, & ab illo poteſt abſtrahi vnus conceptus communis vniuocus; nam analogia realis & vniuocatio metaphyſicalis realiter non repugnant in eodem conceptu. Et ſic ſoluitur etiam illud, quod habetur in 7. huius, quòd accidentia ſunt entia ſicuti logici dicunt, non ens eſt ens, quatenus inter ſubſtantiam & accidens eſt analogia, ſecundum perfectius & imperfectius; cum qua tamen ſtat vera vniuocatio; propterea philoſophus ſubdit ibi, quòd talia non dicuntur æquiuoce, ſed ad vnum.

Tex. 2.
Ad principium.
Salubre dicitur multipliciter.
Tex. 2.
Tex. 11.
Primum eſt mẽſura aliorum.
Tex. 31.
Accidens ordinať ad ſubſtantiam.
Tex. 2.

Verum hæc ſolutio eſt contra textum; igitur falſa: probatur antecedens, quia in textu fit ſer A
mo de ordine attributionis; ſed ordo eſſentialis non eſt ordo attributionis, vt declarat Boetius
Cap. 1. in libro prædicamentorum, vbi vult inter illa eſſe ordinem attributionis, quoties vnum illo-
rum eſt tale formaliter, cetera ſunt talia attributiue & denominatiue, quemadmodum datum
Solum animal eſt ſubiectum ſanitatis. eſt exemplum de ſano, ſolum enim animal eſt formaliter ſanũ, quia ſolum animal eſt tale ſani-
tate, quæ eſt ſibi forma, cetera autem ſana ſunt attributione ad animal ſanum formaliter, quia
vel ſigna, vel cauſæ ſanitatis; & ita non ſunt ſana ſanitate, quæ ſit forma illorum; non enim vri-
na eſt ſana ſanitate, quæ eſt forma vrinæ; ſed dicitur ſana ſanitate animalis, cuius ipſa eſt ſignũ.
Ex iſtis ergo patet argumentum antiquorum, concludere contra Aduerſarios. Et reſponſio eo-
rum corroborat ipſum argumentum, cum deſtruat textum Ariſt. nam quæcunque ita ſe ha-
bent in ente, quòd aliquod illorum ſit ens formaliter, cetera ſint entia attributione ad illud
ens formaliter, non poteſt in ente vniuocari, ſed decem prædicamenta ita ſe habent ad ens,
Nouem prędicamenta quomodo dicãtur entia. quòd ſubſtantia eſt ens formaliter, & nouem prędicamenta ſunt ens attributione ad ſubſtan-
tiam; igitur non poſſunt in ente vniuocari: minor eſt Ariſt. & Auerro. in textu. Nec eſt ſimile
de ſpeciebus reſpectu generis, & de prædicamentis reſpectu entis: nam in ſpeciebus non eſt B
dare medium aliquam ſpeciem, quæ ſit formaliter tale, & ceterę ſint talia attributione ad il-
lam; non enim homo eſt formaliter animal, & cetera ſunt talia attributione ad homi-
Tex. 2. nem. Nec etiam valet reſponſio data ad dictum philoſophi in 7. quia ibi non eſt ſermo de
ordine perfectionis, ſed attributionis, vt patet per exemplum datum de ſano, quod eſt illud-
Tex. 2. met, quod poſitum eſt in hoc 4. Et confirmatur, quia ſi ita eſſet, philoſophus nihil conclude-
ret; nam vult ibi philoſophus cetera accidentia non poſſe habere quidditatem ſine ſubſtantia;
ſola enim ſubſtantia habet quidditatem per propria ſui generis; accidentia vero non niſi per
ſubſtantiã: ergo accidentia non ſunt entia, niſi attributione ad ſubſtantiã; & ſic ex verbis Ariſt.
ibi habetur, quòd non eſt ſermo de ordine perfectionis, ſed attributionis.

Tex. 13. Secunda ratio fundatur ſupra dicto Ariſto. 1. phyſi. vbi diſputans contra Parmenidem &
Meliſſum ſupponit vnum principium, tanquàm omnibus notum, quòd ens multipliciter dici-
Multiplex bifariã dicit. tur; ergo ens non eſt vniuocum. Reſpondent ipſi ad hanc auctoritatem, quòd multiplex duo-
bus modis dicitur. Alterum multiplicitate ſuppoſitorum, quæ non repugnant vniuocationi,
ſicuti animal eſt multiplex, quia habet multas ſpecies ſub ſe, etiam & homo multiplex eſt mul C
tiplicitate ſuppoſitorum. Alterum dicitur multiplex multiplicitate ſignificatorum, ſicut canis
dicitur multiplex multiplicitate; quia multa ſignificat, Ariſt. ſupponit cõtra Parmenidem ens
eſſe multiplex multiplicitate ſuppoſitorum, propterea eſt vniuocum. Sed hæc reſponſio eſt
Prædicamenta ſunt ſignificata entis & non ſuppoſita. expreſſe contra ſuperficiem & ſenſum literę; nam Ariſt. ſtatim ſubiungit ens dici de decem
prędicamentis, quę ſunt ſignificata ipſius entis, & non ſuppoſita. Et Auerr. etiam in commen-
to ait, ens dici de multis intentionibus, quæ ſunt ipſa prædicamenta, puta ſubſtantia, quantitas
& qualitas, &c. hæc enim ſunt ſignificata entis, non autem ſuppoſita, vt ipſi dicunt; vnde eſt ſer
mo de multiplicitate ſignificationis ſecundum analogiam.

Eſt etiam alia ratio antiquorum, ꝙ ſi ens eſt vniuocum ad omnia entia; tunc ſequitur ens
Tex. 10. eſſe genus; conſequens eſt falſum, & contra philoſophum 3. huius; ergo &c. conſequentia pro-
batur, quia ens ſecundum ipſos dicitur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid;
& hæc eſt propria definitio generis. Soluunt ipſi iſtam rationem, quia procedit ab in-
ſufficienti; nam aliquid deficit enti, ratione cuius non poteſt eſſe genus, quia ens prædicatur
Genus non pdicatur de differentia. de vltimis differentijs, de quibus non poteſt nec debet genus prædicari, de illis videlicet, quæ D
ſumuntur ab alia re, quàm ſit res, à qua ſumatur genus; tales enim differentiæ ſunt ſicut eſt for-
te rationale, quod includit ens quidditatiue; & hoc eſt contra naturam generis, prædicari ſcili-
cet quidditatiue de differentijs. Sed contra iſtam reſponſionem eſt ratio Boetij in libro Por-
phyrij in ſecunda editione ſupra illis verbis (ſi quis omnia entia vocet, æquiuoce nuncupabit)
Prędicari vniuoce qd ſit. vbi facit iſtam conſequentiam; ens vniuoce prædicatur de decem prædicamentis; igitur ens eſt
genus: conſequẽtia probatur, quia prædicari vniuoce eſt prędicari vt genus, & ſi prædicabitur
de differentijs quidditatiue, ſequitur hoc aliud inconueniens, ꝙ ens erit genus ad differẽtias.

Alia eſt ratio, quòd ſi ens prædicatur de entibus ſecundum rationem alicuius vniuerſalis,
vel erit differentia, vel proprium, vel accidens, vel ſpecies: non differentia, quia dicitur in qua-
le: nõ proprium nec accidens, quia hæc ſunt extra eſſentiã eius, de quo dicuntur, quod non eſt
dicendũ de ente: nec etiã prædicabitur, vt ſpecies: ergo relinquitur qđ prædicabitur vt genus.
Soluunt Scotiſtæ & iſtam rationem dicendo, quòd Porphyrius ordinauit librum ſuum ad
prædicamẽta Ariſt. ſicut ipſemet promittit in proœmio, & ex cõſequẽti loquitur de illis vniuer
ſalibus, quæ aliquo modo reperiũtur in linea prædicamẽtali: ſed præter illa eſt aliud vniuerſa-

A le tranſcendens prædicatum in quid, quod non eſt, neq; genns, neq; ſpecies, neq; aliqnod illorũ. Sed contra iſtam reſponſionem arguitur primo ſic, propria ratio prædicabilis, quæ diuiditur à Porphyrio, conuenit ipſi enti: ergo continetur ens ſub illis quinque prædicabilibus; nam prædicabile, de quo tractat Porphyrius, eſt vniuerſale, qnod eſt aptum natum vniuoce dici de multis ſecundũ eſſe diſtinctis: ergo continetur ſub membris diuidentibus illud vniuerſale, quod à Porphyrio conſideratur, aliàs contineretur aliquid ſub diuiſo, quod tamen non contineretur ſub membris diuidẽtibus, quod eſt cõtra philoſophũ 2. poſter. tenet igitur ratio quòd ſi ens eſt vniuerſale prædicabile erit vel genus, vel ſpecies, vel aliquod illorum. Præterea ſi daretur hoc vniuerſale tranſcendens, quod iſti fingunt, tunc philoſophus, vel Auerro. vel Porphyrius, vel aliquis peripateticorum faceret mentionem de iſto; ſed nullibi inuenitur hoc tale vniuerſale trãſcendens: igitur monſtruoſum & fictinum eſt illud ponere; nam vniuerſale eſt prædicatum; modo tantũ quinque ſunt prædicata 1. topicorum, inter quæ hoc tale vniuerſale tranſcendens non connumeratur: ergo eſt imaginarium illud ponere, præcipue qnia omne vniuerſale eſt forma ſecundum Auer. 1. huius; ſed ens non eſt forma; ergo non eſt vniuerſale.

Ens non continetur ſub quinque vocibus Porph.

Cap. 12.

Cap. 4.

Tex. 27.

B Eſt etiam alia ratio antiquorum probantium ens non eſſe vniuocum ad decem genera, quia tunc deſcenderet in illa per aliquas differentias; & illæ differentiæ ſint A. & B. aut ergo A, & B. includunt ens, aut non, ſi ſic; ergo in conceptu cuiuſlibet generis generaliſſimi includetur bis ens; & per conſequens nugatio: ſi non; ergo. A, & B. non ſunt entia, & tunc non ens erit de intellectu entis: nam A. & B. includuntur in conceptibus decem generum. Soluit Scotus hoc argumentum cum ſuis diſcipulis, concedentes ens deſcendere in decem genera per aliqua contrahentia, quæ proprie non ſunt differentia. Cum autem quæritur, aut includunt ens, aut non. Dicunt quòd non includunt ens formaliter, ſicut nec paſſiones entis, nec vltimæ differentiæ; & tamen non ſunt nihil. Cum ergo arguitur, quòd non ſunt entia: dicendum, quòd non ſunt entia formaliter, ſunt tamen entia realiter & eſſentialiter: quòd aut illud, quod non eſt ens formaliter, dummodo ſit ens realiter, ſit de intellectu entis, nullum eſt inconueniens: ſicut rationale, quod non eſt animal formaliter, eſt tamen de intellectu hominis, qni eſt vere animal. Sed hæc reſponſio eſt nullius momenti & contra Ariſto. & Auerroem 3. huius, vbi probant ens non eſſe genns; quia prędicatur de omnibus differentijs: tunc

Ens non deſcẽdit ad genera per differentias.

Tex. 19.

C quæro, aut intelligunt ipſum prædicari de omuibus differentijs realiter, aut formaliter: ſi primo modo, ergo ens eſt genus realiter, cum prædicetur de differentijs realiter: ſi ſecundo modo, ſequitur quòd ens prædicatur de A, & B. formaliter: quod Scotiſtæ negant. Pręterea hæc reſponſio eſt contra ſeipſos, qui in 3. huius affirmant ens non prædicari de ipſis differentijs, quia tunc eſſet nugatio dicere, homo eſt animal rationale; quia ens in animali ſemel formaliter includeretur, & ſemel formaliter in rationali, & per hoc concludunt ens nõ prædicari formaliter de differentijs, ſi ergo p̃dicatur de differẽtijs realiter & eſſentialiter, vt ipſi fatentur: ergo eſſet nugatio realis & eſſentialis; & ſic contradicunt ſibi ipſis.

Ens prędicatur de omnibus differentijs.

Quęſt. 2.

Scotici ducũtur in cõtradictionem.

Aliud argumentum antiquorum eſt; illis, quæ ſunt totaliter & immediate ſub extremis cõtradictionis, nihil eſt commune vniuocum; ſed Deus & creatura, ſubſtantia & accidens ſunt huiuſmodi; nam ſub ipſis extremis contradictionis, dependens & independens, cauſatum & non cauſatum patet, quòd nihil eſt eis commune vniuocum: probatur maior, quia omnis cõceptus communis eſt neuter reſpectu illorum, quibus eſt communis; ſed nullus conceptus reſpectu contradictoriorũ eſt neuter, ſed neceſſario eſt alter illorum, alioquin contradictoria haberent medium, ergo &c. Soluit Scotus hoc argumentũ 1. ſent. dicens, quia argumentum hoc aut intelligit, quòd illa ſunt ſub extremis contradictionis totaliter, hoc eſt ꝙ illa præciſe ſunt extrema contradictionis; & tunc minor eſt falſa, quia Deus vel ſubſtantia non eſt præciſe hoc, quod eſt eſſe non ab alio, accipiendo proportionabiliter, quoniam illa negatio dicitur etiã de chimera; ſic nec creatura eſt præciſe illa negatio, non neceſſe eſſe, quia hoc etiam conuenit chimerę; ſed tam Deus quàm creatura, tam ſubſtantia quàm accidens eſt aliquid, cui conuenit alterum extremum contradictionis, ſi ergo ſic accipiat maiorem, quòd quibuſcumque conueniũt extrema contradictionis, ipſa non vniuocantur in aliquo communi, illa maior eſt falſa, nã omnia diuidentia per ſe aliquod commune ſunt talia, quòd de ipſis dicuntur extrema contradictionis, & tamen vninocãtur in ipſo communi diuiſo; ſimiliter in propoſito Deus & creatura, ſubſtantia & accidens poſſunt recipere prędicationem contradictionis; & tamen habent aliquod ſubſtratum commune illis extremis contradictionis, ratione cuius poſſunt habere aliquod commune.

D (margin at "berent medium") — dist. 8. q. 2.

Sed contra iſtam reſponſioné arguitur ſic; illud commune, quæro, aut eſt neceſſe eſſe, aut nõ eſt neceſſe eſſe, patet iſta diuiſio, quia extrema ſunt contradictoria, & per conſequens non ha-

Neceſſe eſſe & non neceſſe eſſe ſunt extrema contradictionis.

Tex. 5.

bent medium, vt habetur 1. poſter. ſi eſt neceſſe eſſe, cum illud cõe includatur realiter & eſſentialiter ſecundum Scoticos in omni ente; ſequitur q̀ omne ens eſt neceſſe eſſe: ſi vero dicunt, quòd non eſt neceſſe eſſe; ergo in Deo dabitur aliquid, quod non eſt neceſſe eſſe; quod eſt falſiſſimum: igitur falſa eſt reſponſio aſſerens Deum & creaturam habere aliquod ſubſtratum vniuocum commune. Prǽterea ei, quod de ſe eſt ens, & ei, quod de ſe eſt non ens, non eſt aliquod ſubſtratum commune vniuocum; ſed Deus ex ſe eſt ens, creatura ex ſe eſt non ens: igitur Deo & creaturæ nihil eſt ſubſtratum commune vniuocum: maior patet, quia ens & non ens ſunt contradictoria: ergo in nullo conueniunt: conſequentia patet, quia ſi in aliquo conuenirent; tunc oppoſitio eorum non eſſet maxima, cuius oppoſitum habetur in poſtprędicamentis A

Deus ex ſe eſt ens.

Eſt aliud argumentum antiquorum; quæ ſunt primo diuerſa in nullo conueniunt; ſed Deus eſt primo diuerſus à creatura, & vnum prædicamentum ab alio: ergo nec Deus & creatura, nec decem genera conueniunt in aliquo: nec per conſequens in aliquo conceptu communi vniuoco: maior eſt euidens; ſed prima pars minoris de Deo & creatura probatur, quia alioquin Deus haberet quo conueniret, & quo differret à creatura; & ita non eſſet ſimpliciter ſimplex. Secunda pars de decem generibus probatur; quia aliter non eſſet negatiua immediata, quando negatur vnum genus generaliſſimum ab alio; conſequens eſt falſum, & contra philoſophum 1. poſter. ergo &c. probatur conſequentia, quia tunc extrema illius negatiuæ conueniunt in aliquo toto, puta in ente, quod non poteſt eſſe in propoſitione immediate negatiua; ſicut dicitur 1. poſter. ergo iſta negatiua, quantitas non eſt ſubſtantia, non eſſet immediate. Soluit Scotus hoc argumẽtum vbi ſupra, quòd licet Deus & creatura ſint primo diuerſa in realitate, quia in nulla realitate conueniunt, non tamen ſunt primo diuerſa in conceptu reali, ſed quomodo poſſint eſſe conuenientia in conceptu reali & non in realitate, declarat, quòd diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue, nó aũt obiectiue. Quòd autem dicitur, quòd negatiua, in qua negatur vnum genus generaliſſimum ab alio, non eſſet immediata, negat conſequentiam. Et ad probationem, cum dicitur quòd extrema eſſent in aliquo toto, ait non eſſe in aliquo toto, quod poſſit eſſe medium in aliqua figura ſyllogiſtica, remouendo vnum ab alio, cum de vtroque affirmatiue ipſum ẽns prædicetur. B

Propoſitio negatiua immediata eſt, vnum generaliſſimũ negat de alio. Tex. 13.

Sed contra iſtam reſolutionem arguo dupliciter, quòd ſi Deus & creatura conuenirent in conceptu reali, tunc ſequeretur nulla eſſe ſimpliciter primo diuerſa contra Ariſto. 5. huius: probatur conſequentia, quia omnia ſaltem in conceptu reali conuenirent. Et confirmatur quia tunc inter Deum & creaturam non daretur diſtantia infinita: probatur conſequentia, quia conueniunt in cõceptu reali. Præterea ſi reſponſio eſſet vera, tunc ſequeretur, quòd tam Deus, quàm creatura eſſet formaliter ſe ipſo ens, & ſic creatura eſſet ſe ipſa per eſſentiam formaliter ens, quemadmodum Deus; quod eſt magnum abſurdum: quia tantum Deus eſt ens per eſſentiam, cetera vero per participationem. C

Tex. 15. Deus & creatura diſtant infinite.

Vltimum argumẽtum antiquorum eſt: vbi eſt tantum vnitas attributionis, non poteſt eſſe vnitas vniuocationis; ſed omnia entia attribuuntur ad ſubſtantiam in ratione enns, vt habetur in hoc libro: ergo &c. Item creaturę ad Deum in ratione entis oportet ponere vnitatem attributionis; ergo ens non eſt vniuocum prædictis. Soluit Scotus vbi ſupra dicens, quòd attributio ſola non ponit vnitatem vniuocationis; quia vnitas attributionis minor eſt vnitate vniuocationis: ſed minor vnitas non arguit maiorem, tamen minor poteſt ſtare cum maiori, ſicut quæ ſunt vnum genere ſunt vnum ſpecie: licet vnitas generis ſit minor vnitate ſpeciei: ſimiliter in propoſito dicit, quòd licet vnitas attributionis non arguat vnitatem vniuocationis, tamen cum vnitate attributionis ſtat vnitas vniuocationis, quamuis vna non ſit alia formaliter: & tradit exemplum, quòd ſpecies eiuſdem generis habent eſſentialem ordinem, & attributionem ad primum in illo genere, ex 10. huius, & tamen cum hoc ſtat vnitas vniuocationis conceptus ipſius generis reſpectu ſpecierum: ſimiliter in propoſito in ratione entis, in qua eſt vnitas attributionis, ipſa attributa habẽt vnitatẽ vniuocationis. Sed hæc reſponſio ſuperius eſt improbata: tum quia putant Scotiſtæ, ordinem eſſentialem eſſe ordinem attributionis, quod eſt falſum: tum quia inter ſpecies eiuſdem generis non eſt ordo attributionis, ſicuti inter Deum & creaturas, & ſubſtantiam & accidentia, nam non datur aliqua ſpecies animalis, quę ſit formaliter animal: ceteræ vero ſunt animalia attributione ad illam, ſicut Deus eſt formaliter, & per eſſentiam ens, creatura vero attributione ad ipſum Deũ, & ſimiliter ſubſtantia eſt ens per ſe, accidens vero non eſt ens, ſed entis. Ex iſtis patet rationes noſtras concludere contra opinionem Scoti. D

Tex. 2.

Tex. 2.

Ordo eſſentialis non eſt idem cũ ordine attributionis.

Supereſt modo ſoluere argumenta, quæ adducuntur pro opinione ipſorum. Et primum argumentum, quod difficile, & Achiles apud ipſos reputatur, fuit ipſius Auicẽnæ in 5. ſuæ metaphy.

A taphyſi. cuius falſitas multipliciter oſtenditur. Et primo ſecundum Heruęum, quòd ens dicit conceptum diſiunctum, & de hoc intellectus poteſt eſse certus, exiſtente tamen dubio de ſubſtantia, & accidente: vnde ſi quis mihi diceret, ſi veneris ad me dabo tibi equum, certus ſum, quòd ſi vado habebo equum; ſed dubius tamen an hunc, vel illum: ita etiam de Deo ſum certus, quòd eſt ens, quod quidem ens dicit ſubſtantiam, vel accidens. Secundũ etiam argumentum nihil aliud probat, niſi alietatem conceptus, non autem vniuocationem. Tertio oſtenditur falſitas argumenti, quia dato quòd probet aliquam unitatem; non tamen probat unitatem uniuocationis, ſed tantum unitatem proportionis; immo ex hoc argumento poſsumus probare quodlibet æquiuocum eſse uniuocum; quia quilibet poteſt eſse certus, quòd canis currat; dubitaret tamen de quo cane intelligatur, an de piſce marino, uel ſydere cæleſti; & ſic ſi argumentum hoc concluderet, ſequeretur quodlibet æquiuocum eſse uniuocum, & cum ad uniuocationem requiratur, quòd ęqualiter ſit participatum à ſuis contentis, ita quòd nullum uniuocatum in ratione ſui vniuoci habeat aliquid plus, quàm reliquum vniuocatum, ſequeretur ſubſtantiam eſſe accidens, & accidens ſubſtantiam, quia accidens & ſubſtantia ſecundum

Cap. 3. Primũ arg. Scoti multipliciter ſoluitur & non eſt ſuum ſed Auicen.

B Scotum ſunt vniuocata in ratione entis: quod eſt abſurdum magnum. Vltimo dico, quòd certitudo & dubietas ſpectant ad ſecundam operationem intellectus; unde argumentum concludit pro prima operatione, in qua neque dubietas neque certitudo eſt, quoniam ut dicit philoſophus 9. huius, intellectus circa primam operationem ſuam, aut totum, aut nihil apprehendit de rebus. Ad confirmationem, quæ erat ſecunda ratio, neganda eſt minor, quia ens non prædicatur de Deo & creaturis, de ſubſtantia & accidente ſecundum eandem rationem æqualiter participatam; quia hoc eſt prædicari vniuoce & quidditatiue.

Certitudo & dubietas ſpectant ad ſecũdam operationem intellectus. Tex. 22.

Et ſi quis diceret, S. Thomas 10. huius ait, ens & vnum ęqualiter prędicari de omnibus generibus: ergo ſecundum eandem rationem participatam. Reſpondetur, negando conſequentiam; quia ſenſus eſt, unum eodem modo prędicatur de ſubſtantia & accidente, ſicuti & ens: ſed ens prædicatur analogice: ergo & vnum. Ad aliam rationem de multiplicitate primi principij dicitur, quòd multiplicitas duobus modis poteſt intelligi in primo principio. Primo, quòd in eo non ſit multiplicitas ęquiuocationis: & hoc concedimus nos. Secundo, quòd in eo non ſit multiplicitas analogiæ, & hoc negamus; quia analogum ſufficit ad ſaluandam contradictionem & ad medium ſyllogiſticum: vnde non eſt inconueniens primum principium

Tex. 7. Sedatur contradictio apparens in dictis S. Tho.

C eſſe multiplex tali multiplicitate. Et ex hoc aliqui ex noſtris voluerunt Scotum non differre a S. Thoma, niſi in nomine, vt patet 1. ſent. vbi vult in ente ſaluare tantam vnitatem, quę ſufficiat pro medio ſyllogiſtico, vt extrema vnita in medio ſic vno, ſine fallacia ęquiuocationis concludantur inter ſe vnum. Sed (pace iſtorum dixerim) errant maxime, quia ſi verum eſt hoc, vnde tantus labor Scotiſtarum Auerroiſtarum Thomiſtarumque, erit forſan de nomine? abſit tantus error, cum videamus Scotum ex profeſſo arguere contra S. Thomam, propterea tenendum eſt, quòd non tam in voce, ſed etiam in re diſcrepant.

Primũ principium quomodo ẽ multiplex. q. 1. diſt. 3. Reprehendũtur quidam Thomiſtæ.

Ad quartam rationem neganda eſt conſequentia. Et ad probationem dicimus falſum eſſe ſubſtantiam non immutare intellectum noſtrum per propriam ſpeciem; quia non per ſpeciem accidentis, ſed per ſuam propriam intelligitur. Et ad motiuũ, quod adducunt de ſacramẽmento Euchariſtiæ, cum ſit theologicum, theologicè reſpondemus, ꝙ accidentia Euchariſtię, pnta quantitas & albedo, gerunt vicem ſubſtãtię, vnde agunt & patiuntur, ſicut ſubſtantię: hinc eſt, quòd nutriunt hominem, & ex eis generantur vermes: propterea ſubſtantia panis eſt illa,

Quãtitas in Euchariſtia gerit vicem ſubſtantiæ,

D quæ immutat intellectum noſtrum, & licet ſit abſens ſecundum ſeipſam, remanſit tamen accidens loco eius; propterea non eſt ſimile de ſenſu viſus reſpectu tenebrarum. Nec etiam iuuat dictum Ariſto. adductum pro eis ex 2. de anima; quia illud verificatur vbi eſt ſimpliciter abſentia obiecti, hoc eſt quando nec in ſe, nec in ſuo accidenti, quod non eſt ita de ſubſtantia panis, vt dictum eſt.

Tex. 70.

Ad quintam rationem dicimus, ꝙ licet ſignum diſtributiuum non poſsit diſtribui pro æquiuoco, cui adiungitur, poteſt tamen diſtribui pro analogo, vt perbelle notat Albertus Magnus 1. p. ſummæ ſuæ theologiæ, vbi ait, analogum confundi & diſtribui poteſt etiam ſigno vniuerſali diſtributiuo: hinc dicimus, quòd medicus loquitur de omni ſano, & metaphyſicus de omni ente.

Quæſt. 30.

Ad vltimam rationem dicimus, quòd vnum bifariam ſumitur: primo pro vniuoco: ſecundo pro analogo, & quòd ad vnitatem potentię & ſcientię requiritur vnitas obiecti, vel ſecundum vniuocationem analogicam vel vniuocam, vnde ſufficit, quòd ens ſit vnum ſecundum analogiam ad hoc, quòd conſtituat vnitatem ſcientiæ: ppea non oportet, vt ſit vnitas numerabilis ſubiecti, nec vnitas ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam, nec vnitas ſecundum genus vniuo-

Ens quomodo cõſtituit vnitatẽ ſciẽtiæ.

cum; ſed ſufficit vnitas analogiæ, vt dictum eſt, hanc opinionem Scoti eſſe falſam, eiuſq; ratio- A
nem nihil concludere oſtenſum eſt.

q.7.art.7. Sciendum eſt modo, quòd fuit alia opinio extrema, vt notat S. Thomas in diſputatis de
Opinio illorum qui voluerunt ens eſſe æquiuocum. potentia, quæ attribuitur Rabi Moyſi; hic enim voluit ens eſſe nomen æquiuocum ad decem
prædicamenta: & huius opinionis etiam videtur fuiſſe Porphyrius in prędicabilibus; quando
dixit (ſi quis omnia entia vocet æquiuoce nuncupabit (quamuis gloſet Scotus auctoritatem ip-
ſius Porphyrij dicens, quòd non loquitur ſecundum propriam intentionem: vel ſi locutus
fuerit ſecundum intentionem propriam, dicendum eſt quòd accepit ęquiuocum pro æquiuo-
co phyſico; quod ęquiuocum phyſicum poteſt eſſe vniuocum logicum & metaphyſicum. Et ſi
quis diceret, quòd cum Porphyrius fuerit logicus, logicè locutus eſt. Reſpondet Scotus, quòd
multa dicuntur in logica non logicè, ſicuti etiam in metaphyſica multa non metaphyſicè, vt pa
Tex.12. tet in 3. huius, vbi habetur, quòd in omni moto eſt materia, & tamen hoc conſiderare magis
Doctrina Scoti eſt cõtra bonos auctores. ſpectat ad phyſicum, quàm ad metaphyſicum. Sed falſiſſima eſt hæc reſponſio; quia Simpli-
cius, & Boetius aperte fatentur in lib. prædicamentorum Porphyrium fuiſſe iſtius opinionis
ens eſſe æquiuocum. Et pro hac opinione adducitur ratio talis à definitione ad definitũ: æqui- B
uoca ſunt, quorum nomen commune eſt, & ratio ſubſtantię eſt diuerſa; ſed ſic eſt, quòd decem
prædicamenta Deus, & creatura conueniunt in nomine entis, & differunt in ratione: igitur
ens eſt æquiuocum decem prædicamentis, Deo & creaturis: probatur minor, quia alia eſt ra-
tio ipſius Dei, & alia creaturarum, & alia eſt ratio ſubſtantiæ, & alia ipſorum accidentium.
Præterea inter contradictoria non datur medium, ſed æquiuocum & vniuocum ſunt contradi
ctoria: igitur non datur medium inter ipſa: modo ens non eſt vniuocum, quia hæc eſt opinio
Scoti impugnata ſuperius: igitur erit æquiuocum. Pro hac poſitione facit textus Ariſt. contra
Tex.13. Parmenidem & Meliſſum 1. phyſi. vbi habet principium eſſe notiſſimum, ens dici multiplici-
ter, & textus ſecundus huius quarti, ens dici multipliciter, vt ſanum de ſanis: non vniuoce;
ergo æquiuoce.

Pro declaratione iſtius opinionis eſt ſciendum, quòd omnes res mundi, aut coniunguntur
eodem nomine eademque ratione, vt homo & bos; quæ conueniunt in nomine & ratione ani-
malis, & ſic vocantur vniuoca; aut nec nomine, nec ratione conueniunt vt cælum terra, aqua,
Quæ ſunt diuerſiuoca & multiuoca. & ignis, & hęc talia philoſophi appellant diuerſiuoca: aut nuncupantur diuerſis nominibus, C
& conueniunt in definitione, vt tunica, & veſtimentum, & hæc multiuoca & ſynonyma dicun-
tur: aut nomine tantum conueniunt, & definitione differunt, vt homo verus, & homo pictus,
& hæc vocantur ęquiuoca.

Æquiuocũ duplex. Secundo eſt ſciendum, quòd æquiuocum dicitur duobus modis: aliud dicitur æquiuocum
à caſu; aliud à conſilio. Æquiuocum à caſu eſt quando vnum nomen imponitur duobus, ſicuti
Cęſar Imperator Ro. & Cęſar filius Caroli dicuntur æquiuoca à caſu, quia caſus fuit, vt vtri-
que imponeretur idem nomen. Æquiuocum à conſilio eſt quotieſcunque per voluntatem ho-
minum duabus rebus impoſitum eſt vnum nomen, ſicuti homo pictus, & homo verus, nomi-
nantur hoc nomine, homo; vnde dicitur ęquiuocum à conſilio.

Medium bifariam conſideratur. Sciendum eſt etiam, quòd medium comparatum vni extremorum tanquàm oppoſitum in-
duit rationem alterius extremi, vt patet 5. phyſi. ſicuti tepidum comparatum frigido ſimplici-
ter vocatur calidum, & comparatum calido ſimpliciter vocatur frigidum: quo pacto etiam S.
q.50.ar.1. Thomas 1. p. poſuit, quòd Angelus comparatus Deo, dicitur corporeus; comparatus autem
nobis, dicitur incorporeus; ſic etiam ens ſi comparabitur æquiuoco à caſu, dicitur vniuocum, D
ſi vero comparatur vniuoco, ſimpliciter, dicitur æquiuocum: vnde Ariſt. in prædicamentis
Æquiuoca definita ab Ariſt. cõprehendũt analoga. non definiuit pure ęquiuoca, quæ alio vocabulo dicuntur ęquiuoca à caſu, ſed definiuit æqui-
uoca in communi, quę comprehendunt etiam analoga, quæ alio vocabulo dicuntur ęqui-
uoca à conſilio: & ideo Doctores, quando vſi ſunt ente prout habet rationem vnius extre-
mi, aliquando uocauerunt illud ęquiuocum, ſicut fecit Porphyrius: aliquando uocauerunt
Tex.40. vniuocum, vt dixit Ariſt. 2. huius; vnumquodque maxime aliorum ipſum dicitur ſecundum
quod alijs ineſt vniuocatio, vbi probauit Deum eſſe cauſam entitatis & veritatis; quia cauſa
vniuoca entitatis & veritatis eſt maxime ens, & maxime verum; ſed Deus eſt cauſa vniuoca
entitatis & veritatis: ergo Deus eſt maxime ens & maxime verum: ecce quomodo philoſo-
phus appellauit ens vniuocum, quia non eſt ęquiuocum à caſu, ſed à conſilio: tunc dicimus
ad iſtos auctores, quòd ſi voluerunt ens eſſe ęquiuocum purum, decepti ſunt, vt fuit Rabi Moy
ſes, Porphyrius, Boetius, & Simplicius. Nec rationes eorum aliquid concludunt: & prima eſt
nullius momenti, quia Deus & creatura conueniunt in ente non ſecundum nomen tantum;
ſed etiam ſecundum rationem ſecundum quid eandem, & ſecundum quid diuerſam: ſic etiã
dico

A dico de ſubſtantia & accidentibus. Ad ſecundam etiam rationem dico, quòd inter æquiuo-
cum purum, quod eſt ęquiuocum à caſu, & vniuocum purum datur medium, quod dicitur
æquiuocum à conſilio.
Anctoritates adductę pro ipſis nihil faciunt: quia exponi poſſunt de multiplicitate analo-
giæ, vt dictum eſt contra Scotum. Si vero volumus reducere hos Doctores ad bonum ſenſum
dicimus, qnòd quando dixerunt ens eſſe ęquiuocum, intellexerunt de ęquiuoco à conſilio, vel Ens quomodo
intellexerunt ipſum analogum, quod cum ſit medium, induit rationem vtriuſque extremi: poteſt di-
propterea aliquando vocát vniuocum, vt Ariſto. fecit 2. huius, aliquando ęquiuocum, vt Por- ci ęquiuocũ. Tex. 3.
phyrius. Hæc de hac ſecunda poſitione dicta ſint; ſed nota quòd Alexander & Auerro. in lib.
hoc vocant analogum medium inter ęquiuocum & vniuocum.
Pro tertia poſitione, quam tenet S. Thomas. 1. p. & in diſputatis de potentia Dei, & 1. q.13.art.3.
lib. contra Gentiles, eſt notandum quòd ens dicitur multis modis. Primo dicitur ens, quod q. 7. art. 7.
eſt in prędicamento ſubſtantię. Secundo dicitur ens, qnod eſt in prædicamentis accidentium. c. 132.
Tertio dicitur ens, quod eſt via ad ſubſtantiam & ad accidentia, ſicut eſt genetatio, corruptio, Ens dicitur
B alijque motus. Quarto dicitur ens rationis, vt ſunt reſpectus, puta relatio identitatis alicuius multis mo-
ad ſeipſum, vel priuationes vel negationes, & omnia ſecundo intellecta: vt ſunt propoſitiones dis.
affirmatiuæ, vel negatiuæ, vniuerſales, vel particulares, ſyllogiſmi, demonſtrationes, quorum
munus eſt logicæ facultatis. Secundo eſt ſciendum, quòd conceptus eſt duplex, ſcilicet forma- Conceptus
lis & obiectiuus: conceptus formalis eſt actus intelligendi, vel verbum formatum de re per eſt duplex.
actum intelligendi: conceptus obiectiuus eſt res ipſa, quæ actu vel potentia intelligitur, vt di-
xit Auerroes 3. de anima, quòd intentiones intellectæ continuantur cum intentionibus ima- Commẽ. 18.
ginatis. Tertio eſt ſciendum, quòd analogia eſt triplex; vna ad ſubiectum: ſecundum quam Analogia eſt
omnia accidentia attribuuntur ſubſtantię. Secunda dicitur analogia ad vnum finem, quo pa- triplex.
cto omnia ſalubria attribuuntur ad ſanitatem, tanquàm ad finem. Tertia dicitur analogia ad
vnum efficiẽs, vt omnia medicamẽta attribuuntur vni, vt medicinæ, tanquàm efficienti. Hinc
etiam ſolet diſtingui analogia, quòd eſt duplex; quædam exclndens vnitatem genericam, quæ
analogia ſimpliciter dicitur, ſicut ens, principium, cauſæ, elementum, & alia nomina, de quibus
philoſophus tractat 5. huius. Alia dicitur analogia compatiens ſecum vnitatem genericam, Per totum.
C quæ reperitur inter ſpecies cuiuſcunque generis, inter quas eſt analogia ſecundum perfectio-
nem & imperfectionem; de qua S. Thomas tractans 1. ſenten. vocauit ipſam analogiam ſecun dist. 19. q. 5.
dum eſſe, non autem ſecundum intentionem, qnia eſt analogia ſecundum quid: & hoc pacto
prædicamenta omnia dicuntur multipliciter multiplicitate huius analogiæ.
Sciendum etiam, qnòd analogata ſunt in duplici differentia: quędam ſecundum determi- Analogata
natam habitudinem vnius ad alterum; quædam ſecundum proportionabilitatem, ſicuti ſub- ſunt in du-
ſtantia & accidens, hoc modo analogantur ſub ente; ſecundum vero proportionabilitatem di- plici differẽ-
cuntur analogari Deus & creatura ſub ipſo ente, quia eſt infinita diſtantia inter Deum & crea- tia.
turam; analogata ſecundum determinatam habitudinem ita ſe habent, quòd poſterius defini-
tur ſecundum nomen analogum per ſuum prius: accidens enim inquantum ens definitur per
ſubſtantiam; analogata vero ſecundum proportionalitatem non ita ſe habent, quòd poſterius
definiatur per ſuum prius: creatura enim inquantum ens non definitur per ipſum Deum: &
& hinc eſt, qnòd analogata primo modo habent nomen commune & rationem ſecundum il-
lud nomen ſecundum quid eandem, & ſecundum qnid diuerſam: analogata vero ſecundum
D proportionem habent nomen commune, & rationem ſecundum illud nomen aliquo pacto
eandem, aliquo pacto diuerſam; quia iſta non ſunt analogata ad ſubiectum, ſed ad efficiens:
quia Deus non eſt ſubiectum creaturarum, ſed auctor. Et ex ignorantia huius diſtinctionis de-
ceptus eſt Quidam neotericus, qui concedit creaturam quatenus eſt ens, neceſſario definien-
dam eſſe per Deum; quam doctrinam putat eſſe de mente S. Thomę de potentia Dei: & non q.7.art.7.
aduertit regulam illam, quòd primum analogatum ponitur in definitione aliorum analogato-
rum, tenet, vt docuit Caietanus de analogatis, ſecundum determinatam habitudinem vnius ad
alterum, vt eſt accidens & ſubſtantia, non autem de analogatis ſecundum proportionalitatem,
vt eſt Deus & creatura: vel tenet regula, vt docuit Silueſter in primo volumine conflati, de illo
analogato, quod eſt comprehenſibile & diffinibile in ordine ad alia diffinibilia: modo Deus
non eſt cõprehenſibilis à nobis, nec diffinibilis, vt teſtatur ipſemet Neotericus. Et ſic patet quo
modo verificantur diuerſa dicta S. Thomę in 1. p. & de potentia Dei loco citato. q.13.art.6.
Iſtis ſic ſtantibus pono tres concluſiones, quarum prima eſt. Ens dicitur de ſubſtantia & ac-
cidente analogice, ſecundum triplicem analogiam, puta ſubiecti, agentis, & finis.
Secunda concluſio eſt, Ens dicitur analogice de Deo & creaturis ſecundum duplicem ana-
logiam

logiam puta agentis & finis,& ſecundum quandam propotionalitatem. Tertia concluſio, Ens dicitur analogice de ente,quod eſt in re,& de ente, quod eſt in mente ſecundum analogiam proportionalitatis,non autem proportionis vel agentis proprie; ſed conſecutiue & ſecũdario. A

Tex.1. Tex.1. Commen.1. Prima concluſio probatur ſic:ſubſtantia eſt ens formaliter per Ariſto.7.huius & 12. cetera vero ſunt habitudines ad ens: igitur dicuntur per attributionem ad ipſam, quę eſt cauſa finalis, materialis,& efficiens ipſorum, vt declarat Auerroes in hoc 4. Secunda vero concluſio probatur etiam per rationem S.Thomę: quia omnis effectus non adæquatus virtuti cauſæ agẽtis, recipit ſimilitudinem agentis non ſecundum eandem rationem, ſed deficienter; vt patet per Ariſt.7.huius:ſed nulla eſt perfectio creatura,quę adæquet virtutem Dei,cum ſit infinita: ergo ſequitur, quòd nulla perfectio conuenit Deo ſecundum eandem rationem:cum igitur nomina, quæ attribuuntur Deo & creaturis, ſignificent aliquam perfectionem procedentem à Deo in creaturas: ergo ſequitur quòd nullum nomen dicitur de Deo & creaturis, ſecundum eandem rationem,ſed tantum proportionaliter: & ſic ens, quod eſt primum nomen, ex conſequenti concluſio eſt optima: Poteſt etiam probari rationibus factis contra Scotum vtraque concluſio. B

Tex.12. Nulla perfectio creaturę adæquat virtutem Dei.

Tertia etiam probatur,quia plus diſtat Deus & creatura, quàm ens reale,& ens rationis: ſed Deus & creatura analogantur ſub ente ſecundum analogiam proportionalitatis; ergo ens reale, & ens rationis eadem analogia analogantur ſub ente. Hæc concluſio etiam eſt ad mentem Ariſto.hic,vbi ponit conuenientiam inter primam philoſophiam,dialecticam,& ſophiſticam,inquiens,quòd verſantur circa idem, puta circa ens: ſed dialecticus non ſolum verſatur circa ens,quod eſt in re,ſed circa id,quod eſt in mente iuxta dictum Auicennę;quòd logica eſt de ſecundis intentionibus adiunctis primis: ergo diuina philoſophia vtrunq; contemplatur, alioquin huiuſmodi facultates non eſſent ęqualis ambitus;& ſic habetur, quòd ens analogice dicitur de eo,quod eſt in re, & de eo,quod eſt in mente.

Tex.5.

Sed contra ſecundam concluſionem potuiſſet quis arguere ſic, Menſura eſt homogenea menſurato, vt habetur 10.huius: ſed Deus eſt prima menſura omnium creaturarum, vt etiam ibi habetur ab Auerro.igitur Deus eſt homogeneus creaturis;& ita aliquid vniuoce de eo & creaturis dici poteſt,& ſic ens non dicitur analogice. Sed hæc obiectio facile ſoluitur dicendo, quòd eſt duplex menſura, alia proportionata menſuratis, & hæc eſt eiuſdem generis cum eis; altera vero improportionata, & per virtualem continentiam; & hæc eſt Deus, quæ non dicitur menſura homogenea,niſi capiendo genus pro ordine ſubſtantiarum. Sed contra, quia omne æquiuocum reducitur ad vniuocum,ſicut multa ad vnum:nã ſi hoc nomen,Canis,æquiuoce dicitur de latrabili,& marino:oportet vt de aliquibus vniuoce dicatur, ſcilicet de omnibus latrabilibus,aliter eſſet procedere in infinitum:ſed inueniuntur quædam agentia vniuoca, quæ conueniunt cum ſuis effectibus in nomine & definitione; vt homo generat hominem: quędam vero agentia ęquiuoca, ſicut ſol cauſat calidum, cum tamen ipſe non ſit calidus, niſi ęquiuoce; videtur igitur, quòd primum agens, ad quod omnia agentia reducuntur, ſit agens vniuocum:& ſic prima concluſio,in qua aſſeritur ens analogice dici,eſt falſa. Hoc argumentum multipliciter ſolui poteſt. Primo dicendo,quòd ſufficit, vt ſit agens analogum. Secundo poteſt ſolui dicendo, quòd licet in prædicationibus oporteat ęquiuoca ad vniuocum reduci: tamen in actionibus agens non vniuocum eſt cauſa vniuerſalis totius ſpeciei, vt ſol eſt cauſa generationis omnium hominum: agens vero vniuocum non eſt cauſa agens vniuerſalis totius ſpeciei, alioquin eſſet cauſa ſui ipſius,cum contineatur ſub ſpecie:ſed cauſa particularis reſpectu huius indiuidui, quod in participatione ſpeciei conſtituit: cauſa igitur vniuerſalis totius ſpeciei non eſt agens vniuocum: cauſa vniuerſalis eſt prior particulari: hoc autem agens vniuerſale licet non ſit vniuocum,non tamen eſt omnino ęquiuocum, quia ſic non faceret ſibi ſimile;ſed dicitur agens analogicum,vt dictum eſt in prima reſponſione. Poteſt etiam tertio dici,quòd omne æquiuocum reducitur ad vniuocum reducendo ſuperiora ad inferius: quia agẽs vniuerſale,quod eſt æquiuocum,modificatur in agente particulari,quod agens particulare vniuoce conuenit cum eo,quod producitur. C D

Tex.7. Menſura eſt duplex.

Differentia inter agens vniuocũ & nõ vniuocũ.

Tertio dubitatur,quia primum analogatum ponitur in definitione aliorum analogatorum: ſed Deus non ponitur in definitione creaturarum; ergo Deus non conuenit analogice cum creaturis. Soluitur facile hoc argumentum:quòd concludit ſecundum analogiam ſubiecti,nõ autem ſecundũ analogiam agentis & finis. Et caue ne dicas Deum poni in definitione creaturarum,vt docuit Quidam. Contra ſecundam concluſionem eſt difficultas: quia iſta propoſitio eſt vera:ſubſtantia eſt prius ens,& perfectius accidente: ergo vel ibi ſumitur ens pro ſubſtantia,aut pro accidenti,aut pro ente in communi ſub ratione tertia per ſufficientem diuiſionem

A nem: ſi dicis, quòd ſumitur pro ſubſtantia; hoc eſt inconueniens, quia tunc erit ſenſus, quòd ſubſtãtia eſt prius ſubſtantia, quàm accidẽs ſit ſubſtantia: ſi vero ſumitur pro accidente, adhuc eſt magis inconueniens, quia tunc erit ſenſus, ſubſtantia prius erit accidens, quàm accidens; quod eſt impoſſibile: ſi capiatur tertio modo habetur propoſitum, quòd ens dicit rationem communem, quæ nec eſt ratio ſubſtantiæ, nec accidentis, ſed erit conceptus obiectalis vniuocus. Ad hoc dicitur, quòd iſta propoſitio conceditur, ſubſtantia eſt prius ens & perfectius accidente; & quando arguitur, aut ibi ſumitur ens pro ſubſtantia, aut pro accidente, aut pro communi, dico, quòd ſumitur pro ſubſtantia, ſed non propter hoc erit ſenſus, quòd ſubſtantia ſit prius ſubſtantia, quàm accidens ſit ſubſtantia; ſed erit ſenſus, quòd ſubſtantia ſit prius ſubſtantia, quàm accidens ſit accidens; quia ſicut prior eſt ſubſtantia ipſo accidente natura, tempore, & definitione, vt patet 7. huius, ſic etiam ſubſtantia eſt nobilius ens, quàm accidens, quia ſubſtantia in eſſendo ſubſtantia non dependet ab accidente, ſed accidens in eſſendo accidens, dependet à ſubſtantia. Poteſt etiam dici, quòd capitur tertio modo ens, prout dicit conceptũ analogicum determinatæ proportionis, non autem vniuocum.

Subſtantia eſt prius ens & perfectius accidente.

Tex. 40.

B Sed arguitur ſecundo, quia quod prædicatur de ſubſtantia & accidẽte, & non per rationem ſubſtantiæ & accidentis, oportet vt prædicetur de eis per rationem communem ſimplicem, vel per nullam rationem: hæc eſt manifeſtà per ſufficientem diuiſionem; ſed non poſſumus dicere, quòd per nullam rationem prædicetur, vt de ſe patet: ergo prædicabitur per aliam rationem, & non prædicatur de accidente per rationem ſubſtantiæ, nec prædicabitur de ſubſtantia per rationem accidentis; vt dicatur ſubſtantia eſt ens per rationem accidentis; ergo prædicabitur per rationem communem & ſimplicem diſtinctam à rationibus eorum; & hæc ratio communis erit vniuoca. Ad hoc dicitur primo, quòd diuiſio non eſt ſufficiens; quia oportet addi, nec per rationem vtriuſque; quia ens prædicatur de ſubſtantia per rationem ſubſtantiæ, & de accidente per rationem accidentis; vnde dicere, Sortes eſt ens, non eſt aliud dicere, quàm Sortes eſt ſubſtantia; & dicere, album eſt ens, nil aliud eſt dicere, niſi quòd album eſt accidens.

Et ſi quis diceret, quòd ſi eadem eſt ratio ſubſtãtiæ & entis, itaquòd idem eſt eſſe ſubſtantia & ens; tunc quicquid debetur ſubſtantiæ ſecundum quòd ſubſtantia eſt, debetur enti ſecun-
C dum quòd ens; ſed hoc eſt falſum, quia ſubſtantiæ debetur non eſſe in ſubiecto, & tamen hoc non debetur enti ſecundum quod ens, quia tunc deberetur accidenti. Sed ſoluitur hoc, dicendo quòd quicquid debetur ſubſtantię ſecundum formam eius, debetur ei ſecundum quòd eſt ens, vt non eſſe in ſubiecto debetur ſubſtantiæ ſecundum quòd eſt ens: & quando arguis, ergo debetur accidenti, neganda eſt conſequentia, quia reduplicatio non infert vniuerſalitatem, niſi tantum in terminis vniuocis; vnde dicendo, latrabile ſecundum quòd canis natus eſt currere, currit; ergo ſtella currit: non valet iſta conſequentia; quia iſta reduplicatio non infert vniuerſalitatem, niſi in vniuocis, puta in latrabili: & ſic eſt in hoc argumento; ſi ſubſtantię debetur non eſſe in ſubiecto, ſecundum quòd ens, non infert: ergo omni enti, quia ens non eſt vniuocum ad ſubſtantiam & accidens, vt dictum eſt. Poteſt etiam & ſecundo dici, quòd ens pręd icatur de ſubſtantia & accidente ſecundum rationem analogam, non autem vniuocam.

Reduplicatio quando ĩfert vniuerſalitatem.

D Tertio dubitatur, quia tota multitudo entium poteſt concipi vno conceptu, nam poſſum formare vnam propoſitionem, ſcilicet quòd tota multitudo entium eſt extra nihil, vel ergo vno conceptu concipio iſtam propoſitionem, vel pluribus, & hoc quoad totam multitudinem, itaquòd tota multitudo entium concipiatur uno cõceptu, vel diuerſis: ſi primo modo habetur propoſitum, quòd vnus eſt conceptus entis omnium entium: ſi diuerſis, ergo infinitis conceptibus, quia infinita eſt multitudo entium, ſed hoc eſt falſum, ergo &c. Ad hoc dicitur, quòd iſta propoſitio, tota multitudo entiũ eſt extra nihil, non eſt vna, ſed plures; itaquòd ſenſus eſt, ſubſtantia eſt extra nihil; quantitas eſt extra nihil, & ſic de alijs; & cum dicitur, quòd quando formatur propoſitio, ſubiectum debet concipi vno conceptu: dico, quòd ex hoc argumento; poſſet probari, quòd canis eſt vniuocum, quia eſt extra nihil; ergo debet concipi vno conceptu ſimplici, quod eſt falſum; ita dico de ente, quod pluribus conceptibus concipitur, vel dicendũ, quòd concipitur vno conceptu analogo ad vnum.

Tota multitudo entium eſt extra nihil nõ eſt propoſitio vna, ſed plures.

Contra tertiam concluſionem poſſet quis arguere, quòd nullus terminus analogus vere dicitur de aliquo, niſi ratio per terminum ſignificata in eo reperiatur; ſed ratio ſignificata per ens non ſaluatur in ente rationis; ergo ens non eſt analogum enti in re, & enti in mente: probatur minor, quia ratio ſignificata per ens eſt hoc diſiunctum, ſubſtãtia, vel accidens; ſed hoc diſiunctum non ſaluatur in ente rationis, alioquin ens rationis aut eſſet in prædicamẽto, aut eſſet no-

bilius

Ens dicitur analogice de ente in re & de ente in mente.

bilius aliquo, quod eſt in prędicamento, ſicut dicitur in ſubſtantia, quæ eſt prima cauſa quæ A tranſcendit omnes genus. Sed auctor iſtius rationis decipitur in probatione minoris, quandoquidem ens dictum analogice de ente in re, & de ente in mente, non eſt illud ens, quod eſt in prædicamento, vt dictum eſt in primo notabili iſtius tertię opinionis. Arguit ſecundo, quòd inter analogata eſt aliqua ſimilitudo & conuenientia vnius ad alterum; ſed entis rationis ad ens reale nulla eſt ſimilitudo & conuenientia: igitur ens non dicitur analogice de ente in mente, & de ente in re. Arguit & tertio, nulli contento ſub analogia entis, repugnat exiſtentia, quia ens eſt id, cui conuenit eſſe; ſed enti rationis repugnat exiſtentia; ergo nihil eſt commune enti rationis & enti reali. Sed hæ rationes, & aliæ ſimiles concludunt pro prima & ſecunda concluſione; ſed non pro analogia tertiæ concluſionis, vt patet ex dictis: nec me latet aliquos Thomiſtas oppoſitum illius concluſionis ſubſtinere, ſed antiquum eſt adagium; amicus Sortes, amicus Plato, magis amica veritas. Et de hac veritate ſic inueſtigata ſit laus Deo, Beatę Mariæ, & S. Thomæ de Aquino.

B

Quadam enim quoniam ſubſtantiæ entia dicuntur, quoniam paſsiones ſubſtantiæ, quadam quoniam via, &c. Tex. 2.

Vtrum negatio habeat diſtinctam formalitatem ab affirmatione, cui opponitur.

Dilucidatio ſecunda.

Formalitas quæ ſit ſecũdũ aliquos.

RESPONDENT Aliqui proponendo quædam fundamenta cum duabus concluſionibus: primum, quod proponunt eſt definitio ipſius formalitatis, dicentes, quòd formalitas eſt ratio obiectalis in re apprehenſa ab intellectu ex natura rei, quam non oportet ſemper mouere intellectum, dummodò actus intellectus poſſit terminare, & hoc dicunt, quia licet aliquid poſſit terminare actum intellectus, non tamen ſemper mouet ipſum intellectum ad C ſui cognitionem, ſicut dicit Scotus 1. ſententiarum, quòd relationes non

dist. 3.

mouent intellectum ratione dependentię, quia non ſunt aliquid abſolutum, & tamen terminant actum intellectus; ſimiliter proprietates indiuiduales ex eo, quòd non habent rationem quid; non mouent intellectum, & tamen terminant eius actum, negationes quoque terminant intellectum, & non mouent ipſum, quatenus non ſunt entia. Vnde tria requirunt ad hoc, vt aliquid moueat intellectum. Primum quòd ſit ens: ſecundum quòd ſit abſolutum: tertium quòd habeat rationem quidditatis vel eſſentiæ: propter primum remouentur negationes: propter ſecundum remouentur relationes: propter tertium remouetur omnis proprietas hypoſtatica vel perſonalis in diuinis, & proprietates indiuiſibiles; quæ omnia licet actum intellectus terminent, non tamen mouent ipſum.

Mouent intellectũ quæ requirit.

Et ex iſtis deducunt iſtam maximam propoſitionem. Omnia illa, quæ poſſunt diſtincte concipi per intellectum, habent diſtinctas formalitates ex natura rei. Et ſi quis argueret contrà D id, quod dictum eſt in deſcriptione, ſcilicet quòd aliquid poteſt terminare actum intellectus, non tamen poteſt ipſum mouere; quia viſus mouetur à relatione, de qua dictum eſt, quòd non poteſt mouere intellectum; videmus enim ad ſenſum, quòd ex alio & alio ordine obiectorum fit alia & alia viſio, quod non eſſet, niſi ille ordo moueret viſum; ſed ordo eſt relatio: ſi igitur poterit mouere viſum; à fortiori poterit mouere & intellectum, cum ſit ſpiritualior potentia. Præterea vſus potentię, & actus rationis eſt vna ratio obiectalis & vnius rationis; ſed omnis actus intellectus ſunt vnius potentiæ, & ſunt actus vnius rationis in ratione talis actus: ergo eorum eſt vna ratio in obiecto; ſed hoc non poteſt eſſe ratio terminatiua diſtincta à motiua, quia ſic eſſent aliæ & aliæ rationes obiectales: ergo illæ rationes non ſunt diſtinctæ; & ſic ſi eſt obiectum terminans intellectum, eſt etiam mouens ipſum. Tertio ſi ratio terminandi ſufficit ad obiectum intellectus; ergo vbi aliquid terminabit actum intellectus ex natura rei, illud erit obiectum reale intellectus; ſed ſecũdo intellecta terminant actum intellectus, & tamen nullus diceret, quòd ſunt obiectum reale intellectus, ergo &c.

Ordo & relatio non eſt obiectum alicuius potentiæ.

Reſpondẽt ipſi, quòd ille ordo non mouet uiſum, ſed extrema illius ordinis, quæ habent rationem abſoluti, licet ille ordo ſit quędam ratio connexa, & ſine qua non; unde ordo ille, cum non

A non ſit obiectum proprium nec commune ipſius ſenſus; non ſolum non mouet ſenſum, ſed nec etiam terminat; vnde cognitio eius pertinet ad altiorem potentiam, quæcunque ſit illa, ſiue ſenſus communis, ſiue intellectus; vel dato quòd ille ordo aliquo modo percipiatur à ſenſu; negant ex hoc ſequi, quòd moueat ſenſum, ſed ſufficit, quòd terminet actum eius. Et ex iſtis volunt habere ſolutionem primę difficultatis. Ad ſecundam difficultatem dicunt, quòd ratione obiecti non eſt præciſe mouere; ſed accidit ei ſicut patet in potentia nutritiua & augmentatiua, & in alijs potentijs mere actiuis, quæ habent obiectum non motiuum potentię, ſed tantum terminatiuum actus eius: cum ergo in omni obiecto ſit ratio terminatiua, ſequitur quòd obiectum, vt obiectum, habet rationem terminandi, non mouendi; hoc enim ſignificat nomen obiecti, nam obiectum eſt illud, quod obijcitur potentiæ, & circa ipſum terminatur actus illius potentię. Ad tertiam difficultatem, quæ erat de ſecundo intellectis, dicunt quòd ſecundæ intentiones non terminant ex natura rei, nam ipſæ fabricantur per actum intellectus negociantis; propterea dictum eſt in definitione formalitatis, quòd formalitas eſt ratio obiectalis; ideſt reperta in re ex natura rei, & apprehenſa ab intellectu; modo ſecundæ intentiones
B non reperiuntur in re ex natura rei: ideo nihil concludit difficultas tertia.

Obiectũ potentiæ quid eſt.

Secundum, quod ſupponunt, in hoc quæſito, eſt hoc, quòd diſtinctio formalis ſiue per formalitates importat non identitatem aliquorum, quorum vnum excludit aliud à ſuo conceptu formali in primo modo dicēdi per ſe, vt omne illud dicitur diſtingui ab alio formaliter, quod non eſt idem ſibi in primo modo dicendi per ſe.

Tertium, quod ſupponunt eſt, quòd negatio comparatur ad duas affirmatiuas, quarum vna includit & ſupponit, alia vero deſtruit & excludit, v.g. iſta propoſitio negatiua, homo non eſt aſinus, recipit iſtam affirmatiuam, homo eſt aſinus, & iſtam aliam, homo eſt homo, primam deſtruit, ſicut patet, ſed ſecundam ſupponit, & includit virtualiter in ſuo ſubiecto: nam pro tanto iſta eſt uera, homo non eſt aſinus, pro quanto homo eſt homo; negatio autem diſtinguitur & plurificatur ſecundum diſtinctionem & plurificationem affirmationis, quam deſtruit, & ſic eſt una unius, ut habetur 1. perhier. c. illo. (vni affirmationi vna negatio opponitur) ſed non ſecundum affirmationem, quam includit, diſtinguitur & plurificatur, immo vnius affirmationis ſunt plures negationes, ſicuti iſtius, homo eſt homo, ſunt illę negatiuæ, homo non eſt
C aſinus, homo non eſt lapis, & ſic de alijs quibuſcunque, in quibus negatur aliquid vere de homine.

Quare iſta ꝓpoſitio eſt vera homo non eſt aſinus.

Iſtis ſic præſuppoſitis, ponunt duas concluſiones, quarum prima eſt; Negatio non habet diſtinctam formalitatem ab affirmatione, quam includit & ſupponit; quam concluſionem ſic probant, quod non habet diſtinctam conceptibilitatem ex natura rei à conceptibilitate alterius, non habet diſtinctam formalitatem à formalitate illius; ſed negatio eſt huiuſmodi reſpectu affirmationis, quam includit & ſupponit: ergo concluſio vera: maior patet ex pręcedentibus: minor probatur, quia nihil eſt diſtincte conceptibile ab eo, quod includit in ratione ſua intrinſeca; ſed negatio includit in ratione ſua affirmationem, quam ſupponit; nam de ratione negationis eſt nõ tantum prædicatum negatum, ſed etiam ſubiectum, quod eſt virtualiter ipſa affirmatio ſuppoſita; ergo &c. Et cõfirmatur quia impoſſibile eſt intelligere negatiuã hanc, homo non eſt aſinus, niſi intelligatur; homo, qui ſubijcitur in illa propoſitione negatiua: ſed intelligendo hominem, intelligitur virtualiter; quòd homo eſt homo: ergo illa negatio nõ poteſt intelligi ſine illa affirmatiua, quam ſupponit: & hanc inſtantiam magnifaciunt contra Thomi-
D ſtas in quęſtione illa, vtrum ens & vnum ſignificent eandem naturam.

Ratio apparens contra Thomiſtas.

Secundam concluſionem proponunt, quæ eſt iſta; Negatio non habet diſtinctam formalitatem ab affirmatione, quam deſtruit & excludit; & hanc ita probant; illa, quorum vnum dicit perfectionem ſimpliciter, & aliud imperfectionem ex natura rei, habent diſtinctas conceptibilitates & formalitates; ſed in Deo, non eſſe aſinum, dicit perfectionem ſimpliciter, & ſua affirmatio, quam excludit, dicit imperfectionem ex natura rei, ſcilicet Deum eſſe aſinum, & hoc ex natura rei, ſicut patet: ergo negatio & affirmatio habent diſtinctas formalitates; ſimiliter poteſt poni exemplum in creaturis; nam iſta negatiua, homo non eſt aſinus, dicit perfectionem in homine: affirmatiua autem oppoſita dicit imperfectionem, ſcilicet homo eſt aſinus. Præterea illud, quod non eſt idem alteri in primo modo dicendi per ſe, diſtinguitur ab eo formaliter, & per conſequens habet diſtinctam formalitatem; ſed negatio eſt huiuſmodi reſpectu affirmationis, quam excludit: ergo negatio habet diſtinctam formalitatem ab affirmatione; quam deſtruit & excludit: maior patet ex pręcedentibus: minor etiam patet, quia nulla negatio includitur in conceptu affirmationis, nec eſt ſibi idem in primo modo.

Sed hæc poſitio errat in multis, & primo quia cum formalitas multis modis ſumi poſſit, nõ

Formalitas è multiplex. diſtinxerũt de qua formalitate loquantur: igitur errauerunt & in æquiuocatione morati ſunt. A
Poteſt enim ſumi vno modo formalitas cõmuniſſime, vt formalitas rei denominetur à forma, ſicut materialitas à materia,& ſic quemadmodum vnius rei eſt vna forma ſecundum rei veritatem;ita vnius rei eſt vna tantum formalitas. Secundo poteſt ſumi communiter, vt formalitas rei ſit modus,quo res eſt, & ſic dicimus, quòd album & albedo dicunt plures formalitates, & vniuerſaliter abſtractum & concretum. Tertio poteſt ſumi proprie pro conceptione intellectus,ſiue pro ratione, quam ſignificat nomen, quæ immediate fundatur in re extra animam, ſiue ſit perfecte repręſentans rem extra animam, ſiue imperfecte. Poteſt vlterius accipi pro ſpecie intelligibili repræſentante obiectum cognitum, quæ apud Theologos dicitur ſpecies impreſſa, Adhuc pro verbo,quod format intellectus de re intellecta per ſpeciem repręſentatiuam obiecti,& hęc dicitur ſpecies expreſſa. Vltimo poteſt accipi pro ipſa intellectione, qua
Senſus quęſiti eſt varius. intellectus formaliter intelligit: de omnibus iſtis poterit eſſe quæſtio, vtrum priuatio habeat propriam formalitatem deſumptam à ſua forma, vel modum eſſendi rationem obiectalem exiſtentem in re ex natura rei, vel ſpeciem impreſſam,aut expreſſam,aut intellectionem: cum ergo ipſi non explicauerint titulum iſtius quæſiti,patet quòd laborauerunt in æquiuoco. B

Errauerunt etiam & ſecundo circa negationem,quam non diſtinxerunt,cum triplex ſit, ſcilicet
Negatio eſt triplex. negatio negans;negatio priuans;& negatio infinitans. Negatio negans negat totum,quod affirmatio affirmat, nec reſpicit determinatum ſubiectum in genere,ſiue extra genus; ſed cuilibet ſubiecto addi poteſt, vt homo non currit,liber non eſt tabula,&c. Negatio priuans determinat ſibi ſubiectum, ſicut cęcitas,& ſurditas, quę determinat ſibi proprium ſubiectum: non enim ſurditas eſt in oculis,ſed in auribus,neque cęcitas in auribus,ſed in oculis. Negatio vero infinitans negat qualitatem determinatam ſiue actu ſpeciali, & relinquit ſubſtantiam, ſiue eſſe in communi, vt patet 1.perhier. defecerunt igitur & in hoc,non diſtinguendo hanc triplicem negationem.

Defecerunt & tertio in deſcriptione formalitatis,quia ſtantibus conditionibus,quas dicunt eſſe neceſſarias ad obiectum, vt ſit motiuum; ſequeretur quòd materia prima per ſe poſſet mouere intellectum, quia eſt ens abſolutum,& per modum quidditatis & eſſentię, quod eſt contra ipſos,qui hoc non concederent: materia enim eſt ens abſolutum & ſeparabile ab omni forma, vt tenent ipſi, & ſic per ſe intellectum mouere poſſet, ſtante definitione ipſius formalitatis. C

Defecerunt & quarto circa illud, quod dicunt, quòd aliquid poteſt terminare actum intellectus,& non mouere ipſum: hoc enim eſt falſum,quia intellectus poſsibilis, vt tenet Ariſt.
Tex.17. 3.de anima, eſt pura potentia paſſiua; vnde nullam aliam naturam habet, niſi quia poſsibilis vocatur,ſed potentia paſſiua mouetur ab illo,cui attribuitur,ſicut potentia actiua mouet illud,
Tex.17. cui attribuitur, tenet philoſophus 5.huius, quòd potentia paſſiua eſt principium tranſmutandi ab altero inquantum ab altero, ſicut potentia actiua eſt principium tranſmutandi alterum inquantum alterum: cum ergo intellectus poſſibilis comparetur ad relationes, negationes,& priuationes, vt eſt potentia paſsiua: igitur mouetur ab iſtis, & ſi non per ſe, ſaltem per accidẽs,
Tex.2. quia contrarium cognoſcitur per alterum contrarium, vt 3.de anima habetur, nam rectum eſt iudex ſui obliqui,& negatio cognoſcitur per affirmationem.

Et ex iſtis etiam habetur falſas eſſe reſponſiones traditas ad illas tres difficultates, & præcipue ad primam, quòd extrema illius ordinis non tantum mouent viſum,ſed etiam ille met ordo,qui eſt relatio: quoniam habemus in theologia diuinas relationes diſtingui realiter, puta paternitatem & filiationem; & tamen vna non poteſt concipi ſine altera. Sic etiam ſi vnum extremum ordinis non poteſt concipi ſine altero extremo; ſequitur quòd ne dum abſolutum, ſed etiam relatio ipſa mouet. Reſponſio etiam data ad tertiam difficultatem eſt expreſſe con- D
Cap.3. tra Auicennam tenentem 1. ſuæ metaphyſi. ſecundo intellecta habere fundamentum in rebus, & tamen ipſi tenent oppoſitum; quòd ſecundę intentiones fabricantur tantummodo per actum intellectus.

Diſtinctio ſecundum formalitatem. Defecerunt etiam in ſecundo ſuppoſito, quia videtur, quòd diſtinctio ſecundum formalitatem non ſit non identitas aliquorum in primo modo dicendi per ſe; quia ſicut oppoſitum in oppoſito, ita propoſitum in propoſito; ſicut ergo diſtinctio ſecundum formalitatem eſt non identitas aliquorum in primo modo dicendi per ſe, ita illa, quæ ſunt eadem primo modo dicendi per ſe, habent eandem formalitatem; quod eſt falſum, & contra ipſos; quia homo & animal diſtinguuntur.

Defecerunt etiam in tertio ſuppoſito, quod licet verificetur in negatione vera, non tamen verificari poteſt in negatione falſa, vt homo non eſt animal; hęc enim non poteſt comparari

ad duas

A ad duas affirmatiuas, quarum vnam deſtruat, & aliam ſupponat, quia non ſupponit iſtam, ho-
mo eſt animal, nec iſtam, homo eſt homo: qnia de quo prædicatur ſuperius, prædicatur & infe
rius in eſſentialiter ordinatis, & ſic neutram prçſupponit, ſed excludit eas.

Contra primam concluſionem etiam argumentatur, quia eſt expreſſe contra Ariſt. 1. per-
hier. vbi abſolute loquens de affirmatione & negatione dicit, quòd affirmatio eſt enunciatio
alicuius de aliquo; & negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo: ergo omnis negatio habet di-
ſtinctam formalitatẽ ab omni affirmatione, quia quæ diſtinguuntur definitione, diſtinguuntur
formalitate; ſed affirmatio & negatio vniuerſaliter diſtinguuntur definitione: igitur diſtinguũ-
tur formalitate. Præterea arguitur contra ſecundam concluſionem, quærendo quõ negatio di-
cat formalem diſtinctionem, vel formalitatem diſtinctam ab affirmatione, quam excludit: vn-
de accipiatur non homo; ſi dicit formalitatem diſtinctam ab homine, cum ſecundum ipſos
omnis formalitas ſit poſitiua: ſequitur quòd ſi negatio habet diſtinctam formalitatem ab af-
firmatione, quam excludit, erit medium per abnegationem inter hominem & non hominem;
ſed hoc eſt contra primam dignitatem, nec contingit ſimul eſſe vel non eſſe: conſequentia pa-
B tet, quia dicit, quòd non homo habet formalitatem diſtinctam ab homine, & formalitas eſt ali-
quid poſitiuum; modo illud poſitiuum non poteſt eſſe non homo, quia tunc non homo eſſet Formalitas
ens poſitiuum, & non eſſet contradictorium homini; ſimiliter non poteſt eſſe homo, quia for- eſt quid poſi
malitas contradictorij alicuius non poteſt eſſe illud, cuius eſt contradictorium: & ſic formali- tiuum.
tas erit aliquid poſitiuum, quod nec eſt homo, nec non homo, & ſic etiam medium per abne-
gationem contradictoriorum, quę eſt contra primam veritatem; quæ eſt primum principium:
quia contradictio eſt oppoſitio ſecundum ſe, cuius non eſt dare medium: vnde licet aliqua op Cõtradictio
poſitio immediata non habeat medium, non tamen hoc eſt ſecundum ſe, quia nulli oppoſitio- quæ ſit.
ni hoc debetur ſecundum ſe, niſi contradictorijs, & ſic illi formalitati, quæ eſt aliquid poſiti-
uum, correſpondet aliquid in re, vel eſſet figmentum. Argumentatur etiam generaliter cõn-
tra concluſiones poſitas, quia ſunt inſufficientes: nam licet de negationibus complexis ſuffi- Reprehendũ
ciant; de ſimplicibus tamen nihil dicunt: & exempla quoque poſita in eis ſunt indigna hac ma tur exempla
teria; ponunt enim in Deo non eſſe aſinum, dicere perfectionẽ ſimpliciter, & ſua affirmatio, neotericoꝛ-
quam excludit, dicit imperfectionem, ſcilicet Deum eſſe aſinum: hęc enim ſunt excludenda ab rum.
C ore fidelium Chriſtianorum, & etiam philoſophorum gentilium.

Idcirco relinquendi ſunt iſti cum ſuis formalitatibus, à quibus formaliſtæ appellati ſunt, &
eſt dilucidanda veritas ipſa paucis verbis; quia ſcientia conſiſtit in paucis, & hanc veritatem Dilucidatio
ponit S. Thomas 1. p. vbi habet; illud, quod primo cadit in intellectu, eſt ens, ſecũdo quòd hoc quæſiti.
ens non eſt illud ens, & ſic ſecundo apprehendimus diuiſionem, tertio vnum, quarto multitu- q. 11. art. 2.
dinem. Item eodem libro quærens, an ingenitum ſit proprium patri, inquit, priuatio cogno- q. 33. art. 4.
ſcitur per ſuum habitum, & negatio per affirmationem: vnde tribus modis intellectus poteſt
intelligere negationem & priuationem. Primo apprehendendo quid nominis ipſius nega- Negatio qui
tionis & priuationis, quam notitiam habet intellectus per ipſam affirmationem, quia enim co bus modis I-
gnoſcit, quòd affirmare eſt vnum alteri attribuere, ideo ex hoc intelligit, ꝙ negare eſt vnum telligitur.
ab altero remouere, dicendo hoc non eſt illud. Secundo quia cognoſcit aliquod prędicatum
vere negari de aliquo ſubiecto, puta quòd homo non eſt lapis, & hanc notitiam habet intelle-
ctus per ſpeciem ſubiecti & prędicati, quod patet quia nihil plus requiritur ad formandam
propoſitionem; qui enim cognoſcit ſignificatum hominis, & ſignificatum lapidis cognoſcit
D vnum alteri repugnare, & ideo nullo alio requiſito poteſt formare hanc propoſitionem, homo
non eſt lapis, cuius negatiuæ veritas cognoſcitur per veritatem huius affirmatiuæ, homo eſt
homo. Tertio intellectus poteſt intelligere negationem & priuationem, quia apprehendit
formale ſignificatum nominis infiniti, ſiue negationem termini incomplexi; & hanc notitiam
habet intellectus per ſpeciem eius, cui adiungitur negatio: intellectus enim habens tantum
ſpeciem hominis cognoſcit primo per eam quid ſit homo, & poſtea per eandem remouet ſi-
gnificatum hominis abſolute non magis ab hoc, quàm ab illo; itaquòd hoc ſignificatum ſic ne
gatum non magis applicat ligno, quàm lapidi, & hunc conceptum ita confuſum ſcilicet ſigni
ficati hominis abſolute negati exprimit per hoc nomen, non homo, nec ad ponendam nega-
tionem circa ſignificatum hominis requiritur aliqua alia ſpecies præter ſpeciem hominis, ſi
autem huiuſmodi negationem ponat non abſolute, ſed tantum circa illud ſubiectum, cui nata
eſt ineſſe affirmatio oppoſita, ſicut ponit in actu priuationem, & in eſſe cognito: patet igitur, Intellectus
quòd intellectus per ſpeciem habitus cognoſcit negationem & priuationem, & etiam quomo- per ſpeciem
do illud ſit, quia non eſt per hoc, quòd ſpecies repręſentent negationes & priuationes; ſed hoc habit⁹ cogno-
fit per quendam diſcurſum, nam ex hoc, quòd cognoſco hominem eſſe ens, infero quòd non ſcit priuatio
nem.

eſt non ens,& quòd non eſt lapis,nec lignum; & hoc dico quantum ad negationem;quæ eſt in A
complexione;quantum vero ad negationem termini incomplexi conſtat;quòd oportet intellectum formantem hanc propoſitionẽ,ens non eſt nõ ens,prius habere notitiam ſubiecti & prædicati,quàm formet propoſitionem,& ideo conceptum non entis format per ſpeciem entis.

Formalitas eſt conditio qua aliquid denominat tale.

Ex iſtis patet, quid ſit formalitas, cum multis modis ſumpta ſit ſuperius, poteſt etiam & alia deſcriptio dari de formalitate dicendo, quòd formalitas eſt condictio quædam, qua aliquid denominatur formaliter tale; vt albedo eſt, qua homo formaliter denominatur albus; & nigredo, qua denominatur niger; condictio ponitur loco generis, quia eſt communis tam formæ, quàm ei,quod eſt ſimile formæ; illa alia particula, (qua denominatur formaliter tale) ponitur loco differentiæ, quia per illam denotatur eſſe in plus, quàm forma, ſicut formaliter tale in plus eſt, quàm formatum: ſed hęc deſcriptio competit rebus realibus, Patet etiam dilucidatio quęſiti, quando quæritur, ſi negatio habet diſtinctam formalitatem ab affirmatione, cui opponitur; & reſpondendum eſt reſolute, quòd primo modo non habet; ratio eſt, quia formalitas primo modo eſt ens reale; nec etiam ſecundo modo, quia non habet modum eſſendi realem; nec tertio quia non habet aliquod eſſe in re ex natura ſua; ſed tantum habet eſſe obiectiuum; B

Negatio quã formalitatẽ habet.

nec quarto modo itaquòd habeat propriã ſpeciem impreſſam in intellectu, vel ſpeciem expreſſam; ſed poſſumus dicere quòd habet formalitatem diſtinctam ab affirmatione, capiendo formalitatem pro eo, quod eſt obiectiue in intellectu: ſed priuatio & negatio dicunt eſſe obiectiuum in intellectu; ergo hoc modo dicuntur habere formalitatem diſtinctam quòd idem eſt dicere negationem non dicere formalitatem diſtinctã à formalitate affirmationis per ſe ideſt poſitiue; ſed tantum per accidens, quia ſemper negatio intelligitur per affirmationem, & priuatio per habitum, & infinitum per finitum, & vacuum per plenum, & vniuerſaliter vnum contrariorum per alterum.

Ex iſtis modo facile ſoluuntur omnia argumenta quæ poſſunt oriri contra iſtam veritatem. Et primo argumentum illud, quod fieri ſolet; quod non habet diſtinctam intelligibilitatem, non habet diſtinctam formalitatem; ſed negatio non habet diſtinctam intelligibilitatem; ergo nec diſtinctam formalitatem: probatur minor, quia negatio non continetur ſub obiecto intellectus; cum ſit non ens, & obiectum intellectus eſt ens. Hoc argumentum concludit negationem non habere diſtinctam intelligibilitatem & formalitatem per ſe poſitiue, ſed non per ac- C
cidens: quia metaphyſicus nedum conſiderat ens reale, ſed etiam ens rationis & priuationis

Dilucidatio ne prima.

& negationis, quæ reducuntur ad ipſum ens; vt fuit determinatum 1. huius, quòd ens commune Deo & creaturis; enti per ſe, & enti per accidens, enti reali & enti rationis eſt ſubiectum in metaphyſica, & hoc tale etiam eſt obiectum intellectus.

Cap. 2.

Soluitur & alia obiectio, quæ fundatur in auctoritate Ariſt. 2. perhier. quòd priuatio cognoſcitur per habitum, & negatio per affirmationem; & ſic nec negatio, nec priuatio habent diſtinctam intelligibilitatem ab habitu, & affirmatione, & ſic nec formalitatem. Hæc confirmatio

Negatio nõ habet ꝓpriã ſpeciem.

concludit vtique, quòd priuatio & negatio non habent propriam ſpeciem impreſſam vel expreſſam, per quam cognoſcantur: ſed non concludit quòd non habeant propriam formalitatem diſtinctam, capiendo formalitatem pro ratione ipſius habitus, priuationis, affirmationis, & negationis; quia clarum eſt, quòd hæc omnia diſtinguuntur per ſuas definitiones. Soluitur etiam & aliud, quòd inter affirmationem & negationem non eſt dare medium, cum ſint contradictoria: ſed ſi negatio poſſet diſtincte concipi; quod oportet concedere ſi habeant diſtin- D
ctam formalitatem, tunc affirmationi & negationi eſſet aliquod commune & medium, ſcilicet poſſe concipi. Hæc ratio eſt nullius momenti, quia quando dicitur, inter contradictoria

Qđ medium eſt illud qđ nõ datur inter contradictoria.

non datur medium, intelligitur de medio reali: modo illa formalitas, quæ eſt inter affirmationem & negationem, ſcilicet poſse diſtincte concipi, non eſt medium reale, ſed ens rationis. Adde etiam, quòd inter affirmationem & negationem non datur medium, quod ſit propoſitio vera, vel falſa: modo illa formalitas non eſt propoſitio, ſed eſt eſſe obiectiuum ipſius negationis apud intellectum.

Et ſi quis diceret; contra, quia omnis formalitas eſt aliquid poſitiuum reale; nam actus intellectus, cum ſit poſitiuus, non videtur poſse terminari ad obiectum, quod non eſt poſitiuum; ſed negatio non eſt aliquid poſitiuum: ergo non habet propriam formalitatem. Ad hoc neganda eſt maior; & ad probationem dicitur, quòd intellectus cum ſit potentia paſsiua, poteſt

Formalitas abſtrahit à poſitiuo & negatiuo.

per ſe primo terminari ab ente poſitiuo, ſecundario ab ente negatiuo. Deinde formalitas abſtrahit ab ente poſitiuo & negatiuo, ſicuti etiam ſubiectum metaphyſi. abſtrahit ab ente reali & rationis, quia eſt commune vtrique: formalitas igitur alicuius non ſemper eſt in re, ſed aliquando in intellectu: vnde iſta propoſitio negatiua, homo non eſt lapis, manet ſemper, quan-

do in-

A do intellectus ipſam contemplatur formaliter & fundamentaliter nullo intellectu conſiderante adhuc eſt vera; ſed ſua affirmatiua non manet fundamentaliter, homo eſt lapis: ergo illa affirmatio,& negatio oppoſita habent diſtinctas formalitates:& ſupponédo illam maximam, quòd illa dicuntur habere diſtinctas formalitates fundamentaliter, quorum vnum manet altero non manente,& cum negatio & affirmatio ita ſe habeant: ſequitur quòd negatio habeat diſtinctam formalitatem ab affirmatione: non per ſe, & poſitiue, vt dictum eſt, ſed per accidens.

Si igitur ens & vnum idem, & vna natura,&c. Tex. 3.

Num ens,& vnum ſignificent eandem naturam.

B

Dilucidatio tertia.

HVIC quęſito reſpondét Nónulli, duo principaliter pertractando, quorum alterum ſpectat ad opinionem Auicennæ:alterum vero ad deciſionem quæſiti: proſequendo primum referunt opinionem Auicennæ conſiſtere in tribus punctis,quorum primum eſt, quòd ens & vnum prædicantur de omnibus entibus, & hoc ſupponunt tanquàm veriſſimum, adeo quòd non indiget probatione. Secundum punctum eſt, quòd ens & vnum non ſunt idem ſecundum naturam,licet ſint idem ſubiecto, ſicuti quælibet paſsio eſt eadem cum ſuo ſubiecto, & hoc ſecundum punctum probant tribus rationibus, quarum prima eſt:quia ſi vnum,& ens ſignificarent eandem naturam,ſequeretur quòd multitudo non eſſet ens:probatur conſequentia,quia multitudo non eſt vnum. Secunda ratio eſt,quia ſi vnum, & ens ſignificarent eandem naturam, tunc dicendo ens vnum eſſet nugatio, quod eſt falſum: Sententia Auicen. in quibus conſiſtat.

C conſequentia probatur, quia tunc idem bis diceretur. Tertia ratio eſt;quia ens prędicatur de eo,cuius eſt ens in eo quod quid,ſed vnum non prædicatur de ipſo ente in eo quod quid eſt, ſed tantum denominatiue: ergo ens & vnum non ſunt idem ſecundum naturam, ſed tantum ſubiecto. Tertium punctum eſt,quòd vnum eſt determinati generis, ſcilicet in genere quantitatis; & per conſequens non conuertitur cum ente; quod ſic probatur; omnis vnitas eſt de genere quantitatis: ergo vnum non eſt conuertibile cum ente,nec dicit eandem naturam cum eo: antecedens probatur, quia omnis vnitas,quę cum alia conſtituit numerum,eſt de genere quantitatis,ſicut & ipſe numerus conſtitutus; nam ſi conſtitutum eſt in genere quantitatis: ergo & conſtituentia ſunt in eodem genere: ſed quælibet vnitas eſt conſtituens numerum: ergo ſequitur, quòd vnitas eſt in genere quantitatis, & cum ens ſit tranſcendens, ſequitur quòd illud, quod eſt in genere determinato, non poſſit eſſe idem ſecundum naturam nec conuertibile cum ipſo ente.

Hanc poſitionem communiter Doctores improbant, & inter alios Auerroes arguit hac ratione: ſi vnum non dicit eandem naturam cum ente, ſed aliquid additum: accipio iſtam pro- Refellitur Auicẽnas ab Auer.

D poſitionem,quòd homo eſt vnus: vnumquodq; aũt eſt vnum ſua vnitate,tunc quæro,aut homo eſt vnus per ſe,aut per accidens; ſi per ſe hr̃ propoſitum,quia homo,qui eſt quoddã ens, eſt vnus nõ per aliud additũ: ſi homo eſt vnus per accidens: ergo per aliquid additũ;& tunc quæram de illo addito:quia vel eſt vnum per ſe, vel per aliud; ſi per ſe pari ratione ſtandum eſt in primo: ſi per aliud,quæram de illo addito ſicut prius, & ſic vel erit proceſſus in infinitum;vel ſtabitur in aliquo,quod eſt vnum per ſe,& non per aliquid additum. Sed Aduerſarij aſſerunt rationem iſtam peccare dupl^r: primo per fallaciã figuræ dictionis,mutando quo in quod,ſicut homo eſt albus per ſe, vel per accidens;ſi per accidens: ergo per aliud,& tunc quæram de illo alio,& ſic procedendo vt prius:ergo ſequitur quòd homo ſit albus per ſe: iſte modus argumentandi nõ valet,quia concludit euidenter falſum,mutat enim quo in quod: nam albedo eſt principium, quo homo eſt albus, non tamen habet rationem quod: quia albedo non eſt alba proprie loquendo:ideo dato,quòd homo ſit albus per aliud,quia per albedinem; non tamen debet vlterius quæri vtrum albedo ſit alba per ſe,vel per accidens, niſi mutet quo in quod; ſimiliter in propoſito ipſum vnum,dato quòd ſit aliud ab ente,non poteſt quęri vtrum ſit vnum per ſe vel per aliud,ſed mutatur quo in quod:nam ipſum vnum ſic habet rationem quo, quòd non poteſt Arguitur ratio Auer.

Per ſe & per accidens dicuntur bifariam.

teſt habere rationem quod; vnitas enim non eſt vna proprie loquendo. Secundo peccat ratio Auerro. per æquiuocationem; nam ſicut per ſe dicitur dupliciter, ſcilicet primo, & ſecundo modo; ita etiam per accidens dupliciter dicitur; vno modo vt opponitur per ſe primo modo; alio modo vt opponitur per ſe ſecundo modo; ens ergo denominatiuũ ab vno eſt vnum per accidens, vt opponitur primo modo per ſe, non tamen vt opponitur ſecundo modo, nam vnum, cum ſit paſsio entis, prædicatur de ente per ſe ſecundo modo: ſi ergo inferas, ſi per accidens: ergo per aliud. Reſpondent ergo Aduerſarij, quòd per aliud dicitur dupliciter; vno modo per aliud ab vtroque extremo: alio modo per aliud ab altero extremo tantum: ens ergo eſt vnum per aliud non primo modo, ſed ſecundo: ſicut homo eſt riſibilis non per aliud ab ipſo homine, ſed per aliud à riſibili, quia per formam propriam, quæ eſt aliud à riſibili, non aliud ab ipſo homine; & ſic volunt rationem Auerro. non concludere contra Auicen. Verum, quia hæc met ratio Commẽtatoris adducitur à S. Thoma 1. p. impugnando eundem Auicen. dicens, quòd quælibet res eſt vna per ſuam ſubſtantiam; ſi enim per aliquid aliud eſſet vna, cum illud iterum ſit vnum; ſi eſſet iterũ vnum per aliquid aliud eſſet, & ſic eſſet abire in infinitum: ꝓpterea ſtandum eſt in primo; qua propter hęc ratio eſt demonſtratiua contra ipſum Auicen. quoniam ea vtuntur omnes fere Doctores: vt eſt Romanus Ægidius, Ioan. de Ianduno, & ceteri metaphyſicantes. Et cauillus, qui adducitur contra iſtam rationem, eſt nullius momenti; quia hæc propoſitio eſt veriſſima; vnitas eſt ens, & illa, entitas eſt ens, & etiam hæc, vnitas eſt vna, quia ſunt termini vniuerſales & tranſcendentes; propterea ratio eſt demonſtratiua in iſtis terminis: in terminis uero ſpecialibus vtique committeretur fallacia figuræ dictionis mutando quo in quod, vt ipſi dicunt de albedine & albo; ſed non eſt ita in iſtis terminis tranſcendentibus; propterea ratio S. Thomę, & Auerro. eſt demonſtratiua gratia materiæ. A

q. 11. art. 1.

B.

Ratio Auer. demõſtrat in terminis trãſcendẽtibus.

Nec etiam ſecundus cauillus aliquid concludit, quia per ipſum per ſe S. Thomas intendit non per additum realiter diuerſum; per ipſum per accidens intendit additum, & diuerſum realiter, & ſic eſt ratio, ſi ens eſt vnum vel per formam ſuperadditam realiter diſtinctam ab ipſo, quod eſt dictum vnum per accidens, aut non per formam ſuperadditam, quod eſt dictum eſſe vnum per ſe: ſi primo modo, tunc quęritur de illa forma ſuperaddita, quę cum ſit ens oportet etiam vt ſit vna; & ſic vel per ſe, vel per accidens: & iterum quæritur adeoquòd daretur progreſsus in infinitum: ſi vero dicat Auicen. quòd ens eſt vnum per ſe, ideſt non per formam & diſpoſitionem ſuperadditam; tunc habetur intentum, quòd ens & vnum ſignificant eandem naturam; & ex hoc habemus duo. primum quòd ratio Auerro. & S. Thomæ eſt demonſtratiua contra Auicen. Secundum quòd obiectiones Aduerſariorum ſunt nullius momenti contra iſtam rationem. C

Senſus rationis S. Tho. quis ſit.

Sed videamus modo impugnationes, quas adducunt ipſi contra Auicen. an aliquid concludãt. Et eſt prima impugnatio, in qua quærunt, vtrum ens & vnum prędicentur de omnibus vniformiter, aut diſformiter: ſi dicis vniformiter. Contra quia vnum prædicatur denominatiue, cum ſit paſsio, ens autem quidditatiue: ſi ſecundò dicis ſecundum Auicen. quòd prædicatur diſformiter, ſic intelligendo quòd ens prędicatur quidditatiue de omnibus, vnum vero denominatiue. Contra primum arguitur ſic, quòd ens non prędicatur quidditatiue de vltimis differẽtijs, probatur dupliciter. Primo ſic, ſint duę differentię A. & B. tunc vel A. & B. includunt ipſum ens quidditatiue, vel non; ſi non habetur propoſitum, quia ens non prędicatur de eis in quid; ſi vero includunt ipſum ens, cum non ſint omnino idem inter ſe, habent quo conueniunt, & quo differunt: ergo A. & B. non erunt primo diuerſa, nec vltimę differentiæ, ſed differentes: ergo differunt alijs differentijs, ſint illæ aliæ. C. & D. tunc arguitur de iſtis, ſicut de prioribus, quia vel includunt ens quidditatiue, vel non; & ſic procedendo, vel erit ire in infinitum in differentijs, vel ſtabitur ad aliquas omnino non includentes ens quidditatiue, quod eſt propoſitum; quia ſolæ iſtæ erunt vltimæ. Hęc ratio, quám putant Aliqui eſſe demonſtratiuam contra Auicen. ſi quis diligenter conſideret eam, eſt nullius momenti, quia poteſt ſic ſolui dicendo, quòd A. & B. includunt ens quidditatiue, & conueniunt in ente; & quòd ſunt diſtinctæ; ſed neganda eſt conſequentia, ergo differunt: ſed bene, ergo ſunt primæ diuerſæ. Ad hoc enim, quòd aliqua ſint primo diuerſa non eſt neceſſe, quòd in nullo conueniant: aliter decem prædicamenta non eſſent primo diuerſa; quia conueniunt in ente, & in paſsionibus entis; ſed ſufficit, quòd non conueniant in aliquo vniuoco: neganda ergo eſt illa conſequentia: ergo A. & B. non erunt primo diuerſæ, nec vltimæ differentię, ſed differentes; immo non ſunt differentes, ſed ſunt quibus aliqua differunt, & ſic non oportet aſsignare alias differentias, quibus differant A. & B. & per conſequens non eſt procedere in infinitum. Sed decepti ſunt ipſi in hac ratione putantes ens eſſe vniuocum, cuius tamen oppoſitum oſtenſum eſt ſupra in hoc libro. D

Examinãtur rationes Auicen.

Cauſa deceptionis aliquorum.

Dilucidatione prima.

Alia

A Alia etiam ratio adducitur ab iſtis contra primum dictum Auicennæ & eſt talis, ſicut eſt in
compoſitione reali;ita etiam eſt in compoſitione conceptuum ; quia ſicuti ens componitur ex
actu & potentia in re,ita conceptus compoſitus per ſe vnus componitur ex conceptu potentia-
li & actuali,ſeu determinabili & determinante;ſicut ergo reſolutio entis compoſiti ſtat vltimo
ad ſimpliciter ſimplicia,ſcilicet ad actũ vltimum,& potentiam vltimam,quę ſunt primo diuer
ſa,itaquòd nihil vnius includit aliquid alterius,alioquin nec hoc eſſet primo actus, nec illud
eſſet prima potentia, nam quod includit aliquid potentialitatis nec eſt primo actus , nec econ-
uerſo;ſimiliter oportet etiam in concepibus, quòd omnis conceptus compoſitus per ſe vnus
reſoluitur in conceptum determinabilem & determinantem;itaquòd illa reſolutiò ſtat ad con-
ceptus ſimpliciter ſimplices;ſcilicet ad conceptum determinabilem tantum,qui nihil determi-
nans includit , & ad conceptum determinantem tantum, qui nihil determinabile includit,con
ceptus ille determinabilis eſt conceptns entis,conceptns autem determinans eſt conceptus vl-
timę differentię: iſti ergo conceptus erunt primo diuerſi, itaquòd vnus nihil includit alterius,
& ſic ens non poterit prædicari in quid de vltimis differentiis. Ad hanc rationem neganda eſt
B ſimilitudo,& ad probationem neganda eſt illa conſequentia , quæ ſtat in hoc , ſicut reſoluitur
vltimate ens compoſitum in ſimpliciter ſimplicia, ſic oportet conceptum compoſitum vltima-
te reſolui in conceptus ſimpliciter ſimplices , itaquòd vnus nihil includat alterius : hoc enim
non ſequitur, quoniam licet non repugnet dari in entibus duo ſimpliciter ſimplicia, repugnat
tamen in conceptibus;quoniam omnis conceptus reſolnitur in conceptum entis, qui ingredi- Omnis conceptus reſoluitur in conceptum entis.
tur quemcunque alium conceptum,ſicut omnis veritas complexa ad veritatem primi principij
complexi reſoluitur:negatur igitur , quòd poſsint dari duo conceptus ſimpliciter ſimplices
itaquòd vnus nihil includat alterius.

Et ſi dicas;ergo non dabuntur duo conceptus primo diuerſi. Neganda eſt conſequentia ;
quoniam conuenientia in ente non impedit primo diuerſa : cum non ſit vniuoca conuenien-
tia,ſed analoga,vt dictum eſt , alioquin Deus & creatura non eſſent primo diuerſa . Arguunt
etiam adnerſus ſecundum dictum Auicennæ hoc argumento ; quæcunque ſunt idem reali-
ter dicunr eandem naturam:ſed ens & vnum,ſubiectum & paſſio ſunt idem realiter : ergo ens
& vnnm dicunt eandem naturam : probatur minor ſic,illa,quorum ſeparatio includit contra-
C dictionem, ſunt idem realiter ; ſed ens & vnnm,ſubiectum & paſſio ſunt huiuſmodi ; quia ſe-
paratio iſtorum includit contradictionem:ergo ſequitur quòd ſubiectum & paſſio ſunt idem
realiter: maior patet, quia ſicuti ex ſeparatione aliquorum arguitur diſtinctio realis , alioquin
contingeret eidem ſimul eſſe,& non eſſe,quod eſt oppoſitum primi principij , ita econtrario,
ex impoſſibili ſeparatione aliqnorum ſine contradictione probatur eorum idenuitas realis:
probatur minor ex hoc lib.de vno & ente, quæ ſe conſequuntur in generatione & corruptio- Tex.3.
ne: probatur etiam generaliter de omni paſſione ; nam ſi propria paſsio eſſet ſeparabilis à ſu-
biecto,tunc ineſſet ſibi contingenter;& per conſequens,cum ſcientia ſit de neceſſarijs,ſyllogiſ-
mus concludens paſsionem de ſubiecto non eſſet ſcientificus, quod eſt manifeſte falſum;hanc
doctrinam de identitate ſubiecti & paſsionis docuit Scotus 2.ſent. diſt.1.q.4.

Sed (pace eius dixerim) rationes iſtæ ſunt nullius momenti & roboris ; nam identitas realis Identitas realis ẽ multiplex.
multiplex eſt. Qnædam enim dicuntur eadem realiter realitate ſubiecti ſeu exiſtentiæ ; & hoc
pacto nulli dubium eſt, qnòd ſubiectum & paſsio ſunr eadem realiter. Aliqua dicuntur eadem
realiter realitate eſſentiæ ſen prædicamenti ; & ſic tenet S. Thomas ſubiectum & propriam
D paſsionem diſtingui realiter;quia ſubiectum & propria paſsio collocantur in diuerſis prædica-
mentis , vel ſaltem non ſunt in eodem prædicamento per ſe; igitur realitate eſſentiæ , & præ-
dicamentaria diſtinguuntur.

Præterea arguo ex principijs eorum ſic : quæcunque diſtinguuntur formalitate & realitate,
diſtinguuntur realiter;ſed ſecundum ipſos ſubiectum & propria paſſio diſtinguuntur forma-
litate & realitate: igitur diſtinguuntur realiter;maior patet , quia quæ diſtinguuntur in ratione Quæ diſtinguũtur in ſuperiori etiã ſeparãtur in inferiori.
ſuperiori,diſtinguuntur in ratione inferiori; ſed res eſt inferior ad formalitatem & realitatem
apud ipſos,quia formalitas ſecundum eos eſt omne illud , quod eſt extra nihil , & ſic neceſſa-
rium eſt dicere ſubiectum & propriam paſsionem diſtingui ſecundum rem prędicamentariã,
& eſſe res diuerſas realiter diſtinctas , quia diſtinguuntur ſemoto omni opere intellectus,
& ſubiectum eſt cauſa ipſius proprię paſsionis,nec valet de vno & vero,quæ ſunt paſsiones en-
tis , & non diſtinguuntur realiter ab ente ; quia vnum & verum circuunt omnia prædicamen-
ta,& non ſunt propriæ paſsionis ; niſi ſecundum quandam ſimilitudinem ; ſed præſens ſermo
eſt de ſubiecto & paſsione prædicamentarijs. Iſtis ſic ſtantibus neganda eſt minor primæ
rationis,& ad probationem negatur maior, quia materia & forma diſtinguuntur realiter , &

R 3 ſunt

ſunt duæ naturæ diuerſę: & tamen implicat contradictionem materiam ſeparari à forma: hac A igitur ratione aliquis contra Scotiſtas poſſet probare materiam eſſe formam, & econtra, & ſic materia eſſet actus, & actus potentia: ſeparatio igitur aliquorum non arguit diſtinctionem realem tanquàm illius conuertibilis, quia poſſũt nonnulla realiter eſſe diuerſa, quorum eſt impoſſibilis ſeparatio, &c. Ad ſecundam rationem dicimus, ꝙ propria paſsio non poteſt ſeparari à ſubiecto, & tamen diſtinguitur realiter ab ipſo ſubiecto, non realitate exiſtentiæ, ſed eſſentię, quia ſubiectum eſt in prædicamento ſubſtantiæ, & propria paſsio in prædicamento qualitatis.

Paſsio nõ ſeparatur à ſubiecto.

Arguunt etiam contra tertium dictum Auicennæ quatuor rationibus, quarum prima eſt; ſi vnitas eſſet de genere quantitatis; tunc ſequeretur, quòd quantitas eſſet poſterior omnibus alijs prædicamentis; conſequens eſt falſum; tum quia quantitas ponitur prior omnibus alijs prædicamentis accidentalibus; tum quia immediatius ineſt ſubſtantiæ, quàm aliquod aliud prædicam entum, ergo &c. conſequentia probatur, quia quicquid eſt prius priori eſt prius poſteriori; ſed cum vnum ſit paſsio omnium prædicamẽtorum, & paſsio ſit naturaliter poſterior quocunque ſubiecto; ſequitur quòd omnia alia ſunt priora ipſo vno, vnum autem ponitur prius ipſa quantitate, cum ſit principium in genere quantitatis: quare ſequitur quòd alia prædicamenta ſunt priora quantitate. B Præterea ſubſtantia eſt prior omni accidente ex 7. huius; ſed prius in ſuo priori eſt cognoſcibile ſine poſteriori; ergo ſubſtantia in ſuo priori eſt intelligibilis ſine quantitate, & intelligitur vt vna; quia indiuiſa à ſe, & diuiſa à quocunque alio: ergo talis vnitas eſt ſine quantitate. Pręterea nullum tranſcendens eſt determinati generis; ſed vnum eſt tranſcendens, quia conuertitur cum tranſcendente ſcilicet cum ente: ergo vnum non erit alicuius determinati generis. Præterea nihil vnius prædicamenti eſt paſsio alterius extra illud prædicamentum: ſed vnitas eſt paſsio omnis entis: ergo non eſt alicuius determinati prædicamenti: maior patet, quia paſsio eſt eadem realiter cum ſubiecto, & pręedicamenta ſunt realiter diſtincta & impermixta.

Qnod eſt prius priori eſt prius poſteriori.

Tex. 4.

dist. 24.
dist. 12.

Has rationes ſuſcipiunt ipſi ex ſuo magiſtro in 1. & 4. ſenten. nihilominus nec iſtæ aliquid concludunt contra Auicen. quoniam ex vno fundamento poſito, poſſunt facile ſolui: fundamentum autem eſt, quòd propria paſsio dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo vt eſt quidam modus; alio modo vt eſt res, cuius eſt modus ſiue paſsio, v. g. riſibile vt modus eſt in prædicamento ſubſtantiæ, ſaltem reductiue, vt res quædam eſt in prędicamento qualitatis; ſic etiã C de mente Auicen. poſſet aliquis dicere, quòd vnum poteſt cõſiderari vt eſt modus, quo vnumquodque intelligitur indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio ente, & ſic eſt tranſcendens, & non eſt in aliquo prædicamento determinate. Alio pacto poteſt conſiderari ſecundum rem, & ſic erit in prædicamento quantitatis. Similiter numerus poterit conſiderari vt modus, & ſic erit tranſcendens; poterit etiam conſiderari ſecundum rem, & ſic erit ſpecies quantitatis: vnde Simplicius in expoſitione libri prędicamentorum loquens de quali aſſerit, quòd dupliciter ſumi poteſt. Primo communiter, & ſic reperitur in omnibus prædicamentis, quomodo dixit Porphyrius differentiam prædicari in quale, & Ariſto. quòd omnia accidentia qualificant ſubſtantiam. Alio modo quale ſumitur proprie, & ſic eſt ſpeciale prędicamentum, & ſignificat certam naturam entis, prout dixit philoſophus in prædicamento qualitatis; (qualitatem autem eſſe dico, ſecundum quam quales eſſe dicimur) hoc etiam modo ſaluari poteſt Auicen. dicendo, quòd vnum poteſt ſumi communiter, & ſic eſt in omnibus prædicamẽtis, poteſt ſumi & proprie; & ſic erit in prædicamento quantitatis. D

Paſsio ſecundum aliquos dupliciter cõſideratur.

Quale bifariam ſumit.

Iſtis ſic ſtantibus dico ad primam rationem, quòd non ſequitur quantitatem eſſe vltimam omnium prædicamentorũ, quia vnum non eſt in prædicamento quantitatis, vt modus & communiter, ſed tantum vt res, & vt quid, & proprie. Ad ſecundam rationem dico, quòd ſubſtantia eſt vna prout vnitas dicit modum, & ſumitur communiter: hoc enim pacto eſt in omnibus prædicamentis, vt dictum eſt. Ad tertiam quoque dico, quòd vnum eſt tranſcendens conſiderando ipſum vt eſt quidam modus, & communiter, & vt dicit illam duplicem negationem ſcilicet indiuiſionem in ſe, & diuiſionem ab alio ente; ſed proprie vt eſt res, & vt quid erit in prædicamento quantitatis. Quarta etiam ratio ſoluitur ex doctrina ipſorum aſſerentium non eſſe inconueniens aliquid vnius prædicamenti eſſe paſsionem alterius; vt modus quidam. Ex his omnibus apparet, quòd ſi aliqua ratio concludit contra Auicen. non eſt, niſi illa, qua vſus eſt S. Thomas 1. p. hanc declarauit magiſter Antonius de Neapo. hanc etiam aſſumpſit Albertus, Alexander, & Auerr. contra Auicennam.

q. 11. art. 1.
Ratio 1. Th. eſt efficax cõtra Auic.

Verum hac ratione poteſt aliquis probare eſſentiã eſſe realiter eadem cum exiſtentia; quia quando dico, eſſentia eſt ens, quæro aut ly, ens, dicit aliquid diſtinctum ab eſſentia, vel non: ſi

non

A non, habetur propoſitum, ſcilicet quòd eſſentia & exiſtentia non diſtinguuntur realiter; ſi ſic, quæro vtrum illa exiſtentia ſit ens, aut non; ſi eſt ens, quęritur iterum, aut eſt diſtinctum, aut non; ſi non habetur propoſitum, ſi ſic quęritur de illa alia, & ſic dabitur proceſſus in infinitum: ſi tu dicis, quòd eſſentia eſt id, quo exiſtentia eſt ens: & ita vis ſoluere argumentum hoc: ita etiã poteſt quis ſoluere argumentum de ente & vno: quia aut ens eſt vnum per aliquid additum, aut per ſeipſum; ſi per aliquid additum quæritur iterum de illo; ſi per ſeipſum ſtandum eſt in primo. Sed facile ſoluitur hoc argumentum, quia non currit ſimilitudo de ente & vno; & de eſſentia & exiſtentia; quia eſſentia ſe habet vt materia; & exiſtentia vt forma: vnde eſſentia & exiſtentia faciunt compoſitionem, quæ dicitur cum his, ens & vnum non faciunt compoſitionem aliquam. Nec valet obiectio Scotiſtarum de albo & albedine, vt dictum eſt; quia ſunt termini ſpeciales, & in tranſcendentibus concretum prædicatur de abſtracto, vnde iſta eſt vera, entitas eſt ens, & vnitas eſt vna; ſed hęc eſt falſa, albedo eſt alba. Explicatio rationis neoterici.

Ex iſtis ſoluuntur rationes Auicen. quę erant ad probandum ſecundum punctum. Et prima ratio: ſi vnum & ens ſignificarent eandem naturam, tunc multitudo non eſſet ens; ſoluitur à

B S.Tho. 1. p. negando conſequentiam, & aſsignat rationem de mente Dionyſij, lib. de diuinis nominibus, quòd non eſt multitudo non participans vno, ſed quę ſunt multa accidẽtibus, ſunt vnum ſubiecto, & quæ ſunt multa partibus, ſunt vnum toto; & quę ſunt multa numero, ſunt vnum ſpecie; & quæ ſunt multa ſpeciebus, ſunt vnum genere; & quæ ſunt multa proceſsibus, ſunt vnum principio; & cum ens diuidatur ſimpliciter per vnum, & ſecundum quid per multa, ideſt vnum continetur ſimpliciter ſub ente, & multa ſecundum quid; non ſequitur argumẽtum; ergo multitudo non eſt ens, ſed bene ſequitur, quòd non eſt illud ens, quod opponitur multitudini. Secunda etiam ratio ſoluitur à S. Thoma negando conſequentiam; quia non eſt nugatio dicendo ens vnum, quoniam vnum addit ſupra ens aliquid ſecundum rationem. Ad tertiam reſpondet Romanus Ægidius 4. huius, quia ratio entis eſt ratio eſſendi, & ratio vnius eſt ratio indiuiſionis; & ſic debemus intelligere, quòd ens & vnum non conuertuntur in ſignificato, non quòd natura vnius ſit alia à natura entis; ſed quia alia eſt ratio, à qua accipitur nomen vnius, & alia à qua accipitur nomen entis: & propterea ens dicitur prædicari ſecundum aliam rationem de rebus; & ſic etiam vnum prædicatur de rebus ſecundum

C aliam rationem. q. 11. art. 1. Cap. vltimo. Omnis multitudo participat vnitatem. Quæſt. 8.

Ad illam rationem Auicen. qua probabat tertium punctum, reſpondet etiam S. Thomas 1. p. quòd eſt duplex numerus; alter, qui cauſatur ex diuiſione continui; & hic eſt in genere quantitatis; & illud etiam vnum, ex quo conſtituitur talis numerus: alius eſt numerus cauſatus ex diuerſis formis; & hic non eſt in genere aliquo; ſed eſt de tranſcendentibus, & ſic etiam illud vnum, ex quo conſtituitur hic numerus tranſcendens, non eſt in aliquo genere determinato: propterea illa propoſitio, omnis vnitas eſt de genere quantitatis, eſt falſa: hæc de opinione Auicennæ. q. 30. ar. 3. Numerus eſt duplex.

Supereſt vt videamus opinionem Neotericorum, quę conſiſtit in duobus punctis: in primo ponunt tres diſtinctiones: in ſecundo quatuor concluſiones. Quoad primum punctum faciunt iſtam diſtinctionem, quòd vnum dupliciter dicitur; quoddam eſt vnum, quod eſt principium numeri, & quoddam eſt vnum, quod conuertitur cum ente: primum vnum eſt in genere quantitatis, ſecundum eſt quoddam tranſcendens, & quodlibet vnum eſt principium alicuius numeri. Secundam diſtinctionem ponunt, quòd numerus eſt duplex: alter de genere

D quantitatis: alter tranſcendens: primus cauſatur ex diuiſione continui: ſecundus ex diſtinctione ſeu diuiſione eſſentiarum: principium primi numeri eſt vnum de genere quantitatis, principium ſecundi eſt tranſcendens, quod conuertitur cum ente, & ideo primus numerus eſt quantitatum, ſecundus vero eſt quidditatum. Tertiam diſtinctionem faciunt, quòd vnum, quod conuertitur cum ente, poteſt accipi dupliciter. Vno modo communiter & large & ſimpliciter, & ſic eſt paſsio vnica entis conuertibilis cum ente ſimpliciter. Alio modo poteſt accipi ſtricte, determinate, & ſecundum quid, & hoc modo opponitur multitudini, & eſt paſsio entis nõ vnica, ſed diſiuncta, & eſt paſsio conuertibilis cum ente non ſimpliciter, ſed cum diſiunctione. Hæc de primo puncto, in quo attende, quòd duas primas diſtinctiones ſuſceperunt à S. Thoma 1. p. & 2. ſenten. & de potentia Dei, quibus in locis S. Thomas clarius ponit has diſtinctiones, motus occaſione illius quæſiti, num termini numerales ponant aliquid in diuinis, & ibi diſtinguit duplicem eſſe diuiſionem. Alteram materialem, quæ fit ſecundum diuiſionem continui, & hanc conſequitur numerus, qui eſt ſpecies quantitatis: vnde talis numerus non eſt niſi in rebus materialibus habentibus quantitatem. Alia eſt diuiſio formalis, quæ fit per oppoſitas vel diuerſas formas, & hanc diuiſionem ſequitur multitudo, quæ non eſt in Neoterici ſũ pſerunt has diſtinctiões à S. Tho. vide inferius. q. 30. art. 3. diſt. 24. q. 1. q. 9. art. 7. Diuiſio eſt duplex materialis & formalis.

eſt in aliquo genere : ſed eſt de tranſcendentibus ſecundum quòd ens diuiditur per vnum & A
multa. Tertia diſtinctio, quam voluerunt adinuenire ex proprio capite, eſt falſa: & ſic ar-
gumentor contra ipſam, quoniam ſi vnum ſecundum quòd ſimpliciter accipitur, eſt paſſio vni
ca entis conuertibilis cum ente; ſequitur quòd omne ens ſimpliciter eſt vnum, quoniam cum
ente conuertitur, & ſic tantum vnum eſt ens, & ſic multa non ſunt entia : conſequentia proba-
tur, quia ſolum in ſecunda acceptione videlicet ſtricte accipiendo, determinate, & ſecundum
quid eſt vnum, vel multa, paſsio entis diſiuncta, vel ſub diſiunctione: & hoc contradicit ijs,
quę dicta ſunt ſupra: quoniam tunc non erunt neque numerus, neq; multitudo in tranſcendē-
tibus; ſed in alijs ſtricte, & determinate, & ſecundum quid acceptis : quæ omnia maximam re-
pugnantiam, & contradictionem habent adinuicem: hæc de primo puncto.

Nota diligē-ter cōcluſiones has pati defectum.

Quoad ſecundum, ponunt quatuor concluſiones, quarum prima eſt, Ens & vnum non di-
cunt eandem naturam conuertibiliter, ſi vnum accipiatur proprie, & ſtricte, & ſecundum quid:
ſi autem accipiatur vnum communiter, & ſimpliciter, ſic vnum & ens dicunt eandem natu-
ram conuertibiliter. Prima pars concluſionis probatur ſic; quia ſi ens & vnum ſic acceptum
dicerent eandem naturam conuertibiliter, de quocunque prędicaretur vnum, prædicaretur & B
alterum, ſed ens prædicatur de multitudine: ergo & vnum, quod eſt falſum de vno ſic accepto.
Secunda pars concluſionis patet ſic, de quocunque prædicatur ens, de illo prædicatur vnum lar
ge, & communiter ſumptum, & hoc modo multitudo eſt vnum, ſicut ens. Secunda conclu-
ſio eſt iſta; Ens & vnum non dicunt eandem naturā quidditatiue & formaliter; quam ſic pro-
bant. Primo quia tunc eſſet nugatio dicendo, ens vnum, ſicut quando dicimus, homo animal,
vel econtra. Tum ſecundo, quia prædicarentur de ſe in abſtracto, & ſic iſta eſſet vera, entitas eſt
vnitas, quod eſt falſum : conſequentia patet, quia quæ ſunt idem quidditatiue, videntur de ſe
in abſtracto prædicari adinuicem, vt forte verum eſt dicere, humanitas eſt animalitas : licet
non curent de iſtis exemplis, Tum tertio, quia ens & vnum non prædicantur de ſe inuicem
in quid : ergo non dicunt eandem naturam quidditatiue & formaliter : conſequentia patet,
ſed antecedens probatur, quia cum vnum ſit paſsio entis, prędicatur de ente per ſe in ſecundo
modo: ens autem de vno per ſe nullo modo, ſed per accidens prædicatur; quia ſecundum phi-
loſophum 1. poſter. prędicationes per ſe non conuertuntur. Tum quarto, quia illud, quod non
continetur in aliquo eorum, quæ diuidunt ens ſufficienter, & includunt ipſum quidditatiue, C
non includit ens quidditatiue, ſed vnum & aliæ paſsiones entis ſunt huiuſmodi: ergo vnum &
aliæ paſsiones entis non includunt ens quidditatiue : maior patet, ſed minor probatur, quia
ens ſufficienter videtur diuidi tanquàm in illa, quæ includunt ipſum quidditatiue in ens in-
creatum, & in decem genera, & in partes eſſentiales decem generum; ſed vnum & paſsiones en
tis non ſunt aliquod decem generum, vt patet, nec etiam eſt ens ex ſe increatum, quia conue-
nit entibus creatis, nec eſt ſpecies in aliquo genere, vel principium eſſentiale alicuius generis;

Ens vnū nō facit nugationē vt hic arguitur.

Cap. 4.

Tranſcēdēs non eſt determinati generis.

quia omne tale includit limitationem ; nullum autem tranſcendens de ſe eſt limitatum, alio-
quin repugnaret enti infinito, nec poſſet de ipſo dici formaliter, quod eſt falſum, quia omnia
tranſcendentia dicunt perfectionem ſimpliciter, & conueniunt Deo in ſummo. Tum quinto,
quia ſi vnum includit ens quidditatiue, vel includit ipſum præciſe, vel addit aliquid aliud:
non primo modo, quia tunc illud idem ens eſſet paſsio ſui ipſius: ſi ſecundo modo illud aliud,
quod addit, ſit A. ergo idem A. includit ens, vel non: ſi includit, ergo vnum includit ens bis, &
ſic eſſet proceſsus in infinitum, vel vbicunque ſtetur, illud erit vltimum, quod erit de ratione
vnius: ſi non includit ens, vocetur A. tunc ſic: vnum ratione entis non eſt paſsio, quia idem nō D
eſt paſsio ſui: ergo illud aliud incluſum, quod eſt A. eſt paſsio entis primo, & eſt tale, quod non
includit ens quidditatiue. Concludunt ex omnibus iſtis, quòd ens & vnum non ſignificant ean
dem naturam formaliter & quidditatiue, ſimiliter eſt de alijs paſsionibus entis.

Tertia concluſio eſt iſta; Ens & vnum dicunt eandem naturam realiter, licet diſtinguantur
formaliter, vt patet per ſecundam concluſionem : iſtam concluſionem volunt habere proba-
tam per philoſophum in litera, tum quia non ſeparantur quantum ad generationem & corru
ptionem, tum quia ſunt idem realiter in tertio, de quo prædicatur per ſe, & non per accidens:
ergo inter ſe ſunt idem realiter.

Quarta concluſio eſt iſta: Vnum, quod eſt paſsio entis, dicit formaliter aliquod poſitiuum,
quam ſic probant, quia vnum dicit perfectionem ſimpliciter, ſed negatio non dicit perfectio-
nem ſimpliciter de ſe formaliter: ergo ipſum vnum non eſt pura negatio: maior patet, quia in
quolibet melius eſt ipſum, quàm non ipſum, & hæc eſt deſcriptio perfectionis ſimpliciter,
quam ponit Anſelmus libro monologion, & propter hoc ſumma vnitas attribuitur primo
enti, cui nulla competit imperfectio: minor patet, quia priuatio habet rationem mali, & ſimili-

Cap. 15.

A ter negatio: hanc rationem ſumunt ex Scoto 2. ſenten. Probatur & ſecundo ſic, quia in priuationibus nunquàm fit reductio ad primum tale, quia non eſt dare ſummum malum; ſed ſicut omnia bona reducuntur ad ſummum bonum, ita omnia vna ad primum vnum: ergo vnum non habet formaliter rationem priuationis. Tertio ſic, nulla priuatio ſuſcipit magis & minus, ſed vnum ſuſcipit magis & minus, quia ſimplex eſt magis vnum, quàm compoſitum: ergo vnũ non dicit ſolam priuationem. Quarto, negatio non habet rationem menſuræ, ſed oportet menſuram eſſe aliquid poſitiuum; ſed vnum habet rationem menſuræ in quolibet genere ex 10. huius: ergo ſequitur, quòd vnum dicit quid poſitiuum. Vltimo, impoſsibile eſt aliquod poſitiuum componi intrinſece ex priuationibus; ſed numerus, qui eſt aliquod poſitiuum, componitur intrinſece ex vnitatibus; ergo vnitates non ſunt formaliter priuationes.

Diſtin. 37

Tex. 10.

Et ſi diceres, quòd vnum & per conſequens numerus duo dicit, ſcilicet aliquid poſitiuum, quod eſt ipſum ens, vel plures entitates, & dicit aliquid negatiuũ ſipſam vnitatem, vel plures vnitates, quarum quælibet dicit formaliter duplicem negationem, itaquòd vnum licet formaliter dicat negationem, tamen dicit fundamentum poſitiuum ſcilicet ipſum ens, cui eſt idem

Numerus duo dicit.

B realiter; dicit ergo quòd vnum eſt perfectio formaliter non ſimpliciter; ſed ratione fundamenti, & ſic aliquis poſſet ſoluere primam rationem. Secundam quoque, quòd plura reducuntur ad ſummum vnum non formaliter; ſed ratione fundamenti. Tertiam ſimiliter quòd vnum ſuſcipit magis & minus ratione fundamenti, ſed non formaliter. Quartam quoque, quòd vnum habet rationem mẽſuræ ratione fundamenti, ſed non formaliter, & quòd numerus quantum ad illud, quod dicit poſitiuum, componitur ex vnitatibus ratione fundamenti; & quantum ad illud, quod dicit negatiuum, componitur ex vnitatibus formaliter, & per iſtam diſtinctionem poſſet aliquis ſubterfugere omnes iſtas rationes.

Contra quas reſponſiones arguunt iterum ipſi ſic, ſupponendo quòd vnum eſt vera paſsio entis; tunc quærunt vel hoc eſt ratione fundamenti, vel ratione alicuius additi ſupra ens; non primo modo, quia tunc idem eſſet paſsio ſuimet: ſi dicis ſecundo modo, quærunt vel illud additum eſt poſitiuum, & ſic habent intentum, vel eſt negatiuum: & tunc arguunt contra, quia nulla negatio vel priuatio eſt idem realiter cum poſitiuo; quoniam tunc ſequeretur quòd idem eſſet realiter negatiuum & poſitiuum; ſed paſsio, quæ eſt vnum, eſt idem realiter cum ſubiecto,

Vide replicã neotericorũ.

C quod eſt ens; tum quia negatio realiter & formaliter eſt nihil: ſi ergo vnum eſt negatio; ſequitur quòd nihil, & non ens eſt realiter paſsio entis, & ſic quòd idem eſt realiter ens, & realiter non ens, & nihil; quæ omnia videntur abſurda; ex conſequenti vnum addit aliquid formaliter poſitiuum ſupra ens; hæc de poſitione iſtorum.

Sed contra hæc, quæ dicta ſunt in hoc ſecundo puncto ab iſtis arguo; & primo contra primam concluſionem, quæ eſt expreſſe contra Ariſt. 4. huius; quia declarat ibi, quòd omnia illa, quæ eadem generatione generantur per ſe primo, & eadem corruptione corrumpuntur, ſunt idem conuertibiliter; ſed ens & vnum ſunt huiuſmodi: igitur ſunt eadem conuertibiliter: minor patet ex Ariſt. ibi, vbi ponit exemplum de homine, & de vno homine, & de ente homine; ſimul enim generatur homo, ens homo, & vnus homo, & hæc ratio concludit tam de vno ſimpliciter, quàm de vno ſecundum quid: vnum enim ſimpliciter generatur cum ente ſimpliciter, & vnum ſecundum quid generatur etiam ſimul cum illo ente, cuius eſt paſsio. Cõtra ſecundam concluſionem, in qua dicitur quòd vnum & ens non dicunt eandem naturam quidditatiue formaliter; hæc expreſſe deſtruit tertiam concluſionem, in qua dicitur, quòd ens & vnum

Tex. 3.

D dicunt eandem naturam realiter, licet diſtinguantur formaliter, & probatur ſic aſſumptum; quæcunque ſunt eadem realiter realitate eſſentiæ, ſunt eadem formaliter: hæc propoſitio eſt manifeſta ſecundum eos; quia formalitas eſt ratio obiectalis apprehenſa in re ab intellectu ex natura rei, quam formalitatem non eſt neceſſe ſemper mouere intellectum, licet terminet actum intellectus, ſed realitas eſt ratio obiectalis apprehenſa ab intellectu, vt habetur ex dictis eorum; ergo realitas eſt formalitas: minor patet ex tertia concluſione ipſorum, quia unum & ens ſunt idem realiter. Præterea quæcunque ſunt diuerſa formaliter, habent diuerſas formas, quia ſicut materialitas non eſt ſine materia, ſic formalitas non eſt ſine forma: valet igitur, quæ ſunt diuerſa formaliter habent diuerſas formas, ſed ens & vnum non habent diuerſas formas, quia eandem formam habet ens homo, & vnus homo, eadem enim forma dat eſſe, & indiuiſum eſſe, & ſic ſecunda concluſio ipſorum eſt falſa, & repugnat tertiæ, Præterea, quæcunque ſunt diuerſa formaliter, ſunt diuerſa realiter, præcipue ſecundum ipſos tenentes formalitatem eſſe realitatem, ſed ens & vnum ſunt diuerſa formaliter, & quidditatiue per ſecundum concluſionẽ, igitur ſunt diuerſa realiter: ergo non dicunt eandem naturam realiter, & ſic ſecunda concluſio deſtruit tertiam.

Quæ ſunt eadem realiter in eſſentia ſunt eadem formaliter.

Quæ ſunt diuerſa formaliter ſunt diuerſa realiter.

Tex. 3. Quarta concluſio eſt contra omnes Peripateticos,& contra Ariſt.in hoc 4. vbi ponit vnum A
dicere negationem: igitur non dicit poſitiuum,& eſt contra rationem adductam,quia ſi vnum
diceret poſitiuũ ſuperadditum enti,vt albedo dicit aliquid poſitiuum ſuperadditum ſubiecto
albo,tunc ſine dubio eſset progreſsus in infinituin, & tenet ratio in terminis generalibus &
tranſcendentibus,non autem in ſpecialibus,vt dictum eſt.

Sed rationes illas, quæ ſunt pro quarta concluſione ſoluimus, & primo primam negando,
quòd vnum dicat perfectionem,ſed abſtrahit à perfectione & ab imperfectione, vt expreſse
q.28.art.3. docuit S.Thomas 1.p.& ſi vnum diceret perfectionem, ſeqneretur quòd paternitas ſumpta
Vnũ abſtrahit à perfectione & imperfectione. ſeorſum eſset perfectior paternitate,filiatione, & ſpiratione ſimul ſumptis: conſequentia patet,quia paternitas ſeorſum ſnmpta eſt vna,& aliæ relationes ſimul ſumptæ ſunt plures. Et ad
probationem,quam adducunt ex Anſelmo,dicitur quòd defecit ibi vna particula, quæ eſt,melius,
quia quod non eſt bonum,non poteſt eſse melius.Et ad aliam probationem, quam adducunt,
quòd ſumma vnitas attribuitur primo enti,cui nulla competit imperfectio: ſi ergo vnum
dicit priuationem,ſequitur quòd Deus non eſſet vnus,quia in eo non eſt priuatio, & imperfectio.
Ad hoc dicunt aliqui,quòd committitur æquiuocatio, quia vnum in Deo & alijs entibus B
non dicitur niſi æquiuoce;vnum enim in Deo non ſignificatur ſnb ratione indiuiſionis; quia
illud,à quo accipitur ratio vnius in Deo,eſt poſitiuum & non eſt negatio; ſed in alijs entibus
Refellitur reſpõſio Recentiorum. ratio,qua ſignificatur vnum, eſt priuatio. Sed hæc reſponſio non placet, quia ſicut ens non dicitur æquiuoce de Deo & creaturis, ita nec vnum. Et propterea melins dicitur, vt declarat S.
q.11.art.3. Thomas 1.p.quòd vnum,quod eſt principium nnmeri,non prędicatur de Deo, ſed ſolum de
his,quę habent eſſe in materia: vnum vero,quod conuertitur cum ente, eſt quoddam metaphyſicum,
quod ſecundum eſſe non dependet à materia; & licet in Deo non ſit aliqua priuatio,tamen
ſecundum modum apprehenſionis noſtræ non cognoſcitur à nobis, niſi per modnm priuationis
& remotionis,& ſic nihil prohibet aliqua priuatiue dicta,de Deo prędicari; ſicut quod eſt
incorporeus,& infinitus;& ſimiliter de Deo dicitur quòd ſit vnus.

In priuationibus poteſt fieri reductio ad primum. Ad ſecundam rationem dico, negando quòd non poſsit fieri reductio ad primum tale in
priuatio nibus; vnde reductio ad primum tale non eſt proprietas profectionum, quia competit
etiá negatiuis,ſicut fit reductio ad ſumme inal terabile,& ad ſumme immntabile,& ad ſumme
immateriale,ita etiam poteſt fieri reductio ad ſumme vnum, quamquàm dicat negationé, C
& ens indiuiſum.

Ad tertiam rationem dico,qnòd priuatio dupliciter conſideratur, vno modo ſecundum ſe,
& ſic concedo,quòd non ſuſcipit magis & minus,alio modo ſecundum ſuum oppoſitum, &
ſic negandum eſt,quòd non recipiat magis & minus: vnde ſecundum quod eſt aliquid magis
vel minus diuiſum,eſt magis vel minus vnum, & vmbra vnius corporis non eſt maior quàm
altera,& vnum peccatum non eſt maius altero peccato ſecundum ſe,ſed tantum ratione ſui oppoſiti,
& tamen vmbra & peccatum ſunt priuationes, niſi velimus dicere omnia peccata eſſe
paria, vt dicebant Stoici.

Tex. 21. Ad quartam rationem ſimiliter eſt neganda maior, qnia eſt expreſſe contra Ariſt.5.huius,
vbi vult etiam in malis dari menſuram, cum menſurare ſit commune poſitiuis & negatiuis,
non enim ſolum in genere entium id, qnod eſt ſimpliciſsimum, dicitur menſura reliquorum,
ſed etiam in genere ęgritudinum & peccatorum; minimum enim in peccato gulę & luxurię eſt
menſura reliquorum peccatorum,& minimum abſolute, ideſt vnum menſurat multitudinem
abſolute,cum vtrunque ſit negatiuum,ſcilicet multitudo & vnum; & ſic de multitudine tranſcendente D
& prędicamentaria.

Vnum bifariam dicit. Quintam rationem ſolnit S.Thomas 1.p.eadem quęſtione qua ſupra, quia duplex eſt vnũ,
quoddam homogeneum,quod componitur ex ſimilibus partibus, & quoddam heterogeneũ,
quod componitur ex diſsimilibus partibus: in quolibet autem toto homogeneo,totum conſtituitur
ex partibus habentibus formam totius, ſicut quælibet pars aquæ eſt aqua,& talis eſt conſtitutio
continui ex partibus ſuis: in quolibet autem toto heterogeneo quælibet pars caret forma
totius,nulla enim pars domus eſt domus, nec aliqua pars hominis eſt homo, & tale totum
eſt multitudo: inquantum ergo pars eius non habet formam multitudinis,cõponitur multitudo
ex vnitatibus,ſicut domus ex non domibus, non quòd vnitates conſtituant multitudinam
ſecundum id quod habent rationem indiuiſionis, prout opponuntur multitudini, ſed ſecundum
hoc quod habẽt de entitate,ſicut & partes domus conſtituunt domnm per hoc,quòd ſunt
quædam corpora, non per hoc quod ſunt non domus. Nec replica, quam adducit Quidam
doctor,eſt alicuius momenti aduerſus iſtam reſponſionem, quia licet nulla negatio vel priuatio
ſit idem realiter cum poſitiuo,& vnum dicat negationem & priuationem, quomodo igitur

poſsit

A poſsit eſſe idem cum ente, cuius eſt paſsio; dicitur ergo quòd eſſe idem contingit dupliciter, ſcilicet poſitiue & negatiue, vnum enim formaliter eſt idem enti negatiue & nõ poſitiue, quia non aliam naturam ſignificat, ſed eandem; & ſic ipſum vnum non eſt magis extra nihil, quàm alia priuatiua & negatiua.

Eſſe idẽ dupliciter contingit negatiue & poſitiue.

Ex quibus omnibus patet quo ad vtrumque punctum, opinionem Scotiſtarum eſſe falſam. Sequitur modo vt videamus veritatem iſtius quæſiti de mente S. Thomæ. Sed tu domine Deus noſter, qui vnum te filiis Iſrael prædicaſti, quando dixiſti eis: Audi Iſrael dominus Deus tuus vnus eſt, doce ſeruum tuum in hac profunda perſcrutatione, quomodo vnitas & in te, qui es vere vnus & maxime vnus, & in alijs à te reperiatur, & quidnam ſupra ipſum ens addat: verum, cum ratio naturalis doceat, ens non æqualiter & ſecundam vnam rationem eſſe in omnibus: ſic quoque nec vnum nec indiuiſio, Vnde alio pacto eſt in ſimplicibus, & alio pacto in compoſitis, nec non & in ſubſtantijs & accidentibus: docet etiam & ratio naturalis, quòd vnum poteſt accipi tribus modis. Primo pro ſubſtrato tantum, quod dicit in recto, vnum enim ſubſtrate & materialiter nihil aliud eſt, niſi ipſum ens. Secundo poteſt accipi ipſum vnum pro

Vnũ tripliciter accipitur.

B ſuo formali ſignificato, & hoc tale ſignificatum formale eſt indiuiſio, quæ quidem indiuiſio & entitas differunt non ſicut duæ res, ſed ſicut res & negatio eius, exempli gratia ipſius columbi & indiuiſio columbi non ſunt idem, licet ad vnum ſequatur reliquum, vt licet ad albedinem ſequatur non nigredo, tamen albedo non eſt eſſentialiter non nigredo, quia nulla negatio eſt de eſſentia alicuius poſitiui. Tertio poteſt accipi ipſum vnum prout ſimul dicit ſubſtratum & formale, & ſic ratio eius erit compoſita ex conceptu entis & indiuiſionis, & ſic vnum duo ſignificat, vnum in recto, quod eſt ens, & aliud in obliquo, quod eſt indiuiſio: hinc vnum nihil aliud eſt, niſi ens habens diuiſionem. Docet quoque ratio naturalis, quòd de ratione formali vnius, quod conuertitur cum ente, non eſt diuiſio à quocunque alio: nam remota omni multitudine, poteſt adhuc ſaluari vnitas, quia ipſa eſt prior, ſed diuiſio ſine multitudine ſaluari non poteſt: ergo diuiſio non poteſt eſſe de ratione vnitatis: nullum enim poſterius eſt de formali ratione prioris, ſi enim diuiſio ab aliquo eſſet de ratione vnitatis, vbi eſset maior vnitas, ibi eſſet maior diuiſio, cuius oppoſitum eſt euidens: nam licet maior ſit vnitas animæ, quàm corporis, videmus tamen, quòd tanta eſt diuiſio corporis ab anima, quanta econuerſo.

C His ſic iactis nunc dico, quòd vnum quoad ipſum ſubſtratum dicit eandem naturam cum ipſo ente, & hoc dicit philoſophus in præſenti lib. ſ. quòd ens homo, & vnus homo idem ſignificant, quod probat dupliciter: tum quia non ſeparantur in generatione & corruptione: tum quia ens & vnum prædicant eandem naturam & eſſentiam cuiuslibet per ſe, & non per accidens, hæc igitur propoſitio eſt indubitanter vera.

Tex. 3.

Secunda propoſitio eſt peripatetica, quòd vnum dicit poſitiuum cum negatiuo, hæc etiam patet, quia ſubſtratum ipſius vnius, quod ſignificat in recto, eſt poſitiuum, formale ſignificatum ipſius vnius eſt negatiuum, puta eſse indiuiſum à ſe, & eſſe idem ſibi ipſi, hoc enim ſignificat in obliquo: vnde vnus homo eſt animal rationale, hoc eſt poſitiuum habens indiuiſionem, hoc eſt negatiuum.

Vnum dicit poſitiuũ cũ negatiuo.

Tertia propoſitio etiam peripatetica eſt, quòd vnum quoad ſignificatum formale non dicit aliquod poſitiuum, ſed tantum indiuiſionem, & probatur primo ſic; ſi vnum quoad ſuum formale ſignificatum diceret poſitiuum, quæro aut diſtinguitur ab ente tanquàm vnum, vel non vnum: non eſt dicendum primo, quia tunc vel eſſet vnum poſitiue ſeipſo, vel aliquo alio;
D ſi aliquo alio de illo quæratur, & ſic in infinitum; ſi ſe ipſo; ergo ſequitur quòd vnum non dicit aliquod poſitiuum diſtinctum formaliter ab ente, ſed tantum priuatiuum, vt dictum eſt; ſi autem dicis quòd vnum diſtinguitur formaliter ab ente, tanquàm non vnum, quod erat ſecundum membrum poſitum in argumẽto, hoc eſt impoſsibile, & implicans contradictionem; hæc ratio concludit pro iſta tertia propoſitione.

Nec valent obiectiones Aduerſariorum contra iſtam rationem, quæ ſunt duæ; quarum prima eſt reflectens rationem contra S. Thomam dicens: vnum ſupra ens addit duplicem negationem, accipio eam, & argumentor ſic: vel illa vnitas, ſiue duplex negatio eſt vna ſeipſa, vel alio; ſi ſeipſa, pari ratione ſtandum erit in primo, ſcilicet quòd ens ſit vnum ſine duplici negatione, & ſic aliquid eſſet formaliter vnum ſine vnitate, quod videtur abſurdum, ſi eſt vnum aliquo alio, quęram de illo, & ſic procederetur in infinitum, vel ſtabitur in aliquo alio, quod eſt vnum ſeipſo ſine illa duplici negatione, quod eſt maxime falſum. Sed hęc ratio deficit dupliciter, primo quia dictum eſt, quòd de ratione vnius non eſt diuiſio, ſed tantum indiuiſio, quia ſi poneretur tantum Sortes in rerum natura, ipſe eſſet vnus, & eſſet indiuiſus à ſe, & à nullo diuiſus; ecce quomodo non eſt neceſſaria duplex negatio ad formale ſignificatum vnius, niſi

Soluitur rationes aduerſæ.

ſuppoſita multitudine. Deinde argumentum eorum eſt in negatiuis, propterea non concludit: [A] argumentum S.Tho. eſt in poſitiuis, quæ debent habere alia ſignificata. Obiectio etiam illa ſecunda, quæ eſt contra rationem S.Tho. dicebant quòd peccat, per fallaciam figuræ dictionis mutando quo in quod, & reſpondendo ad formam volebant, quòd vnum addit ſupra ens aliquid poſitiuum, & quando dicitur: illud vel eſt vnum à ſeipſo, vel ab aliquo alio, dicunt quòd vnum, cum ſit principium quo, non poteſt dici proprie vnum, quia ſic haberet rationem quod: ſicut albedo non eſt alba, licet ſit illud, quo aliquid eſt album, quando ergo dicis quòd eodem modo erit de ente, non valet ille modus arguendi mutando quo in quod, dicunt enim, quòd illud poſitiuum, quod dicit vnum formaliter, nec eſt vnum formaliter, nec

Cauſa deceptionis aduerſariorũ.

non vnum; ſed eſt illud, quo ens eſt vnum. Sed dico ad hoc, quòd nullius roboris apparet, vt oſtenſum eſt contra Auicen. quia hæc ratio eſt demonſtratiua in terminis tranſcendentibus, ſicut in ente & vno, vnde non eſt par ratio de albedine & albo; quia hi non ſunt termini tranſcendentes; ſed prædicamentales. Secunda ratio, quæ adducitur ad probandam tertiam propoſitionem, eſt iſta; ens vt ſecundum ſuam rationem formalem diſtinguitur ab vno, quæro vel eſt vnum, vel non, non eſt dicendum, quòd non ſit vnum, alioquin ſecundum ſuam rationem [B] formalem non diſtingueretur ab altero; ſi eſt vnum, quæro vt prius, vel illa vnitas dicit aliquid poſitiuum, & ſic quæram de illo, & ſic in infinitum, vel ſtandum eſt in hoc, quòd ens poſitiue ſeipſo eſt vnum: ergo vnitas non addit ſupra ens aliquid poſitiuum, ſed tantum negatiuum.

Infringunt etiam iſtam rationem dupliciter ſoluendo ipſam, & primo dicunt quòd ens vt diſtinctum formaliter ab vno, nec eſt vnum formaliter, nec non vnum; ſed abſtrahit ab vtroque,

Attende & conſidera reſponſiones neotericorũ.

ſi tamen non vnum accipiatur poſitiue, vel contrarie, non priuatiue ſolum, vel negatiue, nam vtique ens vt ſic formaliter acceptum eſt non vnum: ſicut conceptus entis dicitur non eſſe finitus, vel infinitus formaliter poſitiue; ſed eſt nec finitus, nec infinitus. Reſpondent & ſecundo quòd ens ſi accipiatur vt diſtinguitur ab vno, & quæratur vtrum ſit vnum, vel non vnum; poteſt dici quòd ly, vt, vel accipitur reduplicatiue, vel ſpecificatiue, ſi primo modo ſic ly, ens, vt diſtinguitur ab vno, nec eſt vnum, vel non vnum contrarie, vt dictum eſt; ſi ſpecificatiue, ſic ens, vt diſtinguitur dicitur eſſe vnum; & eſt ſenſus, quòd ens, quod diſtinguitur formaliter ab vno, eſt vere vnum: ſed ex hoc nihil habet iſta ratio ſecunda.

Verum ſi quis diligenter conſideret has reſponſiones, iudicabit vtique eſſe ſuperfluas, & nõ [C] ad propoſitum, & implicare contradictionem. Sunt ſuperfluæ, quia ſupponunt vnum dicere naturam præciſam à rebus ſicut ens, quod ſuperius latius fuit improbatũ. Non ſunt ad propoſitum, quia dictũ eſt vnũ non ſignificare poſitiuum; ſed negatiuum. Implicant contradictionem quia apud intellectum bene diſpoſitum vnum, & non vnum proportionaliter ſumendo ipſa

Oſtenditur reſponſiones neoter. implicare contradictionẽ.

implicant contradictionem: quomodo igitur ens non eſt vnum, nec non vnum. Nec eſt verum, quod dicitur in ſecunda reſponſione, quòd quando ly, vt, accipitur reduplicatiue, tunc ly, ens vt diſtinguitur ab vno, nec eſt vnum, nec non vnum contrarie, quia ſiue reduplicatiue, ſiue ſpecificatiue ſumatur ly, vt ſemper vnum, & non vnum participant contradictionem, quæ eſt prima ſpecies contrarietatis; cum quatuor ſint contrarietates, vt declarauit Ariſt. in poſtprædicamentis. Tertia quoque ratio, quam adducit S.Thomas ad probandum vnum non dicere poſitiuum, concludit clarius quàm aliæ rationes adductæ: quia quæcunque in creaturis formaliter diſtinguuntur, & quodlibet illorum eſt poſitiuum, diſtinguuntur etiam realiter, vt rationale & animal in homine; ergo ſi vnum & ens formaliter diſtinguuntur, & quodlibet eſt poſitiuum, diſtinguuntur etiam realiter: ergo ſi vnum & ens formaliter diſtinguuntur [D] & quodlibet eſt poſitiuum, diſtinguitur etiam realiter; ſed hoc eſt falſum: ergo illud, ex quo ſequitur: maior patet, quia cum neutrum iſtorum poſitiuorum ſit infinitum intenſiue, non includit per identitatem realitatem alterius. Et confirmatur, quia aliter homo non eſſet vnus ſecundum ſubſtantiam: hanc rationem conantur Aduerſarij reflectere contra nos ſic: ens & illa duplex negatio differunt formaliter; ergo & realiter, hoc eſt contra Thomiſtas: conſequentia probatur ſecundum ipſos, quia cum neutrum ſit infinitum intenſiue, non includit per identitatem realitatem alterius: nec refert dicere, vtrum ſint ambo poſitiua vel non, ſed hoc accidit dummodo neutrum extremorum ſit infinitum intenſiue, quia per vos illa eſt cauſa præciſa: quare quæcunque differunt formaliter, differunt & realiter, ſi intelligatur realiter ideſt ex natura rei, non tamen ſic realiter diſtinguuntur; ſicut res & res: & tunc concedunt argumentum, & ſic eſſet in propoſito. Dicunt etiam rationem iſtam non eſſe ad propoſitum; quia arguitur de his, quæ ſunt in creaturis; ens autem & vnum cum ſint tranſcendentia abſtrahunt à creato & increato, & reperiuntur in vtroque.

Defenditur ratio S Th. dupliciter.

Sed dico primo, quòd reflexio non eſt ad propoſitum, quia ratio S.Thomæ ſupponit vnum

dicere

A dicere poſitiuum, vt tenent ipſi, propterea concludit contra ipſos; vnde non valet argumentum, quòd ipſi adducunt contra nos: ens & illa duplex negatio differunt formaliter; ergo realiter, quia iſta formalitas apud nos non eſt poſitiuum vt dictum eſt: apud ipſos eſt poſitiuum reale. Dico & ſecundo, quòd cauſa pręciſa iſtius rationis, non eſt illa, quam aſsignant, quòd neutrum extremorum ſit infinitum intenſiue, niſi fundetur in poſitiuis, quia in negatiuis non reperitur iſta infinitas adeoquòd negatiuum identificet ſibi poſitiuum. Nec ſecunda reſponſio ſoluit argumentum, quia ſufficit mihi, vt in creaturis teneat ratio, & eſt demonſtratiua, vt ipſimet acceptant in eis. Nec etiam valet ratio, quam adducunt contra concluſionem; nulla negatio eſt idem realiter per ſe poſitiuo, ſed vnum per Thomiſtas eſt idem realiter ipſi enti: ergo vnum non eſt negatio formaliter: maior probatur, quia aliter idem eſſet realiter poſitiuum, & realiter negatiuum, quod videtur implicare contradictionem. Facilis eſt reſponſio ad hoc dicendo, quòd aliqua dupliciter poſſunt diſtingui: vno modo poſitiue, & hoc eſt, quando in vtroque eſt aliquid poſitiuum per quod diſtinguitur ab alio; & hoc modo dicimus, quòd homo & leo diſtinguuntur per rationale & irrationale. Alio modo diſtinguuntur aliqua Bifariam poſſunt aliqua diſtingui.

B negatiue, quia vnum non dicit aliam naturam ab altero, licet aliqua includat, quæ non includuntur ab altero, vt dicimus, quòd albedo diſtinguitur à non nigredine, & tamen albedò non eſt eſſentialiter non nigredo, quia nulla negatio eſt eadem realiter poſitiuo, & ſic vnum & ens diſtinguuntur, ſ. negatiue & non poſitiue; quia vnū dicit indiuiſionem, quam non dicit ens.

Soluuntur etiam rationes, quas adducebant ipſi pro ſecunda concluſione dicendo, quòd ens & vnum non dicunt eandem naturam quidditatiue & formaliter; tum primo, quia eſſet nugatio dicere ens vnum. Neganda eſt conſequentia, quia ſufficit ad tollendam nugationem diſtinctio rationis, vel diuerſitas modorum ſignificandi: vnde modus diuerſus importatus per ens & vnum facit, quòd non ſint nomina ſynonima, nec eſt nugatio quando iunguntur adinuicem. Ad tollendā nugationem ſufficit diſtinctio rationis. Soluitur etiam ſecunda ratio, in qua dicebant, ꝙ prædicarentur de ſe inuicē in abſtracto, & iſta eſſet vera, entitas eſt vnitas, quod eſt falſum. Ad hoc negamus falſitatem; quia apud S. Thomam hæc eſt vera prædicatio, entitas eſt vnitas, & econuerſo propter communitatem terminorum: homo & animal licet ſint idem eſſentialiter in eodem, tamen hæc non eſt vera, humanitas eſt animalitas, & hoc propter terminos particulares, & prædicamentarios,

C quod non eſt ita de tranſcendentibus. Soluitur & tertiā ratio, in qua dicebant, quòd ens & vnum non prædicantur de ſeinuicem in quid, negatur hoc. Et ad probationem, quòd vnum eſt paſsio entis, & prædicatur de ente per ſe in ſecundo modo; ens autem de vno per ſe nullo modo, ſed per accidens prædicatur, vt habet Ariſt. 1. poſter. dico, quòd male intellexerunt Ariſt. Cap. 4. ibi, cum loquatur de paſsionibus ſpecialibus, & vnum eſt paſsio tranſcendens, & non inconuenit quidditatiue prædicari de ſubiecto, & econtra extendendo nomen quidditatis, quia in tranſcendentibus non proprie reperitur quidditas. Ad quartam rationem, in qua dicunt quòd ens non includitur quidditatiue in vno, ſed tantum in ente creato & increato, & in decem prædicamentis: hoc argumentum ſupponit ens non prædicari quidditatiue de paſsionibus eius, & de vltimis differentijs, quod eſt falſum, vt ſupra oſtenſum eſt. Ad vltimam, in qua dicunt, quòd vnum non poteſt includere ens quidditatiue, quia tunc idem eſſet paſsio ſui ipſius; quod eſt falſum: ſed dico ad hoc verum eſſe, quòd illud, quod eſt idem ſecundum rem & rationem, non poteſt eſſe paſsio ſuiipſius; ſed vnum eſt idem ipſi enti ſecundum rem tantum, Idem nō poteſt eſſe paſsio ſuiipſius quomodo intelligitur. & non ſecundum rationem: propterea poteſt eſſe paſsio alicuius tranſcendentis cum addat ipſi enti indiuiſionem, vt ſępius dictum eſt.

D Soluuntur quoque & argumenta principalia, quæ fieri ſolent contra concluſionem principalem: quòd ſi vnum & ens ſubirent eandem naturam, ſequeretur quòd iſta propoſitio eſſet vera, tantum vnum eſt ens, quod eſt expreſſe contra Ariſt. 1. phyſi. impugnantem Meliſſum, & Tex. 13. Parmenidem ponentes tantum vnum eſſe ens: conſequentia probatur; quia quando aliquid prædicatur de aliquo conuertibiliter, prædicatur de eo cum dictione excluſiua; ſicut ſi homo & riſibilis conuertuntur, verum eſt quòd tantum homo eſt riſibilis; ita etiam ens & vnum conuertuntur: ergo tantum vnum eſt ens. Sed hoc ſoluit S. Thomas, & omnes Quomodo ens & vnum conuertūtur vide hic. fere Doctores vnanimiter; quòd ens & vnum conuertuntur proportionabiliter; ſi eſt vnum numero conuertitur cum ente, quod eſt idem numero, ſimiliter de vno ſpecie, genere, & analogia: nam vnum, cum ſit paſsio entis, debet accipi vniformiter, ſicut & ipſum ens: & licet Ariſt. impugnauerit Parmenidem, & Meliſſum; hoc eſt verum pro quanto illi ponebant omnia entia eſſe vnum ſignatum & particulare ſimpliciter, quod non eſt ita ſecundum nos. Et ſi quis diceret contra; quia ſi ens & vnum importarent penitus eandem naturam, quicquid opponeretur vni, opponeretur alteri, ſed multum opponitur vni; ergo opponetur enti, & ita multitu-

q.11.art.1. do eſset non ens. Hoc ſoluit S. Thomas 1. p. ꝙ vnũ diuidens ipſum ens eſt vnum ſ'm quid A
Cap.vlt. ſumptum; quia non eſt aliqua multitudo non participans vno, vt dicit Dionyſius lib. de diui. nom. vnde ſicut malũ eſt quoddam bonum, & non ens eſt quoddam ens, ita etiam multitudo eſt quoddam vnum; & quod eſt vnum ſimpliciter, eſt vnum ſecundum quid; vnde negandum eſt quòd multitudo non eſſet ens, licet dicant, quòd multitudo non eſt vnum ens, ſed plura entia. Et ex his omnibus patet dilucidatio iſtius quæſiti. De qua re ſi latius alias rationes uis ad-
Quolib. 4. q. 2. ducere, legas Herueum in quodlibet, & Capreolum 1. ſenten. & Gabrielem 1. ſent. & Durandũ
diſtin.13. eodem loco; hi enim doctores plurimas alias rationes formant pręſertim nominales, vt Gre-
diſt.24. gorius Ariminenſis 1. ſent. Nos autem ea breuitate, qua potuimus pro explicatione opinionis
diſt.34. S. Thomæ hæc pauca de hac re dicenda iudicauimus.

Palam autem, quia non ſeparatur nec in generatione nec in corruptione, &c. *Tex. 3.* B

An exiſtentia diſtinguatur re ab eſſentia in alijs à Deo.

Dilucidatio quarta.

Quæſt. 9. GERARDVS de Carmelo quolibet 5. perpendens hanc literam Ariſto. audacter ſubſtinet in omnibus rebus exiſtentiam identificari cum eſſentia, ita arguens; illa ſunt idem realiter, quę eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur, vt docet hic Ariſt. ſed ita ſe habent eſſę & exiſtentia, vt in eodem contextu habetur: ergo tenendum eſt in omnibus rebus exiſtentiam & eſsentiam identificari. Et confirmat ex verbis philoſophi, qui in præſenti contextu dicit, idem enim vnus homo, & ens homo, C
& homo, & non diuerſum aliquid oſtenditur, & ſic idem eſt exiſtentia cum eſsentia.

diſtin.8.q.1. art.2. Aureolus 1. ſenten. eandem ſententiam docuit multis argumentis, ſed inter alia ex verbis Auer. hic, qui arguens Auicennam aſserit, quòd multum peccauit in hoc, quòd exiſtimauit, vnum & ens ſignificare diſpoſitiones additas eſsentiæ rei, & mirum eſt de iſto homine, quomodo errauit tali errore, & poſt pauca ſubdit, nos autem diximus, quòd ſignificant eandem eſsentiam, ſed modis diuerſis, non diſpoſitiones diuerſas eſsentiæ additas &c. vnde manifeſta eſt opinio Auer. in hoc loco exiſtentiam non differre ab eſsentia.

diſt.6.q.1. Scotus 3. ſenten. opinatur etiam exiſtentiam & eſsentiam rei eſse idem realiter, diſtingui tamen ex natura rei, ſicuti diſtinguitur modus intrinſecus, & quidditas cuius eſt, vti albedo diſtinguitur à tali gradu, & licet plurima argumenta multiplicent tam ipſe, quàm ſui diſcipuli ad id perſuadendum; principalius tamen eſt hoc fundamentum; quando aliqua duo ſunt realiter diſtincta, prius poteſt ſine contradictione fieri abſque poſteriori, ſed eſsentia non poteſt fieri ſine exiſtentia: ergo eſsentia & exiſtentia realiter non diſtinguuntur: minor patet, quia eſſentia particularis, quæ ſola fit, neceſsario eſt exiſtens. D

quoli.5.q.2. Cap.5. Godefredus lib. ſuorum quolib. probat ex B. Aug. 5. de trini. eſsentiam & exiſtentiam differre ſolummodo grammaticaliter; inquit enim B. Aug. ſicut ab eo, quod eſt ſapere, dicta eſt ſapientia, ita ab eo, quod eſt eſse, dicta eſt eſsentia; ſed ſapere & ſapientia diſtinguuntur ſolum grammaticaliter, ſicut curſus & currere, lux & lucere; igitur eſse & eſsentia erunt idem realiter, & grammaticaliter tantum differunt, quia ſe habent ſicut nomen & verbum, eſſe enim eſt nomen, vt calor & calere, curſus & currere; vita & viuere; hæc omnia differunt grammaticaliter, ſic eſse & exiſtentia.

diſt. 34. q.1. Durandus de ſancto Portiano vir perſpicaciſsimi ingenij 1. ſent. dilatauit eandem ſententiam, qui poſtquàm recitauit diuerſos modos dicendi circa hoc quæſitum, ſubdit ipſe, nihilominus alius modus dicendi eſt, quem credo veriorẽ, ſcilicet quòd ſuppoſitum & natura, hoc eſt concretum & abſtractum, ſiue accepta in vniuerſali, vt homo & humanitas, ſiue in ſingulari, vt hic homo, & hęc humanitas, non importãt aliud de principali ſignificato, ſed idem penitus: ex modo tamen ſignificandi ſuppoſitum ſeu concretum aliquid connotat, quod non connotat natura; quod quidem ita perſuadet, non plus differt concretum & abſtractum in prædi-

camento

A camento ſubſtantiæ, quàm in prædicamento accidentis; ſed in prædicamento accidentis concretum & abſtractum penitus idem ſignificant, vt album & albedo, album enim ſolam qualitatem ſignificat, ſicut albedo, vt docuit Ariſt. lib. prædicamen. ergo in prędicamento ſubſtantiæ concretum & abſtractum, vt homo & humanitas penitus idem ſignificant. Cap. de ſubſtan.

Hanc eandem doctrinam ſequuntur Neoterici, & conantur tum rationibus, tum auctoritatibus Ariſt. colorare. Et ratio prima iſtorum eſt, quia Ariſt. 10. huius ſcribit ens & vnum adiuncta rebus nihil amplius ſignificare, quàm res ipſas: ſed idem eſt exiſtens quod ens: ergo exiſtere non ſignificat aliquam rem diuerſam ab eſsentia: probatur minor, tum quia hoc nomen, ens, impoſitum eſt in lib. de ente & eſsentia ad ſignificandam eſsentiam in ordine ad exiſtentiam; tum etiam quia cum exiſtere ſit tranſcendens, neceſſe eſt quòd ſit idem quod ens, vel aliqua paſsio entis; ſed conſtat non eſſe aliquam paſsionem entis: ergo eſt idem quod ens. Et confirmant rationem iſtam, quia exiſtere eſt tranſcendens: ergo non ſignificat aliquam rem diuerſam ab ijs, de quibus dicitur: probatur conſequentia, tum quia cetera tranſcendentia, vt ens, vnum, verum, bonum, non ſignificant aliquid re diuerſum ab his, de quibus dicuntur; Tex. 8. Cap. 1.
B tum etiam quia hoc requirit ratio tranſcendentis; nam ſi eſt tranſcendens; ergo per omnes res peruadit: ſi autem exiſtentia eſt res quædam; ergo ipſa quoque exiſtet: nam tranſcendens de omnibus dicitur, vel igitur ſeipſa, vel per aliam entitatem; ſi ſe ipſa, cur non itidem eſſentia exiſtet ſeipſa; ſin autem per aliam entitatem, & illa ſimiliter per aliam, res abibit in infinitum.

Secunda ratio iſtorum, qua nituntur probare ſuum intentum, & refellere opinionem S. Tho. talis eſt: ſi exiſtentia eſt res quædam diuerſa ab eſſentia, neceſſe eſt eam eſſe vel ſubſtantiam, vel accidens: non ſubſtantia, quia nec eſt materia, nec forma, nec compoſitum, hæc enim pertinent ad ipſam eſsentiam, nec eſt accidens, tum quia ſubſtantia non exiſtit propter accidens, ſed potius econtrario; tum etiam quia dici non poteſt ad quam accidentis categoriã exiſtentia proprie pertineat. Sed quia viderunt iſti reſponſionẽ Caietani ad iſtam rationem, in libello de ente & eſſentia, labefactantes ipſam dicunt, nec firmum eſt Thomiſtarum perfugium, qui reſpondent exiſtentiam nec eſſe ſubſtantiam, nec accidens, ſed vltimam rei actualitatem, atque complementum: hoc enim eſt; (vt Ariſtotelico vtar prouerbio) pręter fores rationi occurrere: ſiue enim exiſtentia ſit complementum, ſiue actualitas, ſiue quiduis aliud, id non obC ſtat quominus neceſſe ſit eam eſſe vel ſubſtantiam, vel accidens; etenim diuiſio entis in ſubſtantiam & accidens immediata eſt, quippe cum ad contradictoria reducatur. Poſtea exiſtentiã ſecundum Thomiſtas eſt actus, cum igitur Ariſt. 2. de anima diſtinguat actum in primum & ſecundum, quærendum eſt, an exiſtentia ſit actus primus, ſed is eſt forma ſecundum Ariſt. quare ſi exiſtentia eſt actus primus, non poterit re diſtingui à forma: an ſecundus, at vero is eſt operatio; ergo exiſtentia nullus eſt actus. Cap. 5. Tex. 2.

Tertia ratio eſt, eſsentia ſm ipſos eſt in potẽtia ad exiſtentiã; duplex aũt eſt potẽtia, vt Ariſt. innuit 8. phyſi. vna eſsentialis, altera accidentalis; ſed eſsentia non eſt in potentia eſsentiali ad exiſtentiam, alioquin eſsentia per ſe non eſset completa, & per exiſtentiã eſsentialiter cõpleretur, quod & falſum eſt, & decretis ipſorũ repugnans: nec in potẽtia accidentali, quia exiſtentia non eſt accidens; ergo &c. Confirmant rõnem iſtam, quærendo, vel ex eſsentia & exiſtentia fit vnũ ens per ſe, vel vnũ ens per accidens; non vnũ ens per ſe, quia cũ eſsentia ſit actus & ſimiliter exiſtentia eſt apud ipſos axioma certiſsimum ex duobus entibus in actu nõ poſse fieri vnũ ens per ſe, hac enim maxima ratione pugnant ipſi contra eos, qui ponunt multas formas ſubD ſtãtiales in vno compoſito, ſin aũt ex ipſa exiſtentia & eſsentia exiſtat vnum per accidens, cum res exiſtẽs ſit terminus generationis, generatio ſubſtantialis terminaretur ad ens per accidens. Tex. 32.

Quarta ratio, ſi exiſtentia re differret ab eſsentia, eſsent duo termini per ſe primi ipſius generationis, quod nequaquàm fieri poteſt, vnitas enim numeralis cuiuſlibet motus pendet ex vnitate numerali termini ad quem; probatur antecedens: nam terminus generationis eſt forma, vnde Ariſt. formam ſæpe vocat generationis terminum, finem, & cuius gratia: eſt etiam exiſtentia terminus generationis, nam generatio definitur, quòd eſt mutatio à non eſse ad eſse, generari eſt fieri, fieri autem per ſe terminatur ad eſse, quare ſi eſse ſecundum rem differret à forma duo eſsent termini generationis. Verum Thomiſtæ reſpondent eſse quidem duos terminos, non tamen æque primos, ſed vnum primarium, alterum ſecundarium. Sed contra iſtam reſponſionem arguunt, quærendo vtrum velint eſse primarium, formam ne, an exiſtentiam; non exiſtentiam, hęc enim poſterior eſt forma, cum ſit effectus formalis eius; nec ipſam formam, nam ſi generatio per ſe primo terminatur ad formam, ſecundario autem ad exiſtentiam: ergo etiam ſi remoueretur exiſtentia (quacunque ratione id fieri poſsit) generatio quantum attinet ad ipſam rationem generationis, completa & abſoluta eſset in ſola forma, quod tamen

implicat contradictionem: pugnant enim hæc inter ſe, aliquid eſſe generatum & productum, A
quod tamen non exiſtat, at ſi exiſtentia eſſet terminus ſecundarius generationis, non accideret
talis repugnantia: quemadmodum quia calefactio primo terminatur ad calorem, ſecundario
ad raritatem, etiam ſi raritas ſepararetur à calore, nihilominus calefactio intelligeretur comple
ta & abſoluta per ſolam caloris productionem.

Quinta ratio eſt, in accidente eſſentia non diſtinguitur ab exiſtentia, ergo nec in ſubſtantia:
probatur antecedens, ſi exiſtentia accidentis eſt res diuerſa ab eſſentia, quærendum eſt, an talis
res ſit ſubſtantia vel accidens: non ſubſtantia vt patet: ſi eſt accidens, ergo ſimiliter ipſum inexi
ſtit; aut igitur ſeipſo, aut per exiſtentiam à ſe diuerſam; ſi ſeipſo, cur non idem de primo acci-
dente dictum eſt? ſi per aliam exiſtentiam, idem rurſus de illa quæri poteſt, atque hoc pacto res
procederet in infinitum.

Ratio Auer. contra Auicennam, Sexta ratio, ſumunt ex Auer. in præſenti litera arguente contra Auicen. quòd cum Auicen-
nas ipſe affirmaſſet ens & vnum ſignificare diſpoſitiones, ſeu naturas quaſdam adiunctas re-
bus; de quibus dicuntur; quam rationem ibidem probat S. Tho. dicunt modo iſti, quòd hæc ra
tio Auer. non minorem vim habet contra hanc Thomiſtarum opinionem, quàm contra Aui-
cennam: eſt autem ratio Auer. huiuſmodi; ſi ens & vnum ſignificant aliquid additum rebus, B
cum illud etiam ſit ens & vnum, alioquin nihil eſſet, vel eſt tale ſeipſo, vel per aliquid aliud:
ſi ſeipſo etiam quælibet res erit ens & vna ſeipſa: ſi per aliud de illo itidem quæratur, &
ſic continget proceſsus in infinitum: hæc ratio ſimiliter valet contra Thomiſtas; nam ſi exiſten
tia eſt diuerſa res ab eſsentia, cum ipſa exiſtat, ſiquidem ipſum exiſtere tranſcendens eſt; vel
exiſtit ſeipſa, vel per aliam exiſtentiam &c. deinceps ſimiliter vtſupra connectantur. Subdunt
deinde nolle plura argumenta colligere ad extirpandam hanc opinionem S. Tho. quia mani-
feſtiſsimum eſt exiſtentiam non poſse realiter diſtingui ab eſsentia, & ſanè nullo viro ſapien-
ti placere poteſt multiplicatio entium ſine cauſa & neceſsitate, præſertim cum quæ de eſſentia
& exiſtentia dicuntur, ſola rationis diſtinctione poſita, facillime defendi & optime poſsint
explicari.

Contendunt deinde auctoritatibus Ariſt. eſsentiã nõ diſtingui ab exiſtentia, præſertim in in
Tex. 16. telligentiis; Ariſt. enim 8. huius inquit, quæcunque nec ſenſibilem, nec intelligibilem materiã
habent, ſeipſis ſunt ens & vnum, & non per aliquid ſibi additum; ſed intelligentiæ nec ſenſibi-
lem, nec intelligibilem materiam habent; dicitur enim materia ſenſibilis ea, quæ eſt in rebus C
phyſicis, & intelligibilis, quæ eſt in mathematicis, quemadmodum ipſemet Ariſt. declarat 7.
Tex. 35. huius: ergo intelligentiæ non ſunt, nec exiſtunt per exiſtentiam additam eſſentiæ ſuæ & ab ea
Tex. 9. re diuerſam. Item Ariſt. 3. de anima inquit, in abſtractis à materia idem eſt quidditas, & ha-
bens quidditatem; ſed habens quidditatem eſt res exiſtens: ergo in rebus abſtractis exiſtentia
Tex. 17. eſt idem cum eſſentia. Item Ariſt. 9. huius remouet omnem potentiam ab intelligentijs aſſe-
rens omne æternum carere potentia, & ſolum ibi excipit cælum, quod habet potentiam ad
Tex. 30. vbi, ratione cuius eſt mutabile & variabile. Et 12. huius ſcribit idem Ariſt. in intelligentijs
nullam eſſe potentiam, ſiue in ſubſtantia, ſiue in operatione, cuius rei vtroque in loco hanc red
dit cauſam, cum omnis potentia ſit contradictionis, ſi intelligentiæ haberent potentiam vel in
ſubſtantia, vel in operatione poſsent eſse & non eſse, etiam operari & non operari; quare &
motus cæleſtis, & intelligentiarum, atque adeo ipſius mundi æternitas tolleretur, ſtante hac
veritate Ariſt. ſi eſsentia & exiſtentia diſtinguerentur realiter, vt volunt Thomiſtæ in intelligen
tijs, tunc in eis eſset compoſitio & potentia, nam eſsentia habet potẽtiam ad exiſtentiam, qua-
re ſequitur opinionem iſtam eſſe contra Ariſt. D

Addunt adhuc, quòd apud peripateticos tritiſsimum eſt, atque certiſsimum axioma, omnẽ
compoſitionem eſſe nouam & diſſolubilem, quare ſi in intelligentijs eſſet compoſitio ex
Tex. 51. eſſentia & exiſtentia, intelligentiæ non eſſent æternæ, & tamen Ariſt. 12. huius, vult in intelli-
gentijs idem ſecundum rem eſse intellectionem, intelligentem, & rem intellectam; ſi autem
intellectio idem eſt cum ſubſtantia intelligentiæ, multo magis erit exiſtentia. Hæc ipſi in pro-
pria forma.

Vt veritas huius negotij manifeſtetur omnibus tria præpono hic explicanda. Primo impu-
gnabo opinionem iſtorum. Secundo declarabo veritatem iuxta placitum S. Tho. Tertio re-
Occaſio diſputãdi hoc quæſitum, ſpondebo argumentis ipſorum. Quoad primum, quia hæc diſputatio latius à grauiſsimis
auctoribus eſt agitata, iure eſset à me derelinquenda; verum quia quidam Recentiores reuo-
cant in dubium id, quod ſancitum eſt ab illuſtribus doctoribus; ob hoc vt oſtendam eos allu-
cinari, & rationes, quibus mouentur ad oppoſitum perſuadẽdum, nihil concludere, volui con
trouerſiam hanc aliquo pacto agitare hic, & quia verum vero nunquàm aduerſatur, propterea
ſi con-

A ſi controuerſiam hanc allatam reſolutam eſſe in theologia reperimus, in philoſophia quoque ità exiſtimare debemus; ſed ſic eſt quòd in theologia exiſtentia & eſsentia diſtinguuntur realiter in creatura rationali: ergo ita & in philoſophia aſſerendum eſt: minor huius argumenti patet ex concilio Epheſino, vbi patres illius concilij determinarunt contra Neſtorium, & Theodorum moſueſtenum, qui ponebant in CHRISTO Domino duas perſonas & exiſtentias, dicentes quoniam enim vnus eſt filius & dominus; verbum illud Dei incarnatum, omnino etiam vna eſt illius perſona; propterea qui illum diuidunt, partiuntur in hominem ſeparatim, tanquàm alium præter Dei verbum exiſtentem filium, & in Deum ſeparatim tanquàm rurſus alium exiſtentem filium merito tanquàm duos dicentes eſse filios, virtuti propoſiti huius anathematiſmi ſubijciuntur: ſi ergo exiſtentia non diſtinguitur realiter ab eſsentia & natura, & in CHRISTO Domino ſunt duæ naturæ & eſſentię, nempe diuina, & humana: ergo erunt duæ exiſtentiæ, & ſic erit duplex exiſtens, cuius tamen oppoſitũ ſancitur in hoc canone.

Christus eſt vnus exiſtẽs, ergo habet vnam exiſtẽtiam.

Verum reſpondent oppoſitum ſubſtinentes huic canoni dicentes, quòd in græco habetur hypoſtaſis loco exiſtentiæ, & quia hæc ſynodus fuit ſcripta græco idiomatæ, interpres debuit B vertere perſonam, ſed loco perſonæ poſuit exiſtentiam, vnde fatendum eſt in CHRISTO Domino non eſse duas perſonas, quia hæc eſt hæreſis Neſtoriana; ſed ponere duas exiſtentias in eo non eſt hęreticum neque erroneum, quia exiſtentia non eſt idem quod perſona, ſed eſt perfectio naturę humanę, quia CHRISTVS Dominus accepit naturam humanam perfectam; igitur non ſine ſua actuali exiſtentia: non ergo debemus concedere in CHRISTO duas perſonas, nec duas ſubſiſtentias, nec duas hypoſtaſes, ſed concedimus vnam perſonam, & duas exiſtentias.

Reſponſio neotericorũ.

Sed contra iſtam reſponſionem arguo in primis non poſſe ſtare; tum quia ſequeretur concilij ipſius Epheſini canonem male eſse translatum, quia pro hypoſtaſi poſuit exiſtentiam. Secundo quia hoc expreſse aduerſatur epiſtolæ Sophronij, quæ probata fuit à Concilio Conſtantinopolitano ſexto, & illi eſt inſerta, vbi traditur carnem CHRISTI non habere eſse, niſi in verbo, & quòd vnam habet & exiſtentiam cum verbo. Item in ſexta ſynodo generali in confeſsione patriarchę Hieroſolymitani ſic habetur; In verbo Dei non in ſeipſa (loquitur de carne à verbo) habet vnam exiſtentiam cum verbo. Et Ioannes Damaſcen. lib. 3. fidei orthodo- C xæ dicit humanitatem CHRISTI exiſtere per exiſtentiam verbi. Deinde probo abſolutę, quòd perſona, hypoſtaſis, ſubſiſtentia, exiſtentia, ſubſtantia prima, vnum & idem ſignificant; & hoc ex concilio Florentino, vbi ita dicitur. Subſtantia duobus modis à doctoribus ſolet intelligi, vno quidem pro rei ratione, quę diffinitionem quodquid eſse rei ſignificantem, vel alio nomine entitatem, atque naturam rei; altero vero modo ſubſtantia pro ſuppoſito capitur, quemadmodum Ariſt. 5. lib. metaphy. iuxta omnium doctorum expoſitionem dicere videtur, quod quidem ſuppoſitum in prędicamentali ſubſtantię linea, ſpeciebus, atque generibus apud Porphy. ſubſtat, vt Socrates atque Plato, quæ alio quoque nomine hypoſtaſis, vel exiſtentia, vel res naturæ ſolet appellari; in genere autem humano eadem ſubſtantia perſonam ſignificat, quandoquidem perſona dicitur eſse naturę rationis capax incommunicabilis exiſtentia, itaut in rationali ſpecie ſubſtantia pro ſuppoſito accepta exiſtentiam, atque perſonam apud omnes illos doctores ſignificet, qui in Arrium ac Macedonium conſcripſerunt, quid clarius? hęc verba non poſsunt aliqua alia ratione tergiuerſari, cum concilium hoc fuerit ſcriptum idiomate latino, & propterea non oportet fugere quòd interpres tranſtulit exiſtentiam, loco cuius debe- D bat ponere hypoſtaſim.

Act. 11.

Cap. 32.

Seſs. 19.

Tex. 15.

Perſona & exiſtẽtia ſũt idem.

Deinde in eodem concilio Epheſino ſupra citato ita habetur: ſi quis in perſonis duabus vel ſubſiſtentiis eas voces, quæ in Apoſtolicis ſcriptis continẽtur, & Euangelicis diuidit vel quæ de CHRISTO dicuntur, anathema ſit. Alex. Alenſis 1. p. ſummę de mente Rich. in libro de trinit. ait, conuenienter dicuntur tres exiſtentiæ ſicut tres perſonę, ſed nullo modo dicuntur tres eſsentię; ſed vna tantum eſsentia, quia nomen exiſtentiæ ſignificat eſsentiam cum ordine originis, quia exiſtere nil aliud ſonat niſi ex alio ſiſtere, & ideo exiſtentia eſt nomen perſonale in diuinis, ecce quomodo hęc nomina nempe perſona, hypoſtaſis, ſubſtantia prima, ſuppoſitum, res naturę, ſubſiſtentia, & exiſtentia idem ſignificant ex Concilijs & ex patribus.

Can. 4.

q. 49. mẽb. 1.

Argumentor etiam & rationibus, quòd in CHRISTO Domino non debent multiplicari exiſtentiæ, & tamen multiplicantur eſsentię, ob hoc eſsentiam & exiſtentiam re diſtinguit neceſsario dicendum eſt. Sit prima ratio talis; exiſtentia eſt proprietas perſonalis primo & per ſe conueniens perſonę, deinde naturę ratione perſonę; ſed proprietates perſonales non multiplicantur in CHRISTO magis quàm ipſa perſona: ergo &c. maior probatur, nam ſuppoſitum ſine perſona eſt quod primum & per ſe generatur, non natura, non eſse, vt patet 7. huius

Tex. 26.

ſed eius eſt eſſe cuius eſt generari & fieri, nam fieri eſt acquirere eſſe: ergo exiſtentia eſt proprietas perſonalis. A

Hereſis Neſtorij.

Secunda ratio ſit, ſi humanitas CHRISTI haberet propriam exiſtentiam, non recte intelligi poſſet, quomodo hæc vnio ſit ſubſtantialis ſecundum exiſtentiam, ſubſiſtentiam, & perſonam; nam ſi humanitas ex ſe haberet exiſtentiam & non à verbo; ergo ex ſe eſſet in actu cōpleto, & ſic non eſſet vnita verbo per exiſtentiam eius, ſed tantum ei copulata accidentaliter, & ſecundum dignitatem & vnitatem affectus & operis, vt peruerſe docebat Neſtorius; quemadmodum ſi anima haberet vnum eſſe completum per ſe & exiſtentiam propriam, & corpus aliud eſſe & exiſtentiam, non poſſet intelligi, quomodo anima & corpus vnirentur in vna exiſtentia & perſona ſubſtantialiter, ſed tantum vnirentur vnione accidentali, vt duo lapides.

Tertia ratio ſit ducens ad impoſſibile; ſi humanitas CHRISTI eſt idem realiter cum ſua exiſtentia, ſequitur quòd verbum diuinum exiſtit per exiſtentiam creatam; ſed hoc eſt falſum ergo, &c. conſequentia probatur, nam verbum diuinum eſt homo per humanitatem creatam, vult per voluntatem creatam, quia aſſumpſit humanitatem & voluntatem: ergo ſi aſſumpſit exiſtentiam creatam, exiſtit etiam per illam, cuius tamen oppoſitum docet fides, quia humanitas fuit aſſumpta ad perſonalitatem verbi diuini, quod quidem diuinum verbum dedit ſuam exiſtentiam humanitati præueniendo exiſtentiam ipſam creatam. B

Cap. de ſubſtantia.

Probo deinde opinionem iſtorum eſſe falſam, & contradicere decretis Ariſt. qui in prædicamentis comparans primas ſubſtantias ad ſecundas dixit, ſubſtantias ſecundas ſubſtentari in primis, quibus corruptis impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere, hoc eſt ſubſtantiarū ſecundarum & accidentium, & tn Porphy. lib. prædicab. dixit ꝙ deſtructis ſingulis animalibus remanet ratio animalis, & ſic etiam deſtructis omnibus hominibus remanet adhuc animalis ratio, quæ duo dicta cum euidenter contraria appareant; alia via conciliari non poſſunt, niſi dicendo quòd Ariſt. loquitur ſecundum realem exiſtentiam, quia deſtructis ſingularibus clarum eſt, quòd nec animal nec homo in eis inueniretur: Porphyrius autem loquebatur de animalibus ſecundum eſſentiam, hoc eſt ſecundum habitudinem & connexionem terminorum, quia animal dicitur de homine nullo ſingularium exiſtente, ſicuti nulla roſa exiſtente iſta propoſitio eſt vera, roſa eſt flos ſpirans odorem; patet ergo exiſtentiam realiter diſtingui ab eſſentia de mente Ariſt. & Porphy. ſicuti corruptibile ab incorruptibili. C

Cap. 5. (beside: "darum & accidentium")

Cap. 1.

Item 2. poſter. ſcribit Ariſt. quatuor eſſe quæſtiones de rebus ſcibilibus, an ſit, quid ſit, quia eſt, & propter quid eſt, vt an ſit centaurus, quid ſit &c. Sed iſtę quæſtiones realiter diſtinguuntur; quæſtio enim propter quid, dicit cauſam; quæſtio quia eſt, dicit inhęrentiam paſſionum ad ſubiectum; quæſtio quid, dicit prædicata quidditatiua & eſſentialia; quæſtio an ſit, dicit exiſtentiam rei, puta an exiſtat centaurus in rerum natura; igitur exiſtentia & eſſentia de mente Ariſt. realiter diſtinguuntur.

Tex. 9.

Item 3. de anima dicit, quòd aliud eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe, & aqua & aquæ eſſe, hoc eſt ſuppoſitum & natura, ſeu exiſtentia & eſſentia ſecundum communem interpretationē omnium illuſtrium doctorum, &c.

Tex. 15.

Item 5. huius diſtinguit ſubſtantiam in multos modos, quorum vnum dicit eſſe quodquid erateſſe, cuius ratio eſt definitio, & hoc eſt ſubſtantia & eſſentia vniuſcuiuſque, vt exponit Auer. Alterum dicit eſſe indiuiduum, quod non dicitur de aliquo, neque eſt in aliquo, & alia dicuntur de eo; & exponit Auer. quòd hic modus eſt indiuiduum ſubſtantiæ, quod in prædicamentis appellatur prima ſubſtantia, quæ prima ſubſtantia eſt ſuppoſitum, exiſtētia, & perſona; ſed iſti duo modi ſubſtantiæ realiter diſtinguuntur; nam prima & ſecunda ſubſtantia diſtinguuntur realiter: ergo eſſentia & exiſtentia realiter diſtinguuntur. D

Tex. 7.

Item 7. huius docet Ariſto. eandem doctrinam aſſerens ſubſtantiam capi aliquando pro quodquid erateſſe, vt vniuerſale, & genus dicitur ſubſtantia cuiuſque; aliquando vero pro ſubiecto, de quo cetera dicuntur, illud vero non amplius de alio, & exponit Auer. quòd hanc ſubſtantiam definiuit in libro cathegoriarum dicens eſſe illam, de qua prædicantur alia, ipſa vero de nihilo prædicatur; ſed clarum eſt hæc duo membra ſubſtantiæ realiter diſtingui: ergo eſſentia & exiſtentia realiter diſtinguuntur ad mentem Ariſt. & Auer.

Veritas ſemper prçualet.

Deinde probo & ratione exiſtentiam realiter diſtingui ab eſſentia; quia veritas eſt vniformis in omnibus, cum ſit vna & ſemper præualeat; ſed illi, qui dicunt exiſtentiam identificari cum eſſentia, non vno modo hoc explicant: igitur opinionem illorum alienam eſſe à veritate arbitrandum eſt; minor declaratur, quia ſunt aliqui, qui dicunt exiſtentiam eſſe idem cum eſſentia, & non differre niſi per quandam relationem in ordine ad cauſam efficientem; & hęc eſt opinio Henrici Gandauen. in quolib. Alij vero dicunt exiſtentiam in creaturis diſtingui tantum

Quolib. 9. & 10.

tum

A tum ex natura rei, ſicut modus intrinſecus, & quidditas cuius eſt, quemadmodum albedo di-
ſtinguitur à ſuo modo intrinſeco, gradu ſcilicet vt tria vel quatuor. Hanc opinionem docet
Scotus 3. ſent. quam magnificat & dilatat Franciſcus de Mayronis 1. ſent. vbi diuerſos modos diſt. 6. q. 1.
rerum explicat. Alij concordant cum Durando 1. ſent. qui aſſerit ſuppoſitum & naturam eſſe diſt. 42. q. 5.
penitus idem, & diſtingui tantum modaliter; ita enim ſcribit, poſtquàm retulit diuerſas ſenten diſt. 34. q. 1.
tias doctorum; nihilominus alius modus dicendi eſt, quem credo veriorem, ſcilicet quòd ſup-
poſitum & natura, hoc eſt concretum & abſtractum, ſiue accepta in vniuerſali, vt homo & hu-
manitas, ſiue in ſingulari, vt hic homo, & hęc humanitas, non important aliud de principa-
li ſignificato, ſed idem penitus, ex modo tamen ſignificandi ſuppoſitum ſeu cõcretum aliquid
connotat, quod non connotat natura. Alij vero dicunt eſſentiam & exiſtentiam, ſeu ſup-
poſitum & naturã diſtingui ſola grammatica diſtinctione. Quam ſententiam docuit Godo-
fredus in quolib. Sunt & quidam alij, qui volunt in rebus tantum corruptibilibus diſtingui eſ Quolib. 3.
ſe ab eſſentia; in perpetuis autem identificari, quam opinionem ſubſtinent multi Auerroiſtæ,
inter quos eſt Ioannes de Ianduno in hoc libro; ergo &c. Quæſt. 4.

B Pręterea quando ſunt aliqua duo eadem realiter, cuicunque eſt vnum incompoſſibile,
erit & alterum; ſed eſſentia & actualis exiſtentia ita ſe habent, quòd non quicquid eſt incom-
poſſibile eſſentiæ, eſt incompoſſibile exiſtentiæ, & econtra: ergo eſſentia & exiſtentia non
ſunt eadem realiter; maior patet; minor probatur, quia quadruplex eſt quidditas, ſeu eſſentia: Eſſentia eſt quatruplex.
quædam quę eſt neceſſe eſſe, ſicut deitas, quędam, quę non eſt neceſſe eſſe, ſicut chimera: quę-
dam, quæ eſt contingens eſſe, ſicut natura rei creatæ, quę poteſt non eſſe, & ideo contingen-
ter poteſt eſſe: quædam, quæ eſt contingens non eſſe, ſicut eſſentia rei creabilis; modo ipſi eſ-
ſentię eſt compoſſibilis neceſſitas, cui non eſt compoſſibilis contingentia; ſed exiſtentiæ eſt
compoſſibilis contingentia & non neceſſitas, excepta exiſtentia Dei, quę eſt neceſſaria & ea-
dem cum natura Dei: ergo à primo ad vltimum ſequitur exiſtentiam realiter diſtingui ab
eſſentia in creatis.

Præterea Deus eſt primum verum & primum ens per ſe, ex 2. huius, à quo deriuatur eſſe Tex. 4.
his quidem clarius, his vero obſcurius ex 1. cæli; ſed nulla creatura eſt verum & ens per ſe: igi- Tex. 100.
tur in nulla creatura exiſtentia & eſſentia ſunt idem realiter, cum hæc ſit proprietas tantum pri
C mi principij, ſicut enim illud, quod habet ignem, non eſt ignis, ſed igni tum in participando
ignem, ita illud, quod habet eſſe exiſtentiæ & non eſt eſſe exiſtentiæ participat illud; ſed ſola
prima cauſa eſt ens exiſtens per ſe, omnia creata non ſunt entia, ſed habent exiſtentiam: igitur
in omnibus rebus creatis neceſſario eſſentia & exiſtentia diſtinguuntur realiter. Plurimę alię
rationes adduci poſſent ad hoc probandum, ſed ſufficiant hæ in præſenti.

Quantum ad ſecundum declaranda eſt veritas, quomodo in omnibus, citra Deum, exiſten-
tia realiter diſtinguatur ab eſſentia; hanc enim veritatem docuit Plato in primis, qui tradidit
eſſentiam rerũ eſſe ideas abſtractas vt formas ab indiuiduis, ſicuti imponit ſibi Ariſt. pluribus
in locis ſuæ doctrinę, præſertim 7. huius, quam ſententiam & ſi impugnauerit, nõ tamen quo- Tex. 28.
ad hoc, vt expreſſe teſtantur verba ſua. Auicen. quoque fuit huius opinionis 5. lib. ſuę meta- Cap. 5.
phy. Item Algazel, vt recitat Auer. lib. deſtru. deſtru. cuius verba referuntur ibi; Deus (ait) eſt Diſp. 8.
per ſe ens, creatura vero habet eſſe per additamentum, quia recipit eſſe à Deo. Alpharabius Cap. 3.
lib. ſuo Colliget eandem ſententiam docuit. Sic etiam & Boetius lib. de hebdo. vult in crea-
tis diuerſum eſſe id quod eſt, ab eo quo eſt. Alber. etiam Magnus libro de quatuor coquis
D eandem ſententiam docuit. Sic etiam & Roma. Ægid. in quolibeto primo, vbi ex profeſſo Quęſt. 7.
diſputãs hoc quęſitum docet, in omni ente creato differre eſſentiam & exiſtentiam, quam veri-
tatem didicit ex magiſtro ſuo S. Tho. ex hoc loco, & ex 1. ſent. & ex libello de ente & eſſentia, diſt 8. q. 1.
& ex 2. lib. contra gent. & ex tota fere ſua doctrina. Quam etiam ſententiã ſequuntur omnes Cap. 5.
philoſophi & theologi reales; oppoſitam autem tantummodo nominales, qui de nominibus Cap. 32.
tantum diſceptare ſolent, amplectuntur.

Pro cuius intellectu notandum eſt primo, quòd aliqui dicunt exiſtentiam eſſe in duplici dif Dicta neoteric orũ ſunt quatuor.
ferentia: aliam entitatiuam: aliam formalem; prima eſt, quia res eſt extra ſuam cauſam, & ſic ma
teria extra cauſam ſuam habet hanc exiſtentiam, vnde vere dicitur; materia exiſtit; formalem
vero dicunt eſſe effectum formę, & modum quendam rei, quo res ipſa dicitur eſſe extra nihi-
lum & à ſuis cauſis producta, & actu eſſe in mundo; qui enim dicit, hominem, ſignificat na-
turam & quidditatem hominis non declarando an ſit actu in rebus nec ne, qui autem dicit Opinio S. Th. conſiſtit in quinque propoſitionibus.
hominem exiſtere ſignificat naturam hominis quatenus extra nihilum, & extra ſuas cauſas
producta exiſtit in rebus.

Secundo dicunt opinionem S. Tho. conſiſtere in quinque propoſitionibus, quarum pri-

ma eſt: nulla creatura eſt penitus ſimplex. Secunda, nulla creatura eſt actus purus. Tertia, nullius creaturæ operatio eſt idem cum eius ſubſtantia. Quarta, in omni creatura eſt aliquod accidens. Quinta, de nulla creatura vere dici poteſt, quòd ipſa ſit ſuum eſſe, quia hoc eſt proprium ipſius Dei, qui dixit: Ego ſum qui ſum: eque omnes propoſitiones vno eodemq; nituntur fundamento; nam ſi cunctis in rebus eſſe diſtinguitur realiter ab eſsentia: ergo in omnibus eſt compoſitio ex eſse & eſsentia. Secundo, ergo in omnibus eſt potentia, quia in omni compoſitione implicata eſt ratio potentiæ & actus. Tertio, ergo operatio diſtinguitur à ſubſtantia cuiuſlibet rei; nam cum operari ſequatur eſse, ſi eſse diſtinguitur realiter ab eſsentia, multo magis operari. Quarto, ergo quia in quibuſdam rebus operari diſtinguitur ab eſsentia, in his operatio eſt accidens; ſed in omnibus creaturis operari diſtinguitur realiter à ſubſtantia; igitur neceſse eſt in omnibus creaturis eſſe aliquod accidens. Poſtremo, ſi in creatura eſſe extrinſecus aduenit eſsentię, eique imprimitur à primo agente, nulla creatura erit ſuum eſse. A

Exodi cap.3.

Tertio dicunt opinionem iſtam quinque tantummodo inniti fundamentis, quorum primũ eſt Ariſt. 2. poſter. vt ſuperius nos citauimus, & Boetij lib. de hebdom. Secundum quia ſi eſsentia ſecundum ſe eſt indifferens ad eſſe & non eſse, ab vtroq; enim abſtrahitur, eſſentia enim roſæ v.g. in hyeme non habet exiſtentiam, in vere autem habet: ergo exiſtentia diſtinguitur realiter ab eſsentia; nam ſi eſset idem realiter cum exiſtentia, nunquàm poſset reperiri cum oppoſito eius, quemadmodum ſi aliquid eſset idem realiter cum albedine, nunquàm poſset reperiri cum nigredine. Tertium ſi idem eſt eſse & quidditas, ſicut quælibet res eſt ſua quidditas, ita eſset ſuum eſse, ac proinde haberet eſse infinitum ac illimitatum, omnis enim limitatio fit vel per ſubiectum, in quo recipitur, vel per aliquas differentias, quæ contrahũt id, quod limitatur, & ipſum eſse non limitatur per receptionem in ſubiecto, nam cum ſit idem cum eſsentia, non poteſt dici, quòd recipiatur in ea, tanquàm in ſubiecto; nec etiam limitatur per differentias, ſicut enim ens non habet differentias, ita nec eſse, non enim habet eſsentiales differentias, quoniam hę pertinent ad eſsentiam, nec accidentales, alioquin exiſteret per accidens. Quartum fundamentum eſt, in accidente inhæſiſtentia differt ab eſsentia, poteſt enim vnum ab altero ſeparari, nam in quantitate hoſtiæ conſecratę manet eſsentia quantitatis, quæ prius erat, non autem manet inhæſiſtentia, quia non inhæſiſtit alicui ſubiecto, ſicut prius inhęſiſtebat: ergo ſimiliter in ſubſtantia exiſtentia realiter differt ab eſsentia. Poſtremum fundamentum eſt, quidditas non habet cauſam efficientem. v.g. hominem eſse animal rationale quidditatiue à nullo fit, tum quia hoc eſt æternum; quod autem fit à Deo non eſt æternum; tum quia quod fit à Deo poteſt non fieri, ſed nullo modo poteſt fieri, quin homo ſit animal rationale, ſed exiſtentia habet cauſam efficiẽtem, omnia enim habent eſse à Deo, & tam generatio quàm creatio terminantur ad eſse rei: ergo exiſtentia differt realiter ab eſsentia. B C

Cap. 1.

Reſpõſionis neotericorũ ad fundamẽta S. Tho.

Quarto dicunt fundamenta hæc non concludere, & præſertim primum, quod innitebatur teſtimonijs Ariſt. & Boetij, nam ſufficit ad ſaluanda illa teſtimonia diſtinctio tantum rationis inter eſsentiam & exiſtentiam. Secundum etiam non valet, eſsentia eſt indifferens ad eſse & non eſse: ergo diſtinguitur realiter ab exiſtentia; nam etiam albedo eſt indifferens ad fundandam diſſimilitudinem comparatione nigredinis & ſimilitudinem comparatione alterius albedinis, albedo tamen nec à ſimilitudine nec à diſsimilitudine realiter differt, quia relatio non differt realiter à ſuo fundamento. Tertium etiam dicunt non valere, quia creaturam eſse ſuum eſse dupliciter intelligi poteſt; vno modo eſsentiam creaturę idem ſecundum rem eſſe cum ſua exiſtentia, & hoc eſt commune Deo & creaturis: altero modo creaturam habere eſse à ſe non aliunde acceptum, aut dependens, & hoc eſt falſum; quia hoc dicitur eſse proprium Deo. Ad quartum negant quantitatem hoſtiæ conſecratæ amiſiſſe eam exiſtentiam, quam habebat ante conſecrationem, nam cum exiſtentia ſeparari nequeat ab eo, cuius eſt, ſine eius interitu, quid enim aliud eſt corrumpi quàm priuari ſua exiſtentia? Si quantitas in conſecratione hoſtię amiſiſſet propriam exiſtentiam, neceſsario fuiſset corrupta, & rurſus denuo generata, quare eadem prorſus exiſtentia manet in quantitate ante & poſt conſecrationem, ſed diuerſo modo; nam ante erat in ſubiecto; in ipſo inhærens, & ab ipſo dependens, poſt autem eſt per ſe abſque vllo ſubiecto, quo circa ante vere dicebatur inhæſiſtere, & ipſius exiſtẽtia vere dicebatur inhęſiſtentia, poſt autem minime. Poſtremum etiam fundamentum dicunt eſse falſum quidditatem creaturę non habere cauſam efficientem, nam ſi ipſa non eſt Deus, neceſſe eſt eam à Deo productam eſſe, quinimo quod producitur per generationem ſubſtantialem ex forma & quidditas, alioquin non eſſet generatio ſubſtantialis, ſi ea non per ſe terminaretur ad ſubſtantiam. Falſum etiam ex quidditates rerum, prout habent eſse diuerſum à Deo & extra Deum, eſſe ęternas: Hęc iſti recentiores ſentiunt circa ſententiam S. Tho. D

Sed

A Sed in omnibus his quatuor, hi anctores maxime allucinati ſunt, cum expreſſe locuti fue-
rint contra Ariſt.& rationem; nam Ariſt. vt ab hoc dicto exordiamur loquens contra Parme-
nidem 1.phyſi.qui hoc argumento voluit omnia eſſe vnum: quicquid eſt præter ens eſt non Tex.16.
ens; ſed quod eſt non ens eſt nihil, ergo quicquid eſt præter ens eſt nihil; ſed ens eſt vnum; er- Refelluntur
go quicquid eſt præter vnum eſt nihil; & ſic tantum erit vnum ens; & ex hoc etiam conclude- dicta recen-
bat illud eſſe immobile. Soluens Ariſt. argumentum Parmenidis diſtingnit de ente, qnòd tiorum.
aliud eſt ens quod ſignificat inhęrēs, ſicut accidens, quod diſtinguitur per nouem prædicamen
ta, & aliud eſt ens, quod eſt exiſtens, quod vere eſt, & eſt ſubſtantia, quibus verbis innuit phi-
loſophus exiſtentiam non conuenire omni enti: ergo falſum eſt primum dictum iſtorum,
quòd exiſtentia eſt duplex, nempe entitatiua & formalis. 4. etiam huius loquens Ariſt. de ipſo Tex.3.
ente aſſerit ens & vnum eſſe idem & vnam naturam; quę verba exponens eruditiſsimus vir
Petrus Fonſeca Societatis Ieſu iuxta verſionem gręcam diſtinguit, qnòd ens in genere neutro, Sententia
quod græce dicitur τὸ ὄν, ſumitur aliquando vt ſignificat exiſtentiam; & eſt quando accipitur R.P.Fōſecę.
vt participium; aliquando ſumitur vt ſignificat eſſentiam, & ſumit vicem nominis in genere
B maſculino, & dicitur græce ὁ ὤν: ergo de mente huius viri exiſtentia hoc in loco non conue-
nit omni enti, ſed tantum enti participialiter ſumpto, & ſic non datur illa duplex exiſtentia,
quam iſti fingunt. Item Ariſt. 5. huius diſtinguit, quòd ens aliquando dicitur ſecundum ac- Tex.14.
cidens, vt homo eſt albus; aliquando ſecundum ſe, vt homo eſt animal; aliquando ſignificat ve-
ritatem affirmationis & negationis, vt coruus eſt niger, & nix non eſt nigra; aliquando ſignifi-
cat aliquid eſse factibile in potentia, vt imaginē Mercurij dicimus eſſe in potentia in lapide, &
frumētum non dum perfectum, vt quando eſt in herba, dicitur eſſe in potentia, cui non compe
tit exiſtentia, ſicuti frumento perfecto; ecce quomodo expreſſe in his verbis ponit Ariſt. exiſten
tiam non conuenire niſi rebus perfectis habentibus formam: ergo non datur exiſtentia niſi
formalis; & illa, quam dicunt eſſe entitatiuam, eſt imaginaria. 7. quoque huius declarans Ariſt. Tex.49.
quis ſit effectus ipſius actus, aſſerit quòd eſt diuidere & diſtinguere, & Alex. & Auer. declarāt,
quòd per exiſtentias res diuiduntur & diſtingnuntur, & ex duobus exiſtentibus in actu nō po-
teſt fieri vnum, & per actum exponunt ipſam formam; exiſtentia igitur non erit niſi à forma
contra iſtos. Item 9. huius declarans Ariſt. quid ſit actus dicit hęc verba formalia; eſt autem Tex.11.
C actus exiſtere rem, & declarans hæc per exempla, actu ſpeculare, actu ſcire: igitur exiſtentia erit
effectus ipſius actus, qui eſt forma: ergo non datur ad mentem Ariſt. illa duplex exiſtentia.

Quòd autem loquantur contra rationem patet ex verbis Ariſt. 2. de anima, vbi diſtinguit Tex.5.
de actu, quòd eſt duplex: alter primus, vt ſcientia, alter ſecundus, vt conſiderare: quæ verba du-
pliciter interpretantur, primo ſecundum latinos dicentes actum primum eſſe formam, actum
vero ſecundum eſſe operationem: ſecundo iuxta gręcos interpretes dicentes actum primum
eſse formam non operantem, actum vero ſecundum eſſe formam operantem. Et ſubdit dein-
de Ariſt. in ſequentibus verbis, quod proprie eſt, actus eſt, & vt eſt communis interpretatio exi Tex.7.
ſtentia non competit niſi actui, qui eſt forma: quibus ſtantibus arguitur ſic, exiſtentia illa enti-
tatiua, quam iſti fingunt aut competit actui primo, aut actui ſecundo: quomodocunqne reſpō-
deant ſequitur exiſtentiam conuenire formę, quia ſi actui primo; ergo formæ non operanti: ſi
actui ſecundo; ergo formę operanti iuxta interpretationem græcorum: nō igitur datur illa exi-
ſtentia entitatiua, quandoquidem ea competit etiam materię primæ ſecundum ipſos, quę ma-
teria prima neque eſt actus primus, neque ſecundus.

D Et ſi dicunt quòd iſta exiſtentia eſt quidam modus, qui ſequitur eſſentiam rerum ſi eſſentia
eſt completa, exiſtentia etiam erit completa, itaqnòd rem exiſtere eſt ipſam eſse extra nihil,
atque productam extra ſuas cauſas. Contra iſtam fugam ita argumentatur quęrendo, modus
iſte aut eſt accidens, aut ſubſtantia; ſi accidens, aut commune, aut proprium, ſi commnne; ergo
poterit eſſe eſſentia ſine hoc modo, qui eſt exiſtentia, quia ſubiectum poteſt eſſe ſine accidenti
communi, ſi proprium; ergo diſtinguitur realiter ab eſſentia, quia accidens proprium vt riſi-
bile diſtinguitur realiter à ſuo ſubiecto: ſi eſt ſubſtantia, ant materia, aut forma, aut compoſitū
à ſufficienti diuiſione poſita ab Ariſt. 2. de anima: non materia, quia hic modus, cum ſit actus Tex.2.
inſequens eſſentiam, non poteſt materię conuenire: nec etiam erit forma, quia dicitur ab ipſis,
quòd hic modus ſequitur ipſam eſſentiam, qnę ſi eſt completa, modus hic inſequens erit com-
pletus; ſi autem erit incompleta, modus etiam inſequens erit incompletus; ſed eſſentia non po-
teſt eſſe completa ſine forma; ergo hic modus forma eſſe non poteſt. Nec etiam erit compoſi-
tum, quia compoſitum antecedit modum iſtum, quem dicunt eſſe exiſtentiam, & non inſequi-
tur ipſam eſſentiam neque completam neque incompletam: ſequitur ergo imaginarium eſſe
hunc modum à nominalibus excogitatum.

Quantum

Confutatio secundi dicti neotericorũ.

Quantum ad illud ſecũdum, quod dicunt quòd omnes illæ quinque propoſitiones S. Tho. A vni eidemque fundamento innituntur, manifeſtum mendacium committunt, quia primam propoſitionem, nullam creaturam eſſe penitus ſimplicem, probat S. Tho. hoc fundamento, habens cauſam neceſſario eſt compoſitum; ſed omnis creatura habet cauſam nempe Deum producentem ipſam ex nihilo; ex conſequenti omnis creatura eſt compoſita, & loqnitur de creatura proprie ſumpta, vt excludantur partes, quę non creaturę dicuntur, ſed entia concreata, & concauſata, hoc fundamentum poſuit S. Tho. 1. p. & eſt fundamentum Auer. 12. huius, vbi dicit omne compoſitum eſſe nouum, & per nouum intelligit dependens, vt docet Zimara in theore. ſuis; ſi ergo omnis creatura eſt dependens à Deo; ergo noua; ergo compoſita; ergo non penitus ſimplex.

q. 3. art. 7. Commẽ. 39. Theo. 41.

Secundam propoſitionem, nullam creaturam eſſe actum purum, probat alio fundamento 1. p. quia in actu puro nihil eſt quod non ſit ipſe, nulla enim diuerſitas in eo eſſe poteſt, aliter non eſſet purus actus, ſicuti aer dicitur purus, qui non eſt mixtus alienę naturæ; ſed in creatura eſt aliquid, quod non eſt ſubſtantia ſua, reperitur enim in ea accidens, vtputa ſua operatio, quæ non eſt eius ſubſtantia: ergo nulla creatura poterit eſſe actus purus. Quo etiam fundamento B vſus eſt Auer. 3. de anima, vbi docet quòd ſola prima cauſa eſt quidditas abſoluta & purus actus, cetera autem omnia non ſunt purus actus, quia in eis reperitur compoſitio ex poſitiuo & priuatiuo, quam compoſitionem poſuit etiam Scotus 1. ſenten. Et Henricus de Gandauo in quodlibet.

Quæſt. 3. Commen. 5. diſtin. 8. q. 2. Quodlib. 4. q. 16.

Tertiam propoſitionem, operationem cuiuſcunque creaturæ non eſſe idem cum ſua ſubſtantia, probauit hoc fundamento S. Tho. eſſe cuiuſlibet creaturę eſt determinatum ad vnum ſecundum genus, & ſecundum ſpeciem; eſſe ſolius Dei eſt ſimpliciter infinitum in ſe omnia comprehendens; ergo operatio cuiuſcunque creaturę diſtinguitur ab eius ſubſtantia, & operatio ipſius Dei eſt ſua ſubſtantia, probabat conſequentiam, quia ſi ſubſtantia creaturæ eſt determinata ad genus & ſpeciem, & operatio illius creaturæ eſſet extra limites generis illius & ſpeciei, ergo non poſſunt eſſe idem, in ſolo autem Deo operatio, ſubſtantia, & eſſe æqualiter ſe habent ad inuicem. Et hoc fundamento vſus eſt Diony. lib. de diui. nomi. aſſerens ſolum eſſe diuinum eſſe ſuum intelligere & ſuum velle.

Cap. 4.

Quartam propoſitionem, in omni creatura eſſe aliquod accidens, fundat S. Thomas 1. con C tra gentes multis fundamentis, ſed inter alia, hoc præcipuo; quia cuicunque ineſt aliquod accidens, illud eſt mutabile ſecundum ſui naturam, quandoquidem accidens de ſe natum eſt ineſſe & non ineſſe; ſed omnis creatura eſt mutabilis ſecundum ſui naturam, vt docuit Aug. lib. de natura boni, ſolus Deus immutabilis, quæ autem fecit, quia ex nihilo ſunt, mutabilia ſunt: igitur in ſolo Deo accidens inueniri nõ poteſt, creaturę autem neceſſario accidens admiſcetur.

Cap. 23. Cap. 2.

Vltimam propoſitionem, de nulla creatura vere dici poteſt quòd ipſa ſit ſuum eſſe, ſed hoc eſt proprium Dei, qui dixit Moyſi: Ego ſum qui ſum. lib. Exodi, probauit 1. contra gent. ſex rationibus, inter alias hęc eſt præcipua; quia id quod eſt ſuum eſſe, eſt per ſe neceſſe eſſe, ſed ſolus Deus eſt per ſe neceſſe eſſe: ergo ſolus Deus eſt ſuum eſſe: igitur de nulla creatura vere dici poteſt, quòd ſit ſuum eſſe, ſicuti nec vere enunciari poteſt, quòd ſit per ſe neceſſe eſſe; patet ergo mendacium iſtorum dicentium omnes illas quinque propoſitiones S. Tho. vni eidemque fundamento inniti.

Cap. 3. Cap. 22.

Refellitur tertiũ dictũ Aduerſariorum.

Tertium quoque dictum iſtorum, ſcilicet concluſionem principalem S. Tho. nempe exiſtentiam cuiuſlibet rei creatæ diſtingui realiter ab eius eſſentia & quidditate, quinque tantum D rationibus & fundamentis ab ipſo probatam fuiſſe, eſt adeo manifeſte falſum, vt nihil magis falſum in hac materia dici poſſit, cum expreſſe 2. lib. contra gent. adducat S. Tho. ſeptem rationes demonſtratiuas ad probandam concluſionem iſtam: ergo non tantum quinque rationibus probauit, vt iſti ei imponunt, quas hic adducere longum eſſet; & 1. ſentent. alias etiam rationes addit: ſic etiam in libello de ente & eſſentia addit nouas rationes, vbi Reuerendiſſimus Caietanus ex profeſſo longum ſermonem habet contra Scotum eiuſque diſcipulos: in hoc etiam libro probat eandem cõcluſionem diuerſa ratione: ſic etiam 2. quodlib. & in diſputatis de veritate, multas quoque alias rationes addit eruditiſſimus Capreolus, qui hanc veritatem latiſſime diſputat per quinque folia, ita ample & clare, vt rectius dici non poſſit, quomodo ergo tantum quinque rationibus & fundamentis S. Tho. ſuam probauit concluſionem?

Cap. 52. diſtin. 8. q. 1. art. 1. & q. 4. art. 2. q. 2. art. 1. q. 1. art. 5.

Improbatur quartum dictum recẽtiorum.

Quartum dictum iſtorum Neotericorum nullum eſt apud recte conſiderantes rationes S. Tho. & primo teſtimonium Ariſt. & Boetij male gloſatum eſt de diſtinctione rationis tantũ, Ariſt. enim 2. poſter. inquit, quęſtionem quid eſt, diuerſam eſſe à quęſtione an eſt, vt quid eſt homo, eſt quid diuerſum ab hoc, quod eſt eſſe hominem, quia iſtę duæ quæſtiones ponunt in

Tex. 2.

numerum

A numerum;ſed poni in numerum eſt diſtingui realiter,vt docet Ariſt. to.huius,quòd numerus componitur ex vnitatibus realiter diſtinctis & non ſecũdum rationem: ergo falſa eſt gloſa hęc de diſtinctione rationis:aſſumptum eſt ipſius Ariſt.in eadem ſerie verborum,dicentis res quæ quæruntur,& res quas ſcimus ſunt quatuor,an ſit,quid ſit,quia eſt, & propter quid eſt. Deinde quæſtio quia eſt,cum quærat de paſſionibus, & quæſtio propter quid quærat de cauſa, diſtinguuntur realiter: ergo quæſtio an eſt,& quæſtio quid realiter etiam diſtingui debent, aliter poſſet dici Ariſt.quòd tantum quæſtio quia eſt,& propter quid ponunt in numerum, cum iſta diſtinguantur realiter,quæſtio vero an eſt,& quid eſt,cum non diſtinguãtur realiter,quia eſſentia & exiſtentia ſunt idem ſecundum iſtos: non ponunt in numerum. Tex.4. Diuerſitas quæſitorum.

Et confirmatur per Auer.in commento,qui dicit,quòd quæſtio quia eſt, quærit de exiſtentia ſimplici & compoſita:ſi ergo exiſtentia eſt idem realiter cum eſſentia; ſequitur quòd quæſtio quid eſt,quæreret de exiſtentia ſimplici & compoſita;hoc autem eſt contra Ariſt.& Auer. ergo gloſa iſtorum deſtruit doctrinam Ariſt.& Auer. igitur non eſt ſubſtinenda. Dictum etiã Boetij male intelligitur ab iſtis,quia vult probare ibi Boetius ſolum Deum eſſe actum purum,

B quia in eo ſolo idem eſt quod eſt,et quo eſt; clarum eſt quòd in Deo ſunt idem realiter & diſtinguuntur ſecundum rationem: ſi ergo in creaturis quoque quod eſt idest eſſentia, & quo eſt idest exiſtentia ſunt idem realiter, & diſtinguuntur tantum ſecundum rationem: ergo quęlibet creatura eſt actus purus; hoc autem dicere quàm abſurdum ſit,iudicent ipſi: propterea male etiam dictum Boetij eſt ab eis intellectum de diſtinctione rationis,cum apertis verbis intelligatur de diſtinctione reali.

Secundum fundamentum,quod dicunt eſſe S.Tho. quòd eſſentia ſecundum ſe eſt indifferens ad eſſe & non eſſe,&c.allucinantur quia non S.Tho. eſt, ſed Pauli Soncinatis in hoc lib. Deinde reſponſiones,quas ipſi illi fundamento tradunt, ſunt vanę:& prima,in qua dicunt, ꝙ albedo eſt indifferens ad fundandam ſimilitudinem & diſſimilitudinem, & tamen non differt ab ea,quia relatio non diſtinguitur realiter à fundamento. Hæc reſponſio eſt falſiſsima,quia omnis relatio in creaturis diſtinguitur realiter à fundamento ſuo, licet in Deo ſint idem, vt docet S.Tho.1.p.& in ſequenti lib.Deo fauente nos diſputabimus. Secunda quoque reſponſio ipſorum eſt falſa,quòd eſſentia non poſſit eſſe ſine exiſtentia, quia in ęſtate eſt eſſentia ipſius roſæ,quæ conſiſtit in hoc, quod eſt flos ſpirans odorem, & tamen non eſt eius exiſtentia: ergo falſum eſt eſſentiam non poſſe eſſe ſine exiſtentia, & ſic patet quomodo fundamentum adductum à Paulo Soncinate etiam concludit. Quæſt.12. q.28.art.2.

C

Tertium fundamentum recitatum ab iſtis, ſi res creata eſſet ſua quidditas,tunc eſſet infinita,&c.eſt tertia ratio S. Tho.2.lib.cont, gent. & eſt demonſtratiua:nec valet reſponſio eorum creaturam eſſe ſuum eſſe dupliciter poſſe intelligi; vno modo eſſentiam creaturę idem ſecundum rem eſſe cum ſua exiſtentia:altero modo creaturam habere eſſe à ſe,primo modo concedunt, ſecundo modo negant. Sed hęc reſponſio non eſt ad propoſitum, quia ratio S. Thom. conſiſtit in hoc, ſi exiſtentia & eſſentia realiter ſunt eædem in creatura; ergo creatura eſt per ſe ſubſiſtens; ergo irrecepta & illimitata & infinita, & hoc eſt falſum: ergo falſum eſt eſſentiam identificari cum exiſtentia in creatura: conſequentia patet, quia exiſtentia, cum ſit actus irreceptus, ſequitur ipſum eſſe illimitatum & infinitum, Nec valet eorum inſtantia, quòd ſic etiam apud S.Tho. ſequitur quidditatem & eſſentiam eſſe infinitam, quia eſt irrecepta, nam eſſentia illa,cum dicat potentiam in ordine ad exiſtentias, eſt infinita ſecundum in- Cap.52.

D determinationem,ſicut materia prima dicitur infinita per indeterminationem ad diuerſas formas;& cum non habeat aliud ſubiectum, in quo recipiatur, quia ipſa eſt primum ſubiectum omnium: exiſtentia autem eſt actus, qui ſi erit irreceptus erit infinitus ſecundum perfectionem. Nec etiam valet quod dicunt,quòd poteſt limitari per cauſam agentem, quia circumſcripta cauſa agente oportet intelligere exiſtentias ab intrinſeco eſſe determinatas & diſtinctas. Nec etiam valet dicendo,quòd diſtinguerentur ſeipſis, quia ſequeretur ex hoc omnes exiſtentias eſſe ſpecifice diſtinctas;quia actus, qui formaliter diſtinguuntur ſeipſis,diſtinguuntur ſpecifice:patet ergo quomodo & hoc tertium fundamentum eſt validiſsimum.

Quartum in quo dicunt de accidenti preſertim in quantitate hoſtiæ conſecratæ,in qua manet eſſentia ſine inexiſtentia, &c.non eſt expreſse S.Tho. ſed potius ipſius Capreoli 4. ſentẽ. Nec reſponſio iſtorum eneruat illud fundamentum:dicunt enim remanere exiſtentiam quantitatis in hoſtia conſecrata. Hæc enim reſponſio oritur ex ignorantia diſtinctionis de inhærentia duplici,actuali,& aptitudinali; licet enim quantitas habeat inexiſtentiam aptitudinalem in hoſtia conſecrata,non tamen inexiſtentiam actualem,quia Deus glorioſus, qui eſt prima cauſa ſubſtantię & accidentis per ſuam infinitam virtutem conſeruat quantitatem ſine dist.8.q.1.

actuali

actuali inexiſtentia ad ſubiectum proprium, cui primo actualiter inhęrebat: vnde amiſit exi- A
ſtentiam actualem, & non eſt alia de oouo generata, vt ipſi fioguot, ſed conſeruatur à Deo ma-
q.77. art.1. nutente ipſam ex ſpeciali ratione ſecundum ordinem gratiæ, vt docet S. Tho. 3.p. in mate-
ria de ſacramento Euchariſtiæ: ex his ergo apparet quomodo & hoc fundamentum con-
cludit.

Poſtremum, in quo dicebatur, quidditas non habet cauſam efficientem, &c. reſpoodendo
ipſi ad hoc negant quidditatẽ creaturæ non habere cauſam efficientẽ, & eſt quinta ratio S.Th.
Cap.52. 2.contra gent. quam non intellexerunt Aduerſarij, quia aliud eſt dicere eſſentiam alicuius
rei habere cauſam productiuam, & aliud eſt ipſam eſſentiam conuenire rei per aliqoam cau-
ſam effectiuam: primum enim eſt verum, ſed ſecundum eſt falſum, nam cum omnis produ-
ctio terminetur ad eſſe actualis exiſtentię; omne quod ab alio habet eſſe, dicitur cauſam pro-
ductiuam habere, & ſic cum omnis eſseotia creata ab alio habeat eſſe, neceſse eſt dicere omnẽ
eſsentiam creatam habere cauſam productiuam, cum autem dicitur hominem eſſe animal,
non dicitur aliquod eſse actualis exiſtentiæ, ſed tantum compoſitio prædicati cum ſubiecto
& ordo vnius ad alterum, qoi ordo conueoit rei ſiue ſit in rerum natura, ſioe non, ſiue enim B
homo ſit, ſiue nõ ſit, iſta ſemper eſt vera, homo eſt animal, qoia hominem eſſe animal, nullam
habet cauſam productiuam, cum hęc propoſitio ſit in primo modo dicendi per ſe ex 1. poſter.
Cap.4. licet hominem eſſe, habeat cauſam productiuam.

Ex his patet reſponſiones oeotericorum ad fundameota S. Thomę & Thomiſtarum eſſe va-
nas & nullius momenti, patet etiam ſententiam S.Tho. conſiſtere io his propoſitionibus, qua-
rum prima eſt, Suppoſitum & natura, ſeu exiſtẽtia & eſsentia in ſolo Deo ſunt idem realiter &
omnino intrinſece & extrinſece; differunt tamen ſecundum rationem, & ratione modi ſigoifi-
candi, itaquòd Deus & deitas, ſeu hic Deus & hęc deitas taotũ ratione ſignificandi diſtinguun-
Cap.damnamus. tur: hioc iſta eſt hęretica, deitas generat deitatem; & iſta catholica, Deus generat Deum, vt pa-
tet de ſum. trin. & fide catholica: probatur deiode quia in ipſo Deo nullum eſt accidens nulla-
q. 3. art. 3. ar.4. que compoſitio, hãc docet S.Tho. 1.p. & in quodlib. 2. & 3.p. vbi diſputat de myſterio incar-
q.2.art.2. nationis dominicæ.

Secunda propoſitio, In ſubſtantijs ſeparatis differt realiter exiſtentia & eſsentia ſeu ſuppoſi-
art.4. tum & natura: hãc etiam ponit S.Tho. quodlib. 2. probans hac ratione, in Angelis eſt aliquid C
pręter eſseotiam & naturam eorũ, & illud pertinet omnioo ad ſuppoſitum, & nõ ad naturam:
igitur in Angelis differt realiter ſuppoſitum & natura non ea differentia reali, qua differt Sor-
tes à Platone, ſed ea differeotia, qua ſuppoſitum includit aliquid reale, quod tamen non ioclu-
q.2. art.2. & q.4. art.1. ad 3. ditur à natura: hanc etiam poſuit S.Tho. 3.p. vbi aſserit naturam Angelicam eſse aſsumptibilẽ
à diuino verbo, oon tamen eius ſuppoſitum ſeu perſonam.

Sed ſtatim diceret aliquis contra iſtam propoſitionem, quia nihil clauditur in ſuppoſito An-
q.3.art.3. geli, quod noo claudatur in natura eius; vnde 1.p. S.Tho. docet ſolum in materialibus diſtio-
gui ſuppoſitum à natura, non autem in abſtractis à materia, in quibus eſt idem quodquid eſt,
Tex.20. & id cuius eſt, vt ſcripſit Ariſt. 7. huius. Ad iſtam difficultatem nititur reſpondere Caietanus
Cap.5. in libello de ente & eſsen. & 1. par. aſserens in ſubſtantijs ſeparatis alijs à prima, ſuppoſitum
q.3.art.3. differt à natura duobus tantum modis, extrinſece ſecundum rem, & ſecundum rationem, in-
trinſece autem non differunt ſm rem; in Deo differunt tantum vno modo ſcilicet ſecundum ra-
tionem; in ſubſtantijs materialibus differunt tribus modis ſcilicet intrinſece, & extrinſece, &
ſm rationem, tunc vult ſedare cootradictionem S.Tho. dicendo, quòd quando dicitur ſup- D
poſitum & natura in Angelis diſtinguuntur realiter, intelligitur extrinſece, quando vero dici-
q.3.art.3. tur 1.p. quòd ſunt idem intelligitur intrinſece; vnde Gabriel eſt ſua gabrielitas.

Sed hæc reſponſio non tollit difficultatem, quia natura Angelica eſt aſſumptibilis ſicut na-
tura humana à diuino verbo; ſuppoſitum autem non eſt aſsumptibile: ergo intrinſece & ex-
trinſece ſuppoſitum & natura diſtinguuntur in Angelis. Propterea dicendum eſt, quòd in
Quæſt.3. 1.par. S. Tho. loquutus eſt ſecundum genus abſtractorum dicendo, quòd in abſtractis eſt
idem natura & ſuppoſitum, ſufficit enim quòd hęc propoſitio verificetur tantummodo
Optima gloſa multorũ locorum. in ipſo Deo, de quo principaliter S. Tho. loquebatur; ſicuti hoc pacto gloſantur multæ aliæ
propoſitiones, puta ſubſtaotia eſt prior tempore ipſo accidenti, & quòd ex intellectu & intel-
ligibili fit magis vnum, quàm ex materia & forma; hę & conſimiles alię propoſitiones intel-
liguntur ſecundum genus ſuum: vnde quando S. Tho. locutus eſt in particulari de Angelis di-
xit quòd diſtinguuntur realiter, & ſic nulla eſt contradictio in dictis eius.

Tertia propoſitio, In ſubſtantijs materialibus compoſitis ex materia & forma ſuppoſitum
& natura realiter diſtinguuntur, & magis apparenter, quàm in ſubſtantijs ſeparatis; hanc po-
nit S.Tho.

A nit S.Tho.in omnibus locis ſuperius allegatis,& eſt manifeſta ex ſe,quia natura comprehen-
dit in ſe ea tantum,quæ cadunt in definitione ſpeciei, ſuppoſitum vero claudit etiam principia
indiuiduantia,puta hæc oſſa & has carnes:ergo ſuppoſitum & natura realiter diſtinguuntur in
compoſitis ex materia & forma , & magis apparenter quàm in ſeparatis.Deinde hanc manife-
ſte docet Ariſt.7.huius,& 3.de anima. Tex.21.

Vltima propoſitio, In accidẽtibus differt eſſentia & inexiſtentia, hanc ponit S.Tho 4.ſent. Tex.9.
vbi loquitur de accidentibus ſeparatis in ſacramento Euchariſtiæ , de quibus affirmat differre dist.12.q.1.
eſſe ab eſſentia,& eſſe cõpoſitionem ex quod eſt,& quo eſt;& quãuis hæc propoſitio ſit diffici- art.1.q.3.
lis intellectu,quomodo eſſentia accidentis ſit aliud à ſuo eſſe, tamen ſi quis diligenter perpen-
dat naturam accidentis,efficitur ſibi manifeſta , natura enim albedinis & eſſentia eius eſt diſ-
gregare viſum,ſed eſſe,quod ipſa albedo dat ſuo ſubiecto, cum claudat aliquid quod non eſt
in natura albedinis , neceſſario diſtinguitur ab ipſa natura albedinis , & propterea dicitur in
prædicamentis,quòd album puram qualitatem ſignificat de principali ſcilicet ſuo ſignificato,
ſecundario tamen connotat ſubiectum;propterea ſubſtantia albedinis & eſſe albi neceſſario
B diſtinguuntur,quia eſſe albi claudit ſubiectum,albedo vero ex ſui natura non, & hoc expreſſe
docuit S.Tho.4.ſenten.loquens de relatione,quę habet eſſe in creatura, de qua dicit quòd ha- dist. 20. q.1.
bet aliud eſſe,quàm ſit eſſe ſui ſubiecti,propterea eſt aliud à ſubiecto , & ſicut ipſe dicit de re- art.1.
latione,ita etiam aſſerendum eſt de alijs accidentibus,quæ non ſolum actuant ſua ſubiecta,ſed
tribuunt eis quoddam eſſe inexiſtentiæ,quod nec ſunt ipſa accidentia,nec ſubſtantiale ipſorũ,
ſed dicuntur eſſe quædam actualitates completiuæ ipſorum actualiter inhærentium ſuis ſubie
ctis,ſicut exiſtentia ipſius ſubſtantiæ, nec eſt materia,nec forma,nec compoſitum,ſed vltimum
complementum cuiuslibet rei,quod quidem reducitur ad illud prædicamentum,in quo repo-
nitur illa res , cuius eſt exiſtentia, vt exiſtentia ſubſtantiæ reducitur ad prędicamẽtum ſubſtan
tię,& inexiſtentia quantitatis ad prędicamentum quantitatis,& ſic de alijs.

Poſtremo reſpondendum eſt ad argumenta in principio adducta. Et ad primum Gerardi,
in quo dicebatur,illa ſunt idem realiter,quę eadem genaratione generantur,&c. reſpondetur
concedendo maiorem,quando eodem modo generantur,itaquòd quodlibet illorum ſe habeat
vt quod generatur,vel vt quo;ſed ſi vnum ſe habet vt quod,alterum vero vt quo, non verifica-
C tur propoſitio,& ſic eſt in præſenti , quia eſſentia ſe habet vt quod , & exiſtentia vt quo , ſicut
etiam in generatione Sortis apparet,Sortes enim generatur vt quod, & forma eſt terminus ge-
nerationis vt quo,& eſſe etiam eſt terminus quo , tanquàm formalis terminatio fluens à for-
ma . Et ad confirmationem deſumptam ex verbis Ariſt.dicimus non eſſe ad propoſitum, quia
vnus homo, & ens homo , & homo eodem modo generantur ; ſed non eſt ſic de eſſentia &
exiſtentia, vt dictum eſt.

Ad argumentum Aureoli,in quo dicebatur,quòd hęc ſententia ponens eſſentiam diſtingui
realiter ab exiſtentia coincidit cum opinione Auicennę reprehenſa hic ab Auerroe, reſponde-
tur negando iſtud aſſumptum , quia Auicennas aliter ſentit , quàm doceat S. Thomas, poſuit
enim Auicennas vnum & ens non ſignificare ſubſtantiam rei , ſed eſſe quoddam accidens exi-
ſtens in generę accidentis,vt ſcripſit ipſemet S.Tho.de poten.Dei narrans opinionem Auicen quæst. 5. art.
nę,eamque reprehendens;ipſa autem exiſtentia,quę eſt vltima actualitas ipſius ſubſtantię,non 4.ad 3.
eſt in genere accidentis,ſed reducitur ad prędicamentum ſubſtantię, vt dictum eſt ſupra, dici-
tur tamen accidens ipſius eſſentię,quia eſt extra definitionem eius, ſicut homo eſt accidẽs ani-
D malis,quia non ponitur in eius definitione.

Ad tertium Scoti,in quo dicebatur, quòd quando ſunt aliqua duo realiter diſtincta, prius
poteſt eſſe ſine poſteriori &c.dicitur hanc maximam Scoticam verificari in his, inter quæ non
eſt neceſſaria connexio,ſicut eſt inter ſubiectum & accidens commune, tamen ſubiectum rea-
liter diſtinguitur ab accidenti proprio,ſine quo exiſtere nequit, vt homo ſine riſibili , ſic non
poteſt eſſe exiſtẽtia ſine eſſentia,poteſt tñ reperiri eſſentia, puta ipſius roſę abſq; ſua exiſtẽtia.

Ad quartum Godofredi , in quo dicebatur eſſentiam & exiſtentiam differre ſolummodo
grammaticaliter, negatur aſſumptum .Et ad probationem deſumptam ex Aug.dicimus,quòd
licet à ſapientia dicatur ſapere , tamen ſapere realiter diſtinguitur à ſapientia , quia ſapere
eſt ſapientem eſſe , ſicut curſus non eſt currere , nec lux eſt lucere , ſed currere eſt eſſe cur-
rentem , & lucere eſſe lucentem , tanquàm quædam eſſe accidentalia cauſata à ſuis formis.

Ad quintum Durandi,in quo dicebatur,quòd homo & humanitas ſiue in vniuerſali ſiue in
ſingulari idem ſignificant vt abſtractum & concretum,negatur hoc de mente S.Tho.& verita-
tis,quia vt habetur 1.p.humanitas ſignificatur vt pars formalis hominis , quia principia defi- q.3.art.3.
nientia habent ſe formaliter reſpectu materiæ indiuiduantis,ſed hic homo ſignificat principia

indiuiduantia, quę non concluduntur in humanitate, vt ſunt hęc oſſa,& hę carnes deſignantes A
hanc materiam, non ergo eſt verum, quod aſumpſit Durandus, hominem & humanitatem, &
hunc hominem,& hanc humanitatem idem ſignificare.

Significatū entis nominaliter ſumpti quid ſignificat.

Ad argumenta Neotericorum reſpondendo ad primum, in quo affirmant ens & vnum ad-
iuncta rebus nihil ſignificare pręter ipſas res, dicimus quòd ens duobus modis dicitur,
vno modo participialiter, vt ſignificat exiſtentiam, alio modo nominaliter vt ſignificat eſſen-
tiam, de qua diſtinctione dictum eſt ſupra, & quòd ens participialiter ſumptum additum re-
bus nil aliud ſignificat, niſi exiſtentiam, & ens nominaliter ſumptum nil aliud ſignificat, niſi
eſsentiam, tamen ſicuti exiſtentia & eſſentia realiter diſtinguuntur, ita ens participialiter ſum-
ptum diſtinguitur ab ente nominaliter ſumpto. Et ad confirmationem, in qua aſſerunt exiſte-
re eſſe tranſcendens, ſi intelligunt de illo tranſcendente, quod eſt extra omnia prędicamenta &
principium ipſorum, negatur, quia hoc eſt tantum Deus, qui creauit omnia genera; ſi vero per
tranſcendens intelligunt illud, quod dicit eſſentiam; negatur etiam, quia exiſtentia competit
enti participialiter ſumpto: ſi vero intelligunt exiſtere eſſe tranſcendens, quia conuertitur
cum ipſo ente participialiter ſumpto, conceditur; ſed hoc non eſt contra nos, quia idem eſt di- B
cere exiſtere eſt exiſtere,& exiſtentia eſt exiſtentia; vnde in multis peccat argumentum hoc, vt
patet etiam ex his, quæ dicta ſunt arguendo contra ipſos.

Eſſe eſt accidens & ſubſtantia diuerſimode.

Ad ſecundum, in quo quærunt exiſtentia vel eſt ſubſtantia, vel accidens,&c. dicitur eſſe acci-
dens, quia non ponitur in definitione eſſentiæ,& eſſe ſubſtantiam, quia reducitur ad prædica-
mentum ſubſtantiæ, vt dictum eſt de homine reſpectu animalis, & ideo non eſt præter fo res
rationi occurrere per iſtam reſponſionem, quia eſt realiſſima & non imaginaria, vt eorum do-
ctrina. Et ad confirmationem, in qua quærunt de hac exiſtentia, quæ eſt complementum rei,
vel eſt actus primus, vel ſecundus,&c. dicimus, quòd nec primus nec ſecundus, ſed ſe habet
per modum actus primi, cum ſit effectus ipſius formę, nec eſt Deus, nec proprie creatura, nec
proprie ens vel quod eſt, ſed eſt id quo aliquid eſt, nec proprie dicitur res creata, ſed concreata.

Tex. 2.

Et auctoritas Ariſ. 2. de aĩa nõ eſt cõtra nos, quia ibi loquebatur philoſophus de principijs in-
trinſecis ſubſtantię compoſitę ſcilicet materia & forma, & deinde diſtinxit formam in actum
primum & ſecundum, eſſe autem non eſt principium intrinſecum ſubſtantiæ compoſitæ, im-
mo eſt totaliter extra quidditatem eius,& cuiuslibet ſubſtantię creatæ, cum ſit participatio eſ- C
ſentię increatæ.

Eſſentia quo modo eſt potentia.

Tex. 8.

Ad tertium, in quo dicunt eſſentiam eſſe potentiam, & quærendo quæ nam potentia ſit, re-
ſpondetur eſſe potentiam eſſentialem non per ſe primo, ſed per ſe ſecundo, quia cum in ſub-
ſtantia materiali compoſita ſint quatuor realiter diſtincta, ſcilicet materia, forma, eſſentia com
poſita ex eis,& exiſtentia: materia eſt pura potentia, & ideo dicitur eſſentialis per ſe primo,
quę non fit, nec eſt quid, vt habetur 7. huius, eſsentia vero eſt potẽtia eſsentialis per ſe ſecũdo,
quia completur per exiſtẽtiam,& nõ eſt illud, quod fit ex materia & forma veluti vnum tertiũ
compoſitione ex his, quia ex eſsentia & exiſtentia non fit tertiũ, ſed tãtum fit compoſitio quæ-
dam, quę dicitur cum his. Ex his etiam ſoluitur confirmatio, in qua quærebant vel ex eſsentia
& exiſtentia fit vnum ens per ſe, vel per accidens, dicimus quòd fit vnum per ſe, ſed non tertiũ
diſtinctum realiter ab eis, ſicuti ex materia & forma tanquàm per compoſitionem ex his fit
vnum tertium, eſsentia enim componit cum exiſtentia,& econuerſo, & adunantur per ſe non
componendo tertium, quia cum exiſtentia ſit vltima actualitas puta Sortis, poſt eius exiſtentiã
nihil ſibi ſubſtantiale amplius aduenit. D

Ad quartum, in quo quęrunt quòd ſi eſsentia re differt ab exiſtentia, tunc eſsent duo termi-
ni per ſe primi ipſius generationis,&c. dicimus non eſse inconueniens eſse duos terminos ge-
nerationis, ſed differentes, quia forma eſt terminus formalis quo formaliter conſtituitur com-
poſitum in eſse ſpecifico, eſse vero eſt terminus formalis, quia eſt vltima actualitas ipſius pro-
ducti non relinquendo ipſum ad vlteriorem actualitatem ſubſtantialem. Et ad replicam, quã

Forma & exiſtentia quomodo ſint termini generationis.

faciunt contra iſtam reſponſionem, quærendo an forma ſit primarius terminus, & exiſtentia
ſecundarius, vel econtra, reſpondetur quòd forma eſt per ſe primo terminus generationis vt
quo, receptiua tamen ipſius exiſtentiæ, ad quam comparatur vt potentia recipiens, exiſtentia
tamen eſt ſecundarius terminus generationis vt quo; vnde ad nil aliud comparabitur vt poten
tia, ſed eſt vltima actualitas omnis rei, etiam ipſius formæ, vnde negatur, quòd generatio poſ-
ſit compleri in ſola forma ſine exiſtentia, quia ad ipſam formam neceſsario ſequitur ipſa exi-
ſtentia; nec eſt par ratio de calore & raritate, quia raritas conuenit alijs etiam à calore, puta
ipſi ſpongiæ.

Ad quintum, in quo dicitur, in accidenti eſsentia non diſtinguitur ab exiſtentia,&c. nega-

A tur antecedens. Et ad probationem, in qua quæritur, ſi talis exiſtentia eſt accidens vel ſubſtan-
tia, &c. dicitur quòd eſt accidens, quia eſt extra rationem eſſentię, ſicuti dictum eſt de exiſten-
tia reſpectu ſubſtantiæ: & quando dicitur ſi accidens; ergo ſimiliter ipſum inexiſtit, & tunc aut
ſeipſo, aut per exiſtentiam à ſe diuerſam, &c. & ſic daretur progreſſus in infinitum, neganda
eſt conſequentia, quia forma ſic dat eſſe ſubiecto, non vt ponat inter ſe & ſubiectum vnam ter-
tiam entitatem, eo modo quo eſt ipſa forma inhærens, quia ſic argumentum procederet; ſed
forma ita eſt principium eſſendi, vt ex coniunctione ſui ad ſubiectum reſultet eſſe ſubiecti
per illam formam; & deinde illud eſſe, quod dat forma accidentalis ſubiecto, non eſt in illo — Eſſe acciden
ſubiecto per illum modum, quo accidens eſt in ſubiecto, vel forma ſubſtantialis in materia, — tis quo eſt in ſubiecto.
propterea nullum ſequitur argumentum. Adde quòd actualitas, quam dat accidens ſuo ſubie-
cto eſt iſta exiſtentia realiter diſtincta ab ipſo accidente, quam quidem actualitatem non effe-
ctiue, ſed formaliter accidens tribuit ſubiecto, paries enim eſt per albedinẽ formaliter albus,
& hæc actualitas non eſt relatio, ſed eſt eiuſdem generis & ſpeciei cum ſuo accidente, vnde eſ-
ſe quantitatis eſt de genere quantitatis reductiue, tanquàm actualitas vltima illius generis, &
B eſſe albedinis eſt in ſpecie albedinis, & ſic concludo, quòd in omnibus accidentibus tam ſim-
plicibus, quàm compoſitis diſtinguitur exiſtentia ab eorum eſſentia, quemadmodum inhæren
tia actualis diſtinguitur ab accidente, ſed non valet, ergo illa inhærentia ineſt ſubiecto per
aliam, vt docebimus Deo fauente 7. huius; — Dilucid. 2.

Ad poſtremum argumentum; in quo dicunt opinionem S. Tho. coincidere cum opinione
Auicennæ, quam reprehendit Auer. in præſenti litera: negatur aſſumptum, vt dictum eſt re-
ſpondendo ad Aureolum; Iſti enim ſic arguentes non legerunt totam doctrinã S. Tho. ſi qui-
dem ipſe 1. p. diſputat, vtrũ vnũ addat aliquid ſupra ens, & narrat opinionem Auicennæ, qui — q. 11. art. 1.
non diſtinxit inter vnum, quod eſt principium numeri, & vnum, quod conuertitur cum ente;
& propterea ſicut vnum, quod eſt principium numeri, addit aliquam rem diuerſam ſuper ſub-
ſtantiam entis, ita credidit vnum, quod conuertitur cum ente, addere aliquam rem diuerſam
ſuper ſubſtantiam entis. Sed hanc opinionem aſſerit. S. Tho. eſſe manifeſtè falſam, non ergo
opinio noſtra coincidit cum opinione Auicennæ, quia exiſtentia de mente Auicennę eſt in
genere accidentium, ſed de mente S. Tho. reducitur ad illud genus, in quo reponitur id, cuius
C eſt exiſtentia: vanum igitur & vitioſum eſt adducere hoc argumentũ contra opinionem S. Th.
præſertim cum per multos ante annos ſolutum ſit ab eruditiſsimo Capreolo 1. ſenten. — diſtin. 8. q. 1.

Nec eſt verum quod ſubduut in eodem argumento, quòd multiplicamus entia ſine neceſſi-
tate, quia ponimus hoc fundamentum, quod eſt veriſſimum & rationibus naturalibus innixũ
& ſacris Concilijs, & auctoritatibus ſanctorum Patrum & eruditiſſimorum philoſophorum,
exiſtentiam in creaturis diſtingui realiter ab eſſentia, & non ſufficere diſtinctionem rationis,
quia hoc tantummodo eſt proprium ipſius Dei opt. max.

Nec auctoritates, quas adducunt pro eorum opinione, aliquid concludunt. Et prima, quæ
eſt Ariſt. 8. huius, vbi dicit, quòd illa, quæ non habent nec ſenſibilem, nec intelligibilem ma- — Tex. 16.
teriam, ſeipſis & non per aliquid additum ſunt ens & vnum, intelligitur de ente nomi-
naliter ſumpto. Deinde non adducunt eam ad propoſitum, quia ibi philoſophus intendit
excludere cauſam formalem & efficientem ab ipſis ſeparatis, & non dicere in eis eſſe idem
exiſtentiam & eſſentiam, vt male deducunt. Et quòd hoc ſit verum, patet legenti S. Tho. 1. p. vbi — q. 61. art. 1.
diſputat, vtrum Angeli habeant cauſam ſui eſſe, & arguit tali argumento, philoſophus di-
D cit 8. metaphyſi. quòd ſi aliqua ſubſtantia ſit forma ſine materia, ſtatim per ſeipſam eſt ens &
vnum, & non habet cauſam, quę faciat eam ens & vnum; ſed Angeli ſunt formę immateriales;
ergo non habent cauſam ſui eſſe. Sequitur reſponſio. Ad quod dicendum, quòd ſubſtantiæ,
quæ ſunt formæ ſubſiſtentes, non habent cauſam aliquam formalem ſui eſſe & ſuę vnitatis, nec
cauſam agentem per tranſmutationem materiæ de potentia in actum, ſed habent cauſam pro-
ducentem totam ſubſtantiam, &c. Hæc ergo eſt intentio Ariſt. illo in loco, & non ea, quam ima
ginati ſunt iſti neoterici.

Nec ſecunda auctoritas, quam adducũt ex 3. de anima fauet eorum inſtituto, quia ibi Ariſt. — Tex. 9.
loquitur ſecundum genus abſtractorum, quando dixit, in abſtractis à materia idem eſt quiddi-
tas & habens quidditatem, ſufficit enim vt hoc dictum verificetur tantummodo in Deo, ſicuti
dictum eſt de illa auctoritate 7. huius, ſubſtantia eſt prior tempore accidente, ſufficit ad veri- — Tex. 4.
ficandam iſtam propoſitionem, vt in latitudine ſubſtantiarum ſit vna, quæ eſt immunis om-
ni accidenti.

Tertia quoque auctoritas, quæ adducitur ex 9. huius, quòd omne æternum caret potentia, — Tex. 17.
& cum intelligentiæ ſint ęternæ, ſequitur ipſas non habere potentiam aliquam, in eiſque nul-

lam reperiri compoſitionem;at poſito hoc principio à nobis declarato, quòd eſſentia realiter A diſtinguitur ab exiſtentia,& cum eſſentia habeat potentiam ad exiſtentiam; ſequitur in eis eſſe potentiam & compoſitionem,cuius tamen oppoſitum vult Ariſt.loco allegato. Reſpondetur, quòd hoc argumentum certe lepidum eſt & concludens, ſicuti cetera argumenta ab eis adducta,ſed conſidera diligens lector,quòd intelligentia illa,quæ nullam potentiam habet nullāq; compoſitionem,eſt actus purus, primum ens, primum verum, primum bonum ex ſe neceſſarium,primum gubernans,ac prima cauſa, ſi ergo valeret argumentum hoc ab iſtis adductum, ſequeretur intelligentias omnes eſſe veluti primam cauſam,quod quantum ſit abſurdum,iudicent ipſi.Sed ne videamur effugere vim argumenti per hæc inconuenientia contra eos adducta
Tex.10. dicimus,quòd Ariſt.prætendit 9.huius probare, in rebus æternis non eſſe potentiam diſtantē ab actu,vt exponunt Alex. Auer.& S.Tho. ſicut eſt in rebus generabilibus & corruptibilibus, in quibus eſt potentia diſtans ab actu,& propterea vocatur potentia contradictionis. Vel dicamus quòd potentia eſt duplex; quædam pure receptiua, quæ nulla paſſione media recipit actum,quædam vero receptiua & paſſiua ſimul, itaquòd & agitur ab agente, & recipit actum, B prima potentia reperitur in ęternis,quia materia lunæ eſt in potentia ſecundum ſe ad formam lunæ tantum,& materia ſolis ad formam ſolis tantum,& ſic de alijs, ſecunda vero reperitur in generabilibus & corruptibilibus, & hęc vocatur potentia contradictionis, quam negat Ariſt. reperiri in æternis,non ergo ſequuntur illa inconueniētia,quę iſti adducunt,vt pnta quòd tolleretur motus cęleſtis & ęternitas mundi ex opinione S.Tho.

Ad poſtremum,quod dicunt eſſe tritiſſimum axioma,omnem compoſitionem eſſe nouam & diſſolubilem, & quòd ſi in intelligentijs eſſet compoſitio ex exiſtentia & eſſentia, tunc non eſſent æternæ,&c, reſpondetur hoc argumentum non eſſe dignum eruditione illorum, qui in
Comme.39. Theo.41. hac materia illud adducunt, quod eſt fundatum ſuper illam propoſitionem Auer.12.huius,omne compoſitum eſt nouum,quam quidem gloſat Zimara in theoremat.ſuis multis gloſis;inter alias hæc eſt vna pręcipua,omne compoſitum eſt nouum ideſt dependens, & cum in intelligentijs ſit iſta compoſitio ex eſſentia & exiſtentia, ſequitur ipſas eſſe dependentes, hoc autem dicere nullum ſequitur inconueniens, immo eſt ipſamet veritas Chriſtiana & peripatetica intelligentias omnes pendere à prima effectiue & finaliter, in eisque non eſſe idem exi- C
Tex.51. ſtentiam & eſsentiam. Et ſi Ariſt. dicat 12. huius quòd in intelligentijs idem eſt intelligens, intellectio,& res intellecta. Hoc dictum & ſimilia intelligi debent ſecundum genus ſuum, hoc eſt ſufficit vt in genere intelligentiarum ſit vna,in qua idem ſit intelligens,res intellecta,& intellectio,hęc autem eſt prima,quę eſt Deus benedictus in ſæcula.

Nam circa idem genus verſatur ſophiſtica & dialectica cum philoſophia,&c. Tex. 5.

An ſubiectum logicę ſit ens rationis.

Dilucidatio quinta. D

EXPONENS S.Tho. hęc verba Ariſt.affirmat,ens rationis eſse proprie ſubiectum logicæ,ſic etiam & Alexander de Ales docet metaphyſicam proprie eſse circa ens rei,dialecticam autem circa ens rationis,hoc etiam pacto ſcribit Auer. affirmando commune eſse philoſopho & logico loqui de ente,ſed diuerſimode, quia philoſophus de ente ſecundum conſiderationem demonſtratiuam, logicus autem ſecundum conſiderationem probabilem: propter hęc iure duximus in præſenti veritatē huius rei inueſtigare, præſertim cum ſint variæ ſententiæ philoſophorum circa hoc negotium; & vt ordinate procedamus
Ordo quæſti. tria proponimus faciēda. Primo recitare opiniones aliorum. Secundo explicare veritatem huius rei iuxta doctrinam S.Tho. Tertio diſsoluere difficultates,quæ aduerſus eam fieri ſolent.
Opinio illorū qui dicūt ſubiectū logicę eſſe voces. Quoad primum ſciendum eſt,ad tria capita reduci poſse ſententias omnes de hac re, ſcilicet vocum,rerum,& entis rationis. Fuerunt ergo aliqui,qui dixerunt ſubiectum in logica facultate eſſe voces ſiue dictiones ſignificantes ea,quę ſunt in intellectu; quæ ſententia eſt Ioannis Gram-

A matici in principio libri priorum,& Ammonij in principio libri prædicamentorum , quia logica dr quaſi ſermocinalis;ergo eſt de ſermone,& ſic de vocibus. Deinde tota logica verſatur circa voces,vt puta circa p̄dicamenta,& circa nomen,verbũ orationes, vt in lib. perhier.& circa ſyllogiſmos,vt in alijs libris logicalibus,quæ oīa dicuntur eſse voces. Sed hæc ſententia ſtare nõ poteſt,quia ſubiectũ in ſcientia eſt illud, quod per ſe & proprie cõſideratur in ea;ſed voces non per ſe, ſed per accidens conſiderantur in logica : ergo non poſsunt eſse ſubiectum in ea; maior patet ex Ariſt. 1. poſter. vbi voluit quòd ſubiectum,principia, partes, & paſſiones per ſe conſiderantur in ſcientia & no n per accidens : minorem longo progreſsu probat Caietanus in præfatione libri prædicamentorum , vbi aſſerit , quòd conſiderare de vocibus non eſt logici negotij ex intentione,ſed neceſſitas ad boc compulit, quoniam res ſic conceptas non niſi verbis exprimimus,& ſi abſque verbis poſsemus explere , contenti ſolo ſermone interiori, de vocibus tractandum non eſset. Nec rationes iſtorum aliquid coucludunt;& prima, quæ ſumebatur ex etbymologia uominis logices,eſt æquiuoca,quia logos ſignificat rationem,& nõ tantum ſermonem vocalem,vt ſcripſit S.Tho.in prologo primi perhier. Secunda etiam ſoluitur fa-

Tex. 179.

Cõſideratio de vocibus p̄ accidens ſpectat ad logicum.

B cile,quia Ariſt.conſiderat ea quatenus ſunt voces per accidens & ſignificatiua rerum incomplexarum, ſiue illæ voces ſint complexę,ſiue incomplexę.

Secunda ſententia eſt illorum, qui ponunt ſubiectum in logica eſse terminum;quandoquidem omnia,quæ ſunt in vniuerſo,vel ſnnt res extra intellectum,vel res in intellectu, vel voces, vel termini ; logica non eſt de rebus extra intellectum , quia illæ ſpectant ad ſcientias reales , neque eſt de rebus in intellectu ; quia illæ ſpectant ad animaticum , nec etiam eſt de vocibus , quia illę ſpectant ad grammaticum ; relinquitur ergo quòd tractet de ipſis terminis , & ſic terminus erit ſubiectum in logica facultate . Hæc eſt opinio nominalium, præſertim Pauli Veneti, & Pauli Pergulenſis definientium omnia per terminos : quę opinio ſtare non poteſt,quia ſubiectum debet eſse certum,per quod diſtinguitur vna ſcientia ab alijs, quia inde debet ſumere ſpeciem,hinc quantitas continua, quæ eſt certi generis ponitur ſubiectum in geometria,quia per eam differt ab arithmetica,in qua ſubiectum eſt quantitas diſcreta,ſed per terminum vna ſcientia non poteſt diſtingui ab altera, cum non ſit certi generis, terminus enim poteſt eſſe realis,& vocalis,& intentionalis,& multis alijs modis;non ergo poteſt

Opinio illorum qui ponũt ſubiectũ logices eſſe terminum.

Termin⁹ eſt multiplex.

C eſſe verum ſubiectum in logica facultate , præſertim quia ſubiectum ſcientiæ debet continere eminenter, vel virtualiter,& vt radix in ſe , vel in participantibus ipſum omnes veritates illius ſcientiæ, vt ſcripſit Caietanus in 1. p. S.Tho. contra Scotum; ſed terminus non poteſt habere has conditiones, cum non ſit neque radix neque cauſa illarum veritatum , quæ declarantur in logica: falſa ergo eſt opinio iſtorum nominalium. Et ratio adducta ab eis eſt nullius momenti,quia logica nec de rebus præciſe,nec de vocibus , nec de terminis diſputat,ſed de rebus ipſis non abſolute ſed incomplexe conceptis , & conſequenti neceſſitate ſignificatis ordinabilibus ſecundum diuerſos ordines,& ideo diuiſio poſita in argumento iſtorũ eſt inſufficiens.

q. 1. art. 1.

In ſecundo capite recitandę ſunt ſententię illorum , qui dixerunt ſubiectum in logica eſſe res. Et prima fuit Euſtratij,vt habetur 2. poſter. vbi voluit non aliquam rem certam & peculiarem ſubiectum eſſe in logica,ſed omnes res,cuius ſignum eſt, quia Ariſt. à decem categorijs cepit docere ipſam logicam,in quibus decem cathegorijs omnia reponuntur,& propterea in hoc libro tractans de differentia inter logicum & philoſophum dixit,quòd etſi logicus & philoſophus verſautur circa idem, differunt tamen in modo poteſtatis,quia philoſophus demon-

Cap. 8.

Opinio Euſtratij de ſubiecto logices.

D ſtratiue,logicus autem probabiliter diſputat. Sed neque hæc opinio ſtare poteſt , tum quia dictum eſt logicum præciſe non tractare de rebus , tum etiam quia & ſi aliquo pacto conſiderat res,oportuiſſet ipſum Euſtratiũ declarare modum, quo logicus ipſe de rebus diſputat , & ideo ſatis diminute hic loquutus eſt,& ſi ſumpſit initium facultatis logicæ à decem prædicamentis,hoc non indicat logicum diſputare de rebus communiter , ſed vt ex adunatione omnium rerum ad decem capita tolleretur vagatio intellectus ad babendam notitiam incomplexorum & hoc potius oſtendit certum ſubiectum ſed non incertum,vt ipſe exiſtimauit.

Euſtratius diminute loquut⁹ eſt de ſubiecto logicę facultatis.

Secunda ſententia etiam eſt,quæ placuit Ioanni de Ianduno 2. huius , & 6. quę affirmat logicam tractare de ente reali , ipſamque eſſe ſcientiam realem , quam opinionem ſequuntur multi Recentiores, vt eſt Mirandulanus lib. 2 apologiæ , & Qnidam eius diſcipulus Hieronymus Pontanns,qui per multos annos publice profeſſus eſt philoſophiam in almo Vrbis gymnaſio,& quia iſti vident logicam tractare de operationibus intellectus,ſed operationes intellectus dicũtur eſſe entia realia:idcirco logicam de ente reali diſputare per ſe primo exiſtimant. Præterea illud per ſe primo ab arte conſideratur, de quo proprie verificantur definitiones traditæ in illa arte;ſed de rebus illis vere & proprie verificantur definitiones aſſignatæ in logica:

q. vltima. Quæſt. 3.

Sect. 5.

Sententia Hieronymi Pontani de ſubiecto logicæ.

ergo de rebus per ſe primo logicus conſiderat tanquàm de eius ſubiecto : minorem ita nitun- A
tur probare inducendo definitiones tum prædicabilium tum prædicamentorum, quę non ve-
rificantur niſi de rebus, vnde ſubſtantia, quę non eſt in ſubiecto neque dicitur de ſubiecto rea-
liter ei conuenit, & ſic etiam qualitas ſecundum quam quales eſſe dicimus, hoc realiter ei con-
uenit. Et ſi quis diceret quòd tractat de ſecundis intentionibus, reſpondent concedendo, tamē
non primo de eis tractat ſed per ſe ſecundario.

Reprobatur Mirādulan⁹. Verum hęc ſententia & ſi ſit doctiſſimorum virorum, in hac tamen parte eſt aliena à verita-
te, quia modus conſiderandi per ſe res non eſt niſi triplex. Primus abſtrahit ab omni ma-
teria ſenſibili & intelligibili, & hic ſpectat ad metaphyſicum. Secundus eſt, qui abſtrahit à ma-
teria ſenſibili & non intelligibili, & hic ſpectat ad mathematicum. Tertius eſt, qui abſtrahit à
materia ſenſibili particulari, ſed non vniuerſali, quia eſt cum motu & tranſmutatione, & talis
ſpectat ad phyſicum; cum ergo nullus alius relinquatur modus conſiderandi res; ſequitur va-
Tex. 1. num eſſe dicere logicum per ſe & primo res ipſas conſiderare. Adde quòd Ariſt. 6. huius di-
Scientiæ realis tres ſunt ſpecies. uiſit ſcientias reales in tres ſpecies, ſcilicet in metaphyſicam, mathematicam, & phyſicam; cum
ergo logica non contineatur ſub aliqua harum trium ſpecierum, ſequitur falſum eſſe affirma- B
re logicam de rebus per ſe primo conſiderare. Neque etiam rationes iſtorum aliquid conclu-
dunt. Et prima, in qua dicitur, quòd logica tractat de operationibus intellectus, ſoluitur dicen
do operationes intellectus dupliciter conſiderari poſſe, vno modo ſecundum ſe, & prout ſunt
Tex. 21. effectus ipſius animæ eiusque affectiones, & ſic de eis ſermonem habet Ariſt. 3. de anima. Alio
Ens rationis modo vt in eis reperitur veritas & falſitas, & ſic ſpectant ad logicum. Secunda etiam ſoluitur
duplex eſt. diſtinguendo de ente rationis, quod eſt duplex : alterum quod eſt ſolum formatum ab intelle-
ctu, extra quem nullum habet eſſe, vt oratio, propoſitio, ſyllogiſmus, enthymema & cetera ta-
lia: alterum dicitur ens rationis relatiue ad rationem, & hoc pacto prędicamenta dicuntur en-
tia rationis, quia logicus ea conſiderat non ſecundum ſe & quoad naturam ſuam, ſed in ordine
ad rationem, conſiderat enim ſubſtantiam ſub ratione generis generaliſſimi, & animal ſub ra-
tione generis ſubalterni, & hominem ſub ratione ſpecialiſſimi, & aliquem hominem ſub hac
Quomodo logicus tractat de reb⁹. ratione, non eſſe in ſubiecto, nec dici de ſubiecto : dico ergo modo, quòd logicus tractat de re-
bus non in ordine ad paſſiones reales, nec ſecundum ſui naturam, ſed in ordine ad intentio-
nem ſecundam, & rationem ipſam, & ſic definit omnia prædicamenta, ex ignorantia huius di- C
ſtinctionis iſti ſic opinantes prolapſi ſunt in tam peſſimum errorem. Nec eſt verum quòd lo-
gicus tractet de ſecundis intentionibus non per ſe primo, cum conſideret ipſas, vt ſunt inſtru-
menta cognoſcendi alia, & hoc per ſe primo logicus intendit tradere & nō conſiderare res niſi
exemplariter & incidenter.

Variæ ſententiæ de ſubiecto logicæ. In tertio capite recitandæ ſunt ſententiæ illorum, qui poſuerunt ſubiectum in logica facul-
tate eſſe ens rationis, hi enim in varias ſectas diuiſi ſunt, dum quidam eorum dixerunt eſſe de-
monſtrationem potiſsimam. Quidam autem eſſe inſtrumentum ſciendi, & hoc tale ſiue ſit
demonſtratio, ſiue definitio non curant. Quidam alij voluerunt eſſe modum cognoſcendi.
Nonnulli exiſtimarunt eſſe argumentationem, vt complectitur in ſe omnes ſpecies arguendi,
quæ poſitio videtur eſſe magni Alberti in principio libri prædicabilium. Alij dixerunt eſ-
Quæſt. 3. ſe ſyllogiſmum, vt fuit Scotus in quæſtionibus ſuis de vniuerſalibus motus hac præcipua ra-
tione, quia illud eſt ſubiectum proprium & adæquatum in aliqua arte vel ſcientia, quod habet
omnes cōditiones ipſi ſubiecto neceſſario requiſitas; ſed ſyllogiſmus eſt huiuſmodi, ergo &c.
Conditiones ſubiecti ſunt tres. minorem probat, quia tres præcipue ſunt conditiones ſubiecti in ſcientia. Prima eſt, vt de ip- D
ſo precognoſcatur quid & quia. Secunda eſt, vt per eius quodquideſt demonſtrentur in ſcien
tia paſsiones illius ſubiecti. Tertia eſt vt ad ipſum omnia alia conſiderata in ſcientia redu-
cantur, & hæ conditiones non conueniunt niſi ſyllogiſmo; ergo ſyllogiſmus erit adæquatum
ſubiectum in tota logica facultate. Verum ſi quis diligenter has opiniones conſideret, vide-
bit omnes eſſe diminutas; quia ſubiectum, de quo loquimur tale eſſe debet, vt comprehendat
omnia vel vt ſpecies, vel vt principia, vel vt paſsiones eius; ſed nec demonſtratio potiſsima ſe-
cundum primam opinionem, nec inſtrumentum ſciendi iuxta ſecundam, nec modus cogno-
Subiectū & ſcientia debent eſſe æqualis ambitus. ſcendi iuxta tertiam, nec argumentatio vt voluit Albertus, nec ſyllogiſmus, vt ſcripſit Scotus,
comprehendunt omnia, quæ in logica tractantur: ergo nullum iſtorum poterit eſſe proprium
& adęquatum & totale ſubiectum, de quo diſputamus; maior patet; & minor declaratur, quia
in logica conſiderantur prædicabilia, prædicamenta, nomina, verba, orationes affirmatiuæ, ne-
gatiuæ, cathegoricę, & hypoteticæ, inductio, exemplum, & enthymema, & multa alia, quæ non
poſſunt adęquate & totaliter comprehendi nec à demōſtratione potiſſima, nec ab inſtrumēto
ſciēdi, nec à modo cognoſcēdi, nec ab argumētatiōe, nec à ſyllogiſmo: ergo &c. Ratio adducta
à Scoto

A à Scoto conuincitur falſa, prḉſertim quoad minoré, quia adæquate non reducuntur omnia logicalia ad ſyllogiſmum. Nec valet reſponſio eius diſcipulorum, quòd ſaltem reducuntur principaliter, quia hoc etiam pacto potuiſſemus ponere demonſtrationem potiſsimam aut argumẽtationem, aut definitionem eſſe ſubiectum, quia ad quodlibet iſtorum principaliter etiam reduci poſſunt, verum cum nos loquamur de ſubiecto adæquato & totali, ſequitur manifeſte reſpõſum iſtorum non eſſe ad propoſitum.

Ratio Scoti cõuincit falſa.

Quoad ſecundum explicanda eſt veritas huius quæſiti vt promiſimus iuxta doctrinam S. Tho. nam Quidam Recentiores tribuunt S. Thomæ varium fuiſſe de ſubiecto logices, quandoquidem 1. lib. perhier. protulit adę́quatum ſubiectum logices eſſe operationes intellectus, quia circa eas tota logica verſatur, ſi quidem primę operationi, quę eſt indiuiſibilium intelligentia; correſpondet liber prædicamentorum, ſecundę vero operationi, quę eſt compoſitio & diuiſio, correſpondet liber perhiermenias: tertiæ operationi, quæ eſt diſcurſus, correſpõdet liber priorum & aliorum librorum logicalium. Eandem quoque ſententiam poſuit 1. lib. poſte, tamen in hoc libro affirmauit ſubiectum logicæ eſſe ens rationis & non rei; ecce quomodo varius

In prologo.

Lect. 1.

B reperitur S. Thomas in aſsignando ſubiectum huius facultatis.

Vt igitur appareat quòd ſemper vnam & eandem ſententiam habuerit S. Tho de hac re nec non & propriam intentionem Ariſt. adeptus fuerit ſciendum eſt primo, quòd hoc nomen, ſubiectum, eſt æquiuocum, & multis modis dicitur, nam aliquando dicitur ſubiectum in quo, qua ratione Ariſt. in antepædicam. dixit animam eſſe ſubiectum grammaticæ, his verbis, vt quædam grammatica in ſubiecto quidem eſt in anima. Secundo dicitur ſubiectum de quo, vt in eodem libro docuit ipſe philoſophus dicens, quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, quæcunque de eo quod prędicatur dicuntur, omnia etiam de ſubiecto dicuntur, vt homo de quodam homine, &c. dicitur etiam aliquando ſubiectum circa quod, ſimilitudine quadam deſumpta à potentijs animæ, ſicut coloratum eſt obiectum circa quod verſatur potentia viſiua, ita ſubiectum ſcientiæ dicitur obiectum, circa quod verſatur illa ſcientia: aliis etiam nominibus nuncupatur ſecundum quòd diuerſimode conſideratur, nam ſi comparabitur ad paſsiones dicitur ſubiectum; ſi vero comparabitur ad principia, ex quibus conficitur vocatur, compoſitum, vt ſcripſit Auer. 1. phyſi. ſi autem comparetur ad partes ſubiectiuas, vocatur ge-

Subiectũ eſt æquiuocum.

Subiectum ſcientię quare dicat obiectum.

Commẽ. 65.

C nus, vt docuit etiam Auer. 1. poſter. comparatur etiam ſubiectum ſcientiæ ad ipſam ſcientiam tribus modis, vt docuit S. Tho. in prologo 1. ſenten. primo quòd omnia conſiderata in ſcientia contineri debent ſub ipſo ſubiecto, & hoc eſt quod aliqui dicunt quòd ſubiectum non debet excedere ſcientiam, nec ſcientia ſubiectum. Secundo ſubiectum comparatur ad ſcientiam ſecundum principalem cognitionem, quia ſubiectum eſt illud, quod principaliter attenditur in ſcientia. Tertio quoad diſtinctionem, quia per ſubiectũ diſtinguitur ſcientia ab omnibus aliis: ſecantur etiam ſcientiæ quemadmodum & res, vt ſcribitur 3. de anima.

Commẽ. 43.

q. 1. art. 4.

Comparationes ſubiecti ad ſcientiam ſunt tres.

Tex. 38.

Secundo eſt notandum, quòd triplex primitas reperitur in ſubiectis ſcientiarum, vt 3. huius tetigimus. Datur enim primitas adæquationis, & hæc ineſt ſubiecto totali, vt enti mobili ſimpliciter reſpectu naturalis philoſophię, & enti inquantum ens reſpectu metaphyſicę. Altera primitas eſt attributionis, & hæc primitas ineſt corpori mobili reſpectu philoſophiæ naturalis, & ſubſtantiæ reſpectu metaphyſicæ. Tertia eſt primitas intentionis, & hęc ineſt primo motori in ordine ad philoſophiam naturalem, & generi abſtractorum in ordine ad metaphyſicam.

Dilucid. 1.

Primitas in ſubiecto eſt triplex.

D Tertio eſt conſiderandum, quòd logica dupliciter ſumi poteſt: vno modo vniuerſaliter, vt continens ſub ſe grammaticam, rethoricam, & logicam diſcretiuam veri à falſo; alio modo preſſius & magis proprie ſumitur logica vt eſt ſcientia rationalis diſtincta ab iſtis artibus. Et ſic etiam ens rationis dupliciter etiam ſumitur: vno modo vniuerſaliter, vt continet ſub ſe orationem congruam & incongruam, tropum, vel figuram, exordium, rethoricas perorationes, & cetera talia, & hoc pacto non loquimur nos in prę́ſenti. Alio modo ens rationis capitur proprie, quod conſequitur ad operationem intellectus; intellectus enim conſiderans naturam hominis, quia videt eam eſse communem multis indiuiduis, vocat ipſam ſpeciem, & quia videt Sortem habere albedinem facit propoſitionem, exprimendo ipſam tribus terminis dicendo Sortes eſt albus, quia tria ſunt in re nempe Sortes, albedo, & coniunctio albedinis cum Sorte: propterea tribus terminis exprimit illam propoſitionem ſubiecto, prædicato, & copula: ſic etiã componit ſyllogiſmos & cetera talia.

Logica bifariam ſumit.

Intentiones ſecũdę æquiualent rebus

Iſtis ſtantibus ponitur primo talis concluſio contra neotericos, Nunquàm S. Tho. fuit varius in explicando ſubiectum logices, ſed ſemper habuit vnam & eandem intentionem: probatur quia operationes intellectus & ens rationis obiectiue pro eodem capiuntur in doctrina

Sententia S. Th. de ſubiecto ſemp eſt vniformis.

S. Tho.

Lect. 3. S.Tho.ſed aliquando dixit operationes intellectus eſſe ſubiectũ in logica, vt in 1. lib. perhier. A
In prologo. & 1. poſter. aliqñ vero dixit ens rationis eſſe ſubiectũ, vt in expoſitione præſentis literæ: ergo non varius, ſed vnam eandemque intentionem ſemper habuit de ſubiecto logices, licet enim

Operationes Itellect' quõ ſpectant ad animaſticũ. operationes intellectus ſecundum ſui naturam & formaliter ſpectent ad animaſticum, quia ſic diſtinguuntur ab ente rationis, cum ſint ſubiectiue in intellectu, ſicuti ſpecies intelligibiles & ſcientiæ ipſæ, tamen vt obijciuntur ipſi intellectui conſideranti conceptum generis, ſpeciei, propoſitionis affirmatiuæ, negatiuæ, enthymematis, inductionis, ſunt entia rationis, quia in nullo ſunt ſubiectiue, ſed tantum obiectiue, vt dictum eſt.

Tex. 179. Adhuc obſtrepunt Recentiores iſti contra S.Tho. propter auctoritatem Ariſt. 1. poſter. volentis eandem ſcientiam conſiderare principia, partes, & paſsiones ſubiecti; ſed principium
Tex. 12. operationum ipſius animæ & ipſius entis rationis eſt intellectus, de quo pertractatur in 3. de anima, & non in logica: ergo quomodocunque capiantur operationes animæ & ens rationis nullo pacto poſſunt ad logicum pertinere. Addunt quia Thomiſtę non poſſunt ſubterfugere, quin opinio S.Tho. non ſit diminuta, quandoquidem ſubiectum cuiuſcunque ſcientiæ duas partes habere debet, rem conſideratam; & modum conſiderandi; dato & non conceſſo, B
quòd operationes intellectus & ens rationis ſint res conſideratæ in logica, modus tamen conſiderandi non eſt expreſſus à S. Tho. ſed omiſit eum tanquàm potiorem partem ſubiecti: igitur eſt diminutus.

Labefactant rationes neotericorum. Sed iſtæ rationes ſunt friuolæ, & ideo merito ſpernendæ; & præſertim prima, in qua non cõſiderarunt vnam eandemq; rem conſiderari à diuerſis artificibus, ſicuti cælum conſideratur à philoſopho naturali, & ab aſtrologo; ſic etiã in propoſito intellectus operatiões vt ſunt effectus reales ipſius intellectus, & vt ſuſcipiũtur in eodem intellectu ſubiectiue, conceditur ꝙ ad aĩaſticum ſpectant, quia ſic collocantur in prędicamento qualitatis, cum ſint accidentia realia, ſed prout ſunt in anima obiectiue ſolum conſequentia naturas rerum, ſic à logico tantum con-

Tribus modis ẽ aliquid I intellectu. ſiderari debent: & dico hoc quia tribus modis aliquid eſt in intellectu. Primo ſubiectiue & ſic ſpecies intelligibilis, & actus intelligendi ſunt in intellectu, vt dictum eſt. Secundo obiectiue tantum, & ſic ens & omne intelligibile dicitur eſſe in intellectu. Tertio obiectiue conſequenter, & ſic entia rationis ſunt in intellectu, & conſiderantur à logico; vnde patet rationem iſtorum eſſe friuolam. Ad ſecundam reſpondentes dicimus non eſſe inconueniens omiſiſſe C
S.Tho. modum conſiderandi in vna parte, quem tamen expreſsit in alia parte; primo enim

Duplex eſt pars ſubiecti res conſiderata & mod' conſiderãdi. perhier. fatemur eum non loquutum fuiſſe de parte ſubiecti, quæ ſpectat ad modum conſiderandi, ſed tantum de re conſiderata, tamen in 1. poſter. vbi ex profeſſo declarat ſubiectum logicæ aſſerens eſſe actus rationis, exprimit modum conſiderandi affirmans non quocunque modo logicum conſiderare actus rationis, ſed vt dirigunt operationem intellectus, & clarioribus verbis expreſsit in libello de trinitate ipſius Boetij, vbi docet logicam conſiderare ſua non abſolute, ſed vt ſunt adminicula quædam ad alias ſcientias capeſſendas; quæ verba exponens Rom. Ægidius diſcipulus S.Tho. dixit actus rationis ſpectare ad logicum, quatenus ſunt organa quædam applicabilia rebus: non ergo eſt diminuta ſentẽtia S.Tho. de ſubiecto logices, niſi apud eos, qui non totam legem perſpexerunt.

Subiectũ totale in logica eſt ens rationis. Secunda cõcluſio, Subiectum totale ſeu primum primitate adęquationis eſt ens rationis nõ vniuerſaliter ſumptum, ſed prout ſequitur ad operationes intellectus obiectiue conſequenter, vt dictum eſt ſupra; & hæc eſt ſententia S.Tho. hic & in opuſ. de natura generis. & Roma. Ægi-
Commen. 2. dij in principio libri elenchorum, & Auer. in hoc lib. & Liconienſis 1. poſter. hæc etiam eſt. D
Commẽ. 27. opinio, quam nouam aliqui exiſtimant, dicentes ſecundo intellecta vt inſtrumenta notificandi ſunt ſubiectum totale & adæquatum in logica, hoc etiam expreſsit Auicen. in initio ſuæ logices, vbi conſtituit ſubiectum eſse ſecundas intentiones adiunctas primis, dicere ergo ſecun-

Concordant plurimę opiniones de ſubiecto. do intellecta & ſecundas intentiones, & actus rationis, ſeu ens rationis in intellectu obiectiue conſequenter idem eſt, patet etiam ex ethymologia ipſius artis logicalis, quæ dicitur rationalis ab ente rationis, ſicuti & ſcientię reales ab ente reali. Secundo quia ens rationis continet omnia, quę tractantur in logica; ac proinde eſt adęquatum ſubiectum. Tertio inductione probatur, nam logica agit de generibus, ſpeciebus, de ſubiecto, prædicato, de propoſitione, ſyllogiſmo, & alijs conſimilibus, quæ omnia ſunt entia rationis. Quarto logica non agit de rebus realibus, nec de vocibus: ergo de ente rationis. Quinto logica dirigit operationes intellectus, & dat inſtrumenta cognoſcendi, quæ omnia conſequuntur res cognitas, veluti ens rationis: igitur tale erit ſubiectum in ea. Poſtremo ad ſcientias requiritur cognitio generis, ſpeciei, ſubiecti, propoſitionis, ſyllogiſmi: ergo ab aliqua arte hæc omnia debent tradi; ſed non ab aliqua ſcientia particulari, quia hæc conſequuntur omnes res: igitur ab aliqua ſcientia vniuerſali, ſed

non

A non a metaphyſica, quia ipſa agit de ente reali, & ſi aliquando conſiderat ens rationis vt 6. huius, illud tamen non conſiderat vt deſeruit ſcientijs: ergo ſpectat ad logicam, quę vt metaphyſica, eſt ſcientia vniuerſalis, & hoc eſt quod aſſerit hic Ariſt. circa nanque idem genus dialectica & philoſophia verſatur, vt exponit Alex. Aphrodiſien. metaphyſica & logica nullum genus proprium determinatum habent, ſicuti geometria vel muſica, ſed de omni ente conſiderant, licet diuerſa ratione. Tex. 6. Metaphyſicus quomodo cōſiderat de ente rationis.

Tertia concluſio eſt, Subiectum primum primitate attributionis in logica eſt ſyllogiſmus; probatur quia omnia, quę in logica conſiderantur, ei attribuuntur, & ſi ſic intellexit Scotus in quæſtionibus ſuis de vniuerſalibus, poteſt admitti ſua opinio in hac concluſione, quia ſicuti ſubſtantię omnia attribuūtur in metaphyſica, & corpori mobili in philoſophia naturali, ita in logica attribuuntur omnia logicalia ſyllogiſmo; vnde Ariſt. ſtatim poſt determinationem de partibus eius in veteri logica; in 1. priorum pręmittit eius definitionem multas paſsiones de ipſo oſtendendo, vt modum & figuram habere tres terminos, & alia ſimilia: determinatur etiam de eius partibus integralibus ſcilicet de incomplexo, & enunciatione, & de partibus ſubiectiuis, vt in libris topic. ſophi. & poſter. & hoc etiam Ferrariens. in quęſtionibus 1. phyſi. voluit oſtendere, quando in logica aſsignauit duplex ſubiectum formale, quod dicebat eſſe ens rationis, & materiale quod aſſerebat eſſe ſyllogiſmum, & niſi hoc pacto intelligat, doctrina illa, quā tradit de ſubiecto materiali & formali, non poterit ſtare, quia tam ens rationis, quàm ſyllogiſmus poteſt poni pro ſubiecto formali & materiali in logica, & ens mobile, & corpus mobile in philoſophia naturali, licet ſecundum diuerſam primitatem, ſcilicet adæquationis & attributionis, vt ſupra dictum eſt. Syllogiſmus quo eſt ſubiectum in logica. Quæſt. 3. Cap. 1. B Quæſt. 1. Opinio Ferrarienſis de ſubiecto quo ſaluari pōt.

Quarta concluſio. Subiectum primum primitate intentionis in logica eſt ipſa demonſtratio, ſicuti primus motor in philoſophia naturali, & genus abſtractorum in metaphyſica, probatur quia logicus primo & principaliter intendit demonſtrationē ipſam tanquàm finem totius logici negotij; & quia finis primo intenditur ab agente; propterea ſubiectum primum primitate intentionis in logica eſt ipſa demonſtratio, & hoc quilibet firmiſsime teneat, & nullatenus dubitet in doctrina S. Tho. in qua non exiſtimet me noua cudere, cum ipſe in expoſitione huius literæ diſtinguendo logicam in partes ſuas, puta in topicam, ſophiſticam, & analyticam, aſſerat topicam & ſophiſticam, eſſe docentes & vtentes, docentes prout inſtituunt modum, per quem procedi poſsit ad concluſiones in ſingulis ſcientiis probabiliter oſtendendis, & ſic dicuntur ſcientię, vt in ſecundo dilucidauimus; vt vero vtuntur hoc modo adiuncto ad concludendum aliquid in ipſis ſcientiis dicuntur vtentes, loquens de analytica dicit, quòd ſolum doctrina pertinet ad logicum, vſus vero ſpectat ad philoſophiam, & ad alias particulares ſcientias reales, nec ſunt intelligenda hæc verba S. Tho. vt exponit Sueſs. quòd topica & ſophiſtica, vt ſunt docentes, dicuntur ſcientiæ, non autem vt vtentes; ſed analytica vt eſt docens & vtens poteſt dici ſcientia, hæc enim expoſitio eſt extra intētionem S. Tho. qui ab Alex. Aleñ. ſuſcepit hanc doctrinam hic, qui Alex. dicit, quòd doctrina & vſus doctrinæ ſpectat ad logicam ptout logica continet ſub ſe topicam & ſophiſticam; prout autem continet ſub ſe analyticam pertinet tm̄ ad ipſam doctrina, & non vſus doctrinæ, quia talis vſus ſpectat ad philoſophiam, & ratio eſt, quia vſus demonſtrationis conſiſtit in vtendo principiis rerum, per quę fit demonſtratio, quę principia pertinent ad ſcientias reales; ſed logica non eſt ſcientia realis: ergo ad ipſam non ſpectat vti demonſtratione, ſed bene ſyllogiſmo topico aut ſophiſtico; cum ergo principaliter logicus docere intendat demonſtrationem; ſequitur ipſam eſſe ſubiectum primum primitate intentionis in tota logica. Nec eſt inconueniens logicam diſtingui in docentem & vtentem tantum pro quibuſdam partibus, nempe topica & ſophiſtica, & non pro demonſtratiua. Nec etiam aliquod abſurdum eſt vnius ſcientiæ eſſe plura ſubiecta ſecundum diuerſas primitates, vt dictum eſt. Demonſtratio quomodo eſt ſubiectum in logica. C Topica & ſophiſtica ſūt docentes & vtentes. Dilucid. 11. Reprehenditur Auguſtinus Niphus tanquàm nō loquens ad intētionem S. Tho. Doctrina Analytica ſpectat ad logicum & non eius vſus. D Vnius ſcientię plura poſſunt eſſe ſubiecta.

Quoad tertiū ſoluenda ſunt aliqua argumenta præſertim contra ſecundam concluſionē, in qua dictum eſt ens rationis eſſe ſubiectum adæquatum. Cōtra quia de ſubiecto in omni ſcientia præcognoſci debet an ſit & quid ſit, vt ſcribitur 1. poſter. hæc non cognoſcuntur de ente rationis: ergo ipſum non poteſt eſſe ſubiectum. Sed reſpondetur primo, quòd hæc regula verificatur quando ſubiectum eſt ignotum, quando autem eſt manifeſtum, non eſt neceſſaria hæc regula, vt patet per Auer. t. poſter. Secundo etiam dicitur, quòd præſupponitur an eſt, & quid eſt in partibus ſuis, quia cum ens rationis ſit quoddam analogum, non poterat de illo in communi præcognoſci quid ſit, ſed hoc agendum eſt in ſuis inferioribus. Tex. 2. Tex. 15.

Secundo arguitur, Quia logicus non conſiderat principia partes & paſsiones entis rationis: igitur ens rationis non erit ſubiectum in logica. Reſpondetur quòd ſubiectum ſcientiæ

duplex

Subiectum ſcientiæ poteſt eſſe vniuocũ & analogum.

duplex eſſe poteſt. Alterum vniuncum, quod cum dicat quandam naturam diſtinctam à ſuis A inferioribus; ideo ſcientia illa, quę habet tale ſubiectum, debet primo de illo conſiderare & principia, & partes, & paſſiones deſcendendo ad ſingulas, v.g. ſcientia de animali primo debet conſiderare principia & paſſiones animalis, cum ſit quoddam vniuocum, ſecundo debet deſcendere ad ſpecies eius, puta ad hominem & leonem, ſed quando obiectum eſt analogũ, quod non habet naturam diſtinctam ab inferioribus, non eſt neceſſarium vt ſcientia tradat principia & paſsiones analogi, ſed ſufficit ſibi tradere principia & paſſiones inferiorum, ſicuti metaphyſica, cuius ſubiectum eſt ens inquantum ens, analogum ad ſubſtantiam & accidens, non conſiderat principia & paſſiones entis vt ens eſt, ſed ſubſtantiæ tantum & accidentis, quæ ſunt partes entis, ſic etiam ens rationis cum ſit quoddam analogum, logicus non conſiderat principia & paſsiones in communi, ſed tantum ſuorum inferiorum. Adde quòd logicus non conſiderat ens rationis ſecundum ſui naturam, ſed tantum vt eſt inſtrumentum cognoſcendi, & ideo non oportet etiam, vt conſideret principia & paſsiones eius in communi, ſed hoc ſpectat ad metaphyſicum.

Logicus non conſiderat ens rationis vt eſt inſtrumentũ cognoſcẽdi.

Tertio obijcitur, ens rationis nullius ſcientiæ vel facultatis ſubiectum eſſe poteſt: ergo neq; ipſius logicę; conſequentia patet: antecedens probatur. Primo, quia ens rationis non poteſt mouere intellectum: ergo non poteſt eſſe eius obiectum, nec alicuius habitus intellectualis. Secundo ſciẽtia refertur realiter ad ſcibile ex 5. huius: ergo ſcibile neceſſario eſt aliquid reale, & non ens rationis, quia relatio realis debet terminari ad rem realem. Tertio quia ens rationis ſemper eſt quaſi quędam paſsio & proprietas adueniens rebus, quatenus cognitis: ergo non poteſt cõſiderari niſi vt proprietas alicuius ſubiecti, & non vt ſubiectũ: non ergo poterit eſſe ſubiectũ in ſcientia. Quarto ens rationis non eſt neceſſarium, quia pendet à voluntate, ſed ſcientia eſt neceſſariorum: ergo ens rationis non poteſt eſse ſubiectum in logica. Quinto ſubiectum eſt prius ſcientia: ergo ſi ens rationis eſt ſubiectum in logica, debuiſset eſse prius ea, & quia logica cum ſit habitus intellectualis, eſt ens reale: igitur ens rationis erit prius ente reali. Sexto obiectum eſt cauſa ſcientiæ, ſi ens rationis erit obiectum logicę, tunc ipſum erit cauſa ipſius logicæ, & tunc ens rationis erit cauſa entis realis. Poſtremo in ente rationis datur progreſsus in infinitũ, vt docet S. Tho. 1. p. de mente Auicennę, ſed ſciẽtia eſt rerũ finitarum: ergo de ente rõnis non poterit eſse ſciẽtia, ex cõſequenti ipſum nõ poteſt poni pro ſubiecto logicę. C

Tex. 20. (margin, beside "Secundo ſciẽtia refertur realiter ad ſcibile ex 5. huius")

q. 28. art. 4. (margin, beside "progreſsus in infinitũ, vt docet S. Tho. 1. p.")

B (right margin, beside "Tertio obijcitur")

Ens rationis quõ mouet intellectum.

Rñdetur ad primã negando antecedens. Et ad primam probationem dr̃ ens rationis mouere intellectum non per ſe, ſed mediante ente reali, cui innititur. Pręterea ens rationis habet conceptũ poſitiuum, vt genus habet conceptũ poſitiuum relationis, ad ſpeciẽ quamuis non realem, vnde poteſt mouere intellectum & eſse illius obiectũ, ideſt obijci intellectui. Ad ſecundam confirmationem dicitur primo, forte illud intelligi ſolum reſpectu primorum intelligibilium, nempe rerum realium, non autem reſpectu relationis ſecundum rationem, & entis rationis. Secundo dr̃ ſcientiã de ente rationis referri realiter ad materiale ipſius entis rationis, quod eſt ens reale. Tertio ſcientia refertur ad ſcibile relatione ſecundum dici, hæc autem poteſt terminari ad ens rationis. Ad tertiam dicitur ens rationis quatenus inſtrumentum, habere quaſdam proprietates, quę non pendent ex cognitione entis realis, neque ex cognitione entis rationis, vt eſt paſsio entis realis, vnde ens rationis vt inſtrumentum, poteſt conſtituere ſubiectum alicuius ſcientiæ. Quòd ſi conſideraretur ſecundum ſui naturam, quia hoc pacto pendet ab ente reali, non poſset eſse niſi paſsio in ſubiecto; ſicuti etiam cognitio quantitatis, quę habetur in mathematica, cum pendeat ex cognitione ſubſtantiæ, non poteſt eſse ſubiectũ D in mathematica, niſi quatenus cum ea conſideratur ſubſtantia; ob hoc ſubſtantia quanta eſt ſubiectum in mathematica. Ad quartam dicitur ens rationis ex voluntate pendere quoad exiſtentiam, non autem quoad eſsentiam, ſicuti etiam operationes intellectus quoad actualem exiſtentiam pendent à voluntate, tamen ſecundũ ſe ſunt entia neceſsaria. Ad quintam dicitur non omne ens reale eſse prius omni ente rationis, ſed ens reale eſt prius illo ente rationis, quod ſequitur ad illius cognitionem: vnde dicimus ens reale in vniuerſum eſſe prius: ſecundo ſequitur ens rationis: tertio ſequitur cognitio ipſius entis rationis, ex hoc ergo nihil habet quinta obiectio. Ad ſextam dicitur obiectum per ſe ſumptum non eſse cauſam ſcientię, ſed bene intellectus vna cum obiecto erit cauſa ſcientię, & ſic concedimus quòd intellectus ſimul cum ente rationis eſt cauſa logicæ. Ad vltimam dicitur entia rationis ſecundum ſe eſſe finita, poſſe autem in infinitum eſſe proceſſum in eis per reflexionem entium rationis ſupra ſemetipſa non eſt inconueniens, ſicuti ſupra quatuor poteſt eſse proceſſus in infinitum per replicationẽ eiuſdẽ numeri quaternarij. Eſſent & alia argumenta ſoluenda contra alias cõcluſiones, ſed quia ex his, quę dicta ſunt, facile ſolui poſſunt, iure relinquenda eſſe duximus.

Ens rationis quõ poteſt habere proprietates. (margin, beside "Ad tertiam dicitur ens rationis")

Ens rationis quõ pendet à voluntate. (margin, beside "Ad quartam dicitur")

Proceſſus ad infinitũ quõ eſt in ente rationis. (margin, beside "Ad vltimam dicitur")

A *Natura nanque principium, & aliarum dignitatum hæc omnium. &c. Tex. 9.*

Vtrum iſtud principium, impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, ſit ſimpliciter primum.

Dilucidatio ſexta.

OCCASIONE horum verborum occurrit hæc diſputatio, num impoſsibile eſt idem eſſe vel non eſſe, ſit primum principium ſimpliciter, circa quam diſputationem more ſolito procedã. Primo declarando opinionem Aduerſariorũ. Secundo improbando ipſam. Tertio quid ſit rei veritas aperiẽdo. Quarto ſoluendo argumenta in contrarium. Quoad primum, Quidam aiunt quòd primum complexum eſt hoc principium, ens eſt ens, & pro declaratione ſuæ opinionis ſupponunt primo duplicem eſſe propoſitionẽ, alteram identicam, ideſt dicens identitatem prædicati ad ſubiectum, ſiue eſſentialiter ſiue accidentaliter, vt homo eſt animal, & homo eſt albus. Alteram diuerſidicam, & eſt negatiua illa, quæ dicit diuerſitatem prædicati à ſubiecto, vt homo non eſt lapis. Secundum, quod ſupponunt eſt, quòd in propoſitionibus eſt ordo, tam in affirmatiuis, quàm in negatiuis; nam quædam eſt primo prima: quædam ſecundo prima, & ſic deinceps; vnde in affirmatiuis homo eſt homo, eſt primo prima; homo eſt rationalis eſt ſecundo prima; homo eſt riſibilis eſt tertio prima; homo eſt albus, eſt quarto prima, &c. ſimiliter in negatiuis homo non eſt equus, eſt prior iſta, homo non eſt hinnibilis. Tertium ſupponunt, quòd idem in comparatione ad diuerſa poteſt eſſe prius & poſterius, vt patet in linea prædicamentali, quòd genus ſubalternum eſt prius reſpectu ſpeciei ſpecialiſſimæ, & poſterius genere generaliſſimo. His ſtantibus probant dupliciter iſtud non eſſe primum principium ſimpliciter: quia illud principium non eſt ſimpliciter primum, cuius termini non ſunt primo primi, nec vltimo vltimi; ſed iſtius propoſitionis, impoſsibile eſt ſimul eſſe & non eſſe, termini non ſunt primo primi, nec vltimo vltimi, ergo &c. maior patet; quia de ratione primi ſimpliciter eſt, quòd ſit primum in eſſendo, & vltimum in reſoluendo: minor probatur tum ex parte prædicati, tum ſubiecti: ex parte prædicati: quod eſt hoc, eſſe, & non eſſe; ſed hoc tale prædicatum eſt conceptus reſolubilis, cum ſit compoſitus ex affirmatiuo & negatiuo; igitur non eſt primo primus, nec vltimo vltimus: ex parte etiam ſubiecti, quod eſt, hoc idem eſſe; ſed tale etiam eſt conceptus compoſitus ex reſpectiuo & abſoluto: ly enim idem dicit conceptum reſpectiuum; & ly ens dicit conceptũ abſolutum; vel ſaltem neutrum & indifferentem ad abſolumm & reſpectiuum: cum igitur hæc propoſitio ſit reſolubilis in anteriores terminos, ex quibus cõponitur, ſequitur quòd hęc propoſitio, impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, non ſit primum principium ſimpliciter.

Vide Franciſcũ de Mayronis tractatu de formalita.

Propoſitio duplex identica & diuerſidica.

C

Primũ ſimpliciter quid eſt ſecundũ aliquos.

Præterea nulla propoſitio modalis eſt primo prima quia eſt reſolubilis in aliam de ineſſe; ſed iſtud principium, impoſſibile eſt ſimul eſſe & non eſſe, eſt propoſitio modalis: ergo non eſt primo prima. Et confirmatur, quia quælibet propoſitio negatiua eſt poſterior ſua affirmatiua, vt dicitur 2. perhier. bonum non eſt malum eſt negatiua, & ſupponit ſuam affirmatiuam, quę eſt hęc, bonum eſt bonum, ſed hęc propoſitio, impoſſibile eſt ſimul idem eſſe & non eſſe, eſt negatiua: ergo non eſt primo prima: ſi quis igitur quærat quod eſt primo primum ſimpliciter. Reſpondent quòd eſt iſta propoſitio, ens eſt ens, & ratio eſt, quia habet terminos primo primos, & vltimo vltimos, & per conſequens quia non ſunt reſolubiles in aliquos priores; immo omnis reſolutio conceptuum ſtat ad conceptum entis, vt ad ſimpliciter primum inter conceptus quidditatiuos, & licet philoſophus vocet iſtam propoſitionem primum principiũ, non eſt vt ſit ſimpliciter primum; ſed quia eſt primum reſpectu iſtorum, ſcilicet de quolibet dicitur affirmatio & negatio; & de nullo ambo ſimul; & omne totum eſt maius ſua patte, & quę ſunt paria alicui tertio, ſunt paria etiam inter ſe, vnde dicitur dignitas dignitatum. hæc de primo.

Propoſitio modalis nõ eſt primo prima.

D

Cap. 2.

Quæ ſunt paria in tertio ſunt paria inter ſe.

Quantum ad ſecundum, hæc ſententia ſic declarata in pluribus peccat: & primo, quia plurimæ ſunt propoſitiones affirmatiuæ, quæ non ſunt identicæ, vt prædicatio denominatiua, ſicut iſta, homo eſt albus, & corpus; quod eſt altera pars compoſiti, eſt animatum; ſicuti docent ipſimet in quolibetis, ergo &c. Peccat & ſecundo hæc opinio, quia eſt expreſſe contra ſententiam Ariſto. in hoc 4. vbi nullam aliam propoſitionem uocat primum principium, niſi

Tex. 8.

iſtam

iſtam, impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe. Peccat & tertio quia illud eſt primum prin- A
cipium ſimpliciter primum, quod in ſecunda operatione intellectus eſt primo cognitum, &
ſine quo nihil aliud eadem operatione poteſt cognoſci, & à quo notitia aliorum pendet; ſed
tale eſt hæc propoſitio, impoſsibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe: igitur falſa eſt concluſio po
ſita ab ipſis dicentibus hanc propoſitionem, impoſſibile eſt, &c. non eſſe primum principium
ſimpliciter, ideſt primo primum. Præterea probo abſolute de mente Alexandri, & Auerrois
hanc propoſitionem eſſe primo primam, ſeu ſimpliciter primum principium: quia illud eſt
primum principium ſimpliciter, cui conueniunt conditiones primi principij ſimpliciter,
ſed huic propoſitioni, impoſſibile eſt &c. conueniunt cõditiones primi principij ſimpliciter,
quas declarat metaphyſici: igitur iſta propoſitio erit primũ principiũ ſimpliciter: probatur mi
Conditiones primi principij ſimpliciter quæ ſint.
nor, quia multæ ſunt conditiones primi principij; quarum prima eſt, vt ſit firmiſſimum; quia
dicitur eſſe manifeſtiſſimum, cum circa ipſum non cadat error aliquis. Secundo dicitur eſſe
euidentiſsimum; quia nihil poteſt aſsignari, cui non competat vere eſſe, vel non eſſe. Tertio
dicitur eſse veriſsimum; quia habitudo ſuorum terminorum, in qua conſiſtit veritas cuiuslibet
propoſitionis, eſt incommutabilis, cum inueniatur inter extrema ſumme neceſsaria. Quarto B
dicitur eſse certiſsimum, quia veriora ſunt notiora omnibus, cum verum ſit obiectum intelle-
ctus. Quinto ſine primo principio nulla alia propoſitio eſt demonſtrabilis; hoc enim pri-
mum principium virtualiter ingreditur omnem demonſtrationem; ipſum enim eſt ſimplici-
ter indemonſtrabile; non enim acquiritur per diſciplinam & diſcurſum demonſtratiuum; ſed
Quæſt. 1.
eius cognitio aduenit nobis naturaliter; & iſtæ conditiones prępoſitæ, vt docet Alex. & Auerr.
conueniunt huic propoſitioni, impoſsibile eſt &c. & non illi propoſitioni, ens eſt ens: ergo pa-
Error Soncinatis.
tet veritas huius rationis, & falſitas opinionis iſtorum. Ex hac ratione patet etiam error Pau-
li Soncinatis in hoc quarto aſserentis, tres tantum eſse conditiones primi principij; cum nos
plurimas alias de mente Auerrois, & Alex. docuimus. Adde contra Aduerſarios, quòd illud
eſt primum principium ſimpliciter, quod Ariſt. defendit contra antiquos ipſum negantes, &
præcipue contra Heraclitum; ſed non iſtam propoſitionem, ens eſt ens, ſed iſtam, impoſsibile
eſt &c. defendit Ariſt. contra antiquos: igitur hæc propoſitio eſt primum principium ſimpli-
citer, non autem illa, quam ponũt ipſi. Ex hac ratione collige, quòd ratio primi proprie lo-
Ratio primi principij nõ eſt relatiua ad poſterius.
quendo non eſt ratio relatiua, ita vt primum dicatur relatiue ad ſecundum, ſicut prius dicitur C
relatiue ad poſterius; ſed eſt ratio negatiua; quia illud proprie dicitur primum, ante quod ni-
hil eſt, vel ſimpliciter, vel in eo ordine, in quo tale dicitur primũ: & propterea non eſt eadem
ratio primi & principij; quia ratio principij eſt relatiua, principium enim dicitur relatiue ad
principiatum; & vna propoſitio dicit principium alterius propoſitionis; & hoc eſt quan-
do ex notitia vnius propoſitionis intellectus cauſat in ſe notitiam alterius; ſicut ignis median-
Cap. 2.
te calore cauſat calorem in aliquo alio ſubiecto; & propter hoc dicitur 1. poſte. quòd præmiſ-
ſę ſunt cauſæ efficientes concluſionum, quia notitia præmiſsarũ efficit notitiam concluſionũ.

Arguitur etiam contra Aduerſarios ſic, quòd illud eſt primum principium ſimpliciter, ad
Primũ principiũ ingreditur omnẽ demõſtrationem.
quod reducitur omnis demonſtratio, quia primum principium ſimpliciter ingreditur virtua-
liter omnem demonſtrationem, vt habetur 1. poſte: ſed ad hanc propoſitionem, impoſsibile eſt
ſimul, &c. & non ad iſtam, ens eſt ens, reducitur omnis demonſtratio; igitur hæc propoſitio,
impoſſibile eſt &c. eſt primum principium ſimpliciter; & non illa, ens eſt ens; minor patet,
quia aliter non potuiſsemus adducere aduerſarium in contradictionem. Et ex hoc collige
aliud falſum, quod dixerunt ipſi, quòd hæc propoſitio, impoſsibile eſt, &c. dicitur primum D
principium non ſimpliciter, ſed reſpectu iſtius de quolibet dicitur affirmatio, vel negatio, in
hoc enim valde decepti ſunt; quia idem principium deſignatur per has duas propoſitiones,
de quolibet eſt affirmatio & negatio, & impoſsibile eſt &c. quamuis diuerſa ratione, quia ab
ipſo logico dicitur hoc principium per hanc propoſitionem compoſitam ex terminis ſecundæ
intentionis, de quolibet eſt affirmatio & negatio: à metaphyſico vero exprimitur idem met
principium, ſed per alios terminos, ſcilicet primæ intentionis, impoſſibile eſt, &c. quoniam ad
vtrunque artificem ſpectat conſiderare prima principia, licet diuerſimode, vt docet Auer. in
Commen 8.
hoc 4. metaphyſicus enim cũ conſideret maxime vera, & prima principia ſint maxime vera, de
bet ipſa prima principia conſiderare; logicus etiam cum conſideret omnia entia, debet & pri-
ma principia conſiderare, & vt alias dictum eſt circa idem verſatur logicus & metaphyſicus, li
cet diuerſa ratione.

In prologo. Operatio intellectus eſt duplex.
Quãtum ad tertium pro dilucidatione huius veritatis ſciendum eſt primo ex Angelica do-
ctrina S. Thomæ, quam pluribus in locis docuit, & preſertim 1. perhier. quòd duplex eſt ope-
ratio intellectus: vna qua cognoſcitur quodquideratesse rerum, & hæc vocatur intelligentia
indiuiſi-

A indiuiſibilium terminorum; in hac enim operatione ipſe intellectus cognoſcit quid eſt ſub-
ſtantia, quid quantitas &c. Alia eſt operatio, qua intellectus componit & diuidit dicendo, ſub-
ſtantia eſt quanta, & ſubſtantia non eſt quantitas; & quia in vtraque operatione reperitur ali-
quod primum; verum illud, quod eſt primum ſimpliciter in prima operatione, eſt ens, vt di-
xit Auicen. primo ſuo metaphyſicæ, ens & res ſunt illa, quæ primo cadunt in intellectum; Cap. 1.
quia cum intellectus ſit pura potentia in genere Intelligibilium; ſicut materia prima in genere Materia prima ſuſcipit formam vniuerſalem.
ſenſibilium; ſed materia prima ſuſcipit formam vniuerſaliſſimam: ergo & intellectus primo
& principaliter ſuſcipit formam vniuerſaliſsimam, quæ eſt ens; & quia hoc principium, impoſ
ſibile eſt &c. dependet ex intellectu entis, ſicut hoc principium, omne totum eſt maius ſua par
te, ex intellectu totius & partis; ideo hoc primum principium eſt naturaliter primum in ſecun-
da operatione intellectus, ſcilicet componentis & diuidentis, quia illud eſt primum ſimplici- Cap. de priori.
ter, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, vt docuit Philoſophus in poſtprædica-
mentis; ſed iſtud eſt huiuſmodi: igitur erit primum principium ſimpliciter; declaratur minor;
quia ſi aliqua propoſitio eſt vera, oportet hoc eſſe verum, ſed non econuerſo, ſicut dicendo, eſt
B homo, ergo animal, ſed non econtra, propterea animal eſt prius homine; vnde ſi aliqua propo
ſitio eſſet, cuius veritas non penderet ab hoc principio, maxime eſſet iſta, ens eſt ens: quia ipſa
cōponitur ex primis terminis, & eſt affirmatiua, & in ea idem prędicatur de ſe ipſo, vt docue-
runt Aduerſarij, ſed primum principium poteſt eſſe verum, dato quòd iſta non ſit vera, quia
poſito per poſſibile vel per impoſſibile, quòd nihil eſſet in rerum natura nec poſſet eſſe, adhuc
iſta propoſitio eſt vera, impoſſibile eſt &c. & tamen iſta eſt falſa, ens eſt ens, ſiue exiſtens eſt exi
ſtens: igitur hæc propoſitio, impoſſibile eſt, &c. erit primum principium ſimpliciter in ſecun- diſtin. 1. q. 12 art. 1.
da operatione intellectus. Secundo notandum eſt, ex eadem doctrina S. Tho. 2. lib. ſentent. Primum bifariã dicit.
quòd duobus modis dicitur primum. Vno modo ſimpliciter; & ſic non eſt niſi vnum, quod
eſt ipſe Deus glorioſus, vt patet ex ordine vniuerſi, & ex natura rerum, nec non ex immateria-
litate propria; vt concluſit Ariſt. 12. huius, pluralitas principatum mala, vnus ergo princeps. In fine.
Alio modo dicitur primum in reſpectu, ſiue in genere, vel in ordine; & ſic plura poſſunt eſſe
prima, ſecundum quòd plura genera cauſarum ſunt plura prima principia, vt principium
materiale in genere cauſæ materialis; & formale in genere cauſæ formalis, & ſic de finali, &
C effectiuo immo in eodem genere cauſæ poſſunt eſſe plura prima, quia in liquefactibilibus pri
ma materia eſt aqua, & in ſiccis prima materia eſt terra, & in animalibus prima materia eſt ſe-
men, ſiue ſanguis menſtruus, vt latius docuit S. Tho. prima ſecundæ: vbi loquitur de beatitu- q. 3. art. 7.
dine aſſerens, non eſſe inconueniens eſſe plura ſumma bona, non tamen ſimpliciter, ſed in ge-
nere: ſicuti ſunt plura prima peccata non ſimpliciter, ſed in genere peccatorum: hinc de aua-
ritia dicitur, quòd eſt radix omnium malorum, & etiam de ſuperbia; quòd eſt initium omnis
peccati. Tertio notandum, quòd primum principium continet virtualiter omnem notitiam, Primũ principium virtualiter qđ continet.
quam continent eius termini, & ratio eſt, quia conſtituitur ex terminis communiſſimis, ſcili
cet ex ente: ens autem continet virtualiter notitiam cuiuslibet ſuæ proprietatis ſuorumque in-
feriorum; quia ſi quis perfectiſſime cognoſcit naturam entis, ſicut eam cognoſcit ſolus Deus,
cui nulla creatura eſt inuiſibilis, cognoſcit etiam omnes gradus & perfectiones omnium entiũ
tam eorum, quæ ſunt, quàm eorum, quæ poſſunt eſſe; quòd autem intellectus noſter ex notitia
primi principij non poſsit naturaliter acquirere quamlibet notitiam, ideo eſt, quia non per-
fecte cognoſcit naturam entis ſignificatam per terminos, ex quibus componitur primum
D principium.

Iſtis ſic habitis dicitur, quòd hæc propoſitio, impoſſibile eſt &c. eſt primum principium Primũ principium eſt ꝓpoſitio artificialis.
complexum ſimpliciter & firmiſſimum, & primo primum in omnibus artibus, & diſciplinis,
& ſcientijs; & eſt propoſitio artificialis ideſt deſeruiens arti, quia ingreditur virtualiter omnes
demonſtrationes, & ad ipſum omnes reſoluuntur, vt dictum eſt ſupra; & non illa propoſi-
tio, quam docuerunt Aduerſarij, ens eſt ens, ſeu exiſtens eſt exiſtens; quia hæc non ſub-
ſeruit arti, cum ſit propoſitio naturalis; & hęc determinatio eſt de mente Auerr. hic, qui aſſerit;
ꝙ omnis, qui vtitur demonſtratione & vniuerſaliter ſyllogiſmo, ponit hanc dignitatẽ, ſcilicet
quòd contradictoria non congregantur, & ideo iſta dignitas eſt prior omnibus dignitatibus,
& communis naturaliter omnibus, impoſſibile enim eſt, vt diſputatio, aut ratiocinatio fiat ſine
illa: hoc etiam idem aſſerit Alexan. hic docens, hoc principium eſſe firmius oĩbus principiis;
& qui deſtruit hoc principium, deſtruit philoſophiam. Eandem veritatem docuit Albertus
in hoc quarto, volens hoc principium eſſe firmiſſimum omnium principiorum quatuor diffe Cap. 3.
rentiis omnia alia excedens. Quia eſt manifeſtiſsimum. Deinde circa ipſum mentiri & decipi
nullatenus contingit. Tertio eſt firmiſſimum abſque aliqua condictione vniuerſaliter exi-

Primũ principium eſt dignitas dignitatum. q.2.art.1.

ſtens verum. Quarto oportet iſtud principium præuenire ſcientes & non audientes; hinc eſt A quòd dicitur dignitas dignitatum. Sed S. Tho. in multis locis ſuæ doctrinæ voluit hoc principium habere euidentiſſimam veritatem & incontradicibilem, & pręcipue 1.p. quia eius prædicati ad ſubiectum talis eſt habitudo & modus enunciandi, vt pręcedat omnia alia complexa; & confirmet omnia alia principia, & ad ipſum reſoluantur veritates omnium aliorum principiorum: quia à veritate huius principij pendet veritas omnium ſcientiarum.

Quantum ad vltimum ſoluuntur argumenta eorum ex iſtis ſic determinatis; & ad primum argumentum in quo dicebant, quòd hoc principium habet terminos non primo primos, nec vltimo vltimos, ſed reſolubiles in priores, dicimus hoc non eſſe de ratione primi principij in arte & diſciplina; ſed de ratione primi principii ſunt illę conditiones, quas ſupra aſſignauimus de mente Ariſt. Auerro. Alexandri, & Alberti, ſcilicet quòd per ipſum primum principium firmetur omnis demonſtratio, & quòd circa ipſum non contingat errare, & quòd eius veritas non ſit conditionata, ſed abſoluta, & quòd non cognoſcatur per demonſtrationem, quia eſt naturaliter cognitum, & ſecundum alias conditiones, quas ſupra diximus: idcirco formaliter reſpondendo ad argumentum neganda eſt maior. Ad ſecundum argumentum, in quo dicebatur, nulla propoſitio modalis eſt primo prima, quia eſt reſolubilis in aliam de ineſſe, dicitur, B quòd hoc primum principium, impoſſibile eſt ſimul idem eſſe & non eſſe; licet ſit propoſitio modalis, & ſupponat illam, quæ eſt de ineſſe, hoc eſt tantummodo quoad rationem propoſitionis, ſed non quoad veritatem demonſtrandi & probandi, ſecundum quòd de hoc principio loquitur Ariſt. hic, & ceteri metaphyſicantes. Soluitur & tertium argumentum, in quo dicebant, quòd hoc principium, impoſſibile eſt ſimul &c. eſt propoſitio negatiua, & propoſitio negatiua ſupponit affirmatiuam: quia licet ſit negatiua ſecundum vocem, non tamen ſecundum ſenſum, quoniam æquipollet huic affirmatiuæ de modo; neceſſe eſt idem non ſimul eſſe & non eſſe; propterea non oportet, quòd habeat aliquam priorem, aut notiorem. Poſſunt etiam & alia via omnes cauilli iſtorum ſolui dicendo, quòd iſta propoſitio, ens eſt ens, eſt complexũ primo primum; ſed non eſt principium primo primum: quoniam non deducitur ex eo omnis alia propoſitio; nec ad ipſum eſt ſtatus in demonſtrationibus, immo hoc complexum, ens eſt ens, poteſt firmari per hoc principium, impoſsibile eſt idem, &c. nam omne ens vel eſt ens, vel non ens, vel ens & non ens ſimul: non ſecũdũ, quia oppoſitũ non prædicatur de ſuo oppoſito, C nec tertium: quia impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & nõ eſſe: ergo primum, & ſic erit principiũ primo primum hæc propoſitio, ſcilicet impoſsibile eſt &c. licet non ſit complexum primo primum, ſed illa potius propoſitio affimatiua & categorica, ens eſt ens: ſed quia intentio Ariſt. eſt loqui de principio primo primò contra antiquos; propterea illa, quæ dicunt ipſi, ſunt extra propoſitum.

Primũ principium eſt propoſitio negatiua ſecũdum vocem.

Hoc autem omnium firmiſsimum eſt principiorum, &c. Tex. 9.

Vtrum iſtud principium, impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, ſit firmiſſimum & notiſſimum. D

Dilucidatio ſeptima.

Vide Franciſcũ de Mayronis in tractatu de primo principio.

ET reſpondent Nonnulli hoc primum principium eſse firmiſsimum, hac ratione moti; quia conueniunt ſibi conditiones primi principij firmiſsimi; tum quia circa ipſum non contingit errare nec dubitare: tum quia non eſt conditionale: tum quia non eſt neceſse venire in mentem habẽti terminos ipſius: iſtæ autem ſunt tres conditiones principii firmiſsimi. Prima conditio probatur, ſcilicet quòd non contingit circa ipſum dubitare: quia ſi ſic, tunc poſſet quis opinari contraria ineſse eidem, vt quòd idem ſit calidum & frigidum: ſic enim arguit Commentator & Philoſophus. Et ſi quis diceret contra iſtam rationem, quòd peccat; quia omnis ratio ad impoſsibile, cuius concluſio non eſt in falſitate notior, quàm præmiſsa interimenda, peccat; & ſic eſt in propoſito, quia conſequens non eſt magis

A gis inconueniens, quàm antecedens: nam ſi aliquis opinatur contradictoria eſſe ſimul, multo magis contraria. Er reſpondetur primo, quia conſequens eſt magis ſecundum ſenſum; & hoc dixit Philoſophus in fine huius 4. quòd nullus ſenſus dicit idem ſimul eſſe & non eſſe. Secundo dicunt, quòd Philoſophus non arguit contra negantes primum principium: ſed ad recipiētes ipſum, probando quòd ſit firmiſſimum: notius autem eſt in falſitate, quòd contrariæ opiniones de contrariis ſunt ſimul in anima, quàm quòd primum principium ſecundum intellectum eſt notius; notius eſt enim mihi ſecundum intellectum, quòd contrariæ opiniones non poſſunt ſimul eſſe in anima mea, quàm iſtud principium ſit firmiſſimum: vnde non oportet fugere ad aliquod notius ſecundum ſenſum. Et addunt notando, ꝙ Philoſophus & Commētator non ducunt ad hoc inconueniens, quòd aliquis opinetur contrarie oppoſita; ſed quòd contrariæ opiniones ſint in anima eius; ſicut opiniones contradictoriorum; licet Commentator magis videatur ire ad ipſa opinata. Secunda conditio probatur ex hoc, quòd omnes propoſitiones reducuntur ad iſtam, quare non eſt cōditionalis. Tertia etiam probatur ex hoc, quòd eſt prima dignitatum, quare non poteſt acquiri per aliud: ergo ſtatim cognoſcitur notis
B terminis: hæc ipſi. Tex. 25.

Sed contra, quia in declarando has conditiones ſunt diminuti; quia primum attributū huius primi principij eſt, vt conſideretur à metaphyſico; & ſic declarat Alexander: nam artifex, qui non certum ens, nec determinatum genus, ſed in vniuerſum ens ipſum communiſſimum & generaliſſimū conſiderat, debet diſſerere de hoc principio; quia in vnoquoq; genere ſunt firmiſſima principia, quę omnium notiſſima & firmiſſima ſunt; & quæ diſputantibus de illo genere minus ſunt dubia: ſi quis enim punctum eſſe negauerit, cuius nulla eſt pars, & lineam longitudinem abſq; latitudine, & ſuperficiem, quòd latitudinem tantum & longitudinem habet: nemo tamen eorum negabit eum in ipſorum cognitione verſari, ſed metaphyſicus conſiderat ens ipſum communiſſimum & generaliſſimum, quia eſt vniuerſalis cognitor, vt fuit oſtenſum primo & 4. huius: igitur debet diſſerere & diſputare de hoc primo principio, quod dignitas, & prima ſententia nominatur. Et licet dialecticus, & ſophiſta etiam de hoc conſiderent; tamen metaphyſicus & dialecticus differunt in modo facultatis, quia metaphyſicus eſt demonſtrator verorum, dialecticus probabiliter ratiocinatur, ſophiſta non de-
C monſtrat, nec ratiocinatur, ſed potius quandam ſpeciem emulatur, vt appareat ſapiens, & tamen non eſt. Secundum attributum ipſius primi principii eſt, vt eius veritas ſit inconcuſſa, firma, & conſtans, aperta, & manifeſta omnibus, & ex hoc ſequitur, quòd nullus decipitur circa ipſum, quia, vt ait Auerro. homines non decipiuntur, niſi in eo, quod neſciunt, aut in eo, cuius cognitio non eſt valde manifeſta, quod ſic probat Ariſtote. impoſſibile eſt aliquem ſani intellectus mente concipere, ꝙ eidem poſſit ſimul ineſſe & non ineſſe ſecundum addita; & hoc dixit Philoſophus in textu ad inſinuādas cōditiones, quæ requiruntur in principio iſto: quia oportet oppoſita eſſe circa idem, nam enunciatio conſtituitur ex ſubiecto & prædicato. Requiritur primo ad contradictionem, quòd affirmatio & negatio ſint eiuſdem prædicati, ſi enim dicatur, Plato currit, & non diſputat, nō eſt contradictio. Secundo requiritur, quòd ſint de eodem ſubiecto, ſi enim dicatur, Sortes non currit, Plato currit, non eſt contradictio. Tertio requiritur identitas ſubiecti & prædicati ſecundum nomen & rem, vnde in æquiuocis non eſt contradictio, canis currit, & canis non currit. Quarto requiritur vt fiat hoc principium ſecundum eandem partem, vnde non eſt contradictio ſi quis diceret, æthiopus eſt albus dente, &
D non eſt albus pede. Quinto requiritur idem modus tam ex parte ſubiecti quàm prędicati, vnde iſta non contradicūt, Sortes currit tarde, & non mouetur velociter, nec iſta ouum eſt animal in potentia, & non eſt animal in actu. Sexto requiritur identitas ex parte loci, vnde iſta non contradicunt, pluit in Gallia, & non pluit in Italia. Septimo requiritur identitas temporis: hinc iſtę, pluit heri, & non pluit hodie, non contradicunt. Octauo requiritur eadem habitudo ad extrinſeca, vnde hæc non contradicunt, viginti homines ſunt plures in domo, & nō ſunt plures in ciuitate: impoſſibile eſt ergo aliquē ſani capitis in animo ſuo concipere idē ſimul eſſe, & non eſſe iuxta conditiones poſitas, præcipue in terminis vniuerſalibus: ergo nullus decipitur circa hoc primum principium: antecedens probatur, quia ſi aliquis in animo ſuo conciperet idem ſimul eſſe & non eſſe cum conditionibus propoſitis, tunc in animo ſuo haberet cōtrarias opiniones, ſed hoc eſt impoſſibile, quia non poteſt homo ſimul cōtraria opinari, licet aliquis ore id proferre poſſit, non tamen mente, & ratione hoc concipere, & ſic Heraclitus ore protulit, ſed non mente cōcipit, quia contraria ſunt, quæ mutuo ſe expellunt ab eodē ſubiecto.

Error Aduerſariorum. Commē. 8.

In procomio. Tex. 1.

Homines circa quod decipi ſolēt.

Requiſita ad contradictionē vide hic.

Homines non poſſunt ſimul contraria opinari.

Contra probatur ſic; quia duæ opiniones duorum contradictoriorum ſunt contrariæ, ſed ſimul eſſe & non eſſe ſunt duo contradictoria: ergo, ſi quis opinetur duo contradictoria eſſe

Commen. 5.

Anima quomodo mutatur de contrario in contrarium.

q. 75. art. 6.

ſimul vera, habebit ſimul in ſuo intellectu contrarias opiniones, quod eſt manifeſte falſum. A Sed conſidera hic quomodo poſſunt eſſe contraria in anima, non prout entia ſunt ex parte ſubiecti, ſed vt vera & falſa ideſt obiectiue, vt colligitur ex Auerr. 3. de anima, recipiuntur enim contraria in anima in ordine ad obiecta, & abſque contrarietate in ordine ad ſubiectum, & ſic cum anima mutatur de contrario in contrarium, ſcilicet de errore in ſcientiam, mutatur obiectiue non ſubiectiue, cuius ſignum euidens eſt, quòd eadem propoſitio ſubiectiue ſucceſſiue eſt uera & falſa abſq ue ſui mutatione, vt habetur in prędicamento ſubſtantiæ, & pulchre declarat Caietanus 1. par. Ex iſta declaratione patet ſuperfluam fuiſſe dubitationem motam ab Aduerſarijs circa iſtam primã conditionem, quia in hoc textu Philoſophus non arguit contra antiquos, ſed tantum intendit ſtabilire conditiones primi principii. Tertia conditio ſiue tertium attributum primi principii eſt, vt non ſit poſitio, quia primum principium debet ſumi abſque demonſtratione ab omni philoſopho, ſed poſitio eſt propoſitio demonſtrabilis ſimpliciter, licet ſit indemonſtrabilis in illa ſcientia, in qua ſumitur vt poſitio, ſicuti eſt iſta, à puncto ad punctum contingit lineam rectam ducere, ſed indemonſtrabilis in mathematica, ſi ergo primum principium eſſet poſitio, tunc eius veritas non eſſet firma & ſtabilis. Quartum at- B tributum etiam eſt in ordine ad addiſcentes & recipiẽtes ipſum, quòd primum principium debet eſſe notiſſimum omnibus, quia omnes demonſtrantes referunt ſermonem ſuum in hanc primam ſententiam per ſe notam, & manifeſtam ac indubitatam, qui de aliqua re diſputant, hi ad aliquid demoliendum non putant pluribus verbis opus eſſe, ſi eius quod impugnant demonſtrauerint contradictionem ſimul eſſe veram. Quintum & vltimum attributũ primi principii eſt, vt non addiſcatur per demonſtrationem, ſed ſit notum ſolummodo lumine intellectus agentis, omnis enim diſciplina ex aliquo pręcognito proficiſcitur: ſi ergo per diſciplinã acquiratur, ſequitur quòd non erit primum principium: quia ratio primi proprie loquendo, non eſt relatiua, ita ut primum relatiue dicatur ad ſecundum, ſicut prius relatiue dicitur ad poſterius, ſed eſt ratio negatiua: illud enim proprie dicitur primum, ante quod nihil eſt vel ſimpliciter, vel in eo ordine, in quo dicitur primum: ante ergo primum principium nihil eſt cognitum quoad ſecundam operationem intellectus, vt dictum eſt ſuperiori dilucidatione. Sed attende hic, quòd aliquod primum principium poterit ſyllogizari, ſed non demonſtrari, vt eſt hoc, omne totum eſt maius ſua parte poterit ſic ſyllogizari, excedens eſt maius excesſo, totum C eſt excedens, pars eſt exceſſa, igitur totum eſt maius ſua parte.

Primũ principiũ poteſt ſyllogizari non aũt demonſtrari.

Ex iſtis ſoluuntur argumenta, quæ adduci ſolent contra hanc veritatem ſic declaratam, & primo quia omnis noſtra cognitio oritur à ſenſu, ſed circa omnem cognitionem ſenſitiuam contingit errare & falli: ergo & circa cognitionem intellectiuam: modo hoc primum principium cognoſcitur cognitione intellectiua vt patet: ergo falſum eſt attributũ ſecundum, quod non contingit dubitare circa hoc principium. Et confirmatur quia 2. prio. ait Ariſto. quòd contingit ſcire in vniuerſali, & ignorare in particulari, ita quòd contingit opinari in particulari oppoſitum vniuerſalis: ſed illud particulare eſt contradictorium vniuerſalis ſciti, vt omnem mulam eſſe ſterilem, & hanc non; ergo contingit contradictoria opinari. Ad hoc dicunt aliqui, quòd omnis deceptio orta ex ſenſu nunquam poterit falſificare hoc primum principium, quia nullus ſenſus poterit iudicare ſimul, quòd hoc ſenſibile ſit, & non ſit in eodem inſtanti, vt patet diſcurrẽdo per ſingulos ſenſus. Dicunt etiam ꝙ dato, ꝙ ſenſus erret circa ipſum, tamen per intellectũ tanquàm per potentiam nobiliorem corrigeretur error ſenſus. Sed vtraque reſponſio eſt contra Ariſto. & Themiſtium. 2. de anima, vbi habent, quòd ſenſus circa ſu- D um proprium ſenſibile non errat, concurrentibus tamen circumſtantijs requiſitis, videlicet quòd ſenſibile ſit debite approximatũ ſenſui, nam ſi eſt in maiori, aut minori diſtantia, quàm ſit opportunum, iudicium ſenſus non erit verum: vnde ſi rubeum ſit multum diſtans à vidente non apparet rubeum, ſed nigrum. Secundo quòd organum ſit debite diſpoſitum, & non deprauatum, vnde guſtus febricitantis iudicat dulce eſſe amarum. Tertio quòd deporatum ſit medium, vnde ſi aer, aut aqua non ſint pura diaphana, viſus non iudicat de viſibili, ſicuti eſt videns ſolem per aerem admiſtum vaporibus ignitis indicat ſolem eſſe rubeum, qui tamen non eſt. Iſtis enim circumſtantijs poſitis nunquam ſenſus decipitur circa ſuum obiectum, & ſic neque intellectus: falſa ergo eſt vtraque reſponſio data ab illis.

Cap. 10.

Tex. 63. Cõditiones ſenſus non errantis.

Tex. 22. Cauſa non recipiẽdi primas propoſitiones.

Dicamus ergo cum Auerr. primo cæli, quòd multi homines non poſſunt recipere primas propoſitiones aut propter diminutionem innatam in natura, aut propter paucitatem exercitationis, aut propter peſſimam conſuetudinem, quę radicata eſt in eis: habens igitur intellectum bene diſpoſitum, & ſenſum, nunquam decipitur circa primum principium. Ad confirmationem dicitur quòd verum eſt, quòd contingit ſcire in vniuerſali ignorando in particulari, cuius

cauſa

A cauſa eſt, quia non pertractatur minor cum maiori; nam vt ſcribitur primo poſteriorum maior poteſt ſciri prius tempore, quàm mioor, vel concluſio, quando ſcilicet minor non applicatur maiori, ſi tamen applicetur eodem tempore ſcitur maior, minor, & concluſio, & nunc formaliter dicitur ad punctum argumenti, quòd contingit ignorare in particulari, & ſcire in vniuerſali, quando neſcitur illud particulare contineri ſub vniuerſali; & propterea nõ ſciuntur contradictoria, non enim opinor contradictiooem, niſi opiner hanc mulam contineri ſub mula vt ſic, & hoc noo facio vt ſupponitur, quòd ſi opinarer hanc mulam contineri ſub mula, impoſſibile eſset ignorare hanc mulã eſſe ſterilem; 'oam applicata maiori minori, ſtatim ſcitur maior, minor, & concluſio dicendo, omne habens magnum ventrem eſt ſterile; ſed hæc mula habet magnum ventrem; ergo hæc mula eſt ſterilis.

Metaphyſici munus eſt cõtemplari res difficiles.

In prologo.

Arguitur contra primnm attributum, metaphyſicus verſatur circa difficillima cum ſit ſapiens, cuius eſt ſcire difficillima, vt habetur primo huius, ſed primum principium non eſt de numero difficillimorum, quia eſt per ſe notum omnibus: ergo falſum eſt primum attributum huius principij. Niſi dicamus, quòd quando dicitur, quòd metaphyſicus verſatur circa dif-
B ficillima intelligitur, quia conſiderat de ſubſtantiis ſeparatis, & multis concluſionibus difficillimis contentis ſob ente, quod eſt ſubiectum in metaphyſica, cum hoc tamen ſtat, quòd conſiderat de multis alijs, & præcipue de primis principijs defendendo contra antiquos negantes, & demonſtrando ipſa elenchicè. Contra tertium attributum probatur, quòd primum principium poteſt demooſtrari, ex cooſequenti eſt poſitio; nam illud quod poteſt probari per rationem ducentem ad incommodum, poteſt demooſtrari; ſed primom principium poteſt probari per rationem ducentem ad impoſſibile, accipiendo oppoſitum concluſionis cum una præmiſſarum, & ioferendo oppoſitũ alterius præmiſſę, vt patet in analyticis: ergo falſum eſt aſſignatum illud tertium attributum. Niſi etiam dicamus ad iſtud, q̃ non poteſt demonſtrari per demonſtrationem ſimpliciter, ſed bene elenchicè, vt ait philoſophus, in hoc lib. & hoc eſt q̃n aliquis procedit ex minus notis ad magis nota, quæ concedit aliquis, in demonſtratione enim ad impoſſibile capitur virtus ex primo principio, quod contradictoria non poſſunt eſſe ſimul, quia in virtute eius probatur bonitas demonſtrationis, & verę concluſionis; nam ſi aliquis negat iſtam concluſionem, oportet concedere oppoſitum; & ita primum principium non probatur in illa demonſtratione, ſed magis eſt probans oppoſitum per oppoſitum.

Tex. 22.

C Contra quartum attributum quòd non ſit notiſsimum; quia propoſitio affirmatiua eſt notior negatiua, vt ſcribitur in hoc lib. notior eſt affirmatio, quàm oppoſita negatio, ſed iſtud principiũ primum eſt propoſitio negatiua vt patet: ergo aliquid eſt notius iſto priocipio. Et confirmatur, quia in ſyllogiſmo ex oppoſitis concluſio debet eſſe notior pręmiſsis in falſitate: ſed in pręmiſsis accipiuntur oppoſita contradictorie; in concluſione autem negatur idem à ſe: exemplum homo eſt animal, homo non eſt animal: ergo animal non eſt animal: ergo aliquid in falſitate eſt notius, quàm ſit oppoſitum primi principij; & per conſequens aliquid eſt notius in veritate primo principio, ſcilicet oppoſitum illius falſi notioris.

Tex. 16.

Qualitas ſyllogiſmi ex oppoſitis ſit.

Sed dicitur ad hoc, quòd iſtud principium dupliciter conſiderari poteſt: vno modo formaliter & realiter; alio modo ſecundum vocem, licet ſecundom vocem ſit propoſitio negatiua; tamen formaliter, & realiter eſt propoſitio affirmatiua: exempli gratia iſta propoſitio, non impoſsibile eſt hominem currere æquiualet huic, poſsibile eſt hominem currere: ſimiliter iſtud priocipium, impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, idem valet quòd
D iſta, neceſſe eſt idem non ſimul eſſe & non eſſe, quę eſt affirmatiua de modo, & tali oegatiua non eſt neceſſarium aliquam affirmatiuam eſſe notiorem. Ad confirmationem dicitur, q̃ Ariſt. primo analyticorum docet multos ſyllogiſmos ex hypotheſi, per quos non contingit aliquid probare; docet enim ſyllogizare ex falſis, ſecundom quem modum nunquàm aliquid probatur, ſimiliter de ſyllogiſmo circulari, ſecundum quem nihil contingit, immo eo ipſo, quòd eſt circularis nihil probat, & ſimilis eſt ſyllogiſmus factus ex oppoſitis. Vel dicatur, quòd notius eſt impoſsibile eſſe idem ſimul eſſe & noo eſse, quàm negatio eiuſdem de ſe, quæ coocluditur in ſyllogiſmo ex oppoſitis: vnde licet forſan aliquis negaret, quòd idem ſit ipſum, tamen nunquàm coocederet, quòd idem ſit ipſum & non ipſum, vnde notius eſt io falſitate, q̃ idem ſit ipſum, & non ipſum, quàm quòd idem non ſit ipſum. Vltimo arguitur contra vltimom attributum, quia illud acquiritur per diſciplinam, quod non conueoit homini naturaliter, & per ſe, ſed cognitio primi principii non conuenit homini naturaliter & per ſe: igitur primum principium per diſciplinã eſt acquiſibile, & ſic redditur falſum illud quintum attributũ: probatur minor, quia ſi conueniret homini naturaliter & per ſe, tunc pueri ante vſum rationis cognoſcerẽt primũ principiũ, ſed hoc eſt falſum: igitur per doctrinã, vel intentionẽ acquiritur.

Primũ principium bifariam cõſideratur.

Cap. 3.

Bifariam poteſt eſſe alicui naturale.

Sed dicitur ad hoc, quòd dupliciter aliquid poteſt dici eſſe naturale alicui, vel quia intrinſe- A
ce pertinet ad naturam eius, vel quia inſeparabiliter concomitatur eius naturam, & ſecundum
iſtum modum diceretur, quòd anima intellectiua, & eius potentiæ conueniunt homini
naturaliter, et quòd grauitas naturaliter conuenit corpori graui, quia nulla menſura aſsignari
poteſt, in qua corpus graue ſit, & non habeat grauitatem. Alio modo dicitur aliquid na-
turale alteri, non quia ſemper & inſeparabiliter inſit ei, ſed quia habet in ſe ſufficiẽs principiũ
ad hoc, quòd ei inſit, nec ad hoc indiget motore extrinſeco, & hoc modo diceretur, quòd mo-
tus deorſum eſt naturalis corpori graui, non quòd ſemper actu moueatur, nam aliquãdo quie
ſcit deorſum, & aliquando violenter detinetur ſurſum: ſed quia habet in ſe ſufficiens princi-
pium talis motus, ſcilicet grauitatem, & hoc ſecundo modo notitia primi principii eſt natura-
lis homini; ſed differentia eſt inter concluſiones & principia, quia poſtquàm intellectus
formauit in ſe aliquod principium naturale, lumen intellectus agentis ſufficit ad hoc, vt intel-
lectus poſsibilis aſsentiat huiuſmodi principio; nec ad hoc indiget aliqua alia propoſitione;
quod ideo eſt, quia ex ſola notitia terminorum eſt euidens intellectui; ſed non eſt ita de con-
cluſionibus; quia ad hoc vt intellectus poſsibilis aſsentiat eis, non ſufficit naturale lumen in- B
tellectus agentis; ſed præter hoc requiritur aliquod extrinſecum, quod eſt notitia primi prin-
cipii, quæ facit concluſionem intellectui apparere eſſe veram, & hæc notitia eſt homini natu-
ralis, ſicut cognitio exiſtendi Deum, eſt homini naturaliter inſerta, vt ait Damaſc. de qua re
q. 2. art. 1. vide S. Thomam 1. par.

Verum nec inter contradictiones nihil medium eſſe contingit, &c. Tex. 27.

Num inter contradictoria reperiatur medium.

Dilucidatio octaua. C

Medium bifariam dicit ſecundũ aliquos.

RESPONDENT Aliqui diſtinguendo primò de medio, quod poteſt eſſe du-
plex; vel ſecundum formam; vel ſecundum ſubiectum; exemplum primi in
contrarijs mediatis; croceum eſt quædam media forma inter album & ni-
grum; & hoc medium eſt eiuſdem generis cum extremis: exemplum ſe-
cundi in priuatiuis oppoſitis: lapis enim non eſt, neque videns, neque cæ-
cus. Diſtinguunt ſecundo, q medium poteſt capi adhuc dupliciter: primò
poſitiue, vt rubedo eſt medium inter album & nigrũ. Secũdo negatiue, ſiue
per negationẽ vtriuſq; extremi, vt corpus, quod nec eſt ægrum, nec ſanum ſecũdum medicos
ponitur aliqua forma, ſiue diſpoſitio, quæ eſt media inter ægritudinem & ſanitatem, quæ dici-
tur neutralitas. Addunt & tertio, quòd medium dicitur aliquando interpoſitionis, aliquando

Medium interpoſitiõis quid ſit.

præſuppoſitionis: exemplum primi, vt clauus coniungens duos poſtes, & viſcus coniungens
duos ramos arboris: exemplum ſecundi, vt quantitas, quæ mediat inter formam ſubſtantia- D
lem & materiam: forma enim ſubſtantialis requirit, & præſupponit materiam quantam, &
diſpoſitam, non quòd quantitas mediet inter formam & materiam, quaſi quidam clauus, &
viſcus, cum forma ſubſtantialis attingat immediate materiam ipſam: ſed ſolum dicitur mediũ
pro quanto præexigitur, & præſupponitur ad introductionem formæ in materiam. Quibus
iactis ponunt concluſionem, quòd inter contradictoria nullum eſt medium, ſcilicet nec ſecun-
dum formam, nec ſecundum ſubiectum, nec poſitiue, nec negatiue, nec interpoſitionis, nec
præſuppoſitionis: quam concluſionem ita probant: quandocunque aliquid ineſt alicui per ſe,
eius oppoſitum nullo modo ineſſe poteſt, nec per ſe, nec per accidens, vt patet inductiue, ſed
Cap. 2. carere medio ineſt contradictoriis per ſe, iuxta illud primi poſteriorum: contradictio eſt oppo
ſitio cuius non eſt dare medium ſecundum ſe: igitur inter contradictoria nullum eſt medium.
Et ſi quis diceret contra diffinitionem datam 1. poſte. quia non videtur, quòd ſit propria ip-
ſis contradictoriis, cum conueniat etiam contrariis immediatis, quæ non habent medium ſe-
cundum ſe, ſaltim ſecundum formam.
Reſpondent, quòd definitio data eſt multiplex, eo quòd negatio poteſt cadere ſuper ly, ſe-
cundum

A cundum ſe, vel per ſe, vt ſit negatio perſeitatis, vel poteſt eſſe econuerſo; vt ly, per ſe, cadat ſuper negationem, vt ſit perſeitas negationis; primo modo non accipitur in illa definitione, ſed ſecundo modo, & eſt ſenſus, quòd perſeitas affirmatur, & cadit ſuper negationem, vt contradictio ſit oppoſitio, cuius per ſe non eſt medium; ex quo ſequitur, quòd nullo modo habet medium, ex quo carere medio per ſe ineſt ſibi; ſed primo modo, prout perſeitas negatur, & eſt negatio perſeitatis, ſic carere medio non poteſt conuenire contrarijs immediatis, nec etiã priuatiue oppoſitis, quatenus carent medio ſecundum formam; tamen hoc non obſtante habent medium per accidens, ſcilicet ſecundum ſubiectum; nam carere medio non ineſt eis per ſe, vt ly per ſe cadit ſuper ly, non habere medium, & eſt perſeitas negationis; & ideo non repugnat eis habere medium ſaltem per accidens, hæc ipſi.

Negatio perſeitatis vel perſeitas negatiõis quõ intelligatur.

Sed in hac determinatione ſunt multa impertinenter dicta. Primo diſtinctiones propoſitę ſunt ſuperfluæ: nam Ariſto. loquens de medio in poſtpredi. non diſtinxit ipſum, niſi in illud, quod dicitur per participationẽ & negationem; primum ab vtroque extremo differt, quod tamen vtriuſque naturam participat, vt pallidum quod nec album, nec nigrum eſt, tamen albi & B nigri naturam ſapit: medium verò per abnegationem dicitur, quod vtriuſque extremi negationem omnino habet, vel ſimpliciter vt lapis nec prauus nec ſtudioſus, vel ſecundum tempus, vt homo ab infantia nec prauus, nec ſtudioſus, vel ſecundum partem, vt homo ſecundum corpus nec prauus nec ſtudioſus: & tale medium inter omnia contraria inuenitur: medium vero per participationem, de quo Ariſto. 5. phyſicorum dixit, quòd eſt illud, in quod aptum natum eſt primum pertingere mutans, quàm in quod vltimum, non inuenitur in omnibus. Et ſi quis voluiſſet ſcire multiplicitatem medij, videat Boetiũ in arithmet. vbi aſſignat triplex medium, ſcilicet arithmeticum, vt ſex inter quatuor, & octo; quia ſecundum æqualem quantitatem diſtat ab vtroque: & medium Geometricum: ſicut ſex inter nouem & quatuor, quia ſecundum eandem proportionem, ſcilicet ſexquialteram ab vtroque extremo diſtat, licet non ſecundum eandem quantitatem: & medium armonicum, ſiue muſicum, ſicut tertia eſt medium inter ſextam, & ſecundam, quia quę proportio eſt vnius extremi ad alterum, ſcilicet ſex ad duo, eadem eſt proportio trium, quia eadem eſt diſtantia inter ſex, & tria ad vnum, quod eſt diſtantia inter duo & tria: medium naturale de quo Auerr. 1. cæli dixit, quòd capitur ſecundũ C tres intentiones. Primo ſecundum locum inferiorem. Secundo pro medio ſpheræ. Tertio pro medio, quòd eſt inter duo contraria extrema, & hoc eſt contrarium extremo per id, quod habet in ſe de alio extremo, vt dixit etiam Auer. 5. phyſi. ſed hæc nihil ad propoſitum, quia non faciunt pro nobis, niſi ea, quæ ſuſcipiuntur ex poſtprædi.

Cap. de oppo.

Tex. 12.

Mediũ multiplex eſt ſecun dũ Boetium.

Tex. 45.

Medium naturale quid ſit.

Tex. 12.

Aliud quoque eſt impertinenter dictum ab illis, & contra Ariſto expreſſe 1. poſte. quòd definitio contradictionis non eſt illa, quam ipſi fingunt, dicendo contradictio eſt oppoſitio, cuius per ſe non eſt medium, ſed illa, quam ponit Ariſt. in verbis ſuis, quę ſunt iſta, Contradictio eſt oppoſitio, cuius non eſt medium ſecundum ſe, & ſic eſt negatio perſeitatis & non perſeitas negationis, vt exiſtimant; & hoc pulcherrime declarat S. Thomas 4. ſentent. vbi ſoluendo hoc argumentum; in omni conuerſione requiritur, vt ſit aliquid, quod aliter ſe habeat nunc & prius, cum cõuerſio mutatio quædam ſit, ſed vbicunq; eſt nunc & prius, eſt ſucceſſio: ergo in omni conuerſione & mutatione oportet eſſe ſucceſſionem, & ſic etiam in conuerſione panis in corpus CHRISTI. Et reſpondet S. Thomas, quòd in qualibet mutatione oportet deſignari nunc & prius ſecundum duos terminos mutationis, qui ſunt incontingentes, vt dici- D tur 1. phyſicorum, ideſt qui non poſſunt ſimul eſſe; vnde ſecundum diuerſitatem terminorum in diuerſis mutationibus ſecundum hoc diuerſimode ſignificatur ibi nunc, & prius: aliqua enim mutatio eſt inter cuius terminos poteſt accipi medium, quod minus diſtat ab vno extremorum: quàm aliud, vnde antequàm perueniatur ad vltimum mutationis terminum, fuit receſſus ab vno termino, & acceſſus ad alterum, in quo conſiſtit mutationis ratio, & ideo vtrunq; ad illam mutationem pertinet, & nunc, ſ. in quo terminatur acceſſus & receſſus, & prius illud, in quo incepit; & ideo talis mutatio non eſt in inſtanti, ſed in tempore. Aliqua vero mutatio eſt inter cuius terminos non poteſt accipi medium in eodem ſubiecto, niſi forte per accidens, ſicut inter affirmationem & negationem, quia contradictio eſt oppoſitio, cuius non eſt medium ſecundum ſe, vt dicitur in 1. poſt. per accidens autem poteſt accipi ibi medium ex parte negationis, cui aliquid adiungatur, quod magis vel minus diſtat ab affirmatione, ſiue illud ſit contrarium in eodem genere directe, ſiue diſpoſitio contraria, ſicut inter non album, & album accipitur per accidens medium ex parte coloris, cui coniungitur negatio albedinis ſecundum quòd magis, vel minus diſtat ab albedine, & inter non ignem & ignem accipitur medium ſecundum quod aliquid eſt magis vel minus frigidum, aut humidum, vnde in omnibus

Cap. 2.

diſt. 11. q. 1. art. 1.

Tex. 43.

Mutatio aliqua non eſt in inſtanti.

Cap. 2.

muta-

A mutationibus, in quibus ſunt affirmatio & negatio tantum, ſeu priuatio & forma tantum, per ſe loquendo non poteſt eſſe receſſus à termino, vel acceſſus ad terminum ante peruentionem ad vltimum terminum, & ideo illud principium non pertinet per ſe loquendo ad hanc mutationem, ſed ſolum per accidens ratione illius adiuncti ad negationem; ſecundum quod per accidens negatio recipiebat magis vel minus, & per conſequens medium; vnde per ſe loquendo pertinet ad motum præcedentem, ſicut ad alterationem, quæ præcedit generationem & motum localem, qui præcedit illuminationem; & propter hoc iſtę mutationes dicuntur eſſe in inſtanti, & quia inter ſubſtantiam panis, & ſubſtantiam corporis CHRISTI non eſt accipere medium, quod magis ſit propinquum corpori CHRISTI, quàm ſubſtantia panis quantum ad hoc; quòd conuertatur in ipſum diuina virtute: ideo ſimile eſt iudicium de iſta conuerſione, & de prædictis mutationibus. Vnde ad hanc conuerſionem non pertinet niſi illud nunc; in quo deſinit eſſe panis, & incipit eſſe corpus CHRISTI, ſed illud primum pertinet ad totu tempus præcedens, quod menſurabat prolationem verborum, quæ efficit conuerſionem. Ex iſtis patet ſecundum rei veritatem inter contradictoria reperiri medium per accidens, quod tamen ipſi negant immemores eorum, quæ dixerunt ſupra, vbi quærebant, ſi negatio habet diſtinctam formalitatem ab affirmatione, ibi conceſſerunt medium inter affirmationem & negationem, quod tamen hic aſpernantur.

Quæ ſunt mutationes inſtantaneę.

Quæſt. 2. B

Contradictoria habēt medium per accidens.

Soluitur & ratio, quam adducunt ad probandam concluſionē concedendo, quòd per ſe contradictoria non habeant medium, cum hoc tamen ſtat, quòd habeant per accidens, vt dictum eſt: & ſic negatur maior quantum ad illam partem, quòd non habēt per accidens, ob id poteſt alio pacto probari concluſio, ſed antequàm adducam probationem efficacem, eſt notandum, quòd illi, qui ponebant inter contradictoria dari medium, ſequebantur opinionem Anaxagorę ponentis omnia eſſe mixta in quodam medio, ſed mixtum eſt neutrum extremorum, & ex conſequenti nec bonum, nec malum, nec ens, nec non ens; Contra hos concluſio ſubſtinetur, quæ efficaciſſime probatur hac ratione: ſi inter contradictoria daretur medium, aut illud eſſet per negationem, aut per participationem; ſed neutro modo eſſe poteſt: igitur inter contradictoria non datur medium: probatur minor, primo de medio per participationem; hoc enim non reperitur, niſi inter extrema, quæ ſunt vnius generis, vt patet de tepido & palido; ſed duo contradictoria non ſunt eiuſdem generis, vt contradictoria ſunt, quoniam alterum eſt ens, alterum eſt non ens, quibus non poteſt aſſignari commune genus: ergo inter contradictoria non datur medium per participationem; quòd autem non detur per abnegationem, probatur ſic; quia ſi daretur medium, tunc nulla poſſet fieri mutatio, & deducitur ſic; omnis mutatio eſt inter extrema contrarie, vel contradictorie oppoſita, vt oſtendit Philoſophus 5. phyſi. & quando eſt inter contraria, eſt etiam inter contradictoria; quoniam in vno cōtrario eſt negatio alterius: ſi igitur datur medium per abnegationem inter contradictoria, illud nec erit ens, nec non ens; alterum contradictoriorum eſt ens, alterum non ens, ſi illud medium non eſt ens, nec non ens, cum omnis mutatio ſit ab extremo ad medium, vel ab extremo per medium ad extremum, ſequitur quòd mutatio terminetur ad medium, quod non eſt ens, nec non ens, vel id, quod permutatur antequàm perueniat ad extremum, perueniet ad huiuſmodi medium; ſed impoſſibile eſt dari terminum neque medium, neque extremum in mutatione, quod non ſit ens, neque non ens; omnis enim mutatio eſt à bono ad non bonum, vel econuerſo, quòd autem neque eſt ens, neque non ens, non eſt bonum, neque non bonum; hæc enim ratio vere probat concluſionem. D

Contradictoria non ſunt eiuſdem generis. C

Tex. 7.

Et ex his ſoluuntur argumenta omnia, quæ contingunt fieri contra iſtam concluſionem, & primo arguitur ſic; termini generationis ſunt contradictorii, ſcilicet eſſe & non eſſe, vt docet philoſophus 5. phyſi. ſed inter iſtos terminos datur medium, ſcilicet materia prima; ſeu ens in potentia: igitur inter contradictoria datur medium. Ad quod dicunt aliqui, quòd eſſe poteſt dupliciter accipi; vno modo pro eſſe ſimpliciter; alio modo pro eſſe ſecundum quid: modo inter eſſe ſimpliciter, & non eſſe ſimpliciter bene eſt medium ſecundum quid, vt generatio, & dico eſſe ſimpliciter, eſſe perfectum, & eſſe ſecundum quid eſſe in fieri. Vel alio modo reſpondetur, quòd eſſe accipitur vno modo pro eſſe generaliter, prout includit eſſe ſimpliciter, & ſecundum quid; & non eſſe pro non eſſe ſimpliciter; & primo modo ſunt contradictoria; nec eſt medium inter ipſa: ſecundo vero modo non ſunt contradictoria, ſed habent medium, ſcilicet ipſum fieri, vel eſſe imperfectum: & hoc ſecundo modo loquitur philoſophus 2. huius, vbi dicit, quòd ſicut ſemper eſt medium inter eſſe & non eſſe, ſcilicet generatio, ita exiſtentis & nō exiſtentis, id eſt entis & non entis eſt medium, quod fit, & patet per exempla ſua, quæ ponit, ſcilicet ex addiſcente fit ſciens, & ex puero vir. Sed hæc reſponſio patitur difficultates, ſicut & ipſimet

Tex. 7.

Eſſe bifariā capitur.

Tex 7.

A ipſimet fatentur: quia omnis per ſe mutatio mediat inter per ſe terminos, ſed termini generationis ſunt contradictorii, ſcilicet eſſe & non eſſe: ergo inter eſſe & non eſſe vere eſt medium: probatur minor, quia generatio eſt à non ſubiecto in ſubiectum, & corruptio econtra, vt ſcribitur 5. phyſi. ergo generatio & corruptio ſunt contradictoria; & tanto magis augetur difficultas: quia 4. huius Ariſt. habet, quòd non eſt medium inter contradictoria, ſic arguendo, quia ſic ſequeretur, quòd aliqua mutatio media eſſet inter generationem & corruptionem, quę conſequentia nulla eſſet, niſi termini generationis contradicerent. Idcirco ſemouendo tot ſuperfluitates reſolute dicamus iuxta determinationem factam, quòd inter ens & non ens vniuerſaliter loquendo, non eſt medium; quia ipſa generatio eſt ens, cum ſit via ad ens 2. phyſicorũ, & in hoc 4. tamen inter ens & non ens in actu bene poteſt eſſe medium, ſcilicet ens in potentia, & ſic per accidens poteſt eſse medium inter contradictoria.

Tex. 7.
Tex. 27.
Tex. 4.
Tex. 1.

Et ex hac ſolutione ſoluitur illud argumentum, quo aliqui nituntur probare inter contradictoria dari medium per abnegationem vtriuſque extremi: nam ſcutum, cuius medietas eſt alba, & medietas nigra, nec eſt album, nec non album; ſed album & non album ſunt contradictoria: ergo inter contradictoria datur medium per abnegationem. Sed dico quòd hoc eſt medium per accidens; quia non eſt inconueniens duo accidentia contraria, ſeu diſparata eſſe in eodem ſubiecto ſecundum diuerſas partes eius, & in hoc videntur concedere hoc mediũ per accidens, quando dicunt non eſſe inconueniens ſcutum eſſe album, & non album; quia hoc non eſt ſecundum idem; quia vnum contradictoriorum ineſt pro vna parte, & alterum pro altera: ideo neutrum ineſt ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & hoc eſt medium per accidens.

B

Accidentia diſparata poſſunt eſſe in eodem.

Tertio arguitur, quanto magis extrema diſtant, tanto ſunt plura media inter ipſa; ergo ſi infinite diſtãt, infinita erunt media inter ipſa; ſed contradictoria diſtant in infinitum: ergo inter contradictoria non eſt vnum tantum medium, ſed infinita: probatur minor, quia omni finito contingit intelligere maius; ſed non contingit intelligere maiorem diſtantiam, quàm quæ eſt inter contradictoria, quia quæcunque daretur, illa caderet ſub contradictione: igitur, &c. Ad hoc dicitur, quòd duplex eſt diſtantia; altera dimenſiua, qua vnum diſtat ab alio dimenſionaliter; alia eſt diſtantia formalis, quæ adhuc eſt duplex; quædam poſitiua, qua diſtant ipſa contraria, alia eſt priuatiua, qua diſtant ipſa contradictoria: argumentum concludit de diſtantia dimenſiua, non autem de diſtantia priuatiua, qua diſtant contradictoria.

Diſtantia eſt duplex.

C

Arguitur quarto, quia inter relatiua datur medium, quod eſt relatio; ſed contradictoria ſunt relatiua, quia referuntur ad inuicem; nam opponuntur, & oppoſitio eſt quædam relatio: ergo inter contradictoria eſt media relatio. Niſi dicamus, quòd contradictoria dupliciter conſiderari poſſunt. Vno modo pro intentionibus, & ſic ſunt in genere relationis, quatenus oppoſitio, quæ eſt genus eorum, eſt in genere relationis, & ſic contradictoria ſecundum iſtam intentionem habent medium, ſcilicet ipſam relationem. Alio modo poſſunt ſumi ipſa contradictoria pro rebus ſubſtratis intentioni, & ſic non eſt verum, quòd referantur, nec per conſequens, quòd habeant medium, ipſam videlicet relationem, nam homo & non homo, non referuntur ad inuicem.

Contradictoria bifariam conſiderant.

Arguitur vltimo, ſi inter contradictoria non eſſet medium; ſequeretur quòd de quolibet eſſet vera affirmatio & negatio; ſed hoc eſt falſum, quia iſtæ ſunt ambæ falſæ, omnis homo eſt albus, & omnis homo non eſt albus: ergo &c. Sed dicitur ad hoc quicquid dicant alij, quòd iſtæ duę non ſunt contradictoriæ, ſed contrariæ. Dicendum ſecundo quòd in vna contradictione ſecundum illas conditiones neceſſario requiſitas, vt dictum eſt ſupra, verum eſt, quòd de quolibet dicitur affirmatio vel negatio, præcipue in terminis ſingularibus incomplexis: Iam vero, quia CHRISTI & beatæ VIRGINIS, ac ſancti Thomæ Aquinatis auſpicijs has dilucidationes in his quatuor libris ad vmbilicum deduximus, poſt grates eis impenſas ſupereſt omnes calculo ſedis Apoſtolicę ſubmittere, & eorum quorum has & omnes alias noſtras ſubſequentes intererit diſcutere, quibus ſi quid forte corruptum, aut ſapiens corruptionem extiterit, iam modo retracto.

D

Vide conditiones contradictionis ſupra.

F I N I S.

DILV-

DILVCIDATIO PRIMA.

In quintum Librum Metaphyſicæ.

Amplius autem vt finis hoc autem eſt, quod eſt cuius cauſa, &c. Tex. 2.

An finis ſit principium.

QVI quæſito reſpondent Aliqui ſumendo, quę Ariſt. docuit C
Tex. 37. Finis duplex eſt. 2. de anima, quòd finis eſt duplex, finis gratia cuius, & finis quo: dicitur autem finis gratia cuius ipſum obiectum, quod per operationem attingitur, vt Deus qui attingitur à beatis per actum intellectus & voluntatis; ſed finis quo dicitur ipſa operatio, qua obiectum attingitur, puta ipſa volitio, ſeu intellectio. Supponunt ſecũdo, quòd finis gratia cuius aliquando per operationem in eſſe producitur, aliquando non, ſed præſupponitur; exemplum primi de forma naturali, quę per motum vel generationem producitur,
Tex. 5. Vnde 5. huius dicitur, quòd finis generationis eſt forma, & ille finis eſt obiectum, quod attingitur actione ſiue operatione tranſeunte, per quam producitur in eſſe; exemplum ſecundi, Deus, qui finis eſt & obiectum, quod attingitur operatione, ſeu actione immanente, puta per actum intellectus & voluntatis; & hoc ſecundo modo ſe habet obie-
Res bifariã dicitur cauſata. ctum ſenſus ad ſenſum. Supponunt & tertio de mente Auicennæ, quòd res dicitur eſse cauſa D
dupliciter: nam res dicitur aliquando cauſata in ſua cauſalitate; aliquando in ſuo eſse: primo modo cauſa finalis præcedit omnes alias in cauſalitate, quia mouet agentem, & agens ex appetitu finis mouetur ad agendum, vt attingat finem: efficiens autem habet rationem cauſati reſpectu finis, non quantum ad ſuum eſse, ſed quantum ad cauſalitatem. Secundo modo ipſe finis eſt cauſatus, ſicut forma cauſari dicitur quantum ad ſuum eſse. Ex iſtis volunt eſse ſatisfactum difficultatibus, quæ moueri poſſunt in hoc quæſito.

Sed contra, quia in hoc commiſerunt plurimos errores; & primo contra primum fundamẽ-
Tex. 15. tum inſto, quia Philoſophus 9. huius ait, actus potentiarum eſse fines earum, & non eſse
Cap. 3. alium finẽ in eis præter actum, qui eſt operatio. 6. ethico. etiam habetur, quòd obiectum non
Cap. 1. habet rationem finis inquantum numeratur contra actum, quod etiam 1. ethicorum clarius ſcripſit Philoſophus dicens, in quibuſdam operationes eſse fines potentiarum omnium, & ſic deſtruitur primum fundamentum declaratum ab iſtis, quòd ſi aliquis ſecundũ veritatem illud
q. 1. art. 8. intelligere cupit, legat S. Thomam 1. 2. vbi quærit, ſi omnes creaturæ conueniunt in vltimo fi-
Tex. 2. ne; & ait quòd ſicut dicit Philoſophus 5. metaphyſices, quòd finis dupliciter dicitur, ſcilicet cuius & quo, ideſt ipſa res, in qua ratio boni inuenitur, & vſus ſiue adeptio illius rei; ſicut dici-

mus,

A mus,quod motus corporis grauis finis eſt, vel locus inferior, vt res, vel hoc,quod eſt eſse in
loco inferiori,& finis auari vt res,eſt pecunia; vt quo eſt poſseſſio & vſus pecuniæ: ſi ergo lo- Finis auari
quamur de vltimo fine hominis quantum ad ipſam rem,quæ eſt finis,ſic in vltimo fine homi eſt pecunia.
nis omnia conueniunt,quia Deus eſt vltimus finis hominum, & omnium aliarum rerum: ſi Finis vt res
autem loquamur de vltimo fine hominis quantum ad conſecutionem finis,ſic in hoc fine ho- quis ſit.
minis non communicant creaturæ irrationales: nam homo & aliæ creaturæ rationales conſe-
quuntur vltimum finem cognoſcendo & amando Deũ, quod non competit alijs creaturis,quę
adipiſcuntur vltimum finem inquantũ participant aliquam ſimilitudinem Dei,ſm q ſunt,vel
viuũt, vel etiã cognoſcũt.Secundũ etiam fundamentũ poſitũ ab iſtis eſt dubitabile,quia Deus
non ponitur finis, vt diſtinguitur contra actũ intellectus vel voluntatis;finis enim,qui eſt feli
citas vel beatitudo,tam ſm philoſophos,quàm theologos ponitur conſiſtere in actu ſecundo,
ſcilicet in operatione,vt habetur 10.ethic.& 12.huius philoſophiæ. Contra tertiũ fundamen- Cap.8. Tex.38.
tum,quod dicitur eſse de mente Auicennæ,nam illud eſt philoſophi in litera, vbi dicit, quòd Tex.2.
cauſa efficiens & finalis ſunt ſibi inuicem cauſæ: nam ſanitas eſt cauſa deambulandi,& deam-
B bulatio eſt cauſa ſanitatis;& patet,quòd vtrumque eſt cauſa alterius ſecundum eſse, & non ſe-
cundum cauſalitatem. Et confirmatur per id, quod Philoſophus habet 2.phyſicorum, quòd Tex.38.
ſecundum vnumquodque genus cauſę oportet cauſam ſummam quærere;quod non eſset,niſi
aliqua cauſa ſecundum genus ſuum eſset prima in quolibet genere.

Pręterea ex iſtis fundamentis non apparet fuiſse ſatisfactum dubitationibus motis, vi-
delicet;ſi finis ſit principiũ;ſi finis ſit cauſa;ſi finis ſit cauſa efficiẽs;& ſi finis ſit maxima cauſa:
Propterea vt ſine errore hæ dubitationes ſoluantur eſt ſciendum ex S.Thoma in quodlibetis, Quodlib.5.
quòd finis eſt triplex,vltimus,remotus,& propinquus: vltimus ſimpliciter eſt Deus, qui pri- Finis eſt tri-
mus & vltimus eſt ſimpliciter in genere cauſæ finalis,& eſt extrinſecus à re, cuius eſt finis, & plex.
eſt perfectior;in omnibus enim his,quæ ſunt à natura, ſiue ab arte, ſemper quod eſt deterius
dicitur eſse beneficio melioris,vt patet graduando entia:finis remotus eſt ordo vniuerſi,& hic
dicitur à nonnullis natura vniuerſalis: propinquus autem finis eſt agens particulare: quilibet
autem horum trium dici poteſt finis gratia cuius; nam ſicut agens primum omnia propter ſe
agit finaliter;ita etiam quodlibet ſecundum agens agit propter perfectionem ipſius finaliter,
C licet non vltimate:ergo qua ratione primum efficiens eſt finis omnium cauſatorum à ſe, ita
ſecundum agens dici poteſt finis omnium ſuarum operationum: nihilominus vnus iſtorum
finium ſecundum ſui operationem ordinatur in alium: videmus enim agens particulare ali-
quando dimittere operationem propriam,ad quam ex natura propria magis limitatur,& pro- Natura par-
ducere operationem quaſi contrariam,ſicut cum aqua aſcendit, vt prohibeatur vacuum,& ſal- ticularis ali-
uetur ordo vniuerſi; propter quod videtur, quòd natura particularis magis intendat bonum quando ope
commune,quàm ſuum proprium. Hi fines tres ſuperius dicti dicuntur à S.Thoma fines prin ratur contra
cipales,licet non æqualiter,finis vero ſecundarius reſpectu alterius eſt medium, vel perfectio, ſui ſclinatio
qua attingitur finis principalis. nem.

Sciendum eſt ſecundo,quòd ſicut in cauſalitate efficiente diſtinguendum eſt ſecundũ Tho-
miſtas de ratione efficiendi,& de cõditione efficientis:dicimus enim cum medicus medetur,
quòd ratio medendi eſt ars medicinæ, conditio vero medicantis eſt exiſtere eſse ſingulare
quoddam ſubſiſtens;ita in cauſalitate finali diſtinguendum eſt inter rationem finalizandi, & Ratio finali-
conditionem finalizantis,vt experientia in nobis ipſis teſtatur; vnde, vniuerſaliter loquendo zandi eſt alia
D ratio agendi eſt forma iuxta illud 3.phyſic.ſemper exiſtimabitur ſpecies aliqua mouens: con- ab eius con-
ditio vero agentis eſt ſubſiſtere, vel ſubſiſtentem eſse, iuxta illud primi metaphyſi. actiones ditione.
ſunt ſubſiſtentium: ratio finalizandi eſt eſse rei, quæ finis dicitur;conditio vero finalizantis Tex.17.
eſt eſse in intentione. In prologo.

Sciendum tertio,quòd hæc diſputatio non eſt vniuerſalis, ſed tantum noſtra, & peripateti-
ca; quia antiqui ponentes omnia euenire de neceſſitate naturæ, tollebant finem, propterea
Ariſt. multa dixit contra ipſos 2.phyſi. probando naturam agere propter finem, quem finem Tex.72.
pluribus in locis probauit Philoſophus eſse cauſam hic, & 2.phyſi. nec non & in lib. de Tex.2.
nialibus,cuius ratio principalis fuit, quia per ipſum reſpondetur ad quæſtioné propter quid. Tex.29.

His iactis ponitur vna concluſio,per quam reſpondetur ad primam dubitationem.Finis eſt
principium;probatur ſic,id,propter quod cetera agunt & ſunt,habet rationem principij; ſed
finis eſt,propter quem cetera agunt & ſunt: ergo finis habet rationem principij: maior pro- Finis eſt p-
batur,quia id, propter quod cetera agunt, primo venit in mentem agentis; & quod primo ve- pter quẽ ce-
nit in mentem agentis tenet rationem principii:minor probatur,quia quando agens eſt motũ tera agunt.
à fine producit formam,quę communicatur materiæ, qua communicata, vltimo ſequitur cau-
ſalitas

ſalitas materiæ, quę eſt, quòd ipſa ſubſtantificat formam, & ſic propter finem omnia ſunt & A
Tex.30. & agunt. Probatur etiam concluſio auctoritate Ariſt. 4. huius, vbi dicit, quòd ſic ſe habet vnũ
& ens, ſicut principium & cauſa; ſed probabitur quòd finis eſt cauſa: igitur finis eſt principiũ.
Ex his ſoluitur obiectio, quę fit contra iſtam concluſionem, quòd primum & vltimum oppo-
Tex.2. nuntur; ſed finis habet rationem vltimi, vt declarauit Philoſophus in hoc 5. quòd finis vltimo-
q.1.art.1. rum aliquid eſt: ergo finis non eſt principium. Hanc obiectionem ſoluit S. Thomas. 1. 2.
quòd finis dicitur primum & principium ſecundum eſſe, quod habet in mente agentis: dici-
tur poſtea vltimum ſecundum eſſe, quod habet in rerum natura; & hoc modo primum, & vlti-
mum non opponuntur, quia non accipiuntur ſecundum idem.

Tex.89. Secunda concluſio eſt. Finis eſt cauſa, probatur ſic per Ariſt. 2. phyſi. ſicut eſt principium in
ſpeculationibus, ſic finis in agibilibus; ſed principium in ſpeculationibus eſt per ſe cauſa, &
eſſentialis ipſius notitiæ concluſionis: ergo in agibilibus finis erit cauſa eorum, quæ ſunt ad fi-
Tex.2. nem. Concluſio hęc expreſſe habetur in hoc 5. vbi Ariſt. loquens de cauſa finali ait, hoc autem
Ratio deambulationis & ſanitas vel exercitium. eſt quod eſt cuius cauſa, vt ambulandi ſanitas, nam quare ambulat, dicimus, vt ſanetur, & di-
centes ita, putamus reddidiſſe cauſam. Hæc concluſio non habet aliam difficultatem, niſi il- B
lam, quę communiter adduci ſolet; ſi finis eſſet cauſa, quęritur vel hoc eſſet ſecundum quòd
eſt ens, vel ſecundum quòd non eſt ens, per ſufficientem diuiſionem contradictoriorum, ſed
neutro modo dici poteſt: igitur finis non eſt cauſa, probatur minor, quia non poteſt eſſe cauſa
prout eſt non ens; nam non ens non eſt cauſa alicuius entis; cum cauſalitas non fundetur
Tex.55. in nihilo 1. phyſicorum: nec etiã erit cauſa prout eſt ens, quia quando ſanitas eſt in corpore,
tunc ceſſat medicatio, & nõ amplius mouet medicum: quia habitibus præſentibus in materia,
Tex.84. ceſſat motus, 1. de genera.

Pro ſolutione huius difficultatis, pono iſtam concluſionem. Finis non eſt cauſa ſecun-
dum eſſe, quod habet in anima tantum, nec ſecundum eſſe, quod habet in rerum natura
tantum, ſed vtroque modo. Pro intellectu huius aduerte, quòd hic ſunt tres opiniones.
Commẽ.36. Prima attribuitur Commentatori 12. huius, vbi habet, quòd forma balnei habet du-
plex eſſe, vnum in anima, aliud extra animam; & ſecundum primum eſſe eſt agens
deſiderium & motum: ſed per ſecundum eſſe eſt agens vt finis; & hoc ſecundum eſſe eſt
optimum & vltimum, & eſt diſtinctum ab alijs cauſis: ex hoc vult habere, quòd finis C
Cap.15. eſt cauſa ſecundum eſſe extra animam. Alia opinio attribuitur Auicennę in lib. ſuæ meta-
phyſi. quòd finis eſt cauſa ſecundum eſſe, quod habet in anima; tum quia extra animam eſt
cauſatus; nec eſt ratio vt ceterę cauſæ cauſent, quia iam cauſarunt. Tertia opinio, quam re-
q.1.art.1. puto veram, eſt expreſſa in concluſione propoſita, & colligitur ex Caietano 1. 2. quòd finis
In fine tria conſiderari poſſunt. tria amplectitur. Vnum quod eſt eſſe in anima, & hoc dicitur conditio finis, quia ſanitas nun-
quàm appeteretur ab ęgroto, niſi eſſet cognita ab ipſo. Secundum eſt eſſe in rerum natura,
& hoc eſt ratio finis; ſanitas enim prout eſt in rerum natura, eſt illa, quæ mouet ægrotum; hæc
enim deſideratur, hæc amatur, & appetitur. Tertium, quod reperitur in fine, eſt eſſe in ſtatu
optimo, vltimo, & perfecto, & hoc eſt effectus ipſius finis, & per hoc dicitur quòd præſenti-
bus habitibus ceſſat motus.

Et ex his patet, quòd opinio tam Auerro. quàm Auicennę eſt diminuta: patet etiam error
Neotericorum inſequentium Auicen. in hac parte; dicunt enim finem eſſe cauſam ſecundum
eſſe præſentatum in mente, ſiue in intentione agentis. Sed hoc eſt falſum, quia eſſe in inten-
tione agentis non eſt ratio formalis ipſius finis, ſed tantum conditio ſine qua non: tum etiam, D
quia eſſe in intentione eſt eſſe diminutum. Nec rationes Bartholomæi Medinæ aliquid con-
Quæſt.1. cludunt contra iſtam veritatem, vt eſt videre apud ipſum 1. 2. Rationes etiam adductæ
pro Auerro. faciunt pro nobis, quia eſſe in rerum natura eſt ratio formalis ipſius finis. Solui-
tur difficultas adducta, quia finis eſt cauſa ſecundum quòd eſt ens, non autem ſecũdum quòd
eſt non ens: dicitur poſtea vltimum & eſſe in ſtatu optimo & perfecto, & quod ceſſat medicatio
pręſente ſanitate in corpore ęgroti ſecundum eſſe actuale & acquiſitum, & prout eſt effectus.

Tertia concluſio ſit iſta. Cauſa finalis eſt cauſa cauſalitatis efficientis; probatur ſic, eo modo
Finis habet rationẽ propter quid. finis habet rationem cauſæ, quomodo habet rationem propter quid; ſed finis habet rationem
propter quid, non ſolum reſpectu effectus extra in re, ſed etiam reſpectu agentis: quod pro-
batur, quia non ſolum illud, quod fit, ordinatur ad finem, & eſt propter finem, ſed etiam ip-
ſum agens per ſe agit propter finem: ergo finis non ſolum eſt cauſa effectus ad extra, ſed etiam
agentis quantum ad cauſalitatem. Et confirmatur, quia impoſſibile eſt dari duo principia
ęque prima ſimpliciter reſpectu alicuius effectus, vel duas cauſalitates æque primas ſimplici-
ter; ſed ſi finis non eſſet cauſa cauſalitatis agentis; tunc cauſalitas agentis & finis eſſent

æque

A æque primę ſimpliciter. Vnde hic ordo eſt in his cauſalitatibus, quòd prima cauſalitas ex
natura rei eſt finis; ſecunda eſt efficientis, tertia eſt formę, quarta eſt materiæ. Hinc omnes Finis eſt cau
cauſalitates reducuntur ad cauſalitatem finis, vt ad primum: nam extrinſeca prius cauſant; ſa cauſarū.
quia enim extrinſeca cauſant, ideo & intrinſeca,& non econuerſo; inter extrinſeca prius cau-
ſat finis,quia ille mouet efficientem ratione amati, ideo agens agit,& non econtra.
Et ſi quis diceret, contra, quia tunc ſeqneretur, qnòd idem reſpectu eiuſdem eſſet canſa &
cauſatum,& per conſequens prius & poſterius naturaliter, quod patet ex hoc;quia ipſum effi-
ciens eſt cauſa finis, & finis eſt cauſa efficientis, vt dicit concluſio:& quia quicquid eſt cauſa
cauſæ, eſt cauſa cauſati, & quicquid eſt prius priori, eſt prius poſteriori; ſi ergo finis eſt cauſa
efficientis,& efficiens eſt cauſa finis: ſequitur quòd finis eſſet cauſa finis,& finis eſſet prior fi-
ne. Dicunt aliqui ad hoc,quòd quatuor cauſæ ſunt ęque primæ in genere ſuo, & tamen vna
poteſt eſſe prior altera, ſicut omnia genera generaliſſima ſunt ęque prima genera ſimpliciter,
& tamen vnum prædicamentum eſt prius altero; vnde prioritas in cauſis eſt æquiuoca, ſicut
cauſalitas: propterea non eſt inconueniens idem eſſe prius & poſterius, cauſa & cauſatū, prio-
B ritate, poſterioritate,& cauſalitate diuerſimode dicta; in eodem tamen genere cauſalitatis &
prioritatis eſt impoſſibile: vnde efficiens eſt cauſa finis primum in genere cauſæ efficientis; fi-
nis eſt cauſa ipſins efficientis,& per conſequens prior in ratione finis & deſiderabilis. Et cum
dicitur, quòd idem eſſet cauſa ſui ipſius, quoniam quicquid eſt cauſa canſæ, eſt cauſa cauſati. Quicquid
Dicitur quòd in illa propoſitione accipiuntur tres cauſæ,ſed tamen variatur cauſa prima reſpe eſt cauſa cau
ctn mediæ, & media reſpectu vltimæ, hinc committitur fallacia accidentis, prima enim cauſa ſæ eſt cauſa
accipitur in genere cauſæ efficientis,cum dicitur, quicquid eſt cauſa cauſæ: ſed ſecunda ſumi- cauſati.
tur in genere cauſæ finalis,quando additur, eſt cauſa cauſati,& ſic variando redditur falſa pro-
poſitio: ſi vero vna cauſa ſit prima reſpectu ſecundæ in genere cauſæ efficientis, & illa ſecun-
da reſpectu tertię in eodem genere cauſę, tunc eſt propoſitio vera. Similiter dicitur ad id de
prioritate, quia mutatur prioritas.
Sed in hac reſponſione ſunt quædam impertinenter dicta,& primum,quia falſum eſt,quòd Improbatur
prioritas & cauſalitas in cauſis ſunt æquiuoca,quia tunc non eſſet ſcientia de eis, cum æquiuo- rñſio Neote
corum nulla habeatur ſcientia,ſed bene ſunt analoga. Secundum eſt, quia ſtante iſta rñſione ricorum.
C ſequeretur, ꝙ efficiens & finis eſſent cauſæ cauſatę, & in eo ꝙ cauſæ: & ſequeretur etiá, ꝙ cau
ſa finalis non eſſet ſumma reſpectu omniū, ex quo habet cauſam efficiētē: immo ſequeretur, ꝙ
nulla eſſet prior alia reſpectu alterius, & alia inconuenientia ſequuntur, quę nō poſſunt euadi.
Propterea dicendum cum S. Thoma, quòd efficiens & finis correſpondent adinuicem; quia
efficiens eſt principium motus, finis autem terminus: eſt ergo efficiens cauſa finis quantum ad
eſſe, quia mouendo efficiens producit ad hoc vt ſit finis: finis eſt cauſa efficientis non qnantū
ad eſſe, ſed qnantum ad rationem cauſalitatis; nam efficiens eſt cauſa inquantum agit, non Efficiens ha
autem agit, niſi cauſa finis, vnde ex fine efficiens habet ſuam cauſalitatem,& ſic nullum ſeqni- bet ſuā cau-
tur inconueniens. Immo ſoluitur & alind inconueniens, quod addnci ſolet, quòd ſi finis eſſet ſalitatem ex
cauſa ipſius efficientis, tunc daretur demonſtratio circularis contra Ariſt. 1. poſter. probatur, fine. Cap.
quia cum efficiens ſit cauſa finis, tunc per efficientem poſſum demonſtrare finem, & quia fi-
nis eſt cauſa ipſius efficientis, tunc per finem demonſtrabitur efficiens, & ſic dabitur circu-
lus. Sed hoc non reputamus inconueniens, quia vtrobiq; non eſt idem genus demonſtratio-
nis: vnde concedit Ariſt. 1. poſter. dari demonſtrationem circularem diſformem, licet non vni- Cap. 3.
D formem,& hoc tantum ſequitur in hac parte.
Quarta concluſio eſt, Finis eſt nobiliſſima omninm cauſarum: probatur primo ad mentem
Auicennę 6. metaphyſices, vbi ſic habet, quòd ſi de vnaquaque cauſarum eſſet ſcientia, illa, Cap. 5.
quæ eſſet de cauſa finali, eſſet nobilior alijs partibus illius ſcientiæ, & ipſa eſſet ſapientia, quæ
conſequentia non valeret, niſi finis eſſet nobiliſsima cauſarum, cum ſcientia menſuretur ab
obiecto,& ſortiatur ſuam dignitatē & perfectionem ab ipſo, vt patet 6. huius. Probatur ſecun Tex. 20.
do ſic, illa cauſa eſt nobilior, quæ eſt mouens non mota actualiter ab alio: quàm ſit illa, quę eſt
mouens mota actualiter ab alio; ſed ita eſt, quòd cauſalitas finis eſt mouens nō mota actualiter
ab aliqua cauſa priore,& cauſalitas efficientis, materiæ,& formę ſunt mouētes motę actualiter, Cauſalitas
ergo cauſalitas cauſę finalis eſt ſimpliciter nobilior ceteris cauſis: maior eſt manifeſta, quia in finis eſt mo-
mouentibus & motis, mouens eſt præſtantius moto,& quanto aliqua cauſa eſt independen- uens nō mo
tior, tāto eſt nobilior & perfectior; quia ſicut ens quanto eſt independentius tanto nobilius, ita ta.
etiam cauſa, quæ eſt proprietas, & paſsio entis: minor patet, quia agens mouetur à fine,& for
ma ab agente,& materia à forma, vt dictum eſt ſupra: hinc finis dicitur cauſa cauſarum.
Et ſi quis diceret, contra, quia cauſa intrinſeca eſt magis cauſa, qnàm cauſa extrinſeca, nam

intrinſecum videtur magis conferre ad eſſe rei, quàm extrinſecum; ſed materia & forma ſunt A cauſæ intrinſecæ, agens & finis ſunt cauſæ extrinſecæ: ergo materia & forma ſunt magis cauſæ, quàm finis, & etiam agens. Ad quod dicitur, quòd aliud eſt dicere, hæc cauſa eſt immediatior & proximior ſuo effectui; & aliud eſt dicere, hæc cauſa eſt independentior, verior, & magis cauſa ſimpliciter: materia & forma vtique dicũtur magis cauſæ quoad propinquitatem & proximitatem ſui effectus: ſed non magis ideſt independentes, quia omnes dependent à fine, vt dictum eſt. Nec etiam valet, ſi quis argueret, quòd tunc nobiliſſima entia debuiſſent habere finem; quod eſt falſum, quia vt ſcribitur 3. huius, immobilia ſunt nobiliſſima cauſata, & tamen non habent cauſam finalem: ratio eſt, quia finis eſt alicuius actionis, & actio eſt in motu; ſed immobilia non habent motum: ergo neque finem: conſequentia probatur, quia quod eſt perfectionis in ente inferioris, non debet negari nobiliſſimis entibus; cauſalitas enim eſt conditio perfecta in ente, & cauſalitas finis eſt nobiliſſima cauſalitas: ergo in nobiliſſimis entibus reperiri debet: & tunc Deus debuiſſet habere cauſam finalem. Ad quod dicitur, quòd Deus eſt finis omnium: alia à Deo, quæ ſunt immobilia, vt intelligentię, dicuntur habere finem, quia ordinantur ad Deum, cum ad alium finem non ordinẽtur. Auctoritas Ariſt. 3. metaphyſi. in- B telligitur de mathematicis, vnde non eſt ad propoſitum.

Materia & forma quare dicuntur magis cauſæ q̃ finis.

Tex. 3.

Alia à Deo dicuntur habere finem.

Tex. 3.

Soluitur & alia dubitatio, in qua dicitur, quòd ſi finis eſſet maxima cauſa, tunc per cauſam finalem haberetur maxima & perfectiſſima cognitio; ſed hoc eſt falſum, quia maxima cognitio habetur per formam 7. huius, ergo, &c. Aliqui concedunt, quòd cognitio per finem eſt maxima & certiſſima; quia omnes cauſæ poſſunt demonſtrari per finem; idcirco potiſſima demonſtratio & certiſſima eſt illa, quæ habetur per cauſam finalem: & ſicuti ſe habet principium in ſpeculationibus, ita finis in agibilibus, & quia prima principia ſunt certiſſima, ſic & finis etiam eſt certiſſimus: & falſum aſſerunt eſſe illud dictum, quodquideſt maxime cognoſcitur per formam, quia quodquideſt & definitio poteſt accipi ab omni cauſa. Hæc tamen reſponſio ſtare nequit, quia cognitio per cauſam intrinſecam eſt certior & nobilior, quàm ſit cognitio per cauſam extrinſecam, ſicuti eſt per finem & agentem. Propterea dicitur melius, quòd cauſa finalis dupliciter conſideratur. Primo prout eſt ens quoddam. Secundo vt eſt cauſa, primo modo cognitio de ipſa eſt nobilior, quia eſt nobilius ens, quàm forma: ſed ſecundo modo non, quia certius & nobilius cognoſcitur effectus per formam, tanquàm per cauſam in- C trinſecam & propinquam, quàm per finem, tanquàm per cauſam extrinſecam, quæ nullo pacto ſpectat ad quodquideratesse rerum diffinibilium.

Tex. vlt.

Cognitio p̃ cauſam intrinſecam eſt melior q̃ p̃ extrinſecam.

Accidit autem multoties dictis cauſis, & multas eiuſdem eſſe cauſas, &c. Tex. 2.

Vtrum vnius effectus ſint plures cauſæ per ſe.

Dilucidatio ſecunda.

diſt. 2. q. 2.

QVI reſpondet Scotus 2. ſentent. vbi videtur tenere partem affirmatiuam: D aſſerit enim quòd idem homo numero non ſolum quoad animam, ſed etiam quoad corpus organicũ potuit eſſe filius Adæ & filius Abrahę; & ex quocunque iſtorum duorum genitus eſſet, idem numero fuiſſet; & ſimiliter ſi ignis A. tantæ quantitatis & virtutis ex tali materia ignem talem generaret; & ignis B. eiuſdem quantitatis & virtutis pro eodem inſtanti, ſi ageret in iſtam materiam, eundem ignem numero producerent: ratio eius eſt, quia ad hoc quod corpus organicum ſit idem numero, ſufficit quòd materia ſit eadem numero; vnde exiſtente eadem materia numero, agentibus quantumcunque multiplicatis producetur idem numero corpus. Et pro hac opinione faciunt rationes iſtæ. Prima; ſit parua ſtuppa facile combuſtibilis, & ſint tres ignes æquales in virtute, quorum quilibet poſſit illam ſtuppã ignire & appropinquentur illi in æquali diſtantia, tunc quæritur; aut illi tres ignes comburerent illam ſtuppam, aut non: ſi dicis quòd ſic; ergo vnus effectus eſt à pluribus cauſis, ſi dicis quòd non; contra, quilibet illorum ignium combureret illam ſtuppam: ergo multo magis tres ſimul. Ad idem facit, ſi fingas duo corpora luminoſa eiuſdem rationis & virtutis æque pro-

Rationes Scoti hic fideliter recitantur.

A xima alicui medio, primo illuminabili perfecto, ideſt in ſummo à quouis eorum illuminabitur, & ab vtroque ſimul: igitur duæ cauſę totales erunt eiuſdem effectus. Præterea Sortes non poteſt produci ab alio, quàm à Platone, & Plato non poteſt produci ab alio, quàm à Socrate, & ſic de alijs: igitur inter indiuidua eiuſdem rationis erit eſſentialis ordo, & cum illa procedant in infinitum, ſequitur quòd in eſſentialiter ordinatis ſit proceſſus in infinitum, quod eſt contra Ariſt. 2. huius: probatur conſequentia, quia tūc eſt eſſentialis ordo inter cauſam & effectū, quando effectus non poteſt procedere, niſi à tali cauſa; ſi ergo Sortes non poteſt procedere, niſi à Platone, & Plato niſi à Socrate, & ſic de alijs: ergo inter indiuidua erit eſſentialis ordo. Tū etiam, quia idem effectus numero eſt naturaliter corruptibilis à pluribus agentibus: ergo à pluribus agentibus eſt producibilis: tenet conſequentia, quia non videtur maior ratio hic, quàm ibi: antecedens etiam patet, quia idem calor numero, qui corrumpitur ab hac aqua, potuit ab alia aqua corrumpi. Addunt adhuc eandem ſenſationem numero, quam nunc cauſat hoc album puta ouum, poteſt aliud album conſeruare & continuare: ergo poteſt illam cauſare; conſequentia patet: antecedens probatur, ſi Deus poneret aliud albū totaliter ſimile huic in eodē
B ſitu: ſubtrahendo cauſalitatē prioris, adhuc maneret prior ſenſatio, alioquin poſſet ſenſus percipere differentiam inter vnum album, & aliud album; igitur aliud album conſeruat priorem ſenſationem. Ad idem facit, quòd idem effectus poteſt habere plures cauſas finales totales, vt ſi quis operetur propter gloriam & propter pecuniam, vterque finis eſt ſufficiens cauſa ad voluntatis motionem; & ſic hic effectus, qui eſt motio voluntatis, erit à duabus cauſis totalibus eiuſdem ordinis & generis, quia tam gloria quàm pecunia ſunt in genere cauſæ finalis. Præterea idem homo numero poteſt eſſe hodie à conſtellatione præſentis horæ, & hinc ad quadraginta nouem millia annorum ab ea conſtellatione, quæ tunc erit: & hoc probatur per omnes Aſtronomos; modo hæc conſtellatio præſentis horæ & illa, quę erit eo tempore, differunt numero, quia non poteſt idem motus numero redire: non igitur erit inconueniens, q idem effectus ſit à cauſis totalibus eiuſdem ordinis. Hę & aliæ rationes plurimę adduci poſſunt pro confirmatione huius opinionis: quia plures poſſunt eundē baptizare, itē plures ſacerdotes poſſunt eandē hoſtiā conſecrare: item plures aiæ eandē pœnam pati poſſunt: ergo &c.

Ordo eſſentialis inter cauſam & effectum quis eſt.

Tex. 5.

Idem effect⁹ plures habet fines ſecūdū Scotum.

Opinio S. Thomæ eſt, quòd impoſſibile eſt, quòd duæ cauſę cōpletæ ſint immediatæ vnius
C & eiuſdem rei, quod patet in omni genere cauſarum: vna enim eſt forma proxima vnius rei, & vnum eſt proximum mouens, licet poſsint eſſe plures motores remoti, nec habet inſtantiam de pluribus trahentibus nauem, quia nullus eorum eſt perfectus motor, cum virtus vniuſcuiuſq; ſit inſufficiens ad mouendum; ſed omnes ſimul ſunt in loco vnius motoris, inquantum omnes virtutes eorum aggregantur ad vnum motum faciendum, hoc idem tenet in quodlib. ait enim quòd impoſſibile eſt eundem filium naſci, ſiue ſit alius pater, ſiue ſit alia mater: ſicut etiam non eſt idem ſigillum numero, ſiue ſit alia cera, ſiue ſit aliud corpus ſigilli, ex cuius impreſſione cera ſigillatur: in hoc etiam libro ait, quòd impoſſibile eſt, quòd eiuſdem ſecundum idem genus ſint multæ cauſæ per ſe eodem ordine, licet poſsint eſſe plures cauſæ hoc modo, quòd vna ſit proxima, & alia remota, vel ita quòd neutrum ſit cauſa ſufficiens, ſed vtrunque coniunctim: hanc quoq; veritatem docuit Ariſt. 2. phyſi. quam amplexus eſt Auerr. Albertus, Alexander, & Themiſtius, omneſque Peripatetici.

Quodlib. 6. quæſt. 8.

Tex. 2.

Tex. 30.

Pro maiori dilucidatione huius materiæ, eſt ſciendum primo, vt docet Albertus 2. phyſic. quòd quadruplex ordo poteſt inueniri in cauſis. Primo poſſunt ordinari ſecundum propin-
D quitatem ad ſuum effectum, & hoc modo materia eſt prima cauſa, quia in naturalibus res cauſantur per motum, cuius materia eſt ſubiectum, & quia forma intrinſece terminatur ad materiam, cum compleat & perficiat ipſam; ideo ſecundū hunc ordinem forma eſt ſecunda cauſa; & quia efficiens eſt illud, quod ducit materiam ad formam propter finem, ideo efficiens eſt tertia cauſa, & finis vltima. Secundo poſſunt ordinari quantum ad intentionem, & actum cauſandi, & ſic illa dicitur prima, cui primo competit cauſare, & quia materia non ducit ſeipſam ad formam, ſed ducitur ab efficiente, efficiens autem non mouet niſi præmotum à fine; ideo ſecundum iſtum ordinem finis eſt prima cauſa; efficiens ſecūda, forma tertia, & materia vltima. Tertio poſſunt ordinari quantum ad eſſe, & ſic illa dicitur prima, cui prius competit eſſe extra animam, & hoc ordine prima cauſa eſt efficiens, ſecunda materia, tertia forma, vltima finis. Quarto poſſunt ordinari quantum ad rationem principij mouendi, & ſic quia omne mouens mouet per formā, quæ eſt ſibi principium, & ratio mouendi: ideo iuxta hunc ordinem forma eſt prima, efficiens ſecunda, finis tertia, vltima materia.

Cap. 4.

Ordo quadruplex inuenitur in cauſis.

Secundo eſt notandum, quòd cauſa per ſe in genere dicitur quatuor modis. Primo pro cauſa, ex qua fit aliquid ipſa inexiſtente, ſicut æs eſt cauſa ſtatuæ, & argentū phialæ, & horum genera; &

Quatuor ſūt genera cauſarum.

rai & hoc modo eſt cauſa materialis, ex qua fit aliquid cum inſit. Et nota quòd dicitur ipſa in- A
exiſtente propter priuationem, vel contrarium: nam ex contrario, vel priuatione dicitur aliquid fieri ſicut ex non inexiſtente, vt album ex nigro, vel album ex non albo. Secundo modo dicitur cauſa ſpecies, & exemplar, quæ eſt ratio ipſius quodquideratesſe, & hoc modo cauſa formalis dicitur cauſa; & eius genus, ſicut diapaſon cauſa formalis eſt duorum ad vnum, & quia numerus eſt genus dualitatis, ideo numerus dicitur etiam forma ipſius diapaſon. Tertio dicitur cauſa, vnde eſt principium motus & quietis, & hoc modo cauſa efficiens, ſiue mouens eſt cauſa. Quarto dicitur cauſa ipſe finis, cuius gratia aliquid fit, vt ſanitas dicitur cauſa finalis deambulationis poſt cœnam. Et ex his patet etiam quid ſit cauſa, quòd eſt illa, quæ actione ſua producit effectum, vt ſtatuarius ſua actione producit ſtatuam. Nota etiam ꝙ cauſarum, quædam ſunt eiuſdem ordinis, vt quę ſunt in eodem genere, & eiuſdẽ ſpeciei, ſicut duo hoĩes trahentes nauem. Quędam ſunt diuerſi ordinis, ſunt tamen eſſentialiter ordinatæ ſecundum prius & poſterius, & alterius ſpeciei, vt ſol & homo, quæ concurrunt in generatione hominis. Nota adhuc, quòd quædam ſunt cauſæ eiuſdem generis, vt omnes cauſæ materiales dicuntur eiuſdem generis, ſimiliter efficientes, & finales. Quædam ſunt diuerſi generis, vt ſi B
capiatur cauſa efficiens, materialis, & formalis. Adde adhuc, quòd inter cauſas eiuſdem ordinis, quędam ſunt totales, quædam partiales: cauſa totalis eſt illa, quæ in illo genere cauſæ non indiget ad ſuam cauſalitatem aliqua cauſa eiuſdem generis ſecum concauſante, ſed ſola per ſe ſufficit, vt ignis generat ignem: cauſa partialis eſt, quę in illo genere cauſæ non ſufficit ad cauſandum effectum, ſed indiget alia cauſa eiuſdem ordinis ſecum concauſante, vt duo homines trahentes nauem, quorum alter per ſe non ſufficeret ad tractum nauis. Nota vltimo, ꝙ tres ſunt proprietates cauſarũ. Prima eſt, ꝙ vna & eadem cauſa poteſt eſſe cauſa contrariorum, vnius per ſe, & alterius per accidens, ſicut nauta per ſui pręſentiam eſt cauſa per ſe ſaluationis nauis, & per ſui abſentiam eſt cauſa per accidẽs perditionis eiuſdẽ. Secũda proprietas eſt, ꝙ cauſæ ſunt ſibi inuicẽ cauſæ, vt ſanitas eſt cauſa deambulandi, & deambulatio eſt cauſa ſanitatis, ſed hoc eſt in diuerſis generibus cauſarũ, quia ſanitas eſt cauſa finalis deambulationis, deambulatio vero eſt cauſa efficiẽs ſanitatis; ſed in eodẽ genere cauſæ nõ poteſt hoc verificari, ꝙ cauſæ ſint ſibi inuicẽ cauſę. Tertia ꝓprietas eſt, ꝙ vnius & eiuſdẽ effectus poſſũt eſſe plures cauſæ p ſe, vt ſtatuę, cauſa p ſe eſt ſtatuarius, tãquàm efficiẽs, & ęs tanquàm cauſa materialis. C

Causa formalis multipliciter nominatur.

Cauſa quę ſit.

Cauſę ſunt in duplici ordine.

Proprietates cauſarũ ſunt tres.

Et ex iſtis deducitur primo, quòd eiuſdem effectus poſſunt eſſe plures cauſę, alterius, & alterius generis, & totales, vt in conſtitutione domus concurrunt omnes cauſæ. Et primo eſt efficiens, quæ eſt ędificator. Secundo eſt vſus ſiue habitudo, quę eſt cauſa finalis. Tertio eſt cauſa materialis, puta terra, lapis, & ligna. Quarto eſt cauſa formalis, vt proportio ſiue compoſitio domus. Deducitur ſecundo, quòd plures cauſæ totales eiuſdem generis & ordinis, non tamẽ eiuſdem ſpeciei ac immediate, poſſunt concurrere ad producendum eundem effectum, & ſimiliter ſi fuerint cauſæ partiales; patet hoc primò de ipſo Deo, & corpore cæleſti, & homine, quę omnia ſimul concurrunt ad producendum hominem: de cauſis partialibus quoque patet de trahentibus nauem, qui partialiter concurrunt ad tractum eius. Deducitur tertio & vltimo, quòd eſt impoſſibile plures cauſas totales eiuſdem generis, & eiuſdem ordinis, ac ſpeciei, & immediate concurrere ad producendum eundem effectum numero: probatur hoc ratione, quia ſi plures cauſę totales eiuſdem generis & ordinis concurrerent ad producendum eundem effectum; tunc ſequeretur, quòd effectus ille eſſentialiter non dependeret ab aliqua illarum cauſarum; ſed conſequens eſt falſum; ergo & antecedens: probatur conſequentia, ſint A, & B, totales cauſæ ipſius C. tunc hic effectus, qui eſt C. non dependet ab A. D
quia poteſt eſſe ſine A. cum ſufficienter habeat eſſe per B. quod ponitur totalis cauſa eius, & per idem haberi poteſt, quòd non dependet eſſentialiter ab ipſo B. quia ſufficienter cauſatum eſt per ipſum A. quod poſitum eſt totalis cauſa eius: ergo ille effectus C. non dependet nec ab A. nec ab B. eſſentialiter. Ex hoc deducit S. Thomas 1. p. quòd plures Angeli non poſſunt eſſe in eodem loco, quia Angelum eſſe in loco eſt perfecte & immediate continere illum in genere cauſæ efficientis. Hinc etiam habetur, quòd plures ſacerdotes ſimul non poſſunt de facto vnam hoſtiam conſecrare, licet de poſſibili, vt patet ex 4. ſenten. & 3. par.

Plures cauſę poſſunt eſſe eiuſdem effectus quomodo intelligitur.

q. 52. ar. 3. Plures Angeli non poſſunt eſſe in eodem loco. diſtin. 13. q. 82. ar. 2. Vide Caiet. ibi.

Soluuntur modo omnia argumenta adducta in contrarium, dicendo ad primum, quòd ad vnitatem numeralem effectus non ſufficit vnitas materiæ, ſed requiritur etiam vnitas agentis, ſicuti ad vnitatem numeralem ſigilli non ſufficit vnitas ceræ, ſed requiritur etiam vnitas corporis imprimentis figuram in cera. Et ſi quis diceret contra iſtam reſponſionem, quòd ſi ad vnitatem numeralem effectus, requiritur non ſolum vnitas materiæ, ſed etiam vnitas agentis; ſequitur quòd ad pluralitatem effectuum requiritur etiam pluralitas materiæ, & agentis, &

ſic ab

A ſic ab vna cauſa non poterunt eſſe plures numero effectus, quod eſt falſum; nam idem pater habet multos filios: conſequentia probatur, quia cuius vnitas requiritur ad vnitatem alicuius, eiuſdem pluralitas requiritur ad pluralitatem. Ad quod neganda eſt conſequentia; & ad probationem negatur aſſumptum, quia plura requiruntur ad vnitatem, quàm ad pluralitatem: nõ ſufficit enim ad vnitatem numeralem vnitas materię tantùm, quia vna materia poteſt recipere plures formas, & propterea præter vnitatem materiæ, vnitas agentis requiritur, vna autem forma numero non poteſt eſſe in pluribus materiis, ſicuti eadem albedo numero non poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis; ideo ad diuerſitatem numeralem, cum vnitate agentis requiritur pluralitas materiæ, ex qua pluralitas formarum numero reſultat.

Vna forma non poteſt eſſe in pluribꝰ materijs.

Ad ſecundum dicunt aliqui, quòd illa materia non igniretur, & ratio ipſorum non eſt indiſpoſitio materiæ, aut quòd illi tres ignes non ſint debite approximati ipſi combuſtibili, ſed quia implicatur contradictio, ſcilicet quòd daretur effectus ſine cauſa: nam à nulla illarum cauſarum dependeret. Sed hi videntur relinquere ſenſum propter rationem; idcirco debilitas rationis apparet in eis. Dicamus ergo reſolute, ꝙ ignis productus non erit vnus numero, ſed
B tantum per aggregationem, & quòd illi tres ignes citius, efficacius, ac nobilius producunt effectum, & concurrunt tantum partialiter. Et ſic etiam dicitur, quòd illa duo corpora luminoſa ſe habent, vt partes vnius luminoſi ſuperexcedentis in duplo, vel amplius ſua actiuitate ad medium illud, cui approximantur, & ſic illuminatio non dependeret ſecundum partem diuiſi, ſed prout vnirentur in vno.

Ignis productus à pluribus non eſt idem numero.

Ad tertium dicitur, quòd eſſe proceſſum in infinitum in eſſentialiter ordinatis poteſt dupliciter intelligi. Vno modo in cauſando vnum effectum, quia ſcilicet vnus effectus procedit ab infinitis cauſis, quarum vna ab altera in cauſando dependeat, & omnes ſimul moueant, & ad hunc ſenſum negat Philoſophus eſſe proceſſum in infinitum in cauſis eſſentialiter ordinatis; vnde negatur conſequentia. Alio modo ad hunc ſenſum, quòd iſte effectus producatur ab iſta cauſa per ſe, itaquòd ab alia non poſſit produci, & illa cauſa producatur ab alia cauſa, itaque ab alia produci non poſſit, & ſic in infinitum, & tunc negatur falſitas conſequentis, nec ad hunc ſenſum locutus eſt Ariſt. 2. huius. Tex. 6.

Ad quartum neganda eſt conſequentia; per hanc enim rationem probari poſſet quòd equus
C ſit naturaliter producibilis à diuerſis ſecundum ſpeciem, eſt enim corruptibilis ab igne & aqua ſecundum ſpeciem diuerſis, & à multis alijs corrumpentibus.

Ad quintum negatur antecedens; & ad probationem dico, quòd poſito illo caſu, non remaneret eadem ſenſatio, & ad improbationem negatur conſequentia; non enim quacunque diuerſitate poſita obiectorum, poteſt anima eorum diuerſitatem apprehendere ac iudicare.

Ad ſextum dicitur, quòd habere plures fines totales dupliciter intelligi poteſt. Vno modo quòd vere & ſecundum rem ſint fines. Alio modo quòd ſint fines ex præſtitutione voluntatis: ſi primo modo, negatur antecedens, quia eſt tantum vnus totalis finis omnium rerum: ſi ſecundo modo, negatur conſequẽtia, nam ſi ipſa valeret, ſequeretur ꝙ quilibet effectus naturalis poſſet produci naturaliter ab agentibus naturalibus ſpecie diſtinctis, & ſic ignis poſſet generari ab igne, & ab aqua: patet conſequentia, quia per te talis effectus poteſt eſſe propter duos fines totales ſpecie diſtinctos: ergo bene ſequitur, quod dictum eſt, ſi ex pluralitate finium deduci poteſt vniformiter pluralitas agentium.

Habere plures fines totales bifariam intelligi poteſt.

Ad vltimum dicitur ꝙ dato, quòd reuolutio ſtellarum fixarum fiat ſingulis quibuſque 49.
D milibus annis: nunquàm tamen redibit eadem conſtellatio numero, ſed ſimilis tantum ei, & ex conſequenti nunquàm redibit idem homo numero, ſed bene ſimilis, vt apparet in fructibus, qui in ſingulis æſtatibus videntur redire ijdem numero, & non ſunt ijdem, ſed ſimiles. Et ex his patet veritas quæſiti, & error Aduerſariorum. Hæc diſputatio poteſt moueri apud logicos, ſi vna concluſio poteſt eſſe à pluribus præmiſſis eiuſdem ordinis. Apud phyſicos, ſi vnus effectus numero poteſt generari à pluribus cauſis, ſicuti corrumpitur. Apud animaſticos, ſi vna ſenſatio numero cauſatur à pluribus obiectis. Apud metaphyſicos, ſi vna paternitas eſt à pluribus filiationibus, & quòd inter indiuidua eiuſdẽ ſpeciei detur ordo eſſentialis. Apud morales, ſi vnus homo poteſt moueri à pluribus finibus. Apud aſtronomos, ſi eadem hoĩs inclinatio producitur à pluribus cõſtellationibus. Apud medicos, ſi vna medicina poteſt eſſe à pluribus medicis & materijs. Apud legiſtas, ſi vna ſentẽtia eſt à pluribus Doctoribus. Apud theologos, ſi plures Angeli ſunt in eodẽ loco, & ſi plures baptizant vnũ, & ſi plures Sacerdotes cõſecrant eandẽ hoſtiã, & plures aiæ patiuntur eandem paſſionẽ, vel habent eandẽ beatitudinẽ; & ſi Spiritus ſanctus producitur à patre & filio, veluti à duabus cauſis particularibus, vel totalibus. Quæ oĩa quęre apud proprios artifices, ne mittamus falcẽ in meſſẽ alienã.

Numquam eadem conſtellatio redibit.

Solutio plurium difficultatum.

Vide S. Th. 3. p. q. 82. & 1. p. q. 36. ar. 4.

Differunt autem eo quòd agentes quidem, & ſingulares ſimul ſunt, &c. Tex. 2. A

Vtrum cauſa particularis in actu ſit ſimul cum effectu, vel non ſit.

Dilucidatio tertia.

Doctrina Neotericorũ de fundamẽtis cauſarũ.

CVi reſpondent Aliqui aſſerendo tria, quorum primum eſt, quòd illa differentia inter cauſas in actu, & in potentia reſpectu effectuum proportionabiliter acceptorum, non eſt accipienda quantum ad ipſas relationes cauſæ ad effectum, quia ſic ſimul eſt cauſa in potentia, & effectus in potentia, ſicut cauſa in actu, & effectus in actu: nam omnia hæc referũtur vno genere relatiuorum, ſcilicet ſecundo modo. Sed veritas huius dicti accipienda eſt B in fundamentis relationum, vt ſit ſenſus, quòd relatio cauſæ in actu, & effectus in actu non poſſunt fundari niſi in ente in actu; & ideo ſicut relationes ſimul ſunt & non ſunt, ita & fundamenta earum; ſed relationes cauſæ in potentia, & effectus in potentia, non requirunt fundamenta in actu: & ideo non oportet fundamenta eorum ſimul eſſe, licet relationes ſimul ſint: nam ſi relatio cauſæ in potentia fundaretur in ente in actu; ſicut iſta ædificator eſt, non oportet relationem effectus in potentia ſibi correſpondentem fundari in aliquo ente in actu: non enim oportet ſimul exiſtere ędificatorem & ædificabile, quia ędificabile poteſt fundari in ente in potentia.

Secundum eſt, quod dicunt, quòd illa differentia non eſt intelligenda de fundamentis relationum, inquantum fundamenta ſunt, quia ſicut vtræque relationes ſimul ſunt, ita & fundamẽta ſimul ſunt, ideſt in actu ſunt inquantum fundamenta, hoc eſt actu ſunt ſub illis relationibus; ſed eſt intelligenda de fundamentis comparatis ad exiſtẽtiam; quia in cauſa & effectu in actu, ſi vnum fundamentum exiſtit in actu, & aliud, non ſic de cauſa & effectu in potentia.

Tertio dicunt, quòd illa differentia non eſt intelligenda de fundamentis abſolute acceptis, C ſed ſub relationibus: non enim ſequitur quòd ſi vnum fundamentum exiſtit, ſcilicet cauſę in actu, quòd fundamentum effectus in actu exiſtat; quia fundamentum abſolute exiſtere poteſt in actu ſine relatione: ſed ſi fundamentum cauſæ in actu eſt ſub relatione in actu, fundamentum relationis effectus in actu exiſtit ſub relatione in actu. Et ex his concludunt, quòd differentia ſic eſt accipienda hinc inde; non quidem inter relationes, quia ſic vtrique neceſſario ſimul ſunt, nec inter fundamenta relationum inquantum fundamenta; quia etiam illa vtrique neceſſario ſimul ſunt, cum ſine illis vt ſic non ſint relationes; nec inter ea, quę ſunt fundamenta ſecundum ſe conſiderata, quia ſic neutrobique neceſſario ſunt ſimul in actu, nec neceſſario ſimul in potentia; ſed intelligitur differentia de fundamentis actu exiſtentibus ſub relationibus comparatis ad exiſtentiam non abſolute, ſed ad exiſtentiam ſub relationibus, vt ſit ſenſus, quòd ſi eſt cauſa in actu, illa relatio eſt in actu: ergo neceſſe eſt aliquid exiſtere, in quo fundetur relatio cauſæ in actu, & effectus in actu: ſed ſi eſt cauſa in potentia ſicut ędificator, non oportet aliquod ens in actu eſſe, in quo fundetur illa relatio in potentia; ſed ſufficit habere aliquod fundamentum, ſcilicet ens in potentia. Hæc illi. D

Reſolutio quæ ſit ſecundũ quoſdam Recentiores.

Reprobatur opinio Recẽtiorum.

Sed maxime errant, quia quęro ego, quid intelligunt per relationem actualẽ, aut reſpectum, quo denominatur actu relatiuum; aut per relationẽ actualem intelligũt ipſum agere in agente, & ipſum pati, ſiue ipſum fieri in paſſo; ſed neutro modo eſſe poteſt: ergo &c. non primo, quia relatio cauſæ in potentia eſt reſpectus actualis, & reſpectus cauſatus in potẽtia adhuc eſt actualis, cum vterque recipiat prædicationem relationis actualiter, & per vnumquenque illorum reſpectuum fundamentum eorum denominatur actu relatiuum: nec ſecundo quia hoc ipſi impugnant, & ſic implicarent in obiecto, affirmando quod reprobant, agens enim in actu ſimul eſt, & non eſt cum ſuo fieri, ſupra quod immediate cadit eius cauſalitas. Pręterea per determinationem, quam iſti amplectuntur, non apparet quare potius Ariſt. protulit propoſitionem hanc de cauſa in actu & in particulari, quàm de cauſa in actu & in vniuerſali, quia vtręque cauſæ ſub relationibus actualibus ſimul ſunt & non ſunt. Pręterea adhuc ſequeretur Ariſt. non eſſe ordinatum, ſed potius confuſiſſimum, cum non adhuc verba fecerit de relationibus, ſed reſeruauerit ſibi hoc infra.

Tex 10.

Relicto igitur hoc errore iſtorum, elicienda eſt veritas ex fundamentis S. Thomæ, qui tractans

A ctans quæſitum illud 1.p.num creaturę indigeant conſeruari à Deo, habet quòd aliquid con- q.104. art.1.
ſeruatur ab aliquo dupliciter. Vno modo indirecte & per accidens, ſicut ille dicitur rem con- Res bifariã
ſeruare, qui remouet corrumpens, puta ſi aliquis puerum cuſtodiat, ne cadat in ignem, dicitur cõſeruari po
eum conſeruare, & ſic dicitur Deus conſeruare aliqua, ſed non omnia; quia quædam ſunt, quę teſt ab ali-
non habent corrumpentia, quæ neceſſe ſit remouere ad rei conſeruationem. Alio modo dici- quo;
tur aliquid rem aliquam conſeruare per ſe & directe, quando ſcilicet illud, quod conſeruatur,
dependet à conſeruante, vt ſine eo eſſe non poſſit: & hoc modo omnes creaturæ indigent diui-
na conſeruatione: dependet enim eſſe cuiuslibet creaturæ à Deo, itaquòd nec ad momentum
ſubſiſtere poſſet, ſed in nihilum redigeretur, niſi operatione diuinæ virtutis conſeruaretur
in eſſe. Addit etiam, quòd omnis effectus dependet à ſua cauſa, ſecundum quòd eſt cauſa eius;
verum aliquod agens eſt, quod eſt cauſa ſui effectus ſecundum fieri tantum, & non directe ſe-
cundum eſſe eius, quod quidem conuenit & in artificialibus & in rebus naturalibus: ædifica-
tor enim eſt cauſa domus quantum ad eius fieri, non autem directe quantum ad eſſe eius: ma-
nifeſtum enim eſt, quòd eſſe domus conſequitur formam eius; forma autem domus eſt com- Forma do-
B poſitio & ordo, quæ quidem forma conſequitur naturalem virtutem quarundam rerum: ſicut mus quæ ſit.
enim coquus coquit cibum adhibendo aliquam virtutem naturalem actiuam, ſcilicet ignẽ; ita
ædificator facit domum adhibendo cæmentum, lapides, & ligna, quæ ſunt ſuſceptiua & conſer-
uatiua talis compoſitionis & ordinis: vnde eſſe domus dependet ex actione ædificatoris, & ſi-
mili ratione eſt conſiderandum in rebus naturalibus; quia ſi aliquod agens non eſt cauſa for-
mę inquantum huiuſmodi, non erit per ſe cauſa eſſe, quod conſequitur ad talem formam; ſed
erit cauſa effectus ſecundum fieri tantum: manifeſtum eſt autem, quòd ſi aliqua duo ſunt eiuſ- Nulla res eſt
dem ſpeciei, vnum non poteſt eſſe per ſe cauſa formæ alterius, inquantum eſt talis forma, quia cauſa ſuę ꝓ
ſic eſſet cauſa formæ propriæ, cum ſit eadem ratio vtriuſque, ſed poteſt eſſe cauſa huiuſmodi prię formæ.
formæ ſecundum quòd eſt in materia, ideſt quòd hæc materia acquirat hanc formam, & hoc
eſt eſſe cauſa ſecundum fieri; ſicut cum homo generat hominem, & ignis ignem, & ideo quan-
docunque naturalis effectus eſt natus impreſſionem agentis recipere ſecundum eandem ra-
tionem, ſecundum quam eſt in agente, tunc fieri dependet ab agente, non autem eſſe eius; ſed
aliquando effectus non eſt natus recipere impreſſionem agentis ſecundum eandem rationem,
C ſecundum quam eſt in agente, ſicut patet in omnibus agentibus, quę non agunt ſimile ſecun-
dum ſpeciem, ſicut cæleſtia corpora ſunt cauſa generationis inferiorum corporum diſſimilium
ſecundum ſpeciem, & tale agens poteſt eſſe cauſa formæ ſecundum rationem talis formæ, &
non ſolum ſecundum quod acquiritur in hac materia, & ideo eſt cauſa non ſolum in fieri; ſed
in eſſe; ſicuti igitur fieri rei non poteſt remanere ceſſante actione agentis, quod eſt cauſa effe-
ctus ſecundum fieri, ita nec eſſe rei poteſt remanere ceſſante actione agentis, quod eſt cauſa ef-
fectus, non ſolum ſecundum fieri, ſed etiam ſecundum eſſe, & hęc eſt ratio quare aqua calefa- Cur aqua re
cta retinet calorem ceſſante actione ignis, non autem remanet aer illuminatus, nec ad momen- tinet calorẽ
tum ceſſante actione ſolis: quia ſcilicet materia aquæ ſuſceptiua eſt caloris ignis ſecundum ean ceſſãte actio
dem rationem, qua eſt in igne; vnde ſi perfecte producatur ad formam ignis, retinebit calorem ne ignis.
ſemper, ſi autem imperfecte participet aliquid de forma ignis, ſecundum quandam inchoatio-
nem; calor non ſemper remanebit, ſed ad tempus propter debilem participationem principij
caloris: aer autem nullo modo natus eſt recipere lumen ſecundum eandem rationem, ſecundũ
quam eſt in ſole, vt ſcilicet recipiat formam ſolis, quæ eſt principium luminis, & ideo quia nõ
D habet radicem in aere, ſtatim ceſſat lumen ceſſante actione ſolis.

Notandum ſecundo, quòd cauſarum quædam eſt prior, ſeu vniuerſalis, vt artifex; quædam
eſt poſterior, & particularis, vt medicus. Rurſus cauſarum alia eſt per ſe; vt ſtatuarius dicitur Cauſarum
per ſe cauſa ſtatuæ: alia per accidens, vt Policletus eſt cauſa per accidens ipſius ſtatuæ. Tertio alia ꝑ ſe alia
cauſarum quędam eſt in actu, vt ædificans eſt cauſa in actu ipſius domus; alia eſt cauſa in poten per accidẽs.
tia, vt ædificator eſt cauſa domus in potentia. Iterum cauſarum quædam eſt complexa, vt Po
licletus ſtatuæ factor eſt cauſa complexa ipſius ſtatuæ, quædam eſt incomplexa, vt ſtatuę fa-
ctor. Ex his concludo, quòd ſex ſunt modi cauſarum, ſcilicet vniuerſalis & particularis; per ſe
& per accidens; incomplexum & complexum; & quilibet iſtorum diuiditur per actum & po-
tentiam, & ſic ſunt duodecim.

Notandum tertio, quòd cauſa particularis eſt cauſa particularizata, & contracta per particu Cauſa parti
larem cauſationem, quę, ſi ſit in potentia, dicit reſpectum potentialem, vel aptitudinalem ad cularis q̃ ſit
effectum, vt ędificator & lector: ſi vero ſit cauſa in actu, dicit reſpectum actualem ad cauſatũ,
vt ędificans & legens. Similiter eſt diſtinguendum de effectu, quia datur effectus, qui dicit
reſpectum potentialem & ad cauſam, vt ædificabile ad ędificaturam: & datur effectus, qui di-
cit reſpe-

cir reſpectum actualem ad cauſam, vt ædificatum ad ædificantem. A

Simultas naturæ quę ſit.

Cap. de ad aliquid.

Cauſa efficiens habet duplicẽ effectum.

Nota qnarto, quòd ſimultas, de qua eſt ſermo præſens, eſt ſimultas naturæ, de qua ſcribitur in prædicamentis, quòd vno extremorum poſito, ponitur & alterum, & vno remoto remouetur & aliud. Ex his dictis S. Thomæ, ſuſcepit Ægidius Romanus, tanquàm verus diſcipulus eius, quòd cauſa efficiens per motum habet duplicem effectum: vnum immediatum, ſcilicet ipſum fieri: alium mediatum, ſcilicet ipſum factum eſſe, quibus ſtantibus verificat propoſitionẽ, quòd poſita cauſa ponitur effectus, iſta propoſitio ſemper eſt vera de cauſa in actu & de effectu immediato, ſcilicet ipſo fieri, & ſic declaratur, quia quando cauſa eſt in actu, tunc mouet, & quando mouet, tunc ipſum fieri eſt in mobili; & ideo ſimul ſunt cauſa mouens, & ipſum fieri, ſiue moueri: ſed non eſt vera iſta propoſitio de cauſa in actu & effectu mediato; quia ſtante hoc ſequeretur, quòd omnia euenirent de neceſſitate, ſuppoſita illa alia propoſitione, quæ ponitur 6. huius, quòd omnia haberent cauſas per ſe, & ſic deducitur: ſit aliquid agendum tertia die, & vocetur A. ſi A. fiet ab aliqua cauſa per ſe, ſit illa cauſa B. habeat aliam cauſam C. & ſic reducẽdo ad aliquid, qnod nunc eſt & ſit D. quod eſt cauſa ipſius C. tunc ſic, ſi D. eſt cauſa in actu, eſt cauſa neceſſaria, & ipſum C. eſt neceſſario in actu ex hypotheſi: & ſi C. ergo B. & ſi B. B ergo A. ergo omnia neceſſario euenirent: ſic arguit Philoſophus 6. huius, vnde iſtę duæ propoſitiones non ſunt ſimul veræ, ſcilicet quòd cuiuſlibet fiendi detur aliqua per ſe cauſa, & quòd poſita cauſa in actu, neceſſarium ſit ponere effectum in actu: nam ex his duabus propoſitionibus, ſequitur concluſio impoſſibilis modo prædicto, quòd omnia erunt de neceſſitate non propter primam propoſitionem, quia conceſſa illa tanquàm vera, adhuc concluſio ſequeretur propter ſecundam: ergo ſecunda eſt impoſſibilis. Similiter cauſa in potentia non oportet, quòd ſit ſimul cum effectu; ratio eſt, quia cauſa in potẽtia eſt prior effectu, nam poteſt eſſe ſine eo. Niſi dicamus, quòd poſita cauſa in potentia, ponitur etiam effectus in potentia, & ſic eſt vniuerſaliter vera iſta propoſitio, poſita cauſa ponitur effectus, & remota remouetur, ſcilicet eo modo, quo ponitur, eo modo remouetur: nam ſi ponitur cauſa in actu, ponitur effectus in actu, ſi ponitur canſa in potentia, ponitur effectus etiam in potentia: poſito ædificatore ponitur ædificabile, poſito ædificante ponitur ædificatum.

Tex. 7.

Tex. 7.

Dilucidatio quæſiti.

Sed contra hæc dicta arguunt Aduerſarij tripliciter; & primo quòd ratio facta de effectu immediato concludit etiam de effectu mediato; nam data prima propoſitione; ſcilicet quòd C cuiuſlibet fiendi eſt date aliquam cauſam per ſe, ſi hnic apponatur alia, quę conceditur, ſcilicet quòd poſita cauſa particulari in actu, ponitur effectus in actu, ex iſtis duabus propoſitionibus ſequitur, quòd omnia eueniunt de neceſſitate: probatur conſequentia, arguendo vt argumentatus eſt Ægidius, quia D. exiſtente in actu, neceſſe eſt C. fieri, & ex C. neceſſe eſt fieri B. & ex B. neceſſe eſt fieri A. & ſic omnia futura neceſſario euenient, quod ne dum eſt contra theologos, ſed etiam contra philoſophos.

Datur cauſa quę agit ſine motu.

Agẽs per voluntatẽ agit contingẽter ſecundũ aliquos.

Præterea arguunt ſecundo contra illud dictum, quòd cauſa particularis & effectus immediatus ſunt ſimul, qnia ſtante veritate iſtius dicti, cum multę ſint cauſæ, quæ agunt non per motum; ſequitur qnòd omnia producibilia à talibus cauſis neceſſario eueniunt, quod eſt expreſſe falſum; qnia poſſunt illa contingenter cauſare, ſicut cauſæ agentes per motum, & magis contingenter, vt patet de agente per voluntatem, qui contingenter ſe habet ad effectum ſuum, magis quàm ignis, qui agit per motum: conſequentia probatur, quia cauſa particulari exiſtente in actu, neceſſe eſt effectum eſſe; ſed voluntas eſt cauſa particularis: ergo effectus ab ea productus erit neceſſarius, quod tamen eſt falſum: propterea non valet ratio addncta ab Ægidio, dicunt D Aduerſarij: ſed eſt ibi fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter, conceditur enim, quòd quando cauſa in actu cauſat, neceſſario ſequitur, quòd effectus eſt in actu; ſi antem inferas; ergo neceſſario eſt effectus, non valet, quia cauſa eſt in actu contingenter, vnde iſta conſequentia non valet, effectus neceſſario neceſſitate conſeqnentiæ eſt in actu, ſi cauſa ſit in actu; ergo effectus neceſſario eſt; niſi poneretur, quòd eſſet cauſa neceſſario in actu; nunquàm enim ex neceſſitate antecedentis ſequitur neceſſitas conſequentis, niſi antecedens ſit neceſſarium, ſed non eſt ita in propoſito, ſi ſit cauſa in actu contingenter.

Arguunt & tertio contra illud dictum, quòd efficiens in potentia non eſt ſimul cum effectu in potentia; quia cauſa in potentia & effectus in potentia referuntur ſecundo modo relatiuorum, inter quæ eſt mutua dependentia 5. huius: ergo ſimul ſunt & non ſunt.

Tex. 10.

Soluuntur rationes Aduerſariorũ.

Sed (pace horum dixerim) male carpunt doctrinam ſupradictam, & rationes adductę ſunt nullius momenti. Et ad primam negatur conſequentia, & ad probationem negatur ſimilitudo de canſa in actu comparata ad fieri, & non factum eſſe, vnde ratio optime procedit; conſeqnẽtia probabatur, quòd ſi cauſa eſt in actu, & eſt cauſa neceſſaria; ſequitur quòd effectus ſit in

actu;

A actu, & neceſſario, & conſequenter omnia neceſſario eueniant: nam cauſæ naturales ex neceſſitate inferunt ſuum effectum, & præcipue cauſæ naturales vltimatę diſpoſitæ, cum neceſſario agant, & non poſſint non agere deducto impedimento: totus enim ordo cauſarum naturalium cuiuſcunque naturalis effectus eſt neceſſarius; ergo & effectus, qui ſequitur, licet ſit contingens ſecundum quid, ſcilicet in ordine ad vnam cauſam tantum, quatenus illa poteſt impediri; non tamen in ordine ad omnes eius cauſas: non autem ſequitur proceſſus conſimilis de cauſa particulari in actu reſpectu facti eſſe; quia licet D. exiſtente in actu, neceſſe ſit C. fieri in ordine ad omnes cauſas: tamen vel propter indiſpoſitionem materię, vel propter agentem habentem actionem liberam, vt ait S. Thomas 6. huius, non repugnat effectum aliquem poſſe fieri, & tamen non fore propter aliquod impedimentum; effectus nanque neceſſarij & contingentes non conſiderantur ex cauſa remota, ſed ex cauſa propinqua, quę ſi non eſt impedibilis, effectus eſt neceſſarius, & ſi eſt impedibilis, non erit neceſſarius.

Cauſæ naturales neceſſario operãtur.

Lectione 3.

Ad ſecundum dicitur, Ægidium intellexiſſe ſolum de cauſis mere naturalibus diſtinctis ab agentibus liberis. Ad tertium dicitur, quòd licet cauſa in potentia in eſſe relatiuo ſimul ſit, &
B no ſit cum ſuo effectu in potentia; non tamen ſumendo cauſam in potentia pro ſubſtrato abſoluto, vt ædificatorem & ędificabile, tanquàm effectum in potentia in eſſe abſoluto, & ſecundum hoc intelligitur dictum illud, cauſa in potentia eſt prior effectu, & poteſt eſſe ſine illo; & verificatur illud aliud, quòd poſita cauſa ponitur effectus eo modo, quo ponitur ipſa cauſa, quia relatiua ſimul ſunt & non ſunt, vt habetur in prædicamentis; ſed cauſa in potentia & effectus in potentia referuntur ſecundo modo relatiuorum, vt dictum eſt, ſicut calefactum & calefactibile, in quo modo eſt mutua & eſſentialis dependentia, ſicut in primo, & per hoc diſtinguuntur à tertio modo; ergo cauſa in potentia, & effectus in potentia ſimul ſunt & non ſunt, quod eſt verum pro eſſe relatiuo non pro eſſe abſoluto. Et ſi quis quæreret, cur Ariſt. aſſignauit propoſitionem de cauſa particulari, & non de cauſa vniuerſali. Facilis eſt reſpõſio, noluit enim aſſignare propoſitionem de cauſa vniuerſali ſecundum prędicationem, quia illa nõ cauſat niſi per accidens, id eſt ratione cauſæ particularis.

Cap. de Ad aliquid.

Cauſa vniuerſalis quõo cauſat.

Ex iſtis ſoluuntur argumenta principalia, & primum eſt, quia ſtante veritate propoſitionis, ꝙ poſita cauſa in actu ponitur effectus: ponitur alia propoſitio, ꝙ Deus ab æterno eſt cauſa in
C actu, vt ſcribitur 12. huius; igitur aliquis effectus ab æterno fuit quod eſt falſiſſimũ. Et ſi dicis ꝙ Deus prius fuit cauſa in potentia, & poſtea in actu. Contra, ergo ſequitur mutatio in Deo, contra philoſophos & theologos, vt habetur 1. p. Ad quod dicunt aliqui, quòd Deus ſemper fuit, non tamen ſemper fuit in actu, & quando dicitur; ergo eſſet mutatio in Deo, dicunt hoc non valere; quia agens voluntarium, ſicuti eſt Deus voluntate antiqua non mutata poteſt cauſare quando ſibi placet ſine mutatione: datur hoc exemplum; ſi ego determino me velle ſedere cras, ſine mutatione voluntatis meæ poſſum ſedere cras; ſimiliter de Deo, quia quicquid facit, vel facturus eſt, ſciuit & voluit ſe facturum voluntate antiqua & ab æterno, & ideo facit quicquid facit ſine mutatione ſui, facta ſolum mutatione ex parte effectus.

Tex. 38.

queſt. 9. ar. 2.

Male ſentiũt Aliqui de Deo.

Sed in hac reſponſione ponitur vnum irrationabiliter dictum, quòd Deus ab æterno non fuit cauſa in actu, ſed in potentia; & ſic ſequeretur ꝙ quando fuit cauſa in actu, tunc ſuſceperit aliquam perfectionem ab effectu; & ideo dicendum, quòd Deus ab ęterno fuit cauſa in actu. Verum attende, quòd Deum eſſe cauſam in actu poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſecundum quòd actio ipſius Dei ponit aliquid in agente. Alio modo ſecundum quod infert ex ſe
D paſſionem vel effectum. Primo modo Deus eſt cauſa in actu ab æterno, non autem cauſa in potentia. Propterea ob ſecundum non ſequitur, quòd mundus fuerit ab ęterno. Hinc ait S. Thomas, quòd Deus ab æterno fuit ſufficiens cauſa mundi, non tamen ponitur mundus ab æterno productus, niſi ſecundum quod erat in prædefinitione ſuæ voluntatis, vt ſcilicet habeat eſſe poſt non eſſe, vt manifeſtius declaret ſuum auctorem Deum opt. maximum 1. p.

Deus ab ęterno fuit ſufficiens cauſa mundi.

q. 46. art. 1.

Prętereа ſcitum in actu, eſt cauſa ſcientiæ in actu; ſed ſcitum in actu, poteſt eſſe ſine ſcientia: ergo cauſa in actu poteſt eſſe ſine effectu in actu: probatur minor, quia referuntur tertio modo relatiuorum, vbi non eſt eſſentialis ordo, nec mutua dependentia, quia ſcientia dependet à ſcito, tanquàm ab obiecto, & non econtra. Pro ſolutione iſtius eſt ſciendum, quòd ſcibile ſecundum ſe, & eſſentialiter refertur ad ſcientiam in potentia; & ſcientia in potentia & ſcibile ſimul ſunt & non ſunt, nec accidit ipſi ſcibili, quòd ſciatur in potentia, licet accidat rebus, puta lapidi & ligno: ſicut Ioanni accidit quòd ſit pater & Dominus, non tamen accidit patri, quòd ſit pater: nec Domino, quòd ſit Dominus. Vnde ſicut ſcientia in potentia eſſentialiter dependet à ſcibili, ita econuerſo, & ſcientia in actu dependet à ſcito in actu, & econtra, & quando dicitur, quòd accidit ſcibili, quòd ſciatur, eſt intelligendum de re ſubiecta, ſcilicet de lapide,

Scibile ĩ potentia quomodo referatur ad ſcientiam.

vel ligno,

vel ligno: vnde in prædicamentis dicitur, quòd ſcibile & ſcientia ſunt ſimul natura, & dicuntur ad conuertentiam: quando bene aſſignátur, .ſ. referendo ſcibile ad ſcitiuum, & ſciens ad ſcitum in actu. Nunc ad formam rationis dicitur, quòd non poteſt eſſe ſcitum in actu ſecundum denominationem, quin ſit ſcientia in actu ſecundum denominationem, licet poſſit eſſe res, vt dictum eſt. A

Tertium argumentum quoque ſoluitur, quòd prius poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori, & ex conſequenti non ſunt ſimul; ſed mouens naturaliter eſt prius ipſo motu; & eſt eius cauſa: igitur cauſa in actu poteſt eſſe ſine ſuo effectu in actu. Ad hoc dicitur quòd mouens, motus, & ſubiectum motum dupliciter conſiderari poſſunt. Primo formaliter, & ſic ſunt ſimul natura, cum ſint relatiua, ſicut vniuerſaliter cauſa & cauſatum, pater & filius. Secundo poſſunt conſiderari materialiter pro rebus ipſis, & ſic vnum eſt prius altero: vnde illa ſubſtantia, quæ eſt mouens, eſt prior ſubſtantia, quę mouetur à mouente, ſicuti ſenſus & ſenſibile ſunt etiam relatiua, & tamen ſenſibile poteſt eſse prius ſenſu, vt habet Philoſophus in prædicamentis: concludit igitur argumentum ſecundo modo; non autem primo.

Subiectum motum bifariam conſideratur.

Cap. de qualitate.

Vltimum argumentum ſoluitur, quia ſtante veritate propoſitionis, quòd poſita cauſa particulari in actu, ponitur effectus, ſequitur quòd in principio motus ceſsat motus, quod eſt falſiſſimum: igitur falſa eſt propſitio poſita: conſequentia probatur, quia vt ſcribitur 1. de generatione præſentibus habitibus ceſsat motus, nunc ſic, accipiatur aliquod efficiens per motum, clarum eſt quòd in principio motus eſt efficiens in actu: ergo & effectus erit in actu; ſed exiſtente effectu in actu ceſsat motus: ergo ceſsat in principio à primo ad vltimum. Ad hoc eſt neganda conſequentia, & ad probationem dicitur, quòd eo modo, quo agens per motum eſt in actu, effectus eſt in actu; ſed dum motus eſt efficiens non eſt cauſa in actu ipſius facti eſse, niſi vſque ad vltimum inſtans, accipiendo tamen effectum reſpectu cuius eſt mouens actu, ille effectus eſt in actu, ſcilicet ipſum fieri, quia ſcilicet dum mouet non eſt cauſa in actu, niſi ipſius fieri, ſed in vltimo inſtanti eſt cauſa in actu facti eſse, & tunc cauſa & effectus ſunt ſimul in actu; vnde ſi cauſa eſt in actu in fieri, ſimul erit effectus in fieri, ſi eſt in actu in facto eſse, erit ſimul effectus in facto eſſe. Et ad auctoritatem Ariſtotelis dicitur, quòd pręſentibus habitibus in facto eſſe, ceſſat motus, hoc autem eſt in fine motus, non autem in principio, ex quibus patet veritas quæſiti, & ſolutio dubiorum. B C

Tex. 55.

Præſentibus habitib⁹ ceſſat mot⁹ quō intelligitur.

Et eſt in ea exiſtenter indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem, &c. Tex. 4.

Num materia prima ſit elementum.

Dilucidatio quarta.

Definitio elementi q̃ ſit.

HÆc diſputatio tractatur hic, tū propter verba Ariſt. in hoc textu in quibus videtur aſſerere materiam primam eſse elementum, qñ dicit, quòd elementum dicitur, ex quo componitur primo inexiſtenti indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem, vt vocis elementa, ex quibus componitur vox, quę definitio videtur competere materiæ primę, idcirco materia prima videtur eſse proprie elementum, nam ex ipſa fiunt res naturales, ex ipſa quoque res naturales componuntur primo; ex elementis enim quaſi ſecũdario componuntur, ipſa quoque materia exiſtit intrinſece in rebus naturalibus, propter quod differt materia ab ipſa priuatione, & contrario: eſt etiam indiuiſibilis ſecundum ſpeciem, quia nullam habet ſpeciem, & formam, in quam diuidi poſsit, propter quod differt materia ipſa à quatuor elemẽtis, quę quidem diuiſibilia ſunt in partes alterius rationis, ſaltem in materiam & formam: ideo propter verba Ariſt. materia proprie, & magis proprie dicitur elementum, quàm illa quatuor ſimplicia corpora. D

Hęc etiam diſputatio pertractatur hic propter verba Auerro. qui ait: quòd verum elementum eſt commune omnibus compoſitis, quòd eſt primum, ex quo componuntur omnia, & eſt inexiſtens in vnoquoque eorum, & in quod diſsoluuntur omnia, & iſtud elementum debet eſ-

ſe cauſa

A ſe cauſa aliorum elementorum,& hoc,quod dixit,eſt prima materia : hoc idem habet 10.huius, vbi dicit,quòd quatuor prima corpora ſunt elementa compoſitorum , ſed materia prima eſt veriſſime elementum:ergo &c.idem 3.cęli: idem 2.de generatione.S.Tho.quoque 1.cæli ait, quòd elementa large nominat quæcunque ſimplicia corpora ad differentiam materiæ primæ,quæ eſt elementum,non tamen corporale,ſed abſque omni forma, prout in ſe conſideratur:ex quibus verbis moti ſunt quidam Thomiſtæ,vt Verſorius,& Paulus Soncinas ad ſubſtinendum S.Thomam non diſcordare à doctrina Auerr.in hac parte;& ratio eſt , quia quando aliquod prædicatum vniuocum conuenit cauſæ & cauſato,prius conuenit cauſæ,quàm cauſato,vt ſcripſit Ariſt.2.huius,ſed eſſe elemenmm & ſubſtare , conuenit corporibus ſimplicibus, & materiæ primæ,& alijs omnibus conuenit per materiam primam,vt per cauſam ; quia corporibus mixtis competit ſubſtare per corpora ſimplicia , & corporibus ſimplicibus competit per materiam primam:ergo prius eſſe elementum conuenit materię ſecundum ordinem naturalem : de corporibus vero ſimplicibus dicitur primo elementum ſecundum impoſitionem vocabuli;quia ſunt nobis notiora: propterea famoſe dicuntur elementa , ſed vere & proprie

B elementum dicitur de materia prima , vt dictum eſt .

Tex.2. Tex.31. Cap.6. Tex.91. Tex.4.

Corpora ſimplicia famoſe dicuntur elementa.

Sed in expoſitione iſtius textus S.Tho.ex profeſſo negat materiã primã eſſe elementum,& hoc rationabiliter:ait enim Philoſophus quatuor eſſe de ratione elementi, quorũ primum eſt, ꝙ ſit in genere cauſæ materialis: propterea dicitur elementum ex quo , quia habitudo cauſarum intrinſecarũ denotatur per hãc propoſitionem,ex:dicitur enim,ꝙ homo componitur ex corpore & anima,habitudo vero cauſarum extrinſecarum denotatur per hanc propoſitionem ab, vel ad : vnde dicitur homo generari ab homine ,& deambulatio ordinari ad ſanitatem. Secundum vero,quod eſt de ratione elementi,eſt vt ſit id,ex quo primo componatur aliquid, & per hoc differt elementum à materia proxima,inde cuprum nõ eſt elementum ſtatuæ: quoniam cuprum habet aliam materiam , ex qua ipſum fit ; nec corpus inſtrumentarium eſt elementum animalis,quia eo adhuc eſt alia materia prior. Tertium quod eſt de ratione elementi;eſt vt inſit & remaneat,& intrinſecum ſit rebus mixtis, & per hoc differt à materia alterationis,qualis eſt alimentum,ex quo generatur ſanguis, & ab ipſo contrario ,& priuatione : ex vnoquoque enim horum aliquid primo fit,ſed nullum horum ineſt in re ipſa facta. Quartum

Quatuor sũt de ratiõe elementi.

C eſt de ratione elementi,quòd habeat aliquam ſpeciem , quæ non diuidatur in aliam ſpeciem; & per hóc quartum differt elementum à materia prima,quæ nullam habet ſpeciem, & ab omnibus materijs,quæ in diuerſas materias reſolui poſſunt,ſicut ſanguis & huiuſmodi: vnde de mente S.Thomæ materia prima nullo modo dicitur elementum , & hæc interpretatio eſt expreſſa intentio Alexãdri, quamquàm S.Thomas non habuerit ipſum;ait enim Alexander,elementum nequit diuidi in alias & diuerſas ſpecies:neque enim ignis,aut corpus aliud ſimplex in diuerſa ſpecie diuiditur;& ſi diuiditur elementum,diuiditur vtique in partes eiuſdem rationis .. Ex hoc patet reprehenſibilem eſſe quendam Doctorem hic,cuius ſtudium fuit ſemper contradicere S.Thomæ , ipſe enim interpretando hanc particulam ait, quòd elementum debet eſſe vnius rationis indiuiſibilis in partes alterius rationis, & per hoc diſtinguitur à toto etherogeneo. Ex quibus colligit etiam ipſe,quòd iſta ratio elemẽti proprie competit materiæ primæ,vt patet diſcurrenti per ſingulas particulas: vnde male dicit quidam expoſitor,qui materiam primam aſſerit eſſe remotam ab hac ratione elementi, ex hoc quòd dicitur elementum eſſe indiuiſibile ſpecie,ideò inquit,cum materia non ſit in ſpecie , non eſt proprie elementũ.

Reprehenditur quidam Doctor.

D Sed hoc non valet ; quia æquiuocat de ſpecie ; non enim loquitur hic Philoſophus de ſpecie, quæ dicitur eſſe generis,ſic enim materia non eſt in genere vel in ſpecie,niſi per reductionem, ſed accipit ſpeciem pro ſubſtantiali & ratione formali,& hoc modo materia prima eſt indiuiſibilis;quia eius ſubſtantia non eſt reſolubilis in partes alterius rationis .

Concludit vlterius,quòd hæc ratio elementi non conuenit primo quatuor corporibus vocatis elementis;quia illa corpora puta ignis,aer,aqua,&c.ſunt reſolubilia in materiam & formam,quæ ſunt alterius rationis,vt patet 1.phyſicorum;hinc Philoſophus non vocat illa quatuor corpora elementa ſimpliciter, ſed quia antiqui vocabant illa eſſe elementa;ideo ait, vocata elementa,& parum infra mouet dubium,quomodo litera ſit diuiſibilis ſecundum Ariſt. & ponit primo expoſitionem S.Thomæ dicens,quòd à quodam expoſitore dicitur , quòd litera in prolatione eſt diuiſibilis ſecundùm tempora, quatenus litera longa habet duo tẽpora , breuis aũt vnum,& hoc modo particulę,in quas litera diuideretur eſſent vnius rationis ſpecificæ.Sed arguit contra iſtum expoſitorẽ citatum in margine eius libri à Mauritio eſſe Thomã, quia ſecundum grammaticos diuiſio in tẽpora, ſiue habere duo tempora,vel vnum,non competit literę,ſed ſyllabæ:non enim dicitur vna litera longa alia breuis,inquantum litera eſt,ſed

Tex.48.

Expoſitor anthonomaſice intelligitur S. Tho. à Mauritio.

ſi ſic, hoc eſt vt litera per ſe facit ſyllabam, & accentum, competit autem ſyllabæ per ſe, tum A
quia eſt quòd ita eſſet, adhuc non eſſet ad mentem Philoſophi; quia tempus cum ſit menſura extrinſeca prolationis literę vel ſyllabę, nec litera nec ſyllaba poteſt diuidi in tempora, vt in particulas habentes rationem elementi: nam elementum eſt inexiſtens. Subdit poſtea ſuam interpretationem dicẽs, quòd litera eſt ſimpliciter indiuiſibilis in alias voces, nec habet quoad hoc rationem elementi. Sciendum tamen, quòd aliquando bene arguitur; & oſtenditur veritas alicuius non ſolum ex poſitione poſſibilis, ſed etiam impoſſibilis, exemplum, impoſſibile eſt hominem non eſſe riſibilem, ſed illo poſito adhuc eſſet verum, quòd homo eſſet rationalis, quia homo non eſſet non rationalis per non eſſe riſibile, ſed magis forte econuerſo: hũc modum loquendi ſeruat hic Ariſt. cum dicit, quòd ſi literæ diuiderentur (ſupponẽdo impoſſibile) illæ particulę literarum eſſent conformes vnius rationis ſpecificę, quod non poteſt dici de ſyllaba, ſicut patet.

Dilucidatio quæſiti. Sed pro dilucidatione veritatis eſt notandum primo, quòd de elementis duplex contemplatio haberi poteſt. Prima erit conſiderando ipſa, vt ſunt principia rerum mobilium, & ſic conſideratio de elementis ſpectat ad phyſicum. Secunda contemplatio poteſt eſſe de elementis B
De natura cõſiderat metaphy. vt ſunt principia ſubſtantiarum per ſe exiſtentium, & ſic metaphyſicus habet conſiderare de elementis; vt ait Auerro. de natura, quę, prout eſt principium motus, ſpectat ad phyſicum, vt vero eſt ſubſtantia, ſpectat ad metaphyſicum; quia ſubſtantia, & accidens ſunt differentiæ entis ſecundum quòd ens, vnde Ariſto. 2. phyſicorum ait, quòd ſicut medicus conſiderat ner-
Tex. 26. uum, & faber conſiderat ęs, ita phyſicus habet conſiderare formas, ſcilicet in materia exiſtentes: ſed metaphyſicus habet conſiderare formas prout ſunt quidditates & diſpoſitiones, ſeu principia ſubſtantiarum.

Elementum bifariam ſumitur. Secundo eſt notandum, quòd elementum dupliciter ſumitur, vno modo proprie; alio modo tranſumptiue: primo modo adhuc ſumitur quatuor modis. Primo ex quo aliquid componitur primo, & ſic literæ ſunt elementa dictionis. Secundo ſumitur pro eo, quod cum altero per naturalem generationem componit res ipſas generabiles & corruptibiles: & hoc modo, quodlibet corpus ſimplex mobile motu recto dicitur elementum, vt ſunt quatuor corpora ſimplicia, puta ignis, & terra, &c. Tertio modo dicitur elementum illud, quod ſecundum ſitum primo cum alio conſtituit rem, & ſic lineæ conſtituentes figuram dicuntur elemẽta apud C
Geometram. Quarto dicitur elementum, quod ſecundum virtutem, & non ſecundum ſubſtantiam ingreditur rem ipſam, & ſic cælum dicitur elementum commmuniter, vt ait
Lect. 18. Sanctus Thomas 1. cæli, tum etiam quia venit in compoſitionem totius vniuerſi. Elementum tranſumptiue ſumptum dicitur duobus modis. Primo pro eo, quod eſt ſimplex, & indiuiſibile in diuerſa ſecundum quantitatem, & ad multa vtile: & hoc modo punctum dicitur elementum lineæ. Secundo modo dicitur elementum, quod eſt vnum ſimplex ſecundum definitionem, & ad multa vtile, & ſic genera, & magis vniuerſalia dicuntur elementa ſpecierum.

Definitio elementi eſt multiplex. Conſiderandum tertio, quod diuerſimode ſolet definiri elementum, Iſaac libro ſuo definitionum dixit, elementum eſt res, qua generatione prima generatur aliquid & exiſtit in generato poteſtate, & non actu. Galenus in libro ſuo de elementis dixit, elementum eſt minima
Cap. 2. particula eius, cuius eſt elementum. Auicen. 6. ſuæ metaphyſices ait, elementum corporeum eſt illud, ex quo componitur res, & eſt in eo per eſſentiam, & non diuiditur per formam. Ariſto. definiuit quoque elementum eo modo quo ſupra. Non eſt diſputandum modo, an elementa veniant in compoſitionem rerum ſecundum eſſentiam, vel virtutem, vel in eſſe refracto, vt D
voluit Auerro. ſed ſolum de quo verificetur definitio tradita ab Ariſt. hic de elemento; & dico quòd Ariſt. definiuit hic elementum pro vt eo plures vtuntur; ſed ſic eſt quòd omnes quando loquuntur de elemento, communiter intelligunt quatuor corpora ſimplicia: igitur definitio tradita ab Ariſt. hic eſt intelligenda prout conuenit quatuor elementis, quæ ſunt corpora ſim-
Diligentia Alexan. circa literã Ariſt. plicia: hoc enim patet manifeſte per Alexand. qui dupliciter legit literam illam, in qua ponitur definitio elementi. Primo ſic: elementum dicitur id, ex quo quippiam componitur primo vt ſit indiuiſibile ſpecie in aliam formam. Vnde ex iſta ſcriptura habemus manifeſte, quòd elementum, de quo loquitur Ariſt. hic, debet habere formam, hoc autem non eſt niſi corpus ſimplex, puta ignis, & terra, &c. ergo definitio tradita ab Ariſt. hic competit elemento, quod eſt corpus ſimplex, & non materiæ primæ, vt volunt Aduerſarij. Secundo etiam Alexander ita legit literam, elementum eſt, ex quo componitur res primo ita vt inſit, & ſit indiuiduum ſpecie, quia ſi diuiditur ignis, & quodcunque corpus ſimplex, ſemper diuiditur in partes, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei; ꝙ ſi etiam legatur, vt alij legunt, ꝙ ſit indiuiſibile ſpecie in eandem ſpeciem,

idest

A ideſt quòd ſit indiuiſibile in elementa. Vnde quomodocunqne legatur, ſemper apparet quòd
definitio propter illam vltimam particulam competit corporibus ſimplicibus, licet quoad tres
particulas primas competat materiæ primæ. Et confirmatur de mente Alex. quia Ariſt. repre-
hendendo Antiquos ponentes elementa eſſe athomos, ideſt corpuſcula indiuidua, non repre- Perpende
hendit illos quantum ad iſtam particulam, quòd ponebant illa eſſe indiuiſibilia ſpecie: ergò vim rationis
ſignum eſt Ariſt. voluiſſe intelligere definitionem ſuam conuenire corporibus ſimplicibus, & Alexan;
nō materiæ primæ, vt volunt Aduerſarij, & Auerroiſtę, tum quia illa ſunt vere elemēta, quibus
competunt verę, & proprię conditiones elementorum: hæ autem non competunt materię pri
mæ, ſed ſimplicibus corporibus: igitur ſimplicia corpora ſunt vere elemēta: minor patet, quia
conditiones elementorum, quę ſunt pluralitas, contrarietas, generabilitas, corruptibilitas, &
habere primas qualitates, nempe calidum, frigidum, ſiccum, & humidū, non conueniunt pri-
mæ materiæ, ſed tantum primis corporibus, vt ſcripſit Philoſophus 1. phyſicorum & 1. cæli, Tex. 44.
& 2. de generatione, & clarius S. Thomas 1. p. vbi diſputat, quomodo homo ſit compoſitus ex Tex. 92.
limo terræ, & etiam 2. ſententiarum. Tex. 24.

B Iſtis ſic habitis dicitur ad argumenta, & primo ad primum, quod fundatur in verbis Ariſt. q. 91. art. 1.
cum definitio elementi competat materię primę, ideo eſt proprie elementum: negandum eſt diſt. 1. q. 2.
antecedens, quia repugnat quantum ad illam vltimam particulam, quia non habet ſpeciem, &
elementum debet habere ſpeciem. Et ſi quis diceret contra, quia illud eſt indiuiſibile ſpecie,
quod caret ſpecie: materia prima caret ſpecie: igitur eſt indiuiſibilis ſpecie; negatur maior
quia eſſe indiuiſidile ſecundum formam ſupponit habere formam, ſicuti dicimus hoc eſt indi
uiſibile ſecundum naturalitatem, ſupponit quòd habeat naturalitatem indiuiſibilem, vt dixi-
mus in quæſtione de maximo & minimo.

Ad ſecundum argumentum, quod fundatur in verbis Auerro. dicitur quòd deceptus eſt Cauſa dece-
Auerro, quandoquidem elementum non ſolum debet habere illas tres conditiones, ſed vltra ptiōis Auer.
illas debet addi quarta, quòd habeat propriam ſpeciem. Ad dictum S. Thomæ 1. cæli, quo Lect. 18.
mouentur Thomiſtę aliqui ad ſubſtinēdum materiam primam eſſe proprie elementum, dici-
tur, quòd S. Thomas dixit materiam primam eſſe elementum quantum ad tres conditiones
illi competentes; ſed quo ad quatuor illas conditiones, quas hic Philoſophus declarat de ele-
C mento, non competit nomen elementi materiæ primę, ſed tantum primis corporibus. Ad ra-
tionem Auerro. negatur quòd nomen elementi conueniat vniuoce materiæ primæ, & qua- Nomen ele-
tuor corporibus, quæ mouentur motu recto, quia nomen elementi conuenit habenti ſpeciem menti nō eſt
indiuiſibilem in aliam ſpeciem: materia prima non habet ſpeciem, vt dictum eſt, & licet vniuocum.
ſubſtare primo conueniat materiæ primæ, quia eſt potentia pure paſſiua, non tamen nomen
elementi, vt dictum eſt.

Ad aliud dictum, quod adducunt Aduerſarij, quòd quatuor ſimplicia corpora vocantur
elementa ſecundum impoſitionem vocabuli, dicitur hoc eſſe falſum; quia hic Ariſt. procedit
via diffinitiua, & non ſecundum impoſitionem vocabuli, & 4. cęli abſolute, & ſimpli-
citer aſſerit quatuor ſimplicia corpora eſſe elementa. Tex. 37.

Ad illud quod dicit ille Neotericus, quòd per ſpeciem Ariſto. intelligit rationem, dico
hoc eſſe falſiſſimum, quia nomine ſpeciei Ariſt. intelligit formam, & quidditatem, vt 7. huius Tex. 7.
quaſi per totum; & communiter philoſophi, & theologi quando quærunt, an aliqua duo ſint
diuerſæ rationis, nō intelligunt diuerſæ ſpeciei, vt patet quando inquiritur, an materia cæli, &
D materia horum inferiorum ſint diuerſę rationis, & non diuerſæ ſpeciei, & ſimiliter quando
quæritur, an diuina attributa ſint eiuſdem rationis vel diuerſæ, nunquàm nomine rationis in-
telligunt ſpeciem, aliter diuina attributa eſſent diuerſarum ſpecierum, quod eſt inconueniens Doctrina S.
dicere; per ſpeciem ergo Ariſto. non intelligit rationem, vt ipſe exponit, ſed formam, vt Tho. eſt con
S. Thomas, & Alexan. formis Alex.
expoſitioni;

Ad aliud motiuum, quod ſumit ex Ariſt. qui quatuor corpora ſimplicia appellat non ele-
menta ſimpliciter, ſed vocata elementa, ſic enim dicebatur ab Antiquis, qui ponebant illa
quatuor corpora vel omnia, eſſe prima principia rerum; dico hoc eſſe nullius momenti, quia
quamplurimis in locis quatuor illa corpora abſolute elementa dicit; vt patet his qui legerunt
volumina eius, ſi vero interdum ea dicit vocata elementa, hoc facit vt indicet veteres vocaſ-
ſe illa quatuor elementa ſine ratione.

Ad illud, quod vltimo addit contra Sanctum Thomam, quòd litera non dicitur longa,
aut breuis inquantum litera, ſed inquantum ſyllabam conſtituit & accentum, dico hoc eſſe
contra omnes Grammaticos, Latinos, & Græcos; quia ſyllaba non dicitur longa aut breuis per
ſe, niſi propter vocalem aut conſonantem; ergo primo litera & per ſe eſt breuis, & longa non

inquantum conſtituit ſyllabam; quia apud Græcos N & A ſemper ſunt longæ, etiam quòd numquàm conſtituerent ſyllabam, ſed ſequitur quòd ſit longa aut breuis, quia vocalis eſt habens duo tempora, vel vnum. A

Ad illud aliud, quod dicit, quòd non eſt ad mentem Philoſophi, quia tempus eſt menſura extrinſeca prolationis literæ, vel ſyllabæ, nec litera, vel ſyllaba poteſt diuidi in tempora, vt in particulas habentes rationem elementi; nam elementum eſt inexiſtens, &c. Reſpondeo primo quòd hæc eſt expreſſiſſima mens Ariſto. qui vult oſtendere literas eſſe elementa ſyllabarum, quia dato quòd litera diuidatur, diuiditur in partes conformes eiuſdem rationis, quia diuiditur in tempus longum, & breue, quæ non ſunt tempora diuerſarum rationum, & ſic nec litera longa, nec breuis ſunt diuerſarum rationum in ratione elementi; vnde poſito quòd terra diuidatur, cum diuidatur in partes eiuſdem rationis, non propterea ſequitur, quòd ammittat rationem elementi, ſic etiam dico de literis, ait Philoſophus: vnde patet quomodo eſt expreſſiſſima mens Ariſt. & etiã Alexan. quẽ non vidit ille Neotericus, quia ſi vidiſſet non impugnaſſet S. Thomam in hoc loco, & quando dicit quòd tempus eſt menſura extrinſeca prolationis literæ vel ſyllabæ, conceditur hoc: quando vero ſubdit, ergo litera non diuiditur in tempora. B

Litera dupliciter poteſt diuidi in tẽpora.

Reſpondeo literam diuidi in tempora, ſtare dupliciter. Vno modo tanquàm in partes integrales, & hoc conceditur. Alio modo ſicuti ſubiectum diuiditur in accidentia, & hoc modo negatur, quia litera longa dicitur habere duo tempora, breuis autem vnum, ſicuti ſubiectum dicitur habere ſua accidentia propria, & quia tempus longum & breue ſunt eiuſdem rationis in ratione temporis: propterea dictum eſt quòd dato, quòd litera diuidatur, non propterea eſt diuiſibilis ſicut ſyllaba, quia ſyllaba diuiditur in literas, quæ ſunt aliæ à ſyllaba, ſicuti partes ſunt aliæ à toto; ſed ſi litera diuiditur non diuiditur in partes alterius rationis: hinc ſemper erit elementum, quia eſt primum in compoſitione, & vltimum in reſolutione.

Vbi habetur exemplũ cathegoricũ nõ debemus vti hypothetico

Ad interpretationem, quam finxit, dicimus eſſe falſiſſimam, & contra Ariſt. quia vbi habemus exemplum cathegoricum, nõ debemus vti exemplo hypothetico, & impoſſibili, vt ipſe facit; tum quia non eſt impoſſibile literas diuidi in tempora, vt dictum eſt, ſicut eſt impoſſibile hominem non eſſe riſibilem: quia poſito quòd homo non ſit riſibilis, neceſſario ſequitur, quòd nec ſit rationalis. nec homo, cum hæc omnia ſint vnum & idem realiter ſecundum ipſum tenentem paſſionem non diſtingui realiter à ſubiecto. C

Horum quidem vtique altera cauſa eſſendi neceſſaria, horũ autem nulla, &c. Tex. 6.

An neceſſaria poſſint habere cauſam effectiuam.

Dilucidatio quinta.

HÆc diſputatio mouetur propter verba Ariſto. quæ habentur in textu: ait enim Philoſophus, quorundam igitur alia cauſa eſt, vt neceſſaria ſint, quorundam nulla; ſed ob hæc ipſa alia neceſſario ſunt, in qua dilucidatione ita procedemus. Primo ponemus errores Auerro. Secundo Aliorum. Tertio dilucidabitur veritas iuxta doctrinam S. Thomę. Auerroiſtę diſtinguunt primo ſempiterna eſſe in duplici ſerie, & ordine: nam alia ſunt ſubſtantiæ: alia vero accidentia, veluti accidentia corporum cæleſtium, ſubſtantiæ vero ęternæ, aliæ ſunt corporales, vt cæli ipſi, aliç incorporales, vt mentes diuinç: cælorum animç, & materia prima: inter ſubſtantias corporales æternas, quędam ſunt perpetuę ſecundũ numerum, vt cęleſtia corpora; quędam vero ſecundum ſpeciem & totum, ſecundum partes vero patiuntur ortum & interitum, quemadmodum ſublunaris mundus, & mixta, quę in ipſo continentur. Secundo dicunt, quòd neceſſarium eſt duplex: alterum complexum, & hoc diſtinguitur contra contingens, puta hominem eſſe animal, eſt neceſſarium complexum, hominem currere eſt contingens complexum; alterum vero neceſſarium incomplexum, & eſt illud, quod eſt & non poteſt non eſſe, vt primum principium eſt neceſſarium, quia eſt & non poteſt non eſſe, vt Deus. D

7 Diſtinctio ſempiternorum ſecũdũ Auer.

His ſtantibus nunc dicunt, quòd neceſſarium complexum, vt triangulus habet tres angulos

ęquales

A æquales duobus rectis, habet cauſam effectiuam, quia concluſiones cauſantur ex principijs; ſed principia ſunt cauſæ effectiuæ ipſarum concluſionum, quæ concluſiones ſunt neceſſaria complexa: igitur neceſſarium complexum poterit habere cauſam; & de hoc neceſſario loquitur Ariſt. hic, & 8. phyſi. neceſſarium vero incomplexum eſt, vt Deus, & intelligentiæ, & corpora cœleſtia, quæ non habent cauſam effectiuam; & ratio eſt, quia cauſa effectiua non agit, niſi per motũ, vt patet hic, & 2. phyſ. vbi dicitur, cauſa effectiua eſt principiũ vnde motus & quies; modo neceſſarium incomplexum non habet cauſam effectiuam per motũ: igitur nullam cauſam habet. Præterea id tantum eſt aſſerendum à peripateticis, quod concordat ſenſibus, vel ex eis deduci poteſt, vt ſcripſit Auerro. 8. phyſicorum; ſermo verus eſt vt concordet ſenſatis; ſed dari cauſam ſine motu, nec ſenſibus conuenit, nec ex eis deduci poteſt: igitur neceſſarium incomplexum vacat omni cauſa effectrice. Tertio, ſi neceſſarium incomplexum, vt cælum & intelligentiæ, haberet cauſam effectricem, tunc daretur creatio, quod eſt contra omnes peripateticos: nam oſtendit Ariſt. 1. phyſicorum, communem conceptionem philoſophorum eſſe, ex nihilo nihil fieri: conſequentia probatur, quia neceſſarium habet cauſam, & non per motum: ergo ſine motu, & ſic per creationem.

Opinio Auerr. de cauſa neceſſitatis.

Tex. 15.

Tex. 29.

Comm. 22.

Sermo verus in philoſophia qs eſt.

Tex. 34.

B Quarto, ſi neceſſarium incomplexum haberet cauſam effectricem, non poſſet non eſſe, quod eſt contra naturam talis neceſſarij, immo nullus effectus neceſſarius daretur in mundo: conſequentia patet, quia omne, quod habet cauſam, amota & circumſcripta illa cauſa, poterit non eſſe. Quinto, nullum poſſibile ex ſe eſt neceſſariũ ex alio, vt ſcripſit Auerro. 12. huius, de poſſibilibus in natura ſolus motus eſt æternus; ſed neceſſaria incomplexa non ſunt poſſibilia ex ſe: ergo non habent cauſam effectricem. Sexto, omne cauſatum eſt nouum, vt ait Auerr. 12. huius; ſed neceſſarium incomplexum non eſt nouum: ergo neque cauſatum. Ex his deducunt neceſſarium incomplexum non habere de quatuor cauſis, niſi formalem & finalem, & ſi habet agentem, hoc non eſt niſi ſecundum ſimilitudinem, quatenus illa eſt conſeruans, & eſt eius forma.

Comm. 41.

Omne cauſatũ eſt nouũ.

Comm. 39.

Sed hęc poſitio ponit errorem manifeſtum, cum dicat neceſſarium incomplexum, vt eſt intelligentia & cęlum, non eſſe effectiue à Deo, quia Ariſt. docuit 2. huius, quòd id, quod eſt maxime ens & maxime verum, eſt cauſa entitatis & veritatis in ceteris; ſed Deus eſt maxime ens & maxime verum: ergo eſt cauſa entitatis & veritatis in omnibus alijs à ſe. Et ſi quis diceret, quòd eſt cauſa finalis & exemplaris, non autem effectrix. Contra, quia Auerro. 12. huius, ait, quòd quælibet res ſeparata à materia, cuiuſcunque eſt principium vt finis, eius erit principium vt cauſa effectrix: ſi ergo Deus erit principium intelligentiarum vt finis & forma: ergo vt effectrix earum. Et confirmatur, quia Auerro. libro de ſubſtantia orbis ait, quòd finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, & quòd cælum indiget intelligentia, non ſolum mouente, ſed largiente in ſua ſubſtantia permanentiam æternam. Præterea id, quod dat entibus ſeparatis finem, dat eſſe, quia finis & forma ſunt idem in illis, & forma eſt eſſe, id autem dat formam, quod eſt agens; ſed Deus dat finem illis entibus: ergo erit agens illorum. Præterea nulla intelligentia eſt liberata à potentia præter primam, quia quælibet eſt cõpoſita ex actu & potentia, vel ex poſitiuo & priuatiuo; ſed hęc compoſitio non poteſt eſſe niſi propter id, quod eſt cauſata a prima, ſed non tanquàm à forma & à fine, quia tunc omnes eſſent ęquales: finis enim ęqualiter ab omnibus appeti poteſt: ergo non dependent à Deo tanquàm à fine tãtum: ſed etiam tanquàm ab agente. Præterea Auerro. 12. huius reprehendit, Auicen. qui poſuit, quòd Deus intelligendo ſe produxit intelligentiam primam, in qua, quia non eſt ſuum eſſe, ex neceſſitate reperitur compoſitio potentiæ & actus: ſic igitur prima intelligentia inquantũ intelligit cauſam primam, produxit ſecundam intelligentiam inquantum intelligit ſe. Secundum quod eſt in potentia, produxit corpus cæli, quod mouet: inquantum vero intelligit ſe ſecundum illud, quòd habet de actu, produxit animam cęli, & ſic faciebat ſecunda intelligentia, & tertia vſque ad vltimam.

Reprobatur opinio Auer.

Tex. 4.

C

Comm. 36.

Cap. 2.

Solus Deus eſt liberatus à potentia.

Comm. 44.

Pulchra ratio contra Auer.

D

In hac opinione duo ſunt: Alterum eſt, quòd intelligentia prima producebatur à primo motore, qui eſt Deus. Alterum vero eſt modus productionis. Auerro. impugnat ſecundum, & non primum dicens: iſte autem ſermo eſt imaginabilis; non enim eſt illic prouentus, neq; conſecutio, neque actio, ita quòd dicamus, quòd vna actio conſequitur agentem tantum; eſt enim illic cauſa & cauſatum ſecundum quòd dicimus, quòd intellectum eſt cauſa intelligentis, & cum ita ſit, non eſt impoſſibile, vt illud, quod per ſe eſt intelligentia & intellectum, ſit cauſa plurium entium, ſecundum quòd ex eo intelliguntur multi modi. Ex quibus verbis patet Auerro. acceptare vnum poſitum ab Auicenna, ſcilicet quòd intelligentiæ producãtur à Deo; & impugnare alterum, ſcilicet modum productionis: igitur error maximus eſt Auerroiſtarũ negare intelligentias, & corpora cæleſtia, quæ ſunt neceſſaria incomplexa eſſe effectiue à Deo,

Sententia Auer. contra Auicen. de cauſalitate intelligẽtiarum.

ſunt enim, non modo in via Ariſt. ſed etiam Auerro. A

Efficiens eſt duplex p motum & per ſimilitudinē.

Iſtis ſic habitis ſoluuntur argumenta ipſorum, & primo ad illud in quo dicebatur, quòd efficiens eſt principium vnde motus; & in intelligentijs non eſt motus, cum ſint immobiles; &c. dico, q non eſt ſimpliciter de ratione efficientis, quòd ſit principium vnde motus; quia accidit efficienti, ſecundum quod eſt efficiens, quòd agat per motum, quia efficiens poteſt agere ſine motu proprie, ſed per ſimilitudinem motus, tum quia in naturalibus communiter eſt verum, quòd efficiens agit per motum; ideo dicitur, quòd illa deſcriptio efficientis, qua dicitur principium vnde motus, eſt à poſteriori, & à notiori quoad nos, in intelligentijs enim eſt efficiens, non tamen vnde motus, ſed ſecundum quid: quia intellectum eſt cauſa intelligentis: hinc 9. huius ſcribitur, quòd actus & potentia in plus ſunt, quàm quę dicuntur per motum.

Tex. 1.

Tex. 44. Qui ſunt illi, qui non valent agnoſcere intelligētias a Deo nō cauſari.

Ad ſecundum negatur, quòd tale efficiēs non poſſimus ex ſenſibus cognoſcere, cum Ariſt. doceat 12. huius ex ordine motuum ordinem mobilium, & ex ordine mobilium ordinem intelligentiarum: ſicuti ergo via ſenſus cognoſcimus ſubiectum, ita via ſenſus cognoſcimus hoc efficiens; & illi tantum non poſſunt cognoſcere iſtam veritatem, qui non diſcernunt inter ſenſum & intellectum. B

Ad tertium dicitur, quòd communis cōceptio philoſophorum eſt, ex nihilo fieri nihil per motum & transmutationem, ſed per ſimplicem emanationem poteſt fieri aliquid ex nihilo. Similiter non poteſt fieri aliquid, quod ſit completum in ſpecie ſua ex nihilo de nouo, ſed creatione antiqua fit aliquid ex nihilo; vnde nullus peripateticorum negauit creationem antiquam, licet negauerit (vt diximus) creationem nouam, & hoc patet ex 8. phyſicorum, & 12. huius, & Auerro. 2. huius vocat naturam creatam non creatione noua: ergo antiqua: ait enim in fundamento naturæ & creaturę nihil eſſe ocioſum.

Tex. 4. Tex. 34. Commen. 1. Nulla res eſt ocioſa ī fundamento naturæ, creatæ ait Auerr.

Ad quartum reſpondetur, quòd duplex eſt neceſſarium, ſcilicet neceſſarium effectiue; & neceſſarium formaliter & per ſe: neceſſarium effectiue dicitur quod per ſe excludit omnem aliam priorem cauſam efficientem, à qua producatur, & ſic ſolus Deus eſt neceſſarius effectiue, ſeu in genere cauſæ efficientis: ſed neceſſarium per ſe formaliter non excludit, quin ab alio poſſit eſſe effectiue ſeu principiatiue, vt ponunt theologi in myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis ſecundam & tertiam perſonam eſſe productas, & tamen eſſe neceſſarias formaliter. Nunc formaliter ad argumentum dicitur, quòd amota prima cauſa, ceſſabunt omnes intelligentiæ, & nego propter hoc quòd ſint poſſibiles non eſſe: vnde ſicuti non valet, ſi equus volat, equus habet alas: igitur equus habet alas; ſic non valet, ſi Deus non eſt, intelligentiæ non erunt; igitur intelligentiæ poterunt non eſſe; antecedens enim eſt impoſſibile, ſimiliter & conſequens. C

Neceſſariū ab intrinſeco eſt poſſibile ab extrinſeco.

Ad quintum dicitur, quòd ſtat aliquid eſſe neceſſarium ab intrinſeco, & poſſibile ab extrinſeco, & ſic intelligentiæ, & corpora cæleſtia ſunt neceſſaria ab intrinſeco, quia non habent potentiam ad eſſe & non eſſe; ſunt tamen poſſibilia ab alio, quia dependent à cauſa effectrice & conſeruatrice: vt ſcripſit S. Thomas 1. p. & Ariſt. docuit. 8. phyſi. & 5. huius, album eſt formaliter neceſſarium ex ſeipſo, & ab intrinſeco, & tamen eſt effectiue ab albificante.

q. 9. art. 1. Tex. 15. Tex. 5. Intelligētiæ quō poſſunt dici nouæ.

Ad vltimum dico, quòd illa propoſitio poteſt multipliciter intelligi: pro nunc vero quòd illa eſt pro nobis, quando enim dicitur, quòd omne cauſatum eſt nouum, ideſt dependens, intelligentię ſunt cauſatæ; ergò ſunt nouæ, ideſt dependentes; & hoc concedimus, Hinc patet neceſſaria incomplexa habere cauſam effectiuam formalem & exemplarem contra Auerroiſtas.

Opinio Aliorum conſiſtit primo in quibuſdam diſtinctionibus, inter quas ponunt hanc primam. Neceſſaria ſunt in duplici genere. Quædam ſunt complexa, quædam incomplexa; exemplum primi, vt propoſitio neceſſaria, principiū, & concluſio; exemplum ſecundi, vt Deus & intelligentiæ ſecundum viam philoſophorum, qui poſuerunt ea neceſſaria eſſe. Secundam diſtinctionem ponunt, quòd neceſsitas eſt duplex; quædam eſt neceſsitas ſimpliciter; quædam ſecundum quid; prima dicitur neceſsitas conſequentis, puta quando antecedens & conſequens ſunt in ſe neceſſaria, exemplum, ſi homo eſt animal, neceſſario eſt corpus & ſubſtantia; ſecunda vocatur neceſsitas conſequentię, puta quando conſequens non eſt neceſſariū, niſi poſito antecedente, ſic tamen quòd tam antecedens, quàm conſequens ſint in ſe contingentia; exemplum, ſi homo currit, homo mouetur. Tertia diſtinctio eſt iſta. Ad hoc, quòd effectus ſit neceſſarius, oportet cauſam eſſe neceſſariam in eſſendo & in cauſando; quia altero iſtorum deficiente, poteſt effectus non eſſe: exemplum, ſit A. cauſa B. ſi A. non eſt neceſsarium in cauſando, nec B. eius effectus erit neceſsarius; quia non cauſante A. non erit B. ſimiliter ſi A. non eſt neceſsarium in eſſendo, nec ipſum B. quia non exiſtente A. non erit ipſum B. vtrunque iſtorum eſt in complexis: principia enim in ſe ſunt neceſsaria, & neceſsario cauſant concluſiones; D

Neceſſitas conſequētis & conſequētiæ ſecundū aliquos.

A clusiones;quia ratio cauſę neceſſario cauſantis eſt, qnòd destructo effectu,illa deſtruatur : ſic eſt de principijs reſpectu concluſionis ; quia ex falſitate concluſionis arguitur falſitas præmiſſarum;ſed vltra hoc dubitant,vtrum ſit reperibilis aliquis effectus neceſſarius in rebus ipſis ; & dicunt ſecundum viam philoſophorum eſſe reperibilem : quia ipſi poſnerunt, quòd agente & mouente ſecunda cauſa, prima etiam cauſa monet & agit neceſſario : quia poſuerunt ipſi philoſophi ordinem & connexionem neceſſariam ipſarum cauſarum : nunc ſic: in cauſis eſſentialiter ordinatis, vna neceſſario cauſante, alia neceſſario cauſat ; ſed cauſæ rerum ſunr eſſentialiter ordinatę, & aliqua cauſa in rebus neceſſario cauſat;ergo & omnes aliæ, & per conſequens prima cauſa : maior patet, quia hæc eſt vna differentia inter cauſas eſſentialiter ordinatas, & cauſas accidentaliter ordinatas ; quia cauſæ eſſentialiter ordinatæ ſimul concurrunt ad cauſandũ ; ſed non ſic accidentaliter ordinatę; minor etiam patet quantum ad primam partem ex hypotheſi philoſophorum, & etiam verum eſt;quia multæ ſunt cauſæ eſſentialiter ordinatę. Secunda pars minoris probatur ex differentia inter cauſas naturales, & à propoſito, quia cauſa naturalis neceſſario cauſat,ſed cauſa à propoſito contingenter.

Imaginatio quorundam circa connexionem cauſarum.

Differentia Iter cauſam naturalẽ & à propoſito ſecundũ Scotum.

B Subiungunt poſtmodum opinionem theologorum tenentium in incomplexis nullum eſſe effectum ſimpliciter neceſſarium;quia in cauſis eſſentialiter ordinatis prima cauſa cauſante contingenter, omnes aliæ cauſant contingenter ; ſed prima cauſa quę eſt Deus, cauſat contingenter,quia omnis actio Dei ad extra eſt contingens ; ergo omnes alię cauſant contingenter:maior patet,ſed minor probatur : nam effectus neceſſarius requirit cauſam neceſſariam, & quantum ad cauſalitatem, & qnantum ad eſſe ſic, qnòd deſtructo effectu cauſa deſtruitur; ſi ergo prima cauſa cauſaret aliquem effectum neceſſarium,ad deſtructionẽ effectus neceſſario argueretur deſtructio cauſæ primę;& ita eius entitas non eſſet omnino independens & abſoluta,qnod eſt abſurdum.

Soluunt poſtea rationem philoſophorum dicentes ſecundam partem minoris eſſe falſam, cum dicitur,quòd aliqua cauſa cauſat neceſſario:& cum probatur ex differentia inter cauſam naturalẽ & cauſam à propoſito,dicunt ꝙ neceſſitas eſt duplex, ſcilicet ſimpliciter,& neceſſitas ſecundũ quid: cauſa ergo naturalis neceſſario cauſat neceſſitate ſecundum quid,& ſub conditione, puta ſi cauſa ſit, pro eo quòd cauſa proxima naturalis ex naturali colligantia ad effectũ neceſſario dum eſt,cauſat illum; ſed illa cauſatio eſt contingens ſimpliciter, ſicut & illa cauſa contingenter eſt; ignis ergo,dum eſt, neceſſario calefacit, tamen quia ignis contingenter eſt:ideo ſimpliciter contingenter cauſat ; ſed nec ſic eſt neceſſitas in prima cauſa, quia tunc eſſet ſimpliciter neceſſitas, cum illa conditio ſit ſimpliciter neceſſaria : ſcilicet qnòd Deus ſit: quod enim neceſſarium eſt ex ſuppoſitione, non eſt ſimpliciter neceſſarium;hæc enim eſt neceſſitas conſequentis;illud autem ſuppoſitum in alijs cauſis naturalibus, non eſt ſimpliciter neceſſarium:per illam ergo neceſſitatem conditionatam,& ſecundum quid, differt cauſa naturalis à cauſa a propoſito, ſuppoſito quòd ſit, non ſequitur quòd neceſſario agat, ſed poteſt non agere ex eo qnod agit ex libertate voluntatis.

C

Neceſſitas bifariam dicitur ſimpliciter & ſecũdum quid.

Hanc doctrinam poſuit Scotus 2. ſentent. vbi dixit Ariſt. inaduertenter poſuiſſe contradictoria, ſcilicet quòd prima cauſa agat, & moueat de neceſſitate naturę. Ad quod ſequitur quòd omnia eueniant de neceſſitate,& tamen 6. huius ponit non omnia euenire ex neceſſitate,& adducit duas rationes ad hoc ſuadendum,quarum prima eſt:cauſa quę mouet inquantum mouetur ſi neceſſario mouetur, neceſſario mouet : ſed omnis cauſa ſecunda mouet, & agit inquantum mouetur à prima : ergo ſi cauſa prima neceſſario mouet ſecundam, ipſa quoque ſecunda neceſſario mouet & agit, & ſic nulla remanebit cauſa contingens, & ſic nec etiam effectus contingens. Secunda ratio eſt, cauſa prior prius naturaliter & ſimpliciter reſpicit effectum, quàm cauſa poſterior: ergo in illo priori cauſa prima, ſi de neceſſitate agit & mouet, dabit effectui neceſſitatem ; ergo in ſecundo inſtanti naturæ cauſa proxima non poteſt eidem effectui dare contingentiam ; neceſſitas ergo & contingentia in effectu cauſæ proximę pendet à cauſa prima, &c. Et ſic concludunt Aduerſarij quòd neceſſaria complexa, puta concluſiones habent cauſam ſui eſſe : multa quoque neceſſaria incomplexa ſecundum philoſophos habent cauſam ſui eſſe, vti ſunt corpora cæleſtia, & intelligentię.

diſtin.2.q.2. Ariſt.ſibi cõtradicit ſecũdũ aliquos.

D

Sed in hac ſerie verborum multos committunt errores. Et primus error eſt maximus, quòd philoſophi latenter conceſſerint contradictoria, quia illi non concedunt contradictoria;qui ponũt ex profeſſo cõtrarios effectus prouenire à contrarijs cauſis;ſed philoſophi hoc conceſſerunt:nam poſuerunt cauſam primam eſſe neceſſariam,& neceſſario agentem. Poſuerunt

runt quoque cauſam proximam contingentem, penes quam dixerunt eſse ſumendum effe- A
Tex. 6. ctum contingentem, vt patet 6.huius: vnde germinario plantæ eſt contingens propter cau-
Contingentia attendenda eſt pænes cauſam proximam. ſam proximam contingentem; licet motus ſolis, qui eſt cauſa prima, ſit neceſſarius: ergo non
latenter philoſophi conceſserunt contradictoria, vt ait Scotus. Hinc Ariſt. 1.priorum po-
ſuit concluſionem contingentem ſequi ex maiore neceſsaria, & ex minori contingente: & 4.
huius quoque poſuit omnes concluſiones pendere ex primis principiis, & tamen prima
Cap.4. principia ſunt neceſsaria: vnde ergo erunt tot tantæque concluſiones contingentes? Niſi
Tex.7. dicamus, quòd contingentia effectus prouenit à cauſa proxima, & non à remota; & Ariſto.
Tex.78. 1.& 2. de generatione, & 1.metheor. effectum neceſsarium & contingentem reſpectu diuer-
Tex.55. ſorum eſse ſemper docuit, nam poſuit quòd in corporibus cæleſtibus nihil eſt contingens,
Cap.1. Poſuit quoque motum ſolis in circulo obliquo ſiue in Zodiaco eſse cauſam generatio-
nis & corruptionis omnium generabilium & corruptibilium in æqualibus temporibus, &
eodem modo, & hoc eſt ſemper & ex neceſsitate, niſi accidat impedimentum ex parte ma-
Cap.5. teriæ: vnde poſito ordine eſsentiali in cauſis ex 1. metheor. neceſse eſt mundum hunc latio-
nibus ſuperioribus contiguum eſse, vt inde omnis virtus gubernetur. Adhuc poteſt eſse im- B
pedimentum; & ideo ſequitur contingens: propter igitur cauſam proximam, & materiam,
& impedimentum poteſt eſse effectus contingens: ergo ſecundum philoſophos, & theologos
datur effectus neceſsarius & contingens.

Secundo etiam peccant peccato maximo dicentes, qoòd à cauſa neceſsaria non poteſt eſse
niſi effectus neceſsarius: nam videmus quòd pluralitas procedit ab vniformitate, & motus
Difformitas oritur ab vniformitate. ab immobili, & difforme ab vniformi; ſed contingens habet ratiooem pluralitatis, motus, &
difformitatis, quia poteſt aliter ſe habere; neceſsarium aũt habet rõnem vnius, immobilis, &
vniformis, quia impoſsibile eſt aliter ſe habere: ergo effectus cõtingens poterit eſse à cauſa ne
ceſsaria. Adde etiam ꝙ de mente philoſophorum datur effectus per accidens: dantur etiam
multa, quæ poſsunt eſse & non eſse: & hæc omnia ſuot cootingentia. Philoſophi etiam po-
nunt caſualia fortuita, quæ raro & ad vtrumlibet procedunt, nec non meritum, demeritum,
& electio, quę omnia ſunt effectus contingentes: igitur à cauſa neceſsaria poterit eſse effectus
contingens.

Peccant & tertio, quia dicunt, quòd theologi ponunt Deum eſse cauſam contingenter cau- C
ſantem; hoc enim ne dum eſt falſum ſecundum theologos, ſed etiam ſecundum philoſophos,
diſtin.38. theologi enim, vt patet ex S.Thoma 1.ſenten. ponunt, quòd cum contingentia importet mu-
tabilitatem, dicit imperfectionem: hinc eſt quòd non debemus dicere Deum agere cootingen
Deus nõn agit neceſſario nec contingẽter ſed libere. ter; nec etiam eſt dicendum Deum agere neceſsario ſimpliciter; quia neceſsitas ſimpliciter re
pugnat libertati: ideo potius eſt aſserendum Deum agere libere, quàm neceſsario aut contin-
genter, quia eſt ſuper cauſas neceſsarias & contingentes: vnde pręhabet in ſe non formaliter,
ſed eminenter naturam & modum cauſatum neceſsariarum & contingentium; quia coope-
ratur ad effectus producendos vtrarumque cauſarum. Ideo apud veros theologos eſt fal-
ſa propoſitio illa, omnis cauſa eſt neceſsaria aut contingens: datur enim ipſe Deus, qui
eſt cauſa ſuperior vtriſque, ſcilicet cauſis neceſsarijs & contingentibus. Secundum etiam
philoſophos Deus non eſt cauſa contingens, ſed libera; cauſa enim libera dicitur apud philo-
ſophos aliquando illa, quæ non coacte & vi operatur; & quia Deus non vi & coacte iotelli-
git, vult, & operatur: ideo cauſa libera nominatur. Secundo dicitur etiam cauſa libera, quæ
In prologo. operatur gratia ſui, & non alterius, vt voluit Philoſophus in 1. huius, loquens de metaphyſi. D
quę eſt ſcientia libera, & quia Deus eſt gratia ſui, & non alterius, cum ſit primum nobiliſsi-
mum, ad quod omnia ordinantur; idcirco Deus eſt cauſa libera de mente philoſophorum.
Cap.17. Cauſa etiã libera dicitur apud philoſophos, vt placuit Auicẽ. 6.ſuæ metaph. quæ bonũ alicui
impartitur, & ipſa nullum expectat pręmium, neque retributionem, & quia Deus omnibus
ſuam bonitatem impartitur, à quibus præmium nullum expoſcit: hinc eſt quòd philoſophi
Deum non eſse cauſam contingentem, qoæ ita operatur, quòd ſecus operari poteſt, neq; cau-
ſam neceſsariam, ſed liberam voluerunt, quamquàm dici poſsit etiam cauſa neceſsaria, nõ ne-
ceſsitate ſimpliciter, ſed neceſsitate immutabilitatis.

Peccant & quarto, quatenus rationes adductæ ab eis ſunt nullius mom͂eti. Erat prima, quæ
fuit adducta pro philoſophis; quòd in cauſis eſsentialiter ordinatis, vna neceſsario cauſante,
alia etiam neceſſario cauſat, ſed cauſæ rerum ſunt eſſentialiter ordinatę: igitur ſi A. puta Deus
Cauſalitas primæ cauſę tẽperatur in ſecunda. neceſſario mouet B. puta intelligentiam, & B. neceſſario mouet C. puta cælum, & ſic vſque ad
infimam, tunc omnia eueniunt de neceſſitate: ergo non erit contingentia in rebus. Ad quam
dicitur, quòd cum cauſalitas primę cauſę modificetur & temperetur in ſecunda cauſa, non
oportet,

A oportet, quòd ſi cauſa prima mouet neceſſario, quòd etiam & ſecunda ita moueat neceſſario; vnde nihil aliud concludit hæc ratio, niſi quòd ſecundæ cauſæ cauſant in virtute primæ: quemadmodum ſi fingamus manum mouere calamum, ſcriptura enim non ſequitur virtutem artis, quæ eſt in animo ſcribentis, vel in manu, ſed virtutem ipſius calami; vnde patet quòd quando calamus eſt optime diſpoſitus, ſcriptor optime producit ſcripturam, quando vero eſt ineptus, inepte etiam ſcribit. Ad ſecundam quoque rationem reſpondendo negamus maiorem, quoniam & ſi cauſa ſecunda non mouet, niſi vt eſt mota à prima cauſa, non tamen recipit virtutem primæ cauſæ eo modo, quo reperitur in prima, ſed prout ipſa eſt capax eius. Hinc vnum elementum recipit virtutem alterius, puta elementum terræ recipit virtutem ipſius aquæ, & aqua ipſius aeris, & aer recipit lumen lunæ, & luna ſuſcipit lumen ſolis, & ſic de aliis, nunquàm tamen virtus cauſæ ſuperioris recipitur in cauſa inferiori, niſi ſecundum modum proportionatum cauſæ inferiori, vt ſcribitur in 2. de anima, omne, quod recipitur, recipitur per modum recipientis. Ad tertiam dicimus gloſando propoſitionem auctoris in lib de cauſis, quòd ita intelligi debet: cauſa prima prius attingit effectum, quàm cauſa ſecunda; quia Tex.24.

B prima cauſa independenter, & propria virtute attingit effectum: ſecunda vero cauſa dependenter, & in virtute cauſæ ſuperioris. Ex hoc non ſequitur modo, quòd à prima cauſa in aliquo priori temporis effectus ſit productus, & non ab ipſa ſecunda, ſed in eodem inſtanti producitur ab vtriſque ſimul, iuxta tamen naturam vtriuſque. Ex his patet opinio & error Aduerſariorum. Prima cauſa prius attingit effectū q̃ ſecunda quō intelligitur.

Opinio S. Thomæ circa hoc quæſitum habetur 1. p. & 2. contra gentes. habetur quoque. de potentia Dei; ex iſtis locis ſumitur manifeſte diſtinctio illa de neceſſario, quòd alterum dicitur complexum; alterum vero incomplexum; primum eſt concluſio & præmiſſę demonſtrationum: ſecundum vero eſt vt Angelus, anima noſtra, & cælum pro vno membro; pro altero vero eſt Deus. Hoc ſtante ponuntur tres concluſiones ad mentem S. Thomę. Prima eſt. Neceſſarium complexum habet cauſam effectiuam: probatur ſic, concluſio eſt quoddam neceſſarium complexum, & habet cauſam ſui eſſe, igitur neceſſarium complexum habet cauſam ſui eſſe effectiuam: antecedens patet, conſequentia probatur, quia premiſſę ſunt cauſæ effectiuæ ipſius concluſionis. Secunda concluſio eſt. Neceſſarium incomplexum pro altero membro, quod eſt Deus, non habet cauſam neque effectiuam, neque formalem, neque finalem: q.9.art.2. cap.30. & 55 q.5. art.3. Neceſſariū complexum habet cauſā effectiuam.

C probatur ſic, quia probatum eſt 2. huius, quòd in nullo genere cauſæ datur progreſſus in infinitum: ergo oportet deuenire ad ipſum neceſſarium, à quo alia neceſſitatem habeant, & ſic nullam cauſam habebit, ſed erit omnibus modis incauſatum, & dicitur primum mouens, ſimpliciſſimum, primum ens, primum verum, primum gubernans. Tertia concluſio eſt. Neceſſarium incomplexum pro altero membro, quod eſt Angelus, anima noſtra, & cælum, habet cauſam effectiuam, & finalem: probatur, quia 2. huius habetur, quòd vnumquodque maxime aliorum dicitur, ſecundum quod in alijs eſt vniuocatio, puta ignis dicitur calidiſsimus, quia eſt cauſa caloris in aliis: ſimiliter veriſſimum illud eſt, quod eſt cauſa veritatis in aliis: ſed ab omnibus conceditur quòd Deus eſt maxime ens, & maxime verum: igitur omnia alia præter Deum habebunt cauſam effectiuam, & finalem: & ex conſequenti Angelus, & cælum, hinc Auerro. 2. huius, dicebat omnia entia non acquirere eſſe, & veritatem, niſi à prima cauſa. Et nota, quòd non eſt inconueniens Angelos, & corpora cæleſtia eſſe entia neceſſaria realia, poſſibilia tamen logicè, & per potentiam in alio, & ſolùm Deum omnimode neceſſarium, & hoc eſt valde conſonum doctrinæ Ariſto. qui reprehendens Democritum 8. phyſi. qui dicebat, quòd neceſſariorum non ſunt perquirendę cauſæ, ſed tantum rerum poſſibilium, quę de nouo incipiunt: arguit Philoſophus, quòd etiam neceſſariarum rerum ſempiternarum ſunt cauſæ, nedum rerum poſſibilium, quanquàm Commentator fuerit varius circa hoc, quoniam aliquando tenuit cælum non habere eſſe perpetuum ab altero, ſed dixit, quòd tantum motus habet eſſe perpetuum ab altero, vt patet 12. huius, vbi contra Alex. tenet de poſſibilibus in natura ſolum motum eſſe æternum; in lib. de ſubſt. orbis tenet oppoſitum, quòd non ſolum motus habet eſſe ab altero, ſed etiam orbis ipſe, quantum ad eſſe, & ſubſtantiam: propterea relicta opinione Commentatoris & aliorum, ſtandum eſt cum determinatione S. Thomæ, vt breuiſſime habes hic. Tex.6. Tex.4. Angeli quō dicuntur entia neceſſaria. Commen.6.

D Tex.15. Comm.t.41.

Et ſi quis diceret contra primam concluſionem; carens cauſa finali, caret & cauſa effectiua: ſed neceſſarium complexum caret cauſa finali: igitur caret & effectiua: probatur minor, quia ſcribitur 7. huius quòd quærere, propter quid homo eſt homo, nihil eſt quærere. Reſpondetur quòd neceſſarium complexum dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo quo ad habitudinem terminorum, puta homo eſt animal, habitudo reperta inter terminos huius propoſitionis eſt Tex.vltimo Neceſſariū complexum bifariam cōſideratur.

nis, eſt relatio rationis, quę nullam cauſam effectiuam habet. Alio pacto conſideratur neceſſarium complexum quoad eſſe reale actuale, & hoc modo habet cauſam effectiuam, quia cum non ſit ens independens, ergo eſt ens dependens: & ſic dicitur ad minorem, ꝙ pro habitudine terminorum neceſſarium complexum non habet cauſam effectiuam. A

Poteſt etiam argui contra primam concluſionem ſic; quod eſt commune poſſibilibus & impoſſibilibus uon habet cauſam efficientem; quoniam impoſſibilia non poſſunt fieri; ſed complexum neceſſarium eſt commune poſſibilibus & impoſſibilibus: ergo tale neceſſarium nullam habebit cauſam efficientem: probatur minor, iſta propoſitio, chimera eſt chimera, eſt quoddam neceſſarium complexum, & nullam habet cauſam effectiuam: iſta etiam propoſitio, Deus eſt bonus, Deus eſt ſapiens, eſt neceſsarium complexum, & uullam habet cauſam effectricem: antequàm roſa generetur, poſſibile eſt roſam eſse roſam, eſt neceſſarium complexum; neque tamen habet cauſam agentem; cur igitur triangulus habet tres, & homo eſt riſibilis, cum etiam ſint uecesſaria complexa, habebunt cauſam effectricem, & illa non? quæ eſt cauſa huius diuerſitatis?

Termini cō ponentes neceſſariū ſunt diuerſi.

Ad hoc dicitur, quòd cauſa huius eſt, quòd uecesſarium complexum aliquod eſt, quod cōponitur ex terminis non habentibus eſse neque realiter iu actu, neque iu potentia, & tale eſt illud, quod componitur ex terminis impoſſibilibus, vt homo eſt lapis, chimera eſt chimera. Aliquod eſt neceſsarium complexum, quod componitur ex terminis ſignificātibus ens independens, vt Deus eſt bonus, & uec tale habebit cauſam effectricem. Aliquod vero eſt neceſſarium complexum, quod componitur ex terminis ſignificantibus ens productum in actu, & hoc tale habet cauſam effectricem iu actu quoad eſse reale actuale, nou quoad habitudinem terminorum, vt dictum eſt. Aliud eſt neceſsarium complexum, quod componitur ex terminis ſignificantibus eſse reale producibile in potentia, & tale habebit cauſam efficientem in potentia, & tale erit, roſam eſse roſam antequàm roſa generetur, & ex hoc apparet diuerſitas in inſtantiis adductis. B

Tex. 16. Contra tertiam cōclnſionem poterit quis dubitare ſic, quoniam Ariſt. 8. huius habet, quòd ſi aliqua ſubſtantia ſit forma ſine materia, ſtatim per ſe ipſam eſt ens & vnum, & nou habet cauſam, quæ faciat eam ens & vnum; ſed intelligentiæ & anima noſtra ſunt formæ ſine materia, & ſunt neceſsaria incomplexa: igitur talia uecesſaria non habebunt cauſam, cuius oppoſitum aſserit tertia concluſio. Ad hoc dicitur, quòd neceſsaria incomplexa non habent cauſam formalem, ſi ſunt formæ ſubſiſteutes, nec cauſam agentem per tranſmutationem materię de potentia ad actū, ſed habeut cauſam effectricem per ſimplicem emanationem. De qua re latius diſputat S. Thomas. 1. p. vbi quærit, vtrum Angeli habeant cauſam ſui eſſe. C

Neceſſaria carēt formali cauſa.

q. 61. art. 1.

Alia numero, alia genere, alia ſpecie, alia analogia, &c. Tex. 12.

An materia ſit principium indiuiduationis rerum materialium.

Dilucidatio ſexta. D

SVPER hunc textum diſputant Doctores de principio indiuiduationis, circa quam diſputationem ſic procedam. Primo ponam opinionem Aduerſariorum, & probabo eſse erroneam. Secundo opinionem eorum, qui ſequuntur Auerro. Tertio dilucidabo veritatem iuxta doctrinam S. Thomę. Quantū ad primum dicunt illi, ꝙ principium indiuiduationis eſt hecceitas: & fuudamentum eorum principale eſt, quòd materia, & forma opponuntur relatiue, vt ſcribitur 2. phyſicorum: & quot modis dicitur vnum relatiuorum, tot modis dicitur & reliquum ex 1. topico. forma autem quantum ſpectat ad propoſitum dupliciter accipitur, vel pro forma partis, vel pro forma totius, quę eſt ipſa quidditas. Similiter materia correſpondenter dicitur dupliciter; quia quędam eſt materia, quæ opponitur formæ partis, & hæc eſt materia, quæ eſt principium eſsentiale rei conſtituens rem cum forma; & vnum ens per ſe; Quædam eſt materia, quę opponitur formæ totius, & ipſi quidditati,

Tex. 26.

Cap. 12.

Forma duplex eſt.

A tati, & per conſequens eſt extra rationem quidditatis formaliter, & hæc eſt materia, quæ eſt differentia, ſeu proprietas indiuidualis, quæ eſt cauſa propria hæcceitatis & indiuiduationis, quæ dici poteſt hæcceitas: cum ergo dicit Philoſophus, quòd illa ſunt vnum numero, quorum materia eſt vna; loquitur de materia non primo modo dicta, ſed ſecundo modo, quæ proprie & congrue vocatur materia, quatenus conſtituit rem in eſſe vltimo ſubijcibili & materiali, non autem in eſſe formali; quia (vt dictum eſt) non pertinet formaliter ad formalem quidditatem rei.

Quo fundamento poſito arguunt opinionem S. Thomæ tenentis materiam eſſe cauſam indiuiduationis ita; quia ſi materia eſt cauſa indiuiduationis, vbi eſt eadem materia, ibi eſt idem indiuiduum; ſed eadem eſt materia in generato & corrupto: ergo generatum & corruptum erunt idem indiuiduum. Quod confirmant adhuc, quia ſi ex aqua generatur ignis, ſecundo ex igne generatur aqua; patet quòd aqua primo corrupta, & ſecundo generata habẽt eandem materiam, & ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo aqua prius corrupta & ſecundo generata erũt vna numero, quod eſt falſum; quia tũc per naturam, corrupta poſſent redire eadem numero,
B quod eſt contra Ariſt. vbique.

Præterea, quod eſt cauſa indiuiduationis, eſt cauſa diſtinctionis, quia actus eſt qui diſtinguit 7. huius; ſed materia non eſt actus; ergo materia non eſt cauſa diſtinctionis & indiuiduationis. Præterea materia eſt de eſſentia ſpeciei, vt ſcribitur 7. huius, Sed quod eſt cauſa ſpeciei, non eſt cauſa indiuiduationis, quia tunc ſpecies eſſent indiuidua: ergo materia non eſt cauſa indiuiduationis. Et confirmatur, quia contractiuum eſt extra naturam illius, quod contrahitur: ſed materia eſt de ratione ſpeciei; ergo ſpecies ſeu natura ſpecifica non poteſt per materiam contrahi ad hanc indiuiduationem ſeu hæcceitatem; tum quia illud, ad quod primo ſequitur vnitas numeralis, eſt principium indiuiduationis; ſed hæcceitas eſt id, ad quod primo ſequitur vnitas numeralis; ergo hęcceitas eſt principium indiuiduationis, tum quia per id indiuiduum debet eſſe vnum numero, per quod vltimò differt ab omni alio: ſed per nihil differt ab omni alio, quàm per hęcceitatem, non quidem per materiam, quia illa eſt communis omnibus, non per formam, quia illa eſt fundamentum vnitatis ſpecificæ, non per aliquod accidens, quia omne accidens pręſupponit vnum numero ſubiectum; igitur aut
C per nihil, aut per hæcceitatem; non eſt dicendum per nihil: ergo per hæcceitatem. Vlterius vltimo differentia debent differre per primo diuerſa; ſed indiuidua ſunt vltimo differentia ſub ſpecie: igitur debent differre per primo diuerſa; ſed ſub nulla ſpecie ſunt primo diuerſa, quibus ipſa indiuidua poſſint differre, niſi per hæcceitates, quia nec materiæ ſunt primo diuerſę, nec formę, nec accidentia: igitur hæcceitates. Sunt quamplures alię rationes, ſed hæ ſunt principales.

Actus eſt qui ſeparat & diſtinguit. Tex. 49. Tex. 34.

Quid eſt illud ad quod vnitas numeralis ſequit ex Scoto.

Verum in hac opinione inuenio tres errores. Primus eſt, quia hæc poſitio non eſt quid inuentum ab Aduerſarijs ſic arguentibus, ſed quid traditum ab antiquiſſimis Doctoribus: igitur error eſt tribuere ipſam ſibiipſis; declaratur aſſumptum: quia Auicennas 5. ſuę metaphy. primitus publicauit hanc poſitionem dicens, indiuidua eiuſdem ſpeciei differre differentijs indiuidualibus, ſicuti duę ſpecies eiuſdem generis differunt differentiis ſpecificis, & differentias indiuiduales vocat hypoſtaſes, & proprietates indiuiduorum. Rurſus ipſe Varro differentias indiuiduales appellauit hęcceitates, quibus indiuidua ſunt hæc. Item Plotinus aſſignans ea, quibus animæ numerantur ait, illas numerari terminis internis, quos Aduerſarij
D vocant terminos intrinſecos. Proclus quoque has hæcceitates vocauit idiotropias, ſiue proprietates intimas.

Cap. 3.

Secundus error eſt, quia hęc poſitio eſt contra Ariſto. nam nullibi Philoſophus aliam materiam cognouit, præter illam, quę eſt altera pars compoſiti. 1. ęnim phyſicorum poſuit materiam eſſe vnum ex principijs rerum naturalium: in hoc etiam 5. ait, ea eſſe vnum, quorum materia eſt vna, ſi per materiam intellexit hæcceitatem, quę eſt materia totius, & non materiam, quæ eſt altera pars compoſiti, tunc æquiuocus fuit Philoſophus in tota doctrina ſua; nam vbique locorum, & pręcipue 2. de anima, & 7. huius, & 8. diſtinguendo ſubſtantiam, diuiſit ipſam in materiam, formam, & compoſitum; ſi ergo datur duplex iſta materia totius & partis, cur Philoſophus non diſtinxit illam? egiſſet ergo contra illud præceptum, omne multiplex prius eſt diſtinguendum, quàm definiendum. Item 12. huius ait, quę ſunt numero multa, habent materiam; omnes expoſitores exponũt de materia, quæ eſt altera pars compoſiti, vt deducunt ex progreſſu antedictorum. Eſt etiam hæc poſitio contra Commentatorem, qui 3. de anima facit has conſequentias contra pluralitatem intellectus, quòd ſi intellectus eſſet multiplicatus, eſſet materialis, & eſſet corpus, vel virtus in corpore,

Tex. 66. Tex. 12. Tex. 2. Tex. 7. Tex. 3. Tex. 49. Commen. 4.

pore, & reciperet ſignate cum hic; & nunc: iſtę conſequentiæ nôn tenent niſi de materia; A
quę eſt altera pars compoſiti; quia materia totius, quę eſt hęcceitas, reperitur etiam in intelle
Commẽ.92. ctualibus ſecundum ipſos, cum ibi ſit indiuiduatio. Rurſus Auer. 1. cæli habet, qui dicit cæ
Commẽ.93. lum, dicit formam; qui dicit hoc cęlum dicit formam in materia. Et rurſus infra concludit cæ
lum eſse vnum, quia conſtat ex tota ſua materia, & quòd ſi eſsent plures cæli, eſsent etiam plu
res primi motores, & ſi eſsent plures primi motores, eſsent materiales, & ſemper loquitur de
materia, quæ eſt altera pars compoſiti, vt clare eſt videre verba ſua: ſi ergo vera eſt regula Ari-
Cap.13. ſto. 1. poſte. quòd ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, & econtra
in cauſis adæquatis & præciſis, ſequitur quòd negatio & carentia materiæ eſt ratio propter
Tex.9. quam in abſtractis à materia eſt idem quidditas & indiuiduum, vt patet per Philoſophum 3.
Tex.41. de anima. & 7. huius, & 8. ergo ex oppoſito habere materiam, quæ eſt altera pars compoſiti in
Tex.16. rebus generalibus & corruptibilibus, eſt cauſa multitudinis numeralis, & quẽadmodum plu-
ralitas materierum, quæ ſunt partes, eſt cauſa pluralitatis indiuiduorum: ita vnitas materię
eſt cauſa vnius indiuidui.

Tertio errant, & peccant in hoc, quia opinio ipſorum in ſe eſt falſa, & probo decem ratio- B
nibus. Primo, quòd hæcceitas non ſit principium indiuiduationis; quia ſicuti ſe habet indi-
uiduũ ad indiuiduationem, ita hoc ad hæcceitatem; ergo ſecundum commutatam propor-
tionem, ſicut ſe habet hoc ad indiuiduum, ita hęcceitas ad indiuiduationem, & econtra; ſed
indiuiduum eſt idem realiter & formaliter quod hoc, & hoc eſt idem realiter & formaliter
quod indiuiduum; idem enim eſt dicere quòd aliquid indiuiduetur, & ꝙ fiat indiuiduum, &
Hæcceitas eſt idem cũ Idiuiduatione. quod fiat hoc; ergo & hæcceitas eſt idem formaliter quod indiuiduatio, & econtra, non ergo
hæcceitas eſt principium indiuiduationis; quia nihil eſt principium ſui ipſius formaliter.

Pręterea principia indiuiduationis ſunt primo diuerſa; ſed hæcceitates non ſunt primo di-
uerſa; ergo ipſę non ſunt principia indiuiduationis: maior conceditur ab ipſis: minor proba-
tur, quia id, quod conuenit magis cum vno, quàm cum alio, non eſt primo diuerſum ab eo,
cum quo magis conuenit; ſed hęcceitas vnius, puta Platonis, magis conuenit cum hęcceitate
Sortis, quàm cum hęcceitate lineæ; igitur hæcceitates non ſunt primo diuerſę: maior proſyl-
logiſmi patet ex terminis, primo enim diuerſum ab alio non conuenit cum illo: minor quo-
Hæcceitas eſt differẽtia Idiuidualis. que probatur, tum quia hęcceitas Sortis & Platonis conueniunt in ſpecie; hęcceitates Sortis C
& lineę differunt genere: tum quia illa magis conueniunt, quę magis aſſimilantur, magis aſsi-
milantur quę ſunt magis comparabilia, hæcceitates Sortis & Platonis ſunt magis comparabi-
les, quàm hęcceitates Sortis & lineæ, ſicut vniuerſaliter res eiuſdem prędicamẽti ſunt magis
comparabiles, quàm res diuerſorum prędicamentorum, ergo &c.

Pręterea, materia totius eſt principium indiuiduationis per ipſos: ſed hæcceitas non eſt ma
teria totius, ergo hæcceitas non eſt principium indiuiduationis: patet maior; probatur mi-
nor, quia hęcceitas eſt differentia indiuidualis, differentia vt ſic ſumitur à forma, quare eſt mo
dus intrinſecus, & quid formale potiuſquàm materia.

Pręterea arguitur ſic, quod pręſupponit indiuiduum, non eſt principium indiuiduationis:
ſed hęcceitas pręſupponit indiuiduum: ergo non eſt principium indiuiduationis: maior pa-
tet ex terminis: minor probatur, quia hęcceitas eſt actus ſingularis & indiuiduus: ergo præ-
ſupponit potentiam ſingularem & indiuiduam, quam actuat, & ſic natura indiuidui eſt ſingu
Tex.38. laris ante aduentum hęcceitatis, ſi verum eſt quod ſcribitur 2. phyſi. quòd forma ſingularis
requirit, & pręſupponit materiam ſingularem, & vniuerſalis vniuerſalem, &c. D

Pręterea, quod eſt commune materialibus & immaterialibus non poteſt eſſe principium
indiuiduationis; ſed hæcceitas eſt quid commune materialibus & immaterialibus: igitur non
eſt principium indiuiduationis: maior patet, quia principium indiuiduationis eſt quo aliqua
Hæcceitas inuenitur in Angelis ſecũdũ Aliquos. differunt, & non conueniunt: minor eſt ipſorum, qui ponunt hęcceitatem eſſe in Angelis, &
tamen non ponunt in eis materiam totius, vnde coguntur ponere in eis hęcceitatem alterius
generis, & ſi hoc affirmant, tunc diminute tradunt doctrinam, dum nullibi ponunt diſtin-
ctionem harum hęcceitatum.

Pręterea, ſi hęcceitas eſſet principium indiuiduationis; ergo differentia ſpecifica vltima ip-
ſius ſpeciei ſpecialiſsimę non eſſet perfectiſsima differentia: conſequens eſt contra Ariſt. &
Tex.43. ipſos: igitur poſitio falſa. Ariſt. enim 7. huius vult, quòd differentia formalis ſit tota ſubſtan-
tia rei, & loquitur de differentia ſpecifica, quod non eſſet niſi talis differentia comprehende-
ret omnem perfectionem rei; conſequentia ſic deducitur; omnis differentia eſt perfectio, quę
pręſupponit alias differentias ſuperiores, ſed differentia ſpecifica non præſupponit differen-
tias exiſtentes in indiuiduo, & ecõtra, differentia indiuidualis ſic præſupponit tales differen-

tias

A tias: ergo differentia indiuidualis erit perfectior differentia ſpecifica. Et confirmatur. quia actus quanto eſt poſterior, tanto eſt perfectior. 9. huius, priora generatione ſunt poſteriora ſecundum ſubſtantiam, & perfectionem; ſed ita eſt quòd actus indiuidualis, ſeu proprietas ipſius eſt poſterior actus ipſa differentia ſpecifica: ergo eſt perfectior.

Tex. 10.

Præterea data hac poſitione, ſequeretur quòd æque indiuidualiter differrẽt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, & duo indiuidua diuerſarum ſpecierum, vt Socrates & Plato, & Socrates & Bucefalus, quod eſt omnino abſurdum: nam Socrates & Plato differunt indiuidualiter accidẽtaliter Sortes & Bucefalus differunt indiuidualiter eſſentialiter; conſequentia deducitur, quia quæcunque differunt per primo diuerſa, ęqualiter differunt, quia primo diuerſa ſunt maxime diſtantia: ſed Sortes & Plato inter ſe differunt per hæcceitates, quæ ſunt primo diuerſę; ſicut Socrates & Bucefalus: igitur æquè indiuidualiter differunt.

Indiuidua diuerſarũ ſpecierum quõ differant.

Pręterea ſequeretur data poſitione ipſorum, quòd indiuidua differrẽt eſſentialiter; conſequentia deducitur ſic; omnis differentia aliquorum, pluſquàm per propria & eſſentialia accidentia eorum, eſt differentia eſſentialis & ſpecifica; hæc enim eſt per ſe nota, quoniam differentia **B** per accidentia communia eſt per accidens, differentia per accidentia eſſentialia vt Leonis per ſuum proprium, & hominis per ſuum proprium, eſt ſaltem per ſe, & eſſentialis ſecundo modo per ſe: ergo differentia per ea, quæ antecedunt propria & eſſentialia accidentia, erit diſtinctio eſſentialiter, ac magis per ſe; & ſic ſimpliciter eſſentialis.

Præterea data iſta poſitione ſequeretur, quòd ordo inter indiuidua eiuſdem ſpeciei, eſſet ordo eſſentialis per ſe: conſequens eſt falſum, tum quia in indiuiduis eſt proceſſus in infinitũ; ſed in ordine eſſentiali non eſt proceſſus in infinitum: ergo talis ordo non eſt inter indiuidua eiuſdem ſpeciei; tum quia hoc eſt contra Ariſt. 3. huius, vbi commendat Platonem volentẽ, quòd in indiuiduis eiuſdem ſpeciei non ſit hoc prius, illud poſterius; quare ſecundum ipſum Platonem omnia indiuidua vt poſteriora reducebantur ad aliquod prius ſeparatum, ad quod omnia talia habebant eſſentialem ordinem, quod ſecundum ipſum erat idea ſpeciei ſeparata ab indiuiduis. Ariſt. concordat cum Platone in primo, ſcilicet quòd in indiuiduis non eſt ordo prioris & poſterioris eſſentialiter; & diſcordat in alio: conſequentia prima ſic probatur præſupponendo, quòd proprietas indiuidualis in Sorte non eſt accidens Sortis, ſed eſt eadem **C** cum ſubſtantia Sortis, ſimiliter in aliis. Pręſupponitur etiam, quòd ordo inter aliqua attenditur penes principia diſtinctiua, itaquòd talis eſt ordo inter diſtincta, qualis inter principia diſtinctiua, ex hoc arguitur ſic; ordo, qui eſt inter Sortem & Platonem eſt penes differentias ſubſtantiales; ergo iſte ordo erit ſubſtantialis; ſed omnis ordo ſubſtantialis eſt ordo per ſe, & eſſentialis: ergo à primo ad vltimum data veritate iſtius opinionis, ſequitur quòd inter indiuidua eiuſdem ſpeciei ſit ordo eſſentialis: minor eſt nota, quia ſubſtantiale diſtinguitur contra accidentale; & per ſe contra per accidens. Et confirmatur, quia ordo principiorum diſtinctiuorum debet reduci ad aliquod prædicamentũ, cuius ſint ipſa principia diſtinctiua; ſed talia principia reſpectu ipſorum indiuiduorũ diſtinguuntur: ergo talis ordo erit ſubſtantialis.

Eſſentialis ordo non datur inter indiuidua.

Tex. 11.

Proprietas indiuidualis non eſt accidens.

Vltimo arguitur ſic, data hac fictione de principio indiuiduationis, ſequeretur quòd materia ſeparata ab omni forma, non tantum eſſet in actu entitatiuo, ſed etiam in actu formali, conſequens eſt contra Auctores huius poſitionis: ergo & antecedens: conſequentia probatur, quia materia ſeparata ab omni forma habet ſecundum ipſos propriam hęcceitatem, & modũ intrinſecum; ſed ille modus eſt actus formalis: quod probatur per eos, quia determinat ma- **D** teriam vt ſit hæc; ſed determinare eſt proprium actus formalis, quia omne ſic determinans habet modum cuiuſdam qualificantis. Et corroboratur, quia ipſi dicunt quòd iſte modus, ſeu hæcceitas eſt differentia indiuidualis; & comparatur ad naturam, cuius eſt modus, ſicut realitas formalis ad realitatem potentialem.

Modus intrinſecus eſt actus formalis ſecũdum Aliquos.

His ſic iactis reſpondendum eſt ad rationes adductas pro parte oppoſita, & primo dicendũ quòd fundamentum eſt falſum, quia non datur materia totius, vt probatum eſt; cum apud Ariſto. non ſit alia materia, niſi illa, quę habet rationem formabilis; hęcceitas tenet potius rationem informantis, & actus, quàm rationem formabilis & potentiæ: & ſic male expoſita eſt intentio Ariſt quòd ea ſunt vnum numero, quorum materia eſt vna, ita quod intelligat de materia totius, q̃m cum hæc ſit quoddam fictitium, nõ poteſt de illa intelligere; ſed intelligit de materia, quæ eſt altera pars cõpoſiti: vt exponit S. Tho. ergo &c. quæ expoſitio eſt Auer. & Alexan. qui ait quòd Ariſt. per materiam communiori vocabulo intelligit ſubiectum, ſed hoc ſubiectum eſt materia ſub certis dimenſionibus, vt ait S. Thomas. Falſum quoque eſt, quòd materia & forma opponantur relatiue, quia vnum relatiuorum non perficitur per aliud, nec ordinatur ad aliud vt ad ſuum perfectiuum; & licet Ariſt. dicat 2. phyſicorum, materiam &

Materia totius eſt quid fictitium.

Tex. 16.

formam

formam eſſe in genere ad aliquid, hoc tamen non dicit niſi ratione actus & potentiæ, & A
ſecundum rationem relationis tantum; vnde ſunt relatiua ſecundum dici, & non ſecundum eſſe. Nec eſt verum hæcceitatem conſtituere rem in eſſe vltimo ſubijcibili, & materiali:
Tex. 82. quia materia prima eſt illa, quæ habet rationem vltimi, vt probat Philoſophus 1. phyſicorũ, ſic enim probat, quòd ſi materia corrumpitur in hoc abiret vltimum; hæcceitas cum ſit actus & modus quidam, non poterit eſſe vltimum ſubijcibile, quia hoc eſt illud, quod eſt eſſentialiter potentia ideſt materia. Vnde fundamentum poſitum ab ipſis quot habet verba, tot continet falſitates.

Aliqui æquiuocat de materia. Hinc ratio, qua probant materiam non eſſe principium indiuiduationis, quia eſt eadem in genito & in corrupto, eſt falſiſſima: quia illa eſt materia prima: nos autem loquimur de materia proxima, quæ eſt diuerſiſſima in genito & in corrupto; ſiquidem non eſt eadem forma ſubſtantialis, nec eadem quãtitas, quomodo igitur erit eadem materia? nec idem indiuiduũ, & ſic aqua corrupta & generata non ſunt eiuſdem ſpeciei, nec eiuſdem materiæ proximæ, neq formæ, nec idem numero per naturam redire poteſt.

Diluitur etiã quarta ratio, qua dicitur, quòd actus eſt qui ſeparat & diſtinguit; ergo nõ materia: B
Tex. 49. nam iſta auctoritas non adducitur ad propoſitũ. Ariſt. 7. huius loquitur de diſtinctione ſpecifica, quæ fit per actũ & formã, & nos loquimur de diſtinctione numerali, quæ fit per materiã.

Materia duplex eſt. Diluitur etiam quinta, qua aſſerunt materiam pertinere ad eſſentiam ſpeciei: ergo non ad principium indiuiduationis: non enim conſiderant materiam, quæ pertinet ad eſſentiam ſpeciei, eſſe materiam communem: materia autem, quæ eſt principium indiuiduationis, eſt materia proxima, vt declarabitur infra. Diluitur & confirmatio; quia natura ſpecifica non contrahitur per materiam communem, quę eſt pars illius naturę, ſed contrahitur per materiã particularem, quę non pertinet ad eſſentiam ſpeciei.

Materiæ ſignatæ ſunt primo diuerſæ. Soluitur & ſexta, quia non ad hæcceitatem, ſed ad materiam ſignatam primo ſequitur vnitas numeralis; propterea minor eſt falſiſſima. Diluitur & ſeptima, quoniam vt ſępe dictum eſt, materia quę eſt fundamentum vnitatis ſpecificę, eſt materia communis, non materia ſignata & proxima. Ad vltimam negatur, quod materiæ ſignatæ non ſint primo diuerſæ, vt latius dilucidabitur infra: ipſę enim ſunt, & nõ hęcceitates, quibus indiuidua diſtinguuntur. Hæc de opinione iſtorum. C

diſt. 33. q. 8. art. 3. Secunda opinio eſt ipſius Adæ, qui 1. ſenten. tenuit ſubſtantiam materialem ex ſe, ſine ex natura ſua fieri indiuiduam & ſingularem; itaque non oportet quærere aliam eſſe cauſam ſingularitatis à cauſa naturæ, quaſi natura prius tempore, vel natura ſit natura anteqnàm ſit ſingularis, & tunc per aliquod adueniens contrahatur vt fiat ſingularis, quod probat per ſimile ſic; quia ſicut natura habet ex ſe verum eſſe extra animam, nõ autem eſſe in anima, niſi ab alio, ideſt ab ipſamet anima cuius ratio eſt, quia eſſe verum conuenit ei ſimpliciter; eſſe autem in anima eſt eſſe eius ſecundum quid; ita vniuerſalitas non conuenit rei, niſi ſecundũ quod habet eſſe ſecundum quid, ideſt in anima: ſingularitas autem conuenit rei ſecundum verum eſſe; & ita ex ſe & ſimpliciter: ergo quærenda eſt cauſa, quare natura eſt vniuerſalis, & aſſignandus eſt intellectus pro cauſa, non autem quęrenda eſt aliqua cauſa, quare natura eſt ſingularis alia à natura rei medians inter ipſam & ſingularitatem eius: ſed quę ſunt cauſæ vnitatis rei, ſunt & cauſæ ſingularitatis rei: igitur ſubſtantia materialis ex ſe eſt indiuidua &
Tex. 48. ſingularis. Præterea Ariſt. 7. huius, contra Platonem probat, quòd ſubſtantia cuiuſcunq; rei eſt propria illi, cuius eſt, & non ineſt alij: igitur ſubſtantia materialis ex natura ſua circumſcripto omni alio, eſt propria ei, cui ineſt: itaque ex natura ſua non poteſt ineſſe alteri: ergo ex natura propria ſua eſt indiuidua & ſingularis. D

Duo contraria in eodem eſſe nequeūt. Sed hæc opinio reprobatur, quia quicquid ineſt alicui ex natura ſua, per ſe ineſt ei in quocunque; igitur ſi natura aliqua puta hominis, de ſe eſt hæc, in quocunq; eſſet natura hominis, eſſet hic homo ſingularis: conſequens eſt incõueniens, loquẽdo de ſingularitate determinata, de qua diſputamus, ergo &c. Præterea, cui de ſe conuenit vnũ oppoſitũ, ei de ſe repugnat aliud oppoſitum: igitur ſi natura de ſe eſt vna numero, ex ſe repugnabit ei multitudo numeralis.

Nec rationes adductæ aliquid concludunt. Prima enim ſoluitur: quia non ita ſe habent communitas & ſingularitas ad naturam, ſicut eſſe in intellectu & eſſe verum extra animam: quia communitas conuenit naturę extra intellectum, & ſimiliter ſingularitas & communitas conuenirent ex ſe naturę: ſingularitas autem conuenit naturæ per aliquid in re contrahens ipſam; ſed vniuerſalitas non conuenit rei ex ſe; & ideo concedo, quòd quærenda eſt cauſa vniuerſalitatis; non tamen quærenda eſt cauſa communitatis alia ab ipſa natura, & poſita communitate in ipſa natura ſecundum propriam entitatem & vnitatem, neceſſario oportet quærere

A rere cauſam ſingularitatis, quę ſuperaddit aliquid illi naturæ cuius eſt. Ad aliam dico, quòd Philoſophus improbat illam fictionem, quam imponit Platoni, quòd ſcilicet non poſſit hic homo per ſe exiſtens, qui ponitur idea, per ſe eſſe vniuerſalis omni homini, quia omnis ſubſtantia per ſe exiſtens eſt propria ei, cuius eſt, hoc eſt vel ſeipſa, vel eſt propria per aliquod contrahens, quo contrahente poſito non poteſt ineſſe alteri, licet non repugnet ei ex ſe ineſſe alij, etiam loquendo de ſubſtantia ſecũdum quod ſumitur pro natura, & tunc ſequitur quòd idea non erit ſubſtantia Sortis, quia nec in natura Sortis, cum ex ſe non ſit illi propria, nec eſt tantum in eo, cum illi appropriata non ſit, ſed eſt & in alio ſecundum ipſum; ſi autem accipiatur ſubſtantia pro ſubſtantia prima; tunc verum eſt quòd quęlibet ſubſtantia eſt ex ſe propria illius, cuius eſt, & tunc multo magis ſequitur, quòd illa idea, quæ ponitur ſubſtantia per ſe exiſtens iſto modo, non poſſit eſſe ſubſtantia Sortis, vel Platonis.

Fictio Platonica.

Sententia Henr. de prĩcipio indiuiduationis.

Tertia opinio eſt Henrici tenentis ſubſtantiam materialem non indiuiduari per aliquod poſitiuum; quia illud vel eſſet materia, vel forma, vel aliquid conſequens materiam vel formam, & hoc vel eſt abſolutum, vel reſpectiuum; non eſt materia, quia eſt pura potentia; nec B eſt forma: quia quęram de forma per quid indiuiduatur, quia nec ex ſe ipſa; ſicut nec natura vt dictum eſt contra Adam: quæram ergo per quid, & vlterius de illo alio; & ſic in infinitum: nec poteſt dari aliquod conſequens abſolutum; quia quæram de illo eodem modo; nec per reſpectiuum; quia reſpectus prǽſupponit fundamentum: & ſic non indiuiduat ipſum: ergo negatio erit ratio, qua aliquid indiuiduatur, & ſic ponit Henricus duplicem negationem, qua indiuiduatur natura ſingularis: vnum enim vt ait Philoſophus 4. huius dicit priuationem diuiſionis in ſe; & priuationem identitatis ad aliud: igitur cum ſingularitas vel indiuiduatio non dicat niſi duplicem negationem; non oportet eius cauſam poſitiuam quęrere; ſed ſufficit negatio: prima propoſitio probatur; quia ſi vnum diceret rationem poſitiuam non diceret eandem, quam dicit ens; tunc enim eſſet nugatio dicẽdo, ens vnum; nec aliã rationem dicit.

Tex. 3.

Sed confutatur quoque iſta opinio, quia ſubſtantia prima per ſe generatur 7. huius, & etiã per ſe operatur 1. huius, & ex hoc diſtinguitur à ſecunda, cui neutrum conuenit per ſe primo: igitur iſta conueniunt primę ſubſtantię per illud, quod addit ſupra ſecundam ſubſtantiam; C non autem conueniunt iſta alicui formaliter per negationem: ergo prima ſubſtantia non addit tantum negationem ſupra ſecundam. Prǽterea negatio non conſtituit aliquid formaliter in entitate perfectiori, quàm ſit illa entitas præſuppoſita negationi, alioquin negatio eſſet formaliter entitas poſitiua: ſed prima ſubſtantia per Philoſophum in prædicamentis eſt maxime ſubſtantia, & etiam magis ſubſtantia, quàm ſecunda: ergo non formaliter conſtituitur in entitate primę ſubſtantiæ per negationem, inquantum diſtinguitur à ſecunda. Ad rationem in oppoſitum dicitur, quod dato, & non conceſſo quòd vnum ſignificet formaliter illam duplicem negationem, non tamẽ ſequitur ꝙ non habeat aliquam cauſam poſitiuam, per quam inſit ei illa duplex negatio; nam & vnitas ſpecifica pari ratione ſignificat duplicem negationem; & tamen nullus negat entitatem poſitiuam eſſe rationem vnitatis ſpecificæ, à qua entitate poſitiua ſumitur ratio differentiæ ſpecificæ: ſic etiam in indiuiduo poterit eſſe aliquid poſitiuũ, per quod indiuiduetur; & hoc, an ſit materia vel forma, infra dicetur.

Tex. 34.

In prologo.

Cap. de ſubſtantia.

Opinio Boneti.

Quarta opinio eſt Nicolai Boneti; & Godofrenſis, & Rugerij aſſerentium ſubſtantiam materialem effici indiuiduam, & ſingularem per actualem exiſtentiam: ratio, qua mouentur hi grauiſſimi viri; fundatur in Ariſt. 7. huius, vbi ait quòd actus determinat & diſtinguit: D igitur vltima diſtinctio eſt per vltimum actum: vltimus actus indiuiduorũ eſt exiſtentia, quia quodlibet aliud ab ipſa intelligitur in potentia ad ipſam exiſtentiam: ſequitur ergo exiſtentiam eſſe rationem indiuiduandi aliquid. Sed opinio iſtorum eſt friuola, & de facili diluitur; quia adhuc remanebit quæſtio de ipſa exiſtentia, vnde & quomodo contrahitur, vt ſit hæc, ſicuti quæritur de natura, nam ſi natura ſpecifica ſit eadem in pluribus indiuiduis, habet exiſtentiam eiuſdem rationis in eis: ſicut ergo natura ſpecifica non eſt de ſe hæc; ſed quæritur propter quid efficitur hæc, ita de exiſtentia quęritur propter quid efficitur hęc, cum de ſe non ſit indiuidua. Fundamentum adductum pro iſtis eſt debiliſſimum, quia actus diſtinguit eo modo, quo eſt actus; ſi eſt actus accidentalis, diſtinguit accidentaliter; ſi actus eſſentialis, diſtinguit eſſentialiter: exiſtentia eſt vltimus actus: ergo vltimate diſtinguit; ſed non eſt prima radix, primumque principium, vnde oritur diſtinctio indiuiduorum, de qua prima radice eſt noſtra diſputatio.

Tex. 49.

Reprobatur Bonetus.

Act⁹ duplex eſſentialis & accidentalis.

Cap. 44.

Opinio Truſiani.

In ſecta Auerro. adeſt Truſianus pluſquàm Commentator, qui in ſecundo tegni ſuper textum; in digreſſione propria, quam facit de hac materia, tenet quòd forma ſit principium

indiuiduationis per ſe, à materia autem indiuidunm non habet quòd ſit indiuiduum; niſi A
per accidens pro quanto acquiſitio formæ fit in ea; motus primo, quia materia omnium
generabilium eſt vna communis, non autem eſt vna communis forma: quare oportet quòd
forma faciat quòd materia ſit hæc materia, & non econtra. Secundo quia vna forma nu-
mero eſt incommunicabilis multis materijs ſimul; licet enim omnes formæ ſingularium
hominum ſint vna forma ſecundum rationem ſpeciei; non tamen ſunt vna forma in vna
materia. Tertio quia ſi indiuidua eſſent à materia, omne indiuiduum haberet materiam:
conſequens eſt falſum de ſubſtantijs ſeparatis, ergo &c. Nec obſtat ſi quis dicat, quòd ma-
teria eſt principium indiuiduationis in rebus materialibus: quia ego dicam illi, quòd ipſa
non habet hoc ex hoc, quòd eſt materia, ſed ex eo quòd non eſt participabilis à pluribus ſi-
mul, quod quidem habet à forma, quæ facit ſibi eam propriam; ſed multo magis hoc ha-
bet à forma: nulla enim perficit ſimul plures materias; & ideo forma eſt per ſe principium
indiuiduationis, à materia autem non eſt indiuiduatio, niſi per accidens: & hęc eſt expreſſa
Tex. 2. ſententia Ariſto. 2. de anima, vbi habet, quòd ſubſtantia eſt vnum quoddam genus eorum,
quæ ſunt, huius autem aliud quidem eſt ſicut materia, ſecundum quam non eſt hoc ali- B
quid, aliud autem forma & ſpecies, ſecundum quam iam dicitur hoc aliquid. Hæc eſt
Comm. 6. ſententia Auerrois 2. de anima, vbi ſcripſit, quòd diuerſitas formarum eſt cauſa diuerſi-
tatis materierum, & non econtra, indiuiduum eſt indiuiduum ex forma, quia per materiã
Cap. 2. eſt diuiſibile, cum ſit quantum. Hæc eſt ſententia Auicennæ 6. naturalium, vbi habet, quòd
materia, in qua exiſtit anima, non eſt id quod eſt, niſi ex complexione propria: talem autem
complexionem habet à forma; & hinc eſt quòd materia non remanet eadem numero poſt ſe-
parationem animæ à corpore.

Refutatur opinio Truſiani. Sed hæc opinio ſtare non poteſt; quia qua rõne ponit iſte vir formam eſſe per ſe principiũ
indiuiduationis: eadem ratione ego dicerem eſſe materiam; quia quod eſt per ſe pars indiui-
dui, eſt per ſe principium indiuiduationis eiuſdẽ per ipſum; ſed materia eſt per ſe pars indiui-
dui; ergo materia erit per ſe & non per accidens principium indiuiduationis, vt imagina-
Tex. 15. tur Truſianus: maior eſt clara: minor eſt Ariſto. 8. huius vbi ait quod ratio propter quam
ex materia & forma aliquid eſt vnum; non eſt niſi quia illud eſt materia, & potentia, aliud ve-
ro actus. Opinio hæc eſt contra Ariſt. hic tenentem illa eſſe vnum numero, quorum materia C
Cap. 24. eſt vna, non dixit, quorum forma eſt vna. Eſt etiam contra Auerr. 12. huius, vbi aſſerit ſingu-
larium vnum eſſe aliud ab alio propter materiam: Præterea nullum pertinens ad quiddita-
tem eſt principium indiuiduationis, ſed forma eſt tota quidditas per Auer. igitur forma non
poteſt eſſe principium indiuiduationis; maior patet, quia quidditas per intellectum poteſt
ſeparari à principijs indiuiduationis, propterea quod pertinet ad quidditatem; non eſt prin-
cipium indiuiduationis.

Rationes Truſiani facile ſoluuntur. Nam ad primam poſſumus dicere, quòd communi-
Materia quo modo eſt vna numero. tas, quæ eſt in materia, eſt pura priuatio, & ideo materia dicitur vna numero omnium gene-
rabilium & corruptibilium priuatiue, & per priuationem cuiuslibet formę, per quam aliquid
dicitur eſſe vnum numero; ſed communitas, quæ eſt in formis vniuerſalibus, eſt extra ani-
mam in potentia: vnde formæ communes extra animam habent eſſe medium inter puram
priuationem & eſſe actuale: materia igitur, quæ eſt communis pluribus, non eſt materia ſi-
gnata, ſed materia prima. Ad ſecundam dicitur, quòd ſi forma eſt incommunicabilis plu-
ribus materiis, hoc eſt propter materiam ſignatam, quia forma quantum eſt ex ſe eſt pluribus D
communicabilis. Ad tertiam dico, quòd alio modo indiuiduantur abſtracta, alio modo ip-
ſa ſenſibilia: abſtracta enim ſtatim ſunt id, quod ſunt, & ſe ipſis ſunt hæc & vnum, vt ſcribitur
Tex. 16. 8. huius. Sed ſenſibilia non ſeipſis, ſed per materiam ſignatam efficiuntur hæc. Ad illud
Tex. 2. Indiuiduum fit hoc aliqd per materiã. Ariſt. 2. de anima dicitur, quòd per formam indiuiduum fit hoc, ſed non primo & principa-
liter fit hoc aliquid; ſed per materiam ſignatã; per formam indiuiduum fit hoc aliquid ſecun-
dario. Et ſic etiam intelligitur dictum Auerro. Licet etiam poſſimus dicere, quòd ſi Auerro.
poſuit formam eſſe principale indiuiduationis principium, errauit & peccauit peccato maxi-
mo. Soluitur etiam dictum Auicennæ, quòd complexio non eſt principaliter à forma, ſed à
materia ſignata ab agente; vnde formæ recipiuntur in materijs ſecundum quòd diſpoſitæ
Tex. 26. ſunt ab ipſis agentibus iuxta illud 2. de anima, actus actiuorum ſunt in patiente bene di-
ſpoſito.

Senten. Sueſſani. Diſp. 5. Apud Auerroiſtas eſt etiam opinio Sueſſani, qui in diſputationibus ſuis huius li-
bri diſtinguit de principio indiuiduationis dicens, aliud eſſe principium principale vni-
tatis numeralis; aliud ſine quo non; & aliud diſpoſitiuum: principium principale
eſt ipſa

A eſt ipſa materia prima: ſine qua non eſt forma genita: diſpoſitiuum eſt dimenſio in-
terminata. Primum probat ſic, quia materia prima ſeipſa eſt vna numero, & nullo modo
vniuerſalis, nec pars vniuerſalis ſecundum peripateticos: ergo &c. Prẹterea, eadem eſt cauſa
multitudinis numeralis, & vnitatis numeralis; ſed materia eſt cauſa multitudinis numeralis,
vt ſcripſit Auerr. in libro de ſubſtantia orbis, vbi poſuit quòd ideo ſunt multa ſub eadem ſpe Cap. 2.
cie, quia materia eſt multa in potentia: igitur materia eſt cauſa vnitatis numeralis. Prẹterea
vniuerſale & ſingulare ſunt ſaltem oppoſitæ rationes; ſed forma eſt principale principium,
quo compoſitum vniuerſalitatē participat: igitur materia eſt principale principium, quo com
poſitum ſingularitatē participat. Secundum probat ſic, de mente Auerr. 7. huius, vbi dicit, Comme. 25.
quòd ſubſtantia demonſtrata non eſt vna niſi per hanc ſubſtantiam, & per hanc naturam, quæ
dicitur forma: igitur materia non eſt principium indiuiduationis, niſi concurrente forma, &
forma concurrit tanquàm principium ſine quo non. Prẹterea, ſicut ſe habet materia ad hoc
vt compoſitum participet vniuerſalitatē, ſic ſe habet forma ad hoc vt idem compoſitum parti
cipet vnitatē & ſingularitatē; ſed materia eſt cauſa ſine qua non, ad hoc vt compoſitum partici
B pet vniuerſalitatē; niſi enim materia eſſet multiplex in potentia, compoſitū nō eſſet particeps
vniuerſalitatis: ſignum autem, quia vbi non eſt materia, non eſt vniuerſalitas, atque communi
cabilitas, vt patet in ſeparatis: igitur forma eſt cauſa ſine qua non, ſingularitatis. Præterea, quod
eſt cauſa determinationis materiæ & dimenſionum, eſt cauſa ſine qua non, vnitatis numeralis
indiuidui compoſiti; ſed forma eſt cauſa ſine qua non determinationis materię atque dimen-
ſionum; nunquàm enim materia eſſet terminata nec dimenſio, niſi aduentu formę: igitur for-
ma eſt cauſa ſine qua non indiuiduationis. Tertium declarat ſic, quia Auerr. lib. de ſubſtan- Cap. 6.
tia orbis contra Auicen. arguit; quòd ſi forma corporis reciperetur ante dimenſiones intermi
natas, eſſet indiuiſibilis & æterna; & materia nullam aliam formam reciperet: igitur dimenſio
diſponit materiam ad multitudinem; & per conſequens eſt diſpoſitiuum principium vnitatis
numeralis indiuidui compoſiti. Sed hæc opinio peccat primo in hoc, quòd ponit dimēſio- Refellitur
nes indeterminatas ante formam ſubſtantialem in materia prima: quia ſtante veritate huius ſentētia Au
opinionis, tunc daretur accidens ante ſubſtantiam contra Ariſt. 7. huius, vbi ponit ſubſtātiam guſtini Ni-
prẹcedere accidens tempore, & natura. Nec valet, ſi dicatur quòd eſt accidens interminatum, phi. Tex. 4.
C quia accidens interminatum & terminatum ſunt in eodem prædicamento: cum ergo prẹdica
mentum ſubſtantiæ prẹcedat prædicamentum quantitatis; ſequitur quòd antecedat tam acci-
dens terminatum, quàm accidens interminatum.

Eſt etiam falſa iſta opinio in ſecundo dicto, quia cauſa ſine qua non, eſt veluti cauſa inſtru- Cauſa ſine
mentalis, ſicuti malleus eſt cauſa ſine qua non, ipſius ædificationis, vel eſt cauſa materialis, vt qua non eſt
ſuperficies reſpectu albedinis; ſed forma nec eſt cauſa inſtrumentalis, nec materialis ipſius duplex.
indiuiduationis: igitur forma non poteſt dici cauſa ſine qua non, ipſius indiuiduationis.
Eſt etiam falſa in primo dicto ſuo; quia materia prima non poteſt eſſe principium indiuidua-
tionis, cum ſit communis pluribus; ſed materia, quæ eſt principium indiuiduationis, eſt ma-
teria ſignata: ergo &c.

Rationes quas adducit, ſunt friuolæ, & nullius momenti. Et prima ſoluitur ſic, quòd mate
ria ſumitur tripliciter. Primo in communi, vt ſtat ſub ordine ad formam in communi, & vt Materia tri-
ſubiectum formæ huius, non quidem vt hæc forma, ſed communiter vt forma eſt; & hæc eſt fariam ſumi
pars quidditatis, & non principium indiuiduationis. Secundo ſumitur in particulari vt poteſt.
D hęc, quia ſub hac forma, & ſic non eſt pars quidditatis, ſed eſt propria huic vel illi, quæ dici-
tur materia ſignata, & hæc eſt principium indiuiduationis. Tertio ſumitur pro materia pri-
ma per ſeclusionem cuiuſcunque actus, vt purum ens quod eſt potentia, & ſic eſt primum
principium rerum naturalium, & non principium indiuiduationis. Secunda quoque ra-
tio ſoluitur, concludit enim de materia ſignata, non autem de materia prima. Soluitur &
tertia ratio ſimiliter, quia formale & principale principium indiuiduationis eſt quòd ali-
quid non ſit diuiſibile tanquàm ſuperius in ſua inferiora, vt perbelle declarat Caietanus in
comment. ſuper primam partem S. Thomę ad tertium argumentum contra Durandum. q. 3. art. 2.

Soluuntur & rationes pro ſecundo dicto. Et primo prima, quia forma concurrit ad indi-
uiduationem, non tanquàm conditio ſine qua non; ſed tanquàm formale & neceſſarium
principium.

Ad ſecundam negatur illa ſimilitudo: & ad probationem dicitur, quòd compoſitum par-
ticipat vniuerſalitatem propter formam, & non propter materiam; negatur etiam quòd
in ſeparatis non ſit vniuerſalitas & communicabilitas ex parte intellectus, licet non ex par-
te rei, vt habetur in lib. de ente & eſſentia. Soluitur & tertia ratio, quia forma per ſe eſt Cap. 5.

causa determinationis materiæ, & non tanquàm causa ſine qua non, vt vult Sueſſanus. A

Trina dimẽſio nõ ponitur. Tertium placitum ſuum eſt omnino falſum, vt dictum eſt, quia non datur illa trina dimenſio præcedens formam ſubſtantialem in materia prima. Ad hanc enim poſitionem multa inconuenientia ſequerentur; & inter alia quòd ens ſecundum quid præcederet ens ſimpliciter; & quòd ens per accidens eſſet prius ente per ſe; & quòd materia maiorem connexionem haberet cum forma alterius generis, quàm cum forma proprii generis, ex quo à qualibet forma ſubſtantiali eſt denudabilis, & non à qualibet forma accidentali; & quòd ſubſtantiæ generabilis non ſolum tria, ſed quatuor principia eſſent, ſcilicet materia, forma, priuatio, & quantitas interminata: non enim poteſt fingi, quin ſit principium ſaltem per accidens, cum ſit coniuncta principio per ſe, ſicut de priuatione dicitur.

Sentẽtia Zimaræ. Tertia opinio inter Auerroiſtas eſt Zimaræ, qui in quæſtione propria ponit tres concluſiones pro declaratione huius quæſiti. Prima concluſio eſt, Materia & forma ſunt per ſe & intrinſeca principia indiuiduationis ipſius ſingularis, prout habet eſſe prædicamentale & metaphyſice loquendo: quam concluſionem ſic probat; illa ſunt principia per ſe vnitatis numeralis indiuidui, quę ſunt per ſe principia entitatis eius; quam propoſitionem ita probat, B quia non eſt immaginabile quòd ab aliquo res recipiat entitatem, à quo non recipiat aliquam vnitatem, cum ens & vnum ſint idem; ſed materia & forma ſunt per ſe principia intrinſeca Tex.cõm.2. entitatis compoſiti, vt patet 2. de anima: ergo vera concluſio. Confirmat hoc, quia illa ſunt principia vnitatis numeralis indiuidui, à quibus talis vnitas eſſentialiter dependet; ſed vnitas numeralis compoſiti dependet eſſentialiter à ſuis partibus, vt patet 7. huius: ergo concluſio vera.

Tex. cõ. vlt. Addit ſecundam concluſionem, comparando materiam ad formam in ordine ad ipſum indiuiduum, Per prius forma eſt principium indiuiduationis, quàm materia: quam ſic probat, illud per prius & immediatius eſt principium indiuiduationis, à quo res per prius habet eſſe hoc, & vnum; ſed indiuiduum per prius habet eſſe hoc, & eſſe vnum à forma, quàm à materia: ergo prius & principalius forma eſt principium indiuiduationis, quàm materia: maiorem probat, quia indiuiduum dicit hoc eſſe, & vnum eſſe, ideſt incommuni-Commen.7. cabile eſſe: minor eſt Auerro. pluribus in locis ſuæ doctrinæ, & præcipue 2. de anima vbi habet congregatum ex materia, & forma non eſſe vnum niſi per vnitatem exiſtentem in C ipſa forma.

Tertia concluſio eſt. Principia extrinſeca indiuiduationis ipſius ſingularis in actuali exiſtentia ſunt ipſum agens, quantitas, potentia reſpectiua materiæ, & breuiter quęcunque neceſſario concurrunt ad eſſe indiuidui vt ſic, veluti tempus & locus: quam concluſionem ita probat; illa ſunt principia indiuiduationis extrinſeca; neceſſario tamen concurrentia ad eſſe incommunicabile indiuidui in effectu, quæ non ſunt de intrinſeca ratione; neque per ſe partes eſſentiales indiuidui, ſine quibus tamen indiuiduatio non fieret in effectu; ſed agens, quantitas, potentia reſpectiua, tempus, & locus, &c. ſunt huiuſmodi; talia enim non ſunt intrinſecę partes indiuidui, vt patet; igitur concluſio eſt vera: probatur primo de agente per Commẽ.11. Commentatorem 12. huius, vbi habet quòd ad vnitatem numeralem effectus, requiritur agens habens vnitatem numeralem: de quantitate etiam patet, quia ſecundum ipſum quan-Cap.11. titates interminatæ ſunt coęternę materię primæ: de potẽtia materię ſimiliter patet 12. huius, vbi habet, quòd ſtatim inductis diſpoſitionibus ab agente, inſurgit in materia de nouo quędam habilitas inclinans ipſam materiam, ita ad hanc formam, quòd non ad aliam; & inducta forma in materia, iſta potentia corrumpitur, & eſt ratio propter quam indiuiduum non D poteſt redire idem numero: de tempore & loco eſt manifeſtiſſimum.

Ad hanc opinionem reducitur ſententia Magiſtri Michaelis de Palatio Granaten. qui 2. diſt.3.diſp.2 ſentent. vbi diſputat, num Angeli ſint incorporei & immateriales, vult indiuiduum ſenſibile habere vnitatem numeralem ex omnibus cauſis; quandoquidem quilibet effectus habet materialem, formalem, efficientem, & finalem cauſam; & fugit quæſitum, quia nos quęrimus de prima cauſa indiuiduationis; de ſingularibus quatenus ſunt intelligibilia, affirmat formam eſſe principiũ indiuiduationis in eis, non aũt materiam, & in hoc etiam decipitur, quia intelligẽtię ſunt formæ per ſe exiſtentes, & per ſe indiuiduantur, nõ autem per formam, quia ſi per Tex.49. formã; ergo & per materiam, cũ forma & materia ſint relatiua, ſed hoc eſt contra Ariſt. 12. huius, vbi loquitur de vnitate primi principij, & dicẽs ꝙ neceſſariũ eſt eſſe vnũ, quia plura prima principia eſſe non poſſunt, niſi conuenirent in forma, & diſtinguerentur numero, ſicuti plures homines conueniunt in forma, & diſtinguũtur numero, propterea quòd habent materiã, ſed primum principium, cum ſit quod quid erat eſſe, ideſt ſua eſſentia & ratio, non habet materiam

A riam, quia eius ſubſtantia eſt endelechia, ideſt actus, materia autem eſt potentia; relinquitur igitur primum principium per puritatem ſuę ſubſtantię indiuiduari, & idem eſt iudicium de omnibus aliis intelligentiis: ergo non per formam.

Sed prædicta opinio ipſius Zimaræ eſt falſiſſima: & probo vnica ratione ſic, fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, & æque bene: ſed per ſolam materiam ſignatam ſufficienter ſaluatur indiuiduatio ſubſtantiæ compoſitæ; ergo fruſtra adduntur quæ ait Zimara: maior eſt Ariſto. 1. phyſicorum, contra Antiquos; minor probatur, quia forma eſt tota quidditas de mente Auerro. ergo communicabilis; igitur per formam non indiuiduatur ſubſtantia compoſita. Alia quæ ſunt poſita in tertia concluſione, non ſunt ad propoſitum, quia ſunt extrinſeca ab indiuiduatione, vt ipſemet fatetur; & nos quærimus de principio ītrinſeco. *Reprobatur Zimara.* *Tex. 50.*

Propterea aliter eſt dicendum, videndo opinionem Thomiſtarum, inter quos adeſt Ioan. Capreolus 2. ſentent. vbi tenet de mente S. Thomæ, quòd duo concurrunt ad indiuiduationem, materia & quantitas, quia duo ſunt de ratione indiuidui, incommunicabilitas & diſtinctio; quoad incommunicabilitatem, principium indiuiduationis eſt materia; quoad *diſt. 3. q. 1.*
B diſtinctionem, principium indiuiduationis eſt quantitas; & hanc opinionem ſequuti ſunt Antiquiores Thomiſtę, inter quos etiam adeſt expoſitor librorũ contra gent. lib. 1. & hoc eſt, quod S. Thomas intelligit in diuerſis locis ſuę doctrinæ per materiam ſignatam, & per materiam ſub certis dimenſionibus, & per materiam, & quantitatem. *Cap. 21.*

Caietanus, qui eſt vnus ex ſubtiliſsimis expoſitoribus doctrinæ S. Thomæ, fuit etiam varius in iſta ſpeculatione; in libro de ente & eſſentia voluit principium indiuiduationis quoad incommunicabilitatem & diſtinctionem, eſſe materiam ſignatam, itaquòd non duo, ſed vnum tantum requiratur ad indiuiduandam rem materialem, & ratio ſua eſt, quia idem eſt principium diſtinctiuum indiuidui à ſpecie, & ab altero indiuiduo eiuſdem ſpeciei; ſed non duo, ſcilicet materia, & quantitas: ſed vnum ſcilicet materia ſignata eſt principium intrinſecum, quo indiuiduum diſtinguitur à ſpecie: ergo non materia, & quantitas; ſed materia ſignata eſt principium intrinſecum diſtinctiuum indiuidui ab altero indiuiduo eiuſdem ſpeciei; maior eſt clara omnibus; quia quandocunque aliquod commune diuiditur in plures partes ſubiectiuas, per idem differunt inferiora inter ſe & à ſuperiori; ſicut per idem, *Cap. 4.*
C homo differt ab animali, & à Leone, ſcilicet per differentiam propriam; vnde Porphyrius tres actus tribuit differentię in prædicabilibus, ſcilicet diuidere ſuperius, conſtituere inferius, & diſtinguere conſtitutum à ſuperiori: minor conceditur à Thomiſtis; ſequitur igitur quòd vnum tantum nempe materia ſignata ſit ſufficiens principium indiuiduationis ſubſtantiæ materialis: ſed quid intelligendum veniat per materiam ſignatam, declarat Caieta. dicens, quòd materia ſignata eſt materia capax huius quantitatis, itaquòd non illius; hæc nanque materia eſt pars intrinſeca huius indiuidui, puta Sortis; & ſi definiretur, in eius definitione debuiſſet poni. Vnde quia agens particulare, puta hoc ſemen in generatione appropriat materiam ad formam introducendam in ipſa; puta ſemen humanum appropriat materiam ad animam humanam, & hoc ſemen appropriat hanc materiam ad hanc animam: & quia in primo inſtanti generationis Sortis, quod eſt primum eſſe Sortis, & primum non eſſe formę pręcedentis, in quo fit compoſitum particulare terminans per ſe primo generationem, eſt per ſe diſtinctum à ſpecie, & ab indiuiduo eiuſdem ſpeciei: principium indiuiduationis eſt materia, quæ eſt capax quantitatis illius indiuidui tantum, & non *Cap. 3.* *Differentia ſpecifica habet tres act^9.* *Materia ſignata quæ ſit.*
D alterius; & illa materia eſt pars intrinſeca ipſius indiuidui, & appropriata ipſi indiuiduo ab agente particulari, & materia ſignata.

Et ſi quis quęrat, quid addat materia ſignata ſupra materiam, reſpondet Caietanus, quòd addit capacitatem huius quantitatis ita vt non illius, ſi quis etiam quæret; quid eſt iſta capacitas huius quantitatis, & non illius, reſpon. quòd eſt potentia receptiua huius quantitatis, itaquòd non illius: & hæc potentia receptiua non dicit aliquid diſtinctum realiter à materia ſignata; ſed dicit aliquod reale, quod eſt diſtinctum ſecundum rationem ab ipſa materia ſignata: ſicut potentia materiæ primæ, cum ſit de eſſentia ipſius, non dicit aliquid diſtinctum realiter ab ipſa; ſed ſecundum rationem tantum; & ſicuti potentia materiæ primæ, ſi eſſet definibilis, definiretur per ſuum actum, quem primo reſpicit, ita potentia materiæ ſignatæ quæ eſt capacitas huius quantitatis, & non illius, ſi eſſet definibilis, definiretur per hanc quantitatem: verum quia Ariſtote. in 12. huius. Item & 9. & hic ait potentiam & actum eſſe in eodem prædicamento, & hęc propoſitio eſt vnum ex principijs doctrinæ S. Tho. pręcipue in materia illa, an potentiæ diſtinguātur ab eſſentia aīæ; propterea iſta potentia materię ſignatę, cum reſpiciat quantitatẽ, ſequitur ꝙ ſi iſta materia eſſet principium per ſe intrinſecũ indi- *Materia ſignata quid addit ſuper materiam vt ſic.* *Tex. 19.* *Tex. 1.* *Tex. 17.*

Reprobatur reſponſio Iauelli.

uiduationis: indiuiduum non eſſet vnum per ſe, ſed per accidens. Nec valet ſolutio Chryſoſtomi Iauelli dicentis ad hoc argumentum illam propoſitionem, potentiam eſſe in eodem genere cum actu, cuius eſt potentia, non valere, niſi de illo actu, quẽ reſpicit primo & per ſe, non aũt quem ſecũdario intuetur. Nam licet hæc gloſa ſit veriſſima in ſe, nihilominus veriſſimũ eſt etiam potentiam materiæ ſignatę primo & per ſe reſpicere hanc quantitatem; idcirco hoc argumentum ſequitur, quòd ſi materia ſignata eſſet materia cum potentia ad quantitatem, indiuiduum eſſet vnum per accidens; & ideo doctior factus ipſe Caiet. in comment. 1. p. interpretatus eſt per materiam ſignatam materiam prçhabentem naturam quantitatis; hæc enim eſt radix, & fundamentum quantitatis, & eſt pars intrinſeca indiuidui, & primo terminat generationem ſubſtantialem in rerum natura ante adhçſionem omnium accidentium in primo inſtanti naturę, in quo oportet vt ſingulare ſit per ſe ens & per ſe vnum, & diſtinctum ab vniuerſali & ab indiuiduo eiuſdem ſpeciei; ſed iſtas conditiones non poterit habere in prædicamento ſubſtantiæ, niſi per conſtitutiuũ exiſtens in eodem prędicamento, & per idem vnumquodque conſtituitur in eſſe ſuo, & diſtinguitur à ceteris: ſed per materiam ſignatam ideſt præhabentem quantitatem, vt dictum eſt, conſtituitur indiuiduum in prędicamento ſubſtantiæ; igitur materia ſignata, ideſt præhabens naturam quantitatis, erit intrinſecum principium, quo diſtinguitur indiuiduum ab alijs ſuę ſpeciei, & hæc eſt expreſſiſſima mens S. Thomę 1. p. vbi definiens perſonam ait, quòd vniuerſale & particulare, licet inueniantur in omnibus generibus; tamen ſpeciali quodam modo indiuiduum inuenitur in genere ſubſtantiæ: ſubſtantia enim indiuiduatur per ſe ipſam, & accidentia indiuiduantur per ſubiectum, quod eſt ſubſtantia: nunc ſic, de mente S. Thomę, ſubſtantia indiuiduatur per ſe ipſam; ergo non per quantitatem, igitur quantitas non concurrit ad indiuiduationem ſubſtantię. Et ſi quis diceret, quòd S. Thomas pluribus in locis ſuę doctrinę ait, quòd quantitas cõcurrit ad indiuiduationem, præcipue in opuſc. de principio indiuiduationis, & 3. par. & 4. ſent. in libello de ente & eſſentia etiam ait, concurrere ad indiuiduationem certas dimenſiones; Hæc omnia & alia dicta ſaluantur, quòd concurrit quantitas non formaliter, ſed fundamentaliter & radicaliter; quoniam diſtinctio numeralis, qua Sortes diſtinguitur à Platone inquantum ſunt iſti homines, non eſt diſtinctio quantitatiua, ſed fundamentum quantitatiuę diſtinctionis, & ſimiliter principium diſtinctiuum huius hominis ab illo vt ſic, eſt radix, & fundamentum quantitatis, & conſequenter diſtinctionis ſequentis ipſam: & iſta opinio eſt verior cunctis ſuperius recitatis: quia per hanc ſoluuntur omnes difficultates, vt ait Ariſt. 4. phyſi. veritas eſt ſolutio dubiorum.

q.29.art.1.

Vera intelligentia de materia ſignata.

q.29.art.1.

Dilucidatio quæſiti ſecũdum S.Thõ.

q. 77. art. 2.

diſtin. 12. q. 1. art. 1.

Cap. 5.

Tex. 47.

A B C (right margin)

Et primo ſoluuntur rationes illorum, qui ponebant quantitatem eſſe principium indiuiduationis: nam quod conuenit alicui per ſe, non conuenit alteri, niſi ratione ipſius, per Ariſt. 1. poſterio. ſed diſtinctio numeralis materialis primo conuenit quantitati per Ariſto. in hoc libro, vbi ait quòd diuidere aliquid in partes eiuſdẽ rationis primo conuenit quantitati: igitur quantitas eſt principium indiuiduationis. Hæc eſt principalior ratio Ægidij, qui fuit huius opinionis. Quæ ratio facile ſoluitur dicendo, quòd diſtinctio numeralis, vel competit quantitati, vel alicui prçhabenti naturam quantitatis; & quia materia ſignata eſt prçhabens naturam quantitatis, tanquàm radix & fundamentum: & ideo ei primo conuenit: & cuicunque conuenit, conuenit per ipſam. Per hanc declarationem ſoluuntur rationes Aduerſariorũ, quibus dicunt hæcceitatem eſſe principium indiuiduationis; quia illud eſt principium indiuiduationis, quo indiuiduum eſt indiuiduum; ſed hęcceitate indiuiduum eſt indiuiduum: igitur hæcceitas eſt principium indiuiduationis. Ad hanc neganda eſt minor; quia indiuiduum eſt indiuiduum materia ſignata, & non hęcceitate. Si autem ipſi per hęcceitatem intelligunt materiam ſignatam, concedimus quòd hicceitas, hęcceitas & hocceitas eſt principium indiuiduationis: ſi autem intelligunt aliquid aliud, negandum eſt. D

Cap. 4.

Tex. 18.

Aliæ rationes ſolutę ſunt ſuperius in reprobatione opinionis eorum; ſimiliter rationes tenentium formam eſſe principium indiuiduationis. Ex quibus patet dilucidatio quomodo indiuiduentur ſubſtantiæ materiales, quia per materiam ſignatam, & hoc declaratum eſt ex pluribus locis S. Thomæ, & præcipue ex 1. p. Ex quo etiam loco patet quomodo indiuiduentur accidentia; quia per ſubſtantiam, in qua reperiuntur: & hęc eſt etiã doctrina Auer. 7. huius, vbi aperte dicit, quòd accidens eſt vnum numero & diuiſum ab accidente eiuſdem ſpeciei per ſuum ſubiectum, in quo eſt: & indiuiduum ſubſtantię eſt prius indiuiduo accidentis. Ex his etiam patet quomodo animę ſeparatę ſint indiuiduatæ per reſpectus tranſcendentales ad corpora, quę ſunt occaſiones multitudinis animarum, de quibus vide 1. p. Ex his etiam patet quomodo ſubſtantia ſeparata ſit vna numero in ſua ſpecie, & indiuiſibilis in plura ſup-

q.29. art.1.

Commen.2.

q.76.art.2.

A ta ſuppoſita eiuſdem ſpeciei : quia ſeipſa eſt vna numero, quoniam in huiuſmodi ſubſtantiis idem eſt quidditas & id, cuius eſt, vt patet 3. de anima. Vnde quo intelligentia eſt Tex. 9. ens, eo eſt vna numero, ſed eſt ens & quid ſeipſa: ergo ſeipſa eſt vna numero, & hoc habes ab Ariſt. 8. huius, & à S. Thoma 1. p. Ex his etiam quoquomodo eſt manifeſtum quo pacto natura humana in Chriſto dicatur indiuidua; quia fuit aſſumpta in indiuiduo, quod eſt diuinũ Tex. 16. q. 50. art. 4. verbum, vt dixit Io. Damaſcenus lib. 3. filius Dei aſſumpſit humanam naturam in athomo, vt habes à S. Thoma 3. p. Ex his patet adhuc quomodo diuinę perſonæ in diuinis diſtinguuntur per diuinas relationes, & non per origines, vt voluit S. Bonauent. 1. ſentẽ. Hinc Boetius ait q. 4. art. 2. diſtin. 25. in lib. de trinitate, quòd ſola relatio multiplicat trinitatem diuinarum perſonarum; quia ibi nulla eſt materia. Vnde quæſtionis iſtius dilucidatio aperit intellectum noſtrum ad hæc omnia ſecreta; immo & hic mundus totus indiuiduatur à materia; nam ideo eſt vnus, quia conſtat ex tota ſua materia, vt habes à S. Thoma 1. p. Plura quoque accidentia reſpectiua indiuiduantur ex ſubiecto in ordine ad aliquod extrinſecum, vt plures paternitates poſſunt eſſe in q. 47. art. 1. eodem patre non reſpectu vnius filij, ſed reſpectu diuerſorum. Ex hac reſolutione exploditur Refelluntur Neoterici.
B ſententia cuiuſdam moderni philoſophi de communibus omnium rerum naturalium principijs, & affectionibus lib. 6. vbi declarat principium indiuiduationis, & aſſerit vnitatem & Cap. 12. diſtinctionem indiuiduorum principaliter eſſe à forma; tamen quia ſecundum nos manifeſtius eſt talem vnitatem & diſtinctionem fieri per materiam, quàm per formam, idcirco materiæ, & nõ formæ appropriari debet. Hanc ſententiam ſumpſit ex Io. Bachono 2. ſenten. vbi diſtin. 39. agit de diſtinctione peccatorum, & quærit num peccata diſtinguantur ex parte formę, vel ex Rationes Neotericorũ parte materiæ. Innititur etiam ipſe quibuſdam leuiſſimis rationibus, quas ſupra impugnan- leuiſſimæ. do opiniones Aduerſariorum ſoluimus, ideo non oportet amplius immorari circa ipſas, & præſertim cum dictum ſit vnius effectus vnicam eſſe cauſam; & quia vnitas & diſtinctio indiuiduorum eſt vnus effectus; ergo ab vna cauſa prouenire debet; & ſic male aſſignantur materia & forma pro diſtinctione indiuiduorum, niſi velit intelligere ſecundum diuerſa genera cauſarum, quæ reſponſio nõ eſſet ad propoſitum; quia diſputatur hic, per quid primo & adæquate indiuiduum fiat hoc.

C

Item Alia numero, alia genere, alia ſpecie, &c. Tex. 12.

An ſecunda diuiſio vnius, quæ dicitur logica, ſit rationi conſentanea.

Dilucidatio ſeptima.

NOTANDVM quòd in hoc textu Ariſt. ponit duas diuiſiones vnius, quarum prima habet quinque membra: ſecunda vero quatuor; membra primæ diuiſionis ſunt, quia quędam dicuntur vnum continuatione, vt linea, Explicatio & ſuperficies; quędam dicuntur vnũ ratione ſubiecti, vt homogenea, puta literæ.
D omnes partes aquę dicuntur vnum: quædam dicuntur vnum, quia conueniunt in vno genere, vt homo, bos, & leo: quędam dicuntur vnum, quorũ definitio eſt vna ſiue ſpecifica, ſiue generica; alia dicuntur vnum, quorum intelligentia eſt indiuiſibilis, vt punctum. Primum membrum ſecundæ diuiſionis eſt, quòd quædam dicuntur vnum numero, quorum materia eſt vna, vt omnia ſynonima, puta Marcus Tullius Cicero; iſta nomina conueniunt in vna materia: quędam ſunt vnum ſpecie, vt indiuidua eiuſdem ſpeciei; quędam ſunt vnum genere, vt ſpecies eiuſdem generis; quædam ſunt vnum analogia, vt omnia prædicamenta. Circa hęc Neoterici reprehendunt S. Thomam, Quæſt. 4. & Commentatorem. Primo S. Thomam circa primum membrum ſecundæ diuiſionis; vult Quæſt. 6. enim S. Thomas, quòd Ariſt. intelligat de materia ſecundum quod ſtat ſub dimenſionibus ſignatis, & talis materia eſt principium indiuiduationis formę, ex conſequenti dictum Ariſto. non verificatur niſi in his materialibus.

Sed contra arguunt, quia Ariſt. loquitur de materia, quę eſt hæcceitas, & non de materia, Argumenta quæ eſt altera pars compoſiti; & ſic male S. Thomas interpretatus eſt intentionem Philoſo- Neotericorũ phi; aſſumptum probant, quia vnitas numeralis reperitur etiam in rebus immaterialibus, & cõtra S. Th.

tamen

tamen in illis ſecundum S. Thomam non eſt materia, quę ſubſtet dimenſionibus interminatis. Præterea ſi intelligeret de materia, quæ eſt altera pars compoſiti, tunc ſequeretur quòd contraria eſſent vnum numero: conſequentia probatur, quia ipſis contrarijs ſubijcitur vna materia ex 1. de genera. ſimiliter etiam genitum & corruptum eſſent vnum numero, quia habent eandem materiam: propterea addunt, quòd Ariſt. intelligit de materia totius, quæ eſt differentia indiuidualis, & exemplificauit per exemplum nobis magis manifeſtum, cum manifeſtior ſit nobis vnitas materialium, quàm immaterialium: ſed non propterea excluditur, quin vnitas numeralis reperiatur etiam in immaterialibus. Addunt vlterius, quòd eſt quædam deſcriptio conuertibilis; quia omne vnum numero habet hæcceitatem, & omne habens hæcceitatem eſt vnum numero. A

Tex. 14.

Refellitur ſentẽtia Neotericorum.

Contra hanc opinionem & declarationem iſtorum probo, quòd Ariſto. loquatur hic de materia, quæ eſt altera pars compoſiti, & non de hęcceitate, quia de illa materia loquitur hic Philoſophus, de qua communiter loquuntur omnes ſapientes, aliter in æquiuocationem caderet, cum reperiatur multiplex materia, de cuius multiplicitate nullam mentionem facit Philoſophus; hęc autem materia, de qua communiter loquuntur ſapientes, eſt materia partis: ergo de materia, quę eſt altera pars compoſiti, & non de hæcceitate loquitur hic Philoſophus. Præterea de illa materia loquitur hic Philoſophus, quam ſuperius voluit eſſe naturam & condiſtingui contra formam, patet hoc inueſtiganti literam contextus; ſed hęc materia eſt pars compoſiti, & non hæcceitas, vt ipſi fingunt: igitur de materia partis, & non de hęcceitate loquutus eſt hic Philoſophus: propterea 7. huius, contra Platonem aſſignans cauſam multiplicitatis indiuiduorum, ipſe Philoſophus dixit eſſe diuerſitatem materiæ, quæ eſt receptiua formæ; hinc Callias & Sortes ſunt diuerſi propter diuerſam materiam; ergo Callias eſt vnus propter vnitatem materiæ: & exponens Commentator dicebat, cauſa in multiplicatione generabilium ab vno generante eſt multiplicatio materierum, in quas agit: iſtæ enim materiæ ſunt partes compoſitorum, & non hæcceitates. Hanc etiam materiam, quæ eſt altera pars compoſiti, dixit Philoſophus 12. huius eſſe cauſam multitudinis numeralis; & propterea primum principium non poteſt plurificari numero; quia non habet iſtam materiam. Et ſi dicas, quòd ibi etiam Philoſophus loquitur de materia, quæ eſt differentia indiuidualis. Contra, quia Ariſto. intellexit ibi de materia, quam negat reperiri in primo principio, & in intelligentiis, eſt materia, quæ eſt altera pars compoſiti; per cuius negationẽ probauit Philoſophus 8. phyſicorum, & in 12. huius intelligentias eſſe immateriales: igitur non oportet amplius laborare in hac re, quia hoc expreſſe ſentit Alexan. & Auerro. cęterique omnes boni interpretes. B C

Tex. 26.

Cauſa multiplicationis indiuiduorũ quæ ſit.

Tex. 49.

Tex. 78.

Tex. 30.

Propterea ſoluuntur obiectiones Aduerſariorum; & prima in qua dicitur, quòd vnitas numeralis reperitur etiam in rebus immaterialibus; ergo non loquitur de materia, quæ eſt altera pars compoſiti. Dico, quòd eſt duplex vnitas numeralis: altera materialis & quantitatiua; altera vero formalis & immaterialis; in ſeparatis à materia eſt vnitas ſecundo modo, non primo, & Ariſt. loquutus eſt hic de rebus materialibus; hinc quę differunt numero formaliter, differunt ſpecie, vt intelligentiæ quarum vnaquęque eſt vna numericè & ſpecificè; quia cum ſit forma ſeparata, ſeipſa eſt ens & vnum; ſed in his materialibus, quod eſt vnum numero, vt Sortes, non conſtituit vnam ſpeciem; quia habet formam in materia. Et ſic etiam ſoluitur inſtantia illa de mathematicis, quę mathematica cum abſtrahant à materia, à tempore, & motu ſequitur quòd in eis non ſit multitudo numeralis; quia ibi non eſt materia, quæ eſt altera pars compoſiti; & tamen duę lineæ mathematicæ differunt numero: propterea dico, quòd aliqua diſtinguuntur numero diſtinctione formali, vt dictum eſt de intelligentiis. Aliqua diſtinguuntur numero diſtinctione formarum, & ſic eſt diſtinctio numeralis in mathematicis: vnde alia eſt diſtinctio formalis, & alia formarum. Aliqua vero diſtinguuntur numero diſtinctione materiali, vt Sortes, Plato, & Callias; & de iſtis eſt ſermo præſens. D

Vnitas numeralis duplex eſt.

Diſtinctio altera formalis, altera formarum.

Ad ſecundam dicitur, quòd contraria non habent eandem materiam ſub eiſdem dimenſionibus, licet ſubijciatur eis idem ſubiectum motus & mutationis ſucceſſiue, ſed illud ſubiectum eſt materia remota; non autem proxima: nam impoſſibile eſt duo contraria ſimul eſſe in eodem ſubiecto ſecundum idem, bene autem ſucceſſiue. Similiter ad tertiam negatur in genito & corrupto eſſe eandem materiam, cum non ſit eadem forma, nec ſint eadem accidentia; variata enim forma neceſſe eſt materiam & accidentia variari. Ex his ergo patet, quid ſit vnũ numero in abſtractis, in mathematicis, & ſenſibilibus.

Quantum ad illud, in quo reprehendunt Commentatorem, eſt in ſolutione cuiuſdam argumenti, quo probant male Ariſt. definiſſe vnum numero; nam ſi illud dicitur vnum numero, cuius

A ro,cuius materia eſt vna; ſequitur quòd nullum immateriale ſit vnum numero: conſequens eſt falſum,igitur definitio tradita de vno numerali eſt falſa; conſequentia probatur, quia immateriale caret omni materia; oſtenditur falſitas conſequentis, quia ſicut vnitas prior infert vnitatem poſteriorem,ita per oppoſitum valet de multitudine, quia multitudo poſterior infert priorem; ſed in materialibus eſt multitudo ſpecifica: ergo erit & multitudo numeralis; & per conſequens vnum numero.

Soluens Commentator hanc obiectionem ait, quòd vnum numero dicitur de illo, cuius materia eſt vna;& differẽtia eſt inter illud vnum,quod eſt principium numerorum; quia hoc vnum eſt in materia;& vnum, quod eſt principium numeri,non eſt in materia:& ſic argumẽtum non militat contra Auerro.quia in materialibus eſt tale vnum, quod eſt principium numerorum. Sed Neoterici arguunt dupliciter contra iſtam reſponſionem; & primo contra hoc,quod dicitur vnum, quod eſt principium numerorum non eſſe in materia, quia illud dictum vel ęquipollet vniuerſali negatiuę,vel particulari negatiuę:ſi primo modo, ergo nullũ vnum principium numerorum erit in materia, quod eſt falſum, quia aliquis numerus eſt in

Doctrina Cõmẽtatoris eſt peripatetica.

B materia,puta ille, qui cauſatur ex diuiſione continui:& ſic aliquod principium numeri eſt in materia, quia quodlibet diuiſum eſt vnum numero: ſi ergo nullum vnum principium numeri eſſet in materia, nullus etiam numerus eſſet in materia. Si æquipollet particulari negatiuę,itaquòd loquatur de vno, quod conuertitur cum ente,quod ponit eſſe aliud ab vno,quod eſt principium numeri. Contra,quia illud vnum non eſt tãtum proprie in rebus immaterialibus, ſed etiam in rebus materialibus: ergo in omnibus poteſt eſſe verum, quod eſt principium numerorum.

Præterea arguitur contra ſecundum membrum; quia aut differentia, quam ponit,eſt nulla, aut debet intelligi quòd omne vnum numero eſt in materia,ſed hoc eſt falſum; quia in materialibus eſt aliqua vnitas maior vnitate ſpeciei: ſed nulla alia eſt maior, quàm vnitas numeralis: ergo vnum numero eſt in rebus immaterialibus: maior patet, quia aliquis Angelus eſt ita vnus,quòd non prędicatur de pluribus, puta Gabriel: ergo eſt magis vnus, quàm vnum ſpeciei. Verum quoniam doctrina Auerro.in hac parte eſt conformis doctrinę S. Thomæ,qui loquens de multitudine Angelorum 1.p.ponit eandem doctrinam,quam hic Auerro.docet: nó q.50.art.3.

C erit inutile diſſoluere quę contra ipſam afferuntur hic;& pro intelligentia huius rei eſt ſciendum,quòd quælibet vnitas dicit duplicem negationem:negationem ſcilicet diuerſitatis in ſe, & negationem identitatis cum alio: nam quodlibet vnum eſt in ſe non diuerſum,ſiue in ſe indiuiſum,& ab alio diuiſum: verũ ſi aliquod eſt in ſe indiuiſum, & ab alio ſub ente diuiſum, hoc dicitur vnum vnitate entis: ſi vero aliquod eſt in ſe indiuiſum, & à quolibet alio ſub eodem genere diuiſum, eſt vnum ſpecie, ſi vero aliquod eſt in ſe indiuiſum,& diuiſum à quolibet ſuę ſpeciei, dicitur vnum numero:igitur vnum numero eſt per duplicem negationẽ;quia per indiuiſionem in ſe,& diuiſionem à quolibet eiuſdem ſpeciei: & ex hoc ſequitur, ꝙ nullum æternũ dicitur vnum numero; quia licet omne æternum ſit in ſe indiuiſum, non tamen eſt ab aliquo eiuſdem ſpeciei diuiſum;quia nec eſt in ſpecie, nec eſt aliquod aliud indiuiduũ eiuſdem ſpeciei, à quo diuiſum eſſe poſſit;& hoc intendit Auerro.hic,vbi dicit,quòd vnum numero,quod eſt in æternis,eſt vnum,quod eſt principium numeri. Quòd autem theologi, & philoſophi dicant Deum,& quodlibet æternum eſſe vnum numero, vtuntur vno numero pro omni eo,quod cum alio quouis numerum efficit; non autem ſumunt vnũ numero prout

Quælibet vnitas duplicẽ negationem importat.

Defenditur Auer. contra Recentiores.

D diſtinguitur contra vnum ente,vnum genere,& vnum ſpecie; & hoc etiam dici poteſt vnum numero quidditatiuum,vel tranſcendens,& ſingulare,& perſona de mente S.Thomæ.Secundo eſt ſciendum,quòd ſubſtantiæ ſeparatæ ſicuti ſeipſis ſunt entia, ita ſeipſis ſunt vnum,& ſingularia.

Et ex his ſoluuntur argumenta diſceptantium,& primo primum,in quo quęritur cui ęquipollet,&c. dico quòd nec vniuerſali negatiuę,nec particulari:quia Auerro.per vnum numero,quod eſt principium numeri,intelligit vnum numero, quod cum alio ſumptum numerũ efficit,& ſic reperitur tam in materialibus, quàm in immaterialibus;& ſic dictum Auerro. eſt intelligendum,quòd vnum numero, quod eſt principium numeri, non eſt in materia, quia quoddam eſt in materia, & quoddam non eſt in materia, ſed vnum numero proprie ſolum eſt,quod eſt in materia, & in quantitate. Ad ſecundum concedo,quòd ibi eſt minor vnitas, quàm ſpecifica: ſed negatur quòd ibi ſit vnitas materialis, & quantitatiua: hęc enim eſt proprie vnitas numeralis,quę in abſtractis non reperitur;ſed tantum vnitas,quę cum alio facit numerum,qui dicitur tranſcendens,& quidditatiuus,de quo ſępe dictum eſt.

Sententia Auer.exponit.

Multiplex vnitas.

Quoad tertium,quia S.Thomas habet declarando ſecundam diuiſionem vnius,quòd iſta diuiſio

diuiſio eſt magis logica in dicendo, quòd quædam ſunt vnum numero, quædam ſpecie, quæ- A
dam genere, quædam analogia. Nituntur Aliqui declarare quomodo ſit diuiſio logica, & quo-
modo poſſit haberi ſufficientia iſtius diuiſionis. Quoad primum aiunt, quòd hęc diuiſio eſt
ſecundum intentiones logicas, & fundamenta intentionalia: prima vero diuiſio eſt ſecun-
dum fundamenta realia: & ſic modi ſecundæ diuiſionis fundantur ſupra modos primæ diui-
ſionis, eo modo, quo intentiones fundantur in rebus, & ſic habetur quomodo prima diuiſio
dicitur realis, & ſecunda logica. Sed arguunt contra ſeipſos circa hoc dictum. Primo quia
ſi ſecunda diuiſio daretur ſecundum intentiones, ſeu fundamenta intentionalia; tot eſſent
vnitates, quot fundamenta, & econtra; ſed hoc eſt falſum, quia plura ſunt fundamenta inten-
tionalia, quàm illa quatuor, ſcilicet genus, differentia, proprium, & accidens. Præterea ſi ſe-
cunda diuiſio eſt ſecundum intentiones logicas, & fundamenta intentionalia, tunc ſequitur
quòd illę vnitates erunt nihil, quod eſt falſum; probatur conſequentia: quia omne minus ens
Minus ente rationis eſt non ens. ente rationis eſt omnino non ens: ſed paſſio fundata in ente rationis, eſt minus ens ipſo
ente rationis: quia omnis paſſio eſt minoris entitatis, quàm ſit ſubiectum: ergo illę vnitates
fundatę ſuper fundamenta intentionalia erunt non ens, & nihil. Soluunt primam obiectio- B
nem dicendo, quòd diuiſio vnius datur ſecũdum quòd vnitas intentionalis fundatur in quo-
cunque conſiderato vt quid: ſed prædicata in quid non ſunt niſi quatuor enumerata: illa au-
tem alia de quibus inſtatur, prędicantur in quale. Vel dicitur, ꝙ illa diuiſio aſſignatur ſecun-
dum quòd vnitas cuiuslibet intelligitur in ſe, non vt comparatur ad alia, & ſecundum diuer-
ſos gradus vnitatis, per primum excluditur proprium & accidens, quia ſi in ſe conſiderentur
reducuntur ad vnum ſpecie, vel genere; quia omne proprium vt ſic, eſt idem genere, vel ſpe-
cie: ſimiliter de accidente. Per ſecundum excluditur vnitas definitionis, & differentiæ, quę,
vt videtur, ſecundum diuerſos gradus comparantur ad alia, de quibus dicuntur. Soluunt &
ſecundam obiectionem dicendo, quòd ſicut eſt dare gradus in entibus realibus, ita in entibus
rationis: & ideo maior eſt falſa: non enim oportet vt quicquid eſt minus ens ente rationis, ſit
non ens: nam licet illa res rationis, quæ ſubijcitur alteri rei rationis, ſit magis res aliquo mo-
do; non tamen ſequitur rem fundatam eſſe nihil.

Impertinentia dicta à Neotericis. Sed circa hæc, duo ſunt impertinenter dicta. Primum eſt, quòd hæc diuiſio non ideo dici-
tur logica à S. Tho. quia ſit ſecundum intentiones logicas, & fundamenta intentionalia; quia C
Tex. 5. ſic etiam eſſet metaphy. quia circa idem verſatur logicus, & metaphyſi. 4. huius, ſed dicitur lo-
gica, quia ſumitur ex modo prędicandi, & prima dicitur realis, quia ſumitur ex modo eſſendi:
propterea iſtæ duæ diuiſiones ſunt omnino diuerſæ, & diſparatę; ſicut modus eſſendi, & mo-
dus prædicandi dicuntur diuerſi, & diſparati. Secundum etiam, quod impertinenter dicunt
ipſi, eſt quòd volunt in ipſis intentionalibus eſſe latitudinem gradualem perfectionis; nam ſi
verum eſt quòd perfectio & bonum ſint idem apud omnes, & bonum eſt ſolummodo in re-
Tex. 6. bus, vt patet 6. huius: igitur perfectio eſt in rebus, & non in intentionalibus, vt ipſi arbitran-
Egregia ratio cõtra Recentiores. tur. Præterea ſtante poſitione eorum, tunc daretur maximum & minimum ens rationis, de-
duco hoc; ſignetur minimum quo minus ſit nihil: hoc enim eſt neceſſarium, aliter in illis eſ-
ſet proceſſus in infinitum: ſit igitur iſtud minimum. A. & quæro, vel eſt intelligibile, vel non;
ſi non: igitur non potuit intelligi eſſe minimum, nec maximum, ſi ſic: igitur oportet ipſum in-
telligere ſub aliquo modo: omne enim, quod intelligitur, aliquo modo intelligendi intelligi-
tur: ſemper enim intelligitur, vel vt ſpecies, vel vt genus, vel ſub aliquo alio modo; ſit iſte
modus intelligendi B, & ſuppono ſecundum ipſos, quòd modus rei ſit minus ens ipſa re: D
nunc arguo ſic; ſi in entibus rationis daretur latitudo, tunc daretur minus minimo: proba-
tur, quia ſi daretur latitudo oporteret deuenire ad minimum, & tale diximus eſſe A. & cum
A. ſit intelligibile per modũ, quem diximus eſſe B, & B. ſit minus ens ipſo A. per deducta: igi-
tur minus minimo.

Ponunt adhuc iſti, quomodo poſſit haberi ſufficientia ſecundæ diuiſionis, & dicunt quòd
intellectus intelligens aliquid ſub ratione vnius, aut intelligit illud ſub ratione incommuni-
cabilis, aut ſub ratione communicabilis, & prædicabilis de pluribus: ſi primo modo ſic eſt
primus modus, ſcilicet vnum numero, ſi ſecundo modo, aut eſt communicabilis pluribus dif-
ferentibus numero, & tunc eſt vnitas ſpeciei, aut pluribus differentibus ſpecie, & tunc eſt
vnitas generis; vltra autem illam vnitatem, vel ſimilem (quod dico propter vnitatem en-
tis, quod non eſt proprie ſpecies, neque genus) non eſt inuenire aliquem conceptum vnum
prædicabilem de pluribus prædicatione quidditatiua: tamen comparando vnum conceptum
communiſſimum alijs communiſſimis, ſi ſimiliter ſe habent reſpectu ſuorum inferiorum,
prædicando in quid de eis, inuenitur vnitas proportionis ſiue analogiæ, & ſic diuiſio eſt ſuf-
ficiens.

A ficiens. Et ſi quis diceret cōtra, quia duo membra in hac diuiſione non ſunt accepta ſecundum fundamenta intentionalia, vnum eſt quantum ad primum modum; ſecundum quod dicitur, quòd vnum numero eſt cuius materia eſt vna, ſed materia non eſt in conſideratione intellectus, cum ſit ens reale, & non conſideretur à logico. Secundum membrum eſt quantum ad quartum modum; quia aliqua eſt proportio non exiſtente intellectu, nam tunc ſimiliter ſe haberēt octo ad quatuor, ſicut ſex ad tria: ergo vnitas proportionis non cauſatur ab intellectu. Et reſpondent, quòd vnum numero quod dicitur, quòd vnum numero non prædicatur de pluribus, hęc eſt vnitas ſingularis; & ſic fundamentum eius eſt ſingulare, quod eſt fundamentum intentionale: & probatur quia vniuerſale & ſingulare referuntur adinuicem, ſed vniuerſale eſt intentionale: ergo & ſingulare, quia ſunt ſimul natura: res autem primæ intentionis & ſecundę non ſunt ſimul. Ad illud de proportione dicendum, quòd dupliciter accipitur proportio, vno modo ſecundum fundamenta realia, ſicut in numeris: alio modo ſecundum fundamenta intentionalia, ſicut prædicati & ſubiecti; prima poteſt eſſe ſine intellectu, & de illa arguit ratio; ſecunda non poteſt eſſe ſine intellectu, cum prædicari & ſubijci pertineant ad B actum intellectus; & de illa loquitur hic Philoſophus, quia prędicata habent hanc proportionem in prędicando in quid de contentis ſub ſe. Ens reale nō conſideratur à logico. Proportio bifariam ſumi poteſt.

Sed circa hoc ſecundum dictum ipſorum duo ſunt adhuc digna reprehenſione. Primum quia ſunt inſufficientes, quoniam non aſſignarunt ſufficientiam primæ diuiſionis, cum facile aſſignari poſſit, quia cum prima diuiſio aſſignetur ex modo eſſendi rerum, vt dictum eſt, res poſſunt reduci ad vnum, vel ex parte noſtra, vel ex parte ipſarum: ſi primo modo, vel ex parte ſenſus, vel intellectus: ſi ſenſus, tunc eſt modus ille, qui eſt in differentia formæ: ſi intellectus hoc dupliciter, vel diuiſibiliter, vel indiuiſibiliter: ſi primo, tunc eſt modus ille, qui dicitur vnum definitione: ſi indiuiſibiliter, ſic eſt modus ille, qui dicitur vnum intellectione: ſi verò aliqua dicuntur vnum ex parte ipſarum rerum, vel hoc eſt quatenus res ſunt partes integrales, vel quatenus ſunt partes ſubiectiuæ; ſi primo, tunc erit ille modus, qui dicitur vnum continuitate, ſi ſecundo, tunc dicitur ille modus, qui eſt vnum genere, & ſic habentur omnia quinque membra primę diuiſionis. Res dupliciter ad vnum reduci poſſunt.

C Alterum, quod eſt reprehenſione dignum, eſt, quia communicabile & incommunicabile ſecundum ipſos ſupponunt pro rebus; ſed vniuerſale, particulare, & prædicatum non ſupponunt niſi pro intentionibus: igitur non bene datur per communicabile & incommunicabile: idcirco ſufficientia huius diuiſionis ſecundæ, ſi rationabiliter aſſignari debet; oportet vt aſſignetur ex modo prædicandi ſic, quia ea, quæ prędicantur, vel prædicantur de vno ſolo, & ſic habetur vnus modus, ſcilicet vnum numero, vel prędicantur de pluribus, & hoc vel ſecundum rationem, vel ſecundum ſimilitudinem, & proportionem: ſi ſecundum rationem, vel de pluribus differētibus numero, & ſic eſt alius modus, qui dicitur vnum ſpecie, vel de pluribus differentibus ſpecie, & ſic eſt alius modus, qui dicitur vnum genere: ſi verò prædicatur de pluribus ſimilitudine & proportione, ſic eſt modus, qui dicitur vnum analogia, & ſic habetur ſufficientia vtriuſque diuiſionis. Quot modis aliquid de aliquo prædicari pōt.

Soluuntur etiam argumenta in contrarium, quando dicitur, quòd ſecunda diuiſio non eſt conueniens, quia vel eſt eadem cum prima, vel non eſt eadem, quia eſſet inſufficiens, cum prima habeat quinque membra, & illa quatuor tantum; nec eſt alia, quia duo membra illius diuiſionis coincidunt cum duobus alterius diuiſionis, ſcilicet vnum genere, & vnum ſpecie.

D Hanc obiectionem ſoluunt ipſi ſatis intricate miſcendo multas falſitates. Nos autem breuiſſime dicimus, quòd ſecunda diuiſio eſt alia à prima, quoniam ſecunda eſt logica, & ſumitur ex modis prædicandi, prima eſt realis, & ſumitur ex modis eſſendi, & ideo ſunt diuerſæ. Soluitur & aliud argumentum: in quo quærunt, illa diuiſio vnius, vel eſt diuiſio vnius vniuoci, vel æquiuoci: non eſt diuiſio vniuoci, quia tunc multum, cui opponitur vnum, non diceretur tot modis, quot ipſum vnum; cuius oppoſitum patet & innuitur in litera: conſequentia probatur, quia quando aliquid vniuocum dicitur multis modis, non oportet ſuum oppoſitū tot modis & ęqualibus dici: patet de rationali & irrationali, quæ non diuiduntur in æqualia, quia de pluribus dicitur irrationale, quàm rationale. Nec eſt diuiſio æquiuoci, tum quia omnis propoſitio, in qua poneretur vnum vel multa, eſſet diſtinguenda: tum quia ad vnum membrum non poſſet ſequi aliud, cuius oppoſitum dicitur in litera, ſcilicet quòd vnum membrū diuiſionis conuenit omnibus membris: nam in eodem capitulo dicitur, quòd vnum eſt principium numeri: ergo omne eſſe vnum eſt principium numeri, ex quo patet, quòd vnum numero, quod eſt vnum membrum illius diuiſionis, eſt commune omnibus membris. Et reſpondent, quòd vnum hic diuiſum, æquiuocè dicitur de vno prius diuiſo; tamen iſtud vnū in ſe, Rationale & irrationale non diuidūtur in æqualia.

in ſe,& illud in ſe non ſunt æquiuoce dicta, quoad ſuos modos, licet vnitas hic in ſuis modis, & ibi in ſuis, differant ſecundum magis & minus; cum ergo arguitur, quòd multum non ſic dicitur. Dico falſum eſſe; quia ſicut vnum dicitur magis & minus de aliquibus; ſic & ſuum oppoſitum, quod eſt multum dicitur tot modis; non tamen oportet oppoſitum diuidi in tot inferiora, ſicut aliud oppoſitum, ſicut dictũ eſt de rationali & irrationali: quando ergo dicitur 1. topico. ꝙ tot modis dicitur vnum oppoſitorum, &c. non eſt intelligendum de multitudine ſuppoſitorum, ſed ſignificatorum: cum ergo dicebatur, quòd tunc propoſitio, in qua ponitur vnum, eſſet multiplex & diſtinguenda, concedo accipiendo vnum, quod eſt commune vtriq; diuiſioni, non autem vt accipitur ſeorſum in hac, vel illa diuiſione. A

Cap. 13.

Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia adhuc ſtat ratio: ſequitur enim quòd vbicunque poneretur vnum, propoſitio eſſet diſtinguenda; quia vnum ſemper eſt æquiuocum vtriſque diuiſionibus: propterea melius dicitur, quòd vnum eſt analogum vtriſque diuiſionibus & membris vtriuſque diuiſionis, & dicitur magis proprie de membris primę, quàm de membris ſecundæ, quia membra primæ diuiſionis ſumuntur à modis eſſendi; membra ſecundæ à modo prędicandi, ſicuti hoc nomen, ens, analogice dicitur, vt declarauimus in 4. huius: aliquando enim ens ſignificat actum eſſendi, ſeu quod idem eſt exiſtendi, quo pacto eſt participium verbi, ſum, es, eſt: & ſic de nulla re, nec de vlla differentia rei, nec de paſſionibus entis prędicatur in quæſtione quid eſt, præter quàm de Deo. Alio modo ipſum ens ſignificat ipſam naturam rei exiſtentis, quo pacto non ſumitur vt participium, ſed vt nomen verbale, vt vocant, & ſic prędicabitur in quęſtione quid eſt de omnibus rebus, & omnibus earum differentiis, habet etiam & multa alia ſignificata ens ipſum, de quibus non vniuoce nec ęquiuoce, ſed analogice dicitur, vt alias docuimus, ſic etiam & ipſum vnum dicitur de ſuis ſignificatis, nec æquiuoce, nec vniuoce, ſed analogice. B

Dilucidatione prima.

Ens quomodo prædicatur de Deo & de aliis rebus.

Per ſe vero eſſe dicuntur quacunque ſignificant prædicationis figuras, quoties enim dicuntur, toties ipſum eſſe ſignificant, &c. Tex. 14. C

An ens diſtinguatur in decem prædicamenta ſecundum diuerſos modos prædicandi.

Dilucidatio octaua.

Opinio Neotericorum de prima diuiſione entis.

QVIDAM quęrunt vtrum ens ſecundum ſe communiter diuidatur in decem genera generaliſſima; & reſpondent quòd diuiſio entis in decem generaliſſima eſt ſufficiens, & prima; quia non eſt alia bimembris, nec trimembris prior ea, ita quòd ens deſcendat in decem genera, non per diuerſos modos prędicandi, ſed per diuerſos modos eſſendi diſtinctos ex natura rei, quorum quilibet habet rationem contractiui reſpectu entis, & conſtitutiui reſpectu alicuius prædicati: nam ſicut ens prima ſui diuiſione ſimpliciter deſcendit per finitum & infinitum, in ens creatum & increatum, tanquàm per modos intrinſecos, ſic ens finitum, & creatum; cuius eſt diuiſio in decem genera, contrahitur & deſceudit prima & immediata diuiſione in decem genera per proprios modos eſſendi, qui cum ſint nobis incogniti, vocentur A. & B. Et ſi quis diceret; ens non poteſt contrahi ad aliquid determinatum per differentias, ſicut genus contrahitur ad ſpecies; quia vt arguit Philoſophus 3. huius, illę differentię eſſent non ens, & nihil; cum nulla differentia participet ſuum genus; vel cuius eſt differentia diuiſiua, ſeu contractiua: ſi ergo ens non contrahitur ad diuerſa genera per differentias; relinquitur, quòd contrahitur per diuerſum modum prædicandi, qui conſequitur diuerſum modum eſſendi: Reſpondent quòd licet ens non contrahatur per differentias proprie ſumptas; contrahitur tamen per aliquos modos eſſendi, qui largo modo licet improprie, poſſunt dici quædam differentiæ. D

Tex. 10.

Contractiuũ eſt extra rõnem formalẽ cõtrahibilis.

Et ſi quis diceret quòd eſſent non ens, concedunt, formaliter loquendo, quia ſemper contractiuum eſt extra rationem formalem contrahibilis. Et ſi quis vlterius diceret: ergo erunt nihil: negant conſequentiam, quia ſunt ens realiter, licet non formaliter: eſt enim dare medium inter ens formaliter, & nihil ſcilicet quòd eſt ens realiter, ſed non formaliter, nec nihil,

vt te-

A vt tenent vniuerſaliter de paſſionibus,& de vltimis differentijs. Si quis etiam adduceret tex. Ariſt. cõtra ipſos, ait enim Philoſophus 5. huius ꝙ quoties diuiditur ens,toties eſſe ſignificat, Tex. 14. & propter hoc ea, in quę diuiditur primo ens, dicuntur prædicaméta, quia diſtingnuntur ſm diuerſum modum prædicandi. Reſpondent aſſerendo, eſſe dici æquinocum ad eſſe ptimæ intentionis,& ſecundæ intentionis: eſſe autem, quod prædicatur, eſt eſſe primæ intẽtionis, dicendo, homo eſt, ideſt homo eſt exiſtens: eſſe antem, quod eſt ſecundæ intennionis, ſ. quod eſt eſſe vniens, ſeu eſſe propoſitionis, non prædicatur: cum ergo dicit Philoſophus ꝙ quoties diuiditur ens, toties eſſe ſignificat, dicunt, illud eſſe non eſt eſſe propoſitionis, quod eſt compoſitio, ſed eſſe primæ intennionis dictum denominatiue ab ente,& illud eſſe ſignificat idem vnicuiq; categorice: nam ens non diuiditur in decem genera, quæ ſunt decem prædicamenta entium, ſicut vox in ſignificationes, cnm ens non ſit æquinocum ad decem genera.

Sed hæc poſitio docet multa falſa & contra Ariſt. & primo ſupponit ens eſſe vniuocum ad Confutatio opinionis iu pradictæ. decem prædicamenta, cuius oppoſitum docuit Ariſt. Auert. Alex. 4. huius, quia falſiſſimũ eſt ens non habere priorem diuiſionem iſta per decem prædicamenta; quia ens primo diuiditur Tex. 2.
B per vnnm,& multa,& deinde per decem prædicamenta, vt docuimus 1. hnius diuinę Philoſophię. Dilucid. 1. Eſt etiam contra Ariſt. hic diuidentem ens in ens per ſe,& per accidens. Præterea in hac parte iſti contradicunt ſibiipſis: quia eorum Magiſter 1. ſenten. & in quodlib. diuidit ens reale diſtin. 8. q. 1. prima diuiſione per quantum & non quantum, deinde ens quantum per finitum & infinitũ: Quodlib. 5. poſtmodnm per vnum & multa; & ibi declarat, ꝙ per ly, quantum, intendit quanritatem virtualem, quæ eſt perfectio rei, & non quantitatem dimenſiuam; & per infinitum intendit ens infinitę perfectionis, qualis eſt Deus, & per finitum intendit ens finitæ perfectionis, qualis eſt homo,& lapis: ſi ergo ipſi ponunt multas alias diuiſiones ante illam, quæ eſt per decem prædicamenta, quomodo dicunt hic primam diuiſionem entis eſſe per decem prædicamenta? Nec valet reſponſio, ſi dicatur quòd ens ſimpliciter diuiditur prima ſui diuiſione per finitum & infinitum,& deinde ens finitum diuiditur prima ſui diuiſione in decem genera per proprios modos eſſendi; quia ens finitum diuiditur primo in ens in animam, & in ens extra animam: deinde ens extra animam diuiditur primo in ens per ſe, & in ens per Diuiſio entis eſt multiplex. accidens.

C Ex iſta opinione ſequitur aliud falſum, quòd ipſa prędicamenta non ſint entia formaliter, ſed tantum entia realiter: conſequentia ſic deducitur, vnumquodque eſt tale per ſuum contractiuum, ſicut animal eſt homo per rationale, ſed contractiua, ſiue differentiæ prędicamentorũ ſunt non entia formaliter per ipſos: ergo prædicamenta erunt non entia formaliter, & entia realiter. Pręterea opinio hęc eſt contra Auerro. & Alex. tenentes ens diuidi per figuras prædicationis,& per figuras exponit Auerro. genera, & Alex. prędicamenta. Eſt aliud falſum in hac opinione: nam dicit quòd eſse eſt æquiuocum ad eſse primæ intentionis, & ad eſse ſecundæ intentionis, cum hoc tale eſse ſit analogum, & non æquiuocum, quod patet ex hoc, Eſſe primæ intẽtionis & ſecundę non dicitur æqui uoce. quia omnia illa, quæ cadunt ſub vna conſideratione ſcientifica analogantur ſub aliquo vno; ſed ens primæ intentionis, & ens ſecundæ cadunt ſub vna conſideratione ſcientifica, nempe metaphyſicali: igitur male dictum eſt, quòd eſſe eſt æquiuocum ad eſse primæ intentionis,& ſecundę.

Præterea plus diſtat Deus & creatura, quàm ens primę intentionis & ſecundę: ſed Deus & creatura ens finitum & infinitum analogantur ſub ente: igitur ens primę intentionis, & ſe-
D cundæ analogantur ſub ipſo ente: male igitur dicunt ens primę intentionis, & ſecundæ æquiuocari ſub ipſo ente: & ex hoc ſequitur corollarium male poſitum eſse entia rationis & ſecundas intentiones eſse vere in prædicamento, non tamen in aliquo decem generum Imaginatio quorũdã de vndecimo ꝑdicamẽto reprobatur. primorum aſſignatorum ab Ariſto. ſed in vndecimo prędicamento quidditatum intentionalium, quia cum Ariſt. & ceteri peripatetici nõ cognoſcant aliud prædicamentum, niſi illa decem, imaginarie & contra Ariſto. ponitur illud vndecimum prædicamentum. Sequitur aliud corollarium, optime dixiſse S. Thomam negantem entia rationis eſse in prędicamento: quia id, quod eſt in prędicamento, debet eſse ens; ideo non entia non ſunt in prędicamento. Secundo quòd ſit ens reale: propterea entia rationis non ſunt in prędicamento, cum diſtinguantur contra ens reale. Tertio quòd ſit ens reale limitatum habens eſsentiam diſtinctam ab eſse, propter quod Deus non ponitur in prædicamento. Quarto quòd ſit ens reale vniuerſale, vel particulare cõpletũ, hinc partes non ſunt in prędicamento. Quinto quòd ſit vniuocũ, ideo ęquiuoca non ſunt in prædicamento. Sexto quòd ſit incomplexum ſm rem, vel ſm vocẽ ſimul, ideo cõplexa non ponuntur in prędicamento: habes adhuc entia rationis nec eſse ſubſtantias, nec accidentia. Reiecta igitur opinione iſtorũ, S. Tho. 5. phyſic. & 5. huius, poſuit Tex. 21. Tex. 14.

Aa prędica-

prædicamenta diſtingui ſecundum diuerſos modos prædicandi, quia prędicatum tribus modis poteſt ſe habere ad ſubiectum. Vno modo vt eſt idem quod ſubiectum, vt dicendo, Sortes eſt animal, & hoc prędicatum ſignificat ſubſtantiam. Secundo modo vt prędicatum ſumatur ab eo quod eſt in ſubiecto, quod quidē vel ineſt ei abſolute, vel vt conſequēs materiam, & ſic eſt quantitas, vel vt conſequens formam, & ſic eſt qualitas; vel ineſt ei non abſolute, ſed in reſpectu ad aliud, & ſic eſt relatio. Tertio vt prædicatum ſumatur ab eo, quod eſt extra ſubiectum, quod eſt dupliciter, vno modo vt ſit extra ſubiectum omnino, quod quidem ſi non eſt menſura ſubiecti, prædicatur per modum habitus, vt Sortes eſt calceatus, ſi autem ſit menſura eius extrinſeca, vel eſt tempus, vel eſt locus, ex parte temporis eſt quando, ex parte loci eſt ipſum vbi, non conſiderando ordinem partium in loco, quo conſiderato erit prædicamentum ſitus. Alio modo vt illud, à quo ſumitur prędicatio ſecundum aliquid ſit in ſubiecto, de quo prædicatur: & ſi eſt ſecundum principium, ſic eſt agere; nam principium actionis in ſubiecto eſt agere; ſi autem eſt ſecundum terminum, ſic prædicabitur vt pati, nam paſſio terminatur in ſubiectum patiens; & ſic habetur ſufficientia, & norma omnium prędicamentorum. A

Prædicamenta tribus modis ſumi poſſunt.

Notandū ſecundo, ꝙ prædicamēta tribus modis ſumi poſſunt. Vno modo primo intentionaliter, & ſic ſumūtur pro rebus ipſis, puta pro ſubſtantia, qualitate, &c. Alio modo poſſunt ſumi ſecundo intētionaliter, prout dicunt ordinē inter genera, ſpecies, & ſic ſpectant ad logicū: Tertio ſumi poſſunt pro rebus vt ſubſunt intentionibus ſecundis, & hoc modo intendit hic S. Tho. loqui nempe de ſubſtantia, vt induit rationem generis, & ſic de quātitate & qualitate. B

Realiter à duplici capite ſumi valet.

Sciendum tertio, quòd decem prędicamenta diſtinguuntur realiter, non ſumendo rem vt dicitur à ratus, rata, ratum, quaſi materialiter ſicut ſuppoſitum à ſuppoſito; ſed diſtinguuntur realiter, vt dr̄ à reor reeris, ſ. vt ſignificat eſſentiā rei, & ſic diſtingui realiter eſt diſtingui eſſentialiter, cum eſſentia vnius non ſit eſſentia alterius; & licet tales modi eſſentiales & intrinſeci prędicamentis non ſint decē prædicamenta, tñ realiter non diſtinguuntur à decē prędicamentis, ſed ſolum ſm̄ rationem, & intellectum diſcurrentem, nec præcedunt decem prædicamenta, niſi ſecundum noſtrum modum intelligendi, & conſequenter diuiſio quidditatiua non diſtinguitur à modali, niſi ratione, & propterea prædicamēta ſunt primo diuerſa, vt habetur 10. huius: quia non conueniunt in aliqua natura communi vniuoca, & ideo diſtinguūtur ſeipſis, loquendo tamen de prædicamentis primo intentionaliter pro rebus ipſis: & ſi iſta prędicamēta ſunt diſtincta, ſequitur etiam quòd diſtinctè intelligantur; quia diſtinctę intellectiones fundantur ſupra diſtinctis rebus, non ſuppoſitaliter, ſed realiter; nam vbi eſt ordo naturę realis, ibi eſt diſtinctio realis, vt ait S. Thomas de potentia Dei: ſed inter prędicamenta eſt ordo realis, cauſę ſcilicet ad effectum: ergo inter ea eſt diſtinctio realis. Hinc dicitur cōmuniter eſſentias prędicamentorum eſſe impermixtas, quia differunt genere, & ſpecie, & ſic per differentias ſpecificas & eſſentialiter ſemota omni operatione intellectus; ſi autem nos ſumamus prędicamenta vt ſtant ſub intentionibus prædicati, ſic diſtinguuntur per decem modos prędicandi de ipſis primis ſubſtantiis, vt dictum eſt in primo notabili: hoc innuit Ariſt. Auerro, Alex. & S. Thomas, omneſq; boni Peripatetici. Hinc peruerſe & iniuſte Aliqui reprehendunt S. Thomam, quod clarius patebit ex ſolutionibus, quas adducemus ad argumēta, quę ipſi adducunt contra nos.

Tex. 16.

C

Quæſt. 10.

Prædicamenta ſunt impermixta.

Modi prædicandi ſupra quo fundantur.

Et primo arguunt ſic: modus prędicandi ſequitur modum eſſendi; ergo diſtinctio per modos prędicandi non eſt prima. Soluitur quòd non eſt prima ex parte rei, ſed eſt prima ex parte noſtri: nam modi prædicandi fundantur ſupra modos intelligendi; & modi intelligendi ſupra diuerſos modos eſſendi. Secundo arguunt ſic, primi modi prędicandi ſimpliciter nō ſunt niſi duo, ſcilicet in quid, & in quale, nec ſunt niſi quatuor prædicata 1. topic. non ſunt niſi quinque vniuerſalia ſecundum Porphyrium: ergo penes modos prędicandi non poſſunt diſtingui prędicamenta ponendo, quòd ſint decem. Reſpondetur quòd prædicari in quid conceditur eſſe tantum vnum modum; ſed prædicari in quale de primā ſubſtantia eſt multiplex: prædicari etiam de prima ſubſtantia in aliud eſt multiplex, adeoquòd efficiuntur decem modi prædicandi; & ſic nego eſſe tantum duos; licet etiam ſint tātum quatuor prædicata, & quinq; vniuerſalia reductiue; tamen abſolute ſunt decem genera rerum. Tertio arguunt ſic: ſi prædicamenta diſtinguerentur ſecundum modos prędicandi, tunc ſequeretur, quòd in omni prædicatione committeretur nugatio: conſequentia deducitur, quia eſſe bis diceretur, ſemel in prædicato; quia prædicatum ipſum eſt eſſe, & ſemel in compoſitione, quę ſe tenet ex parte prædicati, vt habetur 1. perhier. cum dicitur, tu es ſubſtantia, ly eſſe ſignificat te eſſe ſubſtantiam, & idem exprimitur in prædicato, & ſic idem bis diceretur, ſcilicet ipſum prædicatum, quod ſignificat eſſe aliud, & ipſum eſſe compoſitionis, quod eſt ex parte prę- D

Cap. 4.

Modi prædicādi ſunt decem.

Cap 3.

A te prędicati. Ad hoc neganda eſt conſequentia, quia eſſe non eodem modo dicitur in prædicato & in ſubiecto, & ſic eſſe non reperitur bis eodem modo, vt putant.

Quarto arguunt ſic, eſſe ſignificat quandam compoſitionem, quam ſine extremis non eſt intelligere 1. perhier. ſed illa compoſitio cauſatur ab intellectu: ergo & illud eſſe, & per conſequens eſſe ſignificat aliquid ſecundæ intentionis, ſed ens ſecundæ intentionis non diuerſificatur propter diſtinctionem rerum primæ intentionis, nec econtra: ergo prędicamenta, quæ ſunt primæ intentiones non diſtinguuntur ſecundum diſtinctionem talis eſſe, vel modi prędicandi, qui eſt res ſecundæ intentionis: probatur aſſumptum; quia genus, quod eſt ſecunda intentio, ſecundum eandem rationem dicitur de ſubſtantia, & de qualitate, quę ſunt res primæ intentionis: ergo ſecunda intentio non variatur ad variationem rerum primæ intentionis; ſimiliter animal, quod ſecundum ſe eſt res primę intentionis, non variatur ad variationem generis, vel ſpeciei, quę illi attribuuntur ab intellectu, prout ponitur genus ſubalternum, quia eſt genus reſpectu inferiorum, & ſpecies reſpectu ſuperiorum, & ſic patet res primæ intentionis non variari per res ſecundę intentionis. Et ſi diceres,

Cap. 3.

Genus eſt ſecunda intentio.

B modus prędicandi eſt duplex quidam intentionalis, & quidam qui ſe tenet ex parte rei; & quòd non quilibet modus prędicandi intentionalis diſtinguit prędicamenta, ſed ſolummodo illi, qui ſunt modi ipſarum rerum prędicamentorum; quia alium modum prędicandi habet quantitas & qualitas ex natura rei, puta quia qualitas prędicatur per modum informantis, & quantitas per modum menſurantis: argumentum concludit de modo intentionali, puta de ipſo eſſe ſiue compoſitione propoſitionis, quę eſt ſecunda intentio.

Compoſitio in propoſitione eſt ſecunda intentio.

Sed arguunt contra iſtam reſponſionem ſic; ſi diuerſus modus prędicandi ex natura rei ponit diſtinctionem prędicamentorum: ergo in quolibet genere erunt duo genera generaliſſima: probatur conſequentia: quia alius modus prędicandi eſt abſtracti, alius concreti, quod patet, quia modi intentionales prędicandi, quos excludit, non cauſant falſitatem in propoſitione: ſed iſti modi abſtracti & concreti faciunt falſitatem in propoſitione, dicendo album eſt albedo, illa autem eſt vera, albedo eſt albedo: ergo iſti duo modi ſunt ex parte rei. Ad hoc dicitur res primę intentionis dupliciter conſiderari poſſe. Primo abſolute; ſecundo prout ſtant ſub intentionibus ſecundis: primo modo res primę intentionis non

Res primæ intentionis bifariam conſiderantur.

C diuerſificantur per res ſecundæ intentionis; ſed ſecundo modo, negatur non poſſe diuerſificari, & ita loquimur nos de prędicamentis, quæ quidem non diſtinguuntur per quoſcunque modos prædicandi, ſed per modos prædicandi de prima ſubſtantia; & ſic reſponſio adducta ad argumentum eſt optima, & replica facta contra ipſam eſt nullius valoris, quoniam abſtractum prædicatur per modum ſubſtantiæ, & ideo eſt in prędicamento ſubſtantię ſecundum modum, & in prædicamento ſui concreti ſecundum eſſe, & ſic nulla res alterius prędicamenti prædicatur de prima ſubſtantia in abſtracto, vnde hęc eſt falſa, Sortes eſt albedo.

Quinto arguunt ſic, diuerſus modus prædicandi realis eſt in diuerſis generibus generaliſſimis accidentium, & tamen non competit eis, niſi in comparatione ad ſubſtantiam; quia comparando ea ad proprias ſpecies, & ad propria inferiora habent vniformem modum prędicandi, ſcilicet in quid: ſi ergo prædicamenta diſtinguuntur penes modos prædicandi: illa; quæ diuerſimode prædicantur de ſubſtantia, erunt prædicamenta diuerſa: ſed huiuſmodi ſunt accidentia in concreto; quia accidens in abſtracto non prædicatur de ſubſtantia: ergo ip-

D ſum quale erit prędicamentum, & non qualitas, quod eſt falſum, & contra Auicen. 3. metaphyſi. vbi probat, quòd ſi aliquid habet rationem generis inquantum prædicatur in quid: ergo quod verius prędicatur in quid, verius eſt genus: ſed talia ſunt abſtracta: ergo, &c. Ad quod dico iſtos, qui reprobare intendunt hanc opinionem, rem penitus ignorare; nam in prædicamento duo ſunt, ſcilicet modus prędicandi de prima ſubſtantia, & modus prædicandi de ſuis inferioribus: nam qualitas prædicatur de Sorte, & de ſpeciebus qualitatis; à primo modo ſumitur ratio diſtincti prædicamēti: niſi enim alio modo prędicaretur qualitas de prima ſubſtantia, & alio modo quantitas; alio modo relatio, non poſſet aſſignari quare ſunt diſtincta prædicamenta; à modo ſecundo ſumitur prædicamentum ipſum intrinſece: nam ſi in qualitate non eſſet aſſignare generaliſſimum, ſubalternum, & ſpecialiſſimum, non eſſet prædicamentum. Nunc ad argumentum dico conſequentiam eſſe falſam; & ad probationem dico non eſſe neceſſe quòd eo modo ſint prædicamēta, quæ prædicantur de prima ſubſtantia, ſed quòd à tali prædicatione ſumatur ratio diſtincti prædicamenti, eſt autem prædicamentum, vt in tali natura fundatur, generaliſſimum, ſubalternum, & ſpecialiſſimum, & ſic doctrina S. Thomæ non eſt contra Auicen. in hac parte.

Cap. 2.

In quolibet prędicamēto accidentium duplex reperitur modus prædicandi.

A Vltimo arguunt ſic: ſi diuerſi modi prędicandi diſtinguunt genera, aut illa diſtinctio ſola ſufficit, aut cum hoc requiritur diuerſitas eorum, quę prædicantur, ſi prima ſufficit, contra, tum quia prædicamenta non erunt diuerſa entia realiter, & per ſe; tum quia negatiua, in qua negabitur vnum prędicamentum de alio, non erit prima negatiua: conſequens eſt falſum, & contra Philoſophum 1. poſte. probatur conſequentia, veritas negatiuæ eſt ex diuerſitate extremorum, ſicut veritas affirmatiuæ ex identitate, vbi ergo maior diuerſitas, ibi verior negatio, ſed diuerſitas, quę eſt in re, eſt maior quàm diuerſitas in modo prædicandi ſolum: ſed iſta homo non eſt Aſinus, eſt diuerſitas in rę: ergo ipſa erit verior, prior, & immediatior, quàm iſta, ſubſtantia non eſt quantitas, vbi eſt tantum diuerſitas ſecundum modum prædicandi: ſed detur aliud membrum, ſcilicet quòd cum diuerſitate in modo prædicandi requiratur diuerſitas rerum, quæ prædicantur; ſequitur diſtinctionem prædicamentorum ſecundum diuerſos modos prædicandi non eſſe primam, quod eſt contra Philoſophos, & contra S. Thomam: probatur conſequentia; quia res, quæ prędicatur, eſt prior, quàm modus prędicandi: ergo aliquid diſtinguit ipſa genera prius quàm modus prędicandi.

Cap. 15.

Maior diuerſitas veriorē negationem infert.

B Ad hoc breuiter dicimus diſtinctionem per modos prædicandi eſſe primam reſpectu prędicamentorum, quatenus ſumuntur pro rebus, vt ſubſtant intentionibus; non autem primam, vt ſumuntur pro rebus abſolute, quia ſic diſtinguuntur ſe ipſis, vt dictum eſt. Et nota quòd magis diſtinguuntur duo prædicamenta, quàm duæ ſpecies vnius prædicamenti, puta homo, & Aſinus; ratio eſt, quia duo prædicamenta faciunt propoſitionem immediatam, dicendo, ſubſtantia non eſt quantitas; duæ ſpecies non faciunt propoſitionem immediatā dicendo, homo non eſt Aſinus, quia ſpecies conueniunt in genere, duo autem genera in nullo conueniunt. Deducunt deinde corollarium, quòd omnes vię diuiſiuæ ad oſtendendum ſufficientiam prædicamentorum videntur dupliciter peccare, tum quia oſtendunt oppoſitum propoſiti, ſcilicet quòd diuiſio in decem genera non ſit prima, ſi enim prius fiat diuiſio in ens per ſe, & in ens non per ſe; & vltra vnum membrum ſubdiuidatur, vel ambo erunt multę diuiſiones ſubordinatę, & ſic ens non immediate diuiditur in decem genera; tum ſecundo, quia non probant diuiſionem illam ſic debere fieri, & non aliter: oportet enim probare, quòd diuiſum ſic diuiditur, quòd diuidentia conſtituant generaliſſima, & etiam quòd preciſe ſic diuiditur, & non aliter. C

Species diſparatæ non faciūt immediatam propoſitionem.

Sed hoc corollarium eſt nullius momenti, tum primo, quia dictum eſt, hic eſſe ſermonem de prædicamentis, vt ſtant ſub intentionibus ſecundis, & hoc modo diuiſio entis in decem genera eſt prima, quia ipſam non antecedit alia ex natura rei, propterea non oſtenditur oppoſitum propoſiti, ſed concluſio intenta; tum quia falſum eſt dicere, quòd non ſit probatum diuiſionem debere fieri in decem genera, quia hoc probatum eſt ex ſufficientia prædicamentorū. Poſſumus etiam dicere iſtam diuiſionem iam non eſſe vniuoci in ſua vniuocata, nec vocis in ſua ſignificata, ſed analogi in ſua analogata, & per hoc differt ab illa numeratione, quam poſuit Philoſophus in anteprędicamentis, vbi dicit ſingulum eorum, quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, aut ſignificat ſubſtantiam, aut qualitatem, &c. patet ergo quomodo ens diuidatur in decem prædicamenta, & quomodo habeatur norma & ſufficientia ipſorum; & quomodo ſit prima diuiſio, & quomodo non: de qua re poteris videre apud Ferrarienſem 3. phyſi. vbi diſputat, num actio & paſſio ſint duo prædicamenta, vbi etiam narrauimus nos in noſtris ſcholiis varias fuiſſe ſententias apud Antiquos, & modernos de diſtinctione prędicamētorum; quia diuinus Plato, vt narrat Philoponus. 1. prior. viſus eſt ponere vnum tantū prędicamentum, cuius genus generaliſsimum, & primum principium eſt ipſum ens. Alij, de numero quorum videtur Auicen. aſſerunt quatuor tantum prædicamenta, videlicet ſubſtantiam, quantum, quale, & ad aliquid; cætera vero non eſſe prima prædicamenta, quia poſitio eſt in prædicamento relationis, actio & paſsio ſunt motus, qui ſunt in prædicamento qualis & quanti, ſic etiam habitus erit in prędicamento qualis; quando, & vbi reducuntur ad quantum. Sorticalę autem, de numero quorum eſt Paulus Pergulenſis in ſummulis logicalibus, tenent omnia prędicamenta reponi in prędicamento qualis, quia volunt ipſa eſſe voces, vel conceptus, & adducunt Boetium pro ſe dicentem librum prædicamentorum eſſe de vocibus. Tu autem ſequere hęc, quæ hic determinauimus cum ſint ad mentem S. Thomę hic, & 3. phyſicorum, vbi diſputat, num actio & paſſio ſint vnus motus; & an ſint duo prędicamenta. D

Diuiſio entis in prædicamēta, qualis ſit.

Quæſt. 5.

Cap. 2.

Variæ ſententiæ de prædicamentis.

Lect. 5.

Et

A *Et quacunque cum in eadem ſubſtantia entia differentiam habent,&c. Tex.ſine commen.*

vtrum poſsibile ſit duo accidentia differentia tantum numero eſſe in eodem ſubiecto.

Dilucidatio nona.

PONIT Philoſophus poſt textum 15.alium textum,quem Auerro. non eſt commentatus:propterea dicitur textus ſine commento,in fine cuins habetur famoſa propoſitio quòd impoſſibile eſt plura accidentia vnius ſpeciei in eodem ſubiecto reperiri,quam propoſitionem diſputant Aliqui 2.ſent. (diſtin.32.) B & habent magnam difficultatem in ipſa. idcirco per quinque concluſiones nituntur eam declarare, quarum prima eſt. Non implicat cõtradictionem duo accidentia intentionalia differentia ſolo numero, eſſe in eodem: quia multæ ſpecies intentionales eiuſdem rei ſunt in eadem parte medij, & in eodem oculo: ſed illę ſpecies ſunt quædam accidentia: ergo duo accidentia intentionalia differentia ſolo numero eſſe in eodem,non includit contradictionem: minor patet, quia ſi ponantur multa alba in medio,oculus exiſtens in quocunque puncto medij, poterit videre ipſa: ergo poteſt habere ſpecies ipſorum,& diſtincte videre eas; ergo habet diſtinctas ſpecies: ſimiliter in virtute imaginatiua ſunt duæ ſpecies eiuſdem rei & rationis: minor etiam patet, quia iſtæ ſpecies ſunt entia intentionalia ſecundum communem modum loquendi. Et ſi quis diceret quòd non in eadem parte medij ſunt huiuſmodi ſpecies;& ſimiliter de oculo, quòd non in eadem parte oculi ſunt ſpecies huius albi,& illius. Contra arguunt dicentes ponatur hic vnum album tantum,ſcilicet ouum, ſpecies illius erit in toto medio illuminato, quantum durat virtus eius: ponatur etiam aliud album, tunc ſpecies eius erit in eadem parte medij cum ſpe- (Egregiũ exẽplum.) C cie alterius albi; aut ſequitur quòd illud aliud non videbitur ab oculo diſpoſito, cum non poſſit gignere ſpeciem ſuam, quod eſt contra ſenſum manifeſte, aut quòd erunt in eadem parte.

Et ſi quis diceret,quòd gignendo ſpeciem ſuam vnum album corrumpit ſpeciem alterius albi. Contra arguunt ſupponendo,quòd vnum album ſit debilius alio: & tunc quærunt; (Vnum ſenſibile eſt altero debilius.) aut ergo ſimul ſpecies vnius albi erit ſimul cum ſpecie alterius, aut ſpecies vnius corrumpet ſpeciem alterius: ſed non poteſt corrumpere, quia alterum eſt altero debilius, vt dictum eſt ex hypotheſi facta: ergo patet illas duas ſpecies eſſe in eadem parte medij; & ſimiliter probatur quòd ſint in eadem parte oculi,vel phantaſiæ: nam ſi non, organum viſus,vel phantaſiæ cum ſit ſatis paruum quantitate, cito eſſet occupatum ſpeciebus, puta duabus, vel tribus, & tunc non poſſet ſentire de nouo aliquod obiectum nouiter repræſentatum,cum ſpecies eius non poſſit recipi in organo viſus vel phantaſię: ſed illud conſequens eſt manifeſte contra ſenſum: ergo falſum eſt illud,quod ſequitur.

Et ſi quis etiam diceret ad hoc, quòd duæ ſpecies per comparationem ad obiecta,quorum D ſunt effectus,ſunt duæ: ratione vero medij, in quo ſunt ſubiectiue, ſunt vnum. Arguunt contra dupliciter. Primo quia ſi talis ſpecies eſt vna,eſt intenſior altera ſeorſum,& per cõſequens illa talis vna ſpecies in medio vel in oculo non ducet in albedinem remiſſam, quæ multiplicauit vnam ſpeciem;& eadem ratione nec in alteram, quia illa ſpecies compoſita ex vtraque eſt improportionabilis vtrique: repræſentabit ergo aliam intenſiorem & perfectiorem vtraque iſtarum; & ſic illæ albedines nullo modo videbuntur ab oculo. Secundo ſic, quia ex quo illa ſpecies compoſita eſt vna numero,non repręſentabit duas albedines diſtincte, ſed aliquod vnum intenſius. Et confirmatur,quia diſtincta actio eſt diſtincti entis: ſi ergo ſpecies repræſentent duo diſtincta obiecta, ſequitur quod erunt diſtinctę, & non vna.

Secunda concluſio eſt iſta. Non eſt impoſſibile duo accidentia realia reſpectiua differentia ſolo numero, eſſe in eodem. hanc concluſionem ita probant; vnus pater habet (Accidentia realia reſpectiua.) multos filios: ergo in eodem ſunt multæ relationes reales puta plures paternitates; quæ ſunt eiuſdem ſpeciei: probatur conſequentia, pater dicitur, quia genuit 5. hu- (Tex.10.) ius: ergo ſi multis actibus genuit, multis paternitatibus eſt pater. Et ſi quis diceret, quòd non ſunt plures paternitates ſimul, ſed pater eadem paternitate refertur ad

An relatio paternitatis multiplicet.

multos filios: vnde pater non eſt pater, quia genuit hunc filium ſignatum, ſed quia A genuit filium in communi, ſimiliter fundamentum paternitatis non eſt iſte actus ſignatus, ſed actus in communi; & ſic eſt vna paternitas per ſe, quòd autem ſint plures filij, hoc accidit ei. Contra iſtam reſponſionem arguunt, quia paternitas in iſto patre ad hunc filium ſignatum dicit maiorem vnitatem, quàm ſit vnitas ſpeciei, alioquin non eſſet maior vnitas alicuius paternitatis cum ſe ipſa, quàm cum aliqua alia, puta cum paternitate Platonis, quod euidenter apparet falſum: ſed maior vnitas vnitate ſpeciei non eſt, niſi vnitas particularis, ſcilicet hęc paternitas: ergo in iſto patre ad hunc filium eſt hæc paternitas, ſed per hanc non refertur ad plures filios: probatur, quia deſtructo hoc filio, deſtruitur hæc paternitas, ſi per eandem ad alium filium referatur, illo alio filio exiſtēte, exiſteret hæc paternitas, nam relationes mutuo ſimul ſunt, & non ſunt: ergo hæc paternitas ſimul erit & non erit, quod eſt contradictio manifeſta. Confirmant hoc, quia reſponſio ſupponit falſum, quòd actus generandi ſit fundamentum paternitatis, quia in eo, quod non eſt, non poteſt aliquid fundari; ſed illo actu tranſeunte paternitas manet: igitur actus ille non eſt fundamentum ipſius paternitatis, B

Accidentia realia abſoluta.
In prologo.

Tertia concluſio eſt iſta. Non eſt impoſſibile duo accidentia realia abſoluta non educta de potentia materię differentia ſolo numero, eſſe in eodem: hanc ſic probant, quia vt habetur in 1. huius, ex multis memoriis fit & generatur vnum experimentum; ſed illę multæ memoriæ ſunt cognitiones eiuſdem ſpeciei; quia de ſingularibus eiuſdem ſpeciei: & iſta ſunt accidentia realia & abſoluta, vt patet: ergo non eſt impoſſibile talia accidentia ſolo numero differentia eſſe in eodem. Quòd ſi quis diceret illas plures cognitiones eſſe in diuerſis partibus organi vel potentiæ; dato enim per impoſſibile, quòd ſpecies obiectorum ſingularium eſſent in alia & in alia parte organi, tamen cognitio eſt in tota potētia cognoſcentis, dato quòd per formam, quę habet eſſe in parte, cognoſcat. Præterea memoria eſt ex diuerſis ſpeciebus ſimul in memoria ſenſitiua; ſed illæ plures memorię ſunt plura accidentia realia & abſoluta: patet etiam quòd ſint eiuſdem ſpeciei: igitur, &c. probatur maior, ſi nunc memoror, vel imaginor de illo albo prius viſo, habeo ſpeciem & cognitionem eius in memoria; ſtatim etiam imaginor de alio albo viſo: ergo habeo ſpeciem & cognitionem illius; ſed cum hac ſpecie in cognitione manet prior ſpecies, vel cognitio albi prioris, alioquin non poſſem iterum imagi- C nari de priori albo, niſi iterum videretur illud; & ſic acquirerem ſpeciem illius, cuius oppoſitum experimur quotidie: ergo oportet ſimul memorari.

Accidentia producta ſine motu.

Quarta concluſio, quam ponunt eſt iſta. Non eſt impoſſibile duo accidentia realia & abſoluta educta de potentia materię ſi non per motum educantur, differentia ſolo numero, eſſe in eodem: hanc ſic probant; duo lumina diſtincta ſunt in eadem parte medij; ſed duo lumina diſtincta ſunt accidentia realia abſoluta educta de potentia materiæ non per motum, ſicut patet, quia in inſtanti medium illuminatur ab vtroque: ergo plura talia accidentia non eſt impoſſibile eſſe in eodem ſimul: probatur maior, ponantur duę candelę, vna hic, & alia ibi, ponatur etiam corpus medium denſum, fient duę vmbræ: ſi ergo amoueatur illud corpus medium, lumen vtriuſque candelę incedet inceſſu directo vſque ad locum, vbi erit corpus denſum, & ita erunt duo lumina in eadem parte; nam vmbra eſt priuatio luminis, ergo amoto obſtaculo, lumen vtriuſque cādelę erit, vbi vmbra pręfuit; quia habitus & priuatio circa idem fiunt. Et ſi quis diceret, quòd duo lumina per comparationem ad ſubiectum ſcilicet ad medium ſunt vnum lumen, & duo per comparationem ad candelas, à quibus ſunt ef- D fectiue. Contra arguunt, quia ſi illa lumina eſſent vnum ſubiecto, & duo per comparationem ad proceſſum à candelis, ſequeretur quòd iſti duo radij eſſent geometrici, non viſuales; nam ſecundum rationem lineę eſſent ibi duo radij, ſed non ſecundum aliquam qualitatem naturalem ſuperadditam lineę viſuali, & tunc concluſiones perſpectiuæ de interſecatione radiorum, & conſimiles, quę dependent ex diuerſitate radiorum, eſſent tantummodo veræ ſecundum geometricam conſiderationem, & non ſecundum perſpectiuam: quia perſpectiuus conſiderat lineam, vel radium, vt eſt in materia ſenſibili.

Accidentia quæ educuntur per motum ſunt vt caliditas & albedo.
Tex. 4.

Quinta concluſio, quam ponunt eſt iſta. Impoſſibile eſt duo accidentia realia abſoluta educta de potentia materię per motum naturalem differentia ſolo numero, eſſe in eodem; quam ita probant, quia motus non eſt niſi in mobili diſpoſito ſine diſpoſitione oppoſita formæ inducendæ, vt contraria vel media: nam omnis motus eſt inter contraria vel media ex 5. phyſi. ſed ſi agens inueniat in mobili formam eiuſdem ſpeciei formæ ſuę, non inuenit ipſum ſub diſpoſitione oppoſita: ergo non mouet ipſum ſimpliciter, inducens aliam formam, ſed augebit præexiſtentem in mobili. Pręterea quęcunque forma non eſt inducibilis niſi poſt

A aliam formam incompoſsibilem,tunc corrupta ipſa, tantum poteſt eſſe vnica in vno ſuſce-
ptiuo;ſed omnis forma inducibilis per motum vel per mutationem neceſſario terminantem
motum ad ipſam, neceſſario ad ſui inductionem pręexigit in ſubiecto formam incompoſſi-
bilem tunc corruptam : ergo quæcunque talis forma eſt vnica in vnico ſuſceptiuo : probatur
maior,qnia illa forma inducta manente ,non inducetur alia poſtquàm illa eſt inducta , ſi ſit
eiuſdem ſpeciei;quia illam ſecundam non pręcederet alia incompoſsibilis ; iam enim in in-
ductione primę,quęlibet incompoſsibilis eſt expulſa;item nec duæ tales,neqne ſimiles ſimul
inducerentur ; quia vel hoc eſſet ab eodem agente, vel à diuerſo , non ab eodem, quia ſi effi-
ciens eſt vnum & materia vna,effectus erit vnus,vt habetur 8.huius, nec à diuerſis,quia ſi illa Tex.12.
ſint approximata diuerſis partibus mobilis,puta vnus ignis ad caput, alius ad pedes,agunt in
diuerſas partes primo,& inducent vnam formam ; quod probatur , quia intenſiorem, qnàm
alter ſolum induceret,quando non ſimul agunt. Similiter ſi ponatur in eodem ſitu reſpectu
eiuſdem partjs paſsi , inducerent vnam formam intenſiorem ſicut prius ; probatur mioor,
qnia omnis motus naturalis eſt inter terminos incompoſsibiles, itaquòd ad aduentum termi
B ni ad qnem corrumpitur forma contraria, quę fuit terminus à quo:itaquòd nullum agens na
turale mouet, vel mutat mutatione terminante motum aliquod mobile,niſi habens formam
ſuę formæ incompoſsibilem,& ideo nõ poſſunt plures eiuſdem ſpeciei ſimul eſſe per motũ,
nec per mutationem per ſe terminantem motum.

Et ſi quis diceret,quòd dno contraria poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto in eſſe remiſſo: Contraria remiſſa.
ergo & duo accidentia eiuſdem ſpeciei etiam educta per motum;antecedens eſt euidens ; ſed
conſeqnentia patet à minori , quia minus repugnant duo accidentia eiuſdem ſpeciei , quàm
duo contraria etiam remiſſa: negant conſeqnentiam ; & ad probationem dicunt non valere:
nam repugnantia , vel non repugnantia non eſt cauſa in propoſito incompoſſibilitatis duo-
rum accidentium eiuſdem ſpeciei;ſed eſt cauſa,quia per motum inducuntur,vt præoſtenſum
eſt: ideo agens inducens ſecundam formam, intendit primam,& fit vnica intenſior, ſed con-
traria manent ſimul in eſſe remiſſo diſtincta,ex eo quòd ex duabus formis contrarijs non eſt
apta nata fieri intenſior vna,manet autem ſimul ex eo,quòd vnum contrarium agens non ha-
bet plenum dominium ſupra aliud,& ideo remittunt ſeinuicem , & non totaliter ſe corrum-
C punt.Ex iſtis concluſionibus volunt habere veritatem huius quæſiti,qnomodo accidẽtia ſolo
nu mero differentia poſſunt eſſe ſimul,& quomodo non.

Sed pace horum dixerim immiſcent in iſtis multa falſa, & primo arguitur contra primam
concluſionem,quæ eſt falſiſsima,quia ponere plura,& non plura, vnum numero , & non vnũ
numero,implicat contradictionem ; ſed dicere duo accidentia intentionalia differentia ſolo
numero,eſſe in eodem,eſt ponere plura & non plura, vnum numero, & non vnum numero:
igitur prima concluſio poſita,nè dum eſt falſa,ſed implicans contradictionem : probatur mi-
nor,quia à quo res habet entitatem,ab eo habet vnitatem : ſed accidens habet entitatem à ſu-
biecto:ergo habet vnitatem ab eo: igitur ſi ſubiectum eſt vnum numero, accidentia, quæ non
habent aliam differentiam,quàm numeralem, erunt vnum numero : ponere ergo plura acci-
dentia differre numero,eſt ponere plura ſubiecta: ponere vnum accidens numero,eſt ponere
vnum ſubiectum. Ex hoc fundamento eliduntur omnes concluſiones ; & rationes, quibus
probant ipſas facile ſoluuntur. Prima,quòd licet ſint plures ſpecies ſenſibiles , puta duæ ſpe-
cies alborum in medio,& in oculo,& in virtute imaginatiua,& in memoria,& etiam in intel- Quomodo ſpecies ſunt in medio.
D lectu;non tamen ſunt in iſtis ſubiectis ſecundum eſſe perfectum, & ſecundum actum comple
tum,& vltimatum, & adæquate, & hoc modo S.Thomas aſſerit in quæſtio. de veritate ; duo q.8.art.9.
accidentia intentionalia differentia ſolo numero non poſſe eſſe in eodem ſubiecto:nam licet
reperiantur in eadem parte aeris, ſunt tamen in ea tanquàm in medio deferente in ſenſum,&
in imaginatiuã ſecundum eſſe imperfectum, in memoriã,& in intellectũ habitualiter:& ideo
prima reſponſio adducta de diuerſis partibus ſubiecti ; & ſecunda de corruptione ſpecie-
rum , quòd genita vna ſpecies in ſubiecto , corrumpit aliam : & tertia reſponſio , qnòd duæ
ſpecies per comparationem ad obiecta , quorum ſunt effectus , ſunt duæ : ratione vero me-
dij, in quo ſunt ſubiectiue ſunt vnum,non ſunt ad mentem S.Thomæ , nec alicuius Thomi-
ſtarum,ſed tantummodo figmentum Aliquorum. Reſponſio S.Thomæ eſt illa,quam ſumi-
mus ex quęſtionibus diſputatis.

Secunda concluſio poſita de accidentibus , etiam eſt contra Ariſt. 5. phyſi. vbi loquitur de Tex.41.
tempore,& motu;qui ſunt accidentia reſpectiua,& tamen ait,quòd ſi mobile eſt vnum nume-
ro,ſimiliter erit de tempore;& de motu , quod erit idem numero , & Auerro. dixit 3. huius, Comm.14.
quòd omnis multitudo , aut eſt rerum differentium ſecundum formam,vel ſecundum quan-

titatem

titatem: ſed accidentia diuerſa numero eiuſdem ſpeciei in eodem ſubiecto, neutro modo differunt, non enim ſecundum formam; quia diſtinctio formalis eſt ſpecifica; ſed quæſtio noſtra eſt de accidentibus, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei; nec differunt ſecundum quantitatem, quia tūc idem ſubiectum haberet plures quantitates, quod eſt diſſonum: ergo non poteſt eſſe quòd plura accidentia, quæ differunt numero ſolo, ſint in eodem ſubiecto, etiam loquendo de accidentibus reſpectiuis. Et ad argumentum eorum dicitur, vt habet Caietanus in expoſit. 3. p. S. Thomæ, quòd pater eadem relatione, & eodem reſpectu reali reſpicit multos filios, & ſi ali quando dicunt Thomiſtę quòd iſtæ relationes ſunt diuerſæ, intelligunt de diuerſitate rationis non realis, quia vnica illa realis relatio induit rationem plurium reſpectuum, ex quo colligitur reſpicere diuerſos terminos, itaquòd in re non eſt diuerſitas reſpectuum, ſed reſpectorum, quibus illa vna relatio quaſi multiplex cointelligitur. Nec valet replica ipſorum, quòd tunc non eſſet maior vnio paternitatis cum ſeipſa, quàm cum alia pnta Platonis; quia accidens ſuſcipit vnitatem à ſubiecto, & ſic paternitas ſuſcipit vnitatem à patre, & non à filio, qui eſt terminus; propterea vna paternitas ad diuerſos filios eſt vnica numero realiter, & non conuenit cum aliqua paternitate niſi in ſpecie, ſed paternitas ad diuerſos filios eſt vna ſecundum rem, & diuerſa ſecundum rationem. Nec etiam alia replica eſt alicuius momenti, quando dicunt, quod non eſt, non poteſt eſſe fundamentum, ſiue cauſa alicuius: ſed actus generandi eſt in tranſitu, & non eſt dum paternitas remanet in patre: igitur actus generandi non eſt fundamentum paternitatis; quia ſi ratio hęc eſſet alicuius roboris, tunc eodem modo probaret, quòd calefactio non eſt cauſa caloris in aqua, quia remanet ipſa ceſſante calefactione; & eodem modo probaret, quòd domifactor non eſt cauſa domus: ſupponit enim quòd actus generandi ſit cauſa intrinſeca relationis, ingrediens compoſitionem eius, ſicut materia & forma. Vnde dicendum, quòd actus generandi eſt cauſa paternitatis non totalis, ſed vna cum potentia actiua generantis effectiue cauſat relationem, quę cauſa poteſt corrumpi effectu remanente, vnde ponenda eſt vna ſola paternitas in habente diuerſos filios; immo quod fortius eſt, ponenda eſt vna ſola filiatio in vno filio, qua refertur ad patrem, & ad matrem, vt ait S. Thomas 3. p. ſed rectè conſideranti apparet eadem relatione referri vnumquodque ad ſuum patrem, & ad ſuam matrem propter vnitatem cauſæ: eadem enim natiuitate homo naſcitur ex patre, & matre; vnde eadem relatione ad vtrumque refertur; & eadem eſt ratio de magiſtro, qui docet multos diſcipulos eandem doctrinā, & de domino, qui gubernat diuerſos ſubditos eadem poteſtate.

q. 36. art. 5. Pater vno reſpectu refertur ad plura.

Cauſa nō eſt remanēte effectu.

Quæſt. 35.

A

B

C

Tertia concluſio etiam eſt falſa de accidentibus realibus abſolutis; quia recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti; vnde receptiuum coloris debet eſſe abſcolor, vt habetur 2. de anima: igitur exiſtens in actu per vnam formam in ſpecie, non poteſt aliam recipere eiuſdem ſpeciei. Et ad argumentum de pluribus memorijs dicimus, quòd ſi per illas plures memorias, ex quibus generatur experimentum, intelligunt plures actus cognoſcendi, ſic non ſunt ſimul in eodem ſubiecto, vt patet: ſi vero intelligunt diuerſos habitus, accipiendo cognitionem pro habituali cognitione, tunc eſt ibi vna tantum; eſt enim habitus vnus numero plurium concluſionum in eadem ſcientia; perfectior tamen & imperfectior quanto per plures cognitiones habetur, hoc eſt impoſſibile, quòd memoria ſine aliqua alia potentia ſenſitiua poſſit ſimul habere plures actus circa vnum & idem obiectum, vt habetur in lib. de ſenſu & ſenſato, nec ſunt plures ſpecies ſimul, ſed eadem eſt ſpecies, quę eſt prioris actus, & ſuccedentis, qui actus non manent, videntur eſſe plures actus in medio & ſimul eſſe, ſicut iſti putant, quia ſemper mouetur memoria ſecundum aliquem motum ex his, quos prius habuit; memoratur enim quis quæ audiuit, aut vidit, aut paſſus eſt, ſed non ſimul fiunt ipſi motus, ſicuti iſti imaginantur. Ad ſecundam, & ad conſimilem dicendum, quòd non inconuenit talia accidentia imperfecta & incompleta, quæ ſunt quaſi media inter potentiam & actum, eſſe in eodem ſubiecto adęquato. Hinc S. Thomas in quæſtione de veritate in ſimili inquit, quòd habitus non ſunt actus completi, ſed medij inter potentiam & actum, ideo tales plures poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.

Tex. 71.

Vnus habitus continet plures cōcluſiones.

Cap. 3.

D

Quæſt. 8. Habitus qualis actus ſit.

Quarta concluſio etiam eſt falſa de accidentibus realibus, & abſolutis eductis de potentia materiæ non per motum; quia ſicuti ſe habet materia quantitate ſignata ad formas naturales, ita ſubiectum ad formas accidentales; ſed formæ naturales non poſſunt plurificari numero, ita vt ſint plura indiuidua per eas informata, niſi plurificetur materia & cetera principia indiuiduantia: ergo nec accidentia poſſunt eſſe plura numero, niſi illa, per quę indiuiduantur, ſint plura, vnde, ſicut dictum eſt, ponere plura accidentia ſolo numero diſtincta in vno ſubiecto, eſt ponere ipſa eſſe plura numero, & non plura; quod contradictionem implicat. Hinc theologi

A theologi non ponunt plures Angelos eſſe in eodem loco, nec plures animas intellectiuas in eodem corpore, nec plura corpora in eodem loco, ſiue ſint naturalia, ſiue glorioſa, quia quę habent idem eſſe in, ſimul manere non poſſunt. Et ad argumentum de duobus luminibus, & duabus candelis dicitur, quòd lumen cauſatum erit vnum, & magis denſum, quàm ſi fuerit cauſatum ab vna candela tantum, & illæ duę candelæ concurrunt ad cauſandum effectum, tanquàm cauſę partiales, & non totales; quia vt probatum eſt ſupra, non poteſt vnus effectus produci à duabus cauſis totalibus eiuſdem generis & ordinis, & iſta eſt reſponſio reſoluta, & non illa, quam fingunt ipſi, quòd illa duo lumina per comparationem ad ſubiectum ſcilicet ad medium, ſint vnum lumen, & duo per comparationem ad candelas, à quibus ſunt effectiuę: hæc enim reſponſio nunquàm reperitur in doctrina S. Thomæ, ſed eſt inuentum eorum.

Lumen duarum candelarum qualis ſit.

Auerroiſtę autem conueniunt inter ſe in hoc quæſito, quoniam aliqui ex eis dicunt, quòd ſi accidentia ſunt connaturalia ſubiecto, vel coæterna, illa non poſſunt eſſe in eodem, ſi tamen numero differunt, accidentia connaturalia, vt ſunt riſibile reſpectu hominis, & calidum
B reſpectu ignis, coæterna ſunt, vt dimenſio in cælo, & figura in mundo; patet hoc, quia fruſtra duo talia ineſſent ſubiecto, quoniam ad quodcunque vnum ſufficeret, & alterum etiam, & per vnum ita perfecte ſufficeret veluti per duo illorum: igitur non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Dicunt etiam, quòd accidentia ſolo numero differentia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, ſi ſint aduentitia, hoc eſt nec coęterna, nec propria, ſiue connaturalia; patet hoc de duabus intentionibus albedinum in eodem puncto diaphani, & de duobus luminibus diuerſorum corporum, quæ differunt numero, & poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, vt patet per vmbras diuerſas, quę clare cernuntur; patet etiam in pluribus relationibus, quæ poſſunt ineſſe eidem patri in ordine ad plures filios, & de pluribus formis ſubſtantialibus, quę ſolo numero differunt, & ſunt in eodem ſubiecto; in Sorte enim eſt vna forma, qua Sortes eſt homo, & alia, qua Sortes eſt hic homo: forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter: accidentalis vero ſecundum quid: igitur ſi idem ſubiectum poteſt habere plura eſſe numero ſimpliciter, poterit habere plura eſſe numero ſecundum quid.

Sententia Auerroiſtarū de hac dilucidatione.

Alii vero ex Auerroiſtis ſuſtinent probabiliter, φ quædam ſunt accidentia, quorum agens
C ſubit vicem ſubiecti & agentis, vt illa, quę ab agente dependent in eſſe, & conſeruari, in fieri, & facto eſſe, vt lumen, phantaſma, intentio, albi ſpecies, & actus intelligendi; lumen enim à luminoſo corpore dependet in eſſe, fieri, & conſeruari; phantaſma ab obiecto, & ſpecies ſiue actus; vnde agens talium accidentium vicem ſubit ſubiecti; quia ſubiectum proprie illud eſt, à quo dependet accidens in eſſe & conſeruari; ſed quia talia accidentia dependent ab agente in eſſe, & conſeruari, non tantum in fieri: hinc eorum agens vicem ſubit agentis, & ſubiecti; agentis quidem quatenus illa dependent ab eo in fieri, ſubiecti vero, quatenus illa dependent ab eodem in eſſe, & conſeruari. Quædam ſunt accidentia, quorum agens ſubit vicem agentis tantum, & nullo pacto ſubiecti; vt illa, quę ab agente dependent in fieri tantum, vt ſunt omnia accidentia naturalia, quę poſt actionem agentis derelinquuntur in ſubiecto, vt caliditas, frigiditas, & id genus: hęc enim poſt actionem agentis in ſubiecto derelinquuntur. Quædam ſunt, quorum terminus vicem ſubit ſubiecti, vt relationes, nam relatio nec eſſe nec conſeruari poteſt ſine termino. Nunc dicunt, quòd proprie loquendo de ipſis accidentibus, quorum agens ſubit vicem ſubiecti, & agentis, illa ſolo numero differentia poſſunt eſſe in eo-
D dem ſubiecto; vt duo lumina, duo phantaſmata, duæ alterationes numero, duæ motiones numero; cauſa eſt, quia eſſe numerale talium non eſt à ſubiecto, ſed ab agente, quod vicem ſubit agentis, & ſubiecti: materia enim præiacens, pro tanto dicitur ſubiectum, pro quanto eſt id, ſine quo non exiſterent illa talia: principale enim à quo illa habent eſſe & vnitatem, eſt agēs, quod reſpectu illorum ſubit vicem agentis, & ſubiecti: ſimiliter loquendo de illis, quorum terminus ſubit vicem ſubiecti: eodem modo dicendum; cum enim terminus ſubeat vicem ſubiecti, quatenus ſine ipſo accidens nec eſſe, nec fieri poteſt, tales relationes videntur nanciſci diſtinctionem & numerum ab illis, loquendo vero de accidentibus, quorum agens ſubit vicem agentis tantum, ſic impoſſibile eſt duo illorum numero ſolum differentia eſſe in eodem numero ſubiecto; quia ſicuti illorum eſſe eſt à ſubiecto, ita & vnitas.

Effectus dependēs in fieri & conſeruari qualis ſit.

Sed iſtis non obſtantibus ponitur concluſio negatiua, & vniuerſalis de mente S. Thomæ loquendo abſolute de omnibus accidentibus quomodolibet ſumptis. Quòd eſt impoſſibile duo accidentia eiuſdem ſpeciei ſolo numero differentia eſſe in eodem ſubiecto. pro cuius intelligentia nota, φ capitur hic accidens vt definitum eſt ab Ariſt. in anteprædicamētis: quod eſt illud, quod cum ſit in aliquo, non eſt in eo tanquàm pars, & impoſſibile eſt eſſe ſine eo

Dilucidatio quæſiti ex S. Tho.

in quo

in quo eſt & eſt accidens commune, vt album nigrum, &c. ſubiectum capitur hic pro ſubiecto in actu, quod communiter dicitur ſubiectum inhęſionis; differentia ſolo numero illa dicuntur, quæ ſub eadem ſpecie continentur, vt album huius parietis, & hoc album huius papiri, hęc duo alba continentur ſub ſpecie ſpecialiſſima, puta albedinis, quæritur hoc in loco an iſta duo accidentia eſſe poſſint ſimul in eodem ſubiecto: & probatur concluſio vniuerſaliter negatiue ſimili ratione, qua Ariſto. 4. phyſi. probat duo corpora non poſſe ſimul naturaliter in eodem loco eſſe; quia ſi non repugnat duo corpora ſimul eſſe in eodem loco: igitur infinita poſſent eſſe ſimul: eadem igitur ratione arguitur, ſi non repugnat duo accidentia eiuſdẽ ſpeciei eſſe ſimul in eodem ſubiecto: ergo etiam nec infinita repugnabit eſſe ſimul: ſed hoc eſt impoſſibile eſſe infinita lumina, & infinitas intellectiones: igitur repugnabit duo accidentia eiuſdem ſpeciei ſolo numero differentia eſſe ſimul: maior eſt Philoſophi 4. phyſi. vt dictum eſt: minor probatur non ſolum ratione infiniti, cui repugnat eſſe actu; ſed ſpecialiter arguitur: ſubiectum habens infinita lumina requirit infinitas cauſas agentes, à quibus illa lumina cauſentur; ſed non dantur infinitæ cauſę, vt probatum eſt 2. huius, ergo &c. Pręterea impoſſibile eſt vt vna potentia ſimul recipiat diuerſos actus, quia ſi plures reciperet, iam nõ eſſet vna: nam vnius potentiæ eſt vnus actus; ſed ſubiectum eſt potentia reſpectu accidentis: ergo vnum ſubiectum numero, vnum tantummodo accidens numero recipit, & ſic non diuerſa accidentia numero diſtincta recipit: ergo concluſio vera. Tertio ſic, formæ eiuſdem generis ſiue ſint oppoſitæ, ſiue non, non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto: ergo multo minus plures formæ eiuſdem ſpeciei diſtinctę ſolo numero: conſequentia probatur, quoniam maior eſt diſtinctio ſpecifica, quàm ſola diſtinctio numeralis: ſi igitur formę diſtinctæ ſpecie nõ poſſunt eſſe ſimul in eodem, multo minus formæ diſtinctæ ſolo numero, quæ omnem diſtinctionem videntur trahere à diſtinctione ſubiecti: & hæc eſt mens S. Thomæ hic, & in quæſt. de veritate 1. p. & 3.

Tex. 76. — Tex. 76. — Dilucid. 8. — Formę eiuſdem generis non poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto. — q. 8. art. 14. q. 85. art. 4. q. vbi ſupra.

A — B

Ex quibus patet ſolutio ad argumentum Auerroiſtarum primæ opinionis de diuerſis luminibus & relationibus, & de pluribus formis ſubſtantialibus, quæ non poſſunt eſſe ſimul in eadem portiuncula materiæ. patet etiam ſolutio alterius opinionis, ſiue loquamur de accidentibus, quorum agens ſubit vicem agentis & ſubiecti, vt duo lumina, duo phantaſmata; quia oſtenſum eſt, quòd ſecundum eſſe perfectum non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto, ſiue loquamur de illis accidentibus, quorum terminus ſubit vicem ſubiecti, vt ſunt relationes. Similiter oſtenſum eſt contra Aduerſarios, quòd non poſſunt eſſe ſimul in eodem propter rationes ſuperius adductas. Et ſi dicis, quòd vnum calefactibile poteſt habere duas calefactiones numero diſtinctas à duobus ignibus. Reſpondendum eſt, quòd illę duæ calefactiones efficiuntur vnum accidens magis intenſum proueniens à duabus cauſis partialibus, vt dictum eſt de duobus luminibus ſupra. De qua materia lege Ioan. Capreolum Tholoſanum in 1. ſentent. vbi diſputat, ſi in diuinis poſſunt eſſe plures filij, & multa argumenta ipſius Aureoli & Adæ, & Hugonis de Caſtro, concernentia hanc materiam, adducit, & ſoluit.

C — Dilucid. 2. huius, diſt. 7. q. 2.

Priora & poſteriora dicuntur quadam quidem tanquàm exiſtente aliquo primo, &c. Tex. 16.

D

Num hęc ſit ratio communis & proprie aſsignata de priori, ſcilicet prius eſt, quod eſt principio propinquius.

Dilucidatio decima.

RESPONDENT aliqui iſtam rationem, ſeu definitionem communem traditam de priori eſſe conuenientiſſimam, & bene aſſignatam: tamen aduertendum eſt; quòd aliter conuenit prioribus eſſentialiter ordinatis, aliter autem accidentaliter ordinatis; nam in eſſentialiter ordinatis eſt vera dependentia poſterioris ad primum ſimpliciter: vnde in cauſis eſſentialiter ordinatis nihil cauſatur ſine primo ſimpliciter. Sed non eſt ſic in accidentaliter ordinatis; quia accidit huic reuolutioni cæli, quòd aliqua præceſſerit, nam potuit fuiſſe etiam per impoſſibile ſi prima non fuiſſet: in eſſentialiter ergo ordinatis

Dependẽtia duplex.

A dinatis dicitur prius in reſpectu alicuius primi ſimpliciter, ſed in accidentaliter ordinatis per
comparationem ad aliquod primum non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt reſpectu illius,
quod ponitur eſſe prius, & hoc accidit; propter quod patet, quòd in vtriſque eſt prius & poſte
rius in comparatione ad aliquod primum, vel ſimpliciter, vel ſecundum quid, & ſic intelli-
gendo, definitio ſiue ratio prioris eſt conuenientiſſima.

Et ſi quis diceret, in tempore eſt dare prius & poſterius, ita dixit Philoſophus 4. phyſi. ſed Tex. 101.
in tempore nullum eſt principium, vt habet etiam ipſe Philoſophus 8. phyſi. & 12. huius, vbi Tex. 12.
ponit tempus æternum, & æternum caret principio: & ſic definitio prioris eſt male aſſignata, Tex. 58.
quia non conuenit omnibus prioribus. Reſpondent partes temporis eſſe accidentaliter or-
dinatas: accidit enim diei præſenti, quòd externa præceſſerit, ideo in tempore non eſt primũ
ſimpliciter, ſed ſecundum quid, itaquòd prius in tempore & ſimiliter principium ſunt ex aſ-
ſignatione noſtra, & non ſimpliciter, dato quòd tempus eſſet æternum, vt probat ratio.
Sed contra poſſet aliquis afferre inſtantiam, quia ſtante iſta reſponſione, ſequeretur tempus Tempus eſt
non eſſe in genere quantitatis: conſequens eſt manifeſte falſum, & contra Ariſt. in prædica- in genere
B mentis: ergo &c. conſequentia probatur, quia tunc tẽpus non eſſet reale ens; cũ prius & poſte quanti.
rius in tempore dependeant ab anima, & ab aſſignatione noſtra. Præterea ſequeretur tunc, ꝙ
vel primus motus eſſet ſine tempore, vel quòd ille motus dependeret ab anima, quorum
vtrunque eſt falſum: primum quidem, quia tempus eſt paſſio primi motus ex 4. phyſi. ſecun- Tex. 115.
dum etiam, quia eſt ens reale extra animam. Et reſpondent ad iſtas inſtantias diſtinguen-
do, quòd quædam ſunt entia pure realia, vt ſunt entia naturæ, quædam pure rationis, vt ſecun
do intellecta, quædam partim ſic, & partim ſic, vt vniuerſalia, quæ includunt aliquid rei, &
aliquid rationis, tale eſt tempus: nam tempus materialiter eſt ens reale, cum ſit idem quod
motus materialis, qui eſt ens reale, formaliter tamen vt habet rationem numeri ſecundum
prius & poſterius ex 4. phyſi. habet eſſe ab anima: ſi ergo accipitur tempus materialiter, ſic Tex. 131.
vtique eſt in genere quantitatis, ſicut & motus; ſecundum vero quod dicit compoſitionẽ ex
materiali & formali, non eſt in genere, cum ſit quoddam ens compoſitum per accidens ex re,
& intentione. Sic ergo intelligendum, quòd in tempore eſt aliquod principium, non tamen
ſine anima, non quidem ſimpliciter primum, ſed reſpectu alicuius prioris & poſterioris, pu-
C ta iſta dies incipit à mane, & prima hora dicitur proprie mane, alia hora eſt ſecunda, & ſic de-
inceps comparando vnam partem temporis ad aliam.

Et ſi quis diceret contra, quia ſi in tempore ſecũdum ſe non eſt principium, ſed in aliqua
parte eius reſpectu alterius partis; tunc tempus non habet ſecundum ſe prius & poſterius, ſed
ſolum reſpectu aliquarum partium: ſed hoc eſt inconueniens, quia definitio conuenit per ſe
toti, partibus autem per accidens; ſed definitio temporis eſt, quòd tempus eſt numerus mo-
tus ſm prius & poſterius: ergo &c. Præterea tempus eſt continuum: ergo non eſt ibi aliquod
nunc in actu de ſe, quod eſt prius, reſpectu cuius dicatur alia pars poſterior, ſed ſolum in po-
tentia, quantum eſt ex parte temporis: probatur conſequentia, quia ſi ſic, eſſet de ſe diſconti-
nuum. Et reſpondent ad primum, quòd ſi ly ſecundum ſe, accipiatur pro toto tempore, ve-
rum eſt quòd ſecundum ſe non habet prius & poſterius: ſed ex hoc non ſequitur, quin tem-
pori inſit prius & poſterius; quia ſecundum partes habet prius & poſterius ex aſſignatione
noſtra. Ad aliud etiam dicitur, quòd bene concludit, quòd in tempore non ſit aliquod nunc
in actu quantum eſt de ſe, & ſine conſideratione noſtra: ſic enim eſt idem quod motus, & per
D conſequens continuum; tamen in conſideratione animæ habet rationem numeri, & per con-
ſequens diſcontinui & diſcreti, & hoc modo eſt ibi dare aliquod nunc in actu ſecundũ noſtrã
conſiderationem; & ſic prius & poſterius modo prædicto. Ex hoc etiam diſcurſu ſumunt
Aliqui, præcipue Mauritius, quòd vbicunque eſt ordo, ibi eſt prius & poſterius, & ſicut eſt
multiplex ordo, ſcilicet durationis naturæ & originis, & ſic de alijs; ita etiam datur prioritas Opinio Mauricij de prioritate.
originis, quam volunt reperiri in diuinis, naturæ, & durationis, quia vbicunque eſt ratio prin
cipij, ibi eſt ratio prioris & poſterioris; ſed in diuinis eſt ratio principij: igitur in diuinis erit
ratio prioris & poſterioris, & ſic ponunt vnam perſonam priorem alia. Reprehendunt etiam
S. Thomam in interpretatione cuiuſdam exempli, quod ponit Ariſt. in textu. ait enim Philo
ſophus quòd prius eſt Menelaus Pyrro. quod exponens S. Thomas ait literam corruptam
eſſe: tamen quia tempore Ariſto. perſonę illę non erant futuræ, ſed præteritæ: ideo inter eas Littera Ariſto. reperitur corrupta.
non erat ordo prioritatis ex maiori appropinquatione ad præſens nunc, vt litera Philoſophi
dicit, pro qua hoc exemplum inducitur, tum etiam ex textu græco, ad quem in dubiis transla-
tæ doctrinæ Ariſt. in linguam latinam, debemus recurrere, qui aliud exemplum inducit. Ad-
uerſarij autem, qui in omnibus ſe inquãtum poſſunt, S. Thomæ opponunt, dicunt quòd po-
teſt

teſt illa litera ſaluari, ſi Menelaus & Pyrrus accipiantur pro duobus hominibus futuris, quotum vnus ſit propinquior pręſenti nunc, quàm alius. A

Sed in omnibus his tribus tactis ab his in hoc textu, deficiunt quàmplurimum, & impertinenter & ſine ratione loquuntur. Et primo quantum ad primum, in quo oſtendunt deſcriptionem prioris eſſe conuenientem: nam debebant oſtendere quot modis dicitur prius, & deinde diſputare de definitione prioris, vt facit S. Thomas. Aſſignare etiã cauſam, cur Philoſophus non poſuit niſi quinque modos prioris, videlicet prius tempore, prius natura, prius ordine, prius perfectione, & prius cauſalitate; in hoc aũt libro plures modos illis inueſtigauit, vt eſt prius ſecundũ ordinem, & hoc vel ſecundum quantitatem continuam, vel diſcretam; & & ſecundum cognitionem ſenſitiuam vel intellectiuam, & multos alios, vt eſt videre in textu. Propterea dicas tu, quòd cum in poſtprædicamentis tractetur de priori & poſteriori, prout modi eorum valent ad cognitionem prædicamentorum; propterea Ariſto. non poſuit niſi quinque modos prioris magis famoſos, qui faciunt ad intentionem ſuam; hic autem loquitur de priori & poſteriori, prout ſequuntur vnum, quod conuertitur cum ente, ideo aſſignat hic omnes modos prioris & poſterioris, prout poſterius dicitur per oppoſitum ad prius. B

Modi prioris qui ſint. *Cap. de priori.*

Qui etiam diſputat de definitione prioris, debet dare normam & ſufficientiam omnium modorum, ad hoc vt ſciat quomodo definitio prioris conueniat omnibus, vel quomodo non; quæ ſufficientia facile aſſignari poteſt, cum prius dicat ordinem ad aliquod principium determinatum, vel ergo tale principium eſt principium quantum ad moueri, ſiue fieri, vel quantũ ad cognoſci, vel quantum ad eſſe; ſi primum, hoc eſt dupliciter, vel talis ordo ſumitur ſecundum quantitatem continuam, vel ſecundum quantitatem diſcretam: ſi primum, hoc eſt tripliciter, vel quantum ad motum, vel quantum ad locum, vel quantum ad tempus: ſi quantum ad locum, hoc eſt dupliciter vel naturaliter, & ſic eſt primus modus, vel eſt ſecundum artem, & ſic eſt ſecundus: ſi loquamur quantum ad tempus, hoc eſt dupliciter, vel in præteritis, & ſic eſt tertius modus, vel in futuris, & ſic eſt quartus modus: ſi loquamur quantum ad motum, hoc etiam eſt dupliciter, vel in naturalibus, & ſic eſt quintus modus, vel in voluntarijs, & ſic eſt ſextus modus. Si autem talis ordo ſumatur ſecundum quantitatem diſcretam, ſic eſt ſeptimus modus; ſi vero tale principium eſt ſecundum cognitionem, hoc erit dupliciter, vel ſecundum cognitionem intellectiuam, vel ſecundum cognitionem ſenſitiuam: ſi primum, hoc erit tripliciter, vel ratione vniuerſalitatis, & ſic eſt octauus modus, vel ratione ſimplicitatis, & ſic eſt nonus modus; vel ratione ordinis ſubiectorũ, & ſic eſt decimus modus. Si autem ſit principium ſecundum cognitionem ſenſitiuam, hoc eſt tripliciter, vel ſecundum quod ſingularia præcedunt vniuerſalia, & ſic eſt vndecimus modus, vel compoſita ſimpliciora, & ſic eſt duodecimus modus, vel paſsiones compoſitorum paſsiones ſimplicium, & ſic eſt decimustertius modus: ſi autem tale principium ſit principium in eſſendo, hoc eſt tripliciter, vel talis ordo attenditur ratione communitatis, & ſic eſt quartusdecimus modus, vel ratione ſubſtantiæ, & accidentis, & ſic eſt quintusdecimus modus, vel ratione diuiſionis entis in actum & potentiam, & ſic eſt vltimus modus. Vnde patet qualiter modi prioris ſint ſexdecim. Ex his etiam facile poterit aliquis deducere ad hos vltimos modos, præcipue ad illum prout prius dicitur quod poteſt eſſe ſine aliis; & non ecõuerſo. Quædam enim poſſunt eſſe ſine alijs per generationem, per quem modum, totum eſt prius partibus, quia quando ita totum generatum eſt, partes non ſunt in actu, ſed in potentia. Quędam vero contingit eſſe ſine alijs ſecundum corruptionem, ſicut pars ſine toto, quando iam totum corruptum & reſolutum eſt in partes: & ſimiliter etiam alij modi prioris & poſterioris ad hunc modum reduci poſſunt: conſtat enim ꝙ priora non dependent à poſterioribus, ſed econuerſo. Vnde omnia priora aliquo modo eſſe poſſunt ſine poſterioribus, ſed non econuerſo. C D

Sufficientia modorum prioris. *Prius quid ſit.*

Iſtis ſic ſtantibus probatur quòd definitio prioris ſit optima, quando dicitur ab Ariſt. quòd prius eſt, quod eſt principio propinquius: nam hæc deſcriptio cõuenit omnibus modis prioris: igitur eſt optima deſcriptio: antecedens patet diſcurrenti per ſingulos modos prioris: conſequentia etiam eſt manifeſta. Falſa quoque eſt doctrina Aduerſariorum, quam tradunt in reſponſione illius argumenti de tempore, de quo dicunt partim eſſe ens rationis, partim ens reale: nam quęro ab illis, tempus prout diſtinguitur à motu, ſicut menſura realis à menſurato, vel eſt ens reale, vel non: ſi non, ſequitur ergo quòd non erit realis menſura motus primi mobilis, quod eſt contra Philoſophum 4. phyſi. ſi vero ſit ens reale, ſequitur quòd includit aliam realitatem, & eſſentiam à realitate motus. Et confirmatur, primus motus cum ſit localis non eſt ſpecies quantitatis, nec terminatur ad ſpeciem quantitatis; tempus autem ſecundum eſſentiam conſideratum eſt ſpecies quantitatis: ergo aliquid aliud realiter eſt tempus, quàm quantum ad

Definitio prioris quæ ſit. *Tex. 133.*

tum ad

A tum ad ſuum materiale,ſcilicet quantum ad motum; & propterea illa doctrina, cum eſt falſa,tum non ſoluit argumentum: ideo eſt dicendum, quòd quando dicitur, tempus eſt numerus motus, hoc poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad habitualem numerationem,& ſic tempus non habet ab anima,quòd ſit numerus motus ſecundum prius & poſterius. Alio modo quantum ad actualem numerationem & actualem aſſignationem prioris & poſterioris in motu,& ſic hoc habet ab anima effectiue, formaliter vero à ſeipſo, materialiter autem à motu primi mobilis,& ſic tempus ponitur in prædicamento quantitatis quantum ad habitualem numerationem & aſsignationem,non autem quantum ad actualem; & ſic argumentum laborat in æquinoco. Tempus eſt numerus motus quomodo intelligitur.

Circa aliud etiam ſine ratione & contra veritatem loquuntur Aduerſarij, quia licet in diuinis reperiatur ordo originis, non tamen reperitur ibi ratio prioris; quod patet,& primo ex definitione prioris tradita ab Ariſto. hic, & acceptata ab eis:nam illud eſt prius, quod eſt principio propinquius:ſed nomen propinquitatis & vicinitatis non poteſt in diuinis attribui vni perſonæ reſpectu alterius,eoquod talia nomina abſoluta diſtinctionem ſupponant: neq; B enim dicimus filium patri, vel ſpiritum Sāctum vtriq; propinquum,aut econuerſo,quia cum proprie talia noīa diſtinctionē ſm quantitatē & diſtantiā quantitatiuā importent ad diuina trāſlata,non niſi in quātitate virtutis,eſſentialisq; perfectionis diſtantiā deſignabunt inter perſonas,quod eſt alienum à doctrina theologorū:igitur falſiſsime aſſerunt prioritatē in diuinis. In diuinis eſt ordo originis ſine prioritate.

Secundo etiam patet diſcurrenti per omnes modos prioritatis poſitos hic ab Ariſto. & ſecundum veritatem. Et ſi quis dicat, quòd pater eſt prior filio, quia eſt à ſe, & filius eſt poſterior patre, quia eſt ab alio, & ſic eſt prioritas à ſe,& non prioritas in ſe in diuinis; & hoc voluit Anſelmus lib. Monologion,intellectus non capit quod idem det ſibi ipſi eſſe,pater dat eſſe filio,ergo pater eſt prior filio. Et Aug. 1. de trinit. ait,nulla res eſt, q̄ ſeipſam gignat,quia tunc idem eſſet prius ſeipſo, ergo &c. Sed ex his auctoritatibus & ſimilibus non habetur iſta prioritas,quam ipſi fingunt,ſed tantum ꝙ pater eſt generans, & filius eſt genitus, & ꝙ pater dat,& filius recipit, vt habet S.Thomas 1.ſenten. quòd ordo naturæ in ſui ratione tria includit.Primo rationem prioris & poſterioris, & ſecundum iſtam rationem in diuinis non eſt ordo. Includit ſecundo diſtinctionem, cum ordo non ſit niſi aliquorum diſtinctorum, & hoc C magis præſupponit nomen ordinis, quàm ſignificet. Includit etiam tertio rationem ordinis, ex qua etiam ordo in ſpeciē trahitur, vnde eſt vnus ordo ſecundum locum, alius ſecundum dignitatem, alius ſecundum originem; & iſta ſpecies ordinis ſcilicet originis connenit diuinis perſonis; vnde dico, quòd ordo originis ſignificatur cum dicitur ordo naturæ ſecundum quòd dicitur natura à Philoſopho in hoc libro,ex qua pullulat aliquid, vnde nomen naturę importat rationem originis, & ſic iſta duo nomina, ordo naturæ,ſumuntur in vi vnius nominis ad ſignificandam ſpeciem ordinis, quæ quidem ſaluatur in diuinis perſonis quantum ad rationem differentiæ, ſcilicet originis, & non quantum ad rationem generis, ſcilicet prioritatis & poſterioritatis. Ex quibus patet non valere illud argumentum: vbicunque eſt ordo huius ab hoc, ibi eſt prius & poſterius origine; ſed conſtat quòd filius Dei eſt à Patre: ergo pater eſt prior origine filio: filius autem poſterior, quoniam cum in diuinis non ſit aliud, niſi abſolutum & relatiuum, abſolutum eſt commune vtrique, vnde ex hoc vnus non habet prioritatem ad alium, cum eſſentia diuina non ſit diuiſibilis: relatiua etiam ſunt ſimul natura, & intellectu, quia poſita ſe ponunt, & perempta ſe periD munt. Et hinc concludendum eſt in diuinis nullam reperiri prioritatem, vt tenet Caieta. 1. par. ex quibus patet ſolutio ad dubia præpoſita. Cap. 6. Cap. 5. diſt. 10. Ordo naturę tria includit. Tex. 5. q. 42. art. 3.

Quantum ad illud tertium de corruptione literæ, dico primo quòd cum exempla non inducantur niſi ob manifeſtationem: propterea non debuit Ariſto. de perſonis incognitis loqui,vt ſunt omnes contingenter futurę:igitur textus ille non poteſt interpretari, niſi de famoſiſsimis illis duobus hominibus, inter quos ordo prioritatis omnibus notus erat; & ſic per iſta notiſsima exempla manifeſtaretur ratio prioris, & tamen illa exempla repugnant literæ, vt probat S.Thomas:ergo non ſunt exempla Ariſto. & ſic litera ponens talia exempla eſt corrupta. Præterea hoc probat S. Thomas ex textu græco,in quo habetur quòd prius eſt nemea pythion, quæ quidem erant duæ nundinæ, vel duo feſta, quorum vnum erat propinquius illi nunc, quo hæc ſcripta ſunt, cum tamen vtrumque ſit futurum, & hoc modo exponit etiam Alexander, quòd ludi Iouis ſunt priores ludis Apollinis. Vnde patet hic error Aduerſariorū ex omni parte, & liuor ipſorum contra doctrinam S.Th. Expoſitio S. Th. eſt conformis Alexand.

Et ſi quis adhuc contra deſcriptionem prioris argueret, quòd redditur falſa; quia in

generationibus per propagationem vnum generans eſt prius altero, dato quòd generatio A
fuerit ſine principio: ergo prius non eſſet illud quod eſt principio propinquius: conſequentia patet, quia ibi nullum eſſet principium facta illa hypotheſi: antecedens patet, quia adhuc auus eſſet prius generans, quàm pater, & pater, quàm filius. Ad hoc dicitur, quòd facta hypotheſi illa, ibi non eſſet principium ſimpliciter, eſſet tamen ſecundum quid, & in reſpectu; nam tres generantes accidentaliter ordinati, habent quartum pro principio, reſpectu cuius dicuntur inter ſe priores & poſteriores.

Quomodo intelligenda venit deſcriptio prioris.

Et ſi quis adhuc proteruiret dicẽs, quòd ſi prius eſt illud, quod eſt principio propinquius: ergo principium non eſt prius principiato: conſequens eſt falſum: ergo, &c. conſequẽtia probatur, quia principium & principiatum ſunt ſimul. Soluitur & hoc, quia dicta deſcriptio non datur de principio ſimpliciter primo, ſed de priori; quod præſupponit aliquid ante ſe: argumentum autem procedit de principio ſimpliciter primo, & non de priori, quod præſupponit aliud principium. Ex litera adhuc aliquis poſſet ſumere anſam dubitandi: nam dicitur quòd aliquid eſt prius, quia remotius à præſenti nunc, vt in præteritis, & tunc vtimur præſenti nunc vt primo; ergo non omne prius eſt principio propinquius. Soluitur & hoc di- B
cendo, quòd nunc præſens non eſt principium reſpectu cuius dicatur prius & poſterius in præterito, niſi mediante aliquo nunc præterito priori; quia eſt aliquod nunc prius, reſpectu cuius illa in præterito dicuntur priora vel poſteriora, vt quod eſt propinquius illi dicatur prius, & quod eſt remotius dicatur poſterius: non eſt ergo ſimpliciter prius & poſterius in præterito reſpectu præſentis; niſi vt reſpicit nunc præcedens, & ſic eſt intelligenda ſententia Philoſophi de deſcriptione prioris.

Relatiua quo ſunt ſimul natura.

Si quis adhuc diceret; prius & poſterius ſunt correlatiua: ergo principium non præcedit principiatum; nec prius præcedit poſterius, & ſic prius non erit illud, quod eſt principio propinquius. Soluitur & hoc, quia quamuis formaliter loquendo ſecundum intentiones eorum, prius & poſterius ſint relatiua, & vnum non præcedat aliud: materialiter tamen, & ſecundum id quod ſunt, vnum dicitur aliud præcedere, & ſic eſt data definitio de priori: patet igitur quomodo intelligenda venit abſque aliquo ſcrupulo. de qua re lege S. Tho. 1. p. & in 1. libro ſentent. vbi diffuſe habebis ea, quæ de hac prioritate tetigimus.

q. 36. art. 3. & q. 42. ar. 3. diſt. 9. q. 2.

C

Quantum vero dicitur quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, &c, Tex. 18.

An propria ratio quantitatis ſecundum quod eſt genus generaliſsimum ſit diuiſibilitas.

Dilucidatio vndecima.

RESPONDENT quidam ponendo tres concluſiones, quarum prima eſt. Diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis non eſt eſſentialis ratio quanti- D
tatis, quam ſic probant; nullus reſpectus formaliter eſt eſſentialis ratio alicuius abſoluti: ſed diuiſibilitas eſt formaliter reſpectus; quia dicit quandam aptitudinem ad diuiſionem: ergo non erit eſſentialis ratio quantitatis, quod eſt ens abſolutum: maior patet ex 4. huius, vbi ponentes omnia apparentia vera, ducunt ad hoc inconueniens: tunc omnia formaliter eſſent ad aliquid. Præterea potentia & actus ſunt eiuſdem generis, & eiuſdem eſſentiæ, quia diuidunt omne ens, ſed actu diuidi non eſt eſſentiale quãtitati, quia tunc omnis quãtitas eſſet actu diuiſa: ergo nec potentia ad diuidi eſt de eſſentia eius, eſſe autem diuiſibile dicit potentiam ad diuidi.

Tex. 26.

Potentia & actus ſunt in eodem genere.

Et ſi quis argueret contra iſtam concluſionem, quòd illa ratio, ſecundum quam eſt diſtinctio ſpecifica, eſt eſſentialis generi: ſed diuiſibilitas eſt huiuſmodi, vt patet in litera, vbi ſecundum diuerſum modum diuiſibilitatis, puta ſecundum vnam diuiſionem, vel ſecundum duas, &c. ponit Philoſophus diuerſas ſpecies quantitatis. Præterea dicitur in præ-

A in prædicamentis, quòd quantitas continua eſt cuius partes copulantur ad vnum terminum communem: diſcreta vero cuius partes non copulantur: ergo de ratione vtriuſque eſt habere partes.

Differentia inter quantitatem continuam & diſcretam.

Soluunt primam obiectionem dicentes, diuiſionem generis aliquando fieri per differentias proprie dictas, aliquando per paſſiones circumloquentes differentias eſſentiales, quę ſunt ignotæ nobis: exemplum primi, animal diuiditur per rationale & irrationale: exemplum ſecundi, ens diuiditur per actum & potentiam: numerus per par & impar, quę non ſunt differentiæ, ſed magis paſſiones, ſic eſt in propoſito: nam diuiſibilitas eſt paſſio quantitatis, & ſic ſecundum diuerſum modum diuiſibilitatis diſtinguit Philoſophus diuerſas ſpecies quantitatis.

Secundam etiam obiectionem ſoluunt Aduerſarij, quòd concludit vtique eſſentiale eſſe quantitati habere partes, non tamen eſt eſſentialis diuiſibilitas, quæ conſequitur habere partes, vt quędam paſſio, quę non eſt eſſentialis ratio quantitatis. Secunda concluſio ſit iſta, Diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis eſt propria paſſio quantitatis, quam ſic probant. illud,
B quod ineſt alicui per ſe primo, & ſecundum quod ipſum, videtur eſſe propria eius paſſio: ſed diuiſibilitas ineſt quantitati iſto modo: ergo concluſio vera. minor patet, quia diuiſibile eſſe, ineſt omni quantitati, ipſi quidem quantitati ineſt per ſe primo, ſed ſpeciebus per ſe non primo; cuicunque etiam ineſt diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis, licet habeat eas de ſe extenſas, & diuiſibiles in potentia; tamen actu extenſas & diuiſibiles habet per quantitatem. Ex hoc concludunt corollarium, quòd iſta propoſitio, quantitas eſt diuiſibilis, eſt per ſe ſecundo modo, ſicut iſta, color eſt viſibilis. Vnde ſicut viſibilitas eſt reſpectus quidam in colore per comparationem ad viſum, ſic diuiſibilitas eſt reſpectus in quantitate, & dicit habitudinem ad diuiſionem. Vnde notificatio Philoſophi de quantitate poſita in principio huius capituli eſt notificatio per propriam, & proximam paſſionem eius, & non eſt propria definitio.

Color eſt diuiſibilis quæ propoſitio ſit.

Ponunt etiam tertiam concluſionem. Diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis eſt prima paſſio quantitatis, pro intellectu cuius, dicunt, quòd de quantitate Philoſophus aſſignat quatuor paſſiones. Prima eſt diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis. Secunda eſt eſſe finitum, vel
C infinitum: & hæc ſupponit primam: nam quod eſt finitum præſupponit aliquod, quod debet finiri, & illud neceſſario præintelligitur diuiſibile. Tertia eſt æquale & inęquale, quę conſequitur, & præſupponit ſecundam, ſcilicet finitum & infinitum. Quarta eſt ratio menſuræ, quæ præſupponit tertiam: nam omnis menſura præintelligitur ęqualis vel inæqualis menſurato: quia enim eſt æquale vel inęquale, ideo menſurat, & non econuerſo. Vnde ex his patet ordo iſtarum paſſionum quantitatis, quòd diuiſibilitas eſt prima paſſio ſimpliciter: primæ duæ competunt quantitati in ſe; ſed aliæ duæ in reſpectu ad aliud. de prima paſſione ſcribitur hic, & 3. phyſicorum, de ſecunda habetur 1. phyſicorum, vbi dicitur, quòd finitum & infinitum ſoli quantitati congruit. de tertia habetur in prædicamentis, vbi dicitur quod proprium eſt quantitati ſecundum eam æquale vel inæquale dici. de quarta habetur 10. huius. & ex his volunt ſatisfactum eſſe huic quæſito.

Paſſiones quãtitatis ſecundum aliquos.

Tex. 35. Tex. 15. Tex. 25. Cap. de quãtitate. Tex. 2.

Sed pace horum dixerim in his dictis multa irrationabiliter docent. & primo dico concluſionem, quam docent, eſſe falſiſſimam: nam ſi diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis, non eſt ratio formalis quantitatis; quæro ab eis, quę eſt eius propria ratio formalis, inue-
D niant ipſi per artem Ariſto. qui 6. topic. & 2. poſte. docuit artem inueniendi deſcriptiones, & definitiones rerum omnium: ſi ergo quantitas habet rationem formalem, illa per artem definitiuam Ariſto. inueniri poteſt; ſed nõ videmus poſſe eſſe aliam, niſi iſtam poſitam hic in litera, quia ens diuiſibile in partes eiuſdem rationis eſt totus conceptus formalis quantitatis; igitur prima concluſio Aduerſariorũ eſt falſiſſima: minor patet, quia ſi datur alia, inueniant eam ipſi. Præterea nihil eſt ignotum humano intellectui naturaliter loquẽdo, vt habetur 3. de anima, quòd intellectus eſt omnia fieri, & Auerr. lib. de generatione ait, ꝙ primus magiſter Ariſto. nihil ſine forti ratione & probatione dixit: ergo definitio quantitatis eſt reperibilis, & non reperitur niſi iſta: ergo hæc erit propria definitio eius ex parte noſtra; & licet vltimæ rerum differentiæ ſint nobis incognitæ, tamen ex parte noſtri hæ erunt eſſentiales, aliter quis dicere poſſet, ꝙ rationale non eſt eſſentiale homini, & ſi hoc non eſt, dicant mihi quæ eſt differentia eſſentialis hominis? ita etiam quęro, ſi diuiſibile in partes non eſt eſſentiale quanto ſaltem ex parte noſtra; quæ erit differentia eſſentialis eius? cum ergo nullam aliam aſsignent, igitur erit iſta.

Reprobatur opinio Neotericorum.

Cap. 4. Cap. 10.

Tex. 17. Commẽ. 18.

Soluuntur facile rationes eorum pro hac concluſione: nam quando dicunt, nullus reſpe-

ctus formaliter eſt eſſentialis ratio alicuius abſoluti, licet vera ſit iſta propoſitio: tamen non A inconuenit ipſum ingredi rationem alicuius abſoluti; quia ſunt aliqua, quæ non poſſunt conci pi, niſi conceptu relatiuo, & tamen non dicunt reſpectum, ſed abſolutum, ſicut bonũ non poteſt concipi, niſi per reſpectum ad appetitum, & verum per reſpectum ad intellectum, & tamẽ iſta quoad ſuam naturam ſunt abſoluta, & ſic dicerem, quòd ratio quidditatiua quantitatis ſumitur à diuiſibilitate, non quòd quantitas ſit ſola diuiſibilitas, vt eſt aptitudo; ſed quia natura quantitatis non poteſt concipi quidditatiue ſine diuiſibilitate; ſicut non poteſt concipi bonũ ſine appetibilitate.

Aliqua concipiuntur cõceptu relatiuo & tamen dicunt abſolutum.

Secunda quoque ratio, in qua dicunt quòd potentia & actus ſunt eiuſdem generis, ſi intelligunt quòd ſint in eodem prædicamento, vt ſubſtantia in potentia, & ſubſtantia in actu; & qualitas in potentia, & qualitas in actu, concedimus ipſam; ex conſequenti poſſe diuidi in partes, & actu diuidi, ſunt in prędicamento quantitatis; ſi autem velint intelligere illam maximam, potentia & actus ſunt eiuſdem generis, id eſt eiuſdem rationis quoad ingredi rationem quidditatiuam alicuius, ſic falſo aſſumunt eam; nam eſſe mobile in potentia ſiue moueri in potentia eſt de eſſentia ipſius motus, ſed eſſe motum actu, vel actualiter moueri non eſt de eſſentia ipſius motus: ſic etiam eſſe actu diuiſum eſt ſeparabile à quantitate, non autem eſſe diuiſibile in potentia; quia omnis quantitas eſt diuiſibilis in potentia, ſed non omnis quantitas eſt diuiſa in actu. Et ex his habemus, quòd ſolutiones, quas adducunt ad illas duas rationes factas contra ipſos, non ſoluunt; quia ſi diuiſibilitas eſt paſſio circumlocutiua quantitatis: ergo ſequitur quòd aliquid prius conuenit quantitati, per quod prius ineſt illa diuiſibilitas; ſed non eſt aſſignandum aliquod, quo mediante diuiſibilitas inſit quantitati: ergo ſequitur quòd diuiſibilitas erit propria ratio quidditatiua, & eſſentialis eius. B

Omnis quãtitas eſt diuiſibilis in potentia.

Ex iſtis ſequitur falſitas ſecundæ concluſionis, in qua dicebatur, quòd diuiſibilitas in partes eiuſdem rationis eſt propria paſſio quantitatis: nec ratio adducta pro illa concluſione aliquid concludit; quando enim dicit illud, quod ineſt alicui per ſe primo, & ſecundum quòd ipſum, eſt propria paſſio eius; tranſeat: ſed tunc negatur minor, quòd diuiſibilitas inſit iſto modo. Et ad probationem dicitur, quòd falſum eſt diuiſibilitatem vniformiter & vniuoce non conuenire quantitati, & ſpeciebus eius. Et vlterius dico, quòd numerus vt numerus, eſt actu indiuiſus in partes eius, eo pacto quo ipſe eſt vna ſpecies quanti; eſt tamen diuiſibilis ſua ratione in partes eiuſdem rationis per ſe, vt in vnitates, per accidens in partes alterius rationis, vt in binarium ternarium, & id genus. Ad id de ſubſtantia dico, quòd non diuiditur in partes eiuſdem rationis, ſed diuerſarum, nempe in materiam, formam, & compoſitum; quæ habent diuerſas definitiones, & ſi competit ei diuiſio in partes quantitatiuas; hoc non eſt nec per ſe primo, nec per ſe ſecundo; ſed per accidens, & extrinſece. C

Numerus quomodo eſt indiuiſus.

Corollarium deductum ex concluſione ſecunda adhuc eſt falſiſſimum, videlicet quòd iſta propoſitio, quantitas eſt diuiſibilis, ſit per ſe in ſecundo modo dicendi, ſicut iſta, color eſt viſibilis; nam quomodo hoc eſſe poteſt, cum viſibilitas conueniat colori per ordinem ad viſum, & diuiſibilitas ſit quidditas, & eſſentia quantitatis? Nec valet quando dicit, quòd diuiſibilitas eſt reſpectus in quantitatem, & dicit habitudinem ad diuiſionẽ; quia hic reſpectus non eſt prædicamentalis, ſed tranſcendens, & identificatur cum eo, cuius eſt reſpectus, ſicut potentia materiæ primæ. Falſa quoque eſt tertia concluſio, in qua ſuſtinent diuiſibilitatem in partes eiuſdem rationis eſſe primam paſſionem quantitatis: hæc concluſio eſt expreſſe contra Ariſt. in prędicamentis, vbi aſsignans proprietates quantitatis ait, quòd prima eſt, non habere contrarium: ſecunda non ſuſcipere magis & minus: tertia ſecundum quantitatem dici æquale & inæquale: illud primi phyſi. finitum vel infinitum eſſe paſsionem quantitatis; hoc nunquàm ſomniauit Ariſtote. ſed dixit, ratio infiniti congruit quantitati, quia non eſt intelligibile dari infinitum niſi in quantitate; ſicuti ſi daretur vacuum, illud eſſet in loco, vt clare eſt videre apud Caieta. in comment. 1. par. Ex quibus patet error Aduerſariorum. D

Diuiſibilitas quem reſpectum dicat.

Cap de quãtitate.

Tex. 15.

q. 7. art. 3. ad 2.

Aliqui ex Auerroiſtis aſſerunt diuiſibile duobus modis ſumi poſſe. Primo pro potentia, quę diuiditur contra actum diuiſionis. Secundo pro principio vnde fluit hęc potentia, & dant exemplum de rationali, quod poteſt ſumi pro potentia ad ratiocinandum; & poteſt ſumi pro principio, vnde hæc potentia fluit: tunc dicunt, quòd ſi diuiſibile ſumitur pro potentia, ſic eſt paſsio quantitatis, veluti rationale ſumptum pro potentia eſt proprium homini, quia eſt prædicatum conuerſum extra eſſentiam: ſi autem diuiſibile ſumatur pro principio aptitudinali, vnde eſt apta nata fluit illa potentia ad diuiſionem, ſic eſt prima ratio quantitatis, & probant à ſigno, quia Ariſto. 6. phyſic. demonſtrauit diuiſibile de continuo, non tantum

Diuiſibile bifariam ſumitur.

Tex. 32.

A tantum in infinitum, ſed abſolute per hoc, quia continnum non componitur ex indiuiſibili-
bus; vnde hiç Philoſophus ſnpponit diuiſibilitatem eſſe primam rationem quantitatis, & de-
monſtrauit diuiſibilitatem de potentia. Sed poſitio iſtorum committit errorem peiorem
priori, quia impoſſibile eſt vnum, & idem eſſe ſubſtantiam & accidens, cum inter ea nul-
lum detur medium, vt probat S.Tho.contra Auerr.de mixtione elementorum.1.p.ſed dinisi- q.76.art.4.
bile ſecundum iſtos eſt ſubſtantia & natura ipſius quanti: ergo non poteſt eſſe accidens, &
propria paſſio eius. Exemplum etiam adductum ab eis eſt potius ad oppoſitum, qnàm pro
eis: nam potentiæ realiter diſtinguuntur ab eo, cuins ſunt potẽtiæ: ſi ergo rationale erit poten- Subſtantia rei non diſtinguitur ab ea.
tia hominis; igitur erit realiter diſtinctum ab homine, & ſic nunquàm poterit ſumi pro ſub-
ſtantia hominis: quia ſubſtannia hominis non diſtinguitur ab homine.

Inter thomiſtas adhuc eſt diſcordia, nam qnidam ex eis tenent formalem rationem quan-
ti eſſe menſuram, & hanc veritatem expreſſit S. Thomas 1. p. nec non in quodam opuſculo
de natura loci, vbi reiectis quibuſdam concludit, quòd ratio quantitatis, quę competit quan-
titati ſecundum quod quantitas, eſt ratio menſuræ. Hinc Philoſophus in prædicamentis Cap.de quantitate.
B probauit orationem eſſe quantitatem per hoc, quia eſt menſura ſyllabarum; igitur menſnra
eſt propria & eſſentialis ratio quantitatis, ibique etiam Philoſophus aſſignat ſpecies quan-
ti ex ratione menſuræ, vnde numerat locum & ſuperficiem, quæ in ratione dinisibilitatis non
differunt, ſed bene in ratione menſuræ, quia locus eſt menſura extrinſeca, ſuperficies intrin-
ſeca: igitur ratio menſuræ eſt formalis ratio quanti. Alij tenent intentionem S. Thomę
fuiſſe, quòd definitio ipſius quanti eſt iſta; quãtum vero dicitur, qnod eſt diuiſibile in ea, quæ
inſunt, quorum vtrunque, aut ſingulum vnũquodq; hoc aliquid aptum natum eſt eſſe & hæc
intentio eſt expreſſiſſima mens S.Tho.interprætãdo hæc verba.ait enim hic Ariſt.ponere ra-
tionem quantitatis quantum eſt diuiſibile, &c. hanc etiam intentionẽ expreſſit S.Tho.1.ſent. diſt.19.art.1. & diſtin. 17. q.1.art.1.
vbi ſic ait, æqualitas conſequitur rationem quantitatis, quæ in dinisibilitate conſiſtit, ponit dif
ferentiam inter quantitatem & qualitatẽ dicens, quòd quantitas eſt diuiſibilis ſecundum ſni
propriam rationem, qualitas vero non, vt igitur appareat quæ harum opinionum ſit verior.

Notandum eſt in primis, quòd generaliſsimum nõ habet rationem formalem, quæ alio no Generaliſſimũ proprie nõ definitur.
mine definitio dicitur, vt habet Boetius in prædicamentis, eo quia non habet genus & diffe-
C rentiam, habet tamen aliquam deſcriptionem æque ſibi eſſentialem, ac ſi eſſet definitio: igitur
per rationem formalem intelligendus eſt in propoſito conceptus formalis, vel deſcriptio for-
malis, quę habetur loco definitionis, ratio formalis in habentibus definitionem eſt definitio,
in non habentibus definitionem eſt conceptus formalis, ſiue deſcriptio formalis. Secundo Quantitas duplex.
eſt notandum, quòd quantitas eſt duplex, alia dicitur quantitas virtutis, quæ attenditur ſecun-
dum perfectionem alicuius naturæ, vel formæ, & dicitur apud Auerr.8.phyſi.quantitas vigo- Comm.76.
ris, alia dicitur quantitas molis, ſiue dimenſiua, de qua loquens etiã Auerr.vbi ſupra dixit pri
mũ motorẽ non eſſe nec finitũ, nec infinitum. Tertio eſt notandum ꝙ logicus, & metaphy.
licet verſentur circa idem, diuerſa tamen ratione, vt habetur 4.huius: nam metaphyſi.conſi- Tex.5.
derat naturas rerum: ſed logicus in pręcipue intendit adunare omnia ad de-
cem generaliſsima, propterea dinerſimode notificatur quantitas apud logicum, & apud me-
taphyſi. Vnde quando S.Tho.locutus eſt de quantitate quòd eſt menſnra ſnbſtantiæ, logicè
locutus eſt. Et ſic ſoluitur illa ratio, qua probabatur rationem quanti apud S. Tho. eſſe men-
ſuram ſubſtantiæ, quia in prædicamentis probauit orationem eſſe quãtitatem per hoc mediũ,
D quia eſt menſura ſubſtantię. Et ſimiliter ſecunda, qnia diſtinxit ſnperficiem à loco ex ratione
menſuræ: non enim diſtinguuntur realiter, vt aliàs dicebamus: eſt ergo metaphy. loquendo ra- Superficies & locus quo modo diſtinguantur.
tio qnantitatis iſta, quam aſsignauit hic Ariſt. quia quod conuenit alicui primo, & per ſe, &
immediate eſt eſſentiale illi, ſicut rationale conuenit homini: ſed eſſe diuiſibile in partes
eiuſdem rationis conuenit quanto primo, & per ſe: igitur quidditatiue & eſſentialiter conue-
nit ei: minor patet per Auerro.lib. de ſubſtantia orbis, quòd materia eſt ſecundum ſe indiui- Cap.1.
ſibilis; ſimiliter forma, & non conuenit eis diuiſio niſi per quantitatem: igitur quanto primo
per ſe, & eſſentialiter conuenit. Sed attende quòd diuiſio alicuius in partes tribus modis pro Diuiſio alicuius in partes trifariam fit.
nunc eſſe poteſt. Ant in partes poteſtatiuas, vt anima in ſenſitinam & intellectiuam. Aut in
partes eſſentiales, vt compoſitum in materiam & formam. Aut in partes eiuſdem ratio-
nis, vt diuiſio continui in partes, quarum quęlibet eſt continua, & ſic capitur hic, qnando
dicitur, quantum eſt ens diuiſibile in ea, quæ inſunt, &c. ad differentiam mixti, in quo
ſunt elementa in virtute. Sed meditare hic, quòd partes quantitatis eſſe in continno po-
teſt intelligi tripliciter. Primo vt ly, in potentia, faciat propoſitionem de poſſibili, vt Partes tripliciter ſunt in continuo.
ſit ſenſus, continuum habet partes in potentia, ideſt continnum poteſt habere par-

 tes,

Cap. de quã-titate.

tes, ſed eas non habet, & ſic ſenſus eſſet falſus; quia tunc propoſitio non eſſet vera; continuum A non habet plures partes, cnius oppoſitum dicit Philoſophus in prędicamentis, vbi definiens continuum dicit, quòd eſt, cuius partes copnlantur ad vnum communem terminnm. Alio modo accipitur vt ly, in potentia, determinet ly, partes, & ſit ſenſus, continuum habet partes in potentia, ideſt habet partes potentiales, quarum nulla ſecundum ſe eſt aliquid pręciſum & vnum hoc aliquid non faciens cum aliis vnum, ſed omnes ſimul ſumptę conſtituunt aliquid vnum in actu, & hoc ad differentiam quantitatis diſcretę, cuius quęlibet pars ſecundum ſe eſt aliquid vnum. Tertio accipitur ly, in potentia, prout denotat, quòd nulla pars continui habet eſſe ſibi proprium quandiu eſt in toto, ſed exiſtit ſolũ per eſſe totius, quod quidẽ eſſe eſt principaliter ipſius totius, & conſequenter partiũ eius: & quia id, qđ nõ habet propriũ eſſe, & poteſt habere, vti eſt pars quantitatis, quę haberet eſſe propriũ, ſi à toto ſepararetur, dr̃ eſſe potẽtia in toto ideo partes continui dr̃r eſſe in continno non actu, ſed potentia, & iſti duo ſenſus vltimi ſunt veri. Tertio dicitur, quodlibet eorũ, in quę eſt diuiſibilis quantitas, eſt aptũ natũ eſſe hoc aliquid.

Eſſe hoc aliquid bifariã intelligi poteſt.

Vbi meditare quòd eſſe hoc aliquid dupliciter intelligi poteſt. Primo quodlibet per ſe ſubſiſtens ſiue completum in ſpecie, ſiue non: & ſic etiam anima eſt hoc aliquid ſecundum S. Thomam. B Secundo accipitur pro eo, quod eſt completum in ſpecie in rebus materialibus, vt hic lapis, & hic homo, & ſic hoc aliquid dicitur proprie de ſubſtantia particulari materiali; vnde pars quanti eſt hoc aliqnid ad differentiam generis, cuius partes non ſnnt hoc aliquid; & ad differentiam etiam compoſiti, cuius partes eſſentiales, puta materia & forma, non ſunt hoc aliquid: poteſt etiam hoc dici ad differentiam continui, quod conſtituitur ex partibus carentibus ſitu, vt eſt tempus, oratio, & motus; talia enim proprie non ſunt quanta. Et ex his patet quomodo diuiſibilitas non eſt prima paſſio quanti, vt imaginati ſunt Aduerſarij; & quomodo eſt intelligenda eius ratio. Patet etiam ſolutio argumentorum; nam quando arguitur, ſi quantum eſt ens diuiſibile in ea, quę inſunt &c. ergo partes poſt diuiſionẽ differunt inter ſe: conſequens eſt falſum: quia quæro qualiter differunt; aut enim differunt formaliter; aut per accidens: non primo, quia differentia formalis eſt ſpecifica: non per accidens, quia quantitas eſſet diuiſibilis per accidens: idem enim eſt principium diuiſionis & diſtinctionis partium diuiſarũ: ergo partes diuiſæ differunt ſpecifice, inquantum ſunt partes diuiſę.

Ad quod reſpondent, quòd partes quantitatis diuiſæ per accidens differunt, quia ſcilicet C per partes ſubſtantię, in quibus ſunt. Et ſi quis iterum quęrat de partibus ſubſtantiæ, vel differunt per ſe, vel per accidens: ſi per ſe, & formaliter: ergo ſpecifice; quod eſt falſum: ſi per accidens; ergo per aliud, & ſic in infinitum: quia illud aliud non poteſt eſſe quantitas; quia ſic eſſet circulus, & vlterius ſi partes diuiſæ differunt per accidens: ergo totum fuit diuiſibile per accidens: & propterea dicitur quòd partes diuiſæ ipſius quanti differunt ſeipſis formaliter per principia indiuiduantia de genere quantitatis: ergo illa pars eſt hæc; & ſimiliter illa hæc; per ſuum, principium indiuiduans: non tamen ſequitur quòd differant ſpecifice: quia non omnis differentia formalis eſt ſpecifica, niſi eſſet per differentias ſpecificas & eſſentiales.

Partes quanti quomodo differunt.

Sed melius dicerem, quòd duę quantitates eiuſdem ſpeciei, vel ſunt naturales, vel mathematicæ; ſi naturales, ſic differunt per ſubiecta ſua: ſi autem mathematicæ, ſic differunt nnmero ſeipſis: non tamen ſequitur, ergo ſpecifice: quia duæ animę ſeparatę differunt ſeipſis, vel ſaltem per habitudinem ad diuerſa corpora; & tamen non differunt ſpecie.

Arguitur ſecundo, quòd cum propria ratio generis ęqualiter conueniat omnibus ſpeciebus, ſicut genus æqualiter prædicatur de omnibus: ſed diuiſibilitas non eſt ſic: igitur diuiſibilitas D non eſt propria ratio quantitatis: probatur minor, quia quantitas continua eſt diuiſibilis in potentia; diſcreta eſt diuiſa in actu, nam ſi eſt actu ſenarius, duo ternarij ſunt actu partes eius: & per conſeqnens ipſe ſenarius eſt diuiſus actu.

Tex. 2.

Hinc Philoſophus in hoc lib. ait quòd numerus habet partes aliquo modo diuiſibiles: ſicut quinarius habet binarium, & ternarium, & ſic numerus non conſtat tantum ex vnitatibus, vt etiam Euclides fatetur propoſitione ſua quarta, quòd omnis numerus minor eſt pars maioris. Soluunt Aduerſarij negando minorem, & ad probationem dicunt, quòd quantitas diſcreta non eſt diuiſa actu, ſicut nec continua, ſed ſolum in potẽtia, nec actu duo ternarij ſunt partes ſenarij, ſed in potentia: alias ex diſtinctis ſpecie, & actu ſpecie diſtinctis fieret vnum ſpecie, quod eſt falſnm, nam eadem ratione binarius & ternarius eſſent partes quinarij: & propterea dico quòd partes numeri ſunt vnitates. Et ad auctoritatem Philoſophi, & Euclidis dicũt, quòd numerus minor eſt pars maioris ideſt vnitates in numero minori ſunt partes materiales in numero maiori, vt ſic partes numeri dicantur diuiſibiles, pro quanto poteſt accipi pars minor, & maior in numero, puta quæ habet duas vnitates, & quæ habet tres vnitates.

Sed

A Sed melius ſoluerem hoc argumentum, gloſſando maiorem dicendo, quòd propria ratio generis conuenit ſpeciebus eius, eo modo, quo ipſum genus eis conuenit: quantitas enim ſi conſideretur ſecundum rationem quantitatis, ſcilicet ſecundum quod eſt genus, ſic æqualiter conuenit omnibus ſpeciebus eius: ſi vero conſideretur ſecundum eſſe naturæ eius, ſic non oportet, quòd conueniat æqualiter ſuis ſpeciebus: & ſic etiam eſt dicendum de paſſionibus quantitatis: nec hoc mirum debet alicui videri: nam ſubſtantia ſi conſideretur ſecundum eſſe naturæ eius, non æqualiter, ſed analogice conuenit ſubſtantiæ corporeæ & incorporeæ, cum eis nihil poſſit vniuoce conuenire loquendo de vniuocatione phyſica, aut metaphyſica, quæ naturas rerum ſpeculatur: ſi autem ſubſtantia conſideretur ſecundum rationem, & intentionem ſubſtantiæ vt ſic, æqualiter eis conuenit, & vniuoce de eis prædicatur, vt innuit S. Thomas 1. ſenten. nec eſt verum quod dicunt Aduerſarij, quòd quantitas diſcreta ſit actualiter diuiſa: quia ſic ſequitur argumentum factum contra eos, quòd ex aliquibus actu, & ſpecie diſtinctis fieret vna ſpecies, quod eſt abſurdum; neque etiam duo ternarii actu, ſunt partes ſenarij in actu: nam bis tria non faciunt ſex, ſed ſemel ſex ſunt ſex actu, & formaliter loquendo, & quàdo dicitur, quòd numerus minor eſt pars maioris, intelligendum eſt materialiter, & in potentia, non autem formaliter in actu.

Ratio generis quomodo cõuenit ſpeciebus.

diſt. 19. q. vlt. art. 3.

B Tertio arguitur, cuius eſt potentia, eius eſt actus, vt dicitur in libro de ſomno & vigilia: ſi ergo diuiſibilitas eſt propria ratio quantitatis; tunc competit omni quantitati: ergo actu diuidi conuenit omni quantitati, quod eſt falſum: quia diuidi in actu repugnat continuo; nam quod diuiditur, non eſt in actu continuum ſecundum quod diuiditur. Soluitur hoc diſtinguendo de potentia, quæ eſt duplex: quædam abijciens actum, quædam ſimul ſtans cum actu: exemplum primi, corruptibile eſt in potentia ad corruptionem, & tamen nunquam illa potentia ſimul eſt cum actu: quia adueniente actu ſubiectum eſt in corrupto eſſe, & non in potentia ad corrũpendum; exemplũ ſecundi, homo eſt riſibilis; nam ſi actu non ridet, nihilominus eſt aptus ad ridendum, quia illa aptitudo, quæ eſt riſibilitas, eſt propria paſſio hominis, & paſſio nunquàm derelinquit ſubiectum; & ſic cõtinuum eſt diuiſibile in potentia primo modo, quia quando actu diuiditur, iam non eſt continuum; & ſic gloſſatur propoſitio; cuius eſt potentia, eius eſt actus ſucceſſiue quidem primo modo, ſimul autem ſecundo modo.

Cap. 1.

Potentia duplex eſt.

C Quarto arguitur: ſi ratio propria quantitatis ſecundum quod eſt generaliſſimum eſſet diuiſibilitas, tunc ſequeretur quòd iſta diuiſibilitas conueniret omni quanto: conſequens eſt falſum; quia eſt dare minimum generatum in quantitatibus naturalibus, ſcilicet minimam carnem, minimum os, ex 1. phyſi. igitur & antecedens ex quo ſequitur, eſt falſum. Soluitur facile hoc dicendo quòd quantum dupliciter ſumi poteſt. Primo modo mathematicè. Secundo phyſicè. Primo modo eſt diuiſibile in infinitum, nec eſt dare minimum, aut maximum. Sed ſecundo modo eſt dare maximum & minimum quatenus forma naturalis requirit ſubiectum determinatum, quod ſi vlterius diuidatur, non poteſt ibi reſeruari forma naturalis, ſed corrumpetur, & hoc modo loquitur Philoſophus 1. phyſi. hic autem loquitur de quãto, vt quantum eſt, vt videre potes apud Caiet. 1. p. quomodo diuidi in partes eiuſdẽ rationis, & eſſe hoc aliquid, ait eſſe eſſentiale quanto non repugnanter.

Tex. 36.

Tex. 37. q. 7. ar. 3.

Arguitur & quinto, ſi diuiſibilitas eſſet propria ratio quantitatis, tunc ſequeretur illud, cui ineſt per ſe diuiſibilitas, eſſe per ſe ſpeciem quantitatis: ſed hoc eſt falſum, vt apparet de loco, cui per ſe ineſt diuiſibilitas, & tamen non eſt per ſe ſpecies quantitatis. Ad hoc reſpondent
D aliqui dicentes locum nec eſſe per ſe in genere quantitatis, nec per ſe diuiſibilem; ſed tantum per accidens, ſcilicet ad diuiſionem ſuperficiei; quia locus materialiter eſt ipſa ſuperficies; tum quia locus eſt ens per accidens, cum ſit compoſitum quoddam ex ſuperficie, & reſpectu immobilitatis: hoc enim modo definitus eſt ab Ariſto. 4. phyſi. locus eſt ſuperficies continentis vltimum immobile primum. Et ſi quis diceret, quòd Ariſto. ponit locum eſſe per ſe ſpeciem quantitatis in prædicamentis. Reſpondent, quòd quæ Ariſt. dicit in prædicamentis non ſunt vera, ſed famoſa ſecundum opinionem aliorum, & non ſecundum propriam intentionem. Sed hæc reſponſio non placet: nam dicere Ariſto. non docere vera in prædicamentis eſt deſtruere totam doctrinam ſuam; cum prædicamenta ſint baſes, & fundamenta totius doctrinæ peripateticæ: propterea aliter eſt dicendum quòd locus dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo in ratione menſuræ, & ſic eſt ſpecies quantitatis diſtincta à ſuperficie, & etiam ab aliis ſpeciebus quantitatis: locus enim menſurat locatum extrinſece: ſuperficies vero intrinſece. Alio modo poteſt conſiderari locus ſecundum ſuum eſſe, & entitatem, prout metaphy. conſiderat hic quantum, & ſic non ponitur ſpecies eius. Tunc ad argumentum negatur loco per ſe ſecundum entitatem diſtincto à ſuperficie conuenire diuiſibilitatem: ideo

Tex. 41.

Ariſt. vera docet in prædicamentis.

Locus bifariam ſumi.

non eſt

non eſt ſpecies quanti metaphyſicè loquendo. A
Et ſi quis diceret contra iſtam reſponſionem, quò d menſurare ſine eſſe menſuram non eſt
propria ratio ipſius quanti: quia ratio generis æque primo conuenit omnibus ſpeciebus: nam
genus æqualiter dicitur de omnibus: ſed ratio menſuræ non æqualiter ineſt continuis & di-
ſcretis, ſed diſcretis magis: continuis autem non, niſi inquantum participant rationem diſcre-
Tex. 3. ti vel numeri, vt dicitur 10. huius: ergo ratio menſuræ non eſt propria ratio generis quantita-
tis. Pręterea ſi ratio menſuræ eſſet propria ratio quantitatis: ſequeretur quòd illud, quod ha-
bet maxime rationem menſuræ per ſe, maxime eſſet quantitas: ſed vnitas maxime habet ratio-
Tex. 2. nem menſurę ex 10. huius: ergo vnitas per ſe maxime erit ſpecies quantitatis: quod eſt eui-
denter falſum; quia non eſt in genere, niſi per reductionem. Pręterea ratio menſuræ con-
uenit omni generaliſſimo, quia in omni genere eſt vnum primum, quod eſt menſura omniũ
Tex. 2. illius generis, ex 10. huius: ergo non eſt propria ratio quantitatis.
Menſura duplex. Et ſi etiam quis diceret, quòd menſura eſt duplex: quędam menſurans per reduplicationẽ;
quędam eſt menſurans ſecundum perfectionem & cognitionem, nam aliquoties ducta red-
dit ſuum totum, ſicut albedo menſurat colores; & illud, quod ducit in cognitionem alterius, B
dicitur menſurare illud: prima menſura eſt proprie quantitatis; ſecunda vero non, ſed compe
tit alijs generibus. Arguunt contra iſtam reſponſionem; nam adhuc ſtat ratio prima: quia
menſura per replicationem non ęqualiter conuenit continuis & diſcretis; nam in diſcretis eſt
ſimpliciter minimum reddens per replicationem totum, non ſic in continuis, vt habetur 10.
huius; quia nihil eſt ibi minimum, niſi punctum, quod nunquàm reddit totum per replica-
tionem: ergo ratio menſuræ non erit propria ratio quantitatis, cum non conueniat æqualiter
diſtin. 19. q. vlt. art 2. omnibus ſpeciebus. Pro ſolutione iſtorum dicitur, quod habet S. Thomas. 1. ſenten. quòd
Trifariã dicitur aliquid ſecundũ analogiam. tribus modis dicitur aliquid ſecundum analogiam. Primo ſecundum intentionem tantum,
& non ſecundum eſſe, & hoc eſt quando illa intentio refertur ad plura per prius & poſterius,
quæ tamen non habet eſſe niſi in vno, ſicut intentio ſanitatis non eſt in animali. Secundo po-
teſt eſſe ſecundum eſſe, & non ſecundum intentionem, & hoc contingit quando plura parifi-
cantur in intentione alicuius rei communis, ſed illud commune non habet eſſe vnius rationis
in omnibus; ſicut omnia corpora parificantur in intentione corporeitatis. Vnde logicus, qui
conſiderat intentionem tm̃, dicit hoc nomen, corpus, prædicari vniuoce de oĩbus corporibus: C
ſed eſſe naturę corpis, non eſt eiuſdẽ rõnis in corporibus corruptibilibus & incorruptibilibus.
Vnde quantum ad metaphyſicum & naturalem, qui conſiderant res ſecundum ſuum eſſe na-
turæ, neque corpus, neque aliquod prædicatũ dicitur vniuoce de corruptibilibus & incorru-
Tex. 26. ptibilibus, & ęternis, vt patet ex 10. huius. Tertio poterit eſſe ſecundum eſſe, & intentionem
ſimul, & hoc eſt quando neque parificantur in intentione communi, neque in eſſe, ſicut ens
dicitur de ſubſtantia, & de accidente, & in talibus oportet quòd natura communis habeat eſſe
Metaphyſic⁹ & logicus diuerſimode cõſiderãt quantum. aliquod in vnoquoque eorum, de quibus dicitur. Hoc ſtante eſt etiam meditandum, quod
ſupra notatum eſt, quòd alio pacto logicus, alio pacto metaphyſicus conſiderant quantum: lo
gicus enim dicit quantitatem eſse menſuram; & metaphyſicus eſse diuiſibilem, &c. quod pa-
tet, quia Philoſophus, vt dictum eſt in prędicamentis, probauit orationem eſse quantitatem
per hoc, quòd ſibi conuenit ratio menſuræ, patet etiam hoc, quia ſicuti ſe habet diſpoſitio ad
qualitatem; ita ſe habet ratio menſurę ad quantitatem: ſed diſpoſitio dicitur propria, & pri-
ma ratio qualitatis: ergo ratio menſuræ dicitur propria, & prima ratio quantitatis. Additur
adhuc, quia illud, ex cuius diſtinctione aſſignatur diſtinctio eſsentialis ſpeciei, eſt ratio pro- D
pria & prima illius generis, ſed per rationem menſurę diſtinguuntur ſpecies ſub quantitate
à logico: ergo ratio menſurę eſt prima ratio quantitatis ſecundum logicum.
His ſtantibus dicitur ad primum argumentum Aduerſariorum, quòd ſicut ratio quanti-
Ratio quantitatis & mẽſuræ æqualiter currit. tatis dicitur ęqualiter conuenire omnibus ſpeciebus quantitatis logicè: ita & ratio men-
ſuræ æqualiter, & vniuoce conuenit omnibus eo modo quo conuenit genus: ita ratio eius.
Ad ſecundum dicitur, quòd ratio menſurę maxime conuenit vnitati, & puncto tanquàm prin
cipijs quantitatis, ſed non tanquàm ſpeciebus completis contentis ſub genere quantitatis.
Ad tertium dicitur quòd ratio menſuræ non æqualiter conuenit omni generaliſſimo, vt in di
ſtinctione de menſura per reduplicationem & virtualem continentiam tactum eſt. Ad repli-
cam contra iſtam reſponſionem factam dicitur, vt reſponſum eſt ad primum argumentum, ꝙ
ſicut genus quantitatis conuenit æqualiter diſcretis & continuis, ita ratio menſuræ, vt millies
dictum eſt, & hoc logicè loquendo.
Eſt etiam difficultas de motu, & tempore, quę ſunt diuiſibilia quędam, & non ponuntur
hic inter ſpecies quantitatis, niſi per accidens: ergo ſignum eſt diuiſibilitatem non eſse pro-
priam

A priam rationem quantitatis,ſed aliquid aliud. Reſpondet hic S.Thomas,quòd Philoſophus in prædicamentis poſuit tempus eſſe ſpeciem quantitatis per ſe: hic tamen poſuit ipſum eſſe quantitatem per accidens: quia ibi diſtinguuntur quantitates ſecundum diuerſas rationes menſuræ: aliam enim rationem menſuræ habet tempus, quę eſt menſura extrinſeca; & aliã magnitudo, quæ eſt menſura intrinſeca: & propterea ibi ponitur ſpecies quantitatis per ſe, hic autem per accidens,& ſic etiam eſt de motu, qui eſt formaliter quantus per magnitudinẽ, & tempus per motum,vnde cum ſint quanta per aliud,ſunt etiam hoc modo diuiſibilia;& ſic argumentum eſt nullius roboris. Sed contra iſtam reſponſionem arguunt Aduerſarij pluribus argumentis,& primo ſic.illud,quod habet partes eiuſdem rationis diſtinctas realiter à partibus alterius,habet propriam diuiſibilitatem aliam à diuiſibilitate alterius: ſed motus tempus, & magnitudo ſunt huiuſmodi inter ſe: igitur motus, tempus, & magnitudo ſunt per ſe diuiſibilia: probatur minor, tum quia partes temporis & motus ſunt partes, quæ nõ poſſunt eſſe ſimul cum ſint de genere ſucceſsiuorum: partes autem magnitudinis in omni inſtanti ſunt ſimul, cum magnitudo ſit de numero permanentium: tum quia partes temporis & motus ſunt ſecundum prius & poſterius: ſed partes magnitudinis ſunt omnes ſimul: ergo

Cap. de quantitate.

Tẽpus quomodo dicitur quãtitas.

Magnitudo eſt de genere permanẽtiũ.

B diuiſibilitas hæc, & illa non erit eadem. Præterea hic in litera dicitur, quòd propria paſſio quantitatis eſt ſuſcipere maius & minus: tunc ſic, quod habet proprium maius & minus aliud à maiori & minori alterius, habet propriam diuiſibilitatem & diſtinctam: ſed motus eſt huiuſmodi reſpectu magnitudinis: igitur motus habet propriam diuiſibilitatem: probatur minor,quia exiſtente tanta magnitudine,poteſt eſſe motus maior,ſi tranſit mobile tardum,& minor,ſi tranſit mobile velox. Præterea continuum eſt cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem;tunc ſic,cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem, habet aliam continuitatem;ſed ad aliud indiuiſibile copulantur partes motus ſcilicet ad mutatum eſſe: partes magnitudinis ad punctum: ergo alia eſt continuitas huius & illius. Præterea arguunt contra rationem S.Thomę ſic: ſunt quanta per aliud: ergo per accidens: primo contra antecedens ſic,quia ſi ſunt quãta per aliud, aut illud aliud eſt ipſum mobile,vel terminus motus,vel ſpatium: non ipſum mobile, vt ait Philoſophus in litera; nec eſt terminus motus,quia tunc alteratio non eſſet continua;cum forma, quæ eſt terminus alterationis,non ſit

Cõtinui deſcriptio.

C quanta vel diuiſibilis per accidens 7. phyſi. nec eſt ſpatium,quia vt dicitur 5. phyſi. ſuper ſpatium diſcontinuum poteſt eſſe motus diſcontinuus,vt patet ex motu facto ſuper cordas citharæ pulſatę.

Tex. 31.

Tex. 12.

Secundo arguunt contra conſequentiam ſic, quia non valet, muſca eſt muſca per aliud, quia eſt ſubſtantia ab alio effectiue: ergo muſca eſt per accidens in genere ſubſtantię: conſequens eſt euidenter falſum; quoniam licet muſca ſit ab alio effectiue ſubſtantia: eſt tamen formaliter ſubſtantia ſecundum ſe, ſic eſt in propoſito, motus eſt effectiue quantus à magnitudine & formaliter de ſe,& ſic concludunt per rationes iſtas, quòd motus eſt formaliter quantus non quantitate magnitudinis,& quòd motus & tempus ſunt formaliter quanta à ſeipſis. Ad dictum Philoſophi in litera quando dicit,quòd motus & tempus ſunt quanta per aliud. dicunt quòd de ratione continui ſunt duo: vnum eſt diuidi in ſemper diuiſibilia: aliud eſt quòd habeat vnitatem ex hoc,quia partes copulantur ad terminum communem. Quoad primum poteſt concedi,quòd motus conſequatur magnitudinem, ita quòd motus diuidatur ad diuiſionem magnitudinis,& tempus ad diuiſionem motus, & ſic intelligit Philoſophus. Sed quoad vnitatem non oportet, quia non requiritur tanta vnitas in magnitudine,ſi-

Muſca eſt effectiue ab alio.

D cut in motu; quia motus poteſt eſſe continuus & vnus; licet magnitudo ſit diſcontinua, vt arguebatur: quia ergo motus non eſt diuiſibilis de ſe, ſed per aliud, ideo ponitur quantitas per accidens.

Quidam ex Auerroiſtis conantur declarare quomodo motus, & tempus dicantur quanta per accidens: & diſtinguunt aſſerendo motum dupliciter poſſe ſumi. Vno modo pro fluxu. Alio modo pro forma fluente,vt ſcripſit Auerro 3. phyſi. nunc dicunt quòd motus ſumptus pro forma fluente eſt quantus per accidens: ſed ſumptus pro fluxu eſt quantus per ſe, & hoc ſecundo modo concludunt rationes Aduerſariorum. De tempore quoque dicunt eſſe quantum per accidens; quia eſt aggregatum ex continuo & diſcreto, & ita dicitur quantum per accidens. Sed pace horum dixerim: iſti ſic dicentes deuiant quàmplurimum à via veritatis; quia Ariſto. diſtinguit in litera, quædam dici quanta per accidens ratione ſubiecti; vt muſicum & album; quædam vero ratione magnitudinis, ſiue ſpatij, in quo fit motus: modo motus pro forma fluente eſt motus per accidens ratione ſubiecti, non ratione magnitudinis, & ſic nulla eſſet diſtinctio facta ab Ariſto. in litera. Deficiunt quoque in illo, quod dicunt

Motus dupliciter ſumit. Commẽ. 60.

Quantũ per accidens bifariam dicit.

de tem-

de tempore, quia Ariſt.eodẽ modo loquitur de tempore & motu: ait enim motum eſſe quan- A
tum per accidens ratione ſpatij, tempus vero ratione motus: modo tempus non eſt diſcretum
propter motum: igitur nec quantum per motum.

Per accidens dupliciter aliquid poteſt alicui conuenire.

Propterea eſt aliter dicendum, & pro intellectu huius veritatis eſt ſciendum. Primo quòd
aliquid poteſt conuenire alicui per accidens dupliciter. Vno modo prout diſtinguitur per ſe
abſolute, ſiue ſit per ſe primo modo, ſiue ſecundo modo: & hoc modo muſicum, & album
dicuntur quanta per accidens, prout opponitur per ſe abſolute. Alio modo capitur per acci-
dens vt condiuiditur contra per ſe non abſolute, ſed contra per ſe primo, & ſic riſibile conue-
nit Sorti per accidens, ideſt per alterum, quia non per ſe primo, ſed ſecundo modo; ideo mo-
tus & tempus dicuntur quanta & diuiſibilia per accidẽs, ideſt quaſi per poſterius inquantum
ſortiuntur diuiſionem quantitatis ab aliquo priori.

Diuiſibilitas cõuenit motui bifariã.

Tex.4.

Tex.99.

Meditandum eſt ſecundo, ꝙ motui conuenit duplex diuiſibilitas, vna quam habet à termi-
no, quia qualitas, quantitas, & vbi, ad quę tria eſt motus, ſunt formæ acquiſibiles per partem
poſt partem: ideo motus eſt ſucceſsiuus & diuiſibilis, & hæc diuiſio non conuenit motui vt
motus eſt per ſe, ſed conuenit ei, quia eſt idem cum termino ſuo, vt ſcribitur 3. phyſi. idem eſt B
motus & terminus eius. Secunda diuiſibilitas & ſucceſsio cõuenit motui extrinſece, & hęc eſt
illa, quã habet à tpe: hinc Philoſophus 4. phyſi. aiebat, ꝙ prius & poſterius ĩ magnitudine cau
ſant prius & poſterius in motu; & prius & poſterius in motu cauſant prius & poſterius in tpe;
& ideo Philoſophus ait in hoc quinto, motũ non eſſe quantitatẽ per ſe, quia non cõuenit diui
ſio ex ſe, ſed ex termino. De tpe eſt ſupponendum quod ſit motus; vnde motus cæli eſt tempus
omniũ motuũ hic inferius, & motus horologij, vt menſura, eſt tempus ſecundariũ cæterorum
motuum, dico ſecundarium quia adhuc menſuratur tempore primo; quod eſt motus cæli, &
propterea tempus ratione motuum eſt quantum, & etiam ratione ſpatij, ſed remote & me-
diate; & ſic tenet ratio Ariſto. & S. Thomę, tempus & motus ſunt quanta per aliud, quia
non ex ſe ipſis: ergo per accidens, prout diſtinguitur contra per ſe primo, & ſic quaſi per po-
ſterius. Tunc ad rationes quando dicitur, habet propriam diuiſibilitatem aliam à magnitu-
dine, quia eſt de numero ſucceſsiuorum: ergo motus eſt quantitas per ſe, concedo, per ſe vt
diſtinguitur contra primo, non prout diſtinguitur contra per ſe abſolute.

Ad aliam probationem, in qua dicitur quòd partes temporis & motus habent prius & po C
ſterius. conceditur, ſed non primo, quia hoc eſt ratione magnitudinis. Ad ſecundam in qua
dicitur, quod habet propriam paſsionem ſcilicet ſuſcipere maius & minus aliam à magnitu-
dine, conceditur, ſed nõ per ſe primo, vt linea ſuperficies, & corpus, quia niſi eſſet ſpatium
non eſſet motus, & tempus, propterea ſecundario & per accidens dicuntur quanta, ideſt quaſi
per poſterius. Ad tertium ſimiliter dicitur, quòd licet motus habeat proprium terminum,
ad quem copulantur eius partes: ergo motus eſt quantus per ſe: negatur conſequentia, quia

Continuitas quo conuenit motui.

continuitas non competit motui ex ſe, niſi ratione termini, & ſpatij, propterea non eſt quan-
tus ex ſe, ſed per aliud, & per accidens. Ad quartum dicitur, in quo quęrit, ſi motus eſt quã-
tus aut per mobile, aut per terminum, aut per ſpatium. quòd non per mobile, ſed per hæc duo
vltima. Et ad probationem, quia tunc alteratio non eſſet cõtinua, ſi motus eſſet continuus per
terminum, conceditur quòd non ſit continua continuitate quantitatiua, quia habet alium ter-
minum à quantitate; ſed dicitur continua, quia ſine interpollatione. Ad illud de ſpatio
diſcontinuo, ſupra quod poterit eſſe motus continuus, vt patet de motu facto ſuper cordas
citharę pulſatę, dicitur illum motum nõ eſſe continuum ratione ſpatij, & termini, ſed ratione D
motoris; quia ſine interpollatione. Ad ſimilitudinem de muſca dico, quòd non eſt ad pro-
poſitum: nam licet muſca habeat eſſe ab alio effectiue, non tamen habet vt ſit muſca ab alia
ſpecie ſibi oppoſita ſub eodem genere proximo.

Aduerſarij ducuntur in contradictionem.

Et ex iſtis patet error Aduerſariorum, & contradictiõ: nam dicunt quòd motus eſt ex ſe for
maliter quantus, & deinde quòd eſt diuiſibilis per aliud; propterea dicitur quantitas per ac-
cidens. in quibus verbis eſt expreſſa contradictio, quoniam illud, quod de ſe & formaliter
eſt quantum, eſt de ſe & formaliter diuiſibile; ſicuti quòd de ſe & formaliter eſt homo, non
eſt homo per aliud, ſed motus eſt de ſe & formaliter quantus: igitur non eſt quantitas per
aliud, & per accidens cõtra Ariſt. in textu. Patet etiam error Auerroiſtarum & veritas doctri-

Cap.2.
Cap.94.
q.42.art.1.
diſt.12.q.1.
q.90.art.2.
q.9.art.7.

næ S. Thomę hic, & in libello de nouem generibus accidentium, quomodo motus, & tempus
ſunt quantitates per accidens, hoc eſt per aliud, ideſt per poſterius. De his oĩbus vide S. Tho.
2. contra gen. & 1 p. & 4. ſent. Ad hoc etiã facit quod docet in tertia parte de quantitate & qua
litate, quomodo conſequitur ſubſtantiam ex parte materiæ ipſa quantitas, & quomodo quali-
tas ex parte formę, quod latius etiam exprimit in diſputatis quæſtionibus de potentia Dei.

Dico

Dico autem non quod mouetur, ſed quod motum eſt, etenim quoniam illud quantum eſt, &c. Tex. 18.

Vtrum tempus ſit idem cum motu realiter.

Dilucidatio duodecima.

PROPTER hæc verba, quæ habentur in calce huius textus, quærunt Doctores, num tempus ſit idem cum motu realiter, itaquòd quantitas, qua motus eſt quantus formaliter, ſit ipſum tempus. Et reſpondent Aliqui præmittendo tres diſtinctiones, quarum prima eſt, quòd duplex eſt motus: ſcilicet communis & primus, & hic eſt motus primi mobilis. Alius eſt motus ſpecia-
B lis & ſecundarius, puta omnes alij à primo. Secundam diſtinctionem de tempore ponunt quòd eſt duplex; commune & ſpeciale; de primo tractatur 4. phyſi. vbi Philoſophus dicebat quòd idem eſt tempus omnium in cęlo & in terra, & in mari; & illud reſpondet motui primo pro menſura; de ſecundo poteſt intelligi, quod eodem quarto dicitur, tempus eſt numerus motus, licet hoc ſit commune vtriq; tempori, & tale tempus ſpeciale eſt propria menſura motus inferioris, itaquòd tot ſunt motus particulares, quot ſunt tempora huiuſmodi ſpecialia. Tertiam diſtinctionem adhuc admittunt, quòd duplex eſt menſura; quædam intrinſeca; & quædam extrinſeca, exemplum primi, ipſa duratio rei, & vltima ſuperficies corporis, exemplum ſecundi, locus. Quibus ſtantibus dicunt quòd tempus eſt idem realiter, quod motus, diſtinctum tamen formaliter; & per conſequens quantitas, qua motus eſt quantus formaliter, eſt ipſum materialiter, non tamen formaliter.

Tex. 130.

Tex. 101.

Menſura intrinſeca & extrinſeca quid ſit.

Et ſi quis diceret id, cuius partes copulantur ad alium terminum, habet formaliter aliam continuitatem & quantitatem; ſed partes temporis copulantur ad alium terminum, nempe ad ipſum nunc, ad alium terminum copulãtur quoq; partes motus, ſcilicet ad mutatum eſſe,
C igitur tempus habet aliam continuitatem & quantitatem à motu: & ſic falſum eſt quòd quantitas, qua motus eſt quantus formaliter, ſit ipſum materialiter. Negant minorem huius rationis, & dicunt quòd ſicut tempus eſt idem realiter cum motu, ita & nunc cum mutato eſſe; tamen cum illa identitate reali ſtat aliqua diſtinctio ex natura rei, vel ſaltem ſecundum rationem, propter quam diuerſa nomina ſortiuntur. Quòd ſi quis vlterius argueret; quia quod habet proprium magis & minus aliud a maiori & minori alterius, habet diſtinctam continuitatem & quantitatem ab alia; ſed tempus eſt huiuſmodi reſpectu motus: quia in minori tempore eſt maior motus, ſi mobile ſit velox, & in maiori minor, ſi ſit tardum mobile, & ſic tempus habet aliam continuitatem & quantitatem à motu. Aſſerunt in hoc argumento minorẽ eſſe falſam, ſi motus & tempus vniformiter accipiantur; ſcilicet motus primus, & tempus commune; motus inferior, & tempus ſpeciale: argumentum tamen accipit tempus commune & motum aliquem inferiorem: ſicut enim verum eſt, quòd ſecundum velocitatem & tarditatem mobilis in maiori tempore, erit minor motus, & in minori maior: ſic non plus concludit, niſi quòd tempus commune, quod eſt paſſio primi motus, diſtinguitur realiter à motu
D inferiori, quod concedunt; tamen hoc nõ obſtante, quodlibet tempus eſt idem realiter cum proprio motu, cuius eſt paſſio propria, & menſura.

Idem ſit iudicium de tẽpore & nũc.

Quòd ſi adhuc inſtaret aliquis dicens, relatiua realiter differre, modo tempus, & motus ſunt huiuſmodi: igitur realiter differunt; probatur minor quia menſura & menſuratum realiter differunt; ſed tempus eſt menſura motus: ergo quantitas motus non eſt tempus realiter. Reſpondent argumentum concludere de menſura extrinſeca, & ſic cõparando tempus commune ad motus inferiores, quorum eſt menſura extrinſeca, differt vtiq; ab eis realiter: tamen ſi tempus commune comparetur ad motum primum, cuius eſt menſura intrinſeca, non differt ab eo realiter, nec ſic refertur realiter ad ipſum: ſimiliter eſt de tempore ſpeciali, ſi comparetur ad motum inferiorem, cuius eſt intrinſeca menſura. Potuiſſet vlterius aliquis proteruire dicendo, ꝙ omnis motus eſt de ſe formaliter ſucceſſiuus, ſed non omnis motus habet in ſe tempus: ſed ſolum primus motus: ergo ſucceſſio cuiuslibet motus non eſt tempus. Reſpondent quòd licet non omnis motus habeat in ſe tempus cõe, ſed ſolum primus motus; nihilominus quilibet motus habet ſuum tempus proprium, quod eſt propria & intrinſeca mẽſura eius. Ex his concludunt duo, quorum alterum eſt, quòd motus & tempus non ſunt quan

Relatiua diſtinguuntur realiter.

titates

titates per ſe, quatenus habent diuiſibilitatem per aliud; quia motus per magnitudinem, & tempus per motum. Alterum vero eſt quomodo ſpiritualia habent diuerſam menſuram propriam aliam a tempore, vt patet ex 2. ſenten. A

diſtinct. 2.

Reprobatur præcedẽs ſententia quo ad multa.

Sed in iſta quæſtione videtur mihi multa male dicta; & præcipue illud, quod principaliter diſputatur, quòd tempus eſt idem realiter quod motus, diſtinctum tamen formaliter, nam iſta eſt propoſitio per ſe nota, cauſa realiter diſtinguitur à ſuo cauſato, & nullus ſani capitis eſt qui neget iſtam propoſitionem; ſed motus eſt cauſa ipſius temporis: igitur motus & tempus realiter diſtinguuntur: probatur minor ex 4. phy: vbi ſcribitur, quòd prius & poſterius in motu ſunt cauſa prioris & poſterioris in tempore; vbi Commentator ait quòd cauſa continuitatis temporis eſt continuitas motus. Prêterea Philoſophus ex profeſſo probat 4. phy. tempus non eſſe motum; nam ſi tempus commune eſſet motus primi cęli, cum ille motus ſit circularis, ſequeretur quòd tempus commune eſſet circulatio: quod eſt falſum: quia quęlibet pars temporis eſt tempus: ſed quælibet pars circulationis non eſt circulatio. Preterea motus multiplicatur ad multiplicationem mobiliũ; quia accidẽs ſemper multiplicatur ad multiplicationem ſubiectorum; & ſi eſſent plures primi cęli ſecundum Democraritios aſtruentes plures mundos; ſequeretur ꝙ eſſent plures motus primi: ſuppoſita modo iſtá opinione, quòd tempus commune eſſet idem realiter quòd primus motus, quòd ſunt plura tempora communia ſimul, quorum vnum non eſt pars alterius, ſi hæc vera ſunt: ſequitur manifeſte deſtructio temporis. Ex iſtis ſequitur aliud falſum; quòd mutatum eſſe, & nunc identificentur, & quòd diſtinguãtur tantum ex natura rei: nam ſecundum ipſos diſtinctio ex natura rei eſt diuerſitas extremorum conuenientium in aliquo ex natura rei: vt iuſtitia & bonitas in Deo: ſed tempus, & motus non habent aliquod tertium, in quo conueniant: ergo non diſtinguuntur ex natura rei: igitur realiter diſtinguuntur: minor patet: maior eſt ipſorum. B

Tex. 99.

Text. 91.

Diſtinctio ex natura rei que eſt.

Aliud falſum, quod dicunt, habetur in reſponſione primi argumenti, in quo volunt mutatum eſſe, quod eſt indiuiſibile ipſius motus, eſſe idem cum ipſo nunc, quod eſt indiuiſibile temporis, & hoc dictum eſt expreſſe contra Ariſt. 4. phy. vbi vult quòd ipſum nunc ſit numerus eius, quod fertur ſm ꝙ fertur, ſed mutatum eſſe non eſt numerus eius quod fertur, ſm quod fertur: ergo nunc non eſt idem quod mutatum eſſe. Prêterea mutatum eſſe ſemper eſt in termino ad quem ipſius motus, vt probat Philoſophus 6. phy. ſed nunc temporis proprij non eſt ſemper in termino temporis; ſed eſt principium futuri: & terminus præteriti: ergo male dicitur quòd nunc temporis eſt mutatum eſſe ipſius motus. C

Text. 107.

Text. 46.

Tertium dictum habetur in reſpõſione ad ſecundum, quòd ſi motus, & tempus vniformiter accipiantur, ſcilicet motus primus, & tempus commune; motus inferior, & tempus ſpeciale, ſunt idem realiter: ſi vero difformiter, ſic non ſunt idem. Contra hoc dictum, accipiatur tempus ſpeciale, & ſit A. motus localis proprius, & ſit B. mobile velox, & ſit C. mobile tardũ & ſit D. vel ergo C. faciet illum motum localem ſcilicet B. in minori parte quàm D. vel non: ſi non, ergo non erit, ergo ſequitur quòd non erit mobile velocius, ſi ſic, tunc ratio non ſolum concludit de motu proprio, & tempore communi, ſed etiam de eis, ſi vniformiter accipiantur; oppoſitum aſſerunt Aduerſarii: propterea tempus qualitercunque accipiatur ſemper differt realiter à motu.

Egregia ratio contra Neotericos.

Quartum dictum habetur in reſponſione ad tertium, in quo aſſerunt tempus commune eſſe menſuram intrinſecam primi motus; & extrinſecam motuum inferiorum. Contra quod dictum ita arguitur, ſi tempus proprie dictum eſſet menſura intrinſeca rei: ergo tempus eſſet corpus: probatur conſequentia, quia corpus menſurat ſecundum tres dimenſiones, ideo eſt menſura intrinſeca: ſi ergo tempus quoque menſurat intrinſece: igitur menſurabit ſecundũ tres dimenſiones, & ſic erit corpus, quod eſt falſum, quia tunc non differret ab ipſo corpore ſpecie, & tamen Ariſto. in prędicamentis ponit ipſum eſſe differens à corpore. Quòd ſi iſti dicerent quòd tempus menſurat ſecundum durationem; & corpus ſecundum ſubſtantiam. Contra quia ponere tempus menſurare ſm durationem eſt ponere tempus eſſe menſuram extrinſecam, quia duratio eſt accidens rerum, & non eſt ſubſtantia niſi in Deo: propterea ſemper ſequitur argumentum menſuram eſſe realiter diſtinctam à menſurato. D

Corpus quõ menſurat.

Quintum dictum habetur in reſponſione ad quartum argumẽtũ, ꝙ quilibet motus habet ſuum tempus proprium, quod eſt propria, & intrinſeca menſura eius. Contra hoc dictum arguitur, quòd ſi eſſet verum, ſequeretur quòd tempus calefactionis, & tempus frigefactionis differrent ſpecie, cum calefactio & frigefactio differant ſpecie, & ſic non ſolum eſſent plura tempora ſimul diſtincta ſecundum numerum, ſed etiam ſecundum ſpeciem; quomodo ergo ſtare poterit hoc, quòd tempus proprium ſit motus particularis, cum motus ſit in diuerſis

Motus ponitur in diuerſis prędicamentis.

prædi-

A prædicamentis,ſcilicet quantitatis,vel qualitatis,vel vbi,& tempus ſit in prædicamento quantitatis; ecce quot falſa miſcerunt Aduerſarij in hoc quæſito,ſupra quibus falſis fundatæ ſunt reſpõſiones,quas dederunt ad argumenta:ſequitur ergo φ nõ ſint ſoluta:ſed cõcludunt tempus quodcunque eſſe realiter à motu diſtinctum, cum paſſio ſit vniuerſaliter diſtincta à ſubſtantia:& tempus eſt paſſio motus: igitur realiter ab eo diſtinctum, & hęc eſt determinatio S. Thomæ.4.phy. in declarando definitionem temporis,& 1.p.& in tractatu de inſtantibus quam determinationem ſequitur Capreolus 2. ſent. & Her. 2.ſent. Lect. 17. q.10.art.5. diſt.2.q.2. diſt. 2. art.4.

Et ſi quis diceręt, quòd hęc determinatio eſt contra Ariſt.S.Thomam, Auerr.& meipſum ſuperiori diſputatione; igitur ruit tota determinatio facta: antecedens probatur & primo, φ ſit contra Ariſto. dixit enim 4.phyſi. quòd tempus eſt prius & poſterius ipſius motus: ſed prius& poſterius motus ſunt eſſentialiter ipſe motus: igitur Ariſto. vult tempus eſſe motum S.Tho.quoq, 4.phyſi.ait φ pars prior & poſterior in motu,vt ſunt numeratę ideſt adinuicem comparatæ, prout vna præcedit alteram ſunt tempus:igitur S.Tho.tenet tempus eſſe realiter motum.Auerro. quoque vult 4. phy.primum motum eſſe menſuram extrinſecam B omnium motuum inferiorũ,& mẽſura extrinſeca omnium motuum inferiorum eſt tempus: igitur tempus & motus ſunt vnum & idem, & tanto magis quia menſura & menſuratum ſunt vnigenea,vt patet 10.huius.Determinatio quoque tua in diſputatione præcedenti fuit,φ motus cæli eſt tempus omnium motuum hic inferiorũ : & motus horologij eſt menſura,& tempus ſecũdarium ceterorum motuum:male igitur dictum eſt, quòd tempus ſit realiter diſtinctum à motu. Tex.100. Lect.17. Comm.114. Tex.2.

Propterea hic eſt meditandũ,φ aliqui ex Thomiſtis volũt iſtam propoſitionẽ, tempus eſt motus,eſſe verã identice,& nõ formaliter,ſicut iſta,motus eſt actio,& ens eſt bonũ;tũc enim dicitur propoſitio identica,quando per prædicatũ & ſubiectũ ſignificatur eadem identitas, etiam quòd prædicatum non ingrediatur definitionem ſubiecti. Vnde hæc eſt identica, bonitas Dei eſt eius iuſtitia; formalis propoſitio,& quidditatiua eſt quando prædicatum dicit eandem rem cum ſubiecto,& prædicatur de eo in primo modo dicendi per ſe. Sed hæc opinio non mihi placet,cum ſit opinio Aduerſariorum contra multa dicta S. Tho.& rationem, vt probatum eſt ſupra. Sententia aliquorum thomiſtarũ.

C Et propterea reſclute & iuxta veritatem eſt dicendum,quòd tempus non ſolum formaliter,ſed etiam realiter diſtinguitur à motu. Sed eſt valde attendendum,quomodo hoc intelligatur:quia motus poteſt accipi duobus modis. Vno modo pro perfectione fluente, ſeu pro forma ipſa,cuius vna pars generatur poſt aliam.Alio modo pro ipſo fluxu continuo, qui dicitur ſucceſſio,ſiue motus,ſiue duratio , & extenſio ſucceſſiua, & primo quidem modo tempus non eſt aſſentialiter motus,quia motus ſic ſumptus eſt in tribus generibus,qualitate, quãtitate,& vbi,vt dictum eſt ſupra:tempus autem eſt quantitas. Sed ſi accipiatur motus pro fluxu continuo,qui eſt ſucceſſio,ſiue duratio motus,ſic eſt tempus quidditatiue,& eſſentialiter: quia iſta duratio continua,& extenſio ſucceſſiua eſt quædam quantitas;& non eſt linea, nec corpus,nec oratio,nec numerus: erit igitur tempus:& ſic opinio noſtra non eſt contra Ariſ. ſed expreſſa mens eius.Et quando dicitur quòd tempus eſt prius & poſterius ipſius motus: igitur tempus eſt motus realiter, concedo accipiendo motum pro fluxu continuo, ſed non pro illa perfectione fluente. Et ſic intelligitur dictum S.Thomæ,& Auerro.& ſic tempus,& motus ſunt menſura vnigenea: quia ambo ſunt de genere ſucceſſiuorum:& hoc etiam modo D nos ſuppoſuimus in diſputatione noſtra,tempus proprie dictum eſſe motum.Nec te moueat quod aſſerit Quidam alius Neotericus, tempus non eſſe diuerſum à motu; quia vel erit res permanens, vel ſucceſſiua: non primo vt patet; ſi ſecundo; ergo nullo modo erit aliud quàm motus,hanc tamen minorem non probat niſi ex hoc,quia conuenit ei definitio motus , quæ eſt eſſe actu entis in potentia &c.Sed hoc eſt irrationabile valde, quia ſi tempori conueniret definitio motus, tunc ſuperflue Ariſto.duos tractatus alterum de motu alterum de tempore egiſſet; propterea tenendum eſt, vt ſupra determinauimus quod etiam affirmat Toletus 4. phyſi. ſatis erudite, vbi adducit dictum illud etiam fabuloſum de his, qui apud heroas in Sardo dormierunt,vt narrat Simplicius:cum Sardi capti eſſent à Græcis in antro, inuentos eſſe nouem Herculis filios mortuos,ita tamen bene aromatibus conditos, vt viderentur dormire:& hos vocat heroas,per quod exemplum vult dormientes non percipere tempus, ſed tantum vigilantes,ſed quomodocunque hoc fiat,rei veritas eſt certa, quòd tempus diſtinguitur realiter à motu. Sententia Auctoris. Motus accipitur aliquãdo pro fluxu aliquãdo pro perfectione fluente. Lib.12.c.1. Commẽ 97.

A Hanc quoque diſputationem pertractat Auicen. 3. lib. ſuæ metaphyſi. ubi narrat quoſdam Cap. 10.
ſuſtinuiſſe relationes eſſe ſolum in anima, vnde biberunt iſtam opinionem iuniores Philoſo
phi ac Theologi, vt narrat Capreolus primo ſenten. aduerſus primam concluſionem, vbi ad dist. 30. q. 1.
ducit ſuas debiliſſimas rationes, & ſoluit. Aliqui vero ex aduerſo voluerunt relationem eſ-
ſe rem realiſſimam: quia nullum ens rationis eſt per ſe de conſideratione alicuius ſcientiæ
realis: omne enim conſideratũ à ſcientia reali, vel eſt ſubiectum, vel eſt principium, vel pars
ſubiecti, vel proprietas eius: ſed hæc omnia ſunt entia realia: cum igitur relatio conſideretur
ab artifice reali, ſicuti videmus quòd Arihtmetica cõſiderat per ſe proportiones numerorũ.
Geometria proportiones figurarum. Aſtronomia diſtantias ſyderum. Philoſophia natura
lis actiones rerum naturalium, quæ nequeunt fieri ſine approximatione debita inter agens,
& paſſum. Metaphyſica deinde ſpeculatur perfectionem vniuerſi, quę conſtat ex omnibus
partibus eſſentialibus, vt ſunt intelligentiæ, corpora cæleſtia, & elementa, inter quas partes da
tur ordo, qui eſt relatio; modo proportio, approximatio, & ordo, ſunt relationes conſideratę Relationes
à ſcientia reali: ergo male dicitur, relationes eſſe entia rationis. Hinc dicebat Auctor in lib. conſiderãtur
B de cauſis, quòd inconueniens eſt armoniam deſtruere, quia realiter delectat; hæc armonia eſt ab artifice re
relatio; igitur inter has extremas opiniones veritas ipſa reperitur, quòd relatio vt relatio, nec ali.
quid reale, nec quid rationis ſimpliciter dicit, quoniam ly, relatio, ordinem quendam ſeu ha- Relatio vt
bitudinem vnius ad alterum ſonat, quæ quidem habitudo aliquando penitus ſine ope intel- ſic quid di-
lectus eſt, & in rerum natura reperitur, vt dixit Auicenna 3. ſuæ metaphy. nos ſcimus quòd cat. Cap. 10.
hęc res in eſſe eſt pater illius, & ille filius, ſiue intelligatur ſiue non: & ſcimus quòd planta ac-
cipit nutrimentum ſic, quòd ibi eſt agens, & patiens, & ſcimus quòd cęlum eſt ſuper terram,
& terra eſt inferior eo, ſiue hæc intelligantur ſiue non: ecce quomodo ſine intellectus ope da
tur relatio quędam: aliquando non eſt iſte ordo, & habitudo niſi intellectu ſpeculante, vt eſt
ordo generis ad ſpeciem, & econtra: propterea relatio, vt relatio, abſtrahit ab ente reali, &
ab ente rationis; veluti analogum quoddam abſtrahẽs à ſuis analogatis. Nec alterum neceſ-
ſarium eſt affirmandum cum vtrunque eſſe valeat; & hoc clariſſime docuit. S. Tho. 1. p. & ex q. 28. art. 1.
eis patet quid ſentiendum ſit de relatione: patet etiam ſolutio rationum vtriuſque partis con-
cedendæ enim ſunt aliquę relationes reales: & aliquæ rationis, non enim omnes ſunt reales,
C neque omnes ſunt rationis.

Iſtis ſic iactis probatur modo concluſio, quę eſt iſta. Modi relatiuorum aſſignati ab Ari.
ſunt ſufficienter & conuenienter poſiti. Prima ratio eſt: quia tot ſunt modi relatiuorum,
quot modis contingit vnam rem ordinari ad aliam, cum relatio dicat ordinem, vt dictum eſt:
ſed tribus modis vnam rem ad aliam ordinare contingit: igitur tantum tres ſunt modi rela- Quibus mo-
tiuorum, nec plures, nec pauciores: probatur minor: primo enim vna res ordinatur ad aliam dis res ad rẽ
tanquam menſuratum ad mẽſuram, & ſic eſt primus modus qui eſt ſecundum quantitatem. ordinatur.
Secundo vna res poteſt ad aliam ordinari ſecundum virtutem actiuam, & paſſiuam: & ſic eſt
ſecundus modus, qui eſt ſecundum actionem, & paſſionem. Tertio ſecundum iudicans, &
iudicatũ: & ſic eſt tertius modus, quo referuntur ſcientia, & ſcibile, ſenſus & ſenſibile. Secun
da ratio poteſt eſſe; tot ſunt modi relatiuorum, quot ſunt fundamenta ſupra quibus fundan-
tur: ſed tria tantum ſunt fundamenta in genere: igitur tres tantum modi relatiuorum ſunt: Fundamẽta
probatur minor, quia hæc fundamenta non ſunt niſi quantitas, vel actio, vel iudicium, quod relatiuorum
habet ſcientia ſuper ſcibile; & ſenſus ſuper ſenſibile. quot ſunt.

D Et ſi quis diceret contra: quia inter materiam & formam eſt relatio, quæ non ſundatur ſu-
pra quantitate, neque actione, neque iudicio: ergo aliud ſundamentum dabitur, puta ſubſtan-
tia, ſupra quam erit fundata iſta relatio; & etiam relatio identitatis, & creationis, & ſimilitudi
nis. Reſpondetur, quòd hic non ſumitur quantitas pro vera quantitate, nec actio, quę eſt tã
tum per tranſmutationem: ſed ſumitur pro eo, quod etiam habet modum quantitatis; & ſic
ſubſtantia vt vna fundat identitatem; vt plures diſtinctionem: & ſic etiam actio ſumitur vni-
uerſaliter, & ſe extendit ad omne motum, & productionem: & ſic etiam iudicium pro iudi-
cio ſenſus, & intellectus. Vnde patet quòd omnes alii modi, qui poſſent aſſignari, reducuntur
ad hos tres in genere aſſignatos ab Ariſt. in litera, quod clare oſtendit Alex. in expoſitione
huius contextus, & Rabi Moyſes in lib. de myſteriis Ægyptiorum, vbi copioſe ſatis de modis Cap. 6.
relatiuorum diſputat. Noſtri etiam latini multa docent de hac materia, vt eſt videre apud
Albertum Magnum hic, & apud Romanum Ægidium, & alios illuſtres Doctores.

Dicuntur autem prima quidem ſecundum numerum, aut ſimpliciter, aut determinate ad ipſos, aut ad vnum, &c. Tex. 20. A

An primus modus relatiuorum ſit rationi conſentaneus.

Dilucidatio decimaquarta.

SVNT Nonuulli hic, qui notanr qnòd relationes primi modi fundantur ſu-
per rem de genere quantitatis; & principaliter ſuper numerum, & ex conſe
quenti fundantur ſuper continua, inquantum habent aliqualiter rationem
numeri inter ſe. Et ſi quis diceret quòd idem nõ refertur per ſe ad diuerſa; B
quia alias idem diceretur bis: ſed idem continens refertur ad multa conté-
ta: ergo ſuper quantitate non poteſt fundari relatio: & ſic male aſſignatus
eſt primus modus. Et reſpondent dicentes, qnòd licet idem per ſe primo
non poſſit referri ad dinerſa; tamen per ſe ſecũdo referri poteſt. Vel aliter quòd continens po

Continens ſumitur biſariam.

teſt accipi dupliciter. vno modo materialiter, vel ſubiectiue. Alio modo formaliter, & ſub ra-
tione formali continentis. Primo modo idem continens poteſt referri ad dinerſa contenta; ſi-
cut idem pater ſubiectiue ad multos filios, tamen continentia formaliter dicuntur multiplici
ter, quotiens multipliciter dicitur aliquod extremum, & ſic idem continens formaliter non
refertur per ſe primo, niſi ad vnum cõtentum. Et ſi quis vlterius diceret, quòd relatiua omnia

Cap. de relatio.

ſunt oppoſita, vt ait Ariſto. in prædicamentis: ſed continens & contentum non ſunt oppoſita
igitur ſuper quantitate non poteſt fundari relatio: ex conſequenti male aſſignatus eſt primus
modus relatiuorum. Reſpondent quòd relatiua dupliciter conſiderantur. Vno modo vt com
parata ad ſe inuicem. Alio modo vt idem comparatur ad dinerſa. Primo modo ſunt oppoſi-
ta. Secundo modo non: nam idem eſt generans & genitum, vt pater habens filium & pa- C
trem: pater non refertur ad ſe ipſum patrem; ſed ad patrem eius, & illo modo pater & filius
ſunt oppoſita, vt ſcilicet ad ſe inuicem referuntur & non aliter; ſic in propoſito de duplo, &

Cap. de quãtitate.

dimidio. Sed Ariſt. in pręedicamentis vult probare quòd magnum & paruum non ſunt con-
traria abſolute, ſed ſolum in reſpectu; alioqnin oppoſita eſſent vera de eodem, pro quãto idẽ
mons eſt magnus reſpectu huius, & paruus reſpectu illius.

In iſta determinatione videntur mihi multa inſufficienter dicta, & primo qnòd re-
lationes primi modi fundantur ſuper rem de genere quantitatis: & quia iſtæ relationes poſ-
ſunt eſſe reales & rationis, & tamen non explicant de quibus loquantur, neque dicunt quæ re

Quæ ſunt requiſita ad relationẽ realem.

quirantur ad relationem realem, & quę ad relationem rationis. Propterea dicas tu reſolute, ꝙ
quatuor requiruntur ad relationem realem. Primum eſt quòd illud, quod refertur relatione
reali, ſit aliquid reale: quia non entis non eſt relatio realis, ideo chimera non refertur relatio-
ne reali. Secundum eſt vt in eo, quod refertur, ſit aliquod poſitiuum reale, hinc ſcitum non
refertur realiter ad ſcientiam; quia ſcitum non dicitur ſcitum per aliquid exiſtens in ſcito, ſed
tantum in ſciente, pater refertur relatione reali, quia non refertur per aliquod poſitiuum in D
altero, ſed per aliquod poſitiuum in ſe ipſo, & hæc duo ſumuntur ex parte ſubiecti. duo alia
ſumuntur ex parte termini; quorum primum eſt, vt terminus ipſe ſit realis: hinc entis ad
non ens non eſt relatio realis. Secundum eſt, vt terminus, qui refertur, ſit realiter diſtinctus ab
oppoſito termino, ad quem refertur, hinc relatio eiuſdem ad ſe ipſum non eſt realis, vt air S.

q. 7. art. vlt. ad 3.

Th. in quæſtionib. de potentia Dei, ꝙ ſi aliquis eſt idem ſibi ipſi realiter, & non ſolum ſm ra
tionem tantum, propter hoc ꝙ relationis cauſa ſit realis, ſcilicet vnitas ſubſtantiæ, quam intel

An intellectus vtatur vno vt duobus.

lectus ſub relatione intelligit, & ſic intellectus vtitur vno vt duobus. Nec idem credas de idé-
titate ſpeciei, generis, & analogiæ, quia iſtæ ſunt relationes reales, hæ enim habent iſta qua-
tuor, duo ex parte ſubiecti, duo ex parte termini.

Quid conſtituit relationẽ rationis.

Ad relationem rationis requiritur illud, quod eſt in defectu relationis realis: nam vbicun-
que deficit aliquid de requiſitis ad relationem realem, habitudo aliqua exiſtens inter extre-
ma quocunque modo erit relatio rationis: quod patet deducendo per ſingulos modos prius
poſitos: ſi enim contra primã cõditionem ponatur non ens habere aliquam habitudinem ad
ens, erit relatio rationis tantum; ſicut ſi ponatur, quòd mortui fuerunt priores nobis viuenti-
bus;

A bus;hæc ratio priorum ad nos poſteriores eſt relatio rationis. Si etiam contra ſecundam ponatur quòd aliud relatiuum referatur non per illud,quod in ipſo eſt, ſed per aliud, quod in alio eſt poſitiue,erit relatio rationis,& ſic refertur ſcitum ad ſcientem. Si contra tertiam conditionem entis ad non ens ſit aliqua habitudo,ſicut eſt cum dicimus,nos ſumus priores poſterioribus futuris,ibi relatio importata per illam prioritatem eſt relatio rationis. Si autem contra quartam deficit in illis, vbi conſideratur aliqua habitudo, quòd termini relationum oppoſiti non ſunt diſtincti in eſſe relatiuo ſaltem,non erit relatio realis,ſed rationis, vt dictũ eſt de relatione identitatis. Et ſic patet quid relatio realis,& quid rationis ſit. Quòd ſi breuius vis ſcire,dicas,quòd relatio realis eſt qua aliquid habet reſpectum realem in rerum natura ad aliquid,circumſcripto omni actu intellectus. Relatio rationis eſt reſpectus ſecundum intellectum comparantem,& conferentem duo ad ſe inuicem, vt ſuperius latius diximus. Relatio realis quæ ſit.

Secundo dicunt,quòd idem pater poteſt referri ſubiectiue ad multos filios. Hoc dictum eſt falſum,quia præſupponunt quòd in vno patre ſint plures paternitates eiuſdem ſpeciei; ex conſequenti plura accidentia eiuſdem ſpeciei in eodem ſubiecto, cuius contrarium oſtenB ſum fuit ſupra in diſputatione propria: & ideo dico, quòd pater formaliter vna paternitate numero refertur ad plures filios,etiam per ſe primo; & ſic etiam non eſt inconueniens,quòd vnum continens referatur ad plura formaliter ſimul per ſe primo. Tertio inſufficienter aſſignabatur hic primus modus tantummodo narratiue,quòd relationes primi modi fundabantur ſuper rem de genere quantitatis. Dilucid. 9. Debilitãtur Aduerſarij.

Sed dicas tu probando hoc dictum,quod ipſi non probarunt: ſuper illud poteſt fundari relatio,quod ordinatur ad aliud tamquam menſura ad menſuratum, vel ecõtra: ſed ſecundum quantitatem vna res poteſt ordinari ad aliam vt menſura ad menſuratum,& econtra: igitur ſuper quantitatem optime poſſunt fundari relationes: & ſic primus modus eſt optime aſſignatus. Et nota quòd cum omnis menſura,quæ eſt in quantitatibus continuis, aliquo modo deriuetur à numero: ideo relationes,quæ ſunt ſecundum quantitates continuas, etiam attribuuntur numero.

Quòd ſi quis argueret has relationes non eſſe reales;quia iſtæ relationes non ſunt niſi idẽtitas, ſimilitudo, & æqualitas, & aliæ ſpectantes ad primum modum; quæ omnes non ſunt C aliud,niſi vnitates quædam,quæ ſunt indiuiſio, & indiſtinctio: & iſtæ tales relationes non poſſunt fundari in aliqua re communi,cum nulla talis ſit dabilis: igitur fundabũtur in natura cõmuni habente ſolum vnitatem intentionis. Et ex hoc naſcitur,quòd cum fundamentum ſit ſolummodo ens rationis,quòd relationes exiſtentes in tali fundamento erunt etiam ens rationis. Nec dici poteſt, quòd fundentur in duabus rebus indiuidualibus,quoniam ſequeretur quòd vna res ſtaret in duobus ſubiectis: & ſic concluditur relationes primi modi eſſe relationes rationis,& non reales: & ſic male Ariſt. dixit eſſe reales. Hæc ratio eſt quoddam inuentum Aduerſariorum, præcipue ipſius Petri Aureoli,qui 1. ſenten. voluit omnem relationem habere eſſe ſolũmodo in apprehenſione intellectus. Verum ratio hæc nihil cogit, quia falſum eſt quòd identitas, ſimilitudo, & æqualitas ſint eſſentialiter indiuiſio ſeu indiſtinctio: ſupponunt tamen ipſam in unoquoque genere ſcilicet ſubſtantiæ,quantitatis, vel qualitatis: quia vnum in ſubſtantia facit idem; vnum in quantitate facit æquale; & vnum in qualitate facit ſimile. Et quando dicitur,quòd indiuiſio & indiſtinctio, quam ſupponunt identitas, ſimilitudo, & æqualitas nequeunt fundari in aliqua re ſeu natura communi in rerum natura D exiſtenti,cum non ſit dabilis. Dicitur quòd hoc eſt verum, quòd talis natura communis in actu extra intellectum non eſt dabilis;cum omnis natura extra intellectum poſita, ſit ſingularis,& propterea nequit vnitatem perfectam in actu habere: poteſt tamen vnitatem habere aptitudinalem ſeu potentialem,qualem vniuerſalia extra intellectum habere noſcuntur. Poſſumus etiam dicere quòd huiuſmodi relationes fundantur ſuper res ipſas, puta identitas naturæ humanæ fundatur ſuper duabus humanitatibus ſcilicet Sortis, & Platonis; æqualitas ſuper duabus quantitatibus: ſimilitudo ſuper duabus albedinibus in duobus ſuppoſitis exiſtentibus tanquàm ſuper principale fundamento, & ſuper vnitate ipſa communis naturæ, veluti ſuper conditione fundamenti; & ſic ſequitur relationes primi modi eſſe reales, & non rationis. diſt. 30. q. 1. art. 1. Opinio Petri Aureoli. Natura exiſtens eſt ſingularis.

Et ſi quis diceret,quòd in omni genere eſt vnitas: igitur identitas, æqualitas,& ſimilitudo: ergo male dictum eſt quòd vnum in ſubſtantia determinate facit idem: in quantitate, æquale, & inæquale; in qualitate ſimile. Eſt reſpõſio quòd ſicut ens dicitur multipliciter, ita & vnum: vnde verum eſt quòd in omni genere reperitur vnitas: & quando infertur: igitur identitas non erit præciſe in genere ſubſtantiæ,& æqualitas in quantitate,& ſimilitudo in qualitate. Dicas tu

Subſtantia dupliciter ſumitur.

quòd ſubſtantia poteſt ſumi dupliciter. vno modo vt res determinati generis. alio modo pro A eſſentia rei, quæ eſt communis omni generi: ſimiliter quantitas poteſt ſumi dupliciter, vel prout eſt res determinati generis, quæ poteſt dici quantitas molis, vel pro quãtitate perfectionis & gradus eſſentialis rei, & ſic conuenit omni generi: qualitas poteſt ſumi vt eſt determinati generis; vel pro qualitate eſſentiali eo modo, quo dicitur differentia ſpecifica, quòd eſt qualitas; accipiendo ergo illa primo modo prout dicunt res determinati generis; ſic identitas fundatur ſuper vnum in ſubſtantia, & non ſuper vnum in alijs generibus: ſimiliter intelligendum eſt de ęqualitate & ſimilitudine: ſed accipiendo ſecundo modo vtique identitas poteſt fundari ſuper vnum in ſubſtantia cuiuslibet generis: ſimiliter æqualitas, & ſimilitudo: hoc enim modo omne ens omni enti comparatũ eſt idem, vel diuerſum, vel ſimile, vel diſsimile, vel æquale, vel inæquale. Et hæc ſufficiant pro relationibus ſpectantibus ad primum modum relatiuorum.

Ens enti cõparatũ quid facit.

Actiua vero & paſsiua ſecundum potentiam actiuam & paſsiuam ſunt &c. Tex. 20. E

Vtrum ſecundus modus relatiuorum ſit bene aſsignatus ab Ariſt.

Dilucidatio decimaquinta.

HVIC difficultati reſpondent Aliqui ex Neotericis affirmatiue, nullam probationem adducentes, ſed tantummodo ſoluunt duo dubia, quæ aliquis habere potuiſſet: quia relatiuum non poteſt eſſe ſundamentum alterius relationis; ſed potentia actiua & paſsiua ſunt relatiua: ergo relatio non fundatur ſuper potentiam actiuam & paſsiuam: probatur maior, quia cum C relatiuum ſit relatiuum relatione, eſſet proceſſus in infinitum in relationibus; ſi relatio ſuper relatiua fundaretur; minor patet, quia potentia actiua refertur ad paſsiuam. Rurſus idem non poteſt per ſe referri ad diuerſa: ſed ſi ſecundum potentiam actiuam aliquid dicatur relatiue, hoc erit ad dictum ſecundum potentiam paſsiuam: cum ergo potẽtia actiua per ſe referatur ad agere: ſequitur quòd idem per ſe diceretur ad duo ſcilicet ad ipſum agere, & ad potentiam paſsiuam. Soluunt primum negando maiorem: quia relatio videtur poſſe fundari ſuper aliam relationem; & per conſequens ſuper relatiuum, ſicut proportionalitas ſuper proportionem; nec tamen ſequitur proceſſus in infinitum: quia erit deuenire ad aliquam primam relationem, cuius fundamentum non erit alia relatio, nec per conſequens relatiuum. Dicunt etiam conceſſa maiore, quòd potentia actiua & paſsiua dupliciter accipi poſſunt. Vno modo circumſcripta relatione potentialitatis. Alio modo includendo ipſam. Primo modo non ſunt actu relatiua, & vt ſic fundant relationes ſecundi modi. Secundo modo ſunt relatiua actu; & tunc non fundant; ſed ſunt quid compoſitum ex fundamento, & relatione. Secundum quoque ſoluunt dicendo, quòd non eſt inconueniens idem referri ad plura non per ſe primo, ſed quaſi ſecundario: & ſic potentia actiua refertur per ſe primo ad potentiam paſsiuam tantum, ad ipſum autem agere per ſe, ſed non primo. D

Potẽtia actiua ad quod refeatur.

Verum hæc diuiſio eſt nullius momenti: quia cum relatio ſufficienter diuidatur per mutuam & non mutuam: primus & ſecundus modus cauſent relationem mutuam: tertius vero modus faciat relationem non mutuam, debebant iſti declarare, quę ſint iſtæ relationes, quod quidem minime fecerunt: igitur inſufficienter modus iſte fuit aſsignatus ab eis. Et vt ſcias tu quæ ſit mutua relatio, nota, quòd tres conditiones requirit. Primo quòd vtrumque extremum ſit ens reale, & vnum realiter ab alio diſtinctum, propter quod inter ens, & nõ ens non eſt relatio realis, vt ſupra diſputatum eſt. Secundo quòd vtraque extrema ſint ens actu, & ſint actu abinuicem diſtincta, propter hoc inter duo alba actu exiſtentia & actu abinuicem diſtincta eſt mutua relatio ſimilitudinis; hinc inter totum & partes, & inter ipſas quoque partes non eſt mutua relatio: quia partes non habent eſſe actu diſtinctum ab eſſe totius, ſed per eſſe totius exiſtunt; nec vna habet eſſe diſtinctum ab alia, cum non ſint in actu, dum componunt

Relatio mutua quæ ſit & quot requirat.

Partes exiſtũt per eſſe totius.

A nunt totum, licet actu componant. Tertio quòd ſint eiuſdem ordinis, quod non ſic intelligas, quaſi ſit neceſſe quòd ſint eiuſdem generis prædicamentalis: nam inter Solem generantem, & murem genitum eſt mutua relatio realis ſecundo modo relatiuorum; & tamen non ſunt eiuſdem generis: quia cum ex natura ſua ſint adinuicem ordinata, & habeant mutuam dependentiam in ratione perfectiua, quæ conditio ſeruatur inter omne agens ſecundum & ſuum paſſum: ideo inter primum agens, & effectum ſuum non eſt relatio mutua: quoniam agens primum non perficitur actione ſua, cum ſit ex ſe perfectum, & actio ſua ſit ſua ſubſtantia, vt docuit Philoſophus 12. huius, relatio non mutua eſt quando vnum extremum dependet ab altero, ſed non econtra, vt ſcientia noſtra dependet à ſcibili, & non econuerſo, & tales videntur relationes tertij modi. Præterea relationes ſecundi modi differunt à relationibus primi in hoc, quia relationes ſecundi modi accipiuntur ſecundum actiones veras. relationes primi modi accipiuntur ſecundum actiones ſecundum ſimilitudinem, ſicut eſt multiplicare, diuidere, &c. Præterea & tertio, relatiua tertij modi ſunt in dupli- ci differentia; quędam ſecundum potentiam actiuam & paſſiuam; quædam ſecundum actus B harum potentiarum, qui ſunt agere & pati: nam ſicut calefactiuum dicitur ad calefactibile ſecundum potentiam actiuam & paſſiuam: calefactiuum dicitur quod poteſt calefacere, & calefactibile quod poteſt calefieri: ſic calefaciens dicitur ad calefactũ, & ſecans ad ſecatum ſecundum actiones illarum potentiarum.

Tex. 31.

Relatiua tertij modi bifariam dicũtur.

Pręterea ſoluẽdo primum dubiũ ſatis obſcure loquuti ſunt, non declarando quõ differant relatio, & relatiuum. Propterea dicas tu, ꝙ relatiuũ eſt concretum & relatio abſtractum, & habent ſe adinuicem ſicuti albũ & albedo, quia ſicuti album importat rem albam, & habens albedinẽ & albedo dicit ſolam formam, & ſolam qualitatem quæ habetur, ita relatiuum dr̄ illud, quod habet reſpectum ad alterum: ſed relatio dicitur ipſe reſpectus preciſe formaliter habitus ab illo, quod eſt relatiuum. Meditare quoque, quomodo relatiuum eſt illud, quod diuiditur contra abſolutum, quia abſolutum dicitur, quod ab omni alio eſt ſolutum; ſic tali ſolitudine quòd non habet reſpectum ad aliud, & ideo per oppoſitum illud dicitur relatiuum, quod habet, & importat reſpectum ad aliud, propter quod dicitur relatiuum: dicitur etiam reſpectiuum, in quo ſcilicet reſpectiuo ſi aliqua maior expreſſio ipſius reſpectus, quàm in nomi- C ne relatiui: & quia reſpectus importatur per hanc propoſitionem, ad, terminus vero per aliquid: idcirco relatiua vocantur hoc nomine ad aliquid; hoc enim quod dico, aliquid, dicit & ſignificat eſſentiam, cum ſit neutri generis, & importat terminum reſpectus, & dependentiæ, cum ſit accuſatiui caſus, qui eſt maxime determinatiuus: hæc etiam propoſitio, ad, importat quendam reſpectum, & quandam dependentiam: iſtam autem duplicem naturam habent relatiua, ſcilicet naturam terminantis quantum ad oppoſitum relatiuũ; & dependentis quantum ad ſe ipſum; & ita magis explicite tangitur natura relatiuorum, cum reſpectiua dicuntur, quàm cum ſimplici nomine relatiua appellantur, ſed cum dicuntur ad aliquid, tunc expreſſius, & explicatius exprimuntur, & ſic patet quomodo differant, relatio, relatiuum, reſpectiuum, & ad aliquid, per quam declarationem ne dum habemus ſecundum modum relatiuorum clariorẽ, ſed quaſi omnes alios modos; quapropter ſic perſuaderi poteſt quòd ſecundus modus ſit recte aſſignatus à Philoſopho, quia relatio fundatur ſuper illo ſecundum quod vna res ordinatur ad aliam: nam relatio conſiſtit in ordine, ſine in dependentia vnius rei ad aliam; ſed ſecundum actionem & paſſionem, virtutem actiuam & paſſiuam vna res poteſt ad aliam ordinari, & vna res ab alia habet dependentiam: igitur ſuper actionẽ, D & paſſionem, & ſuper virtutem actiuam & paſſiuam fundantur relationes ſecundi modi; & ſic optime eſt ab Ariſto. hic modus aſſignatus.

Abſolutum quare ita dicatur.

Ad, quid importat.

Sed cõtra aliquis poſſet dicere probando, quòd relationes ſecundi modi ſint relationes rationis, & non reales, & ſic male fuit aſſignatus ab Ariſto. quoniam paternitas & filiatio, quæ fundantur ſuper actione & paſſione, non videntur fundari niſi ſuper actu generationis, qui tranſit: ſed actus tranſiens nihil fundat in re; igitur tales relationes non in re, ſed in intellectu ſolummodo ſunt. Quæro etiam de paternitate ipſa à quo nam producatur: non enim dici poteſt à patre, quoniam ſequeretur quòd actione tranſeunte aliquid in ſeipſum ageret; quod eſt abſurdum dicere, nec etiam à filio, quoniam ipſe à patre recipit: non autem in patrem imprimit, nec etiam ab actione à patre in filium profluente, quia ipſa in filio recipitur: & omne id, quod à patre producitur in ipſo filio, non in patre ſuſcipitur: & ſic cum nullum ſit aſſignabile productiuum principium ipſius paternitatis: ipſa non in re ſed in intellectu eſt ponẽda. Sed quia hoc argumentum procedit etiam ex fonte & ſchola Aduerſariorũ, pręcipue Aureoli, qui voluit nullam eſſe relationem realem, idcirco ſoluendo ipſum dicimus, falſum eſſe

Egregia difficultas.

quòd

quòd paternitas,& filiatio fundentur ſuper actu tranſeunte,qui nihil eſt:nam paternitas fun A
datur ſuper potentia generatiua,& filiatio ſuper potentia generandi paſſiue; quę ſunt entia:
ſed actus harum potentiarum,qui ſunt generare,& generari ſunt rationes fundandi has rela
tiones quoad principium,licet non quoad permanentiam niſi virtualem: prædictæ enim po
tentiæ,vt puta ſub actu generationis fundant relationem paternitatis,& filiationis, & id ſuf-
ficit ad fundamentum earum. Quando iterum arguebatur interrogando, à quo generatur, &
producitur ipſa paternitas. Reſpondetur quòd relationes non proprie & per ſe generãtur
ex 7. huius: ſed ſolummodo per accidens ad generationem & corruptionem alicuius fun-
damenti: propterea fruſtra quæritur à quo generetur paternitas, & filiatio. Poſſumus etiam
dicere quòd generatur à patre non primo & per ſe,ſed conſecutiue hoc modo; quia quando
pater producit filium,ſimul in filio producit filiationem,& in ipſomet patre paternitatem: nã
producendo illud abſolutum,producit relationes conſecutiue, vt dictum eſt. Sed dubita-
ret aliquis circa hæc,& ſatis pulchre: quia vna relatio ſm ſpeciem non poteſt habere diuer-
ſa fundamenta non ſolum genere, ſed nec ſpecie diſtincta: ſed potentia generatiua, & actio
ſunt genere diſtincta,igitur paternitas habere fundamenta hæc, nempe potentiam generati- B
uam,& genuiſſe nequit: minor patet,quia potentia generatiua ponitur in prædicamento
qualitatis;& genuiſſe in prædicamento actionis: ſed qualitas & actio ſunt diſtincta genere: er
go &c. Niſi dicamus ꝙ potentia actiua,& actio habent rationem vnius fundamenti, quia po
tentia non fundat relationem niſi mediante actione ab ea emanante: & licet potentia, & ge-
nuiſſe differant quoad eſſentiam; tamen conueniunt in ratione fundamenti. Poſſumus etiam
dicere, quòd non eſt inconueniens eſſe plura fundamenta ipſius relationis,ſed non æque im
mediate,ſed ordine quodam ad inuicem ſe habentia. de hac materia lege Caietanum in 1.p.
S.Tho. vbi de diuerſitate fundamentorũ & relationum latius diſputat occaſione illius quæſi-
ti,vtrum nomina, quæ important relationes ad creaturas, dicantur de Deo ex tempore.

Paternitas & filiatio ſupra quibus fundantur.

Tex. 17.

Pulcra dubitatio.

Fundamenta relationis plura eſſe poſſunt. q. 13. art. 7.

Alia vero vt menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum, &c. Tex. 20. C

Num tertius modus relatiuorum ſit recte ab Ariſto. traditus.

Dilucidatio decimaſexta.

EST vna opinio, quę ſoluit hic duas difficultates, quarum prima eſt, quòd
ambo relatiua ſunt eiuſdem generis, alioquin relatio eſſet duo generaliſſi-
ma: ſed relatiua dicta tertio modo non ſunt in eodem genere; ergo nihil
refertur ſecundum iſtum modum: minor probatur ex 10. huius, vbi dici-
tur, quòd inter relatiua non eſt medium, quia non ſunt in eodem genere;
& ponitur exemplum de ſcientia & ſcibili, quæ ſunt relatiua tertio modo,
vt patet. Amplius omne, quod habet eſſe in genere relationis proprium, D
illius eſſe eſt ad aliud, ſiue ſit concretum denominatiuum, ſiue ſit forma: ſed eſſe ſcibile non
eſt ad aliud ſe habere, quia non dependet à ſcientia: ergo ſcibile non eſt in genere relationis.
Et ſoluens primam negat minorem; & ad probationem inquit, quòd Philoſophus 10. hu-
ius loquitur de genere phyſico, quale eſt inter oppoſita, quę habent ad inuicem tranſmuta-
tionem, vbi prius aliquid mutatur ad medium, quàm ad extremum; & ideo talia oppoſita ha-
bent medium: relatiua autem non ſunt talia oppoſita, quæ adinuicem habent tranſmutatio-
nem, & ideo carent medio, nec ſunt in eodem genere phyſico: ſed hoc non obſtante ſunt in
eodem genere logico, de quo nunc eſt ſermo. Soluens ſecundam dicit, ꝙ ſcibile, & ſcientia
poſſunt accipi dupliciter, ſcilicet vniformiter, vt ambo in actu, vel ambo in potentia. poſſunt
ſecundo modo accipi difformiter, puta vnum in actu, & alterum in potentia. primo modo ha
bent mutuam dependentiam, ſicut relatiua aliorum modorum: & ſic eſſe ſcibile eſt ad aliud ſe
habere, & econtra: nam ſcibile vt ſcibile ſecundum ſe, & eſſentialiter refertur ad ſcientiam
in potentia, nec accidit ſcibili ꝙ ſciatur in potẽtia: nam ſcibile non eſt ſcibile, niſi quia eius po
teſt eſſe ſcientia: quia ſi eſſet ſcibile & eius nõ eſſet ſcientia, in potẽtia eſſet ſcibile, & nõ ſcibi
le: &

Tex. 21.

Tex. 26.

Scibile refertur ad ſcientiam in potentia.

A le;& ideo in ratione eius includitur ſcientia in potentia, ſicut ſuum per ſe correllatiuum, vt non ſolum ſcientia dependeat à ſcibili; ſed etiam econuerſo: ſimiliter eſt de ſcientia in actu, & ſcibili in actu: ſecundo autem modo accipiendo ipſum, non habet mutuam dependẽtiam: nam ſcibile in potentia non dependet à ſcientia in actu: quia poteſt eſſe ſcibile in potentia, cuius non erit ſcientia in actu.

Et ſi quis quęreret, quomodo igitur hic modus diſtinguitur ab aliis modis ſupradictis: nam Philoſophus per hoc diſtinguit iſtum modum ab illis; quia in illis eſt mutua dependentia, in hoc autem non. Reſpondent, quòd etiam in hoc tertio modo eſt mutua dependentia, ſicut in aliis: ſed in hoc non eſt mutua dependentia realis; ſed in vno extremo eſt realis, & in alio rationis: ſcientia enim realiter refertur ad ſcibile, ſcibile autem ad ſcientiam ſecundum rationem: eſt igitur differentia, quia in primis duobus eſt omnino mutua dependentia realis, in tertio non: propter hoc dicitur, quòd relatio inter Deum & creaturam eſt tertio modo, quatenus creatura ad Deum realiter refertur: Deus autem ad creaturam non niſi ſecundum rationem. Sed pace horum dixerim, videtur quòd ſatis inſufficienter tractauerint hunc tertiũ B modum, non diſtinguendo prius diuerſitatem relatiuorum, de qua pulchre S. Thom. 1. ſent. loquens dicit, quòd relatiuorum inuenitur triplex diuerſitas. Quædam ſunt, quorum vtrumque importat relationem non in re exiſtentem, ſed in ratione tantum, ſicut quando ens refertur ad non ens. Quædam vero, quorum vtrumque relationem realem importat, ſicut pater, & filius. Quędam vero, quorum alterum importat realem relationem, alterum vero rationis tantum, ſicut ſcibile & ſcientia, & hæc relatiua collocantur in tertio modo. Adde vlterius diuerſitatem illam, quam docuit S. Thomas in diſputatis de potentia, quòd relatiuorum quædam ſunt ſecundum dici: quædam ſecundum eſſe. Relatiua ſecundum dici dicuntur relatiua ſecundum accidens. Relatiua ſecundum eſſe dicuntur relatiua ſecundum ſe: quia quantum ad ſui eſſentiam, & quantum ad illud, quod primo ſignificatur per nomen, ſunt in prædicamento relationis, vt duplum, triplum, pater, & filius: iſta enim directe & in formali ſignificato important relationes: ſed illa, quæ ſunt ſecundum dici, quantum ad ſui eſſentiam, & quantum ad id, quod primo ſignificatur per nomen, non dicunt niſi fundamentum relationis, & ſic ſunt in alio prædicamento: quantum autem ad reſpectum, quem important non autem in formali C ſignificato, ſunt in genere relationis: ſicut patet de ſcientia, quæ quantum ad formale ſignificatum, quod importat nomen, eſt in prima ſpecie qualitatis, tamen quia refertur ad ſcibile, quantum ad relatiuum eſt in genere relationis. Adde adhuc illam aliam diuerſitatem, quòd relatiuorum quædam ſunt ſuprapoſitionis; quædam ſuppoſitionis; quædam æquiparantiæ. exẽplum primi eſt, vt dominus reſpectu ſerui, & pater reſpectu filii, hæc enim important maioritatem, exemplum ſecundi eſt, vt ſeruus reſpectu domini, & dimidium reſpectu dupli; hæc important minoritatem. exemplum tertii eſt, vt ſimile, & æquale, & amicus, quę omnia referuntur ad æquiparantiã, & ęquipollentiã: propterea important non inferioritatem, non minoritatem, non ſuperioritatem, ſed æqualitatem. Scias etiam, quòd relatiua tertij modi, vt ſcibile, & ſenſibile, & intellectuale dicuntur relatiua, non quòd ipſa referantur, ſed quia alia referuntur ad iſta, ſcibile enim dicitur ad aliquid, quia habetur ſcientia de ipſo: & ſimiliter ſenſibile dicitur ad aliquid, quia poteſt ſentiri, vnde non dicuntur relatiue propter aliquid, quod ſit ex eorum parte, quod ſit vel quantitas, vel actio, vel paſſio; ſicut in relationibus primi, aut ſecundi modi accidit, ſed ſolum propter actiones aliorum.

Relatio inter Deum & creaturã quę eſt.

dist. 3. q. vnica.

q. 7. art 10.

Relatiua ſecũdum eſſe & ſecũdum dici q̃ ſunt.

Relatiua ſuppoſitionis & æquiparãtiæ quõ differant.

Sed dubitaret aliquis circa hoc, quia ſcientia refertur ad ſciens, cum ſit ipſius ſcientis: igi- D tur ſcientia non refertur ad ſcibile: patet conſequentia, aliter idem bis diceretur ad aliud, & ſic haberet duplex eſſe: & ſimiliter patet de viſu, quòd nõ dicitur ad videntem, ſed ad obiectum, quod eſt color, vel ad aliquid tale. Niſi dicamus quòd licet viſus ſit ipſius videntis, non tamen vt correlatiuum, ſed tantum vt accidẽs ſui ſubiecti, vnde reſpectus accidentis ad ſubiectum, licet ſit realis, non tamen eſt de genere ad aliquid: ſimiliter reſpectus formæ ad materiam, licet ſit realis, non eſt tamen de prædicamento relationis: poteſt dici quòd eſt trãſcendens: & ſic nõ obſtat difficultas de ſciẽtia, quæ refertur vtique ad ſciens, ſed non vt correlatiuum; ſed tamquã accidens ad ſubiectum ſuum.

Viſus quomodo eſt videntis.

Iſtis ſic iactis poteſt perſuaderi concluſio præpoſita hoc modo videlicet, quòd hic tertius modus ſit bene aſſignatus: namq; inter illa optime inuenitur relatio, quorũ alterum ab altero quoquomodo dependentiam habet: ſed in hoc modo relatiuorum reperiuntur nonnulla aſſignata ab Ariſto. quorum alterum ab altero dependentiam quoquomodo habet: igitur hic modus eſt optime aſſignatus: minor patet ex exemplis in litera ab Ariſto. poſitis, ſcilicet de menſurabili & menſura, ſcibili & ſcientia, & ſenſibili & ſenſu. Et ſi quis inficiaretur hunc tertium

modnm probando quòd non cauſat relationem realem: quia impoſſibile eſt rem à non re de A pendentiam habere; ſed ſi relatio tertij modi eſſet realis, tunc res à non re dependeret; quia ſcientia deſtructo ſcibili remanet: igitur relatio ſcientiæ ad ſcibile non eſt realis, & extra intellectum, ſed ſolummodo in intellectu. Ad quod dicere poſſumus, quòd ſi res neque actu, neq; potentia terminat dependentiam alterius, tunc verum eſt rem à non re dependere; ſed illud eſt falſum quòd ſi relatio tertij modi eſſet realis, tunc res à non re dependeret. Et ad probationem dicitur, quòd ſcientia quæ refertur ad ſcibile poteſt eſſe, ſcibili deſtructo: & propterea ipſius ſcientię ad ſcibile non poteſt eſſe relatio realis, & extra intellectum. Reſpondetur, ergo quòd licet ſcibile deſtruatur actu, vt roſa in hyeme, non tamen deſtruitur ſecundum eſſe potentiale, ſecundum quod ipſa ſcientia refertur ad ſcibile: ſemper enim roſa eſt ſcibilis in potentia, licet non ſecundum exiſtentiam. Poteſt etiam ſecundo dici, quòd cum ſcientia proprie dicta ſit habitus per demonſtrationem acquiſitus; & concluſiones demõſtrationum ſint per ſe neceſſariæ & ſempiternæ veritatis 7. huius, hæ tantum concluſiones ſunt per ſe ſcibiles, hinc fit vt minime deſtrui poſſint: ſcientia enim & concluſiones ſunt de inhærẽtia proprietatum ac paſſionum ex ſubiecto naturaliter permanẽtium, ad ipſum ſubiectum: cum ergo inter tales proprietates, & propria ſubiecta ſit per ſe & neceſſaria connexio: impoſſibile eſt concluſiones ipſas demonſtratas, vel demonſtrabiles, quas tantummodo ſcibiles proprie dicimus eſſe corruptibiles: & ſic ſcibile nunquam deſtruitur. Supponit hoc argumẽtum, quòd ad hoc vt aliquid ſit ſcibile, actu exiſtat; quod reputamus falſiſſimum, ſcientia enim abſtrahit ab exiſtentia. B

Quomodo pôt eſſe ſciẽtia deſtructo ſcibili.

Tex. 51.

Et ſi quis diceret, hoc eſſe contra Ariſt. in prædicamentis, vbi aſſerit, ab eo quod res eſt, vel non eſt, oratio eſt vera, vel falſa. Reſpondetur quòd dictum Ariſt. intelligitur de ſignificato quidditatiuo & eſſentiali ipſius orationis, ſeu de inhærentia proprietatum, & paſſionum ad ſubiectum, quæ ſemper eſt perpetua, & ſecundum hoc oratio dicitur vera, vel falſa; & non ſecundũ exiſtentiam ſimplicium terminorum, tam hæc propoſitio, homo eſt animal, dicitur vera ratione inherentiæ prædicati ad ſubiectum, & non ratione exiſtentiæ terminorum. Et hæc ſint dicta pro hoc tertio modo relatiuorum.

Cap. de ſubſtantia.

Ab eo quod res eſt vel nõ eſt oratio dicitur vera vel falſa quomodo intelligatur.

C

Secundum numerum quidem igitur & potentiam dictam ad aliquid omnia ſunt, &c. Tex. 20.

An tertius modus relatiuorum diſtinguatur à duobus primis.

Dilucidatio decimaſeptima.

RESPONDENT Aliqui tertium modum diſtingui ſic à primo, quia relationes primi modi fundantur præciſe ſupra rem de genere quantitatis: relationes vero ſecundi modi fundantur ſuper rem de genere actionis, & paſſionis, & ſuper principia agendi & patiendi, quę poſſunt eſſe in multis generibus, & non ſolum de genere ſubſtantię, tam omnes formæ poſſunt eſſe actiuæ præterquam quantitas, & forma relatiua: relationes autem tertij modi fundantur in omni re cuiuſcunq; generis, etiam ſuper ideam in mente diuina pro quanto eſt menſura & perfectio ideati. Poſſunt etiam fundari ſuper res diuerſorum generum pro quanto omnis res cuiuſcunque generis eſt intelligibilis & ſcibilis: & poteſt menſurare habitum cognitiuum, qui eſt de genere qualitatis. Ex hoc ergo diſtinguitur tertius modus à duobus primis. & non per mutuam, & non mutuam dependentiam, ſed per fundamenta, quia primus modus fundatur præciſe ſuper rem de genere quantitatis. ſecundus autem ſuper rem de genere actionis & paſsionis, vel ſuper principia agendi vel patiendi, quæ ſunt potentia actiua vel paſsiua. Tertius vero ſuper rem cuiuſcũq; generis pro quanto in omni genere eſt dare vnum primum, quod eſt menſura omnium aliorum. Et ſi quis quæreret, quomodo ſcientia menſuretur à ſcibili. Reſpondent, quòd ſcientia eſt duplex: quædam ſpeculatiua: quædam practica: practica adhuc duplex, quędã ordinatiua ipſius operari, & hæc eſt practica vniuerſalis: quędam eſt operatiua immediate; & hæc eſt particularis puta D

Quãtitas nõ eſt forma actiua.

In omni genere datũ primũ aliquod.

ſcientia

A ſcientia artificialis,loquendo de ſcientia practica , & ſpeculatiua primo modo ipſum ſcibile menſurat ſcientiam,pro quanto talis ſcientia cauſatur à rebus: ſed loquendo de ſcientia operatiua, ibi ipſum ſcibile habet rationem mẽſurabilis,& ipſa ſcientia rationem menſuræ ex eo quòd artificialia cauſantur à ſcientia practica,quę eſt ars;& hoc modo ſe habent omnia naturalia ad ſcientiam Dei : ſicut artificialia ad ſcientiam noſtram : quia ſcientia Dei eſt cauſa rerum.

Sed hæc poſitio interimit ſe ipſam,quoniam ſuſtinuit ſuperius,vt communiter habẽt metaphyſici, ꝙ identitas ſpecifica , generica,& analogica eſt relatio realis: ſed iſtę identitates reperiuntur in omni prędicamento: igitur falſum eſt quod dicunt,relationes primi modi fundari ſuper rem de genere quantitatis : probatur minor ex communi dicto vtriuſque partis: quia alia eſt relatio duorum alborum;& alia duarum albedinum: relatio enim duorum alborum dicitur ſimilitudo: ſed duarum albedinũ in abſtracto dicitur identitas: ſimilitudo enim, qua alba dicuntur ſimilia,eſt relatio realis fundata ſuper vnitate qualitatum : ſed ſimilitudo, qua ipſæ albedines dicuntur ſimiles , non eſt ſimilitudo vera in natura ſpeciei, quæ dicitur (Reprobãtur Neoterici.)

B identitas ſpecifica:& ideo non eſt eadem ſimilitudo, qua album dicitur ſimile albo, & qua vna albedo dicitur ſimilis alteri,quia prima eſt per albedinem,quæ ineſt ei : ſed albedo dicitur ſimilis alteri per ſe ipſam: vnam enim albedinem eſſe ſimilem alteri per ſe ipſam non eſt aliud quàm habere idem eſſe ſpecificum. Et ſi quis diceret ad iſtam rationem,quòd illa,ſuper quibus fundantur illæ relationes,habent modũ quantitatis. Contra, quia pari ratione dicam ego,quòd omnia,ſuper quibus fundantur relationes tertij modi,habent modum virtutis actiuę & paſsiuę;diſtinctio de ſcientia practica quomodo eſt duplex & quomodo non,impugnata fuit primo lib.huius. (Dilucid.12.)

Pro dilucidatione ergo quomodo tertius modus diſtinguatur à duobus pręcedentibus. eſt ſciẽdum,quod triplici via inueſtigare poſſumus. Prima via eſt,quia in primis duobus vnumquodque dicitur relatiue ex eo quòd ipſumet ad aliud refertur : & non ex eo quòd aliquid refertur ad ipſum, vt patet de ſenſibili & ſenſu,ſcibili & ſcientia, intelligibili & intellectu,vnde non eſt mutua dependentia in relatiuis tertij modi: in relatiuis aliorum duorum modorũ eſt mutua dependentia: vnde duplum refertur ad dimidium,& econuerſo;& pater refertur ad

C filium,& econtra. Secunda via eſt penes menſuram & menſuratum, actionem & paſsionem, & indicans & iudicatum, nam relatiua primi modi ſumuntur iuxta quantitatem,& pręcipue penes numerum: & quia dictum eſt ſupra,quòd propria ratio quantitatis logicè loquendo cõſiſtit in menſura,ideo relatiua primi modi dicuntur ſumi penes menſuram & menſuratum, & duplum & dimidium. Relatiua ſecundi modi ſumuntur penes actionem & paſsionem, vt pater & filius, dominus & ſeruus , ſed relatiua tertij modi ſumuntur penes iudicans & iudicatum : nam ſenſibile gradualiter dicitur iudicare ſenſum;& intelligibile intellectũ: quia excellens ſenſibile non percipitur à quocunque ſenſu,neque excellens intelligibile à quocũque intellectu,& ſic etiam dico de ſcibili reſpectu ſcientiæ ſpeculatiuæ, & de ſcientia practica reſpectu artificialis. Tertia via eſt illa, quam impugnant Aduerſarij,quam innuere videtur S. Thomas in expoſitione huius textus,quòd menſura eſt duplex . altera quantitatiua & relatiua : quę ſumuntur ſecundum iſtam menſuram ſpectant ad primum modum,in quo vtrunque ad vtrunque dicitur: nam duplum refertur ad dimidium,& dimidium ad duplum. Altera eſt menſura eſſe,& veritatis rei, ſiue perfectionis:& relatiua,quæ ſumuntur iuxta hanc mẽ- (Relatiua primi modi penes quid ſumuntur,) (Defenditur doctrina S. Tho. contra Aduerſarios.)

D ſuram, ſpectant ad tertium modum: omnis enim res, vel eſt ſenſibilis, vel ſcibilis potens actiue menſurare ſenſum, vel ſcientiam: propterea dicitur menſura perfectionis : ſed menſurari paſſiue fundatur ſuper habitum ſcientificum, qui eſt de genere qualitatis.

Sed arguunt Aduerſarij contra hanc tertiam viam. Primo quia non omne contentum menſurat continens quantitatiue: igitur non omnia relatiua primi modi ſumuntur penes menſuram & menſuratum quantitatiue: antecedens patet de quibuſdam numeris : nam quinarius non menſuratur quaternario, licet contineat ipſum. Præterea tempus menſurat motum menſura quantitatiua pertinente ad primum modum, tamen tempus non excedit motum, nec aliquotiens ſumptum reddit ipſum, ſuppoſito ſecũdum Ariſt. motum eſſe ęternum, & infinitũ. Contra illud, quod additur appropiando iſtum modum obiecto, & habitui cognitiuo : nam in omni genere eſt aliquid primum, quod eſt menſura omnium in illo genere, ex 10. huius: ergo circumſcripto omni alio habitu de genere quantitatis eſt aliquod in genere ſubſtantiæ, quod menſurat eſſentiam omnium illius generis: ſimiliter in alijs generibus. (Tex.2.)

Sed ſi quis recte meditatus fuerit differẽtias poſitas à nobis inter hos modos relatiuorum, glorioſe euadet captiunculas poſitas ab Aduerſarijs : propoſitiones enim naturales ſemper (Rationes Aduerſariorum facile ſoluuntur.)

ſunt

ſunt vt in pluribus, vt patet in iſta, omnis homo habet quinque digitos in manu, in multis ta- A
mèn apparet oppoſitum quandoque : ſic etiam quando dicimus, quòd omnis relatio ſecundũ
primum modum habet rationem menſuræ, intelligitur vt in pluribus : ſufficit enim ad diffe-
rentiam duorum, quòd illud, quod conuenit vni, non conueniat alteri: manifeſtum eſt omni-
bus, quòd nulla relatio primi modi ſumitur ſecundum menſurationem eſſe & veritatis. quę-
libet tamen, quæ eſt de tertio modo, ſumitur iuxta illam menſuram ; ergo eſt ſufficientiſſima
illa aſſignatio. Et formaliter reſpõdendo ad rationes dicimus ad primam, negando iſtam pro

Continens quõo menſurat contẽtũ.

poſitionem, continens non menſurat cõtentum: eſt enim falſiſſima; quia vniuerſaliter & ſem
per continens vt continens menſurat ipſum contentum ea ratione, qua eſt continens; & quina
rius numerus menſurat quaternarium non vt quinarius, ſed quoad nos, ea ratione qua eſt cõ-
tinens. Ad ſecundam dicimus, quòd licet tempus ſecundum totum non menſuret motum ſe-
cundum totum; cum vtrunque ſit infinitum ; tamen tempus ſecundum partem menſurabit
etiam motum ſecundum partem, vt tempus vnius horę menſurabit motum trium miliarium;
& ſic ſemper augendo tempus & motum. Ad tertiam quoque reſpondendo dicimus, quòd li-
cet verum ſit in omni genere eſſe primum, quod eſt menſura cæterorum : tamen appropriate B
hoc non verificatur niſi in prædicamento qualitatis, in quo ponuntur habitus ſcientifici, &
diſpoſitiones: in cęteris autem prędicamentis non ponuntur habitus & diſpoſitiones, ſicut
in prædicamento qualitatis.

Iuxta hanc veritatem poſſunt ſolui & alia argumenta, quibus probatur tertium modum re
latiuorum non eſſe diſtinctum à primo; quia menſura & menſuratum referuntur tertio mo-
do relatiuorum, vt dictum eſt: hæc etiam referuntur ſecundum primum modum : igitur ter-
tius modus non diſtinguitur à primo modo: probatur minor, quia continens eſt menſura
contenti, & duplum menſuratur dimidio, quæ ſunt relatiua primi modi: igitur. &c. Ad quod

Menſura & menſuratum bifariam ſumi poſſunt.

dicimus menſuram & mẽſuratum poſſe capi duobus modis, vt dictum eſt. Vno modo quanti
tatiue. Alio modo eſſentialiter: nunc dico quòd relatiua primi modi referuntur penes menſu
ram & menſuratum; ſed quantitatiue relatiua tertij modi referuntur etiam iuxta menſuram
& menſuratum, ſed eſſentialiter. Præterea argumentatur probando, quòd hic tertius modus
non diſtinguitur à ſecundo ſic: quia ſenſus & ſenſibile ſunt relatiua tertij modi, & etiam ſe-
cundi modi: igitur tertius modus relatiuorum non diſtinguitur à ſecundo : probatur minor, C
quia ſenſus & ſenſibile referuntur ſecundum potentiam actiuã & paſſiuam, quia ſe habent ſi

Tex. 25.

cut mouens & motum, vt ſcribitur 4. huius, vbi dicitur quòd ſenſibile eſt motiuum ſenſus:
& mouens eſt prius moto: ergo ſenſus & ſenſibile referũtur ſecũdo modo relatiuorum: & ſic
tertius modus non diſtinguitur à ſecundo modo: & tanto magis augetur difficultas, quia ſen-

Tex. 51.

ſus eſt in potentia paſſiua ex 2. de anima: ergo fundat relationem ſecundi modi; quomodo er
go ponitur correlatiuum tertij modi. Ad quod reſpondẽt Aliqui quòd ſenſus eſt æquiuocus
ad ipſam potentiam naturalem ſenſitiuam, & ad ipſum actum ſentiendi : quia ſenſus primo
modo ſumptus fundat relationem ſecundi modi; & ſic procedit ratio hæc adducta in vniuer-
ſum: ſed ſenſus ſumptus ſecundo modo fundat relationem tertij modi: & ſic etiam eſt intelli
gendum de intellectu: quia ſic ſenſus menſuratur à ſenſibili, & intellectus ab intelligibili.

Sed hæc reſponſio non eſt ad propoſitum, quia dictum eſt tertium modum relatiuorũ non
diſtingui à ſecundo penes fundamenta, ſed tribus illis modis ſupradictis; & præcipue quia in
illis duobus primis eſt mutua dependentia, non autem in hoc tertio modo relatiuorum, quo
refertur ſenſus & ſenſibile in potentia, licet non ita ſe habeat ſenſatum & ſcitum, vt alias di- D

Senſus dupliciter conſideratur.

ctum eſt in logica. Poteſt etiam dici, quòd ſenſus poteſt dupliciter conſiderari. Primo modo
vt dicit paſſionem, & ſic ſpectat ad ſecundum modum relatiuorum. Alio modo vt eſt quod-
dam menſuratum quoad eſſe, & veritatem à ſenſibili, & ſic ſpectat ad tertium modum : non
enim inconuenit idem diuerſis modis in diuerſis collocari, quod patet ex alio argumento,
quod communiter adduci ſolet, ſcientiam per ſe eſſe in genere qualitatis : quomodo igitur
poterit ipſa referri ad ſcibile, vt teſtatur Ariſto. in litera ? qualitas enim cum ſit quoddam
abſolutum non dependet ſecundum ſe ad aliud, Et ſolutio huius eſt, quòd ſcientia eſt in ge-

Diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt differentiæ.

nere qualitatis, & non per ſe in genere relationis, quia diuerſorum generum, & non ſubalter-
natim poſitorum diuerſę ſunt differentiæ ſpecificæ: attamen ſcientia, quę eſt habitus, eſt proxi
mum fundamentum relationis tertij modi, & ſic eſt in genere relationis denominatiue: exem
plum eſt de quaternario manifeſtum: ipſe enim eſt in prædicamento quantitatis, & tamẽ fun
dat duplicitatem, quæ eſt in genere relationis: ſic ergo patet hos tres modos relatiuorum eſſe
bene aſſignatos ab Ariſt. & diſtinctos eſſe abinuicem.

Non eſt autem intellectio ad hæc, cuius eſt intellectus: bis enim idem dictum vtique erit, &c. *Tex. 20.*

An vnum & idem poſſit referri ad duo, vel ad plura per ſe.

Dilucidatio decimaoctaua.

B

NON nulli reſpondent huic quæſito, ſupponendo primo, quòd aliquid poteſt conuenire alicui dupliciter; vno modo per ſe primo; alio modo per ſe non primo; illud competit alicui per ſe primo, quod competit ei per ſuam ſpeciem, & propriam rationem ſpecificam: ſed illud competit alicui per ſe non primo, quod competit ſibi per cauſam in ſe, nō tamen per propriã rationem ſpecificam: & hinc eſt quòd illud, quod ineſt per ſe & primo, ineſt adæquate, & ſecundum quod ipſum: non autem quod ineſt per ſe nõ primo; exemplum primi habere tres angulos ineſt triangulo: exemplum ſecundi habere tres ineſt iſoſcheli.

Triangulus & Iſoſcheles non æqualiter ſe habent ad habere tres æquales &c.

Quo ſtante ponunt tres concluſiones, quarum prima eſt. Impoſſibile eſt referri vnum, & idem ad plura per ſe primo; probant ducendo ad impoſſibile: quia tunc vna relatio eſſet eſſentialiter plures: conſequens eſt falſum: ergo & antecedens: probatur conſequentia: quia non eſt eadem habitudo per ſe primo ad plura: ſed relatio eſt habitudo ſecundum ſe: ergo relatio, quę eſſet ratio referendi ad plura per ſe primo, eſſet eſſentialiter plures de neceſſitate. Et ſi quis diceret, quòd eſſent plures rationes, itaquòd refertur ad plura diſtinctis & proprijs relationibus, & ad quodlibet per ſe primo. Arguunt contra, quia vnum relatiuum eſt vnica relatione relatiuum; ſicut vnum album eſt vnica albedine album: ergo ſi penes plures tales relationes: iam non erit idem relatiuum niſi materialiter, & ſubiectiue. Pæterea arguunt, quia ſi vnum relatiuum diceretur ad plura, tunc idem haberet plures definitiones proprias: conſe-

C

quens eſt falſum: ergo & antecedens: conſequentia probatur, quia etiam per vtrumq; correlatiuum ęque primo definiretur; nam ſecundum Porphyrium in prædicabilibus, in relatiuis oportet in vtrorunque rationibus vtriuſque vti; falſitas etiam conſequentis probatur: quia tũc poſſet cognoſci per vnam definitionem, & non cognoſci per aliam. Ad idem arguunt: quia ſi idem referretur ad plura per ſe primo, ſequeretur ꝙ idem ſimul erit, & non erit: conſequẽs eſt euidenter falſum, quantum ad vtranque partem: ergo, &c. cõſequentia probatur; detur ꝙ C. referatur ad. A. & ad B. ad vtrunque per ſe primo, tunc deſtructo. A. poteſt referri ad B. & deſtructo B. ad A. quia correlatiua ſimul ſunt & non ſunt: vel dabis quòd ipſum C. eſt duo relatiua, vel quòd deſtructo A. ſimul eſt & non eſt, nam deſtrueretur deſtructo A. & manebit manente B.

Cap. de genere.

Ponunt ſecundam concluſionem. Non eſt impoſſibile idem referri ad plura per ſe non primo; probatur quia à quocunque dependet genus vel ad quodcunque refertur, ab eodem depẽdet, vel ad idem refertur ſpecies: ergo ſpecies refertur ad ſuum proprium correlatiuũ, & ad correlatiuum generis: & ſic ad vtrunque per ſe; vt duplum, quod eſt ſpecies multiplicis refer-

D

tur ad ſuum ſubmultiplex, quod eſt correlatiuum multiplicis; & ad dimidium, quod eſt proprium correlatiuum. Præterea ſpecies per ſe refertur ad genus, iuxta doctrinam Porphyrij & ſpecies per ſe quoque refertur ad indiuidua: igitur idem relatiuum per ſe refertur ad plura, probatur minor, quia ſpecies definitur per indiuidua, cum dicitur ſpecies eſt quòd prædicatur de pluribus &c. quæro vel indiuidua ponuntur in definitione ſpeciei, ſicut genus, vel ſicut ſubiectum, vel ſicut correlatiuum: non primo nec ſecundo: igitur tertio modo, & hæ duæ rationes probant relatiua referri ad plura, ſed non per ſe primo.

Genus & ſpecies ſunt relatiua.

Tertiam concluſionem ponunt. Quando idem refertur ad duo, ad vnum per ſe primo & ad aliud per ſe non primo, poſito illo, ad quod refertur per ſe primo, neceſſario ponitur correlatiuum per ſe non primo, non tamen eſt neceſſarium econuerſo: ſed poteſt eſſe per ſe correlatiuum ſine primo correlatiuo: quam ſic probant; dato oppoſito huius concluſionis, ſequeretur quòd vnum extremum correlatium ſimul eſſet, & non eſſet: conſequens eſt falſum: ergo & antecedens: probatur conſequentia, correlatiua ſimul ſunt & non ſunt, referatur ergo A, ad B. per ſe primo, puta duplum ad dimidium, & ad C. per ſe non primo, puta ad ſubmultiplex; tunc exiſtente B. ideſt dimidio, neceſſario eſt A. ideſt duplum, cuius eſt per ſe primo correla-

tiuũ: ſed deſtructo C. ideſt ſubmultiplici, quod eſt per ſe correlatiuũ dupli; & non primum, A
Sub multiplex eſt in genere relationis.
deſtruitur A. ideſt duplum: ſi ergo B. ideſt dimidium poſſet eſſe non exiſtente C. ideſt ſubmul
tiplici, ſimul eſſet & non eſſet ipſum A. id eſt duplum: quia eſſet ad eſſe dimidij, & deſtrueretur per ſe ad deſtructionem per ſe correlatiui, quod eſt ſubmultiplex; & ideo non poteſt eſſe
B. deſtructo C. verumtamen quia ipſum C. ideſt ſubmultiplex, quod eſt per ſe correlatiuum,
ponit tantum eſſe generis: & non ponit neceſſario aliquid poſterius ipſo genere: ideo ipſum
C. ideſt ſubmultiplex, quod eſt per ſe correlatiuum, poteſt eſſe non exiſtente B. ideſt dimidio:
quod eſt primum correlatiuum. Ex quibus volunt poſſe diſſolui omnes difficultates: & præci-
pue illam de continente, quòd idem continens dicitur ad multa contenta, ſicut vnus numerus
continet multos: ſimiliter vna potentia actiua refertur per ſe ad ipſum agere & ad potentiam
paſſiuam: ſimiliter idem pater dicitur per ſe ad multos filios: nam continens licet ſit idem
materialiter dictum ad plura contenta, ad quæ refertur per ſe primo; eſt tamen plura continẽ-
tia formaliter; nam proprijs & diſtinctis relationibus continentię refertur ad quodlibet illo-
rum: ſimiliter dicendum eſt de patre dicto ad plures filios: potentia etiã actiua per ſe primo
refertur ad potentiam paſſiuam, ad agere vero per ſe non primo. B

Sed hæc opinio in pluribus deficit & eſt manca: nam primo debuit exponere quid ſit refer
Cap. de relatiuis.
ri, de quo Ariſt. in lib. prædicamentorum aiebat, hoc ipſum quod eſt ad aliud dicitur: interpræ
tatio nominum plurimum facit ad intelligentiam quęſiti. Amplius erat etiam neceſſaria di-
ſtinctio de eo, quod refertur ſecundum rem ſubiecti, & exiſtentiæ, & ſecundum rem eſſentię,
quia ſecundum rem exiſtentiæ poteſt idem ad plura referri: ſecundum rem eſſentiæ non po-
teſt: ex hac igitur parte deficit adhuc poſitio hęc; tum etiam quia plurimum iuuat ſcire quo-
Idem referri ad plura poteſt intelligi dupliciter.
modo idem referri ad plura poteſt intelligi dupliciter; quia vel ad plura eiuſdem rationis, vel
ad plura diuerſarum rationum; & quomodo in relatiuo ſunt tria, ſubiectum, cui ineſt relatio,
fundamentum per quod ineſt: & ipſa relatio quæ ineſt: vt puta homo eſt ſubiectum, cui ineſt
relatio paternitatis; virtus generatiua, quæ eſt fundamentum, per quod homini ineſt paterni-
tas: & paternitas ipſa, quæ dicitur relatio; hinc fit vt relatio habeat duas habitudines, alterã qui
dem ad terminum, alteram vero ad ſubiectum: & quòd relatio habeat realitatem ſuam à fun
damento non à termino, qui eſt extrinſecus à relatione: & poſſibile eſt aliquando terminũ eſ-
ſe realem, & relationem eſſe rationis tantum, vt patet in ſcibili reſpectu ſcientiæ: ideo relatio C
ſcientiæ ad ſcibile eſt rationis: & quomodo illud, quod refertur eſt relatiuum, vt pater; illud,
quo refertur tanquam materia & ſubiecto eſt homo, quo vero tanquam conditio referendi
eſt potentia generatiua: non enim ad filium refertur pater, niſi præſuppoſita potentia genera-
tiua: quo denique relatiuum refertur tanquam ratione formali eſt paternitas ipſa, quia ita ſe
habet paternitas ad patrem, & vniuerſaliter relatio ad relatiuum: ſicuti albedo ad album: ſed
album formaliter eſt album albedine: igitur relatiuũ eſt formaliter ad aliquid relatione: & ita
Quatuor ſũt tantum prædicamenta.
ratio, qua terminat relationem alterius, eſt relatio. Erat adhuc neceſſariũ ſcire, quomodo præ-
dicamenta licet ſint decem quaſi prima rerum genera, ut inquit Boetius lib. prædicamentorũ
tamen quatuor illorum dicuntur prædicamenta per antonomaſiam: alia vero dicuntur ſex
principia, vt fatetur grauiſſimus ille Gilibertus Porretanus: quãdoquidem prędicamenta græ
ce dicuntur cathegorię, quaſi coordinationes: in quibus ponuntur quædam ſupra, vt genera;
& quædam infra, vt ſpecies: ſed prima quatuor videlicet ſubſtantia, quantitas, qualitas, ad ali
quid dicuntur ſignanter prædicamenta: quia in omnibus magis apparet ordo ſpecierum, &
generum: reliqua ſex dicuntur principia, quatenus in illis eſt quoddam primum: ordo tamen D
in poſterioribus non ita clare ſpectatur, immo fortaſſe in illis non inueniuntur ſpecies, vt in
prædicamento quando, non enim eſt de ratione prędicamenti vel principii vt habeat plures
Sex principia rerũ quę ſunt.
ſpecies, ſed vt in nullo contineatur genere: & propter hanc rationem illa ſex principia dicta
ſunt veluti agere, pati, vbi, quando, habitus, & poſitio: & variæ ſunt opiniones circa hæc
ſex principia, dum aliqui volunt ſignificare abſolutum cum reſpectu, puta quòd vbi ſignificat
locum cum reſpectu ad locatum. Alii vero quòd ſignificant denominationem extrinſecam:
itaquod nihil aliud ſignificat Sortem eſſe in loco, quàm ſortem denominari à loco, vt à men
Lect. 42.
ſura extrinſeca, & hoc videtur innuere S. Thomas 3. phyſicorum, quam opinionem ſequitur
Herueus.

Alij putant hæc ſex principia ſignificare reſpectum differentem à genere relationis dupli-
citer. Primo quia genus relationis inuenitur in corporalibus, & ſpiritualibus: ſed reſpectus
horum in corporalibus tantum: cõſequũtur enim locum, aut tempus, aut aliquid tegens, quæ
corporalium tantum ſunt. Secundo in hoc quòd genus relationis fundatur ſuper res quinq;
generum ſub modo abſoluto: reſpectus autem horum generum fundantur ſuper alios reſpe-

ctus

A ctus, vt patet ex definitionibus poſitis à Giliberto dicente vbi, & poſitio conſequuntur adiacẽtiam paſſiuam corporis locati à loco: quando vero ſequitur adiacentiã temporis, & habitus adiacentiam eorum, quæ circa corpus ſunt; à quibuſdã autem dicitur quòd hæc ſex principia importãt reſpectus differentes à genere relationis in hoc, quòd reſpectus generis ad aliquid eſt reſpectus intrinſecus adueniens: reſpectus aliorum generum eſt reſpectus extrinſecus adueniens: & vocatur reſpectus intrinſecus adueniens, qui neceſſario ſequitur extrema: vt ſimilitudo neceſſario ſequitur duo alba: reſpectus autem extrinſecus adueniens dicitur qui non neceſſario ſequitur extrema poſita in actu, vt vbi non neceſſario ſequitur corpus, & locum &c. & quia hæc omnia admodum neceſſaria ſunt pro intelligentia huius veritatis: idcirco inter has varias opiniones ſequendo primam, vt clarior ſit doctrina; ſic reſoluendo & dilucidando, quomodo idem relatiuum poteſt referri ad plura, & quomodo non, dicimus ſecundum veritatem & doctrinam S. Tho. & Ariſto. & Auerro. quòd idem referri ad plura poteſt dupliciter intelligi. Vno modo diuerſis relationibus ſpecie diſtinctis. Alio modo numero diſtinctis; primo modo dicimus quòd idem materialiter, tamẽ per ſe primo

Reſpectus extrinſecus quo differt ab intrinſeco.

Dilucidatio cõtrouerſiæ.

B mo poteſt ad plura referri, vt patet de homine albo, qui relatione ſimilitudinis refertur ad album, & relatione diſſimilitudinis refertur ad nigrum, ſed ſecundo modo eſt impoſſibile per ſe primo idem referri ad plura, quia vt probatum eſt ſupra impoſſibile eſt plura accidentia eiuſdem ſpeciei eſſe in eodem: dicimus quoque quòd idem relatiuum ſecundum rem exiſtẽtiæ, & ſubiecti, & eſſentiæ, & definitionis poteſt referri ad plura ſecundum eandem rationem per ſe primo, quia idem pater ſecundum eandem relationem per ſe primo refertur ad plures filios, & non ad vnum per alium.

Quibus ſtantibus ſoluuntur rationes Aduerſariorũ pro prima concluſione, quia nõ ſequitur ꝙ vna relatio eſſet eſſentialiter plures ſm ſpeciem: ſed ꝙ vna relatio ſm ſpeciẽ reſpicit plures ſm numerum, & hoc nõ eſt inconueniens, ſed rationi conſonũ: quia plura numero ſunt vnũ ſpecie. Secunda quoque ratio ſoluitur, quia tunc ſequeretur idem habere plures relationes, quando idem relatiuum ſecundum ſpeciem diceretur ad plura etiam ſpecie diſtincta, quod non dicimus nos, ſed tantum ad plura numero diſtincta refertur. Nec ſequitur tertia ratio probans concluſionem Aduerſariorum, quia tunc idem eſſet, & non eſſet, quando idem ſm

Quomodo vna relatio reſpicit plures.

C ſpeciem diceretur ad diuerſa ſecundum ſpeciem diſtincta; ſed quando vnum & idem ſecundum ſpeciem dicitur ad diſtincta ſecundum numerum non ſequitur: quia quando pater habet plures filios: corrupto vno filiorum reſtat pater in ordine ad alios. Rationes pro ſecunda & tertia concluſione non ſunt contra nos: quia ſi concedimus idem per ſe primo referri ad plura: multo magis per ſe ſecundo. Argumenta in contrarium huius determinationis ſoluuntur ex dictis.

Amplius quæcunq. ſecundum habentia dicuntur ad aliquid, vt æqualitas, &c. Tex. 20.

Vtrum relatio diſtinguatur à fundamento.

D

Dilucidatio decimanona.

EST vna opinio in hac controuerſia aſſerens duas propoſitiones vniuerſales, quòd relatio, cuius fundamentum poteſt remanere ſine termino, non diſtinguitur realiter à fundamento: quia omnem rem realiter diſtinctam ab alia Deus poteſt ſeparare: ſi ergo relatio & fundamentum differunt realiter, Deus poterit facere relationem ſine fundamento. Præterea Deus poteſt facere prius ſine poſteriori in realiter diſtinctis: ſed fundamentũ præcedit relationem: ergo ſi realiter diſtinguãtur: ſequitur quòd poterunt eſſe duo alba abſque ſimilitudine, quod eſt falſum, & impoſſibile. Tertio nulla res de nouo poteſt aduenire alicui ſubiecto nulla facta mutatione in eo, vt omnes Philoſophi recte teſtantur: ſed relatio poteſt alicui aduenire de nouo nulla mutatione facta in eo, vt patet ex Ariſto. 5. phyſicorũ, igitur relatio non diſtinguitur à fundamento. Quarto ſi relatio diſtingueretur à fundamento, ſequeretur quòd in eadem re eſſent infinitę entitates, & relationes: probatur conſequẽ-

Sententia Aliquorum.

Tex. 18.

tia, quia omnis res ad aliam comparata, ita eſt ſimilis vel diſſimilis: cum ergo infinitæ ſint res diſtinctæ; ſequitur quòd idem poſſit ad infinita comparari, & quòd in quolibet motu locali acquirerentur infinitæ res, & deſtruerentur, quia cum diſtantia ſit relatio realis; & quodlibet mobile quando mouetur diuerſimode diſtat à qualibet parte cæli, & ab omnibus rebus, quæ ſunt in mundo: & ſic per motum cuiuſcunque mobilis infinitæ diſtantiæ reales acquirentur, & infinitæ aliæ corrumpentur: & ſic quando mouetur vermis, & rana acquireretur & corrumperetur ſimul hæc immenſitas rerũ, quod nullus Philoſophorũ admittit. Quinto, poſito quòd relatio diſtinguatur à fundamento, ſequitur quodlibet agens poſſe cauſare & producere aliquem effectum realem ad quamcunque diſtantiam: & ſic poſito aliquo albo in partibus Indię nouiter inuentæ: & aliquod agens in hac Ciuitate noſtra Neapolitana cauſaret aliud albũ; tunc inter iſta duo alba conſurgeret relatio ſimilitudinis & diſſimilitudinis cauſata ab hoc agente; & ſic ſequitur quòd agens Neapolis exiſtens ageret in partibus Indiæ, quod videtur mirabile dictum: & ſic propoſita propoſitio eſt vera, quòd relatio, cuius fundamentum poteſt remanere ſine termino, diſtinguitur realiter à fundamento. A

Egregium exemplum.

Altera propoſitio eſt iſta. Relatio, cuius fundamentum non poteſt eſſe ſine termino, eſt eadem realiter cum fundamento: quam propoſitionem ita probant: quia omne diſtinctum realiter ab aliquo poteſt ſine cõtradictione intelligi abſque illo, ſed fundamentum non poteſt intelligi abſque relatione: igitur relatio non diſtinguitur à fundamento. Secundo ſi relatio diſtingueretur à fundamẽto, ſequeretur materiã primam eſſe ſubiectũ accidentium, quod eſt cõtra Philoſophum 2. de anima, & contra Commentatorẽ aſſerentẽ ibi, ſubiectum accidentis eſſe compoſitum ex materia & forma: ſed materia non eſt compoſita ex materia, & forma: ergo &c. conſequentia probatur, quia potentia, quam habet materia ad formam, eſt relatio, & ꝑ hoc potentia eſt aliud à materia. Tertio ſi relatio diſtingueretur à fundamento, tunc relatio adueniens fundamento redderet illud compoſitius, itaque homo antequàm generet aliquẽ filium eſt minus ſimplex quàm poſt eius generationẽ, quia prius non habebat relationẽ paternitatis, & poſtea habet; ſed hoc eſt falſum, quia relatio aduenięs ſuo fundamẽto non facit ipſum cõpoſitius, quàm prius, vt ſi aliquis fiat ſimilis alicui, cui prius non fuit ſimilis, non eſt cõpoſitior per ſimilitudinem, & ſic ſequitur ꝙ relatio non diſtinguitur realiter à fundamento. Quarto illa, quorum differentiæ ſunt eædẽ cum differẽtiis fundamenti, non ſunt diſtincta realiter ab illo; quia differentia eſt idem cum eo, cuius eſt differentia; ſed differẽtiæ relationis ſunt eędem cum differẽtiis fundamenti, quia relationes diſtinguũtur per diſtinctiones fundamentorum, vt dictum eſt ſupra: igitur relatio non diſtinguitur a fundamento. Quinto ſi relationes diſtinguerẽtur à fundamentis; tunc in Deo eſſet compoſitio; quia in Deo ſunt relationes, vt cauſæ, & eſſe primum; quia cauſalitas eſt in Deo, ab ipſo enim Deo pendent cælum, & natura: ſimiliter in Deo eſt prioritas, quia Deus eſt primum ens, & eſt primum principium; ſi igitur relatio eſſet realiter diſtincta; tũc cauſalitas & prioritas eſſent realiter diſtinctę à Deo: & quod eſt diſtinctum ab alio eſt cauſa compoſitionis realis: ſed hoc eſt falſum, quia in Deo nulla eſt compoſitio cum ſit ſimpliciſſimus, vt probatur ab Ariſto. 12. huius. Iſtis & multis alijs rationibus nititur hæc opinio verificare has duas propoſitiones. B C

Tex. 7. Commen. 7.

Relatio an faciat compoſitionem.

In Deo ſunt relationes.

Tex. 38.

Sed pugnat cum veritate, præcipue quoad illã partem, ideo relatio non eſt diſtincta à fundamento, quia eius fundamentum ſine termino eſſe non poteſt; quia iuxta eorum doctrinã oẽs partes eſſentiales ſimul vnitę abſque toto eſſe nequiunt, & tamen realiter diſtinguuntur à toto. Præterea, materia prima non poteſt eſſe ſine forma ſubſtantiali, & tamen realiter diſtinguitur ab ea: & ſic ſubiectum non poteſt eſſe ſine propria paſſione, & vnum correlatiuum non poteſt eſſe abſque alio, diſtinguitur tamen alterum ab altero. D

Materia prima non poteſt eſſe ſine forma.

Rationes adductæ ſoluuntur facile, & ad primam de ſeparatione dicimus, quòd tunc ſequitur quando duo ſunt realiter diſtincta, & vnum non ſequitur ad aliud de neceſſitate ſecundũ neceſſariam concomitantiam in iſtis ſine dubio eſt, quòd Deus poterit facere vnum ſine altero, & ſeparatim præſeruare: ſed hoc non ſequitur in his, quorum alterum ſequitur ad alterum de neceſſitate, ſicuti in ſubiecto & propria paſſione, & in luce, & calore: ex luce enim reſultat calor, Deus non poteſt facere lucem ſine calore, ſimiliter relatio de neceſſitate ſequitur aliud, etiam ſeclnſa quacunque operatione intellectus: ſi fundamenta, & extrema ponantur in eſſe; vnde non concludit ratio in ipſa. Hinc ruit & ſecunda ratio, quia tunc Deus poſſet facere prius ſine poſteriori, quando ad prius non ſequitur de neceſſitate poſterius: ſed quando de neceſſitate ſequitur, vt eſt in propoſito de relatione & fundamento, non valet. Tertia quoq; ratio ſoluitur diſtinguendo quòd cum duplex ſit res accidentalis; quædam abſoluta, cuius eſſe non dependet niſi ab vno, vt puta à ſubiecto; & talis non poteſt aduenire alicui nulla mutatione

Lux ſine calore non poteſt ſieri.

tionę

A tione facta in eo. Alia accidentalis reſpectiua, & talem aduenire alicui de nouo, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quòd adueniat de nouo totaliter, & quantum ad radicem, & quantũ ſimul ad actum completum: & ſic etiam relatio non poteſt alicui aduenire de nouo ſine mutatione aliqua: quia fundamentum relationis non poteſt de nouo acquiri in ſubiecto ſine mutatione ſubiecti. Alio modo poteſt intelligi, quòd aliquid adueniat alicui de nouo quantum ad eſſe fundamentale: & ſic relatio bene poteſt aduenire alicui de nouo, & quælibet res reſpectiua: & ſic argumentum laborat in æquiuoco.

Et ſi quęratur, an producto fundamento ſit ibi relatio formaliter: verbi gratia producto Sorte albo, & nullo alio exiſtente albo, an ſit ibi ſimilitudo. Dicitur ad hoc quòd non eſt ibi relatio formaliter, ſed ſubiectiue, & fundamentaliter tantum, & producto altero albo producitur ibi illa relatio formaliter, non quantum ad eſſe totale, ſed quantum ad eſſe completum & perfectum, quod non eſt inconueniens, ſicuti ſi ponatur aqua ſuper ignem pręexiſtentem, qui actu non calefaciebat aquam, ibi fit noua actio quantum ad eius eſſe completum: non tamen quantum ad cauſam eius: vt latius habet S. Thomas de potentia. Quar-

In altero relatiuorũ quõ reperitur relatio altero non exiſtẽte.

q 7. art. 9.

B ta ratio de immenſitate entitatum & realitatum eſt nullius momenti: quia relationes non diſtinguuntur propter diſtinctionẽ numeralem terminorum relationis, ſed diſtinguuntur propter diuerſitatem principiorum ſiue fundamentorum, vnde ſi per aliquod fundamentũ aliquod ſubiectum referatur ad mille entia, ibi erit vna relatio, & ſecundum numerum, & ſecundum ſpeciem vt ſupradictum eſt: ſic ergo ſi ſit Sortes albus, & omnia entia totius vniuerſi ſint alba, non erit niſi vna relatio ſimilitudinis eius in numero, & in ſpecie in ipſo Sorte ad omnia alba, licet in ſuppoſitis ſint diſtinctæ relationes ſecundum numerum, ſecundũ quòd ſunt diſtincta ſubiecta: vnde conſequentia non valet: dictum eſt enim ſupra, quòd Sortes pater ſi habet mille filios, in ipſo Sorte eſt vna relatio ſecundum numerum, & ſecundum ſpeciem: licet in filijs ſint mille filiationes numerales. Hinc ad exemplum de motu vermis dico, quòd quando mouetur non acquirit per illum motum niſi vnam relationem realem ad omnes partes vniuerſi, quanquam in partibus vniuerſi acquirantur nouę relationes per motum ipſius mobilis: ſed hoc non eſt inconueniens, cum non acquirantur ſimpliciter de nouo, quia iam fundamenta in eiſdem pręexiſtebant. Vltima quoque ſoluitur dicendo non eſſe incõ-

Relationẽs quõ diſtinguuntur.

C ueniens agens cauſare aliquod ens reale reſpectiuum per quantuncunque maximam diſtantiam, cum non cauſet illud propria cauſalitate, ſed per quandam reſultantiam; nec ſimpliciter, & totaliter illud fiat, ſed tantummodo ſecundum actum completum.

Quomodo aliquid non propria cauſalitate cauſatur.

Soluuntur & rationes adductę pro alia propoſitione, & ad primam dicimus, quòd maior eſt vera dummodo poſterius non includatur in ratione prioris: relatiuum enim poteſt intelligi ſine correlatiuo, cum ex natura fundamenti relatiuum pręcedat correlatiuum, licet non in ratione relationis: ſed minor eſt falſa: & ad probationem dicendum, quòd licet non poſſim intelligere duo ſimilia in ſenſu compoſito, vt ſcilicet ſimilia ſunt ſine ſimilitudine, poſſum tamen intelligere duas albedines, ſuper quibus fundantur duæ ſimilitudines ſine alia ſimilitudine.

Ad ſecundam dicunt aliqui, non eſſe inconueniens materiam eſſe ſubiectum accidentium interminatorum, vt dimenſionum & potentię, quę inſequuntur immediate ipſam materiam. Sed hæc reſponſio eſt falſa, quia relatio materię ad formam ſubſtãtialem non eſt relatio realis, neque etiam relatio accidentis ad ſubſtantiam eſt relatio realis: quia ad hoc quòd aliquid ſit relatio realis de genere ad aliquid, requiritur quòd vnum extremum ordinetur ad

Reprobatur doctrina Auerroiſtarũ.

D aliud tanquam ad extrinſecum: ſed nullum relatiuum ſuſcipitur in oppoſito, ſicut filius non ſuſcipitur in patre, & tamen forma ſuſcipitur in materia: erit igitur inter materiam & formam relatio rationis, vt S. Thomas docet in libello de ente, & eſſentia. Ad tertiam dicimus quòd aliquid eſſe compoſitius poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quoad partes quantitatiuas. Alio modo quoad partes eſſentiales: modo uerum eſt quòd illud, cui aduenit aliquod ens reale vel eſt compoſitius compoſitione quantitatiua, vel eſſentiali: & quando dicitur quòd relatio non facit aliquod compoſitius; conceditur compoſitione quantitatiua: non tamen eſt concedendum compoſitione eſſentiali, quia plures eſſentię ſunt in Sorte patre, quàm in Sorte non patre. Ad quartam dicimus, quòd differentiæ relationum non ſunt æedem eſſentialiter cum differentiis fundamentorũ. Vnde neganda eſt minor, & ad probationem dicitur ꝙ relationes diſtinguuntur per differẽtias fundamentorũ materialiter vt per materiam in qua; & non formaliter tanquam per differẽtiá intrinſecam, cum differentiæ relationũ ſint nobis occultæ; propterea exprimuntur per differẽtias fundamentorũ, quæ ſunt magis notæ. Ad vltimam dicimus, quòd cauſalitas, qua Deus eſt cauſa, non eſt aliquid in ipſo ſubiectiue, ſed in rebus

Cap. 2.
Bifariam poteſt aliquid dici compoſitius.

A differant ratione, ſeu prędicamentaliter.

Et ſi quis quæꝛat, quomodo relatio eſt eadem cum fundamento. Reſpondẽt ipſi quòd relatio dupliciter conſiderari poteſt. Primo quãtum ad id quod dicit in recto, & intrinſece. Secundo quantum ad id quod dicit in obliquo, & ex connotato; quod eſt terminus, & quidem quantum ad ſecundum ſenſum manifeſtum eſt quòd diſtinguitur realiter à ſuo fundamento; quoniam fundamentum cum ſit quid abſolutum non includit terminum: relatio autem cum ſit ad alterum ipſum includit: conſtat autem quòd fundamentum & terminus diſtinguuntur realiter; ſed quantum ad primum ſenſum, de quo proprie intenditur, relatio eſt eadem realiter ꝙ fundamẽtum ſuum; itaquòd hæc propoſitio eſt identica: albedo eſt ſimilitudo, non autem formaliter: quoniam fundamentum eſt ad ſe, relatio autem ad alterum: & hoc probant rationes ab eis allatæ.

Relatio bifariam conſideratur.

b Sed his non obſtantibus opinio contraria, quæ tenet relationem omnem realiter diſtingui à ſuo fundamento, mihi magis placet: hanc enim docent, & ſubſtinent grauiſſimi viri, inter quos eſt Capreolus 1. ſent. Caietanus Cardinalis in comment. 1. p. S. Thomę. Expoſitor

B lib. contra gentiles in lib. 4. in quam deſcendit Ioannes Bacconitanus 1. ſenten. & plerique alii. Et hanc opinionem arbitror quoque eſſe ad mentem Ariſt. Auerro. S. Tho. & ueritatis. Et pro intelligentia huius opinionis, eſt notandum primo, ꝙ relationum quædam attribuuntur Deo, quædam creaturis: inter relationes, quæ attribuuntur Deo, ſunt aliquę cognitæ à Philoſophis, vt eſſe primam cauſam, & primum ens, & primam menſuram ſubſtanoarum omnium: quædam ſunt cognitę tantum per fidem à Theologis, vt eſſe patrem, filium, ſpiratorem & ſpiratum quorum diſputatio eſt Theologici negotii. Relationes attributę Deo, & cognitæ à Philoſophis, vt eſt relatio primę cauſæ, primi entis, & primę menſurę, licet ſpectent ad Philoſophum, tamen de eis ad pręſens non eſt diſputatio; ſed tantum de relationibus repertis in creaturis, iſtæ enim ſine dubio diſtinguuntur à fundamento earum.

diſtin. 30. q. vnica.
q. 28. art. 2.
Cap. 14
diſt. 28. q. 2.

Relationes cognitæ per fidem.

b Notandum etiam ſecundo, quòd relationum, quædam ſunt reales, vt relatio æqualitatis, dominii, & ſimilitudinis, quędam vero ſunt relationes rationis, vt identitas, qua Sortes eſt idem ſibi non eſt realiter diſtincta à ſubiecto: talis enim relatio non eſt ſubiectiue in duobus, ſed tantum obiectiue, quia vtimur vno vt duobus. Tertio eſt notandum, quòd aliud eſt loqui

C de ſubiecto relationis, & aliud de fundamento eius, nulli dubium eſt quòd relatio diſtinguitur à ſubiecto, ſicuti accidens diſtinguitur à ſubſtantia, ſed fundamentum eſt id cui immediate ineſt, quod & ſubſtantia, & quantitas, & actio, & paſſio eſſe poteſt: in ſubſtantia enim fundatur relatio identitatis ſpecificę, & creationis paſſiuę: in quantitate relatio æqualitatis; & in qualitate relatio ſimilitudinis &c. eſt igitur diſputatio noſtra non de ſubiecto, ſed de fundamento relationis. Quarto eſt notandum, quòd aliqua diſtinguuntur realiter realitate eſſentiæ, vt albedo, & dulcedo in pomo, quæ ſunt in eodem ſubiecto, ſed habent diuerſas eſſentias. Aliqua diſtinguuntur realiter realitate exiſtentiæ, vt Sortes & Plato.

Aliud eſt ſubiectũ relatiõis aliud fundamẽtũ.

Diſtinctio realis duplex.

Quibus ſtantibus pono duas concluſiones, quarum prima eſt. Relatio diſtinguitur realiter à fundamento realitate eſſentiæ, quod eſt dictũ eſſentialiter, quidditatiue, ſpecificatiue, diffinitiue: ſicut res naturę ab alia re: quæ cõcluſio ſic probatur, illa ſunt realiter diſtincta realitate eſſentiæ, quæ ſunt in diſtinctis prædicamẽtis: quia diuerſa prędicamenta ſunt diuerſa genera rerum: ſed fundamentum & relatio ſunt in diſtinctis prędicamẽtis: igitur fundamentum & relatio ſunt realiter diſtincta realitate eſſentię: minor patet, quia relatio eſt diſtinctũ prędicamen

D tum à ſubſtantia, quãtitate, & qualitate, in quibus fundatur. Pręterea illa realiter diſtinguũtur, quorũ vnũ corrũpitur altero remanente; quia ſi illa eſſent idem, quorũ vnũ maneret, & alterũ corrũperetur, tũc idẽ maneret & nõ maneret, quod implicat contradictionẽ: ſed fundamentũ manet corrupta relatione, vt corrupta ſimilitudine ad coalbum remanet alterum albũ, quod eſt fundamentum ſimilitudinis: igitur relatio & fundamentum diſtinguũtur realiter realitate eſſentiæ. Concluſio hæc eſt ad mentem Ariſt. 12. huius ponentis alia eſſe principia relationis, & qualitatis, & aliorum generum: hoc ideo quia ſecundum propriam eſſentiam eſt diſtincta ab alijs prædicamentis, & ſic à ſuo fundamento. Eſt etiam hæc concluſio ad mentem Auerro. qui 12. huius ait, quòd Ariſt. loquens de prædicamentis, num omnium ſint eadem principia, ſpecialiter memorat relationem, quia eſt debilioris eſſe alijs prædicamentis, itaquòd quidam reputarunt ipſam eſſe ex ſecundis intellectis, ex quibus aperte oſtendit relationem eſſe diſtinctam à ſuo fundamento. S. Thomas quoque idem proclamat pluribus in locis ſuæ doctrinæ, & præcipue 1. par. vbi ponit differentiam inter relationes in creaturis, & relationes in diuinis dicens, id quod inuenitur in creatura, præter id quod continetur ſub ſignificatione nominis relatiui, eſt alia res. ex quibus verbis ſumpſit doctiſſimus Caietanus Cardinalis, ꝙ

Tex. 28.

Commẽ. 19.

q. 28 art. 2.

cum

cum in creaturis fundamentum non contineatur ſub ſignificatione nominis relatiui: igitur A erit diſtinctum à relatione. Nec valet reſponſio aliquorum Thomiſtarum dicentium ibi S. Thomam comparare relationem ad ſubiectum, & non ad fundamentum: nam ſi hoc eſſet verum, tunc S. Thomas ibi nihil concluderet, vt patet intuenti eius verba. Nec etiam eſt verũ quod dicunt ad auctoritatem de potentia Dei; quòd ibi S. Thomas loquatur tantum formaliter; quia eſſentialiter & quidditatiue docet nullam relationem eſſe idem quod ſubſtantia: & ſic etiam Ariſt. ne dum ſubiecto, ſed fundamento comparat relationem 12. huius. Secunda concluſio eſt clara ex ſe, quòd relatio & fundamentum non diſtinguuntur realiter realitate exiſtentiæ, quia non poſſunt per ſe ſeparatim exiſtere; ergo, &c.

Reprobãtur Aliqui thomiſtæ. q. 8. art. 2.

Tex. 19.

Et ſtante hac dilucidatione veritatis ſoluuntur quæ adducta ſunt in contrarium: nam arguebant primo ex Ariſt. 7. phyſicorum, ad primam ſpeciem qualitatis non eſſe alterationem, quia ad aliquid non eſt motus. Ad quod reſpondet Bachonus 1. ſentent. quòd ad aliquid non eſt motus primo & per ſe, bene autem conſecutiue, & per accidens, & quòd non inconuenit aliquid aduenire alicui de nouo quod ſit reſpectiuum; eſt autem inconueniens in abſolutis, & per hoc ſoluitur dictum Ariſto. 5. phyſi. quòd nihil aduenit alicui de nouo ſine eius B mutatione: ſecundum doctrinã Auerr. non habetur pro inconuenienti in relationibus, licet in rebus abſolutis illud verificetur.

Tex. 15. diſt. 28. q. 2. art. 4.

Tex. 10.

Ad ſecundum dicimus, quòd vtrobique eſt relatio realis, vna actualis alia aptitudinalis, vnde non ſequitur quòd in ſole ſint infinitę relationes, immo non eſt niſi vna relatio in ſole ad omnia calefactibilia, quę ſcilicet fundantur ſuper potentia calefactiua ipſius ſolis: & cum illa ſit vna in ſpecie & in numero, ſequitur quòd in ſole ſit tantum vna relatio calefactibilitatis, vt dictum eſt ſupra de vna relatione paternitatis in patre.

Relationũ alia aptitudinalis alia actualis.

Ad tertium dico, quòd relatio realis ſecundum ſuam propriam rationem dicit aliquam bonitatem reſpectiuam in illis rebus, in quibus diſtinguitur à fundamento, vt præſeruemus nos ipſos à diuinis relationibus, quæ neque perfectionem, neque imperfectionem dicũt, & quòd creata relatio poteſt adeſſe & abeſſe, non tamen ſtante fundamento.

Ad quartum etiam dico, quòd nulla relatio eſt totum, & ſic nec æqualitas, nec multiplicitas eſſe poteſt tota in toto, vel tota in qualibet parte: non enim eſt forma abſoluta vt acquiratur in inſtanti, vel in tempore, ſed conſequitur terminum ad quem. C

Ad quintum, quòd aſſumitur pro fundamento validiſſimo in doctrina S. Thomę, dicitur, relatio dupliciter conſideratur, vno modo vt relatio eſt, alio modo vt accidens: ſi conſiderabitur primo modo, ſic cum nihil aliud dicat niſi ordinem & tendentiam vnius rei ad aliam, vt ſic non habet vt ſit aliquid ſubiecto inhærens, ſed potius aſſiſtens; hoc modo conſiderata poteſt alicui aduenire abſque eius mutatione, & ſic intellexit Ariſto. & S. Thomas dictum ſuum: ſi vero conſiderabitur vt accidens, cum ei competat eſſe in ſubiecto, ſicuti cuicunque accidenti, non poteſt aduenire alicui ſubiecto abſque eius mutatione: ſed hoc ſecundo modo non eſt intelligendum dictum Ariſt. & S. Thomæ, & exemplum eſt clarum de luce, quæ cum habeat in ſe naturam perfectam, quia ſemper eſt habilis vt actu illuminet, & quòd actu non illuminet, hoc prouenit ex abſentia illuminabilis; vnde poſito illuminabili, ſtatim illuminat abſque omni mutatione quantum ſit ex parte ſui: ſimiliter album fundamentum relationis ſimilitudinis habet in ſe naturam, qua actu eſt habile, vt actu aſſimiletur alteri: propterea nulla requiritur in eo mutatio vt aſſimiletur, ſed ſola præſentia oppoſiti termini: & ex hoc non ſequitur quòd relatio identificetur fundamento, cum habeat proprium ſuum eſſe: D datur & aliud pulcharum exemplum, quòd ſi poneretur per poſsibile vel impoſsibile, quòd impediretur anima ne ex ea fluerent eius potentiæ, deinde impedimento remoto ex ea emanarent, nunquid homo ex tali effluxu potentiarũ diceretur mutari: non equidem, quia non reciperet eas per mediam actionem ad ipſam terminatam, ſed ſolum per naturalem concomitantiam improprie mutari diceretur, quia aliquam completam realitatem, quam prius incõplete habebat, nunc complete conſequitur: & ſic eſt dicendum de relatione, quòd non per mediam actionem fit, ſed per quandam reſultantiam, propterea aduenit ſubiecto ſine eius mutatione.

Relatio biſariam conſideratur.

Quare lux actu non illuminat.

Ad dictum S. Thomæ, quod ſumitur ex 1. ſenten. dicitur, quòd relatio ſi conſideretur ſecundum quod eſt accidens, dicit imperfectionem, ſicut & cetera accidentia, ſi vero conſideretur vt tale accidens, ſcilicet de genere relationis, ſic poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo quantum ad rem ſignificatam ſecundum ſe, & ſic etiam dicit aliquid imperfectum. Alio modo ſecundum modum ſignificandi, inquantum ſcilicet ſignificatur vt ad aliquid & ſic non dicit imperfectionem reſpectu ſui obiecti, quia vt ſic non ſignificatur vt aliquid pertinens

Relatio vnde habet quod dicat imperfectionem.

A nens ad ſubiectum, ſed magis vt tendit ad aliud: illud enim dicit imperfectionem alicuius
quando nõ eſt perfecte in eo, in quo aptum natum eſt eſſe: ſic ergo relatio, quæ eſt ad aliquid
dicit imperfectionem, vt dictum eſt ſupra.

Ad dictum Commentatoris dicitur quoque, quòd relatio, & fundamentum ſunt idem rea-
liter realitate exiſtentiæ & ſubiecti, non autem eſſentiæ, & prædicamenti, vt dictum eſt ſu-
pra. Ad modum illum imaginatum, qũo relatio identificetur cum fundamento, & diſtingua-
tur per id, quod dicit in recto, & in obliquo, ſiue quòd differat quoad connotatum; Contra
quia quæro, aut illud connotatum eſt quid reale in fundamento exiſtens, aut non: ſi non, ſe-
quitur quòd per ipſum relatio non collocabitur in prædicamento reali: ſi ſic, ſequitur idem
quod prius, ſcilicet quòd aliquid aliud realiter addit ſupra fundamentum in ipſo fundamen-
to exiſtens: & ſic ſemper habetur quòd relatio diſtinguitur à fundamento, & ſi facit compo-
ſitionem cum fundamento, hoc eſt quatenus accidens, non quatenus relatio.

Et ſi quis quæreret de relatione creationis; dicas quòd creatio actiue ſumpta in nullo po- Creatio po-
nitur prædicamento, cum ſit ens illimitatum, ſcilicet ipſe Deus: ſed creatio paſſiue ſumpta teſt ſumi a-
B quantum ad rem ſignificatam fundatur ſuper potentia paſſiua creaturæ, & ponitur in prædica ctiue & paſſi
mento relationis, vt habet S. Thomas de potentia Dei, & ſic vniuerſaliter ſuſtinendum eſt in ue.
creaturis relationem omnem eſſe realiter ſeiunctam à fundamento. De hac materia multi ex q.3.art.3.
noſtris ſatis prolixe diſputant: ſed nuper Magiſter Georgius Buſtus Vercellen. copioſe eru-
diteque ſatis in quodam libello ſuo quæſt. philoſophicarum & theologicarum diſſerit, vbi
reſolute determinat iuxta hanc ſententiam, quam nos ſupra declarauimus, omnem relatio- Laudatur
nem realem diſtingui à ſuo fundamento in creaturis, licet in quodam alio ſuo libello prius opinio Magi
impreſſo, vbi de reali diſtinctione diuinarum relationum loquitur, dicat vnum, quod iudicio ſtri Georgij
meo erroneum apparet, quòd vna relatio originetur ex altera: ſiquidem cum relationes ſint Buſti.
oppoſitæ, & vnum oppoſitorum nullo pacto poſſit ex alio originari: quia in nullo genere cau
ſæ etiam data licentia fingendi, quis immaginari poteſt: non enim in genere cauſæ efficien-
tis vna relatio ex altera cauſatur, & producitur: neque in genere cauſæ materialis, quia vnum
oppoſitum non eſt materia alterius oppoſiti, neque in genere formalis, neque finalis, eadem
ratione cum alterum oppoſitorum non poſſit eſſe neque forma, neque finis alterius, vt ſub-
C tiliter docet Caietanus in prædicamentis declarando illam proprietatem relatiuorum, ſcili- Cap. de ad
cet eſſe ſimul natura & intellectu, cuius ſenſus eſt, quòd relatiuis formaliter ſeu inquantum aliquid.
relatiua ſunt, cõuenit eſſe ſimul natura ideſt conſequi ſe in eſſe, & non in eſſe, itaquòd neutrũ
eſt cauſa alterius, quia ponunt ſe inuicem, & auferunt ſeinuicem: ſi ergo hęc vera ſunt, fal-
ſum & erroneum eſt illud quod docet hic vir vnam relationem ex alia originari; nec eſt lo-
cus inficiationi, cum hæc ſint expreſſa verba ſua, reſpondendo ad quoddam argumentum
Durandi. qui 1. ſenten. diſputat, num generatio filii, & proceſſio Spiritus ſancti ſint emana- diſt.12.q.2.
tiones diſtinctę; & inter diſputandum facit hoc argumentum; relationes penes terminos di-
ſtinguuntur; ſed generatio actiua & ſpiratio ſunt relationes: ergo diſtinguuntur ex ſuis ter-
minis, terminus autem generationis eſt filius, terminus vero ſpirationis eſt Spiritus ſanctus,
& filius & Spiritus ſanctus realiter diſtinguuntur: ergo generatio & ſpiratio realiter diſtin-
guuntur. Reſponſio huius eximij Doctoris conſiſtit in hoc, quòd diſtinctio realis relationũ
ſumitur ex oppoſitione ipſarum, vel ex eo quòd vna ex alia originetur. Sed nouum quid &
inauditum eſt, quòd vna relatio ex alia originetur, quia vt ſupra tactum eſt, vera & germana
D proprietas relationum eſt eſſe ſimul natura, quòd non inſinuat tantummodo eſſe ſimul in or-
tu & occaſu, itaquòd ſi vna eſt, reliqua quoque ſit, & ſi vna perimitur, reliqua quoque perima
tur, ſed importat etiam ſimultatem conſequentię, & negationem cauſalitatis, itaquòd neutra
ſit alterius cauſa; quandoquidem & ſi homo & riſibile ſint ſimul ſecundum ortum & occa-
ſum, non tamen poſſunt dici ſimul natura, quia vnum eſt cauſa alterius; ſed bene duplum
& dimidium merito dici poſſunt ſimul natura, quia conſequuntur ſe in eſſe & non eſſe, &
neutrum eſt cauſa alterius; ſic ergo dicendum quòd ſi generatio actiua & ſpiratio ſunt rela-
tiones; ergo ſimul natura; ergo altera ex altera originari non poteſt; quomodo vero diſcrimi-
nentur generatio filii, & proceſſio Spiritus ſancti, & generare & ſpirare, ſic etiam generari &
ſpirari, 1. ſenten. latius expoſuimus contra ipſum Durandum, & Ioannem Bachonum. diſtin.13.

F I N I S.

DILVCIDATIO PRIMA,

In ſextum Librum Metaphyſicæ.

Nam efficiendarum quidem rerum principium ſiue ſit mens, ſiue ars, ſiue potentia quædam, &c. Tex. 1.

Num ſcientia practica ſortiatur ſuum eſſe practicum ex fine, vel ex obiecto.

Cap. 5. Tex. 51. Scientia practica habet duplicē reſpectum.

EST vnus modus dicendi defendens ſcientiam practicam ſortiri ſuum eſſe practicum ex obiectn, quia Ariſto. 6. ethicorum ait, ratiocinatiuū eſſe diſtinctum à ſcientifico penes obiectum neceſſarium & conringens: igitur quilibet habitus ſcientificus efficitur talis ab obiecto, & non à fine. Secundo, quia Ariſt. 3. de anima, aſſignat obiectum practicum bonum non quodcunque, ſed agibile, & contingens: ex quibus etiam verbis patet ſcientiam eſſe per ſe practicam ex obiecto, & nnn ex fine. Tertio, illud, à quo ſcientia practica habet duplicem reſpectum, ſcilicet prioritatis naturalis & conformitaris, eſt illud, à quo eſt ſcientia practica; ſed obiectum eſt huiuſmodi: ergo ſcientia practica ſortitur ſuum eſſe practicum ex nbiecto, & non ex fine: maior eſt euidens; nam eſſe practicum ſtat in duplici reſpectu, qui ſupponitur; minor patet de conformitate primn; nam habet ipſam ex obiecto, quia obiectum vel eſt rectitudo praxis, vel aliquid virtualiter includens ipſam rectitudinem: ideo enim ipſi ſcientię practicæ eſt praxis conformabilis vt ſit recta: quia ſcientia practica eſt talis obiecti. Secundo declaratur minor de reſpectu prioritatis: hunc enim reſpectum habet ſcientia practica nō ſnlum ex ratinne potentiarū ordinatarum naturaliter; quatenus intellectus eſt prior voluntate; & praxis eſt actus voluntatis elicitus, vel imperatus: ſed hoc habet ab obiecto eo quod nnn ſemper illa ſcientia, & intellectin prior eſt practica, niſi ſit determinatiua rectitudinis ipſius praxis formaliter vel virtualiter; & hoc habet ex obiecto. Et confirmatur, quia à qun res habet eſſe effectiue, ab illo habet tale eſſe proprium: ſed ſciētia habet eſſe effectiuę ab obiectn: ergo ab obiecto habet vt ſit practica, vel ſpeculatiua, & hoc non formaliter, ſed effectiue, quia prima diuiſio ſcientiarum eſt ex obiectis.

Quol. 8. q. 3. Eſt alia npinin, quæ tribuitur Henrico de Gandauo in quolibet. hic enim tenet ſcientiam ſnrtiri ſuum eſſe practicum à fine, qui eſt ipſa praxis, & vult ipſe Henricus hanc eſſe mentem
Tex. 49. Ariſt. 3. de anima, vbi ait intellectum extenſione fieri practicum & eſſe differentem à ſpeculatiun fine, & primn huius dicebat Philnſophus practicam eſſe minus nnbilem, quàm ſpeculatiuam, quia eſt gratia vſus; hæc ratio Ariſt. eſſet nullius roboris, niſi vſus eſſet per ſe finis habitus practici: clarius habet hoc Philoſophus 2. huius, vbi dicit finem ſpeculatiuæ ſcientiæ (In prologo.; Tex. 1.)

eſſe ve-

A eſſe veritatem,& finem practicæ eſſe opus. Additur & ratio talis,quia ſcientia non dicitur practica ex obiecto,ergo ex fine:conſequentia eſt euidens: antecedens probatur,quia intellectus extenſione fit practicus,vt ait Philoſophus 3.de anima,quod non eſt uerum,niſi de eodē intellectu prius ſpeculatiuo,& poſtea extenſo ad opus: ergo circa idem obiectum poteſt eſſe conſideratio ſpeculatiua & practica:& per conſequens non erit practica ex obiecto. Secundo quia medicina diuiditur in practicam & ſpeculatiuam, & tamen ipſa eſt de aliquo eodem ſubiecto ſic vel ſic accepta,ſcilicet ſanitate,vel corpore ſanabili. Præterea ratio quidditatiua rei accipitur per ſe à cauſis eius,ex quibus habet eſſe per ſe,& eſſentialiter:ſed finis per ſe notitiæ practicæ eſt per ſe cauſa eius, ergo ratio quidditatiua notitiæ practicæ accipitur per ſe à fine eius,qui eſt opus,ſeu praxis. Præterea notitia practica eſt illa,quę conformiter ſe habet appetitu recto 6. ethico. ergo ratio notitiæ practicę accipitur ex appetitu recto, ſicut ex regula:ſed appetitus rectus eſt appetitus finis,vt intenti, & amati. ergo &c. Sed reprobatur iſta opinio primo,quia ſi ſcientia dicitur practica propter extenſionem ad finem, aut propter extenſionem actualem, aut aptitudinalem: non primo, quia tunc eadem ſcientia aliquando

Tex.49.

Medicina ſcientia eſt duplex.

Cap.3.

Extenſio duplex actualis & aptitudinalis.

B eſſet practica,aliquando non,cum aliquando extendatur,aliquando non: tum quia faber non intendens operari,vel non operās actu,non haberet cognitionem practicam,quod eſt falſum ergo erit practica propter extenſionem aptitudinalem:nunc ſic, nunquam aptitudo conuenit vni naturæ,& repugnat alteri niſi propter aliquod abſolutum in tali natura intrinſecum;quia hæc natura eſt talis,ideo conuenit ſibi talis aptitudo: ergo præſupponitur in ipſa ſcientia aliqua conditio intrinſeca,propter quam conuenit ſibi aptitudo talis,iſta autem condictio ſcientiæ eſt ab aliqua cauſa eius priore:cauſę aūt priores eius ſunt intellectus, & obiectum: igitur eſſe practicum conuenit ſcientiæ ab obiecto, & ab intellectu: non ergo à fine. Et ſi quis diceret;contra, quia Auicenna 6.ſuæ metaph.ait,quòd finis eſt cauſa prima,ergo à fine poteſt ſciētia eſſe talis naturæ,vt ei conueniat talis aptitudo. Reſpondetur, finem non eſſe cauſam, niſi inquantum ſcilicet ipſe amatus & deſideratus mouet efficiens ad agendum: aptitudo autem dicta conuenit ſcientiæ,ſiue finis ſit amatus ſiue non:nam poteſt eſſe in intellectu dicta ſcientia qualitercunque voluntas ſe habeat, etiam ſi voluntas per impoſſibile non eſſet coniuncta intellectui;exemplum,ſcientia ſcribēdi adhuc eſt practica,ſiue voluntas amet opus,ſiue non:

Cap.3.

Finis amatus mouet efficiens.

C talis ergo aptitudo non cōuenit ſcientię à fine tanquam à finali cauſa,quia nihil eſt ab aliqua cauſa,illa cauſa non cauſante.

Nihil eſt ab aliquo non cauſante.

Et ſi quis adhuc inſtaret dicendo,quòd finis eſt aptus natus amari antequam aptitudo inſit ſcientiæ practicæ, itaquod illa practicabilitas eſt à fine,non vt amatus,ſed vt amabilis. Contra iſtam reſponſionem arguitur,quia finis non habet à cauſa aliquid,inquātum ipſa eſt apta nata cauſare niſi actu cauſet: ſed finis vt amabilis tantum eſt in aptitudine cauſandi: ergo non cauſat aliquid niſi vt actu amatus mouet efficiens ad agendum. Præterea arguunt ad principale ſic,ſi finis facit ſcientiam eſſe practicam,vel hoc eſt vt elicitus eſt & habitus in re extra, vel vt eſt cognitus,vel vt eſt intentus.non vt elicitus & habitus iam in re extra:quia ſic eſt poſterior ſcientia, & effectus eius aliquo modo, effectus autem non diſtinguit,neque ſpecificat ſuam cauſam:ſi vt cognitus, habetur propoſitum,quia ſic habet rationem obiecti,ſi autem vt intentus;hoc non poteſt eſſe,quia naturaliter antequam finis intendatur,iam ſcientia eſt talis ſcilicet practica. Soluuntur quoque rationes ſupradictæ.& primo illa, quæ fundatur ſuper dicto Ariſt.3.de anima,quia Philoſophus loquitur ibi de fine vt cognito: nam intellectus

Tex.49.

D ratiocinans propter aliquid ratiocinatur, ſcilicet propter finem cognitum, à quo ſumitur principium demōſtrationis practicæ:ſic autem finis habet rationem obiecti. Ad illud quod ſumitur ex 1.huius, dicitur quòd practica ſcientia non eſt gratia vſus vt per ſe finis, habet tamen aliquam aptitudinem ad vſum ſecundum quòd vſus eſt per ſe obiectum eius, vel aliquid virtualiter includens vſum,quale Philoſophus non poſuit aliquod ens,niſi ens ad finem:omne autem tale obiectum eſt ignobilius obiecto ſpeculabili, & ideo talis ordo ad praxim arguit ignobilitatem practicæ reſpectu ſpeculatiuæ. Ad illud quod ſumitur ex 2.huius dicitur, quòd ſpeculatiua & practica habent diuerſos fines, loquendo etiam de per ſe fine intra genus cognitionis: tamen illi fines non primo diſtinguunt ipſas:ſed prior diſtinctio ſcientiarum eſt ab obiectis,

In prologo.

Tex.1.

Ad rationem negatur antecedens,& ad probationem ſcilicet quòd intellectus fit practicus extēſione,rñdetur quòd intellectus ſpeculatiuus & practicus non ſunt circa idem obiectum: nec intellectus ſpeculatiuus quacunque extenſione fit practicus:cum Ariſt.ponat tres gradus intellectus:quorum primus eſt conſiderare tantum ſpeculabilia.Secundus eſt conſiderare agibilia in vniuerſali non dictando proſequi,vel fugere. Tertius eſt iam proſequi, vel fugere, vel di-

Gradus intelligendi eſſe poſſunt.

vel dictare proſequutionem, vel fugam in particulari; intellectus ergo exiſtens in ſecundo gradu, in quo eſt perfecte practicus, extendit ſe ad tertium, & fit perfecte practicus dictando ſe velle proſequi, vel fugere, itaquòd illa extenſio eſt intellectus imperfecte practici ad conſiderationem perfecte practicam, puta ab apprehenſione terribilium, ad dictamen completum de eius pręcipiendo fugam vel proſecutionem: dato etiam quòd intellectus ſpeculatiuus fiat practicus non eſt ad propoſitum; quia ſpeculatiuum, & practicum ſunt differentiæ accidentales intellectus; & eſſentiales ſcientiæ in communi, & ideo ſcientia ſpeculatiua non extenditur, nec fit practica, itaquòd impoſſibile eſt circa idem obiectum eſſe ſcientiam ſpeculatiuam, & practicam. Ad ſecundam probationem de medicina dicitur, quòd quando accipitur aliquod medium interduo extrema, quanto plus recedit ab vno extremo, tanto plus accedit ad aliud extremum: quia ſcientia pure ſpeculatiua, & ſcientia pure pratica, quæ immediate nata eſt eſſe conformis praxi eliciēdæ, quæ eſt practica particularis, ſunt quædā extrema, inter quæ eſt media ſcientia practica vniuerſalis, quæ ſcilicet non eſt nata eſſe immediate conformis praxi eliciendæ, ideo poteſt dici aliquo modo ſpeculatiua reſpectu ſcientię practicæ particularis, quę immediate dirigit eliciendam, ita in propoſito poteſt diſtingui medicina in theoricam ſeu ſpeculatiuam, quæ eſt de vniuerſalibus cauſis & curis, & in practicam, quæ eſt de particularibus propinquioribus praxi, tamen ſecundum veritatem illa vniuerſalis, quæ reſpectiue dicitur ſpeculatiua, eſt practica ſimpliciter, quia virtualiter includit particularem, & eſt directiua praxis, licet mediate. Aliam rationem reflectunt contra opinionem: quia ſtante maiori additur minor ſic, ſed finis per ſe notitię ſpeculatiuę eſt ſcire: ergo ratio quidditatiua notitię ſpeculatiuę accipitur per ſe à fine, qui eſt ſcire, & non ab obiecto, quod nullus ſanę mentis diceret; & ſic ad formam dicunt, quòd finis quo, non eſt cauſa finalis, ſed finis gratia cuius, quod eſt ipſum obiectum, eſt cauſa finalis, & ipſe eſt qui cauſat notitiam practicam, non autem finis quo, niſi quatenus habet rationem obiecti, & vt eſt cognitus. Ad aliam quoque rationem dicitur, quòd nō eſt intelligendū ſicut videtur accipere argumētū, quòd ſcientia practica ſe babet ad appetitum rectum conformiter paſſiue; ſed ſe habet conformiter actiue: nam habet rationem directiui, & regulatiui: idcirco concludunt ſcientiam practicam ſortiri ſuum eſſe practicum ab obiecto. A B

Medicina de vniuerſalib⁹ curis qualis ſit.

Sed dico (ſaluo ſemper meliori iudicio) ambas has opiniones eſſe diminutas, quia ſcientia perfecte non poteſt purè & ſimpliciter dici practica pręciſe ab obiecto neque ex fine tantummodo: igitur ambę opiniones diminute loquuntur: probatur aſſumptum, quia dicitur aliquis habitus practicus propter reſpectum prioritatis & conformitatis ad praxim: ſed hic reſpectus non eſt obiectum, nec finis: igitur nullus habitus poteſt dici ſimpliciter perfecte practicus ex obiecto, vel ex fine præciſe tantummodo. Præterea id, quo aliquid formaliter eſt tale, eſt ei intrinſecum, quia forma & effectus formaliter non ſeparantur; ſed obiectum & finis non ſunt intrinſeca habitui: ergo nullus habitus poterit dici complete, perfecte, & ſimpliciter practicus ex obiecto aut ex fine tantum, & ſic ſequitur ꝙ falſo Aliqui impoſuerūt S. Tho. primam opinionem, quòd ſcientia denominatur ſimpliciter practica ex fine; cum illa opinio ſit ipſius Henrici, vt dictum eſt, & ſic eſt diminuta, quod ſi quis euidentiſſime inſpicere voluerit, legat S. Thomam. 1. p. vbi quærit, num Deus habeat ſcientiam ſpeculatiuam de rebus ipſis, & diſtinguit, quòd aliqua ſcientia eſt ſpeculatiua tantum, aliqua practica tantum; aliqua vero eſt ſecundum aliquid ſpeculatiua, & ſecundum aliquid practica: & ſubdit quòd aliqua ſcientia tripliciter dici poteſt ſpeculatiua. Primo ex parte rerum ſcitarum, quæ non ſunt operabiles à ſciente, vt eſt ſcientia hominis de rebus naturalibus: vel diuinis. Secundo quantum ad modum ſciendi, vt puta ſi ędificator conſiderat domum definiendo, & diuidendo, & conſiderando vniuerſalia prædicata ipſius, & hoc eſt conſiderare operabilia modo ſpeculatiuo non ſecūdum quod operabilia ſunt: operabile enim eſt aliquid per applicationem formę ad materiam non per reſolutionem compoſiti in principia vniuerſalia formalia. Tertio quantum ad finē: nam intellectus practicus differt à ſpeculatiuo propter ipſum finem, vt ſcribitur 3. de anima: intellectus enim practicus ordinatur ad finem operationis: finis autem intellectus ſpeculatiui eſt conſideratio veritatis; vnde ergo ſi ędificator conſiderat qualiter poſſit fieri aliqua domus, non ordinans ad finem operationis, ſed ad cognoſcendum tantum, erit quantum ad finē ſpeculatiua, conſideratio tamen de re operabili; ex quibus verbis liquet practicam ſcientiam non dici perfecte practicam ex obiecto, vel ex fine tantum: hoc idem videre potes ſuper Boetio de trinitate, & 1. 2. vbi declarat quot modis operatio alicui potentiæ tribui poteſt. C D

Habit⁹ quare dicat̃ practicus.

Doctrina falſa impoſita S. Tho.

q. 14. art. 16.

Scientia tripliciter ſpeculatiua dici poteſt.

Tex. 49.

q. penult.

q. 16. art. 1.

Dilucidatio quęſiti.

Ob hoc pro dilucidatione præſentis quæſiti eſt attendendum, quòd oportet in hac diſputatione ſupponere omnia, quę habita ſunt in quæſtione de praxi primo huius, vbi declarauimus

mus

A mus quomodo praxis græce idem eſt quod operatio latine, non omnis, ſed inquantum regulatur à ratione: hinc operatio hominis, vt homo eſt, poteſt dici praxis, eo quòd omnis talis eſt regulabilis à ratione: operationes autem animalium non dicuntur praxes, niſi largo vocabulo, prout poſſunt aliquo pacto regulari ab ipſo homine. Notandum quoque eſt, quòd ad operationem ſimpliciter, & complete practicam requiritur primo ipſa potentia ſcilicet intellectus practicus. Secundo ipſa ſpecies, quæ eſt ſimilitudo in mente Artificis. Tertio ipſe habitus puta ars, vel prudētia. Quarto actus vt eſt elicitus, vel imperatus ab arte, vel prudētia. Quinto obiectū ſeu actus humanus: & quia proprie praxis non eſt niſi actus voluntatis, quia nullus alius eſt regulabilis à ratione, niſi actus voluntatis, ideò à doctoribus dicitur, ꝙ ſcientia vel intellectus practicus habet reſpectum fundamentalem prioritatis, & reſpectum ipſius potentiæ, in qua eſt ipſa, formaliter autem habet alium reſpectum conformitatis ſecundum quod iſte actus voluntatis eſt aptus natus regulari ab ipſo intellectu, ſiue ratione; quia actus, voluntatis, qui eſt praxis, eſt ille qui verſatur circa ea, in quibus cōtingit errare, & non errare, & ſic practica ſcientia vel intellectus practicus denominatur extrinſece ab actu voluntatis: &

Praxis eſt actus voluntatis.

B quia in omni ſcientia duo ſunt, ſcilicet finis, & obiectum, ſiue ſubiectum, quæ duo aliquando coincidunt in idem, vt in omnibus ſpeculatiuis idem ſit finis, & obiectum: nam obiectum cuiuſcunque ſpeculatiui eſt finis gratia cuius, omnem conſiderationem ipſe ſpeculans facit gratia illius, & illud finaliter intendit, & de illo affectiones, & accidentia, & definitionem inueſtigat; aliquando obiectum, & finis ſeparantur, ſicuti eſt in practicis; in medicinali ſcientia non eſt idem obiectum, & finis: quia obiectum eſt corpus humanum, de quo paſſiones, & definitiones ſpeculans ſpeculatur, vt dicitur quòd medicina eſt ſcientia corporum ſanorum, & ægrorum, & neutrorum; finis vero ipſius medici eſt ipſa ſanitas per artem medicinæ operabilis, vel actu curationis, vel conſeruationis, vel preſeruationis, & poſito adhuc quod in iſtis obiectum, & finis eſſent idem, non tamen eadem ratione, quia alia ratione corpus humanum eſſet obiectum, & alia finis: eſſet enim obiectum vt contemplabile, finis vero vt ſubiectum operationis.

In ſcientia duo ſunt.

Quādo obiectum & finis ſeparantur.

Eſt vlterius meditandum pro maiori dilucidatione dictorum & dicendorum, quòd eſſe practicum eſt eſſe directiuum & regulatiuum, eſſe regulatiuum conuenit omni habitui intellectus, quicunque ſit ille: quia per omnem habitum poteſt elici aliquis actus conformis habitui: actus enim, quo intelligo lapidem per habitum Philoſophicum, eſt conformis huic habitui; quia per ipſum attingitur lapis, vt eſt repreſentatus per ſpeciem; & quia omnis regula eſt prius regulato, cum regulatum præſupponat regulam, & menſuratum menſuram: & iterum quia omne regulatum poteſt eſſe conforme ſuę regulæ, alioquin fruſtra adhiberetur ei regula: ſiue enim actus non poſſit quouis modo eſſe deficiens, ſiue neceſſario ſit deficiens, fruſtra apponitur ei regula, ideo omnis habitus, qui eſt actuum directiuus, habet duos reſpectus ipſum conſequentes inquantum eſt regula, ſcilicet reſpectum prioritatis & conformitatis, ſed in his præciſe non conſiſtit ratio habitus practici, quia iſta conueniunt etiam habitui ſpeculatiuo, inquantum eſt ſpeculatiuus, quia circumſcriptis huiuſmodi reſpectibus adhuc poſſet dici ſpeculatiuus, ſi eliceret ſpeculationem, ſed conſequitur habitum ex ratione habitus intellectus, & non ex ratione ſpeculatiui: habitui autem practico conueniunt non ſolum quia eſt habitus intellectus, ſed etiam quia eſt practicus, quia inquantum eſt practicus eſt directiuus. Pręter iſtos reſpectus requiruntur alia tria: Primum eſt, ꝙ actus directiuus per habitum prædictum ſit alterius potentiæ ab intellectu. Secundum eſt, quòd obiectum reſpiciens huiuſ-

Practicum quid eſt.

D modi actus, ſit attingibile per talem actum. Tertium eſt ordo ſaltem habitualis inter habitū, & obiectum, ideſt oportet quòd habens habitum ordinet ipſum ad attingendum obiectum per actum, quem dirigit: & quia ſcientia practica, & ſpeculatiua ſunt formæ intellectus poſſibilis, quibus ipſe denominatur formaliter practicus & ſpeculatiuus; veluti albedo eſt forma parietis, qua ipſe denominatur formaliter albus, & quia forma dependet ex tribus cauſis, ſcilicet materia, forma, & fine, forma enim eſt actus materiæ illatus ab agente, & ordinatus ad opus; ex quibus ſequitur quòd intellectus practicus pro ſui eſſe requirit quatuor cauſas: ſciētia vero practica tres tantum: ſcientia enim practica eſt forma intellectus, propterea indiget intellectu pro ſui ſubſtentatione, eſt actus agentis, ideo indiget agente pro ſui eductione, eſt etiā intenta, ideo eget & fine: ſed intellectus practicus eſt quid compoſitum ex ſcientia practica, et intellectu, & ideo eget intellectu, & ſcientia practica, tāquam ipſius partibus, nec non fine, & agente, vt ſupra habitum eſt.

Intellectus poſſibilis denominatur practicus vel ſpeculatiu⁹.

Quibus ſtantibus ponuntur quatuor concluſiones ad mentem S. Thomæ, quarum prima eſt. Scientia practica non habet ſuum eſſe practicum ſimpliciter ex ordine ad finem: quæ qui-

Abſolutum non dicitur tale per reſpectiuum.

dem concluſio ita probatur: nullum abſolutum debet formaliter dici tale per relationem: relatio enim cum ſit minimæ entitatis, non poteſt eſſe cauſa alicuius abſoluti: ſed ordo ad finẽ dicit relationem: ergo ſcientia quæ eſt quoddam abſolutum, non debet dici practica nec ſpeculatiua ex tali ordine ad finem. Secunda concluſio eſt. Scientia practica non dicitur ſortiri ſuum eſſe practicum abſolute, & ſimpliciter à fine: probatur, quia prius non denominatur à poſteriori; ſed finis eſt poſterior his, quæ ſunt ad finem: ergo ſcientia non debet denominari practica, aut ſpeculatiua à fine præciſe, & ſecuodũ quòd finis habet eſſe in intẽtione. Tertia cõcluſio. Scientia non dicitur præciſe practica ex obiecto, quia ab eodẽ habet quòd aliqua ſciẽtia ſit practica, à quo habet quòd ſit habitus alicuius, ſed non ab obiecto, ſed à natura ſua propria habet quòd ſit habitus actiuus: igitur ſcientia non dicitur practica præciſe ab obiecto, tanto magis, quia ſi ideo ſcientia eſſet practica, quia eſt de obiecto operabili: ſequeretur quòd illa pars libri, in qua agitur de actibus ſenſuum, intellectus, & voluntatis, eſſet ſcientia practica quod eſt expreſſe cõtra Philoſophum in hoc libro, conſequentia patet, quia prędicti habitus ſunt operabiles. Quarta concluſio. Scientia dicitur ſimpliciter, & perfecte, & complete practica ex omnibus iſtis, ſcilicet ex ordine ad finem, ex ipſo fine, & ex obiecto; principaliter tamen à fine, quia à cauſa, quæ eſt omniũ cauſa principalius dependet effectus in eſſe; ſed finis eſt cauſa cauſarum, ut omnes fatentur: igitur à fine principaliter, & ab omnibus integre pendet, quia quando aliquid dependet à pluribus partialiter integre dependet ab omnibus: ſed ſcientia practica partialiter dependet ab ordine ad finem, & ex ipſo fine, & ex obiecto, igitur integre ab omnibus iſtis dependet. Et ſic ſoluuntur omnia argumenta tum Henrici tenentis quòd notitia dicitur practica ex fine, conceditur vtique, ſed non præciſe, licet principaliter. Argumenta quoque Aduerſariorum ſoluuntur, quòd notitia dicitur practica ex obiecto, ſunt enim concedenda, ſed nõ pręciſe ab obiecto; ſic quoque intelligũtur omnes auctoritates tum Ariſt. tum S. Thomę iuxta verum ſenſum, quomodo ex fine, & quomodo ex obiecto ſcientia dicitur & denominari debet practica.

Finis eſt cauſa cauſarum.

Veritas eſt ſolutio dubiorum.

Quare ſi omnis intellectus aut actiuus, aut factiuus, aut ſpeculatiuus eſt, &c. Tex. 1.

Num practicum & ſpeculatiuum ſint differentiæ eſſentiales ipſius ſcientiæ in communi.

Dilucidatio ſecunda.

DICVNT Aliqui ex recentioribus hic, quòd prima diuiſio alicuius generis ſemper videtur fieri per eſſentiales differẽtias, ſicuti quando diuiditur ſubſtantia per corporeum & incorporeum, ſed iſta eſt prima diuiſio tradita ab Ariſto. in communi de ſcientia: quia omnis intellectus, ſiue ſcientia, aut eſt actiuus, aut factiuus, aut ſpeculatiuus: igitur omni dubitatione ſemota tenendum eſt hanc primam diuiſionem eſſe per eſſentiales differentias. Sed cõſideremus in primis opinionẽ iſtorũ, qui ponunt vnam diſtinctionẽ cum duabus concluſionibus. Diſtinctio eſt, practicum & ſpeculatiuum dupliciter accipi poſſe. Vno modo ut practicũ accipiatur pro eſſe aptitudinali directiuo, ſeu pro illo duplici reſpectu aptitudinali, ſcilicet prioritatis naturalis, & conformitatis; ſpeculatiuum autem accipiatur pro negatione illius duplicis reſpectus, ſeu extenſionis ad praxim. Alio modo poteſt accipi practicum, ſeu praxibilitas pro ratione quadam, ſiue conditione intrinſeca ipſi notitiæ, quæ quidem eſt ſibi ratio fundandi talem reſpectum & aptitudinem; ſpeculatiuum, vel ſpeculabilitas accipi poteſt pro illa ratione intrinſeca, pro qua repugnat tali notitiæ aptitudo, ſeu reſpectus aptitudinalis prædictus, impoſſibile enim eſt aliquã aptitudinẽ cõuenire vni naturæ, & repugnare alteri, niſi ratione alicuius conditionis intrinſecę. Qua diſtinctione ſtante ponunt duas concluſiones, quarum prima eſt. Speculatiuum & practicum primo modo non ſunt differentię eſſentiales ſcientiæ in communi, quam ita probant: nullus reſpectus formaliter, vel negatio reſpectus, eſt differentia eſſentialis alicuius abſoluti; ſed ſciẽtia eſt quoddam abſolutum, quia eſt qualitas: practicum autem dicit formaliter reſpectum, ſpeculatiuum

Reſpectus duplex aptitudinalis.

vero

A vero negationem eius : ergo practicum & ſpeculatiuum primo modo non ſunt differentiæ eſſentiales ſcientiæ in communi.

Et ſi quis quęreret, quid erunt. Reſpondent quòd ſunt paſſiones diſiunctę ſcientię in communi, eo modo qno dicimus par vel impar eſſe paſſiones diſiunctas numeri, ſicut enim numerus eſt par, vel impar, ſic ſcientia eſt practica, vel ſpeculatiua. Secunda conclnſio eſt iſta. Practicum & ſpeculatiuum ſecundo modo dicta, ſunt differentiæ eſſentiales ſcientiæ in communi : quam ſic perſuadent : illa, quæ faciunt differre eſſentialiter ſpecies contentas ſub genere, ſunt differentiæ eſſentiales eius: ſed ſpeculatiuum & practicum ſunt huiuſmodi, ſecundo modo dicta reſpectu ſcientiæ in communi : igitur ſpeculatinum & practicum ſunt eſſentiales differentię : minor patet, quia ex quo practica & ſpeculatiua ſunt duæ ſpecies contentę ſub ſcientia in communi, vt ſub genere, oportet date differentias eſſentiales, quibus diſtinguantur ; illas vocant conditiones ſeu rationes intrinſecas earum, per quas vni conuenit duplex reſpectus prædictus, & alteri repugnat.

Paſſio duplex diſiuncta & côiuncta.

Et ſi quis inſtaret dicendo, ꝙ affirmatio & negatio non ſunt differentię eſſentiales alicuius B poſitiui: ſed practicum & ſpeculatiuum ſe habent ſicut affirmatio & negatio: nam practicum dicit extenſionem ad ptaxim ; ſed ſpeculatiuum negat illam ; & ſic ſe habent vt affirmatio & negatio. Soluentes hoc argumentum dicunt, quòd practicum & ſpeculatiuum primo modo dicta, ſe habent ſicut affirmatio & negatio, & hoc modo non ſunt differentię eſſentiales, vt probatum eſt per primam concluſionem : ſed ſumpta ſecundo modo ipſum practicum & ſpeculatiuum ſunt differentię eſſentiales, vt dictum eſt per ſecundam concluſionem, quia vtrunq; dicit aliquid poſitiuum.

Affirmatio & negatio non poſſunt eſſe eſſentiales differẽtiæ rei.

Sed argumentor contra ſecundum membrum diſtinctionis : nam quæro quid intelligant per conditionem intrinſecam ipſi notitiæ, quæ conditio eſt ratio fundandi reſpectum, & aptitudinem: aut intelligunt ipſammet notitiam, aut aliquid ſumptum ab obiecto, ſiue à fine. non primo, quia idem non poteſt eſſe differentia eſſentialis conſtituens, & ſpecies conſtituta: non ſecundo, quia quod ſumitur ab obiecto, & à fine eſt quid extrinſecum, ſed per extrinſecum non poteſt vna ſcientia eſſentialiter diſtingui ab alia ſcientia : igitur membrum ſumptũ in diſtinctione illa eſt nullius momenti. Prӕterea omnes ſcientiæ ſunt eiuſdem ſpeciei ha- C bitus, vt docuit Ariſto. in prædicamentis: ſed quæ ſunt eiuſdem ſpeciei non poſſunt differre differentiis eſſentialibus : igitur practicum & ſpeculatiuum non poſſunt eſſe differentiæ eſſentiales, etiam quòd ſumantur pro conditione intrinſeca ipſi notitiæ, vt dicunt Aduerſarij. Tertio quę differunt ſpecie non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, vt ſcribitur 10. huius, ſed omnes ſcientiæ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto; igitur non differunt ſpecie : ex conſequenti practicum & ſpeculatiuum non ſunt differentiæ eſſentiales. Contra illud aliud quod dicunt, quòd ſunt paſſiones diſiunctæ, ſicut par & impar: quia ante quamcunque paſſionem oportet aſſignare differentias illius, cuius aſſignantur paſſiones, vt patet, qnia ante riſibile ipſius hominis aſſignatur rationale: ſed nihil conuenit ſcientiæ ante practicum & ſpeculatiuũ: igitur male dicitur ab ipſis practicum & ſpeculatiuum eſſe paſſiones diſiunctas. Prӕterea paſſio poteſt ſine ſubiecto intelligi, vt ipſi fatentur, puta riſibile ſine homine intelligitur: ſed practicum & ſpeculatiuum non poſſunt intelligi ſine ſcientia: igitur practicum & ſpeculatiuũ non ſunt paſſiones ipſius ſcientiæ in communi.

Idem nõ eſt differẽtia & ſpecies.

Cap de qualitate.

Tex. 13.

Subiectum poteſt eſſe ſine paſſione diuina virtute.

Pro dilucidatione ergo huius difficultatis eſt ſciendum, quòd practicum & ſpeculatinum D neque ſunt differentiæ eſſentiales primo diuidentes ſcientiam in communi, neque quaſi paſſiones conſequentes primo diuidentes ipſam ſcientiam, ſicut nec viſiuum, & auditiuum ſunt differentię primo diuidentes ſenſum in communi ; ſed qnemadmodum ſenſus prius diuiditur in communem, & proprium & deinde ſenſus proprius diuiditur in viſum, auditum, guſtum, &c. ita ſcientia prius diuiditur in ſcientiam finitam & infinitam : & deinde ſcientia finita diuiditur per practicum & ſpeculatiuum : & ratio huius eſt, quia vna ratio formalis obiecti finita non poteſt habere vtranque conditionem, & quod ſit, ex qua ſumatur regula operandi, & qnòd ſit in ſe ſcibilis, etiam ſi nulla poſſit ex ea regula operis ſumi, ſed oportet has duas conditiones in duabus fundari rationibus formalibus finitis : ſed ſi ratio formalis alicnius obiecti ſcibilis eſt infinita, iam ex ſua infinitate vtranque conditionem in ſe compręhendit altiori modo, quàm ſint in rebus finitis, eo quòd diſperſa in inferioribus vnitè inueniuntur in ſuperioribus : & propterea ſicut præter ſenſus proprios datur ſenſus altioris ordinis, qui nõ eſt viſus, nec auditus &c. ita præter ſcientias ſpeculatiuas, & practicas datur ſcientia altioris ordinis, nec ſpeculatiua nec practica, ſed eminenter continens vtranque, vt eſt theologia reuelata; ſpeculatiuum ergo & practicum non dicuntur differentiæ

Pulchra ſpeculatio & ſubtilis.

eſſentiales, nec paſsiones ſcientiæ in communi vt ſic. A

Practicum & ſpeculatiuũ bifariam cõſiderantur.

Secundo eſt notandum, quòd practicum & ſpeculatiuum poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo formaliter, & proprie. Alio modo circumlocutiue. primo modo non ſunt differentiæ eſſentiales, quia nullum poſterius eſt de eſſentia prioris, nam conſtitutiuũ eſſentiæ alicuius eſt prius ipſo conſtituto: ſed practicum & ſpeculatiuum ſunt poſteriora ſcientia, cui conueniunt: quia omnis reſpectus eſt poſterior fundamento: igitur practicum & ſpeculatiuum proprie loquendo non ſunt eſſentiales differentiæ ipſius ſcientię in communi. circumlocutiue vero loquendo de eis, ſic dicuntur differentiæ eſſentiales, nam quędam entia ſortiuntur ſpeciem per aliquid ſui, vt ſunt ſubſtantiæ completę, & albedo & nigredo, quę ſunt entia abſoluta; & in iſtis eadem eſt differentia formalis, ſpecialis & eſſentialis. Quædam ſunt entia, quę ſortiuntur ſpeciem ab aliquo extrinſeco, vt ſunt potentię, habitus, & motus, ac operationes: & differentię iſtorum entium dicuntur eſſentiales non proprie, ſed circumlocutiue.

Scientia eſt de numero relatiuorum ſecũdum dici.

Tertio eſt notandum, quòd ſcientia non eſt purum abſolutum, nec purum relatiuum, cum ſit relatiuum ſecundum dici, quod quidem relatiuum quoad ſuum principale ſignificatum eſt abſolutum, cum ſit in prima ſpecie qualitatis, quæ eſt habitus, & diſpoſitio: quoad ſigni- B ficatum ſecundarium per ſe refertur ad ſcibile, & ſic dicitur ſcientia ſcibilis ſcientia, & ſcibile ſcientia ſcibile.

Quibus ſtãtibus ponuntur aliquę concluſiones, quarum prima eſt. Practicum & ſpeculatiuum ſunt differentię eſſentiales ſcientię finitę in communi circumlocutiue loquendo, probatur quia ſcientia in communi cum ſit quoddam genus, oportet vt diuidatur per aliquas differentias eſſentiales, & non apparet quibus aliis differentiis diuidatur, niſi iſtis: igitur hę ſunt eſſentiales differentiæ, ſ. circũlocutiue. Secunda concluſio. Practicũ & ſpeculatiuum non ſunt differentię eſſentiales ipſius ſcientię in cõmuni quoad principale ſignificatum, ſed bene quoad ſecundarium: probatur prima pars concluſionis: quia res vnius prędicamenti non eſt differentia eſsentialis alterius prędicamenti per illam regulam, diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum, &c. ſed practicum & ſpeculatiuum ſunt reſpectus, & ſcientia eſt in

Practicũ eſt ordo ad opus.

genere qualitatis: igitur practicum & ſpeculatiuum non ſunt differentiæ eſſentiales; probatur minor, quia practicum eſt ordo ad opus, ſpeculatiuum priuat illum ordinem. Quoad ſecundam partem probatur ſic; relationes ſunt differentię relatiuorum eſſentiales, vt patet C

Tex. 20.

per Ariſto. 5. huius. ſed ſcientia quoad ſuum ſecundarium ſignificatum eſt quoddam relatiuum; practicum, & ſpeculatiuum ſunt relationes: igitur erunt eſſentiales differentię ipſius ſcientię in communi.

Tertia concluſio. Practicum & ſpeculatiuum ſufficienter diuidunt habitus finitos intellectus, probatur quia omnis habitus intellectus aut eſt ſapientia, aut intellectus principiorum,

Dilucidatio 9. & 10.

aut ſcientia, aut prudentia, aut ars vt habitum eſt 1. huius: ſed ſapientia eſt de numero ſpeculatiuarum, intellectus ſiue habitus primorum principiorum ſpeculabilium eſt ſpeculatiuus; & intellectus practicorum eſt practicus, vt puta omne bonum eſt proſequendum, & omne

Tex. 2.

malum fugiendum: ſcientia vel eſt practica vel ſpeculatiua, vt habetur in hoc libro: prudentia & ars ſunt habitus practici: igitur concluſio eſt vera quòd practicum & ſpeculatiuum ſufficientiſsime diuidunt habitus intellectus.

Quarta cõcluſio. Scientia ſpeculatiua eſt nobilior practica ſimpliciter loquendo, ſm quid

Tex. 1.

vero poterit eſſe ignobilior. prima pars probatur per Ariſ. 1. de anima, dicentẽ theoricas eſſe deſiderabiliores practicis, quia per theoricas aſsimilamur nobiliſsimis ſubſtantiis intelle- D ctualibus; per practicas vero non: quia noſtra opera artificialia eis non conueniunt. hinc finis ſcientiarum ſpeculatiuarum eſt ſcire; finis practicarum eſt operari: melius eſt ſcire vt ſic,

q. 1. art 5.

quàm operari vt ait S. Tho. 1. p. igitur prima pars concluſionis eſt optima. Secunda pars probatur ſic: quia aliqua ſcientia practica eſt nobilior ſpeculatiua, puta philoſophia moralis eſt

Moralis ſciẽtia eſt nobilior logica.

nobilior logica quoad fines ſuos proprios; & etiã ipſa mathematica, & philoſophia naturalis quoad aliquas cõcluſiones: nam melius eſt operari ſm virtutem, quàm ſcire ſyllogiſmum, & triangulum habere tres angulos, & ꝙ terra deſcendat, & ſic de multis aliis concluſionibus:

Tex. 52.

hinc Philoſophus 12. huius, dicebat melius eſt quædam non videre, quàm videre: patet ergo quomodo practicum & ſpeculatiuum ſint ſcientiarum differentię, & quomodo illas variant

q. 1. art. 5.

quoad nobilitatem & ignobilitatem; de hac re lege Caietanum in 1. p. S. Thomę, vbi loquitur de ſcientiis practicis ſubordinatis & diſparatis, & quomodo altera illarum eſt altera nobilior, & quomodo eſt dignius miniſtrare arti ſuperioris ordinis puta artifici, quàm principati in arte inferioris ordinis, puta figulo.

A *Quare tres erunt philoſophiæ theoricæ,mathematica,phyſica, theologia,&c. Tex. 2.*

Num hæc diuiſio in tres iſtas theoricas ſcientias ſit congrua.

Dilucidatio tertia.

EST vna opinio,quam ſequuntur Recẽtiores, aſſerẽs hic eſſe ſermonem de ſciẽtiis ſpeculatiuis realibus,quę cõſiderant intentiones primas abſtractas à ſingularibus realibus,& dictas de illis in quid, per quod excluditur logica,quæ eſt de ſecundis intentionibus, quæ de nulla re primę intentionis prædicantur in quid. Vult etiam quòd hic textus loquatur de ſcien- B tia ſpeculatiua proprie ſumpta, quæ ex ſui natura & eius ſubiecti, ordinatur tanquam ad finem, ad ſcire tantum, & non quę ordinatur ad ſcire directiuum in aliquam operationem,quæ non eſt eſſentialiter ſpeculatiua, per quod excluditur practica vniuerſalis,quę largo modo dicitur ſpeculatiua, eo modo,quo medicina vniuerſalis dicitur,& vocatur theorica. Addit quoque Ariſt. loqui de ſcientia ſpeculatiua poſſibili acquiri ab homine ex lumine naturali intellectus, ſcilicet ex principiis cognitis via ſenſus; quia cognitio noſtra oritur a ſenſu primo poſter. per quod excluditur ſpeculatiua cognitio de ſubſtantiis ſeparatis quantum ad propria ipſarum.

Logica eſt de ſecundis intentionibus.

Tex. 1.

Quibus iactis ponit talem concluſionem. Iſta diuiſio ſcientiæ poſita hic ab Ariſt. eſt rationabiliter tradita in tres partes, ſcilicet mathematicam, phyſicam,& metaphyſicam,verum quia poterit eſſe dubium de vnitate iſtarum ſcientiarum, propterea antequam declaretur dicta concluſio,declarabitur quomodo ſcientia poteſt dici vna:ad quod perſuadendum fingit quòd habitus intellectus eſt quędam qualitas generata ex frequenti conſideratione,vel ex vnica perfecta inclinans intellectum ad conſimilem;& in qualibet ſcientia ponitur duplex habi- C tus reſpectu cõcluſionum. Vnus qui formaliter inclinat ad ſpeculationem ipſarum tanquam naturalis ſimilitudo derelicta ex conſideratione eius. Alter vero habitus communis inclinat virtualiter,& formaliter ad ſpeculationem alterius,in quo ſcilicet illę concluſiones continebantur virtualiter,ſecundum primum habitum;tot ſunt ſcientiæ,quot ſcibilia,quia cum habitus innoteſcat per actus, & reſpectu diuerſarum concluſionum ſint diuerſi actus ſciendi diſtincti ſpecifice,ſic etiam habitus erunt diſtincti ſpecie: minor probatur, quia actus ſciendi circa diuerſas concluſiones ſunt diſtincti pluſquam numero:ergo ſpecie:conſequentia patet, quia differentia maior quàm numeralis eſt ſpecifica:antecedens probatur,quia ſi non:ergo tales actus circa diuerſas concluſiones non plus diſtinguerentur,quàm actus ſciendi circa eandem concluſionem frequenter elicitus:nam omnis differentia numeralis eſt ęqualis: iuxta ſecundum habitum vna erit ſcientia reſpectu multorũ complexorum,cum enim concluſiones ſint in principiis virtualiter, & principia ſint in ſubiecto etiam virtualiter, terminus enim, qui eſt ſubiectum includit prędicatum in primis principiis & hoc eſſentialiter,ſi ſint per ſe primo modo, vel virtualiter ſi ſint per ſe ſecundo modo,quia inquantũ ſic eſt,ſequitur quòd D in ſubiecto incomplexo quidditatiue cognito virtualiter continẽatur principia, & concluſiones de tali ſubiecto,& ſic tota notitia,quæ eſt de tali ſubiecto nata eſt haberi; & etiam vlterius quæ nata eſt haberi de aliis per rationem eius, ſiue ſint inferiora contenta ſub illo, ſiue ſint aliqua attributa ad ipſum vt ad primum;omnia virtualiter continentur in ipſo ſubiecto, itaquòd habitus, qui inclinat formaliter ad ſpeculandum tale ſubiectum ſecundum rationem quidditatiuam,inclinat etiam virtualiter ad omnia complexa prędicta,ſed primo ad conſiderandum de ſubiecto ipſo;per ſe autem,ſed non primo ad conſiderandum de aliis per rationẽ eius;& ita reſpectu omnium iſtorum eſt vnus habitus virtualiter.

Habitus duplex.

Subiectum incomplexũ quid continet.

Hinc prima diſtinctio ſcientiarum ſecundum concluſiones ſcitas poteſt eſſe ſecundum ſpecies ſpecialiſſimas; ſed illa, quæ eſt ſecundum virtualem continentiam,erit diſtintio ſecundũ genera proxima ſic intelligendo,quòd in vna notitia ſubiecti omnes ſcientiæ primo modo dictæ virtualiter contentæ ſunt vnius generis tantum; ſed notitia continens eſt vna ſpecie ſicut & ſubiectum cuius eſt;& hoc modo poteſt intelligi illud 1. poſter. quòd vna ſcientia; quę eſt vnius generis ſubiecti ſit vna, vel vnitate ſpecifica, vel vnitate generis proximi; vltra ſcientiam ſecundo modo dictam eſt minor vnitas ſcientię, quæ eſt reſpectu multorum verorum com-

Prima diſtinctio ſciẽtiarum qualis eſt iuxta ſententiam aliquorum.

Cap. 11.

plexorum,ad quę non inclinat virtualiter vnus habitus ſnbiecti nec primo nec per ſe, vt dice- A
batur ſecundo modo,ſed tantum in potentia,& in vniuerſali,veluti habitus inclinans forma-
liter ad conſiderandum aliqnod ſubiectum commune inclinat ad conſiderandum propria in
feriorum de ipſis tantum in vniuerſali,quę ſcilicet ſcienda ſunt per proprias rationes inferio-
rum,& non per naturam communis, & iſta vnitas minime poteſt dici vnitas generis remoti
intelligendo ſimili modo vt expoſitum eſt in ſecundo modo de ſcientia virtualiter,quæ in ſe
eſt vna ſpecies: ſed ſcientiæ omnes formaliter in iſta virtualiter contentę ſunt vna genere re-
moto,& ſic intelligunt modo concluſionem,quòd illa diuiſio ſit primaria,quę ſcilicet eſt con
tenta immediate ſub diuiſo;quam concluſionem ſic probant, talis diuiſio non poteſt eſſe in
ſcientias habentes vnitatem primo modo,quia illę ſunt ſpecies ſpecialiſſimæ & remotiſſimæ
à diniſo: ergo oportet vt ſint habentes vnitatem ſecundo vel tertio modo: ſed vtraque iſtarũ
vnitatum correſpondet vnitati ſnbiecti virtualiter continentis totam ſcientiam,vt ſuppoſitũ
Diſtinctio ſubiectorũ. eſt:ergo ſequitur quòd ſecundnm diſtinctionem talium ſubiectorum eſt diuiſio talium ſcien
tiarum:& adhuc ſic probant,ſubiecta propria prima ſpeculabilia realia,de quibus poſſnnt ali
qua ſciri via ſenſus,ſunt tantum tria:igitur tantum ſunt tres ſciẽtiæ ſpeculatiuę propriæ reales B
& ſcibiles naturaliter via ſenſus: conſequentia patet ex prędictis: antecedens probatur ſic: nã
ab omnibus ſpeculabilibns realibus poteſt abſtrahi vnum cõmune, qnod eſt ens habens pro-
Tex. 5. prias paſſiones 4. huius, vt ſunt omnia tranſcẽdentia denominatiua,puta vnum,bonũ,actus,
potentia &c. ergo de ente eſt aliqua ſcientia poſſibilis quantum ad tales paſſiones,& etiam ne
ceſſaria,quia cognitio noſtra procedit à cõibus ad propria ex 1. phyſi. ens autem eſt ſubiectũ
reale,nam prędicatur de rebus in quid;& eſt ſubiectum proprie ſpeculabile,qnia circa ens in
quantum ens non eſt nata eſſe ſpeculatio directiua in aliqua operatione, quæ ſit vera praxis,
& alterius generis à ſpeculatione. Iterum paſſiones eius poſſunt oſtendi de ipſo ex principiis
cognitis via ſenſus,& ſic habemus vnum primum ſubiectum, quod habet omnes prædictas
conditiones,& ex his patet vna pars antecedentis.

Vlterius quia habitus in vniuerſali non eſt reſpectu propriorum,niſi in potentia tantum &
ſecundum quid;ad hoc vt intellectus circa alia ſpeculabilia perficiatur oportet deſcendere in-
ferius,& quærere ſubiecta ſpecialia:& quia ſub ente occurrunt primo decẽ generaliſſima, de
quibus ex principiis notis via ſenſus non ſunt demonſtrabiles aliæ paſſiones, quàm tranſcen- C
dentes,ideo nullum iſtorum eſt ſubiectum alterius ſcientiæ à metaphyſica. Vlterius ſi oportet
diuidere ad inueniendum ſnbiectum alicuius ſciẽtiæ, non oportet procedere diuidendo ali-
quod genus accidentis:nam quodlibet illorum,& quælibet ſpecies cuiuslibet illorum in ali-
qua ſpecie ſubſtantiæ mediate vel immediate virtualiter continetur; & ita quodcunque iſto-
rum ponatur pro ſubiecto,licet forte haberet aliquam paſſionem ſcibilem de ſe: non tamen
eſſet primum ſnbiectum,quare non accipietur prima diſtinctio ſciẽtiarum penes aliquid iſto
Diuiſio ſubſtantię p corporeũ & incorporeum. rum:oportet ergo diuidere ſubſtantiam pręciſe,vt ſubiectum primum habeatur alterius ſciẽ-
tiæ aliud à ſubiecto metaphyſicę:diuiſa autem ſubſtantia per corpoream & incorpoream, al-
terum membrum,ſcilicet incorporea dicitur ad metaphyſicum pertinere,cuius ratio hęc eſt;
quia & ſi ſubſtantia incorporea habeat paſſiones ſibi primo inhęrentes, non tamen nobis ſci-
biles via ſenſus;ſed ſic ſunt notæ de ipſa ſolę paſſiones entis,vnde verum eſt,quòd illa ſubſtã-
tia eſt ſubiectum ſcientiæ ſpeculatiuę poſſibilis intellectui potenti cognoſcere ipſam ſub pro-
pria ratione,ſed non nobis,reſtat ergo ſubſtantia corporea,cui abſolute conſideratæ ineſt pri-
mo quantitas continua,ſecundo quantitas diſcreta, & mediante quantitate omnia,quę conſe- D
quũtur quantitates,vt ſunt relationes fundatæ ſuper quantitatem, & etiam qualitates quartæ
ſpeciei,& illæ paſſiones ſunt de ipſa cognoſcibiles ex principiis cognitis via ſenſus: ergo ipſa
poteſt eſſe,& eſt ſubiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ poſſibilis nobis,& alterius à metaphyſica; &
hęc nominatur mathematica,quæ quamuis dicatur eſſe de quanto vel de quantitate, ideo eſt
quia mathematica non multum comparat quantitatem ad ſubſtantiam corpoream, ſed po-
ſteriores paſſiones ad quantitatem, quæ eſt prima paſſio, & quia ipſa nota eſt ineſſe ſubiecto;
ideo quaſi ſupponit vt formalis ratio ſubiecti; tamen ſecundum veritatem primum ſubiectũ
virtute continens omnia eſt ſubſtantia corporea:& ex his habetur ſecunda pars antecedentis.
Tunc vltra eadem ſubſtantia corporea non contracta ad inferiora, ſed alio modo conſiderata
Forma eſt principiũ determinatę operationis. inquantum ſcilicet habens formam,quæ eſt principium determinatæ operationis, & motus,
& quietis,habet multas paſſiones ſic ſibi inhęrentes,& ſcibiles ſecundum viam ſenſus:ergo ſe
cundum iſtas paſſiones eſt alia tertia ſcientia ſpeculatiua,quę dicitur phyſica,ſeu naturalis:&
ex his patet antecedens quoad tertiam partem. Pręter iſtas tres non poteſt inueniri aliquã
alia ſcientia ſpeculatiua,quæ non contineatur ſub iſtis,vel aliqua iſtarum,puta ſi ſit de aliquã
ſubſtantia

A ſubſtantia inferiori,vel in aliqua iſtarum includatur,puta ſi ſit de aliquo accidente:ergo ſunt tantum illæ tres diuidentes ſcientiam ſpeculatiuam,penes tria ſubiecta habentia conditiones ita expreſſas.

Sed in hac deciſione ſunt multi errores. Primus eſt,quia ſtante opinione iſtorum,ſequeretur quòd omnes habitus ſcientifici eſſent vna ſcientia per aggregationem,quod tamen ipſi impugnant tanquam falſum,& impoſſibile:conſequentia probatur, quia ipſi ponunt habitũ inclinantem intellectum formaliter ad aliquod ſpeculabile,& habitum inclinantem virtualiter ſecundum genus remotum,& habitum ſecundum genus propinquũ, & iſti tres efficiunt vnum per aggregationem,ergo &c. Præterea ſequeretur quòd omnes ſcientię totales eſſent vnus habitus virtualiter, quod adhuc putant eſſe impoſſibile: deducitur conſequentia, quia concluſiones omnium ſcientiarum reducuntur ad vnum primum ſimpliciter, & commune principium, vt habetur 4. huius, & ſic omnes ſcientiæ eſſent vnus habitus virtualiter per reductionem ad illud primum principium ſimpliciter. Tertio argumentatur,quia ſi omnes concluſiones efficiunt vnum habitum virtualem per reductionem ad vnum obiectum,quod B eſt ſubiectum conſiderationis:ergo pari ratione omnes ſcientiæ eſſent vnus habitus per reductionem ad vnum ſubiectũ inhęſionis,quod eſt intellectus,ſed hoc eſt inopinabile;quia tunc grãmatica eſſet metaphyſica & econtra. Secundus error eſt,quia aiunt ſubſtantiã incorporeã eſſe ſubiectũ ſcientię ſpeculatię poſſibilis intellectui potenti agnoſcere ipſam ſub propria ratione;ſed non nobis,hoc autem eſt contra Ariſt.rationem, ipſoſmet,& Auerr. Ariſt. 12. huius, inueſtigauit multas proprietates ſubſtantiarum abſtractarum, & pręcipue primi principii: quæ proprietates non explicantur per paſſiones entis,puta quòd eſt actus purus, quòd eſt maxime intelligibile, quòd intellectio eſt ſua ſubſtãtia,ſua delectatio,ſua uita,& quòd eſt bonum totius naturę,à quo cęlum,& natura pendet. Tex. 5. Scientię omnes ſimul nõ ſunt vn⁹ habitus. Tex. 54. De⁹ eſt à quo cælum & natura pendet.

Eſt etiam contra rationem hoc dictum,quia ſi non poſſumus cognoſcere de ſubſtantiis ſeparatis,niſi ſolas paſſiones entis, tunc genus abſtractorum non erit ſubiectum in 12. huius, probatur conſequentia,quia de ſubiecto cognoſcitur quid & quia 1. poſter. ſed per paſſiones entis non cognoſcitur quid ſubſtantiarum ſeparatarum:igitur error maximus committitur in hac parte. Eſt etiam contra ipſos tenentes 2. huius intelligentias cognoſci quidditatiue ab in- C tellectu viatoris. Quod etiam & Auerroiſtæ ſubſtinent;ſi ergo cognoſcuntur ſolæ paſſiones entis,quæ ſunt communes omnibus rebus;quomodo poſſunt cognoſci quidditatiue; quia id quidditatiue cognoſcitur,quod per propria pędicata notificatur nobis, & non per communia: ſed ſubſtantiæ ſeparatę non per propria,ſed per communia prædicata notificantur nobis: igitur non quidditatiue cognoſcuntur: maior eſt nota: minor eſt Scoti hic dicentis de ſubſtantiis ſeparatis ſolæ paſſiones ſunt nobis cognitæ. Tertius error eſt in aſſignatione trium ſubiectorum in tribus ſcientiis ſpeculatiuis: dicunt enim quòd hec tria ſubiecta ſunt tres ſubſtantię,puta ſubſtantia incorporea in metaphy. ſubſtantia cui primo ineſt quantitas cõtinua, ſecundo quantitas diſcreta in mathematica,ſubſtantia corporea habens formam,quę eſt principium determinatæ operationis,motus,& quietis in phyſica. Tex. 5. Quæſt. 3. Neoterici ducuntur in contradictionem.

Hæc aũt determinatio eſt imaginaria,& contra Ariſt. 4. huius, vbi habet, eſt ſcientia quædam,quæ ſpeculatur ens prout ens eſt,& quæ ei per ſe inſunt, ceterę vero ſcientię ſunt abſcindentes quandam partem entis.& Auerr. exponens verba hæc dixit,ꝙ phyſica eſt de ente mobili:ergo numerus ſcientiarum ſpeculatiuarum eſt aſſignandus penes diuerſitatem ipſius entis, D non autem ſubſtantiæ,quod & Scotus confirmauit 1. huius,vbi poſuit ens commune Deo, & creaturis eſſe ſubiectum in hac diuina ſcientia. Quartus error eſt;quia ipſi Aduerſarii ponunt hic ſubiectum in mathematica eſſe ſubſtantiam corpoream,cuius oppoſitũ clamat Auerro. 4. huius,vbi habet quòd mathematicæ ſcientiæ accipiunt numeros, & magnitudines diſtinctas ab ente,& conſiderant de eis,& ſuis accidentibus eſſentialibus &c. Quintus error eſt, quia non ordinarunt has ſcientias Theoricas, cum ſecundum ordinem naturę prima ſit metaphyſica, ſecunda phyſica,tertia mathematica;ordine vero doctrinæ eſt ecõtrario,prima eſt mathematica,ſecunda phyſica,tertia metaphyſica,vt dixit Auer. in hoc lib. metaph. eſſe in doctrina poſt phy.& non dixit poſt mathematicã,quia inter metaphyſicã, & mathematicã mediat phyſica. Sextus error eſt,quia imponunt S.Tho. ſcientiã eſſe vnã per aggregationẽ,cũ tñ ſubſtineat eſſe vnã ſimplicẽ qualitatẽ, vt patet 1. 2. ꝙ habitus ſit pfectio quędã ipſius potẽtiæ: omnis aũt perfectio proportionatur ſuo perfectibili, vnde ſicut potentia cum ſit vna ad multa ſe extendit ſecũdum ꝙ conueniunt in aliquo vno ideſt in generali ratione quadam obiecti, ita etiam habitus ad multa ſe extendit ſecundum quod habet ordinem ad aliquod vnum, puta ad vnam ſolam rationem obiecti,vel vnam naturam,vel vnum principium: ſi ergo conſideremus Tex. 1. Ens mobile eſt ſubiectũ in phyſica. Quæſt. 1. Commen. 1. Commen. 3. q. 54. art. 3.

remus habitum ſecundum ea, ad quæ ſe extendit, ſic inuenimus in eo quandam multiplicita- A
tem; ſed quia illa multiplicitas eſt ordinata ad vnum, ad quod principaliter reſpicit habitus,
Habitus eſt qualitas ſimplex. inde eſt quòd habitus eſt qualitas ſimplex non cōſtituta ex pluribus partibus, etiam ſi ad multa ſe extēdat: non enim vnus habitus ſe extendit ad multa, niſi in ordine ad vnum, ex quo habet vnitatem, veluti in vno appetitu eſt vna temperantia ex multis actibus generata, ſic etiam ſcientia generatur primo in intellectu ex actibus cognoſcendi prima principia illius ſcientiæ; & ſic habetur totum eſſe illius ſcientiæ, licet in gradu infimo, & tamen ille habitus dicitur intellectus principiorum, vlterius cognoſcendo alia principia proxima augetur ille habitus, & dicitur intellectus plurium principiorum. Vlterius ex principiis deducuntur conclnſiones, & ſic amplius augetur ſcientia ſiue habitus, & ſic dicitur ſcientia iſtarum concluſionum, ſemper tamen idem habitus manens non habens differentiam niſi rationis tantum, & hoc patet quia principium perfectius cognoſcitur, quando ex ipſo concluſio deducitur, quod non eſſet niſi
Augetur habitus ſcienti ficus. habitus principii intenderetnr; ergo non generatur alius, ſed augeretur præexiſtens, vt dictū eſt de temperantia, quæ generatur in appetitu ex diuerſis actibus eiuſdem rationis; nec me præterit aliquos Thomiſtas, de quorum numero eſt Soncinas in hoc lib. ſuſtinere de mente B
Quæſt. 9. S. Thomæ, & Commentatoris ſcientiam eſſe aggregationem ſpecierum, vel ipſas ſpecies aggregatas, & conſequenter quòd vna totalis ſcientia ſit conſtituta ex multis notitiis partialibus ita quòd per quamlibet demonſtrationem acquiratur noua notitia, & non augeatur præexi-
Commē. 17. ſtens; & quod principaliter mouet ipſum eſt auctoritas Commentatoris 1. huius, vbi habet quòd ſcientiæ non ſunt aliud, quàm ſpecies, & illa quæ conſtituūtur ex vniuerſali, quod ſic deſcribitur, quod eſt vnum prædicatum de pluribus & ex affirmatiuis, quæ deſcribuntur ſic; aliquid prędicari de aliquo, ſunt etiam & auctoritates plurimæ ipſius S. Thomæ, pręcipua
q. 52. ar. 2. eſt illa quæ ſumitur ex 1. 2. vbi vult ſcientiam augeri ſecundum ſe per additionem: ex qua arguitur ſic; ſcientia ſecundum ſe augetur per additionem: ergo ipſi ſecundum ſe aliquid additur, ſed non niſi noua ſpecies intelligibilis: ergo ſpecies intelligibilis ſpectat ad habitualem
q. 65. art. 1. ſcientiam in ſe ipſa. Alia eſt in eadem 1. 2. ad primum, vbi vult quòd geometer modico ſtudio acquirit ſcientiam concluſionis, quam nunquam conſiderauit: ex hoc arguitur, quod de nouo acquiritur modico ſtudeo, additur ſcientiæ acquiſitæ: ſed ſemper acquiritur aliquid
q. 67. art. 2. de nouo: igitur ſcientia non erit ſimplex qualitas. Tertia eſt ex eodem libro, vbi vult quòd C ſpecies intelligibiles ſe habent ad ſcientiam vt formales, phantaſmata autem vt materialia: ex
Quæſt. 12. hoc arguitur; ergo ſcientię formaliter ſunt ipſę ſpecies intelligibiles. Ex tertia parte aſſertur articulus ſecundus, vbi auctor expreſſe vult ſcientiam augeri per ſucceſſiuam generationem ſpecierum intelligibilium, & vocatur hoc augumentum ſecundum eſſentiam ipſius habitus ſcientifici, & multæ aliæ auctoritates ad hoc propoſitum adducuntur.

Species intelligibiles conſeruātur in Itellectu. Sed pro intelligentia opinionis S. Tho. eſt conſiderandum, quòd dari, & conſeruari ſpecies intelligibiles in intellectu, & vnitatem ſpecificam ſcientiæ poteſt attendi penes vnitatē ſpecificam ſcibilis, non inquantum eſt in hoc vel in illo genere ſubſtantiæ vel quantitatis, ſed inquantum eſt in genere ſcibilis, vtrumque eſt verum in doctrina S. Tho. oportet enim concedere ꝙ aliqua vna habitualis ſcientia ſecūdum ſpeciem pnta geometria duas res ponat in intellectu noſtro. Quarū prima eſt ſpecies intelligibilis linearum, angulorum, & figurarum &c. Secunda habilitas ad promptè, faciliter, & delectabiliter conſiderandum concluſiones ſcitas in geometria: quòd enim oporteat ponere ſpecies intelligibiles ordinatas ad unam, & eandē rationem formalem talis ſcibilis, patet ex eo, qnòd plura ſecundum ſpeciem non concurrunt D
Plura ſpecie qūo concurrūt ad vnū. ad vnum ſecundum ſpeciem, niſi aliquo modo ordinata ad illud unum, vt patet in pluralitate heterogeneorum, tam in naturalibus, quàm in artificialibus: quomodo enim ſpecies intelligibiles ſubiecti, puta lunæ, & ſpecies accidentis, puta echlipſis, & ſpecies cauſæ mediæ puta interpoſitæ terræ &c. in vnum ſecundum ſpeciem actum ſciendi cōuenient, niſi aliquo modo ordinatæ; & rurſus quomodo tot ſpecies rerum contentarum ſub vna ſpecie ſcibilis ut ſic conueniunt ordinatæ; vbi enim pluralitas ſine ordine, ibi confuſio: quòd autem requiratur habilitas aliqua ad vtendum prompte, & faciliter, & c. ſpeciebus iſtis ſic ordinatis, ex hoc ipſo patet quòd intellectus cum ſit ſecundum ſe ſicut tabula raſa, non eſt ſecundum ſe ordinatus ad vſum talem talium ſic ordinatorum ad vnum ſcibile; ſed oportet per aliquam ſibi additam qualitatem reſpicientem per ſe primo illud ſcibile determinari ad prompte, faciliter, & delectabiliter vtendum quibuſcunque ſpeciebus & actibus in ordine ad illud, hanc autem qualitatem habilitantem conſtat eſſe vnam iuxta qualitatē ſui obiecti, ac per hoc vnius ſpeciei ſpecialiſſimæ, & conſequenter qualitatem ſimplicem, cum ſit ſpecies qualitatis: his autem duobus in intellectu concurrentibus profecto ſecundum aliquam ſcientiam videndum

reſtat

A reſtat, quid horum, non habitus ſed habitus talis ſcilicet ſcientiæ humanæ, quæ eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus, rationem eſſentialiter habet, notanter autem dixi non habitus, quia conſtat quòd ſpecies intelligibiles apud S. Thomam ſunt habitus intellectuales, & ſimiliter dixi ſcientiæ humanæ: quia in Angelis habitus ſcientiæ non ſunt niſi ſpecies intelligibiles: & non aduertere ad hæc duo fuit occaſio erroris apud aliquos Thomiſtas, quòd autem ſcientia, de qua loquimur non ſit eſſentialiter plures ſpecies intelligibiles ordinatæ, ſed ſimplex qualitas, manifeſtum eſt ex hoc, quòd habitus ſcientificus eſt eſſentialiter in prima ſpecie qualitatis, vt vna eius ſpecies ſpecialiſsima: ſed nulla ſpecies qualitatis eſt compoſita ex pluribus qualitatibus diuerſarum ſpecierum, quales ſunt ſpecies intelligibiles: ergo vel negãt habitum ſcientiæ eſſe aliquam ſpeciem eſſentialiter in genere qualitatis, ponendo ipſam eſſe vnam ordine ſicut exercitum, & in genere relationis: formale & materiale ſolum in genere qualitatis, quod repugnat doctrinæ S. Thomæ: vel coguntur dicere ipſam non eſſe formaliter ſpecies ordinatas, ſed qualitatem ſimplicem ad vtendum illis. Hinc in vna ſcientia puta metaphyſica inuenitur intellectus ſic diſpoſitus, quòd habeat ſpecies intelligibiles elemen-

Scientia eſt habitus acquiſitus per demõſtrationem.

Habitus ſciẽtificus eſt in prima ſpecie qualitatis.

B torum, mixtorum, plantarum, animalium, hominum, quanti, qualis, relationis, motus, &c. bene diſpoſitas quatenus repręſentant gradus metaphyſicales, ideſt ſpectantes ad ens inquantum ens, & quòd habet qualitatem quandam determinantem ipſum non ſolum ad utendum, ſed ad ponendum, & ordinandum ſpecies in tali ordine, & hæc qualitas eſt eſſentialiter habitus ſcientiæ, quę dat formaliter intellectui facultatem faciendi huiuſmodi diſpoſitionem in ſpeciebus faciliter, & delectabiliter.

Vlterius ſciendum eſt, quòd ſcientia noſtra duo exigit; aſsimilationem ſcilicet intellectus ad res, de quibus eſt ſcientia: & determinationem intellectus ad componendum, diuidendũ, & diſcurrendum, inter huiuſmodi res, & primum fiat per ſpecies intelligibiles: ſecundum autem per illam qualitatem habilitantem intellectum ad tale ſcibile, & conſtat quòd primum ordinatur ad ſecundum in quo conſumatur ſcientia: conſequens eſt quòd ſpecies intelligibiles repręſentando ea, de quibus eſt ſcientia, claudantur ſub ſcientia tanquam ſecũdaria ſub principali: ac per hoc ſcientia per ſe ipſam habet actum componendi, &c. per ſpecies vero habet actum repręſentandi, ſicut prudentia per ſeipſam præcipit, & per euboliam conſilia-

Sciẽtia duo exigit.

C tur: cum igitur determinatio intellectus ad ſcibile plura exigat, & in ſpeciebus intelligibilibus ordinatis inchoatiue ſit, & in qualitate illa ſimplici conſumatur, conſequens eſt quòd ſpecies intelligibiles tanquàm partes potentiales ſcientiæ ſint, & ſic intelligitur dictum Commentatoris primo huius, quòd ſcientiæ non ſunt aliud quàm ſpecies & illa, &c. & etiam auctoritas prima S. Thomæ, in qua videtur ponere augumentum per additionem, vbi eſt ſermo de augumento extenſiuo, ut expreſſe ipſemet declarat, 1. 2. & quia ſcientia modo ad pauciora, modo ad plura ſe extendit, ideo ſic ſuſcipit augumentum, virtus autem moralis quia oportet vt ad omnia ſe extendat, non ſic augetur: vnde ex hoc, quòd S. Thomas dicit ipſam augeri per addictionem, nihil aliud habetur, niſi quòd augetur extenſiue, quia ad plura continue ſe extendit, ſed non ſit additio in eſſentia. Secunda quoq; auctoritas intelligitur ſic, geometer modico ſtudio acquirit demonſtratione augumentante ſcientiam notitia concluſionis, quam nunquam conſiderauit, hoc autẽ acquirere ſcientiã nouæ concluſionis, quamuis non ſit acquirere ſcientiam illam ſimpliciter, eſt aũt acquirere illam ſcientiã inquantum eſt ſcientia illius concluſionis, quam nunquam conſiderauit, Tertia auctoritas quoque non obſtat, quia ſpecies intel-

Prudentiæ & eubolıæ officium.

Commẽ. 17.

q. 66. art. 1.

D ligibiles ſunt principia actuum, ex quibus fiunt virtutes intellectuales, & propterea dicuntur formales in virtutibus intelligibilibus cum quo patet ſtare, quòd non ſunt ipſæ eſſentiæ virtutum intellectualium.

Et ex his etiã ſoluuntur argumenta Aduerſariorum. Primo quòd actus naturaliter ſunt generatiui habitus per hoc, quòd naturaliter relinquũt ſuam ſimilitudinem in paſſo, ſed agentiũ differentium ſpecifice ſecundum proprias rationes ſunt reales ſimilitudines ſpecifice diſtinctę: ergo actus diſtincti ſpecie cuius ſunt intellectiones diuerſorum principiorum, diuerſarũque concluſionum non generabunt eundem habitum ſpecie. Et confirmant, quia vbi eſt eadem cauſa, ibi eſt idem effectus; ſed actus differentes morales vt temperantię iuſtitiæ generãt diuerſos habitus ſpecie ex eo, quòd ſecundum proprias rationes ſpecificas imprimunt potentiæ ſimilitudines naturales differentes ſpecie: ergo ſimiliter erit in propoſito: videtur enim extra rationem quòd quidam habitus generetur ex actibus vniformibus, & quidam ex difformibus: poterit enim dici eadem ratione, quòd non ſit niſi vna virtus moralis ex quocunq; actu, & deinde augetur non tantum per actus ſimiles, ſed etiam per difformes. Dicimus enim ad hoc, quòd aliqua poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei ſecundum vnam rationem, quę ſunt diuer-

Aliqua eiuſdem ſpeciei vno modo poſſunt eſſe diuerſarum ſpecierum.

ſarum-

ſarum ſpecierum ſecundum aliam rationem: verbi gratia omnes formæ ſunt eiuſdem generis A
ſubiecti, & tamen non omnes ſunt eiuſdem generis prędicabilis. Amplius omnes actus temperantię ſunt eiuſdem generis, & ſpeciei moris, qui tamen non ſunt eiuſdem ſpeciei prędicabilis: actus enim temperatus circa uenerea eſt alterius ſpeciei prędicabilis ab actu temperato circa iram, & ab actu temperato circa cibum, & potum; ex quibus ſequitur, quòd vnus habitus ſpecie vel numero effici poteſt à diuerſis actibus ſpecie prędicabili, dummodo ſit eiuſdē ſpeciei moris, vel eiuſdem ſpeciei cognoſcibilitatis. Tūc formaliter ad argumentum dicimus, ꝙ omnes actus relinquūt ſimilitudinem eiuſdem ſpeciei cognoſcibilitatis: oēs enim concluſiones eiuſdem ſcientiæ totalis relinquūt ſimilitudinem eiuſdē rationis ſcibilis, & cognoſcibilis: quia omnes generantur quatenus obiecta concernunt materiam in genere ſcibilis, non autem rei. Et ſic patet reſponſio ad confirmationem, quòd non eſt ad propoſitum, quia licet actus temperantiæ ſint diuerſę ſpeciei prædicabilis: ſunt tamen eiuſdem generis, & ſpeciei moris, vt dictum eſt.

Cap. 6. Secundum argumentum eſt, quia Ariſt. 6. ethicorum diſtinguit intellectum à ſciētia, ſicut habitum aliū ſpecie, licet ſit eiuſdē generis propinquioris, quàm ſit alter eorum cum opinione, & prudentia, & arte: Confirmant etiam, quia verum inquātum euidēs, B
eſt aptum natum cauſare in intellectu habitum cognitiuū ſui: ſed ſimpliciter alia eſt ratio euidentiæ in principio, & in cōcluſione; quia in principio propter ſe, & ex terminis; in concluſione autem propter aliud, & per diſcurſum: ergo alius erit habitus in intellectu, qui eſt concluſionis ab illo, qui eſt principij.

Cap. 6. Dicimus quòd Ariſt. 6. ethicorum diſtinguit habitum principiorum à ſcientia, tanquam diuerſas virtutes intellectuales, non autem in genere cognoſcibilitatis, & ſcibilis. Et ſic etiam confirmatio eſt nullius roboris: licet enim ratio euidentiæ in principio, & in concluſione ſit alia, & alia ſecundum ſpeciem prędicabilem, non tamen ſecundum ſpeciem ſcibilem: & ſic ratio adducta pro concluſione ſtat in robore ſuo, quòd principiū magis cognoſcitur, quàm concluſio, quę ex ipſo deducitur, & quomodo ſcientia eſt ſimplex qualitas, & quomodo aggregatio ſpecierum, manifeſtum eſt.

Principium magis cognoſcitur ꝗ concluſio.

Reſtat modo dicere ad principale, qūo hæc diuiſio ſciētiæ eſt trimēbris. Pro quo eſt notandū ꝙ duplex eſt ratio formalis; vna, quæ eſt ex parte ſubiecti, vt res eſt, veluti in ſubiecto philoſophiæ naturalis, mobilitas dicitur ratio formalis eius, in ſubiecto mathematicę eſt quantitas, in ſubiecto metaphyſicę eſt entitas. Secunda eſt ratio formalis ſubiecti vt obiectum eſt, & hæc C
vocatur modus cognoſcendi, ſiue definiendi: verbi gratia abſtractio à materia particulari erit ratio formalis obiecti philoſophię naturalis, vt obiectū eſt: abſtractio ab omni materia ſenſibili ſiue particulari in vniuerſali eſt ratio formalis in mathematica, quæ non abſtrahit à materia ītelligibili: abſtractio vero ab omni materia tam ſenſibili, quàm intelligibili eſt ratio formalis obiecti vt obiectū eſt in metaphyſica.

Ratio formalis obiecti in mathematica quæ eſt.

Secundo eſt notandum, ꝙ ſcientia prima ſui diuiſione diuiditur in eam, quæ eſt de vocibus, & in eam quæ eſt de rebus: ea quę de vocibus, dr̄ ſermonica, ſiue logica, cuius primę partes ſunt dialectica & grammatica: ſcientia, quæ eſt de rebus aut eſt practica, ſiue operatiua, aut theorica, ſiue ſpeculatiua: quia cum duplex ſit animę vis, vna appetendi, altera cognoſcendi: quod perficit appetitum vocatur practicum: quod vero perficit intellectum, vocatur ſpeculatiuum: quod quidem ſpeculatiuum aut eſt de entibus coniunctis, aut de ſeparatis: ſi de entibus coniunctis, ſic eſt Philoſophia naturalis: ſi de entibus ſeparatis, hoc poteſt eſſe dupliciter, quia aut ſimpliciter, & ſic eſt metaphyſica, aut ſecūdū quid; & ſic eſt mathematica; & hæc eſt deductio, quam facit Alex. dicens, ſi ergo entia tripliciter diuiduntur, & partim inſeparabilia ſunt, & mouentur, quædam inſeparabilia, & immota, alia D
ſeparata, & prorſus immota, dubium quoque eſſe non debet, quin doctrinæ quoque tres numero habeantur, phyſica quæ de his verſetur, quæ inſeparabilia ſunt & mouentur; mathematica quæ ea tractet, quæ inſeparabilia ſunt, & immota: theologia, quæ ſeparata & immobilia conſiderat, & quod Alex. vſus eſt nomine entis; Auerro. vſus fuit nomine rei, ſciens quòd ens & res conuertuntur, vnde concludit Auerro. quòd modi Philoſophię ſpeculatiuę ſunt tres, ſcilicet ſcientia rerum mathematicarum, & naturalium, & diuinarum: res diuinæ ſunt in quarum definitione ſumitur Deus; naturales in quarum definitione accipitur natura, & voluntarię in quarum definitione ſumitur voluntas: ex quibus patet quòd hæc diuiſio eſt optima, & conuenientiſſima & eſt diuiſio ſecundum genus, non autem ſecundum ſpeciem: quia quęlibet ſcientia ſub ſe continet plures ſpecies, vt puta mathematica diuiditur in plures ſcientias mathematicas, & ſic phyſica; de metaphyſica non eſt ita apertum, tamen Auerro. hoc aperit

Doctrinæ ſunt tres.

In prologo. 7. huius vbi diſtinguit hanc ſcientiam iuxta diuiſionem entis; patet etiam quomodo hæc diuiſio eſt reducibilis ad bimembrem per rationem Alex. dicentis phyſicam eſſe de inſeparabilibus motis, mathematicā de inſeparabilibus immotis, Theologiā, ſiue metaphyſicā de ſeparatis, &

tis, &

A tis,& immobilibus: vnde reducitur diuiſio iſta ad hęc duo membra, hoc modo videlicet omnis ſcientia aut eſt de ſeparatis, aut non, ſic non, hoc eſt dupliciter, aut de non ſeparatis mobilibus, aut immobilibus: ſi de non ſeparatis mobilibus eſt phyſica: ſi de non ſeparatis immobilibus, eſt mathematica, vel reducitur ſic: ſcientia ſpeculatiua, vel eſt de abſtractis ſimpliciter, & ſic eſt metaphyſica: aut eſt de abſtractis non ſimpliciter: & hoc dupliciter, quia vel eſt de abſtractis non ſimpliciter reſpectu materię ſenſibilis, quia tantum à particulari materia ſenſibili: vel eſt de abſtractis reſpectu omnis materiæ ſenſibilis, tam particularis, quàm vniuerſalis & ſic eſt mathematica.

Omnis ſciētia aut eſt de abiunctis à materia aut de coniūctis.

Hinc ſoluuntur aliqua argumenta, quæ adduci ſolent contra hanc veritatem, & pręcipue illud de logica, grāmatica, & poetica, quòd ſunt ſcientię ſpeculatiuæ, & tamē non cōtinētur ſub aliquo membro huius diuiſionis: igitur diuiſio eſt inſufficiens: hic eſſet diſputatio, num hæ pręnominatæ ſint artes, vel ſcientiæ, vel modi ſciendi, quicquid ſit de hac diſputatione dicamus argumentum non eſſe ad propoſitū: quia ſermo noſter eſt de ſcientiis realibus; iſtæ vero prænominatæ non ſunt reales, ſed ſermocinales. Soluitur & illud aliud, quòd ſcientia partiri B debet ad partitionem entis, cum omnis ſcientia ſit de ente, vt patet 4. huius: ſed ens diuiditur in decem prima genera rerum: igitur decem ſunt primæ ſpecies ſcientię. Poteſt concedi hoc argumentum, quia concludit diuerſas eſſe ſpecies ſcientiæ; quod non eſt ad propoſitum, quia nos loquimur de diuiſione generica ſcientiarum, non ſpecifica, de qua loquitur argumētum. Dicitur etiam ſecundo, quòd licet ſint decem genera rerum, poſſunt tamen cōuenire ſub vna ratione ſcibilis, & ſic etiam metaphyſica conſiderabit corpoream & incorpoream ſubſtantiam: immo res omnes ſub vna ratione formali ſcilicet entitatis abſtractæ ab omni materia phyſica, & mathematica modo præexpoſito, ideo tres conſtituuntur ſcientiæ vt ſupra dictum eſt.

Tex. 1.

Diuiſio ſciētiarum duplex.

Cuius inditium ex eo nobis eſſe videtur, quia nulli ſcientiæ C *prorſus curæ eſt neque actiuæ, neque effectrici. &c. Tex. 4.*

Vtrum de ente per accidens poſſit eſſe ſcientia.

Dilucidatio quarta.

CIRCA hęc verba notandum, quòd ſolet fieri diſtinctio de ente per accidēs, quod dupliciter accipi poteſt. Primo vt ly per accidēs negat vel priuat perſeitatem rei ſecundum ſe acceptę, & hoc eſt ens per accidens aggregatum ex rebus diuerſorum generum, vt homo quantus, vel quantum album, vel ex rebus intermediorum, vt album dulce, & tale ens per accidens opponitur enti per ſe, quod diuiditur in decem genera: quia tale ens per accidens non habet vnum conceptum quidditatiuum, per quē poſſit in aliquo vno D genere collocari, & de iſto ente per accidens loquitur Ariſt. 5. & 7. huius quando negat ens per accidens habere quodquiderateſſe; & dicit quod quid eſt non eſt idem cum eo cuius eſt. Secundo modo accipitur ens per accidens prout ly per accidens non priuat perſeitatem in entitate rei ſecundum ſe, ſed in comparatione ad aliquam cauſam, & ſic dicitur ens per accidens reſpectu alicuius cauſæ, ad cuius fieri vel eſſe talis cauſa non ordinatur eſſentialiter, ſed euenit pręter intentionem talis cauſę aliud intendentis, & tale eſt ens fortuitum & caſuale, & iuxta diſtinctionem horum membrorum quærunt Aliqui, vtrum de ente per accidens primo modo poſſit eſſe ſcientia. Cui quæſito reſpondent multi ſupponendo diſtinctionem habitam & addendo duas alias, quarum prima eſt, quòd eſſe ſcientiam de aliquo dicitur dupliciter ſcilicet proprie, & ſtricte: alio modo large, & communiter; proprie de illo dicitur eſſe ſcientia de quo aliquid ſcitur; vt eſt ſubiectum de quo ſcitur paſſio, large autem, & communiter dicitur eſſe ſcientia de illo quod ſcitur, vt de concluſione ſeu de paſſione ſcita de ſubiecto: tunc enim magis proprie diceretur ſcientia eius, quàm de ipſo. Aliam diſtinctionem addunt quòd ſcientia poteſt diſtingui vel ſecundum vnitatem ſpeciei ſpecialiſſimæ, vel generis intermedii, & propinqui, vel etiā generis remoti. Quibus ſtantibus ponunt tres concluſiones, quarum

Ens per accidens bifariā accipitur.

Tex. 7.

Tex. 11.

Scientia bifariā diſtingui poteſt.

quarum prima eſt de ente per accidens primo modo accipiendo, de quo propriè non poteſt A
eſſe ſcientia per ſe vna vnitate ſpeciei, quam concluſionem ita probant: vnius ſcibilis iſto modo eſt vna per ſe cauſa: ſed tale ens per accidens non poteſt eſſe vna cauſa per ſe: ergo de ente per accidens primo modo non poteſt eſſe ſcientia una, unitate ſpeciei: minor probatur, quia cum totum illud non ſit aliquod vnum ens, non poterit eſſe per ſe cauſa alicuius vnius paſſionis, & ideo de tali nihil demõſtratur, niſi per alterum conceptum, quẽ includit; & ideo illi conceptui per ſe ineſt tale demõſtratum, non autem compoſito, niſi per accidens: ergo ſciẽtia vna ſpecie, quę eſt concluſionis demonſtratę, non eſt per ſe, niſi de altero conceptu in tali ente complexo. Secunda concluſio eſt. De ente per accidens primo modo accipiendo non proprie, ſed communiter poteſt eſſe ſcientia vna vnitate ſpeciei per ſe: hoc apparet ſimili ratione, quia de tali non poteſt accipi proprium medium ad ipſum demõſtrãdum, niſi per conceptum alterius, & ita non ſcitur, niſi per accidens. Tertia concluſio. De ente per accidens primo modo accipiendo proprie poteſt eſſe ſcientia vna vnitate generis proximi, vel remoti, quam ſic probant, vnius intelligibilis plures paſſiones continentis poteſt eſſe ſcientia
vna vnitate generis proximi vel remoti: ſed ens per accidens primo modo eſt huiuſmodi: ergo concluſio vera, probatur minor: nam tale ens eſt aliquo modo vnum intelligibile vnico actu intelligendi, non tamen ita ſimplici, & per ſe vno actu concipiendi, concipitur homo albus, ſicuti homo: tali ergo enti natus eſt correſpondere habitus per ſe ex talibus actibus generatus; ſed ille habitus non eſt ita vnus, ſicut ille, qui eſt alterius partis tantum: tale quidem totum poteſt multas paſſiones includere, quas ſimul neutra pars per ſe includit, niſi ratione alterius partis: ergo habitus proprius iſtius totius virtualiter inclinat ad omnes iſtas paſſiones ſciendas de illo toto: quare omnes iſtæ ſcientię virtualiter continentur in habitu, qui eſt per ſe correſpondens enti per accidens, & ita habent vnitatem in genere proximo, licet non tantam ſicut illi, qui includuntur in habitu correſpondente vni conceptui quidditatiuo. Et ſi quis diceret, quòd linea viſualis non eſt intelligibilis aliquo vno actu, ſed diuerſis, ex quibus diuerſi habitus relinquũtur, alter lineæ, alter viſualitatis, quorum vterque virtualiter inclinat ad ſpeculandum illa de ſuo proprio obiecto, quæ in illo obiecto virtualiter includuntur viſio, ſicuti nec vna ſcientia eſt de toto, niſi per accidens, ſic nec vnus habitus virtualiter includit illas ſcientias, quæ ſunt de vna parte, & alia. Arguunt contra, quia ſi ita dicatur, non apparet qualis vnitas poſſit aſſignari ſcientiæ ſubalternę, vt muſicę, vel perſpectiuę, niſi vnitas aggregationis: quod uidetur inconueniens, & non poteſt hoc euadi, niſi via ſupraposita teneatur de ſcientia vna genere.

B

Totum multas paſſiones includit.

C

Sed in hac determinatione ſunt commiſſi plurimi errores, inter alios eſt primus in tertia diſtinctione, in qua diſtinguũt ſcientiam ſecundum vnitatem ſpeciei ſpecialiſſimæ, & generis proximi, & remoti, quia quęro: illa ſcientia, quę eſt ſecundum genus remotum, aut eſt habitus ſciẽtificus, aut non: ſi primo, ergo erit proprius, quia vt ſcribitur 1. poſter. demõſtratio, ex qua generatur ſcientia, eſt ex propriis: ſi non eſt ſcientificus: igitur perperam habita eſt diſtinctio per habitum, qui eſt ſcientificus, & per habitum, qui non eſt ſcientificus. Præterea huiuſmodi habitus, qui eſt ſcientia ſecundum genus remotum, aut eſt alius à quolibet particulari habitu, aut eſt idem cum habitu, qui dicitur ſcientia ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam: ſi primo, ergo non inclinat ad ſimilem ſpeculationẽ: quia de diſtinctis habitibus non poteſt eſſe ſimilis & omnino eadem ſpeculatio; & tamen oppoſitum ſubſtinent Neoterici, vt diſcuſſum eſt ſuperiori diſputatione: ſi vero concedunt ſecundum membrum: ergo non habent diſtinctionem ad inuicem; quia quorum eſt idẽ actus videlicet ſpeculatio, & habitus idem eſſe oportet: & ſi ponitur idem, ergo nullus erit communis. Secundus error habetur in tertia concluſione, in qua dicitur, quòd de ente per accidens poteſt eſſe ſcientia vna vnitate generis proximi, vel remoti. Contra quia ſi hęc concluſio eſſet vera, ſequeretur quòd poſſet etiam haberi vna ſcientia ſecundum vnitatem ſpeciei ſpecialiſſimæ, quod eſt contra primam concluſionẽ: conſequentia probatur ex maxima illorum, dicentium quod determinat ſibi genus, determinat ſibi ſpeciem, determinat ſibi & indiuiduum, & habetur 2. topicorũ, nihil eſt ſub genere, quin ſit ſub aliqua ſpecie.

Cap. 2.

Diſtinctorũ habituũ non eſt eadẽ ſpeculatio.

D

Præterea quęro aut habetur vna ſcientia tali vnitate ſecundum aliquam rationem propriã, ſicut ſupra argumentabantur, quæ non eſt aliqua ratio particularium habituum contentorum ſub eo; aut eſt idem cum omnibus aliis, ſicut ipſi videntur aſſerere: ſi primo modo, ſequitur quòd de ente per accidens erit per ſe habitus ſcientificus per rationem propriam, quod tamẽ negant; ſi vero dicatur ſecundo modo quòd hæc ſcientia, quę habetur de ente per accidens eſt eadem cum aliis habitibus particularibus, tunc ſequitur quòd tot ſunt ſcientiæ de ente per

Egregia ratio ex conceſſis ab aduerſarius.

accidens

A accidens, quot ſunt de ente per ſe; & ſic cum de ente per ſe habeatur ſcientia vna vnitate ſpecifica, etiam de ente per accidens hoc idem erit. Tertius error habetur, quia ponunt ens per accidens dici duobus tantum modis, cum tamen poſſit pluribus modis accipi, vt colligitur ex bonis peripateticis. Poteſt enim primo accipi ſecundum concurſum in eodem tempore, vt ſi eodem tempore interficiantur duo homines in diuerſis Regionibus. Poteſt etiam & accipi ſecundo pro concurſu in eodem ſubiecto, vt album, & muſicum in homine. Tertio poteſt accipi ſecundum concurſum in eadem cauſa, vt ædificator, & Medicus. Quarto poteſt accipi ſecundum concurſum in eodem effectu, vt in pulmento conueniunt ſalubre, & delectabile. Quartus error habetur etiam in doctrina iſtorũ, quia dicunt in ſcientia ſubalternata, vt eſt muſica, & perſpectiua, non poſſe ſaluari niſi vnitatem aggregationis: nam licet verum ſit, quòd ſcientia ne dum ſubalternata, ſed etiam ſubalternans vt eſt cognitio diuerſarum conclusionum, ſit vna per aggregationem; tamen vt eſt habitus eſt qualitas ſimplex, vt probatum eſt ſupra; immo omnes ſcientiæ mundi ſunt vnius ſpeciei, quia ponuntur ſub ſpecie habitus, qui eſt prima ſpecies qualitatis, & ſubiectãtur in intellectibus, qui omnes ſunt vnius ſpeciei.

Ens per accidens quatrifariam accipitur.

Dilucid. 3.

B Preterea quælibet ſcientia ſubalternata habet vnam rationem formalem ſui obiecti: quomodo igitur erit vna per aggregationem cum ratio formalis obiecti ſit ſimpliciſſima?

Et ſi quis probaret quòd ſcientia ſubalternata eſſet de ente per accidens, vt puta muſica, & aſtrologia, & perſpectiua, quæ eſt de linea viſuali, de qua multa probat perſpectiuus, quæ per ſolam rationem lineæ non inſunt ipſi lineę, alioquin perſpectiuus eſſet pure Geometra, ſimiliter oſtendit multa, quæ per ſolam rationem viſualitatis non inſunt ipſi viſualitati; aliter eſſet pure naturalis: ergo quod quid eſt ſubiecti eius includit ambo, quę quidem non conſtituunt, niſi vnum per accidens; tum quia quælibet talis ſcientia ſubalternatur duabus, quia vtriuſque conclusiones continentur in ea pro principiis, quod non eſſet niſi ſubiectum includeret ſubſtantiam ambarum. Ad hoc dicimus quòd linea viſualis, & ſimiliter numerus ſonorus, dupliciter accipi poſſunt. Vno modo formaliter, & ſic ſunt entia per accidẽs, ſed vt ſic nõ ſunt ſubiecta alicuius ſcientię. Alio modo circumlocutiue prout ſcilicet per ea circumloqui mur aliquod ſubiectum nobis innominatum, vt puta ſi homini non eſſet nomen impoſitum, diceretur quòd animal riſibile eſt ſubiectum riſibilis, hoc eſt ens per ſe, ſic ſubiecta harum ſunt entia per ſe, de quibus ſunt iſtæ ſcientiæ, quæ num magis naturales, vt tenet S. Thomas, vel magis mathematicę ſint, vt tenet Egidius, alias diximus.

Lineæ viſualis bifariam capitur.

C

In ſcoliis 2. phyſicorum.

Iſtis erroribus ſic reiectis dicendum eſt ad quæſitum, quòd ens per accidens dupliciter accipi poteſt. Vno modo in vniuerſali per reſpectũ ad illa, ad quę habet neceſſariam habitudinẽ quia nihil eſt a deo per accidens, quod non habeat habitudinem ad aliquid. Alio modo poteſt conſiderari in particulari ſecundum hanc cauſam, vel hoc ſubiectum. Qua diſtinctione ſtante pono duas concluſiones, quarum prima eſt. De ente per accidens primo modo poteſt eſſe ſcientia communiter ſumpta, non proprie: probatur prima pars: quia ſciẽtia communiter ſumpta poteſt etiam eſſe per effectum cauſamque remotam, & hoc docet Ariſt. in hoc lib. inquiẽs quæ ſit cauſa, & natura ipſius entis per accidens. Hinc S. Thomas in principio huius dixit Philoſophum excludere ens per accidens à principali conſideratione Metaphyſici, quaſi dicat quòd ſecundario tractat de ipſo. Secunda pars concluſionis patet, quia ſcientia proprię ſumpta non poteſt haberi niſi per cauſam propriam, & neceſſariam, & immediatam, ergo &c. Secunda concluſio eſt. De ente per accidens in particulari nullo modo poteſt eſſe ſcientia: & hoc probat Philoſophus, quia infinita vni accidunt, & infinitum inquantum infinitum, eſt ignotum. Et ex hoc concluditur manifeſte, quòd de ente per accidens non poteſt eſſe ſcientia, neque ars, neque ſpeculatiua, neque factiua, neque actiua; ſolum autem ſophiſticam poteſt concedi eſſe circa ens per accidens, ſicut voluit Plato. Et ex hoc ſoluitur argumentum illud, de quo poteſt eſſe demõſtratio & definitio, de eo poteſt eſſe ſcientia; ſed de ente per accidens poteſt eſſe demonſtratio, quia Philoſophus multa demõſtrãt de eo in hoc loco. Iterũ poteſt eſſe definitio, quæ eſt medium demonſtrationis, & demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire 2. poſt. igitur &c. Ad hoc dicitur quòd eo modo, quo eſt demonſtratio, & definitio, ſic eſt ſcientia ſcilicet in communi, & in vniuerſali, non autem in particulari: ſimiliter eſt demonſtratio de eo communiter ſumpta, & ſecundario, non autem proprie, & principaliter. Soluitur & aliud, oppoſitorum eſt eadem diſciplina: ſed ens per ſe, & ens per accidens ſunt oppoſita: igitur ſi habetur ſcientia de ente per ſe: ergo & de ente per accidens. Quia habetur ſcientia ſecundum nomen tantum, quod eſt ens per accidens; ſed non ſecundum rem, quod poſſit eſſe concluſio demonſtrata de aliquo ſubiecto, ſicuti hic terminus, & hæc vox ſcientia communiter dicta, ens per accidens eſt quod accidit enti per ſe, ſimiliter ſcitur nomen in

Tex. 8.

D

De ente per accidens nõ eſt ſcientia.

Cap. 2.

Oppoſitorũ eſt eadem diſciplina.

finiti, & ipſius vacui, quia vacuum opponitur pleno, & infinitum ipſi finito, ſed hęc talia non A
ſciuntur ſcientia demonſtratiua, vt dictum eſt ſupra, ergo &c.

Quod enim neque ſemper eſt, neque plerunque, id accidens dicimus eſſe, &c. Tex. 5.

An de ente per accidens ſecundo modo poſsit eſſe ſcientia.

Dilucidatio quinta.

Scientia dupliciter ſumitur.

EST hic vnus modus dicēdi approbatus a Recentioribus diſtinguens de ſciẽtia, quòd dupliciter accipi poteſt. Vno modo pro habitu concluſionis prout ſcilicet eſt notitia habita per cauſam neceſſariam. Alio modo pro quacunque determinata notitia per cauſam per ſe, licet non neceſſariam Diſtinguit etiã de ſcibili, quòd dupliciter aliquid ſciri poteſt, vel abſolute vel reduplicatiue; dicit modò quòd de ente per accidens ſecundo modo accepto, ſcilicet reduplicatiue prout eſt ens per accidens, non pōt eſſe ſciẽtia: quia omne illud, de quo eſt ſcientia, eſt ſemper, vel frequenter; ſed ens per accidens inquã tum per accidens non eſt huiuſmodi: ergo de ente per accidens reduplicatiue non eſt ſciẽtia, minor patet; quia ens per accidens ſecundo modo dicitur in comparatione ad aliam cauſam, pręter cuius intentionem euenit quandoque; non tamen ſemper, & frequenter, & ideo vt ſic tale ens per accidens non eſt ſcibile. Dicit quoque quòd de ente per accidens non reduplicatiue ſumpto, ſed abſolute poteſt eſſe ſcīa: quia omne illud, quod habet cauſam determinatam à qua euenit, ſemper vel frequenter eſt ſcibile per illam cauſam: ſed ens per accidens non reduplicatiue ſumptum eſt huiuſmodi: igitur de eo poteſt eſſe ſcientia: probatur minor; quia licet ex comparatione ſolis ad zodiacum non poſſit ſciri quòd pluat ſub cane, quia ſic non habetur cauſa pluuiæ: tamen ex comparatione alterius planetæ ad ſolem, vel ad alium planetam vel ad ſtellas fixas, vel reſpectu lunæ ſic eleuatæ in comparatione multorum ſimul poſſunt ſciri hęc, quę ſunt concurrentia, & ſunt cauſa pluuię, vt in pluribus, & ſic generaliter in aliis: nullum enim eſt ens per accidens reſpectu alicuius, quod non ſit per ſe effectus reſpectu alicuius alterius, vel aliorum concurrentium. B C

Pluuia ſub cane.

Tex. 40.

Cap. 6.

Tex. 51.

Sed contra ſecūdam diſtinctionem, & vtranque concluſionem argumentor: quia ſunt contra Ariſt. expreſſe 2. phy. vbi tradit ſcientiam de ente per accidens reduplicatiue: tradit enim ſcientiam de caſu, & fortuna, quatenus caſus & fortuna ſunt, & ſic de ente per accidens reduplicatiue habetur ſcientia. Pręterea quæ poſſunt definiri, poſſunt reduplicatiue ſciri: quia definitio eſt medium in demonſtratione potiſſima, vt habetur 2. poſteriorum: ſed caſus, & fortuna poſſunt definiri, & definiuntur 2. phyſicorum: fortuna enim eſt cauſa per accidens in his, quæ fiunt à propoſito: & caſus in his, quæ non fiunt à propoſito: ergo male poſita eſt diſtinctio cum concluſionibus. Præterea quicquid continetur ſub ſubiecto metaphy. illud eſt D
ſcibile; quia eadem ſcientia eſt de toto & partibus: ſed ens per accidens ſecundo modo ſumptum continetur ſub ſubiecto metaphy. igitur tale ens per accidens eſt ſcibile nedum abſolute, ſed etiam reduplicatiue, non ne vna & eadem cauſa ſubſtãtialiter dicitur intellectus practicus, & fortuna? intellectus enim practicus ipſius hominis in comparatione ad effectum euenientem vt in pluribus, & non pręter intentionem agentis, dicitur cauſa per ſe: in comparatione vero ad effectum raro euenientem & pręter intentionem, dicitur fortuna: & hoc modo poteſt ſciri, ita etiam in agentibus naturalibus, idem agens eſt caſus, & natura: caſus enim nihil aliud eſt, niſi natura operans ſine intentione, vt virtus informatiua quę eſt in ſemine ſi producit hominem cum duobus oculis, & vno naſo, dicitur natura, cum hic effectus principaliter intendatur à virtute informatiua vt in pluribus, ſed ſi producat hominem cum vno oculo & duobus naſis, dicitur caſus, hęc enim omnia ſciuntur.

Quomodo idem dici poteſt cauſa per ſe & fortuna.

Pro declaratione igitur veritatis eſt ſciendum primo, quòd cauſa per accidens poteſt comparari ad duo, videlicet ad cauſam ſuam, & ad ſuum effectum: ſi comparetur ad ſuum effectū, ſic dicitur per accidens: ſi vero comparetur ad ſuam cauſam, ſic dicitur effectus per ſe, & non

per ac-

A per accidens: vnde licet cauſa per accidens materialiter ſumpta, videlicet vt eſt effectus cuiuſdam cauſæ, reducatur ad aliquam cauſam per ſe; non tamen ſi conſideretur vt cauſa per accidens caſualis, vel fortuita: verbi gratia aliquis fodit terram, & fodiendo inuenit theſaurum, foſſio eſt effectus per ſe hominis, & eſt cauſa per accidens inuentionis theſauri: ſi enim ipſa foſſio conſideretur vt cauſa per accidens inuentionis theſauri, ſic non reducitur ad aliquam priorem cauſam inquantum huiuſmodi: ſed ſi conſideretur vt eſt effectus per ſe hominis fodientis, ſic reducitur ad cauſam per ſe, non quidem vt cauſa per accidens, ſed vt effectus per ſe. Sciendum ſecundo, quòd effectus fortuitus poteſt comparari ad cauſam primam & vniuerſalem, & poteſt comparari ad cauſam particularem: primo modo nullus eſt effectus fortuitus, aut caſualis, ſed ſecundo tantummodo datur, vt patet de concurſu duorum ſeruorum in ordine ad dominum ipſorum, & in ordine ad ſe ipſos. Quibus ſtantibus dico ad quæſitum iuxta determinationē præcedentis diſputationis, quòd de ente per accidens ſecundo modo etiam poteſt eſſe ſcientia communiter ſumpta in vniuerſali & ſecundario, non principaliter quia poteſt per iſtum terminum ens, & per iſtum alium ens per accidens; quia per ſe, & per ac-

Effectus fortuit' ad duo cōparari poteſt.

B cidens ſunt differentiæ non rerum extra ſignificatarum per terminos, vel propoſitiones; ſed potius ſunt differentiæ propoſitionum per ſe vel per accidens verarum: & ideo ſunt entia ſcibilia ſciētia cōmuniter dicta & ſecūdario, non principaliter. Ex quibus ſoluuntur argumenta contra iſtam determinationem; quorum primum eſt illud; quod habet cauſam determinatam, poteſt ſciri: ſed ens per accidens ſecundo modo eſt huiuſmodi; igitur ens per accidens poteſt ſciri: probatur minor, quia ens per accidens ſecundo modo prouenit à cauſa naturali- ter vt in pluribus, & non à cauſa, quæ eſt ad vtrumlibet: ſed cauſa naturalis eſt determinata cum producat ex neceſſitate; & per hoc diſtinguitur à voluntate: ergo ens per accidens habet cauſam determinatam. Dicunt aliqui quod ens per accidens poteſt vno modo accipi pro cōceptu, quem per ſe importat hoc quod eſt ens per accidens. Alio modo pro re illa ſubſtrata cui ineſt, & de qua denominatiue prædicatur; ſecundo modo non eſt ſcientia de ente per accidens inquantum per accidens: ſed poteſt eſſe ſcientia de ente per accidēs primo modo, & dāt exemplum de infinito, & vacuo, de quibus non eſt ſcientia pro ſubſtrato: ſed bene eſt ſcientia pro conceptu importato per infinitum, & vacuum.

Cauſa naturalis pducit ex neceſſitate.

C Sed contra, quia conceptus ipſius entis per accidens aut eſt realis, aut rationis: non ſecundo ergo primo, ſi primo & habetur ſcientia de eo pro conceptu reali importato per ipſum: ergo & de ipſo ſubſtrato; tum etiam quia de infinito, & vacuo habetur ſcientia per propoſitionē negatiuam, ſicuti de contradictorijs, quòd nec ſunt, nec poſſunt eſſe ſimul vera, ita etiam infinitū in actu non eſt, nec etiam vacuum, ens tamen per accidens eſt; & ideo melius dicendum quòd ens per accidens prouenit à cauſa naturali ſecundario, ideo de eo erit ſcientia ſecundario, & vt ſignificatur per terminum concluſionis, non autem vt concluſio demonſtrabilis, aut demonſtrata vel vt ſubiectum, de quo poſſint demonſtrari paſſiones demonſtratione potiſſima. Secundum argumentum eſt, quicquid venit à cauſa inuariabili eſt neceſſarium, & per conſequens ſcibile: ſed ens per accidens eſt huiuſmodi: ergo ens per accidēs eſt ſcibile: maior probatur, quia non videtur effectus quandoque euenire, & quandoque non, niſi quia cauſa quandoque ſe habet ſic, vel aliter ad ipſum, quod non videtur poſſe eſſe ſine mutabilitate cauſæ: ſi ergo cauſa ſit immutabilis: & effectus erit immutabilis, & neceſſarius; & per conſequens ſcibilis: & probatur minor, quia à primo ente prouenit quilibet effectus poſitiuus, & per con-

Contradictoria non ſunt ſimul vera.

Ens per accidens qūo eſt ſcibile ſecūdū aliquos.

D ſequens ens per accidēs, licet reſpectu eius non ſit ens per accidens, primum aūt ens eſt immutabile ex 8. phy. Ad quod argumentum reſpondentes Aduerſarii recitant reſponſionem, quam impugnant; & hęc reſponſio negat maiorē, quia eſt vera tantūmodo de cauſa proxima: minor aſſumpta verificatur de cauſa remota, ideo argumentum non concludit, ſed ęquiuocat. Arguunt contra iſtam reſponſionem, & volunt probare maiorem eſſe veram de cauſa remota; quia ſi cauſa prima neceſſario cauſat mediante A. neceſſario mouet ipſum. A. & A. neceſſario motū neceſſario mouet B. & ſic vſq; ad proximā cauſam, cum poſterior nūquam moueat niſi mota à priori: ſi ergo ſola prima cauſa concedatur mouēs neceſſario, ſequitur quòd omnes neceſſario mouebunt, & ſic ſtabit argumentum in robore ſuo: propterea aliter dicunt negando maiorem, & ad probationem reſpondent quòd cauſa voluntaria ſine ſui mutatione poteſt aliter ſe habere ad effectum per ſolam mutationem alterius, à quo effectus dependet itaquod ſolum ex parte effectus ſit mutatio: agens autem voluntarium per voluntatem antiquam eſt cauſa noui effectus: & dant exemplum, ſi volo nunc me ſedere cras, tali voluntate exiſtenti vniformi ſedebo cras; itaque eſt effectus nouus à voluntate antiqua non mutata; ſic dicendum eſt de primo ente, quòd ipſum voluntate antiqua, & ęterna vult quicquid vult, ita-

Tex. 45.

Cauſa voluntaria quomodo ſe habeat ad effectum.

quòd ab eius voluntate immutabili eueniunt effectus noui quotidie. Verum quia reſpon- A
Quæſt.19.
ſio eſt S. Thomę pluribus in locis ſuę doctrinæ,& pręcipue 1.p.ideo pro defenſione eius ſciẽ-
dum,quòd illa reſponſio eſt optima: argumentum principaliter intendit concludere à primo
ente,quod eſt Deus opt.max. omnia eſſe neceſſaria, & ſecundario omnia eſſe ſcibilia, quod
vtique concedendum eſt in ordine ad primum ens; hoc enim eſt veriſſimum,ens per accidẽs
eſſe ſcibile prout reducitur ad ens per ſe;& illa propoſitio, à cauſa inuariabili & neceſſaria
procedit effectus neceſſarius,non poteſt verificari niſi de cauſa proxima, quia ſtat ſupremam
Contingẽtia ſtat cum neceſſitate primę cauſę.
cauſam eſſe neceſſariam,& tamen effectus eſt contingens, & hoc propter cauſam proximam
contingentem,ſicut germinatio plantæ eſt contingens propter cauſam proximam contingen-
tem,licet motus ſolis, qui eſt cauſa prima, ſit neceſſarius,& ſimiliter producta à Deo ſunt con
q.14.art.13.
tingentia,quamuis ipſe Deus ſit cauſa neceſſaria, vt ait pulchre S. Thomas 1.p. Et obiectio
adducta eſt nullius momenti, quia non eſt verum, quòd ſi prima cauſa neceſſario cauſat me
diãte A. neceſſario moueat ipſum A.& A. neceſſario motũ, neceſſario moueat B.& ſic vſq; ad
proximã cauſam, quia cauſalitas,& virtus primę cauſæ recipitur in ſecũda cauſa ſm naturã ip
ſius cauſę ſecundæ,quæ ſi eſt contingens,cauſabit contingenter,ſi libera, libere,& ſi neceſſaria B
Virtus primæ cauſæ tẽperatur in ſecunda.
neceſſario, ſicuti videmus quòd virtus ſcriptoris temperatur,& modificatur in calamo,qui ſi
eſt optimus,optime format literas,ſi vero turpis turpiſſimos producit characteres. Et rñſio
Aduerſariorum non poteſt ſtare, nec in via Philoſophorum, nec Theologorum: apud enim
Tex.7.
Philoſophos ſequeretur ſtante ipſorum reſponſione, Deum eſſe mutabilem,vt arguit Ariſto.
Ab æterno nullũ nouũ.
8.phy.quia quomodo Deus mouet modo,cum prius non mouebat,niſi eſſet aliqua mutatio
in Deo? ſecundo quomodo ſaluatur illa maxima Philoſophorũ, ab æterno nullum nouum?
apud etiam Theologos,ſequeretur ſtante illorum reſponſione,non dari effectum contingen-
tem, quoniam ſi per eos voluntate antiqua non mutata, nec mutabili, Deus vult hodie me
ſedere;ſequitur quòd erit hoc ex neceſſitate,& nullum erit contingens ad vtrumlibet, quia ſo
lum ad alteram partem erit determinata voluntas:dato enim tali contingẽti ad vtrumlibet, &
poſito in eſſe pro altera parte contradictionis, quę eſt me non ſedere: ſequitur ſtatim mutatio
in voluntate,quod eſt impoſſibile,& ideo reſponſio S. Thomæ euacuat argumentum, & ſecũ
dum Philoſophos,& Theologos,& non reſponſio Aduerſariorum negantium contingentia,
diſt.2. q.2.& diſt.8.q.5.
& ponentium omnia de neceſſitate euenire ſecundum Ariſto. vt aperte ipſi docent 1. ſenten. C
vbi aſſerunt alterum ſecundum rei veritatẽ,contingentiã eſſe in rebus naturalibus: quia Deus
agit ad extra contingenter,& libere potuit creaturas producere,& non producere; potuit etiã
eas conſeruare, & non conſeruare, quamobrem tam productio quàm eſſe rerum eſt contin-
Omnia ſunt neceſſaria ſecundũ Ariſt. iuxta ſententiam aliquorum.
gens: alterum vero eſt ſecundũ Ariſt. qui putauit Deum agere ex neceſſitate naturæ, nullam in
rebus contingentiam eſſe poſſe, quod probãt duobus argumentis, quorum primum dictum
eſt à nobis ſuperius: quia omne quod fit vel immediate producitur à Deo,qui cum agat ex
neceſſitate, id etiam ex neceſsitate fiet, vel etiam fit à cauſis ſecundis, & ſic etiam neceſſario
fiet: nam cauſæ ſecundæ,cum ſint veluti inſtrumenta primę cauſę,non mouent niſi prout mo
uentur à prima, ſed à prima mouentur neceſſario: ergo ipſæ quoque mouebunt neceſſario:
quare quicquid ab ipſis fiet,neceſſario fiet. Quod ſoluimus dicendo, quòd licet prima cauſa
moueret neceſſario, tamen propter contingentiam ſecundarum cauſarum effectus exiſteret
contingens,quia motio,& actio primę cauſę non recipitur in ſecunda cauſa ſecundum condi
tionem cauſæ primæ, ſed ſecundum diſpoſitionem cauſæ ſecundę determinatur, & modifi-
catur,quicquid enim recipitur per modum recipientis recipitur, nec actio recipitur ſecundũ D
conditionem agentis, ſed ſecundum diſpoſitionem patientis, cuius rei exemplum habemus
Concluſio ſequitur debiliorem partẽ.
in ſyllogiſmis,in quibus concluſio ſemper ſequitur debiliorem partem: ex maiori enim af-
firmatiua, vel neceſſaria, vel vniuerſali,& minori negatiua, vel contingenti, vel particulari, ſe-
quitur concluſio non maiori, ſed minori ſimilis,nimirum negatiua contingens particularis:
ergo cauſa ſecunda non mouet niſi mota à prima, hoc eſt niſi concurrente motione primæ,
per quam ipſa cietur, dirigitur, determinatur, & applicatur ad mouendum,ſed non mouet
ſecundum modum mouendi, quem habet prima,ſed mouet ſecundum modum naturæ ſuę,
quæ,quoniam eſt contingens, hinc neceſſario fit, vt non ſolum motio procedens ab ipſa, ſit
contingens,ſed etiam motio proficiſcens à cauſa prima, quoniam recipitur in cauſa ſecunda
contingenti,etiam ipſa contingens eſſe debeat, & contingenter attingit effectum.

Alterum argumentum eſt, quòd cauſa prima prius natura reſpicit effectum producendum
quàm cauſa ſecunda: ſed cauſa prima ex neceſſitate agens neceſſario reſpicit effectum: ergo in
illo priori effectus habet neceſſitatem reſpectu cauſæ primæ, nec ſuperueniens deinde cauſa
ſecunda poteſt illam neceſſitatem à prima cauſa iam inductã ex ipſo effectu auferre. Et ſi obi-

ceres

A cere ipſis Ariſtotilem ponere in rebus contingentiam in primo libro perhier. vbi diſputat Cap. vltimo
de propoſitionibus ſingularibus futurorum contingentium,& in 2.lib. phyſicorum,& in hoc Tex.53.
pręſenti libro,vbi ponit ens per accidens, & 3. ethico. vbi aſtruit liberum arbitrium, electio- Tex.5.
nem, & conſilium, & in multis aliis locis ſuæ doctrinæ ponit contingens ad vtrumlibet pen- Cap.2.& 3.
dens ex voluntate hominis. Huic obiectioni non aliter reſpondent, quàm affirmando Ariſt.
ſibi contradixiſſe: is enim ſenſit Deum agere ex neceſſitate,ipſe etiam conceſſit in rebus dari
contingentiam,non animaduertens inter hæc duo eſſe manifeſtam contradictionem.

In qua re aperte decepti ſunt,quia poſito per poſſibile, vel per impoſſibile,quòd Deus non Ariſt. ſalua-
libere,ſed naturali neceſſitate vellet,& cauſaret, ſalua tamen efficaciæ ſuæ virtute hoc vniuer- tur à contra-
ſum quale nunc eſt, adhuc contingentiã haberet; tum quia eſſent cauſæ defectibiles; tum quia dictione.
eſſent agentia libera: puta homines,& hoc euidentius apparet, ſi fingamus mundum non eſſe
à Deo: tunc etiam manifeſte oſtenditur quòd ex hoc ipſo, quòd non omnis effectus habet
per ſe causã,aliquid contingẽter euenit,& argumentum hoc ſecundũ eſt nullius valoris: quia
cauſam primam prius reſpicere vel attingere effectum, quàm cauſas ſecundas,partim verum
B eſt,ſi prius ſignificet intimius, & independentius, vel (vt aſſerit Caietanus in 1.p.S. Thomæ) q 8.art.1.
immediatius immediatione virtutis: ſed hoc modo nihil facit ad propoſitum, partim falſum
eſt, ſi prius reſpicere, vel attingere effectũ ſignificet prius agere,& imprimere aliquid in effe- Cauſa prima
ctum,quomodo ſumi debent ab ipſis ad concludendum id,quod volunt concludere, dico id prius attin-
eſſe falſum: tum quia cauſa vniuerſalis per ſe indifferens, & indeterminata eſt ad hunc, vel git effectum.
alium effectum particularem producendum, nec attingit effectum, niſi determinata,& mo-
dificata per cauſas ſecundas & particulares,quomodo igitur poteſt uis & cauſalitas eius perue
nire ad effectum,prius quàm vis cauſarum ſecundarum: tum etiam quia vna numero produ-
ctio eſt per quam effectus particularis producitur ſimul à cauſis ſecundis, & à cauſa prima:
non igitur poteſt cauſa prima inducere in effectum neceſſitatẽ aliquam prius quàm cauſa ſe-
cunda inducat in eundem contingentiam: atq. hinc palam eſt Ariſto. facientẽ Deum agere
ex neceſſitate naturę, & ponentem in rebus contingentiam non ſibi ipſi contradixiſſe, cum
hęc duo non pugnent inter ſe, quam rem copioſe,docte,acuteq. tractauit Caietanus in 1.p. q.14.art.3.
S. Thomæ,quia vera, & ſuprema cauſa contingentiæ eſt voluntas Dei efficaciſsima: inde fit
C vt non ſolum fiant quæ Deus vult fieri, ſed & eo modo fiant quo Deus vult ea fieri: vult au-
tem Deus quædam fieri neceſſario,quædam contingeret,vt ſit ordo in omnibus ad complemẽ
tũ vniuerſi. Nec valet repręhẽſio Neotericorũ dicentiũ S.Thomã non reddere verã rationem q.19.art.8.
& cauſam omnis cõtingentiæ: nã uidemus cõtingentiã rei, quæ eſt vel in eius productione, vel
in actuali exiſtẽtia,vel in operatione,pendere ex efficacia diuinæ voluntatis,quoniam hæc oĩa Efficacia di-
poſſunt eſſe & non eſſe: attamẽ quòd homo verbi gratia ſecundũ naturam ſuã ſit res contingẽs uinę volun-
& corruptibilis ſiue producatur ſiue non, ſiue exiſtat,ſiue non exiſtat,hoc non pendet ex effi- tatis.
cacia diuinæ voluntatis, etenim cum Deus nihil extra ſe velit aut agat ex neceſſitate, ſed con-
tingenter, ac libere eorum tantummodo voluntas Dei cauſa eſſe poteſt,quę poſſunt eſſe & nõ
eſſe; ſed hominem eſſe rem contingentem eſt omnino neceſſarium, nec poteſt fieri à Deo vt
ſit homo,& non ſit contingens: nam eſſe contingens vel eſt de eſſentia rei,vel intrinſecè,ac per
ſe conſequitur eſſentiam, quamobrem oppoſitum eius conuenire rei quæ ſecundum naturam
ſuam eſt contingens implicat contradictionem, quocirca non poteſt fieri, nec cadit ſub Dei
voluntate, immo cum ex natura rei uel certe ſecundum modum noſtrum intelligendi prius
ſit Deum intelligere in ſua eſſentia omnes res,quàm velle eas producere,in illo priori præſen-
D tantur intellectui diuino omnia quæcunque ſunt producibilia: quorum alia habent naturam
contingentem: alia neceſsariam: prius igitur eſt Deum cognoſcere eſse aliquas naturas con-
tingẽtes poſsibiles produci,quàm Deum velle eas producere,immo vult eas producere: quia
in latitudine totius entis producibilis à Deo cognoſcit eſse aliquas res contingentes & alias
neceſsarias producibiles: contingentia igitur,quæ eſt propria paſsio per ſe conſequens eſſen-
tiam rei,non conuenit ipſi rei propter efficaciam diuinæ voluntatis.

Sed iſta repręhenſio æquiualet nihilo,quandoquidem aliud eſt loqui de rebus contingen- Res contin-
tibus & neceſsarijs in eſse complexo, & aliud eſt loqui de eiſdem in eſse de incõplexo: licet gentes & ne-
primo modo Deus non ſit cauſa neceſsariorum, & contingentium: quia huius propoſitionis ceſſarię bifa-
homo eſt animal rationale, vel homo eſt res contingens,nulla eſt cauſa effectiua: quia com- riam conſide-
plexa non habent cauſam effectricem: ſed ſecundo modo, qui negaret Deum non eſse cau- rantur.
ſam effectricem neceſſariorum,& contingentium,maximo errore inuolueretur: ſcimus Deinde
de cauſam intrinſecam contingentiæ eſse materiam,quæ habet priuationẽ,& potentiam con-
tradictionis ad eſse & non eſse, vt docet Ariſt. 7.huius,cauſam autem extrinſecam proximã Tex.22.

Cap.74.& 75

eſse contrarium agens, à quo res ſublunares impediri poſsunt, ne ſecundum naturam ſuam A operentur: necnon naturam rei dicimus eſse cauſam ipſius contingentiæ tamquã ſubiectum ſuæ propriæ paſsionis, & hoc in ordine ad productionem & exiſtentiam, ſiue actualem, ſiue poſsibilem. De qua re accurate ſatis, & docte copioſeque diſputauit S. Thomas 3. contra gẽt. per plura capita.

Falſum enim verumq; non ſunt in rebus, vt bonum quidem ſit verum, malum autem falſum &c. *Tex. 8.*

An verum debeat à metaphyſico conſiderari, vel à Logico.

Dilucidatio ſexta. B

Veritatem bifariam intelligitur in rebus ſecundũ aliquos.

DISPVTATIO hęc eſt ſatis difficilis propter varias Philoſophorũ ſentẽtias, ideo eget maxima perſcrutatione; ſunt .n. aliqui, qui dicunt primo veritatẽ eſse duplicẽ; vnam in rebus; aliam vero in intellectu. Secundo volunt veritatem in rebus ſumi dupliciter: vno modo abſolute ſecundum rem: alio modo per comparationem ad intelligentem, & cognoſcentem. primo modo ſumitur tripliciter. Vno modo vt dicit abſolute conformitatem producti ad producens. Alio modo vt dicit determinate conformitatem producti ad producens ſecundum imitationem. Tertio modo vt ſupra iſtam imitationem addit adęquationem. Primus modus iſtorum trium licet videatur eſſe communis ſecundo, & tertio, tamen ſi nomen imponatur ad ſignificandum quodcunque iſtorum trium ſecundum propriam rationem, eſset æquiuocum. Secundus modus inuenitur in creatura, quæ imitatur exemplar diuinum, vel creatum; quia illi, à quo producitur, aſsimilatur. Alius modus tertius inuenitur in filio Dei, qui eſt veritas, in qua eſt ſumma ſimilitudo ad pri- C mum producens ſecundum Auguſti. hæc enim eſt conformitas cum adequatione; ſecundo

Res vera quibus modis dicitur.

autẽ modo principali, vt eſt veritas in rebus per cõparationem ad intellectũ, dicitur res vera tripliciter. Vno modo inquãtum eſt de ſe manifeſtatiua ſui cuicunq; intellectui potenti manifeſtationẽ cognoſcere. Alio modo quia eſt aſsimilatiua intellectus ſibi aſsimilabilis pura mediãte actu, vel aliqua ſpecie, qualis nõ eſt niſi intellectus creatus. Alio modo, quia facta manifeſtatione, vel aſſimilatione, res eſt in intellectu, ſicut cognitũ in cognoſcente. Et eſt ſciendum quòd iſte ſecundus ternarius diſtinguitur à primo, quia habitudo ad producentem & ad intelligentem alia & alia eſt: licet quandoq; idem ſit intelligens & producens, poſſunt enim ſeparari: nam ſi per impoſſibile Deus eſſet producens alicuius conſimilis & æqualis, & ſecundum imitationem, & non eſſet intelligens; eſſet primus modus tripartitus ſine ſecundo; ſimiliter econuerſo, ſi eſſet alius Deus intelligens creaturas, & non producens; quomodo etiam diſtinguantur partes vtriuſque ternarii inter ſe, patet intuenti,

Tex. 10.

Tex. 51.

Tex. 54.

Tertio dicunt veritatem in intellectu eſſe duplicem ſecundum eius duplicem operationẽ, quarum vtraque natus eſt intellectus conformari obiecto, vt mẽſuratum menſuræ, ex 5. huius D vna veritas dicitur incomplexa, alia complexa: eſt autem inter iſtas veritates differentia vna, quia veritati incomplexæ non opponitur falſitas, ſed ignorantia tantum, & ſic intelligitur illud 3. de anima, quòd intellectus circa quodquid eſt ſemper eſt verus: ſicut ſenſus circa proprium obiectum, & intelligendum eſt pręciſe circa conceptum ſimpliciter ſimplicem, quia circa conceptum non ſimpliciter ſimplicem, licet non poſſit eſſe formaliter falſus, poteſt tamen eſſe uirtualiter falſus, appræhẽdendo aliquid ſub determinatione ſibi non conueniente, vnde 5. huius dicitur, quòd eſt aliqua ratio in ſe non ſolũ de aliquo falſa, & tamẽ iſta ratio in ſe falſa eſt intelligibilis ſimplici appręhenſione, licet ipſa non exprimat aliquid, niſi forte quid nominis. Secundę autẽ veritati, ſcilicet cõplexę opponitur ignorãtia priuatiue, & falſitas cõtrarie, quãdo ſ. vniuntur quæ in re nõ ſunt vnita. Secunda differẽtia eſt in modo eſſendi veritatis in hac operatione & illa, licet enim in vtraq; operatione intellectus ſit proprie veritas prima, tamen non eſt ibi obiectiue, ſed formaliter; ſecunda autem eſt ibi formaliter & obiectiue, neutra enim in intellectu obiectiue niſi reflectente ſe ſuper actum ſuum, comparando illum ad obiectum, quæ reflexio, ſcilicet in cognoſcendo quòd actus talis eſt ſimilis, vel diſſimilis obiecto

In operatione intellect⁹ eſt veritas quomodo intelligatur.

A obiecto non eſt niſi in cõpoſitione, vel diuiſione. Dicunt quarto, veritatem incõplexam eſſe
habitudinem conformitatis, & ſimilitudinis actus ſimplicis ad obiectum ſimplex intelligibi-
le, veritatem autem complexam ad obiectum complexum: veritas prima ſubiectiue, & for-
maliter eſt in actu ſimplici, ſecunda vero in actu complexo, quę eſt compoſitio & diuiſio;
neutra autem eſt in intellectu obiectiue, niſi in intellectu reflectente ſuper actum ſuum, &
comparante ipſum ad obiectum, vtrum ſit ſibi ſimilis & conformis vel non; & tunc co
gnoſcit iſtam conformitatem, & ſimilitudinem, quæ eſt formaliter ipſa veritas: hæc autem
reflexio & comparatio non eſt ſine compoſitione & diuiſione: quare ſequitur quòd in ſo-
la operatione complexa ſit veritas obiectiue.

Quibus ſtantibus ponunt quatuor concluſiones, quarum prima eſt. Veritas in intellectu ſe
cundum operationem complexam non eſt de conſideratione metaphyſici: probatur quia ta-
lis veritas aut eſt relatio realis, aut rationis: ſi primo, tunc pertinet ad librum de anima, vbi agi
tur de potentiis animę, ex natura. n. actus intellectus cognoſcitur, quomodo eſt fundamẽtum
realis rationis: ſi vero erit relatio rationis, tunc pertinet ad conſiderationem logici, cuius eſt
Logicus conſiderat verũ vel falſum.
B conſiderare verum & falſum, poſſibile & impoſſibile, omneſque alios modos compoſitio-
nis; & ſic etiam eſt dicendum de veritate incomplexa intellectus. * Secunda concluſio
eſt. Veritas in rebus primo modo ſumpta, ſcilicet per comparationem ad producentem,
pertinet ad conſiderationem metaphyſici: quam ita probant: illud reale verum, quod non cõ-
trahit ens ad quantum, nec ad motum, pertinet ad conſiderationem metaphyſici; ſed verum
reale dictum iſto modo eſt huiuſmodi; ergo concluſio vera, probatur minor, quia tale
verum reperitur in diuinis, vbi nec eſt motus, nec quantitas. Tertia concluſio. Verum
reale ſumptum per comparationem ad cognoſcentem primo modo illorum trium, pertinet
ad conſiderationem metaphyſici: probant & hanc, quia tale verum conuertitur cum ente: er-
go pertinet ad metaphyſicum, ſicut & ens cum quo conuertitur: antecedens patet, quia omne
ens quantũ eſt de ſe eſt manifeſtatiuũ ſui cuicunq; intellectui potẽti cognoſcere ipſum. Quar
ta concluſio. Verum reale ſumptum per comparationẽ ad cognoſcentẽ ſecũdo & tertio modo
Non omne verum conuertitur cũ ente.
iſtorum trium non pertinet ad conſiderationem metaphyſici: probant ſic pro ſecũdo modo,
quia tale verum non conuertitur cum ente, patet nam contrahitur ad actum determinatum:
C ergo non pertinet ad metaphyſicũ, qui determinat de ente: probãt pro tertio modo, quia tale
uerum eſt ens diminutum, & contractum ad ens logicum: unde omnes ſecundę intentiones
de tali ente prędicantur, & ideo proprie vt ſic excluditur à metaphyſico, conuertitur tamen
cum ente aliqualiter; quia logicus conſiderat omnia aliqualiter vt metaphyſicus: ſed modus
conſiderationis eſt alius per quid reale, & per intentionẽ ſecundã, ſicut etiam eſt conuertibi
litas entis ſimpliciter, & diminuti: quia neutrũ alterũ excedit in cõmunitate: nã quicquid eſt
ſimpliciter ens, põt eſſe ens diminutũ, quatenus omne ens poteſt eſſe cognitũ aut intellectũ.

Sed contra opinionem iſtorũ arguitur. Primo quia inuoluit humanũ intellectũ, & nullam
manifeſtationem ponit: immo diſtinctiones poſitæ, & cõcluſiones ſunt cõtra peripateticos, &
præcipue Ammoniũ, qui in lib. de interpretatione dicit verũ non eſſe niſi vel in anima, vel
In prologo.
in re, vel in voce. Sunt etiã cõtra Ariſt. hic vbi ſimpliciter ait, verum & falſum eſſe in mente,
& bonũ, & malũ in rebus, & primo perhier. ait quòd circa cõpoſitionẽ & diuiſionẽ eſt veritas
Tex. 8.
& falſitas. Sunt etiã contra rationem: quia ſine eis poteſt facilius res dilucidari. Arguitur
& ſecũdo cõtra ambas diſtinctiones: quoniã quomodocunq; ſumatur veritas ſemper eſt per
Veritas ſemper eſt per comparationem ad intellectum.
D comparationem ad intellectum, vt patet in omnibus tribus modis datis huius veritatis, quę
eſt conformitas producti ad producens, quod eſt Deus: quoniam tam productio, quę eſt crea
turæ ad eſſe, quàm productio, quæ eſt verbi Dei eſt per intellectum, ſicut patet; & per
conſequens veritas, quę eſt in vtraque productione per conformitatem producti ad pro-
ducens, eſt per comparationem ad intellectum: & reliqui tres modi per comparationem ad
intellectum manifeſte coincidunt cum primis dictis, ſicut patet, quoniam productio verbi nõ
eſt aliud niſi notitia genita in eadem eſſentia in cõparatione ad intellectũ: ſimiliter productio
creaturæ, quę eſt ad extra, licet Aduerſarii conentur oppoſitũ oſtendere, vnde non ſeparantur,
neq; diſtinguũtur iſti modi ab inuicẽ ſecundũ rem, licet in caſu dato ſecundũ imaginationẽ
forte poſſet aliter cõtingere; ſed ſcientia realis eſt de veritate ſecundũ quod reperitur in re, nõ
Scientia realis de qua veritate eſt.
ſecundum quod conuenit extra rem imaginari, & talis modus abſtractionis ſecundum
quod ipſi abſtrahunt, nec eſt ſecundum metaphyſicum, nec ſecundum mathematicum.

Confirmatur quia Theologia vel eſt eadem cum metaphyſica, vel diſtincta: ſi primo, tunc
eſſet de eiſdem actibus, & rebus: ſi ſecundo, arguitur quia ſecundum veram theologiam il-
li actus non ſunt diſtincti; videlicet actus cognitionis, & productionis: igitur nec ſecundum
metaphy-

metaphyſicam: ex quo ſequitur quòd vel erit verum ſecundum quòd pertinet ad Intellectum A
de conſideratione metaphyſica; quod eſt contra Philoſophum, vel quòd male fuit diſtinctũ
de veritate in præmiſſis diſtinctionibus, attribuendo ueritatem ſecundum rem, vbi non opor
tebat attribuere; ideo intelligendũ quòd veritas ſecundũ ꝙ attribuitur producẽti, & producto
ſecundũ productionẽ, non eſt ſecundũ productionem in ſe, vel ſecundũ ſe; ſed in ordine ad in
tellectum: vnde ſic ſe habet veritas ad iſta, ſicut ſe habet dextrum & ſiniſtrũ in columna, quę

Dextrum in columna dicit reſpectũ.

ſunt per reſpectum, & relationem ad nos, & hoc in rebus creatis eſt manifeſtum: in diuinis
vero inuenitur veritas propter identitatem harum duarum rationum in vno actu, quoniam
actus intelligendi eſt emanatio ad intra, vel ad extra, ſicut dictum eſt: ſed tamen iſti actus ſe-
cundum omnes differunt ratione: ergo non ſecundum productionem ſecundum ſe erit veri-
tas in actu, qui eſt idem ſecundum rem: ex quibus patet deſtructio huius fundamenti, quo de
ſtructo, quid veritatis poſſunt continere concluſiones? Nihilominus arguitur adhuc contra
eas, quoniam ſi in rebus eſſet veritas ſecũdum ſe, & non per comparationem ad intellectum:
ſequeretur ꝙ res ſecundum quòd huiuſmodi eſſent per ſe, & primo intelligibiles, & non
per intellectum primo: ſimiliter ſenſibiles, & ſcibiles primo; & non per ſenſum, & ſcientiã; B

Tex. 15.

quod eſt contra Ariſt. 3. de anima; quia tunc materialia eſſent per ſe intellecta. Præterea ſe-
queretur quòd eſſet relatio per ſe primo ſcibilis ad ſcientiam, & intelligibilis, & ſenſibilis ad

Tex. 20. Cap de relatiuis.

ad intellectum, & ſenſum contra Ariſt. 5. huius, & in prædicamentis: nam ſcibile refertur ad
ſcientiam, eo ꝙ ſcientia refertur ad ipſum: vnde non cõuertuntur eodem modo, ſicut alia cor
relatiua. Arguitur etiam ſpecialiter contra tertiam concluſionem, quoniam talis veritas quo
modocunq; capiatur per cõparationem ad intellectum, eſt vel operatio, vel paſſio intellectus;
& conſequenter ad eundẽ artificem pertinet conſideratio eius, ad quem pertinet conſiderare
de intellectu; & hęc eſt ratio, per quam Philoſophus concludit, quòd de ente vero non perti-
net ad metaphyſicum conſiderare; quoniam verum inquantum verum ſemper dicit ordinem
ad intellectum, ſiue complexum, ſiue incomplexum, quoniam aut eſt compoſitio, vel diui-
ſio, aut operatio aliqua, vel paſſio intellectus: indiuiſibilium enim intelligentia, quæ eſt circa
ſimplicia, operatio quædam eſt intellectus, ſicut compoſitio, & diuiſio: igitur ad alium artifi-
cem de huiuſmodi ente ſpeculari pertinet.

Rationes etiam ab eis adductæ non concludunt, & prima in qua dicitur quòd idem reale C
verum, quod non contrahit ens ad motum, nec ad quantum, eſt de conſideratione metaphyſi-

Anima intellectiua non eſt mobilis per ſe.

ci. Hęc propoſito eſt falſa: quia Philoſophus naturalis conſiderat de anima intellectiua,
quæ non eſt nec mobilis, cum non ſit corpus, nec eſt quanta. Secunda ratio, quæ dicit quòd
verum conuertitur cum ente, quia eſt eius paſſio; dico quòd licet conuertatur ſecundum rem,
tamen eſt diſtinctum ab eo ſecundũ rationem; quæ ratio non cõuenit enti niſi per intellectũ.

Pro nunc ponenda eſt opinio S. Thomæ, & ſoluenda argumenta, quæ contra ipſum

Quæſt. 16. Quæſt. 1. Cap. 6.

fieri ſolent, S. ergo Thomas, vt colligitur ex interprætatione ſua, quam habet ſupra
hunc textum octauum, & ex 1. parte, & ex quęſt. de veritate, & 1. perhier. ad principium,
& primo contra gentes ait, entitas rei præcedit rationem veritatis: cognitio autem eſt qui-
dam veritatis effectus: & ſecundum hoc tripliciter dicitur habere definitionem ipſa veritas.
Vno modo ſecundum id quod præcedit rationem veritatis; & in quo verum fundatur,

Veritas trifariam definitur.

& ſic definit ſanctus Auguſtinus. dicens, quòd verum eſt id quod eſt. Et Auicenna ſe- D
cundo metaphyſices, veritas cuiuſlibet rei eſt proprietas ſui eſſe. Alio modo definitur veritas
ſecundum id quod formaliter ratio veri perficitur, & ſic definit ipſam veritatem Iſaac dicens,
veritas eſt adæquatio rei ad intellectum. Tertio modo definitur verum ſecundum effectum
conſequentem, & ſic definit Hilarius dicens, verum eſt declaratiuum eſſe rei.

Ex his ſumuntur duo dicta, quorum primum eſt, quòd verum eſt primum obiectum intel-
lectus: quod dictum ita probari poteſt, obiectum potentiæ proprium determinatur ad poten-
tiam cuius eſt obiectum, ſed verum eſt huiuſmodi reſpectu intellectus: ergo verum eſt primũ
obiectum intellectus: maior patet, quia obiectum apetitus vt bonum determinat ens ad ape-
titum: ergo à ſimili videtur in aliis potentiis de intellectu, quòd obiectum intellectus deter-
minat ens ad intellectum: minor declaratur, quia præter ens non videtur aliud determinans
ipſum ad intellectum, niſi uerum, quia ens vt ens de ſe eſt indefferens ad ſenſibile, & intelligi

Verum non conſideratur à Metaphyſico.

bile. Alterum dictum eſt: verum non eſt de conſideratione metaphyſici, quia nullum di-
ſtrahens, & diminutum eſt de conſideratione metaphyſici, cum metaphyſica ſit maxima ſciẽ
tia; ſed ens uerum eſt huiuſmodi: igitur dictum eſt verum: probatur minor, quia cum intelle-
ctus tendat in obiectum: ſequitur quòd verum, cum ſit obiectum intellectus, dicat rationem
entis in intellectu: & ideo rationem entis diminuti, & diſtracti: nam eſſe in intellectu dimi-
nuit

A nuit ab ente & diſtrahit. Sed arguunt Aduerſarii contra primum dictum multipliciter: & primo quia primum obiectum potentiæ ſecundum ſuam rationem formalem eſt prius ſimpliciter ipſa potentia, vel ſaltem actu potentiæ: ſed verum ſecundum Thomam dicit rationē entis in intellectu, & non eſt naturaliter prius ipſo actu; nam non contingit cognoſcere, ſeu intelligere rationem entis in intellectu vt cogniti, niſi intelligendo actum intelligendi per quem ſic eſt in intellectu: ergo ens verum ſecundum Thomam non eſt primum obiectum intellectus. Præterea illud non eſt primum obiectum intellectus, quod non intelligitur actu directo ſed reflexo tantum, ſed verum per Thomam eſt huiuſmodi: ergo verum non eſt primum obiectum intellectus: maior patet, quia actus directus præcedit naturaliter actum reflexum: cum ergo in quolibet actu formalis ratio inueniatur obiecti: poſſibile eſt illud, quod cognoſcitur tantum actu reflexo, eſſe primum obiectum potentiæ: minor patet, quia ſecundum Thomam verum intelligitur, ſicut ratio intelligibilis, quæ habet intelligi poſt obiectum, puta ſi lapis fuerit intellectus reflectendo ſuper rationem obiecti. Actus duplex directus & reflexus.

Ex his ſequitur, ſecūdum quoque dictum eſſe impoſſibile: quia obiectum habitus non debet excedere obiectum potentiæ, cuius eſt habitus: ſed obiectum metaphyſici eſt ens: ergo cū ratio entis ſit prior ratione veri, impoſſibile eſt quòd verum ſit primū obiectum intellectus, alioquin aliquid eſſet ſubiectum metaphyſicæ, quod non haberet rationē intelligibilis inquātum tale. Præterea illud, quod ſecundum propriam rationem poteſt intelligi non inquantū includit aliud, ita eſt per ſe intelligibile, ſicut illud aliud; & per conſequens ęque erit primum obiectum intellectus: ſed bonum inquantum diſtinguitur contra verum, & vt non includit eius rationem, ita eſt per ſe intelligibile ſecundum ſuam propriam rationem, ſicut econuerſo verum inquantum verum non includit bonum: ergo bonum ęque erit primū obiectum intellectus ſicut verū, quod eſt cōtra Thom. & ueritatē, quia tūc unius potentiæ eſſent duo obiecta, probatur minor, tum quia intellectus intelligens differentias boni inquantum bonum, & veri inquantum verum, cognoſcit æque perfecte ex utraque parte: ergo etiā cognoſcit extrema, cum hæc differentia non conueniat bono niſi ſecundum propriam rationem, & vt differt à vero: tum quia ſi non intelligeretur bonum, nec aliquid aliud, niſi vt includeret verum, ſequeretur quòd nec bonum, nec quidditas rei intelligeretur, ni ſi per accidens; cum per accidens includat uerum, & ita intelligitur per accidens, & non ſimpliciter: ſicut Coriſcus non cognoſcitur ſimpliciter, ſi cognoſcatur inquantum veniens. Verum eſt obiectum intellectus.

Ex iſtis deducunt, quòd primum obiectum intellectus non poteſt eſſe aliquid niſi formaliter, uel ſaltem realiter, & eſſentialiter includatur in quocunque per ſe intelligibili, ſicut obiectum viſus non eſt niſi quod eſſentialiter includitur in quolibet per ſe uiſibili, puta lux, vel color: cum autem vnumquodque ens ſit per ſe intelligibile, & nihil poſſit in quocunque ente ſic includi niſi ens: ſequitur quòd primum obiectum intellectus eſt ens. Vnde Auicen. 1. metaphy. ait quòd ens prima impreſſione imprimitur in anima; omnes autem rationes trāſcendētes, quæ ſunt paſſiones entis, puta, verum, bonum, &c. ſunt poſteriores primo obiecto, & quælibet earum eſt æque per ſe intelligibilis, nec vna habet magis rationem obiecti intellectus, quàm alia. Deducunt & ſecundo, quòd ratio, quæ probabat primum dictum, non cogit, ſed quia potentiarum animę quædam ſunt diſparatę, & talium obiecta ſunt ſimpliciter diuerſa: quędam vero ſunt ſubordinatę, vt ſunt omnes potentiæ ſenſitiuæ reſpectu intellectus, & talium ſunt ſimiliter obiecta ſubordinata, vt ſicut potentia eſt ſub potentia, ita obiectum ſub obiecto: obiectum ergo intellectus eſt communiſſimum, & abſtractiſſimum; & iſta abſtractio, & communitas eſt determinatio talis obiecti, nec oportet quòd determinetur per aliquid poſterius ente. Deducunt vlterius, quòd ratio probans primū dictum ſupponit etiam, & hoc falſum, ſcilicet quòd bonum determinet obiectum appetitus; quia ſicut ens ſub ratione entis eſt primum obiectum intellectus; ita & voluntatis, quod eſt abſurdum. Obiectum viſus eſt viſibile. Cap. 1.

C

D

Sed (pace horum dixerim) iſti noluerunt intelligere. S. Thomam: nam diuerſis in locis ſuæ doctrinæ S. Thomas ait, quòd ens eſt obiectum intellectus, vt patet in prologo codicilli de ente, & eſſentia, nam aliquando ſcripſit quòd quidditas eſt obiectum intellectus, aliquando vero Deum eſſe obiectum intellectus; aliquando ſingularia, aliquando uerum: ſed diuerſimode intelliguntur iſta dicta, nam ens vniuerſaliſſimo modo ſumptum eſt primum obiectū intellectus primitate adæquationis, & temporis: quidditas rei materialis ſenſibilis eſt obiectum primo motiuum intellectus: Deus eſſe obiectum intellectus primum, idest perfectiſſimum; ſingularia ſenſibilia, actus intelligēdi, & ipſe intellectus, & ipſa anima intellectiua ſunt ſecundaria obiecta intellectus: verum eſt obiectum intellectus tanquam formale, vt quo, quia ſicut luce aliquid eſt uiſibile, & ideo lux eſt obiectum quo in viſu; ſic veritate aliquid eſt intelligi- Diuerſa dicta S. Tho. conciliātur.

telligibile;& ideo uerum eſt obiectum quo,ipſins intellectus. Adde etiã quòd in quæſtio- A
quæſt.1.ar.1. nibus de ueritate ait,quòd obiectum cõſequutiue ipſius intellectus eſt uerum,quia ratio en-
tis eſt prior ratione neri;& ſicut bonum addit rationen appetibilis ſupra ens, ita uerum dicit
comparationem ad intellectum.

Quibus ſtantibus dicitur ad primum,quòd maior propoſitio tenet de obiecto quod,quod
eſt ipſum ens;hoc enim antecedit ipſam potentiam,non autem de obiecto quo, & hoc eſt ve-
Obiectum duplex quod & quo. rum,quia nihil poteſt intelligi,niſi ratio neri conſequatur apprehenſionem illius. Secundum
quoqne argumentum ita ſoluitur, quia ens eſt primum obiectum intellectus noſtri vt quod,
propterea intelligitur actu recto;verum ſi intelligatur actu reflexo, ideo eſt quia conſequitur
ipſum ens,ſicuti viſus terminatur ad coloratum mediante luce, ita intellectus mediante veri-
tate terminatur ad ens. Soluitur & tertium,quod uidetur eſſe contra ſecundum dictum,quia
falſum eſt ens excedere uerum,cum ſint ęqualis ambitus, & implicat quòd aliquid ſit intelli-
gibile ſine ueritate,ſicuti non eſt aliqnid uiſibile ſine luce. Soluitur & quartũ,negando quòd
bonũ inqnantum bonũ ſit per ſe intelligibile,quia non eſt intelligibile,niſi pront adæquatur
intellectui,& ut ſic habet rationem veri,& non boni. Illud,quod deducunt,dicimus non eſſe B
contra S.Thomam,immo ipſe fatetur in libello de ente & eſſentia de mente ipſius Auicennæ,
quòd ens & res ſunt quę prima impræſſione imprimũtur in anima,& licet ratio entis ſit prior
ratione ueri,tamen prout ens eſt intelligibile claudit in ſe conformitatem,vt dictum eſt. Secũ-
dum etiam,quod deducunt contra nos eſt,verum non determinat ipſum ens ad aliquod par-
ticulare,cum conuertatur cum ipſo ente;nec ratio ſnpponit aliquod falſum,ſed ſummam ve-
Ens eſt obiectum uoluntatis, & intellectus diuerſimode. ritatem;quoniam ens eſt obiectum intellectus & voluntatis,licet diuerſimode,quia quatenus
habet conformitatem ad intellectum,eſt obiectum intellectus , quatenus vero habet confor-
mitatem ad voluntatem, eſt obiectum voluntatis, & ſic dicitur bonum.

Pro dilucidatione ergo veritatis iuxta peripateticos & S. Tho. reducendnm eſt in memo-
riam veritatem poſſe conſiderari tripliciter. Primo vt eſt in enunciatione tanquam in ſigno;
In prologo. vt dixit Philoſophus 1. perhier. quòd veritas & falſitas ſunt circa compoſitionem & diuiſio-
nem. Secundo prout eſt in intellectu, tanquam in ſubiecto ,& ſic ait Philoſophus,quòd ve-
rum & falſum ſunt in intellectu. Tertio prout eſt in re ,ſicut in cauſa , vel in effectu ; ſic 2.
Tex.4. huius habetur,qnòd vnumquodque ſicuti ſe habet ad eſſe,ita ad veritatem. Quo ſtante dico C
Subiectum logicę quid eſt. ad ſcopum, & ad punctum principale,quòd de vero primo & ſecundo modo ſpectat ad logi-
cum conſiderare: quia ſubiectum logicæ eſt ens rationis; ſed verum primo & ſecundo modo
ſumptum continetur ſub ente rationis: igitur verum primo & ſecundo modo ſumptum ſpe-
ctat ad logicum: ſed tertio modo ſumptum ſpectat ad metaphyſicum conſiderare; quia cum
verum,& ens conuertantur, metaphyſicus conſiderat de omni ente: ergo de omni vero,quod
Tex.3. conuertitur cum ente, hinc dicitur 2. huius, qnòd metaphyſica vocatur ſcientia veritatis,quia
habet conſiderare maxime entia,puta primas cauſas,& ex conſequenti maxime vera: & quia
ex primis cauſis cauſatur verum in aliis,ideo primæ cauſę ſunt maxime veræ, tum quia vnũ-
Tex.4. quodque ſicuti ſe habet ad eſſe,ita ſe habet ad veritatem, vt ſcribitur 2. huins; ſi igitur verum
conuertitur cum ente,& munus metaphyſici eſt de ente ſpeculari , ergo & de vero: tum quia
Non omne uerum dicit diminutionem. metaphyſica eſt ſcientia communiſſima, & ſic habet conſiderare primum obiectum ſcibile &
intelligibile, ſed primum obiectum ſcibile & intelligibile non eſt niſi verum: igitur habet cõ-
ſiderare de uero.

Et ſi quis diceret,quòd verum debet excludi à conſideratione metaphyſici,cũ dicat aliquid D
diminutũ. Reſpõdetur quòd non omne verũ dicit quid diminutũ; quia illa,quæ diminuũt de
perfectione entis,nõ debẽt attribui primo enti, vt patet de cauſato ,& finito,& huiuſmodi,ſed
Tex.4. uerũ attribuitur primo enti in sũmo, vt patet 2. huius, principia ſẽpiternorũ neceſſe eſt ſemper
eſſe ueriſſima: idcirco falſum eſt verũ oẽ eſſe diminutũ: ſed illud verum, quod eſt diminutũ,
eſt ens rationis , quod quidem conſideratur etiam à metaphy. non primo & principaliter,
Lect.1. ſed ſecundario, vt patet per S.Thomam in principio huius, vbi habet, quòd Ariſtot. in hoc 6.
primo oſtendit modum tractandi de entibus, qui competit huic ſcientiæ per differentiã ad
alias ſcientias. In ſecũdo remouet à conſideratione huius ſcientię ens aliquibus modis dictũ,
ſecundum quos modos ens non intenditur principaliter in hac ſcientia,& iſti modi ſunt ens
per accidens , & ens uerum complexum: idcirco patet qnòd de hoc etiam vero, quod eſt ens
Quæſt. 16. Diſt.19. q.prima. rationis, habet metaphyſicus conſiderare, licet non primo & principaliter , vt dictum eſt. De
hac re lege ipſum S.Thomam 1.p.& 1. ſent.& in quęſt. diſputatis de veritate.

F I N I S.

DILVCIDATIO PRIMA.

In ſeptimum Librum Metaphyſicæ.

Nihil enim ipſorum eſt, nec ſecundùm ſe aptum natum ſeparari poſſibile à ſubſtantia, &c. Tex. 3.

Num inhærentia ſit de eſſentia accidentis.

C

RESPONDENT nonnulli, quos ſequuntur Neoterici, ponentes aliqua fundamenta, quorum primum eſt. Hoc nomen, accidens, cum ſit nomen concretum dupliciter ſumitur, ſicuti quodlibet nomen concretum. Vno modo pro per ſe ſignificato nominis, quod eſt conceptus, quem accidens naturaliter importat, & eſt ipſa accidentalitas ſiue ipſa accidentia, quæ videtur ſynonymum cum hoc, quod dicitur inhęrentia; Alio modo poteſt ſumi pro illo ſubſtrato, quod denominat hoc concretum accidens, quod eſt aliquid ex nouem prædicamentis, ſiue ſit abſolutum, ſiue reſpectiuum, puta quantitas, qualitas, vel relatio. Secundum eſt, quòd inhærentia eſt duplex: ſcilicet actualis: & aptitudinalis, actualis eſt ipſa unio accidentis exiſtentis cũ ipſo ſubiecto exiſtẽte; vt quidã actus & perfectio cũ potentiali perfectibili: inhærentia autem aptitudinalis eſt ipſa dependentia, ſiue eſſentialis ordo accidentis ſecundum ſuam

Accidens eſt nomen concretum.

Inhærentia Duplex eſt.

D quidditatem ad ſubiectum. Differunt autem hæc inhærentia, & illa, nam quæ eſt actualis circumſcribitur à demonſtratione, quia demonſtratio abſtrahit ab exiſtentia, & conſequentibus rem inquantum exiſtit, alioquin non eſſet neceſſariorum: ſecunda autem inhærentia ſcilicet aptitudinalis, quæ eſt paſſionis ad ſubiectum, demonſtratur: ex quo patet quòd illa ſecunda eſt alia à prima, quia prima eſt exiſtentia, vel conditio propriæ exiſtentiæ, & non ſemper ineſt accidenti: ſecunda vero ſemper ineſt, ſiue exiſtente ſubiecto, ſiue non. Tertium eſt, quòd aliquod eſt de eſſentia alicuius, quod non eſt eſſentialiter vel realiter idem ipſi, quia illud dicitur eſſe de eſſentia alicuius, quod includitur in conceptu quidditatiuo, & ponitur in ratione eius quidditatiua, non tanquam additum, ſicut animal eſt de eſſentia hominis: aliquid vero poteſt eſſe idem realiter, & eſſentialiter alicui, & tamen eſt extra eius conceptum formalem, & quidditatiuum, puta vnitas & veritas, quæ ſunt paſſiones entis; hæc ſunt idem realiter & eſſentialiter cum ente, & tamen ſunt extra conceptum formalem eius.

Aliquid poteſt eſſe de eſſentia alicuius, & non eſſe ei eſſentialiter.

Sed dico iſtos circa primum fundamentum allucinatos eſſe, non diſtinguendo accidens ad mentem Ariſto. quod quatuor modis ſumi poteſt. Primo pro omni eo, quod non eſt de ratione alicuius; & ſic omnia, quæ non ſunt de ratione hominis, dicuntur accidentia eius,

Quatrifariã accidens ſumi poteſt.

ſicut

ſicut riſibile, Sortes,& Plato, quæ non ſunt de intellectu hominis, poteſt enim homo intelli- A
gi noo intellecto Sorte,& Platooe, atque riſibili; & ideo hæc omnia dicuntur accidentia hominis. Secundo ſumitur accidens pro omni ente, quod non eſt ſubſtantia, ſed inhęret ei, & diuiditur in nouem prædicameota, in quantitatem, qualitatem &c. quæ omnia dicuntur accidentia. Tertio ſumitur accidens pro omni eo, quod euenit præter intentionem agentis, vt quando homo fodit agrum vt ſeminet, & fodiendo inuenit theſaurum eſt accideos, quod
Tex.57. dicitur fortuna, & caſus, de quibus Ariſto. in 2. phy. diſputat. Quarto ſumitur accidens pro omni eo, quod poſitum in prædicato facit propoſitionem per accideos, ſiue illud ſit ſubſtantia, ſiue accideos prædicamentale, ſiue non: ad hoc enim quod fiat propoſitio per ſe, oportet prædicatum eſſe de eſſentia & ratione ſubiecti, aut proprium eiùs quarto modo: omnia ergo alia pręd icata faciunt propoſitionem per accidens: vnde hęc eſt per accidens, animal eſt homo. In pręſenti ſermo non erit niſi de accidente ſumpto ſecundo modo.

Deinde allucinati quoque ſunt circa ſecundum fundamentum, quod quidem non eſt de mente Ariſto. & peripateticorum volentium omoem inhærentiam eſſe actualem, quia ſicuti non eſſe in ſubiecto actualiter conuenit ſubſtantiæ, ita eſſe io ſubiecto actualitet conuenit B
Aliud eſt loqui de inhęrentia ſecundum peripateticos & iuxta veritatē. accidenti ſecundum peripateticos, licet non ſecundum rei ueritatem, quia per potentiam diuinam, quæ poteſt ſupplere vicem cauſæ effectioę cuiuſcumque, accidens quodlibet actualiter poteſt eſſe ſine ſubiecto; immo omnes formæ poſſuot eſſe actu ſine materia. Ex quo reprehendendus eſt Thomas Vualdeoſis thomo 2. de ſacramentis, qui uoluit perſuadere ad meotem Ariſt. & philoſophorum accidens naturaliter poſſe exiſtere ſine ſubiecto: quia Philo
Cap.76. ſophus 1. phy. redarguit Anaxagoram dicentem omnia eſſe commixta, atque etiam acciden
Tex.37. tia cum ſubſtantijs; omniaq; ſubinde poſſe adinuicem ſeparari; contra quem Ariſto. inferebat poſſe eſſe accidentia ſine ſubiecto. Et Plato poſuit vniuerſales formas ab iodiuiduis ab-
Com.29. ſtractas. Commentator 2. phy. ait, difficilius eſſe illud opinari, quàm quod formæ acciden-
Tex.55. tales abſtrahantur à ſubiecto: & 4. phy. refert Ariſto. quoſdam opinantes inane & vacuum
Tra.10. eſſe locum dimenſionibos repletum ſine ſubſtantijs. Et Auicebron in lib. fontis vitæ nihil af-
In examerō firmare veretur accidentia exiſtere poſſe ſine ſubiecto. immo S. Baſilius, S. Gregorius, S. Ambro. dicunt lucem illam, quę fuit io prima die creata, fuiſſe accidens ſine ſubiecto, cui & Damaſcenus aſtipulatur. C

Sed hæc omnia nullam perſuaſionem faciunt; quia ſi accidens naturaliter poſſet eſſe ſine
Seſſ.13. can. 2. ſubiecto, tunc hoc non eſſet miraculo attribuendum, & ſic iſta propoſitio noo eſſet de fide, accidentia ſunt ſine ſubiecto in ſacrameoto Euchariſtiæ, quod eſt contra Concilium tridentinum, determinans in Euchariſtiæ ſacramento remanere tantum ſpecies panis, & vini, non autem ſubſtantiam panis aut uini. Tertium fundamentum quoq; dicitur eſſe falſum: quia apud peripateticos idem eſt forma, & eſſentia, & quidditas: propterea definitio dicitur eſ-
Com. 42. ſe ſermo explicatiuus quidditatis, formæ, & eſſeotiæ, vt ſcripſit Auerro. 1. huius & ideo eſſe de eſſentia, & eſſe de forma, & eſſe de quidditate alicuius eſt eſſe de definitione illius: quia eſſe eſſentiale, formale, & quidditatiuum eſt eſſe definitiuum, & eſſe eſſentialiter, eſſe formaliter, & eſſe qoidditatiue eſt eſſe definitiue ſecundum Ariſto. omne igitur, quod eſt de eſſentia alicuius eſt illi eſſentialiter. Nec ualet exemplum de ente, & paſſionibus eius,
q.11. quia ens & paſſiooes ſunt idem re, & diſtinguũtur tantum ratione, vt oſtendit S. Thomas 1.
q.5.ſect.1. p. ex qoa veritate patet etiã error manifeſte cuiuſdã Neoterici 4. huius, vbi diſputans de paſ-
Error Neotericorum. ſionibus entis vult ens, aliquid, & rem idem prorſus eſſe, nec ullo pacto diſtingui inter ſe: D
Cap. de ſubſtantia. Quę opioio ſi vera eſset, tuoc committeret nugationem qui diceret ens aliquid, & ens res, veluti dicens gladius, enſis, qood tamen eſt falſum: patet ergo omnia hæc tria fuodamenta illorum eſse falſa, quia primum eſt contra Ariſto. in prædicamentis, quandoquidem ſi nomen concretum poteſt dupliciter ſumi, pro ſigoificato nominis, quod eſt conceptus, & pro ſubſubſtrato: ſequitur quòd album, & muſicum, & qoodlibet aliud huiuſmodi concretum eo-
Album ſolã qualitatē ſignificat. dem modo poterit dupliciter ſumi, quod eſt contra dictum Ariſto. aſserentis album ſolam qualitatem ſignificare ſicut albedo. Pręterea conceptus per nomen importatus aot eſt aliquid ſecundum rem, aut eſt aliquid ſecundum rationem. Si primo cum per iſtud diſtinguatur abſtractum à concreto: ſequitur quòd per aliud reale concretum eſt id qood eſt; & per aliud abſtractum: quod eſt inconueniens, & abſurdum: ſi eſt aliquid ſecundum rationem, ſequitur quòd concretum denominatur ab ente rationis, quod etiam eſt falſum, & ioconuenieos Contra 3m fundamentum argoitur ſic: ſuppoſito quòd nullo modo inhærentia ſit de eſsentia accideotis, ſequitur primo quòd erit dare accidens, quod nec erit acto inhęrens, nec ſecundum aptitudioem, quia quod neutro modo inhęret eſt eus ſeparabile, & ſic dabitur accidens

à ſubie-

A à ſubiecto ſepatabile, quod eſt contra Philoſophum in hoc ſeptimo. Contra tertium funda- Tex.3.
mentũ arguitur, quia illud videtur eſſe de eſſentia alicuius, ſine quo illud nec eſſe, nec intelli-
gi poteſt: ſed inhęrentia eſt huiuſmodi; nam ſine inhærentia aptitudinali, & actuali natura-
liter loquẽdo nec eſſe nec intelligi poteſt ipſum accidens: quia ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ſe
habet ad veritatem, & per conſequens ad intellectum a. huius, ex quo patet falſum eſſe id, Tex.4.
quod in tertio fundamento dictum eſt.

Ponunt deinde tres concluſiones quarum prima eſt. Neutra inhærentia eſt de eſſentia acci-
dentis ſecundo modo ſumpta: accipiendo accidens pro eo, quod hoc nomine denominatur,
& hoc ſiue ſit accidens abſolutum, ſiue reſpectiuum, quam concluſionem ita perſuadent quo-
ad primam partem: nullus reſpectus eſt de eſſentia abſoluti, ſed vtraque inhęrentia eſt for-
maliter reſpectus: ergo cõcluſio vera, maior patet, quia aliter omnia eſſent formaliter ad ali-
quid, quod tamquam inconueniens concludit Philoſophus 4. huius. Quæ ratio eſt deri- tex. 26.
ſibilis & nullius momenti, vt Caietanus lib. de ente, & eſſentia ſcripſit diſtinguendo de ab- Cap.6.
ſoluto, quod eſt duplex: alterum à termino, & ſubiecto, & hoc eſt tantum prædicamentum Abſolutum
B ſubſtantiæ; alterum vero dicitur abſolutum à termino, & non à ſubiecto: & ſic quodlibet duplex.
accidens dicitur eſſe abſolutum, quia non dicit reſpectum ad terminum, attamen dicit reſpe-
ctum ad ſubiectum; & ſic patet quòd maior eſt omnino falſa, ex conſequenti tota ratio deri-
ſibilis. Secundam partem concluſionis ita probant, fundamentum reſpectus eſt aliquid prę-
ter reſpectum, quia nihil fundat ſeipſum, vt ſcripſit Augusti. 7. de trinitate, omne quod re- Cap.1.
latiue dicitur eſt aliquid præter relationem: ergo inhærentia non eſt de eſſentia accidentis ſe-
cundo modo ſumpti; in quo fundatur. Hæc etiam ratio ſoluitur à S. Thoma. 1. p. in re- q.78. art. 3.
ſponſione ad ſecundum, vbi exponitur auctoritas Auguſtini, omnis res quæ relatiue dicitur
eſt aliquid excepto relatiuo: quæ auctoritas poteſt intelligi formaliter, ſed non realiter, quia
ſtat quod inhærentia ſit idem cũ accidente eſſentialiter, non tamen formaliter, Poſſumus etiam Reſpectus
dicere, quòd maior huius rationis tenet de reſpectu ad terminum, inhærentia autem vt dictũ duplex
eſt, dicit reſpectum ad ſubiectum, & non ad terminum, & eſt idem realiter cum ipſo acciden-
te, & ſic non oportet vt ſit poſterior eo. Probant adhuc concluſionem alio argumento ſic; ſi
inhærentia eſſet de eſſentia accidentis, tunc ſequeretur, quòd quantitas, qualitas, & relatio
C ceteraque prædicamenta accidentium, non erunt genera generaliſſima: conſequens eſt fal-
ſum: ergo & antecedens: probatur conſequentia; quia inhærentia videtur eſſe einſdem ra-
tionis in quantitate, qualitate, & aliis accidentibus: ergo ſi eſt de eſſentia utriuſque, pote-
rit ab utroque abſtrahi conceptus communis dictus in quid de eis, inferior conceptu entis,
& ſuperior iſtis prædicamentis, & omnis talis eſt conceptus generis, & ſic prædicamenta ac-
cidentium non erunt genera generaliſſima, quia haberent aliquod ſupra veniens genus.
Hęc quoque tertia ratio deridenda venit cum aliis, & formaliter reſpondendo ad ipſam, ne-
gamus conſequentiam: quia ad hoc quòd aliquid ſit genus, non ſufficit quòd ſit commune
iis de quibus dicitur & prædicatur in quid, & vniuoce; ſed quòd dicat determinatam naturam
puta ſubſtantiam, vel quantitatem, &c. modo inhærentia in communi non dicit iſtam deter- Quæ requi-
minatam naturam, cum inhærentia quantitatis ſit quantitas, & inhærentia qualitatis ſit qua- rũtur ad hoc
litas & ſic de aliis: vnde patet iſtorum rationem nihil concludere, & concluſionem eſſe fal- vt aliquid ſit
ſam, vt poteſt videri in ratione, quam adduximus contra tertium fundamentum. genus

Ponunt ſecundam concluſionem quæ eſt iſta. Inhærẽtia aptitudinalis eſt idem realiter vel
D eſſentialiter accidenti ſecundo modo ſumpto, ſiue ſit abſolutum, ſiue reſpectiuum, quam ſic
probant; nulla aptitudo naturalis alicuius diſtinguitur realiter ab illo cuius eſt aptitudo: ſed
inhærentia aptitudinalis eſt quędam aptitudo naturalis talis accidentis: ergo concluſio uera.
Secundo ita probant: paſſiones entis dictæ de inferioribus non dicunt aliquid realiter ab eis:
ſed eſſe in ſe ens, & eſſe inhærens ſunt quædam paſſiones dictæ de inferioribus ſcilicet de
ſubſtantia, & accidente: ergo nec eſſe in ſe ens dicit aliud à ſubſtantia, nec eſſe inhęrens
aliud ab accidente: probatur minor; quia eſſe in ſe ens, & eſſe inhærens pro eodem accipiun-
tur; ſicut eſſe prius, & poſterius; prius autem, & poſterius diuidunt ens vt paſſiones.

Sed iſtæ rationes non concludũt, quia maior primę rationis eſt falſa, quoniã ſubiectum eſt
prius natura propria paſſione; ſed prius natura poteſt eſſe ſinę poſteriori ſecundum Philoſophũ in cap. de prio
poſtpræ. quia prius natura eſt à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, igitur &c. Et ri
confirmatur, quia cauſa eſt prior natura ipſo cauſato igitur &c. Secunda quoque ratio non
concludit: quia eſſe in ſe ens, & eſſe inhærens non ſunt paſſiones, ſed modi ipſius entis.

Addunt tertiam concluſionem. Inhærentia actualis non eſt idem realiter accidenti ſecun-
do modo ſumpto, quod eſt abſolutum, nec per conſequens eſt de eſſentia eius, quam ita

putant ſe demõſtrare : impoſſibile eſt quòd idem realiter maneat, & corrumpatur, alias eſſet A
& non eſſet ſimul, qđ eſt oppoſitũ primo principio: ſed manente, & exiſtente accidente abſo-
luto non manet inhærentia actualis : ergo &c. minor patet in ſacramento Euchariſtiæ, vbi
accidentia ſeparata exiſtunt ſine inhęrentia actuali, alias ſi illa maneret, etiam ſubſtantia pa-
nis maneret, quod eſt falſum. Sed dico quòd Theologus in hoc articulo habet diſcordare
ab Ariſto. qui tantum lumine naturæ procedit, & ſicuti diſcordat in articulo de creatione
mundi, & de numero Angelorum, eorumque loco, & motu, & in multis aliis; ita habet diſcor-
dare in hoc; quia non poteſt Philoſophus neque definire, neque abſtrahere ipſum accidens
Theologi & peripatetici non concordant in hoc quęſito & in multis aliis.
à ſubiecto; & Theologus non haberet ſuum finem in hac propoſitione, ſi eſſet cognita natu-
raliter: fides enim non habet meritũ, ubi humana ratio præbet experimentũ; virtute enim di
uina fit & non naturali, quòd accidens poſſit eſſe ſine ſubiecto. Et ſi dicis, Deus non poteſt
ſeparare id quod eſt de definitione accidentis ab ipſo accidente. Dico quòd hoc eſt intelligẽ-
dum de definitione abſoluta : non enim Deus poteſt ſeparare qualitatem ab albedine, ita qđ
ſtet albedo & non ſit qualitas: aliter autem eſt de definitione per additum, vt eſt illa, qua defi-
nitur accidens per ſubiectum, à quo remouet accidens actualiter. B

Relicta igitur opinione iſtorum dico, ꝙ iuxta placita Ariſt. oporteret dicere omnem inhę-
Diſt. 28. q. 1. ar. 4.
rentiam eſſe de eſſentia accidentis, vt fuſius oſtendit Bachonus 1. ſentẽ. multiq; alii peripateti-
ci, qui de hoc ſcribunt lumine naturæ: quia illud, quo accidens eſt formaliter ens, eſt ſibi reali-
Tex. 3.
ter idem : ſed accidens eſt formaliter ens per inhęrentiam ad ſubiectum : ergo talis inhęren-
tia eſt ſibi idem realiter, & eſſentialiter; probatur minor, quia vt dicitur in litera, accidentia
ſunt entia in eo quòd ſunt taliter entis; ergo formalis ratio entitatis in accidente eſt inhęrere
taliter enti, ideſt ſubſtantiæ. Nec ualet reſponſio Aduerſariorum negantium minorem; & ad
probationem dicẽtium, quòd peccat ex ęquiuocatione huius uocabuli, in eo quod, non enim
Tex. 23.
ſemper in eo quod, eſt nota cauſæ formalis illius, quod præcedit natura, vt dicitur 5. huius,
quotiens dicitur cauſa, totiens dicitur in eo quod, vel ſecũdum quod ipſum; ergo in eo quod,
poteſt eſſe nota cuiuſcunque cauſæ illius quod præcedit, & ideo cum ſubſtantia ſit aliqua cau
ſa accidentis, & non de eſſentia eius; ideo accidens eſt ens in eo quòd eſt taliter entis, ideſt
talis cauſæ & in tali ordine cauſandi : nec tamen illa habitudo ad quancunque cauſam eſt ens
formale vel eſſentiale in cauſato : quia tunc nullum cauſatum eſſet formaliter abſolutum. C
Sed hæc reſponſio eſt nullius momenti, quia licet verum ſit, quòd illa particula, quia, reddat
cauſam ſiue materialẽ, ſiue formalẽ, & oẽ genus cauſæ: tamen ſi uera eſſet reſpõſio data, ſeque
Quia, eſt dictio cauſalis
retur quòd pari ratione dicere poſſemus ſubſtantiales formas nõ eſſe ens, niſi quia entis: ideſt
Dei cauſantis; tenet conſequentia ab inferiori ad ſuperius : ſunt .n. ens quia ſunt huius en-
tis; ergo non ſunt ens niſi quia entis; quod eſt contra omnes peripateticos; propterea ratio
concludit lumine naturę, licet aliter ſit dicendũ ſecundũ fidẽ & veritatẽ ipſam. Secunda ratio
eſt, ſi inhærentia non eſſet de eſſentia accidentis: ergo eſt aliud, & inhęret ipſi accidenti, quia
accidens dicitur inhęrens formaliter, quæritur ergo de illa inhęrẽtia ſecunda, qua prima inhę
rẽtia inhæret accidẽti, aut ipſa eſt eadẽ ipſi accidẽti, vel primæ inhęrẽtiæ, aut eſt aliud : ſi eſt
eadẽ, pari ratione ſtandũ fuit in primo, ſi eſt aliud, tunc eſſet proceſſus in infinitũ. Sed reſpõ
dent ad hoc concedendo inhęrentiam inhęrere accidenti, puta albedini, alioquin albedo non
eſſet formaliter inhęrens, & cum quęris de illa ſecunda inhęrentia dicunt, quòd illa eſt reali-
ter eadem primæ, & ita eſt ibi ſtatus; quia illa relatio eſt eadem cum fundamento, ſine qua
fundamentum eſſe includit contradictionem, huiuſmodi eſt illa inhęrentia inhærentię: quia D
contradictio eſt inhęrentiã albedinis ad ſuperficiem eſſe in actu, uel aptitudine, & non inhæ-
rere actu; ſed propter rationem oppoſitam nulla inhærentia formæ abſolutæ eſt ſibi eadem,
quia non eſt ſimpliciter repugnantia formam abſolutam ſimpliciter eſſe, & non tamen in eſ-
ſe. Sed hęc reſponſio non eſt ſecundum Ariſto. qui lumine naturæ nõ cognouit accidens poſ
Ariſt. non cognouit accidens poſſe eſſe ſine ſubiecto.
ſe eſſe actu ſine ſubiecto: & quæſitum hoc eſt iuxta eius doctrinam, propterea potuiſſet quę-
rere aliquis Peripateticus, ponẽdo ꝙ albedo ſit inhęrens, & inhęrẽtia qua inhęret ſit aliquid,
tunc quęrit; vel iſtud eſt accidens vel non; ſi primo, ergo inhęret vel ſe ipſo, vel per aliud;
ſi per aliud quęritur de illo alio, & ſic dabitur proceſſus in infinitum: ſi ſecundo, tunc ſequitur
quòd eſſentia accidentis non erit accidens, quod eſt contra omnem doctrinam. Adde etiã
quòd illorum, quæ ſunt eiuſdem generis, & rationis quicquid per ſe vni competit, competit
omnibus; ſed albedo, & ſua inhęrentia ſunt eiuſdem rationis in accidente; quia ambę conue
niunt in ratione accidentis: ergo quicquid competit albedini per rationem accidentis compe
tit & ipſi inhęrentiæ per naturam accidẽtis, ſed albedini competit inhærere; ergo & ipſi inhę
rentiæ competit inhęrere.

Tertio

A Tertio nituntur ſoluere aliam rationem efficaciſſimam, quæ eſt hæc; reſpectus accidentis ad ſubiectum non eſt minus idem accidenti, quàm reſpectus creaturæ ad Deum ſit idem creaturæ; ſed vt docent ipſi, reſpectus creaturæ ad Deum eſt idem: ergo reſpectus accidentis ad ſubiectum, qui eſt inhęrentia, eſt idem realiter accidenti: maior patet quia creatura non definitur per ipſam eſſentiam diuinam additam in ſua definitione; quia tunc nihil haberet definitionem in ſuo genere, cum Deus ſit extra genus: accidens tamen propter ſuum reſpectũ ad ſubiectum neceſſario definitur per ſubiectum: ergo ille reſpectus accidentis ad ſubiectum non minus eſt idem ſibi, quàm reſpectus creaturę ad Deum. Sed ſoluunt negantes maiorem; & ad probationem dicunt non eſſe ſimile, quia accidens non poteſt definiri ſine ſubiecto, quia non habet eſſe per ſe ſubſiſtẽs, & propterea nõ põt terminare actum intellectus ſine ſubiecto: ipſa autem creatura habet eſſe per ſe ſubſiſtens, & poteſt terminare actum intellectus ſine omni alio extrinſeco, & ſic arbitrantur ſoluere hanc rationem. Quam ſolutionem non acceptant peripatetici: quia illud, quod eſt intimius definitioni alicuius, eſt etiam intimius eſſentiæ illius: ſi ergo inhęrentia accidentis eſt intimior eſſentiæ accidentis in ordine ad
B ſubiectum, quàm ſit habitudo creaturæ ad Deum, & habitudo creaturæ ad Deum eſt idem creaturæ ſecundum ipſos: ergo habitudo accidentis ad ſubiectum erit etiam eadem identice cum ipſo accidente, & loquor de inhęrentia actuali, ſicut etiam actualis dependentia ipſius creaturæ à Deo identificatur cum ipſa creatura. Sunt & multæ aliæ rationes, quas nituntur ſoluere; attamen quia ſolutiones ipſorum nõ ſunt ad mentem Ariſt. vt clare eſt videre ab exercitato in philoſophia peripatetica, propterea ipſas iure derelinquo.

Habitudo creaturæ ad Deũ eſt idẽ cum creatura, ſecundũ aliquos.

Reſolutio tamen huius quęſiti ſecundum rei veritatem derelicta doctrina Ariſto. à qua in hoc negotio Theologos diſcordare oportet, conſiſtit in his propoſitionibus; quarum prima eſt. Accidẽs poteſt ſeparari à ſubiecto cum corruptione ipſius ſubiecti: iſta propoſitio patet ad ſenſum, & non indiget alia probatione, quia corrupto ſubiecto corrumpitur accidens, ergo &c. Secunda eſt. Accidens non poteſt ſeparari à ſubiecto accidente manente ſecundum eſſe exiſtentiæ, & quantum ad habitudinem exiſtendi in ſubiecto ſimul: iſta etiam patet ex definitione tradita à Porphyrio dicente, accidens non eſt genus, neque ſpecies, ſemper tamen eſt in ſubiecto ſubſiſtens; & Boetius lib. prædicabilium idem ait, accidentis eſt ineſſe. Tertia propoſitio. Accidẽs poteſt ſeparari à ſubiecto, quoad eſſe exiſtentiæ, non tamen quantum ad
C habitudinem exiſtendi in ſubiecto, & hoc per diuinam potentiam, ſed non naturaliter, & iſta propoſitio eſt de fide, vt patet in ſacramento altaris, & ſumitur ex Concilio Tridentino & ex S. Thoma. 1. p. & 3. p. de qua re vide Sotum 4. ſent. Quarta propoſitio. Deus poteſt facere qualitatem puta albedinem ſecundum naturam ſpecificam ſeparatam a ſubſtantia, & quantitate: talis autem albedo non eſſet de natura albedinum iſtorum inferiorum, quia eſſet per ſe ſubſiſtens, hanc docet S. Thomas pluribus in locis ſuæ doctrinæ, & pręcipue in quolib. Quinta propoſitio. Nulla qualitas poteſt ſeparari à quantitate, ne dum à ſubſtantia quoad eſſe indiuiduale, ita quòd qualitas ſit hæc, vel illa ſeparata, & hoc loquendo de qualitate corporali: probatur, quia cum accidentia ſint indiuidua per hoc quòd ſunt in aliquo ſingulari, vt docet etiã S. Thomas 1. p. ſubſtantia indiuiduatur per ſe ipſam, accidentia vero indiuiduantur per ſubſtantiam, ergo &c. Vltima propoſitio. Quantitas indiuiduata poteſt eſſe ſine ſubſtantia. hanc ponit S. Thomas in quolib. vbi notat, quòd in albedine, & qualibet alia corporali qualitate eſt duo conſiderare; ſcilicet ipſam naturam albedinis, per quam ſpeciem ſortitur, & indiuiduationem eius, per quam eſt hęc albedo ſenſibilis alia ab hac albedine ſenſibili: poſ-
D ſet etiam fieri diuino miraculo, vt natura albedinis ſubſiſteret ſine omni quantitate; tamen illa albedo non eſſet hæc albedo ſenſibilis; quia hæc albedo ſenſibilis non eſt hęc, niſi in hoc ſubiecto, tamen quantitas bene indiuiduatur ſine ſubiecto, vt patet in corpore Chriſti. Ex his patet, quomodo inhærentia actualis ſecundum rei veritatem non eſt idem cum accidente, licet non ſit de mente Ariſto. de qua re lege Capreolum 4. ſent. & Herueum in quolib. qui fuſius hoc negotium diſputant. Vide etiam Dominicum ſoto 4. ſent. vbi docet, quomodo accidentia panis & vini relinquantur in ſacramento Euchariſtię ſine ſubiecto, quia cũ non ſuſtineantur in ſubſtantia panis & vini, quę iam tranſubſtantiata eſt in ſubſtantiã Corporis Chriſti, neque ſubiectãtur in corpore & ſanguine Chriſti, tum quia huiuſmodi accidentia non ſunt humani corporis, ſed panis & vini, tum etiam quia corpus Chriſti cũ ſit glorioſum, ac perinde impaſſibile, non poteſt huiuſmodi accidentibus affici, ſed neque inſunt aeri circumſtanti, quia non ſunt accidentia aeris, ſed panis & uini, vnde ibi hic Auctor multa dicit, quę faciunt ad declarationem veritatis ſuperius declaratæ.

Dilucidatio quęſiti.

Cap. 5.

q. 76. ar. 1. q. 77. diſt. 10. q. 2. art. 1.

Quol. 7.

q. 29. ar. 1.

Quol. 8.

diſt. 42. q. 1. quoli. 6. q. 9. diſt. 10. q. 2. art. 1.

Sed ſubſtantia omnium primum ratione, & notitia, & tempore, &c. Tex. 4. A

Num ſubſtantia ſit prior tempore & natura omnibus accidentibus.

Dilucidatio ſecunda.

CIRCA hanc difficultatem ſunt quatuor opiniones, quarum prima eſt Auerro. in hoc libro, qui vult accidẽs aduenire corpori poſtquam eſt corpus, vt accidens ſeparabile, tunc ſubſtantia eſt prior tempore omni accidente ſic aduenięte: ſi vero non eſt accidẽs adueniens, ſed eſt inſeparabile, & ſemper ſimul cũ eo, tunc ſubſtantia cõpoſita non pręcedit accidens tempore, ſed præceditur à materia ſubſtantiæ compoſitæ, itaquòd reſpectu B accidentium ſeparabilium propoſitio eſt vniuerſalis; reſpectu uero inſeparabilium eſt vera gratia materiæ. Sed contra iſtam opinionem arguunt Aliqui duplici via, prima via eſt, quia de eadem ſubſtantia probat Philoſophus in præſenti capitulo, quod eſt primum ens inter entia prædicamentalia, & quòd etiam ſit prior tempore accidente, ſed manifeſtum eſt quò Philoſophus non accipit hic ſubſtantiam pro materia, dum probat ipſam eſſe priorem tempore: ergo, &c. probatur minor, quia Philoſophus probat ſubſtãtiam eſſe primũ ens, quia dicit ſimpliciter quid & quia, alia vero non ſunt ens, niſi quia entis, ſcilicet ſubſtãtię: ſed manifeſtũ eſt quòd materia non dicit ſimpliciter quid, neque accidentia dicuntur entia, quia ſunt ipſius materiæ, cum multa ſint accidentia, quæ non ſunt ſubiectiue in materia: igitur de mente Ariſt. non eſt accipere ſubſtantiã pro materia. Et confirmant ſic, quia de eodem probat Ariſto. primitatem temporis, & primitatem cognitionis, & definitionis; ſed materia non præcedit accidens cognitione, quia ſcibilis eſt per analogiam ad formam 1. phy. etiam actus eſt prior cognitione, quàm potentia, nec etiam præcedit accidens definitione: quia ſubſtantia compoſita cadit in definitionẽ accidentis, & non materia: accidentia enim omnia definiri debent per proprium ſubiectum: ergo Philoſophus non accipit ſubiectum pro materia. C

Reprobatur Auerr.

Tex. 69.

Verum hæc uia, qua ipſi vtuntur, eſt fallax; non quòd ego ſim Auerroiſta, cum profitear doctrinam S. Thomæ, ſed vt oſtendã ipſos deceptos fuiſſe in arguendo, hæc dico: nam Philoſophus de eadem ſubſtantia probat ipſam eſſe primum ens inter entia, ipſamque eſſe priorem tempore accidentibus, loquendo de accidentibus ſeparabilibus, non autem de accidentibus propriis, & inſeparabilibus, vt ex ratione Philoſophi apparet: nam ſubiectum naturaliter non poteſt eſſe ſine propria paſſione, nec econuerſo, ſubiectum enim non eſt ſeparabile à proprio ſuo accidente, cum de eo per ſe, & neceſſario prædicetur, alias de nulla concluſione eſſet ſcientia, cum ſcientia ſit neceſſariorum; & licet materia non ſit completa eſſentia, eſt tamen pars eſſentiæ completæ: accidens autem non eſt perfecta eſſentia neque pars completæ eſſentię; unde ex probatione Philoſophi; qua probat ſubſtantiam eſſe primum ens, quia dicit quid ſimpliciter, concluditur, quòd materia ſit primum ens inter accidentia corporalia & materialia, de quibus potiſſimum loquitur Philoſophus in hoc 7. licet etiam aliqua accidentia animæ non ſint in materia ſubiectiue: tamen omnia accidentia materialia ſunt totius compoſiti, & in toto compoſito ſubiectiue ratione materię; ideo non eſt inconueniens concedere accidentia eſſe entia, quia ſunt entis, ſcilicet materiæ tanquam principii primi ſubiectiue. Confirmatio illorum etiam eſt nullius momẽti, quia negaret Auerroes materiam non pręcedere cognitione, & definitione ipſa accidentia, licet enim materia ſit ſcibilis per analogiam ad formam ſubſtantialiter, non tamen propter hoc ſequitur, quòd non præcedat cognitione ipſa accidẽtia, quorum materia eſt principium: ſimiliter quia materia eſt ſubſtantia ſecundum ſe, & ſic habet præcedere ipſa accidentia definitione, cum ponatur in definitione eorum, implicat enim dicere, quòd ſubſtantia compoſita ex materia & forma ponatur in definitione accidentis, & non ipſa materia, quia vbi ponitur totum, ibi neceſſario ponitur pars totius. Propterea videntes ipſi hanc primam viam non concludere contra Auerroem adinuenerunt ſecundam, ex qua ſic arguunt: nam ſi materia præcedit accidens: aut hoc eſt verum de materia in ſe; aut vt eſt ſub aliqua forma, non primo D

Subiectũ ſine paſſione eſſe nequit.

Non omne accidens eſt in materia.

Vbi eſt totũ ibi neceſſario eſt pars.

A mo modo, quia vt ſic non eſt ſub tempore, cum ſit ingenerabilis & incorruptibilis 1.phy. nec Tex.69.
ſecundo modo, quia aut vt eſt ſub forma accidentali, & tunc non præcedit quodcunque acci-
dens, aut eſt ſub forma ſubſtantiali, & ſic habeo propoſitum, quòd ſubſtantia compoſita
& non materia præcedit accidens. Et confirmant, quia ſi ſic, ſequeretur quòd aliqua eſ-
ent accidentia, videlicet accidentia propria corporum cæleſtium, quę nulla ſubſtantia præ- Cap.3.
cederet, quod videtur eſſe contra Philoſophum: conſequentia probatur, quia in cęlo vel eſt
materia, vl non: ſi non, vt Auerro. concedit in lib. de ſubſtantia orbis, tunc illa accidentia, quę
ſunt in cælo, non præcedit aliqua ſubſtantia: quia materia non præcedit ea, cum ibi non ſit:
ſi dicatur quòd in cęlo eſt materia, illa materia non præcedit proprie ſubſtantiam compoſitã
cęli, cum ſubſtantia cæli ſit ingenerabilis & æterna ſecundum Philoſophum, & per con-
ſequens non præcedit illa accidentia tempore.

Sed dico hanc quoque viã eſſe fallacem, & nihil concludere: quia diceret Auerro. quòd
materia ſecundum ſe præcedit accidentia, & licet non cadat ſub tempore ſecundum ſuam eſ-
ſentiam conſiderata, ſic etiam eſſet ingenerabilis & incorruptibilis, cadit tamen ſub tempore,
B ut eſt ſub forma ſenſibili. Potuiſſet quoque dicere, ut male Aduerſarii concedunt, quòd tem- Tex. 101.
pus hic non proprie accipitur prout definitur in 4.phy. ſub quo non cadit materia; ſed acci-
pitur tempus communiter, vt dicit prioritatem cuiuſcunque durationis. Ad confirmationẽ
etiã diceret Auerro. Philoſophum loqui hic de accidentibus generabiliũ & corruptibilium,
& de accidentibus compoſitorum ex materia & forma, de quibus potiſſime Ariſt. in hoc 7.
diſputat: propterea rationes iſtorum ſunt nullius momẽti, & opinio Auerrois eſt falſa, & po-
teſt adduci talis ratio efficax ad oſtendendam falſitatem eius: quia aut accipitur tempus hic Tempus bifariam ſumitur.
proprie, vt eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius: aut accipitur communiter pro
quacunq; prioritate cuiuſcunq; durationis, ſi concedit primũ, tunc manifeſtum eſt quòd ma
teria nõ præcedit tempore oĩa accidentia inſeparabilia, nam materia non præcedit tempore
quãcunq; formã ſubſtantialẽ, alias materia eſſet ſine forma, & forma in materia exiſtens non
pręcedit tempore propria accidentia accipiendo tempus proprie, & ſic materia non pręcedit
tempore oĩa accidentia inſeparabilia, licet enim materia exiſtens ſub forma embrionis pręce
dat tẽpore animã rationalẽ, & riſibilitatem: non tamen præcedit tempore propria accidentia
C embrionis. Si vero dicat Auerr. ſe accipere tempus ſecundo modo, tunc non ſolum materia
pręcedit illa accidentia inſeparabilia tempore, ſed etiam ipſa ſubſtantia compoſita: manife-
ſtum eſt enim, quòd ſubſtantia compoſita eſt aliquo modo prioritatis prior talibus acciden-
tibus. Ex his apparet opinionem Auerro. non bene declarare iſtam propoſitionem, quomo
do ſubſtantia eſt prior tempore, &c.

Secunda opinio eſt Aliquorum dicentium primo, ſubſtantiam dici priorem tempore, non
eo tẽpore, de quo loquutus eſt Ariſt. 4.phyſ. nam primitas temporis eſt ipſius ſubſtantiæ in-
quantum ſubſtantia eſt: ſed tempus non eſt menſura niſi motus, & quietis, & eorum, quæ Tex.101.
ſunt in motu & quiete: ſubſtantia autem ſecundum ſe non eſt aliquid tale, ſed abſtrahit à mo
tu, & quiete. Secundo dicunt non accipi hic tempus pro quacunque duratione, vel menſura
extrinſeca ſucceſſiua alia ab eſſentia rei: nam de illa eſſet quęſtio; quia tunc ſubſtantia poſſet
illam præcedere, cum ſit ei accidens, & ſic pręcederet illam durationem, & tunc quæratur de
illa duratione, & ſic in infinitum. Tertio dicunt, quòd prius tempore accipitur hic prout eſt
ſeparatim eſſe ſine alio, & aliud non ſine ipſo, & iſto modo ſubſtantia eſt prior omni acciden-
D te vno modo, & alio modo non. Quarto dicunt quòd prius tempore eſt poſſe habere exi-
ſtentiam actualem & priorem alio, ita quòd ſibi non repugnat quantum eſt de ſe eſſe ſine alio
eo quòd in nihilo dependet ab eo, & tale prius ſatis poteſt dici prius natura: nihil enim eſt
prius natura, quod non ſit etiam illo modo prius tempore, quòd autem aliquid poſſit pręce-
dere aliud illo modo poteſt eſſe dupliciter. Vno modo quia non depẽdeat ab illo. Alio modo
quia non eſt cauſa neceſſaria illius, quod probatur per oppoſitum, quia ſi non poteſt ab illo
ſeparari, hoc eſt uel quia depẽdet ab illo, vel quia eſt neceſſaria cauſa illius. Quibus ſtantibus
dicunt ad propoſitum, quòd ſubſtantia comparata ad accidentia ſeparabilia eſt prior vtroq;
modo, comparata autem ad accidens inſeparabile, puta ad propriam paſſionem, eſt prior vno
modo, quia ſcilicet non dependet: ſed non alio modo, quia ſcilicet eſt cauſa, immo habet cau
ſam neceſſariam reſpectu paſſionis, ideo non eſt prior iſto modo: & ſic concludunt ſubſtan-
tię vt ſic non repugnare, quòd exiſtat ſine omni accidente.

Sed iſti multa immiſcent falſa in hac interpretatione. Et primũ fundamentum eſt falſum,
in quo ponunt ſubſtantiam abſolute ſumptam non menſurari tempore, quia licet hoc verũ Subſtantia æterna menſuratur æuo.
ſit de ſubſtantia æterna, quę menſuratur æuo, tamen ſubſtantia generabilis, & corruptibilis

quæ ſubijcitur motui, & quieti non poteſt intelligi à phyſico ſine paſſionibus naturæ, quæ A
ſunt motus, & quies, locus, finitum, & tempus: errant igitur in primo fundamento. Errant &
Tex. 16. in ſecundo, quia de illo priori ſecundum tempus loquitur hic Ariſt. de quo loqnutus eſt in 5.
huius. Sed ibi loquutus eſt de priori ſecundũ tempus proprie dictum: ergo & in hoc ſeptimo
debet etiam loqui de illo priori ſecundum quòd aliquid dicitur eſſe in vno tempore, in quo
non eſt aliud, vt bella Troiana ſunt priora bellis Romanis. Tertium quoque fundamentum
eſt falſum, quia illud prius, quod declaratur in tertio fundamento, coincidit cum prioritate
Cap. de prio. naturæ, & tamen Ariſto. ponit eſſe duo membra diſtincta 5. huius. & in poſtprædic. Quar-
tum fundamentum etiam ſibi ipſi repugnat: quia prius natura eſt modus diſtinctus contra
prius tempore vt dictum eſt; & quicquid eſt prius tempore, dicitur prius natura, ſed non
econuerſo. Applicatio quoque ab eis facta eſt falſa, & repugnat rationi; quia ſi non repugna-
ret ſubſtantiæ ſecundũ ſe exiſtere abſq; omni accidẽte, tũc poſſibile eſſet ipſã eſſe ſine accidẽte
& poſſibili poſito in eſſe, nullum ſequitur impoſſibile, vt docuit Ariſt. 1. priorũ: ponatur ergo
Cap. 5. in eſſe, quòd ſcilicet ſubſtantia ſit abſque omni accidente: ergo erit caſu poſito ſubiectum ſine
propria paſſione, & ſic concluſio demonſtrationis non erit neceſſaria & per ſe; nam neceſſa- B
rium eſt quod impoſſibile eſt non eſſe, ſed eſt hoc inconueniens, & contra Philoſophum in
præſenti libro; eſt etiam contra ſcholam ipſorum tenentium paſſiones identificari cum ſubie
Quod conuenit ſuperiori reperitur etiam in inferiori. ctis. ergo, &c. Adde quia quod cõuenit alicui ſuperiori, neceſſario reperitur in aliquo inferio
ri, ſed nulla ſubſtãtia eſt quæ ſit abſque omni accidente, neque quę poſſit eſſe omni accidente
non exiſtente; ſicut patet de relatione creaturę ad creatorẽ, quæ relatio ſecũdum ipſos idẽti-
ficatur cum creatura; ex quibus ergo concluditur hanc opinionem eſſe falſam, & repugnantẽ
dictis Philoſophi & ſibipſi. Et confirmatur, quia nomina synonyma non vſitantur in do-
ctrina demonſtratiua, modo ſi prius tempore idem eſt quod prius natura: ergo ſunt nomina
ſynonyma, & tunc eſſet nugatio, & ſuperfluitas in ſermone Ariſt. quia dixit, ſubſtãtia eſt prior
tempore & natura. Et ſic dicit, quòd licet vti nominibus ſynonymis ad exponendum, vt ait
Com. 4. Auero. 4. phyſ. Contra quia licet vbi nomina ſynonyma ita ſe habeant, vt vnum ſit notius al-
tero, notius poteſt adduci poſt ignotius, vt ſermo ſit clarior; ſed prius natura non eſt notius
prius tempore: ergo prius natura non adducitur ad declarandum prius tempore. Adde quòd
non eſt conſuetudo phyloſophi in ſcientiis vti locutionibus metaphoricis, & abuſiuis, quia C
Metaphorę excludũtur à ſcientiis. in hoc damnauit Platonem, & 1. poſteriorum docuit non eſſe definiendum, neque diſputan-
dum in metaphoris. Vnde Auerr. 1. cæli, & mundi inquit, quòd Ariſtoteles increpat Pla-
Tex. 106. tonem & ſequaces, quia aut male ſenſiunt, aut male docent phyloſophiam per metaphoras.
Vide Zima. in tabula verbo Metaphora. Accipere igitur prioritatem temporis pro prioritate naturæ eſt abuſiue loqui, quod non li-
cet in ſcientia præſertim altiſſima, qualis eſt diuina ſcientia. Deinde ſi ſubiectum ſecundum
ipſos, reſpectu propriæ paſſionis poteſt eſſe ſecundum ſe ſine illa, quia non dependet ab illa,
licet non poſſit eſſe ſine ea, quia eſt cauſa: ergo habet cauſam intra ſe neceſſariam reſpectu il-
lius: ergo tunc non eſſet omnino contradictio, ſubiectum non poteſt eſse in re ſine poſterio-
ri, & ſic vtroque modo ſubiectum poſset eſse ſine propria paſſione, quod nullus vnquam nec
ſomniare potuit.

Cap. 10. Ex his reprehendendus quoqne venit quidam Neotericus, qui libro ſno 5. de communi-
bus omnium rerum naturalium principijs & affectionibus indeterminatus ſe habet ad intel-
ligentiam huius propoſitionis ſoluens argumentum, quòd ſi ſubſtantia eſt prior accidente tẽ-
pore, ſequitur quòd in materia prima non erit quantitas æterna exiſtens ante formas ſubſtã- D
tiales; dicit quòd ſubſtantia compoſita eſt prior tempore accidentibns, non eodem modo, ſed
quibuſdam nimirum his, quæ illi adſunt, & abſunt præter eius interitum; aliis ſecundum
rationem, & conditionem, aliis ſecundum naturam, ideſt ſecundum perfectionem, & ſic eſt
prior quantitate interminata. Addit ſubſtantiam compoſitam eſſe priorem omnibus acciden
tibus terminatis, interminatis vero ſi non ſecundum ſe totam, ſaltem ratione partis eſſe quo-
que priorem. Quia iſte vir corrumpit textum Ariſt. dicentis abſolute, qnòd ſubſtãtia eſt prior
tempore accidente; & ideo tanquam corruptor veritatis relinquendus eſt in ſuo ſenſu, & iam
impugnatus eſt Auerr. quem in hoc loco ipſe ſequi videtur.

Sententia Thomiſtarum. Tertia opinio eſt quorundam Thomiſtarum tenentium aliqnid eſſe prius altero tempore,
poſſe intelligi dupliciter. Vno modo accipiendo tempus proprie pro aliqua duratione, & ſic
non eſt intelligendum, qnòd quęlibet ſubſtantia præcedat quodlibet accidens tempore, ſed
ſolum acidentia, quę àb extrinſeco ſubiecto perueniunt poſt eius generationem. Alio modo
aliquid dicitur eſſe prius tempore improprie, ideſt generatione, & hoc poteſt dupliciter
intelligi. Vno modo aliquid dici prius generatione, cuius generatio eſt in alio tempore,
quàm

A quàm generatio alterius, ſicut illi, qui eſt pater eſt prior generatione Socrate filio ſuo, & iſto etiã modo ſubſtantia non eſt prior tempore quodlibet accidente; quia ſubiectum & propria paſſio in eodem tempore producuntur, & corrumpuntur. Alio modo aliquid dicitur prius tẽpore, ideſt generatione, quia unũ generatur per ſe, & non ad generationẽ alterius; ſed alterũ generatur ad generationẽ alterius, & ſic quęlibet ſubſtantia præcedit quodlibet accidẽs tẽpore ideſt generatione: ſubſtantia enim non generatur ad generationem accidentis, ſed econuerſo, quodlibet accidens præſupponit generationẽ ſubſtãtię, & ſic quãdo Philoſophus dicit, ſola ſubſtantia eſt ſeparabilis ab aliis prędicamẽtis, intelligendũ eſt nõ ꝙ ſubſtãtia ſit prior accidẽtibus quibuſcunq; non exiſtentibus, ſed quod ſubſtantia quantũ ad generationẽ, quę terminatur ad eſſe exiſtentię ſubſtantiæ non dependet ab accidente: accidentia vero quãtum ad eſſe eorum dependet à ſubſtantia, & præſupponunt generationem eius. Sed hæc expoſitio eſt extorta, & voluntaria, & contra doctrinam Ariſto. & S. Thomę: ait enim Philoſophus quòd ideo ſubſtantia eſt prior tempore aliis accidentibus, quia eſt ſeparabilis ab eis; nullum autem prædicamentorum accidentium eſt ſeparabile à ſubſtantia, &c. S. Thomas exponens verba

Accidens generatur ad generationẽ ſubſtantiæ.

Reprobatur opinio aliquorum thomiſtarum.

B Ariſto. dicit, propter hoc ſubſtantia eſt prior tempore, quòd aliqua ſubſtãtia inuenitur ſine accidente, & non dicit quòd ſubſtantia generatur per ſe, & accidentia generantur ad generationem alterius. Relinquendi igitur ſunt & iſti tanquam inepte loquentes, & non ſecundum verum, & germanum ſenſum Ariſt.

Quarta & vltima opinio eſt dicens, ſubſtantiã dupliciter conſiderari poſſe. Vno modo inquantum hæc, & ſic non præcedit neceſſario accidens tempore. Alio modo inquantum ſubſtantia communiter, & ſic eſt prior accidente tempore; quia illud, quod conuenit ſpeciei, non repugnat generi, nec alicui inferiori ratione generis: nam ſi habere alas conuenit aui, nõ repugnat animali habere alas, nec alicui inquantum animal: ſed aliqua ſubſtantia præcedit tempore omne accidens, ſcilicet prima cauſa: ergo ſubſtantiæ inquantum ſubſtantia non repugnat pręcedere omne accidens, duratione, & per conſequens non repugnat alicui ſubſtantiæ inquantum ſubſtantia, & iſta eſt opinio, quam tangit S. Thomas in interpretatione huius literæ, quę eſt interpretatio Alexãdri Afrodiſei, qui fuit verus interpres ipſius Ariſtotelis: hic enim dicit, quòd omnia, quæ prædicãtur de ſubſtantia, nihil eorum prorſus eſt ſeparabile ab

Subſtantia bifariam conſideratur.

Expoſitio s. Tho. conformis expoſitio. Alex.

C ea: ipſa autem ſola eſt ſeparabilis ab õibus, & hoc propter rationem quã diximus, quia prima cauſa nullum habet in ſe accidens: quam opinionẽ extollebat Portius ille Neapolitanus princeps philoſophorũ noſtra hac tempeſtate, dicens quòd propoſitio Philoſophi eſt vera per ſe, & falſa per accidens, & conſimiles propoſitiones inueniuntur à Philoſopho frequenter, vnde in 6. phyſicorum ſupponit ipſe Ariſt. quòd in mobili ſit accipere motum velociorem, & tardiorem in infinitum, & tamen in 8. dicit quòd aliquis motus ita velox eſt, quòd nullus ſit velocior, ſicut motus primus: illa enim propoſitio eſt vera per ſe, ſcilicet ratione motus in ſe accipiendo mouentia proportionabilia motui; eſt tamen falſa per accidens, vt ſcilicet contrahitur ad talem motum, vel talem: ſimiliter in propoſito; ſubſtantię quantum eſt de ſe non repugnat præcedere omne accidens tempore, ex quo non dependet ab aliquo accidente; nam conceptus completus, & quidditatiuus poteſt haberi de ſubſtantia circumſcripto omni accidente, repugnat tamen alicui ſubſtantię, ſed hoc eſt per accidens, ideo propoſitio Ariſt. eſt vera per ſe, & ſecundum ſuum genus, fallit tamen in aliquo; quæ interpretatio ſatis etiam conuenit ſanctis patribus, vt docet S. Thomas 1. p. exponens verbum illud Apoſtoli. Deus vult

Tex. 60.

Tex. 64.

Verum vero non contradicit.

Quæ. 19. ar. 6

D omnes homines ſaluos fieri de mente Auguſt. quod intelligitur pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum: eſt ergo vera ſententia Ariſto. quòd iſta propoſitio eſt intelligẽda ſecundum ſuum genus, & per ſe, & de ſubſtantia inquantum ſubſtantia eſt, quia datur vna quæ eſt immunis ab omni accidente, ſicuti Deus Benedictus.

Et quia veritas eſt ſolutio dubiorũ: ideo ex iſta veritate ſoluuntur omnia argumenta, quæ fieri ſolent, & primum argumentum aliquis fingere poſſet ſic, quòd ex hoc non ſequitur Deũ qui eſt ſimpliciter prior omni accidente, pręcedere ipſum accidens: ergo ſubſtantia omnis pręcedit accidens tempore, eſt fallacia accidentis. Sed arguens deceptus eſt in hoc argumento, quia putat opinionem Alex. & S. Thomæ eſſe, quòd omnis ſubſtãtia etiam producta ſit prior tempore, hoc enim iſti non dicunt, ſed aſſerunt, quòd ad veritatem huius propoſitionis, ſufficit vt detur vna ſubſtantia, quæ ſit prior omni accidente, cum iſta ſit propoſitio indefinita, ſicut & iſta alia, ſcientiæ ſpeculatiuę ſunt nobiliores ſcientiis practicis; ad uerificandam iſtam propoſitionem ſufficit vt vna ſpeculatiua, puta metaphyſica ſit nobilior omni practica, &c. Secundo aliquis potuiſſet dubitare de hac interpretatione; Deus non eſt in aliquo genere: ergo ex hoc quòd Deus eſt prior tempore omni accidente, non poteſt concludi ſubſtantiam, quę

In Deo nullum eſt accidens.

eſt

eſt primum genus comparatum generibus accidentium, eſſe prioré tempore accidente. Sed A decipitur etiam arguens hic, quia in hac propoſitione non accipitur ſubſtantia, vt eſt genus vniuocum, ſed vt eſt analogum, ſub quo continetur Deus: quia nec accidens eſt genus vniuocum ſed analogum, alioquin prædicamenta accidentium non eſſent genera generaliſſima. Ad de quòd Deus eſt in prædicamento vt principium, ſicut docuit S. Thomas, & Caietanus 1. p. Tertio dubitaret aliquis, quia Deus non pręcedit tempore accidens, quoniam non menſuratur tempore, cum ſit extra omnem mutabilitatem: ergo non eſt prior tempore omni accidente: patet conſequentia, quoniã tempus eſt accidens. Sed hæc dubitatio eſt nullius momẽti, quia dictum eſt in expoſitione, ſufficere Deũ non eſſe ſubiectum alicuius accidentis ad uerificandam illam propoſitionem; vnde argumentum hoc confirmat opinionem noſtram quando dicit, quòd Deus non menſuratur tempore, ſed æternitate, quæ eſt tota ſimul. Adde etiam quòd Deus dicitur prior ipſo tempore aliqua duratione, quæ poteſt dici tempus communiter dictum, vt docet S. Thomas 1. p. Soluitur etiam quarto illud argumentum, quod fieri ſolet. ęterno nihil eſt prius tempore: ſed aliqua accidentia ſunt ęterna, ſicuti motus cęli, ergo tali accidente ſubſtantia non eſt prior tempore. Ad hæc omnia patet ſolutio ex dictis: quia, Deus B non eſt ſubiectum motus, nec temporis, cum quicquid ſit in Deo ſit eius ſubſtantia, vt patet 12. huius. Sic etiam ſoluitur argumentum de materia, & quantitate terminata, quod ſoluere nequiuit ille Neotericus, & ſic de creatura & eius depẽdentia ad creatorem, & omnia, quæ adduci poſſunt contra iſtam veritatem, vnico verbo reſolute habentur.

Genus duplex vniuocum & analogum. q. 3. ar. 5.

Aeternitas eſt perfecta poſſeſſio tota ſimul nitę interminabilis. q. 10. ar. 5.

Tex. 52.

Sed ſubſtantia omnium primum ratione, & notitia, & tempore, &c. Tex. 4.

Vtrum ſubſtantia cadat in definitionem cuiuſcunque accidentis.

Dilucidatio tertia. C

RESPONDENT Recentiores affirmatiue probãdo ſic, omnis definitio perfecta exprimit perfectum conceptum, & quietatiuum intellectus; ſed nulla definitio accidentis ſine ſubſtantia eſt huiuſmodi: ergo neceſſario ſubſtantia cadit in definitioné cuiuſlibet alterius, ſcilicet accidentis: maior patet ex ratione definitionis; quòd eſt ratio indicans quodquideſt rei 6. topicorum, minor probatur, quia omne accidens habet rationem formæ inhęrentis, de tali autem non poteſt haberi perfectus conceptus quietans intellectum ſine illo cui inhęret; conceptus autem perfectus formæ inhęrentis non poteſt haberi quietans intellectũ, niſi quouſq. intelligatur id, cuius eſt, & cui inhęret, ergo, &c. Pręterea ſicut conuenit aliquibus quid, ſic & definitio; ſed accidentia non habent quid, nec ſunt entia, quia niſi entis; ergo nec habent definitionem, niſi quia entis, ideſt ſubſtantię; & ſic concludunt in definitione accidentium debere poni ſubſtantiam. D.

Cap. 4.

Sed iſti in duobus deficiunt: primo quia rationes non concludunt; nam prima ratio, quę fundatur ſuper conceptu quietatiuo intellectus, nedum requirit cognitionem ſubiecti accidẽtis, ſed etiam cognitionem omnium cauſarum, à quibus dependet: quia ad habendam perfectam cognitionem, & quietatiuam intellectus de re, eſt neceſſe cognoſcere omnes cauſas eius per ſe intrinſecas, & extrinſecas, propinquas, & remotas, iſta tantummodo cognitio non ſtat cum dubitatione intellectus, nec cum ignorantia cuiuſcunque quęſtionis, quę poſſit moueri dere cauſata; nam da oppoſitum, ergo non erit cognitio perfecta complexa ſimpliciter: ſed ſi non cognoſcuntur omnes eius cauſæ, tam propinquę, quàm remotæ, donec deueniamus ad primas & vniuerſales eius cauſas, non quieſcit intellectus: quoniam circa quancumque eius cauſam poteſt formare quæſitum, & niſi eam cognouerit, neſciet quæſitum reſoluere: ergo nõ ſtat cognitio quietatiua intellectus de re cauſata cum ignorantia alicuius eius cauſæ per ſe, ſecundum quòd eſt apta nata cauſam habere, & cum accidens habeat omnia genera cauſarum, ſi quietatiue intelligi debet, oportet ut illa oĩa cauſantia, à quibus dependet, cognoſcantur, & hæc eſt doctrina Ariſt. 1. phyſicorum tũc perfecte arbitramur cognoſcere vnumquodque

Conceptus duplex alter quietans intellectum, alter non.

Tex. 1.

cum

A cum cauſas primas, primaque principia cognoſcimus vſque ad elementa. Secunda qnoque ratio eſt nollius momenti, quia de accidentibus formantur quæſtiones æquales numero his, quæ uere ſcimos ex ſecũdo poſteriorũ, & ex principio Euchlidis. vnde cognoſcimus quid ſit linea, quid ſuperficies, quid corpus, quid tempus, quid locus, abſque hoc quòd in eorum definitione ponatur ſubiectum. Deficiuot etiam & io principali, quia cum definitio rei ſit ſermo nihil aliud explicans, niſi eſſentiam rei, vt docet Auerroes in hoc libro: igitur omnis definitio erit completa, quæ complete explicat eſſentiam rei, & nihil eorum prætermittit, quæ ſunt de eſſentia rei; ſed accidens habet eſſentiam completam ſine ſubſtantia; igitur illa definitio accidentis, quę explicat eſſentiam huius, nihil prætermittens de illis, quę ſunt illius eſſentię, erit optima definitio; & ſic ſubſtantia non debet poni in defioitione accidentis ad hoc vt ſubſtantia quietet intellectum, quia iam non remanet quietus, quandoquidem adhuc dubitare põt, ſed ſufficiet ſibi ſcire proprium genus, & propriam differentiã huius, ad hoc vt habeat definitionem accidentis. Adde quia quæro, propter quid conceptus accidentis ſine conceptu ſubſtãtiæ ſit imperfectus, aut quia ſibi aliquid deficit, qđ pertinet ad eius eſſentiam, aut quia

B ipſum ratiooe habita ad ſubiectum eſt imperfectius, non quia ſit imperfectius ſubſtãtia: quia ſic ſolus ipſe Deus habebit perfectum cooceptum: nec quia ſibi aliquid deficit, quod ad eius eſſentiam attinet; qoia per eos ſubſtantia non eſt de eſſentia accidentis; ergo accidens nullo pacto ſioe conceptu ſubſtantiæ habebit im perfectum conceptum.

Tex. 1. — *Com. 42.* — *Accidens habet eſſentiã completã ſine ſubſtãtia.*

Propterea cũ iſti ſint deficientes in declaratione huius rei, ſcire oportet quòd omnis definitio aut eſt abſoluta, aut reſpectiua: definitio abſoluta eſt ſubſtantiarum completarum, quę definiuntur abſq; addito, quia eſſentia earũ eſt omnino abſoluta, ſicuti eſt homo, animal, &c. quædam eſt definitio reſpectiua & eſt tam formarum ſubſtantialiom, quàm accidentalium: ipſæ.o. formæ ſemper defioiuntur per additũ quia non ſunt entia abſoluta à ſubiecto, immo & nobiliſſima omnium formarum, ſicuti eſt anima, definitur per additum: in eius enim defioitiooe ponitur corpos: quia ipſa eſt actus corporis vt habetur 2. de anima, & ſic etiam omnes formę accidentales ſi definiri debent, oportet vt in earum definitione ponatur ſubiectum; ratio eſt quia ſunt reſpectiuę ad ipſum: & propterea etiam relatioa definiuntur ad aliud, quia eſſentia relatiuorum cooſiſtit in reſpectu, vt eſt ſententia Ariſt. Porphyrii, Boe-

C tii, Auicẽnæ, Alpharabij, Alberti, & S. Thomę. Secundo ſciendum, quòd ſubiectum ponitur io definitione accidentis aliquando in obliquo, vt quando accidens definitur in abſtracto, vt cum dicimus, quòd ſimitas eſt curuitas naſi: aliquando vero in recto, vt cum accidens definitur in coocreto, vt quando dicimus, quòd ſimum eſt oaſus curuus, & ſobiectum ipſius aliquando determinate cadit in definitionẽ accidentis, ſicuti datum eſt exemplum de naſo reſpectu curuitatis; aliquando cadit tantummodo indeterminatum, vt qoando definitur album vel color, vel linea in defioitione eorum ponitur ſubiectum indeterminate. Tertio ſciendum quòd quædam eſt definitio deſcriptioa, quæ datur per poſteriora ſimpliciter, priora tameo quoad nos, & in hac definitione accideotia ponuntur in definitione ſubſtantiæ, vt definitio naturæ, quæ eſt principium motus & qoietis. Alia eſt definitio qoidditatiua, quę datur per priora ſecundum naturam; & in hac defioitione accidens non ponitur in definitione ſubſtantiæ, ſicuti quando definitur homo, quòd eſt animal rationale. Alia dicitur definitio circumlocutiua, quæ datur per aliqua, qnibus circumloquimur differẽtias ſpecificas, vt quãdo definitur, quòd homo eſt animal greſſibile, bipes. Alia dicitur definitio quidditatiua forma-

D lis, vt qoando definitur lioea, qnòd eſt longitudo ſine latitudine, & profunditate; Alia dicitur definitio quidditatiua formalis, & materialis, & reſpectiua ſimul.

Definitio duplex eſſe poteſt. — *Tex. 4.* — *Accidens bifariam definitur.* — *Deſcriptio & definitio quomodo differut.*

Quibus ſtantibus ponuntur duę concluſiones, quarum prima eſt. Quando accidentia definiuntur defioitiõne quidditatiua formali, in eius definitione non ponitur ſubiectum: hæc cõcluſio eſt ſententia omnium Gręcorum, qui ceoſent à mathematico cooſiderari nudam quantitatem ſegregatam ab omni materia & ſubſtantia. Vnde Themiſtius 3. phyſicorum ita ſcribit, ideo mathematica dicuotur ex abſtractione, quooiam ab eis quæ cernuntur in corporibus naturalibus, abiunguntur, & ipſæ per ſe dimẽſiones, ipſumque continuum extimatur, atque ſpectatur. & 1. de anima ait. in omnibus quæ mathematicæ contemplantur naturales affectiooes àcõſpectione ſua reiciuot ſolas meraſque magnitudines, & nuda, atqoe inania ſpatia conſiderant. Eandem ſenteotiam habet Simplicius in 3. de anima, item etiam Philopoous 2. phyſicorum vbi ait, oudam quantitatem per inde ac ſi per ſe ſubſiſteret à mathematico conſiderari ſine omoi ſubſtaotia. Et Ariſt. expreſſe id ſenſiſſe videtur 12. huius vbi ait, quòd inter ceteras diſciplinas mathematicas, aſtrologiam quidem ſpeculari de ſenſibili, ac ſempiterna ſubſtantia, geometriam autem, & arithmeticam nullam talem ſubſtantiam conſide-

Tex. 71. — *Tex. 17.* — *Tex. 35.* — *Tex. 18.*

Tex. 2. conſiderare,& 6. huius ait, quòd in definitionibus mathematicis nulla ſit mentio, nullaque ra A
tio de ipſa ſubſtantia, vel materia, vt patet conſideranti omnes definitiones mathematicas, &
Tex. 19. 2. phyſicorum oſtendit mathematicum abſtrahere à materia ſenſibili, propterea quòd
definit par, impar, triangulum, & alia eiuſdem generis abſque materia ſenſibili, propterea
quòd definit talia accidẽtia, in quibus apparet tantum ſuum proprium genus,& differentia.
Paſsiones rerum mathematicarũ cõueniunt eis non in ordine ad ſubſtãtiam. Adde quòd affectiones, quæ à mathematico demonſtrantur, non ei conueniunt in ordine ad
ſubſtantiam, ſed per ſe, vt eſſe diuiſibilem, commenſurabilem, proportionabilem, ęqualem,
vel inęqualem; ſimiliter triangulum habere tres angulos ęquales duobus rectis, ſphericum nõ
poſſe tangere planum niſi in puncto,& alia eiuſdem generis, quę ſine vllius ſubſtantię reſpe-
ctu per ſe ſpectantur in quantitate: quare mathematicus ad eas res demonſtrandas non indi
gebit conſideratione vllius ſubſtantię; non enim quantitas eſt diuiſibilis ex eo quia eſt in ſub
ſtantia, neque triangulum habet tres angulos ęquales duobus rectis, nec linea recta tangit cir
culum in puncto, quia inſint in ſubſtantia aliqua: ſimiliter etiam non conuenit quantitati tan
Tex. 76. tum locum occupare in ordine ad ſubſtantiam, ſed per ſe, vt demonſtrat Ariſt. 4. phyſicorum
immo quædam non videntur poſſe conuenire quantitati in ordine ad ſubſtantiam, quemad- B
modum continuum eſſe diuiſibile in infinitum: nam ſi ſubiectum quantitatis eſt ſubſtantia
compoſita, perſpicuum eſt repugnare quantitati prout eſt in ſubſtantia compoſita diuidi in
infinitum: forma enim ſubſtantialis neque diuiſionem, neque acretionem in infinitum fieri
in quantitate ſibi coniuncta vllo modo patitur: immo mathematicus neque eſſentiam, neque
exiſtentiam, neque proprias,& reales cauſas tum quantitatis, tum affectionum eius conſide-
Theor. 88. rat, habendo reſpectum ad ſubſtantiam aliquam,& hoc pulchre oſtendit Zimara in theore-
Lect. 3. q. 85. ar. 1. matibus ſuis, licet S. Thomas 2. phyſicorum; & 1. p. & ſuper Boetium de trinitate, opu-
cap. 2. ſculo 40.& Albertus 5. metaphy. tractatu 3.& Antonius Andreas iuxta doctrinam Scoti 6.
q. 3. huius, & Romanus Egidius 2. phyſ.& nõnulli alij videantur oppoſitũ docere, quia nullũ po-
com. 18. ſterius poteſt abſtrahi à priori, cui per ſe ſubordinatur, ſed quantitas per ſe eſt poſterior ſub-
ſtantia; ergo non poteſt abſtrahi ab ipſa: deinde quantitas cum ſit accidens, tam ſecundum eſ-
ſe, quàm ſecundum eſſentiam dependet à ſubiecto ſuo, quod eſt ſubſtantia; quia vt docuimus
Diluc. 1. in dilucidationibus præcedentibus, accidentis eſt ineſſe, & definitio accidentis fit per addita-
mentum, quo circa nullum accidens vel eſſe, vel definitiue, ac ſcientifice cognoſci poteſt ſine C
ſuo ſubiecto. Sed dico quòd iſti grauiſſimi doctores loquuti ſunt, quãdo accidentia ſciri debẽt
Accidẽs multifariam cognoſci põt. definitione formali,& reſpectiua,& materiali; quia vt dictum eſt ſupra iuxta horum ſenten
tiam accidentia ſunt formaliter entia per propriam,& intrinſecam rationem, non enim quia
ſubſtantia eſt ſubſtantia, ideo accidens eſt accidens. Vnde ſenſus illius famoſæ propoſitio-
nis, accidentia ſunt entia quia entis, eſt verus in genere cauſę materialis, non autem formalis,
quia nota reduplicationis poteſt vnumquodque genus cauſæ reduplicare, tot enim modis
Tex. 23. dicitur ſecundum ſe, quot modis dicitur cauſa 5. huius,& hoc latius oſtẽdit Auerroes deſtru.
deſtructio. diſputatione ſexta in ſolutione ſexti dubij, vbi inquit, radix nanque accidẽtium eſt
quòd ab alijs habeant ſubſtentationem & quidditatem. Similiter etiam quando dicitur, acci-
Accidentia non ſunt entia q̃uo intelligitur. dentia non eſſe entia ſimpliciter, intelligitur quia non habent eſſe perfectum, ſicut habent ſub
ſtantiæ; quia eſſe ſimpliciter eſt per ſe exiſtere, & per ſe conſtare,& tale eſt eſſe ſubſtantiarum
quia omnia accidentia fundantur in ſubſtãtia,& nullum poteſt ſeparari ab ipſa; ſed in defini-
tione formali & quidditatiua non oportet vt ſubſtantia ponatur in eorũ definitione; quia ipſa
cum ſit extra eſſentiam accidentis: non oportet ad hoc vt ipſum accidens quidditatiue ſcia- D
mus, vt in eius definitione ponatur ſubſtantia, pręcipue cum prædicamenta ipſa ſint imper-
Cap. 15. mixta ex 1. poſt.

Secunda concluſio eſt. Quãdo accidentia definiuntur definitione formali, materiali,& re-
ſpectiua oportet vt in definitione eorũ appareat ſubiectum vel determinate vel confuſe,& ſic
nec mathematici poſſunt abſtrahere à quãtitate, vt male docuit Quidam Neotericus de com-
Cap. 18. munibus omnium rerum naturalium principijs,& affectionibus libro 10. quia ſi accidentia
ipſa ſunt reſpectiua ad ſubiectum, ſiue ſint naturalia, ſiue mathematica, ſiue metaphyſicalia,
quomodo ſciri & perfecte & omnibus modis poſſunt iuxta iſtam ſecundam concluſionem,
Error Zim. niſi in eorum definitione appareat ſubiectum vel determinate, vel vage? ex quo etiam repræ
Theor. 88. hẽdendus venit Zimara in theorem. ſuis,& alibi volens theologizare contra Scotum cecidit
Theor. 7. in foueam; vult enim quòd Theologi abſtrahant accidentia à ſubſtantia per hoc, quòd Sco-
Quol. 5. ar. 1. tus in quolib. quęrit, quomodo relatio originis in diuinis ſit formaliter infinita:& dicit quòd
hoc non eſt quęrere, ſi relatio eſt eadem realiter alicui infinito; de quo non eſt dubium com-
muniter loquendo, quia realiter eſt eadem eſſentiæ, nec etiam eſt quęrere, ſi relatio ſit per
iden-

A identitatem illud infinitum, ſed eſt quærere, ſi relatio formaliter, hoc eſt ſecundum ſuam entitatem propriam, quæ eſt entitas ad alterum, ſit entitas infinita intenſiue infinitate illius entitatis: boc eſt ſi entitati propriæ huius pater nitatis, vt eſt entitas propria huius paternitatis, ſit infinitas intenſiua, & per ſe modus intrinſecus, quòd non ratione tantum alicuius alterius quod ſit realiter illi entitati idem, ſed non includendò aliquam entitatem niſi iſtam, immo circumſcribendo quodlibet præter iſtã ad alterum, adhuc eſſet entitas illa, quæ eſt ad alterum intenſiue infinitas in ſeipſa. Ex quibus vult concludere Zimara, quòd Scotus circumſcribit per intellectum entitatem relationis, quæ eſt poſterior ratione ipſa eſſentia diuina, & relatio eſt accidens, & ſic accidẽs intelligitur ſine ſubſtantia, & ex hoc vult habere falſam opinionem, & ſententiam Scoti, S. Thomæ, Alberti Magni, ceterorumque grauiſſimorum virorum, qui tenuerunt accidens non poſſe intelligi vllo pacto ſine reſpectu ad ſubiectum.

Doctrina Scoti de diuinis relationibus.

Sed iſte adhuc deceptus eſt, ſicuti & ille Neotericus ſuperius nominatus, quia non aduerterunt iſtam ſecundum concluſionem à nobis propoſitam, nec etiam inſpexerunt quomodo in relàtione duo ſunt conſideranda: alterum quod dicitur eſſe in; alterum quod dicitur eſſe ad,
B & licet Scotus in illo quæſito abſtraxerit relationem à diuina eſſentia, quantum ad illud ad, non tamen abſtraxit quãtum ad illud quod dicitur in, & boc pulchre docuit. S. Thomas. 1. p. vbi repræhendens Gilbertum Porectanum, qui errauit circa relationes diuinas, ponendo eas extrinſecus affixas: voluit S. Thomas, quòd in quolibet nouem generum accidentis ſit duo conſiderare, quorum vnum eſt eſſe, quod competit vnicuique ipſorum, ſecundum eſt accidens, & hoc communiter in omnibus eſt eſſe in ſubiecto; quia accidentis eſt ineſſe: aliud quod poteſt conſiderari in vnoquoque eſt propria ratio vniuſcuiuſq; illorum generũ, & in aliis quidem generibus à relatione, vtpote in quantitate, & qualitate, &c. ex quibus patet quòd poteſt quodlibet prædicamentum cognoſci ſecundum ſuam propriam rationem abſq; ſubiecto, & hoc eſt quòd concludit illum argumentum: quod fieri ſolet, definitio propria & ſufficiens conſtituitur ex proprio genere, & differentia: ſed omne accidens habet proprium genus & propriam differentiam: ergo definitio propria & ſufficiens poteſt haberi de accidente ſine ſubſtantia: maior patet ex 8. huius, vbi dicitur, quòd in definitione eſt quid, & quale; ſcilicet conceptus generis, qui eſt quidditatiuus, & conceptus differentiæ, qui eſt qualifica-
C tiuus: minor patet ex antepredicamentis, vbi dicitur quòd diuerſorum generum, & non ſub alternatim poſitorũ diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ: ſed ſubſtãtia, & accidens ſunt in diuerſo genere; ergo &c. Hæc enim ratio vtique concludit, quòd accidens poteſt ſciri ſecundum ſuam propriam rationem formalem, attamen ſi ſciri debet ſecundum reſpectũ, quem habet ad terminum, neceſſe eſt vt in eius definitionẽ cadat ſubiectum. Et ſi quis adhuc inſtaret: quia ratio quã ſignificat nomẽ eſt definitio ex 4. huius: ſed nomẽ accidentis non ſignificat ſubſtantiã, ergo ſubſtãtia non debet poni in eius definitione. Dicunt ad hoc Aliqui, quòd accidẽs in cõcreto ſemper dat intelligere ſubiectũ in ſuo ſignificato, & propterea debet poni in eius definitione. Sed iſta reſponſio non ſatisfacit, quia tunc ſequeretur quòd accidens abſtractum non definiretur per ſubiectum, cum nullo modo det intelligere ipſum, & cum accidens abſtractum ſit verius in genere accidentis, haberetur propoſitum quòd in definitione accidentis, quod eſt maxime accidens, non poneretur ſubiectum. Et ideo verior reſponſio eſt, quòd in definitione reſpectiua ſemper intelligitur ſubiectum, quia vt dictum eſt ſupra, accidens dependet à ſubiecto, ſaltem aptitudinaliter etiam ſecundum omnes; & ideo nomen acciden-
D tis ſaltem ſecundario ſignificat ſubſtantiam.

Quæ. 8. ar. 10

Error Gilberti porectani pictonum epiſcopi qui poſtea reuocauit ſententiam in concilio Rhemẽſi, victus a D. Bernardo.

Tex. 6.

Regula antepredicamentalis.

Tex. 19.

Dilucid. 1.

Sed contra, quia tunc erit nugatio in iſta propoſitione, ſcilicet naſus ſimus: ſed conſequens eſt falſum: ergo & antecedens: probatur conſequentia, quia ad efficiendã nugationem ponenda eſt ratio pro nomine, ſed poſita ratione ſimi, quæ eſt naſus cauus, patet quòd dicendo naſus ſimus eſt dicere naſus cauus. Sed dico quòd ſimum, & cauum non ſunt idem, quandoquidẽ ſimum non dicit tantum concauitatem, ſed aliquam certam habitudinem ad naſum ratione cuius differunt, vnde ſicuti dicendo animal hominem, non eſt nugatio, quia animal eſt genus hominis, ſic dicendo ſimum naſum non eſt nugatio, quia naſus eſt genus ſimi, vnde tunc efficietur nugatio, quando exprimuntur duo nomina eadem ſecundum rem & rationem, vt dicendo gladius, cultellus. Et ſi quis diceret adhuc, quia Deus cum ſit cauſa perfecta ſimpliciter, & perfectum ſit illud, cui nihil deficit, vt ſcribitur 5. huius; quicquid poteſt facere prima cauſa cum ſecunda, poterit ſola prima cauſa, per ſe facere: ſed Deus qui eſt prima cauſa, & ſubſtantia, quæ eſt ſecunda cauſa faciunt, vt accidens ſit in ſubiecto, & definiri non poſſit ſine ſubiecto; ergo Deus ſolus per ſe ipſum ſine ſubſtantia poterit facere, vt accidens ſit ſine ſubiecto, & etiam definiatur ſine eo, vt de facto facit in ſacramento altaris, in quo ſunt accidẽ-

Hæc propoſitio Naſus ſimus non inducit nugationem.

Tex. 11.

tia ſine ſubiecto. Sed hoc ſoluitur primo, quia eſt miraculum, & per diuinam potentiam fit A
quòd in ſacramento altaris tranſubſtantietur ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & acciden-
tia remaneant ſine ſubiecto, nos autem loquimur naturaliter. Deinde illa accidentia in ſa-
cramento altaris aptitudinaliter ſemper dicunt reſpectum ad ſubiectum. Adde etiam, quòd
illa famoſa propoſitio, quicquid facit prima cauſa cum ſecunda, poteſt prima ſine ſecunda,
tenet in genere cauſæ efficientis, & finalis, non autem in genere cauſę formalis, & materialis,
vnde licet Deus poſſit producere calorē ſine igne, non tamen fieri poteſt, quòd calor per ſe
exiſtat ſine ſubiecto, ſaltem aptitudinaliter. Et ſi quis adhuc inſtaret, quia inter partes defini-
tionis, & definitum attenditur aliqua perſeitas, vt patet 1. poſter. ſed inter accidens commune
& ſubſtantiam nulla eſt perſeitas; ergo ſaltem accidens commune definiri pōt ſine ſubſtan-
tia. Reſpondetur quòd licet accidentia communia non habeant ſubiectum determinatum,
habent tamen indeterminatum: hinc Ariſt. in prędicamento qualitatis definiendo qualitatē
dixit, qualitas eſt ſecundum quam quales eſſe dicimur, vbi apparet poni ſubiectum indeter-
minate, & vage. B

Quod facit prima cauſa cum ſecunda poteſt facere prima ſine ſecunda quomodo intelligitur.

Cap. 4.

Accidens cōmune quale ſubiectum habet.

Subſtantia eſt omnium primum ratione, & notitia & tempore, &c. Tex. 4.

An ſubſtantia ſit primum omnium entium in cognitione noſtra.

Dilucidatio quarta.

OPINIO quędam eſt, qam ſequuntur Neoterici aſſerens duplicem eſſe pri-
mitatē: alteram generationis & originis; alteram vero perfectionis: quia
illa, quę ſunt priora generatione, ſunt impefectiora, & econtra quæ ſunt
priora perfectione, ſunt poſteriora generatione, vt ſcribit Ariſt. 9. huius C
quo fundamento poſito ponit duas concluſiones: quarum prima eſt. Sub-
ſtantia non eſt primum omnium entium cognitione primitate generatio-
nis, ratio eſt quia omnis noſtra cognitio oritur à ſenſu, ſed accidentia
ſunt ſenſibilia, & nō ſubſtantia; ergo accidēs prius cognoſcitur quàm ſubſtantia. Secūdo pro
bat eandē concluſionē ſic: accidentia magnā partē conferunt ad cognoſcendū quòd quid eſt ex
1. de aīa: igitur accidētia prius cognoſcūtur, quàm quod quid eſt ipſius ſubſtātiæ. Secūda cō-
cluſio eſt. Subſtātia eſt primū oīum entiū cognitione primitate perfectionis, quā concluſionē
ita probat, nā docet Ariſt. in hoc 7. quòd cognitio ipſius quodquideſt, eſt perfectiſſima: quo
ſtante arguit ſic: illud, quod maxime habet quodquideſt, eſt perfectius cognoſcibile, ſed ſub-
ſtantia perfectiſſime habet quod quid eſt: ergo eſt perfectiſſimū cognoſcibile: maior patet;
quia etiam in his, quæ non habent ſimpliciter quod quid eſt, vt ſunt accidentia, perfectiſſima
eſt eorum cognitio, quia cognoſcitur quid eorum eo modo, quo habent quid.

Tex. 15.

Tex. 11.

Tex. 4.

Nihilominus in hac determinatione adeſt multiplex defectus. Et primus eſt in fundamen
to propoſito, quia licet vera ſit illa diſtinctio, tamen requirebat maiorem intelligentiam, vt D
exprimeret de qua cognitione ipſa loqueretur: quia ſubſtantiam eſſe priorem accidentibus
cognitione poteſt intelligi vel de cognitione ſenſitiua, quæ duplex eſt interior, & exterior
ſecundum quam cognitionem nulli dubium eſt quòd accidentia prius cognoſcuntur, quàm
ſubſtātia: vel de cognitione intellectiua, & de hac adhuc dupliciter intelligere poſſumus; vno
modo quòd ſubſtantia percipiatur ſine accidente, & non econuerſo, & hoc modo patet ſub-
ſtantiam prius cognoſci, quàm accidentia, quia vnumquodque ſicuti ſe habet ad eſſe, ita ad
cognoſci 2. huius; ſed accidentia non habent eſſe niſi per hoc quòd inſunt ſubſtantiæ, ſub-
ſtantia vero habet eſſe per ſe ſine accidentibus: ergo accidentia non poſſunt cognoſci niſi co-
gnoſcatur ſubſtantia; ſubſtantia vero cognoſcitur ſine accidentibus. Alio modo poteſt intelli-
gi quòd ſubſtantia prius cognoſcatur, quàm accidens, ideſt quòd prius generetur in intelle-
ctu noſtro conceptus ſubſtantiæ, quàm conceptus accidentis: & ſic loquendo de cognitione
confuſa nulli dubium eſt quòd prius cognoſcitur à nobis ſubſtantia, quàm accidens, quia ſem
per in definitione accidentium vt probatum eſt ſupra accipitur ſubſtantia, hoc autem eſſe nō
poterit niſi ipſa ſubſtantia cognoſcatur à nobis, & hoc via originis, & generationis. Alio mo-
do

Cognitio ſēſitiua duplex eſt.

Tex. 4.

ſubſtantia prius cognoſcitur quàm accidens.

A do poſſumus loqui de cognitione diſtincta,& ſic concedimus,quòd accidentia prius cogno-
ſcuntur quàm ſubſtantia, quia nunquam poterit ſubſtantia diſtincte cognoſci, niſi habeatur
diſcurſus de ipſa, qui diſcurſus haberi non poteſt ſine cognitione accidentium. Secundo [Subſtantia multipliciter ſumi poteſt, & pro immateriali, & materiali, pro caduca & pro æterna,]
eſt defectus in concluſione ſecunda, quia cum ſubſtantia poſſit ſumi multipliciter, non ex pri
mit ipſa concluſio, de qua ſubſtantia loquatur: quia poterit aliquis dicere, quòd cum Deus ſit
perfectior omnibus ſubſtantiis, ipſe tantum erit prior cognitione primitate perfectionis.
Tertio eſt defectus in ratione prima adducta ad probandam illam concluſionem primam:
quia licet omnis noſtra cognitio oriatur à ſenſu, loquendo de cognitione confuſa accidentis,
& de cognitione diſtincta ipſius ſubſtantiæ, patet ipſa accidentia prius cognoſci, quàm ſub-
ſtantia ab intellectu, tamen loquendo de cognitione confuſa ſubſtantiæ, & etiam de co-
gnitione confuſa ipſius accidentis, dico quòd ipſa ſubſtantia prius cognoſcitur quàm
accidens, & hoc ſecundum cognitionem intellectiuam. Adde etiam, quòd aliquis po-
tuiſſet dicere, argumentum concludere de cognitione ſenſitiua, & non intellectiua; eſt ergo
falſa ratio adducta, & ipſa concluſio contra Ariſt. 1: poſteriorum, vbi dicit; quòd cognitio [Tex. 2.] [?]
B ſubiecti in omni ſcientia præcedit cognitionem omnium aliorum: de ſubiecto enim præſup-
ponitur quid, & quia: & in hoc 7. docet Ariſtoteles quòd totum prius cognoſcitur, quàm par- [Tex. 7.]
tes eius, & ſimiliter 1. phyſ. ſed accidentia ſe habēt veluti partes ſubſtantię, cum ſint eius for- [Tex. 3.]
mæ accidentales: ergo prius cognoſcitur, quàm ipſa accidentia. Secunda quoque ratio ſol-
uitur, & eſt defectuoſa, quia ibi Ariſt. loquitur de cognitione diſtincta, & diſcurſiua, ita quòd [Cognitio duplex ē diſtincta & confuſa.]
ſi debet proprie, & diſtincte apprehendi ipſum quod quid erat eſſe: oportet vt cognoſcantur
accidentia propria, quæ magnam partem conferunt ad ipſum diſtincte cognoſci. Quarto
eſt defectus in reſponſione ad illud argumentum, in quo concludit ſubſtantiam non poſſe co
gnoſci per propriam ſpeciem, ibi enim arguit ſic volens demonſtrare, quòd accidentia ſunt
priora cognitione prioritate perfectionis; quia cognoſcibile non cognoſcitur niſi quia eius
ſpecies eſt in cognoſcente; ſed in intellectu eſt ſpecies accidentis, & non ſubſtantię: ergo acci-
dens perfectius cognoſcitur: maior patet, minor vero probatur quoad primam partem; quia
intellectus agens eſt abſtractiuus illorum, quæ ſunt in phantaſia: ſed ſpecies accidentis dicun-
tur eſſe in phantaſia: ergo ſpecies accidentis abſtrahit intellectus agens, & illas recipit intel-
C lectus poſſibilis.

Quoad illam aliam partem, quòd ſubſtantia non cognoſcatur per propriam ſpeciem, pro-
batur ſic: ſi ſpecies ſubſtantiæ eſſent in intellectu, tunc prius ipſa eſſet in ſenſu; & ſic poſſet
ſubſtantia cognoſci à ſenſu: quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu; ſed falſum [Quod eſt ī intellectu prius fuit in ſenſu.]
eſt ſubſtantiam cognoſci à ſenſu; quia omnia ſenſibilia dicuntur eſſe accidentia, puta quan-
titas, qualitas, &c. & ſi quis negaret minorem dicēdo, quòd ſpecies ſubſtantiæ eſt in ſenſu in-
uoluta cum ſpecie accidentis, non tamen facit ſenſationem, nec eſt principium ſentiendi, ſed
apprehenſa ſpecie accidentis à ſenſu, virtus ſuperior puta intellectus ſuffodiendo ſub
ſpecie accidentis ſpeciem ſubſtantię, cognoſcit ſubſtantiam per propriam ſpeciem eo
modo, quo æſtimatiua in agno per ſpeciem inimicitię, quam ſuffodit per ſpeciem apprę-
henſam per ſenſum, cognoſcit inimicitiam lupi, licet ſpeciem inimicitiæ non compręhen-
dat per ſenſum.

Sed impugnant hanc veritatem Neoterici dicentes, ꝙ ſi hæc determinatio eſſet vera, ſeque-
retur, quòd intellectus naturaliter poſſet cognoſcere abſentiam ſubſtantiæ panis in ſacramen
D to altaris, quod eſt falſum, & deducunt ſic: illud, quod præſens immutat intellectum, eius ab-
ſentia poteſt cognoſci, quando non immutat, ſicut viſus cognoſcit tenebras, quando non im-
mutatur à lumine ex 2. de anima, ſi ergo intellectus poteſt cognoſcere naturaliter præſen- [Tex. 103.]
tiam ſubſtantiæ panis, ita & abſentiam in ſacramento altaris poſſet cognoſcere, quod nullo
pacto eſt concedendum. Sed decipiuntur maxime in hoc, quia ſupponunt quod non
probant, videlicet quòd ſubſtantia non immutet intellectum per propriam ſpeciem: &
propterea dico ad eorum probationem, quòd quantitas, qualitas, & cetera accidentia in Eu- [Quantitas in euchariſtia gerit vicem ſubſtantiæ.]
chariſtia agunt, & patiuntur totum, quod ageret, & pateretur ſubſtantia, ſi eſſet; ſicut enim ac-
ceperunt modum eſſendi ſubſtantiæ, ſcilicet abſque ſubiecto, ita etiam agere, & pati eius, &
ideo ex multis hoſtiis ſenſatis generatur in intellectu ſpecies intelligibilis ſubſtātiæ panis, &
eius quidditatiua cognitio, ſicut & ad nutritionem agunt, ac ſi eſſet ibi panis, nō enim minus
ex illis accidentibus nutrimur, quàm ex aliis hoſtiis non conſecratis: ſicut non minus ex con [Ex hoſtiis cōſecratis poſſunt generari vermes.]
ſecratis generantur vermes, & cineres, quàm ex non conſecratis: & idcirco dico ad argumen-
tum, quòd panis abſens immutat; quoniam non eſt omnino abſens, quia remanet ibi accidēs
ſuum, quod eſt vice panis; nec eſt ſimile de viſu reſpectu tenebrarum, & ideo auctoritas Ari-

ſtotelis adducta ab eis non eſt contra iſtam deciſionem, quandoquidem illa habet locum, vbi eſt ſimpliciter abſentia obiecti, quam hic non concedimus quoad operationes. A

Quinto eſt defectus, nam affirmant S. Thomam dixiſſe in intellectu non eſſe niſi ſpeciem accidentis, quæ immediate cauſatur ab accidente, & mediate à ſubſtantia, & ideo primo illa ſpecies repræſentat accidens, & ſecundo ſubſtantiam. Sed hæc eſt falſa affirmatio & impoſitio; quia ſecundum veram doctrinam S. Thomæ 1. p. ſubſtantia cognoſcitur per propriam ſpeciem, quam intellectus abſtrahit à phantaſmate, & hoc in virtute ſubſtantiæ, à qua cauſatū eſt ipſum phantaſma, & in virtute intellectus agentis illuſtrantis phantaſma, cuius lumine ſeparatur ſpecies ſubſtantiæ à ſpecie accidentis, quatum vtraque latebat in phantaſmate: quòd autem ſubſtantia cauſet ſpeciē ſui ipſius in intellectu patet, quia omne ſimile generat ſibi ſimile, ſubſtantia cum cauſet cognitionem ſui ipſius in intellectu noſtro, oportet vt per ſimilitudinem ſui cauſet illam, ex conſequenti in intellectu reperitur ſimilitudo ſubſtantiæ, hoc etiā habent dicere Aduerſarii tenētes ſubſtātias immateriales quidditatiue poſſe intelligi ab intellectu viatoris, vt pluribus argumentis probarunt 2. huius, quæ ſoluimus nos ibi: inter alia dixerunt in hac vita multa prædicata eſſentialia de Deo nos intelligere poſſe, vt quòd ſit actus, ſubſtantia, viuens, æternus, iuſtus, ſapiens, & vt ſemel dicam, quælibet alia prędicata poſitiua, quæ de eo non per tranſlationem, ſed proprie, & formaliter dicuntur; neque enim hæc diuinæ naturæ accidunt, ſed ſunt ipſa natura diuina; ſi tamen recta intelligentia Deo tribuantur: vnde ponunt ens eſſe vniuocum Deo & creaturis, & ꝙ poſſumus habere conceptum proprium & peculiarem ipſius Dei: ſtante igitur doctrina iſtorum, ſequitur quòd ſubſtantię præcipue materiales quidditatiue cognoſcantur à nobis, quod coguntur dicere; quia ponunt etiā ſubſtātias immateriales quidditatiue à nobis cognoſci, & ſic ſequitur quòd per proprias ſpecies cognoſcantur: probatur conſequentia, quia cognitio quidditatiua de re haberi nō pōt, niſi ipſa vniatur intellectui, vel per propriā eſſentiā, vel per propriā ſpeciē: quādoquidē ſpecies inferioris rei non pōt quidditatiue repræſentare rē ſuperiorē, quia nulla res agit vltra ſuā ſpeciē, ſed ſpecies accidētis eſt inferior ipſa ſubſtantia, ergo nō poterit quidditatiue repræſentare ſubſtantiam. Hoc etiam tenent Auerroiſtæ ponentes adhuc falſam illam doctrinam, ſubſtantias ſeparatas quidditatiue intelligi ab intellectu noſtro; aliter natura ocioſe egiſſet, quia feciſſet res à ſe intelligibiles, non eſſe intellectas ab alio: quemadmodum ſi feciſſet ſolem non compræhenſum ab aliquo aſpectu; & hanc doctrinam affert Auerro. de mēte Auempacis, Themiſtij, & Alexandri 3. de anima, quia cum materialia agant in intellectum poſſibilem, & in eum imprimant ſui ſimilitudines virtute intellectus agentis, multo id magis facere poterunt immaterialia, cum ſint aptiora ad agendum; quia prętātioris & actualioris naturæ exiſtunt, quòd ſi ſui ſimilitudines in intellectum noſtrum imprimere poſſunt immaterialia: ergo & quidditatiue intelliguntur: & Ioannes de Ianduno tenet 3. de anima eandem veritatem. ſ. quòd ſubſtantia materialis intelligatur per propriam ſpeciem, & non per ſpeciē accidentis; & eſt ipſamet intentio Ariſto. qui 3. de anima dicit, non lapis, ſed ſpecies lapidis eſt in anima: ſed lapis eſt quædam ſubſtantia: igitur ſpecies ſubſtantię reperitur in anima, quę eſt locus ſpecierum, & ſic ex falſo fundamento iſtorum. ſ. ex quidditatiua cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum deducitur iſta veritas, quòd ſubſtantia cognoſcitur per propriam ſpeciē Hanc eandem veritatem declarat Soncinas 7. huius. B C

quæſt. 1. Subſtantia cognoſcitur per propriā ſpeciem in via. S. Tho. *quæſt. 4.* *Species accidētis eſt inferior ſpē ſubſtantię.* *Com. 36.* *quæſt. 2.* *Tex. 38.* *quæſt. 14.*

Sexto eſt defectus in hac determinatione; quia expreſſe contradicunt ſibi ipſis, dum ponunt ſubſtantiam eſſe perfectiſſimum cognoſcibile, tamen in hoc ſtatu non poſſumus ad illā pertingere, & in 2. huius ponunt ſubſtantias immateriales poſſe quidditatiue cognoſci ab intellectu viatoris: ecce igitur expreſſa cōtradictio, quia ſi intellectus noſter in hoc ſtatu poteſt cognoſcere ſeparatas ſubſtātias, vt ipſi arguunt; quia cognitio noſtra ſit per ſimilitudinem; ſubſtantiæ autem ſeparatæ ſunt ſimiliores animæ noſtræ, quàm quæuis aliæ res: igitur ſi anima noſtra in hoc ſtatu poteſt quidditatiue ſubſtantias ſeparatas percipere, potiori ratione poterit ſubſtātias materiales, & hęc ratio concludit apud ipſos, licet non apud nos, quæ ratio probat, quòd homo in hoc ſtatu poteſt peruenire ad cognoſcendum ſubſtantiam: quomodo igitur in præſenti quæſtio dicunt, quòd non poſſumus in iſta vita pertingere ad cognoſcendā ſubſtantiam? licet in ſe ſit perfectius cognoſcibile, quàm accidens; & ideo non cognoſcitur in hac vita ſubſtantia niſi per diſcurſum, ab accidentibus arguendo ad ſubſtantiam. D

quæſt. 4.

Et ſi quis diceret contra ipſos, quia cum omnis cognitio diſcurſiua ſit imperfecta; ſequitur, quòd ſubſtantia imperfectius cognoſceretur, quàm accidens, quod eſt contra textum propoſitum. Reſpondent quòd ſubſtantia eſt perfectius cognoſcibile ſimpliciter, tamen aliquid aliud poteſt perfectius cognoſci à nobis ſecundum proportionem cognoſcibilitatis ſuæ, nec illa

A illa repugnant, vt patet per hoc exemplum; quia ſpecies alicuius albi remiſſi perfectius mihi repræſentat ipſum album, cuius eſt ſpecies, quàm ſpecies ſolis repræſentet oculo Aquilæ ipſum ſolem: & magis ego video album ſecundum proportionem viſibilitatis ſuæ, quàm Aquila videat ſolem ſecundum proportionem viſibilitatis ſuæ, licet ſimpliciter ſol ſit perfectius viſibile, quàm tale album. Et ſic modo ſoluunt ſecundum mentem ipſorum argumentum illud, quod nunquam ſoluerunt, videlicet nulla ſpecies poteſt diſtinctè repręſentare illud, quod eſt perfectius eo, cuius eſt ſpecies: ſed ſubſtantia eſt prior & perfectior quàm accidens etiam cognitione; ergo ſpecies accidentis non poteſt diſtinctè repręſentare ſubſtantiam; maior patet, quia alias ſimilitudo alicuius albi remiſſi repræſentaret album intenſum, & tunc quandocunque videretur album remiſſum, videretur album intenſum, quod eſt falſum. Hoc argumentum demonſtratiue oſtendit, quòd ſubſtantia debet cognoſci per propriam ſpeciem, & non per ſpeciem accidentis. Nec eſt mirum, ſi in ſolutione huius argumenti ſibi ipſis contradicunt, ponendo quòd non poſſumus pertingere in hac vita ad cognitionem ſubſtantiæ, cuius oppoſitum dixerunt 2. huius.

Species accidentis non valet repræſentare ſpeciem ſubſtātiæ.

quæſt. 4.

B Ex his ergo eliciendę ſunt tres concluſiones pro veritate: quarum prima eſt. Subſtantia via originis, & quoad cognitionem confuſam intellectiuam ſecundum communia prædicata eſt prior cognitione ipſo accidente, & ſic poteſt intelligi textus Ariſtó. quia in omni ſcientia demonſtratiua cognitio ſubiecti præſupponitur, vt probauimus ſupra. Secunda concluſio eſt. Subſtantia cognoſcitur per propriā ſpeciem, quia eſt quoddā actiuum naturale, & ens abſolutum, ex conſequenti poteſt ex ſe cauſare ſpeciem ſui ipſius in intellectu, cum cognoſcatur cognitione quidditatiua, & perfecta, vt probatum eſt. Tertia concluſio in qua omnes conueniunt. Subſtantia eſt prior cognitione accidente, loquendo de cognitione ſecundum perfectionem; nec etiam negamus textum Ariſt. non poſſe intelligi iuxta ſenſum huius concluſionis.

ſubſtātia cognoſcitur ꝑ propriā ſpeciem.

C *Forma & quod eſt ex ambobus ſubſtantia, videtur eſſe magis quàm materia; &c. Tex. 7.*

Vtrum forma ſit prior materia & compoſito, & magis ens vtroque.

Dilucidatio quinta.

SVNT Aliqui dicentes formam eſſe priorem materia, & magis ens, quia omnis actus eſt prior potētia ſimpliciter, & prioritate perfectionis ex 9. huius, ſed forma eſt actus & perfectio materiæ, materia autem eſt perfectibilis vt potentia, ergo forma eſt prior materia, & magis ens.

Tex. 13.

D Contra, quia omnis propoſitio dubitabilis prius eſt diſtinguenda, & deinde venit declaranda: cum ergo vterque terminus ſcilicet tā materia, quàm forma poſitus hic ſit dubius & multiplex, igitur prius erat diſtinguendus poſtea explicandus. Eſt enim in primis triplex materia. Vna alterationis tantum, ſicut cibus eſt materia viuentis. Altera eſt compoſitionis tantum, ſicut lapides ſunt materia domus. Tertia eſt alterationis, & compoſitionis ſimul; quia ex ea manente & alterata res fit, ſicuti elementa ſunt materia mixti. Et hæc materia eſt duplex. Alia eſt prima, alia ſecunda: prima eſt per ſe ſimplex in formis, & receptaculum omnium formarum, quę ab Auguſt. vocatur prope nihil, & Plotinus nominabat ipſam ꝓfundū vniuſcuiuſq;. Vnde illud famoſum de ea dici ſolet, in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum, dicitur chaos ſiue cōfuſio, nominatur ſylua, quia eſt in potentia ad omnes formas naturales, vt ſylua in potentia ad omnes artificiales: dicitur mater apud Platonem, quia eſt principium paſſiuum, quemadmodum fęmina reſpectu viri. Materia vero ſecunda habet formam; & eſt compoſita, ſed dicitur materia comparatione poſterioris & perfectioris formę, cui ſubiicitur, & quam in ſe recipit; ſic corpus organicum eſt materia animæ. Deinde dicitur materia aliqua, ex qua fit res, vt lignum, ex quo fit arca: datur materia, in qua, vt intellectus eſt materia ſciētiarum; & datur materia circa quam, quo pacto dicimus ſubiectum eſſe materiam, circa quam verſatur artifex; datur materia intelligibi-

Materia triplex.

materia intelligibilis quę ſit.

 lis,

lis, quam conſiderant mathematici; & datur materia ſenſibilis, quam conſiderat phyſicus. Sic A
Forma dicitur multiplex. etiam terminus iſte, forma, multiplex eſt, quia aliqua eſt ſubſtantialis, aliqua vero accidẽtalis. Subſtãtialis alia exemplaris, ſicut Deus dicitur forma mundi, alia dicitur forma; quæ eſt pars rei, & hæc vna cum materia conſtituit compoſitum, & iſta vocatur ſpecies; quia omnis rerum pulchritudo ab ea emanat: vocatur ratio, quia ab ea præcipue ſumitur definitio, & ideo appellatur aliquando quidditas, & quod quid erat eſſe; vocatur finis & terminus; quia ipſa primo determinat infinitatem, & indifferentiam materię, & eſt finis & formalis terminus generationis. Dicitur apud Platonem ſimulachrum vere exiſtentium, & participata ſimilitudo diuinæ naturæ. Vocatur etiam quoddam diuinum & optimum apud Ariſt. 1. phyſ. Defecerunt igitur Aduerſarii in declarando terminos huius concluſionis.

Prioritas triplex. Adde quia quando dicunt formam eſſe priorem materia, & magis ens, quęri poteſt ab eis, quid intelligant per priorem; aut intelligunt prioritatem temporis, aut naturę, aut perfectionis, temporis non; quia forma & materia ſunt relatiua, & poſita ſe ponũt, & perempta ſe peri-
Tex. 16. munt, quia ſunt ſimul tempore, natura, & intellectu, vt docuit Ariſt. 2. phyſicorum: non ergo poſſunt intelligere de prioritate temporis, neque naturę: nec de prioritate perfectionis, quia B tunc inciderent in ſuperfluitatem, idem enim eſſet dicere formam eſſe priorem materia, & formam eſſe magis ens, quàm materia; quia eſt perfectior ipſa materia. Dicunt poſtea formã eſſe priorẽ compoſito, & ſic probant; materia eſt prior compoſito, ſicut principium principiato; ſed forma eſt prior materia ex prima concluſione: ergo forma eſt prior compoſito; quia quicquid eſt prius priori, eſt prius poſteriori. Et confirmãt, quia principium eſt prius principiato, ſed non tantum materia, ſed etiam forma eſt principium compoſiti: ergo &c.
Forma eſt prior compoſito eſt propoſitio dubia. Sed dicas hanc propoſitionem eſſe dubiam, dum dicitur quòd forma eſt prior cõpoſito, quia vt declarabitur poteſt intelligi de prioritate perfectionis, & ex probatione adducta ab eis poteſt intelligi de prioritate naturæ, ſicut materia eſt prior compoſito, & principiũ eſt prius principiato: igitur & hoc maiorem declarationem requirebat.

Addunt tertio; forma non eſt magis ens compoſito, quia illud dicitur perfectius ens alio, quod includit totum illud, & aliquid ultra, ſed ſic eſt compoſitum reſpectu formæ, quia includit formam & materiam: ergo eſt magis ens, & perfectius. Et ſi quis diceret, contra; quia actus eſt perfectio ſimpliciter, aliter non attribueretur primo enti: ergo cui verius ineſt ratio C actus, illud videtur ſimpliciter perfectius; ſed forma eſt primo, & eſſentialiter actus, compoſitum autem non niſi per formam eſt in actu: ergo forma eſt perfectior ſimpliciter ipſo compoſito. Reſpondent dicentes: quòd cui ineſt verius ratio actus, illud eſt perfectius ſimpliciter, aſſerunt id eſſe verũ ceteris paribus; ſed in propoſito cetera non ſunt paria; nam ipſum compoſitum includit ipſam formam, & per cõſequens quicquid perfectionis eſt in forma, & adhuc aliquid aliud addit ad perfectionem eius, ſcilicet materiam.

Et ſi inſtaret iuuenis propter verba Ariſt. hic, quòd forma eſt prior & magis ens, quàm cõpoſitum: gloſant, quòd ly prius, & magis intelligitur non ſecundum perfectionem, ſed ſecundum principalitatem, & independentiam; quia entitas principij principalioris, quod eſt forma, eſt independens reſpectu principiati, quod eſt compoſitum, & reſpectu principij minus principalis, quod eſt ipſa materia: principiatum enim dependet à principio potiſſime principaliori, & non econuerſo.

Verum pro declaratione huius rei primo ſupponendum eſt nobis, quòd ſit hic ſermo ſolũ de forma, quæ eſt cauſa intrinſeca importante reſpectum eius, quod ſecundum eam formatur D per modum per ſe informantis, quæ dicitur forma intra, non autem forma extra. Supponen-
Actus entitatiuus nõ datur in via Ariſt. dum eſt, ſecũdo nullũ dari actũ entitatiuũ, aut exiſtentiæ, ſeu imperfectum pręter ipſam formam; & hoc ex doctrina peripatetica, in qua non eſt alius actus, niſi ille ſimpliciſſimus, cuius intellectio & intellectus ſunt idem omnibus modis, vt docuit Ariſt. 12. huius; datur etiam
Tex. 51. actus, qui vocatur ſubſiſtentia, ſeu exiſtentia quod idem eſt, & hic conuenit compoſito ſingulari, & hypoſtaſi, ſeu perſonę, nõ autẽ materiæ primæ: actus ille ſimpliciſſimus, qui eſt Deus
Cap. 1. opt. max. neq; conuenit materiæ primæ; & Auer. libro de ſubſtantia orbis dixit eſſe quendam alium actũ mediũ inter putam potentiã, & actum purũ, & hic competit orbi, quem vocauit naturam mediam: eſt igitur ſermo noſter de actu formali, vt latius oſtendimus in quadã particulari diſputatione de pręſtantia formę ſupra compoſitum.

Quibus ſuppoſitis dico, hoc vltimum dictum eſſe falſum, & ad probãdum hoc ſit prima ratio: illud, à quo compoſitum ſuſcipit nomen; definitionem, determinationem, conſtitutionem, & perfectionem eſt eo perfectius, ſed compoſitum à forma ſuſcipit nomen, definitionem, & cetera omnia alia, quę habet, vt manifeſtum eſt omnibus philoſophantibus: igitur for-

ma

A ma erit perfectior & magis ens,quàm compoſitum; immo forma hoc modo dicitur quoddã totum; nam totum ipſum duplex eſt,alterum continens,ſeu contentiuum,veluti aurum eſt to tum reſpectu metallorum;& ſic Deus dicitur eſſe omne, vt dixit Parmenides, & nos ſumus partes Dei non eſſentiales,aut integrales,ſed contentæ,quia ſumus in eo contenti eminenter, & virtualiter, immo totus mundus continetur in ipſo Deo, propterea dici poteſt quoddam totum reſpectu mundi,& etiam pars illius,ſed ſecundum numerum, quia Deus, & mundus non faciunt aliquid melius,quàm Deus tantum ex ſe ſine mundo:ſicuti ergo Deus dicitur to tum contentiuum,ſic etiam forma poteſt dici totum continens,ſeu contentiuum reſpectu cõ poſiti,quia eſt cauſa eſſendi illius in actu,& continet omnem perfectionem compoſiti,& illã materiæ,ſi aliquam perfectionem dato, & non conceſſo,quòd haberet. ex hac igitur ratione aperte concluditur formam eſſe magis ens,quàm compoſitum abſolute,& ſimpliciter ſine ali qua circumſtantia & conditione,loquendo contra Aduerſarios, qui apponunt circumſtantiã principalitatis & independentię; quia ſermo debet eſſe abſolutus & formalis,& non circum ſtantionatus,quia ita Ariſt.loquitur in verbis propoſitis,licet poſſet dici, quòd forma ſit im- Totum duplex eſt. Forma dicitur totum.

B perfectior compoſito ratione,qua dicitur pars eius,ſed hic non eſt ſermo de eſſe completo,& incompleto,ſed de ratione; qua ſunt entia.

Secunda ratio eſt; per formam compoſitum eſt vnum,aliquid,ens,& perfectum;igitur for ma erit magis ens,magis vna,magis perfecta,quàm ipſum compoſitum,conſequentia patet, antecedens eſt Ariſt.5.huius. Rurſus & tertio;dans eſſe dat ea,quę conſequuntur eſſe ex 3.lib. de cęlo & mundo; ſed forma dat eſſe cõpoſito, vt habetur 2. de anima:igitur dat omnia illa, quæ conſequuntur ipſum compoſitum; ſed perfectio conſequitur eſſe compoſiti;ergo forma dat compoſito perfectionem,& ſic ſequitur quòd ſit perfectior,& magis ens, quàm compoſi tum. Et confirmatur per illam regulam poſterioriſticam, propter quod vnumquodque ta le & illud magis,ſed propter formam compoſitum eſt ens,& ſubſtantia; igitur forma eſt ma gis ens,& magis ſubſtantia,quàm compoſitum. Quarto,finis eſt perfectior his, quæ ſunt ad finem;ſed forma eſt finis compoſiti ex 2. libro de anima,vbi Ariſt.loquens de anima dicit quòd eſt gratia cuius ſit compoſitum:igitur forma erit perfectior, & nobilior compoſito, ſi- cut anima eſt nobilior animato. Quinto,illud,cuius ſcientia eſt nobilior & præſtantior,eſt Tex.16. Tex.32. Tex.4. Tex.36.

C nobilius & præſtantius,vt ſcribitur in 1.de anima,& 6. huius; ſed ſcientia de anima eſt nobi- lior & præſtantior ſcientia de compoſito,& ſic ſequitur,quòd anima eſt nobilior animato, & ex conſequenti forma eſt præſtantior compoſito, quia anima eſt forma. Et confirmatur, quia compoſitum intelligitur per formam, & forma eſt propinquior, & ſimilior primo principio. Sexto, definitio eſt præſtantior definito, quia prędicatum eſt nobilius ſubiecto; ſed definitio eſt forma, & definitum eſt compoſitum, vt ſcribitur in 8.huius, ergo forma eſt nobilior ipſo compoſito, tunc enim ſcimus perfecte, cum cognoſci- mus quod quid eſt rei,& quod quid eſt compoſiti eſt forma ex 2.de anima. Septimo perfe- ctio compoſiti,quam dicunt Aduerſarij eſſe ſupra formam,non erit à materia,quia nemo dat quod non habet,nec erit à compoſito,quia compoſitum non habet ex ſe illud,quo eſt: igitur erit à forma,& ſic ſemper ſequitur formam eſſe perfectiorem compoſito,& magis ens. Octa uo,confeſſum eſt apud omnes peripateticos,in vnoquoque genere eſſe vnum,quod ſit primũ metrum & menſura aliorum;& vulgatiſſimum eſt,ſubſtantiam eſſe vnum genus, ergo ſimpli citer in ea eſt menſura aliorum,vt in genere colorum,& ponderum,vt docet Ariſt.10. huius; In prologo. Tex.2. Tex.16. Tex.4. Tex.10.

D ſed forma in genere ſubſtantiæ eſt ſimpliciter tale, vt ſcribitur 2. de anima, ſubſtantia enim eſt vnum genus vt dicitur ibi,& infra,quod proprie eſt,actus eſt: igitur forma eſt metrum & menſura in genere ſubſtantiæ,& ſic erit præſtantior omnibus, quę in ipſo genere ſubſtantiæ reperiuntur. Nono,ab Aduerſarijs conceditur,quòd ęternum eſt perfectius caduco;ſed for ma vt forma,eſt æterna,etiam ſecundum ipſos,& compoſitum eſt caducum, quia eſt genera- bile & corruptibile, vt declarabitur infra: ergo clare habetur, quòd forma ſit nobilior, & perfectior compoſito. Decimo,ſi compoſitum eſt perfectius forma,quæro illud, aut eſt pro- pter eſſe,aut propter operationem;ſed vtrumque iſtorum eſt à forma:ergo habetur propoſi- tum:nec oportet vti tergiuerſatione aliqua,quòd eſſe aut operatio ſit à compoſito ſine forma quia compoſitum ſine forma nihil eſt. Hanc opinionem habent omnes Græci,& Arabes,& præſtantiores latini;nam Alex.7.huius clare deducit formam eſſe pręſtantiorem compoſito, vt apertè eſt videre in verbis eius. Auerro.quoque eodem loco de materia, & forma loquẽs ait,actus eſt prior,& magis ens,quàm potentia,forma eſt actus,materia eſt potentia,ergo for ma eſt prior & magis ens, quàm materia: & eadem ratione probatur de compoſito. Et S. Thomas ibidem vtitur regula illa, propter quod vnumquodq; tale, & illud magis,&c. Tex.1. Forma eſt ęterna. Tex.8. Com.8.

Com. 4. Et ſi quis diceret, quòd Auerro. videtur oppoſitum ſuſtinere in 2. phy. & 2. de anima, & 8. A
com. 7. huius, quibus in locis expreſſe ait, compoſitum eſt dignius habere hoc nomē ſubſtātiæ, quàm
com. 4. materia & forma, & hoc rationi conſentaneum videtur, quādoquidem totum ipſum per ſe à
Tex. 3. natura intenditur; partes vero per accidens; vnde & Philoſophus 1. cœli dicebat, quòd totum
& perfectum idem ſunt, & ſic quod magis habet rationem totius, eſt magis ens & perfectius;
ſed nihil habet magis rationem totius, quàm ipſum totum: ergo ſequitur falſum eſſe, quòd
forma ſit præſtantior compoſito.

Sed hæc omnia fuerunt ſoluta à nobis in diſputatione illa de præſtantia formæ ſupra com
poſitum, aſſerendo quòd Auerroes, & S. Thomas, & Ariſto. & quicunque alius Auctor inue-
nitur ſic loqui, illud dixerunt ſecundum famoſitatem; quia apud vulgum non cognoſcitur ni
ſi compoſitum, quod vere exiſtit, & habet eſſe manifeſtiſſimum in natura: propterea vulgares
Tex. 9. dicunt illud eſſe perfectius, & magis ens, & ſecundum illos loquitur Auerroes. Hinc Ariſtoti
In prologo. les 7. huius neglexit inquirere de ſubſtantia compoſita, quia omnibus eſt manifeſta; & quia
ars eſt de difficilioribus, & ſic difficilia inquirit, & nō vulgaria; & vt ſcribitur 1. huius & hic,
Cap. 3. quod eſt famoſum, non eſt in toto verum, neque in toto falſum, vt docet Ariſt. 2. topicorum, B
& hinc in prædicamentis vocauit primam ſubſtantiam, quæ eſt compoſitum, proprie & maxi
me ſubſtantiam, & in hoc 7. & 2. de anima vſus eſt verbo, videtur, quod eſt verbum topicum,
Tex. 7. & eorum, qui exiſtimant compoſita eſſe magis ſubſtantias: ſed nos loquimur hic ſcientifice,
Tex. 1. & non famoſe: propterea Aduerſarii, qui non poſſunt ſaluare iſtam ueritatem, coacti ſunt di-
cere formam eſſe magis ens ipſo compoſito ratione independentię, vt dicatur forma magis
ens, quàm compoſitum, non quia habeat perfectius eſſe, ſed quia, cum ſit principium compo
ſiti, & non econuerſo, verum eſt formam in ratione principij non dependere à compoſito. Et
Iauellus ſequitur Scotiſtas. Magiſter Chryſoſtomus Iauellus ſequens Scotiſtas in hac ſententia & vulgares, voluit inter-
pretari dictum Ariſto. aliter, & corrumpit textum dicens, quòd Ariſtot. in hoc contex-
tu non comparat formam compoſito in eſſe magis, aut minus ens, ſed tantum ſecundum prio
ritatem, & eſt expreſſe contra verba textus; quæ ita ſe habent; quare ſi ſpecies eſt prior, & ma-
gis ens, & ipſo quod ex vtriuſque; ſi ergo forma eſt prior & magis ens ipſa materia, eadem ra-
tione erit prior & magis ens ipſo compoſito; & ſi forma erit magis ens ratione independen-
tiæ ipſo compoſito, ſequitur quòd & materia, cum nō dependeat à compoſito, erit magis ens C
ipſo compoſito; quod nullus vnquā philoſophorum ſomniauit. Quidam autem Doctiſſi-
mus & eruditiſſimus vir et noſtro ordine nomine Georgius Biſtus Vercellēſis ex oppido Cā
deli artium, & Sacræ Theologiæ doctor celeberrimus & grauiſſimus, eundem errorem inſe-
quens dereliquit id, quod ſpectat ad veritatem, ſumens occaſionē ex rationibus noſtris, quas
recitat in quadam ſua quæſtione, licet non omnes, ſed quas videbat ipſe faciliores, & nullam
quæſt. 8. earum ſoluit, quia non conſiderauit fundamentum, ſuper quo fundantur, quod eſt Caietani
In prologo. in 1. de anima, vbi examinauit propoſitionem illam: ſcientia de anima excedit alias ſcientias
nobilitate ſubiecti excepta diuina; facit enim argumentum contra ſe; quia ſcientia de corpo
ribus animatis eſt nobilior, quēadmodum corpus animatum eſt nobilius anima: & vniuerſa-
liter totum eſt nobilius ſua parte. Et reſpondet doctiſſimus Caietanus huic argumento, ſup
Diuiſio ſubſtantiæ compoſitę in tria mēbra ſit. ponens tanquam manifeſtum per ſe, ſubſtantiam eſſe perfectiorem accidentibus, & ſubſtan-
tiam diuidi in materiam, formam, & compoſitum, & formam eſſe nobiliorem vtriſque, & ani
mam eſſe nobiliorem omnibus formis naturalibus.

Sed diligenter eſt attendendum, quòd comparatio ſupponit diſtinctionem extremorum: D
non eſt comparanda anima corpori animato, vt includit animam, & aliquid vltra, quia nec ſic
ab aliqua ſcientia conſideratur, quoniam oporteret iterare dicta de anima; ſed comparanda eſt
corpori animato, vt diſtinguitur contra animam, ſicuti conſideratur in libro de anima, & hoc
modo conſtat animam eſſe nobiliorem corpore animato; & ſic vniuerſaliter forma eſt nobi-
lior compoſito. Et adde ne decipiat te, quòd videtur impoſſibile prima facie abſtrahere com-
poſitum à forma; hoc enim ſecundum rem quidem impoſſibile eſt, ſed ſecundum intellectū
non eſt impoſſibile, immo nec difficile: poſſumus enim ſeorſum conſiderare conditiones
Separatio cō poſiti à forma qūo ſit. formę, & ſeorſum quæ in compoſito conditiones reperiuntur, vt patet conferenti conſiderata
in libros de vegetabilibus & animalibus: ex his ego deducebam tale argumentum: merita,
circumſtantiæ, & attributa ipſius formæ ſunt nobiliora circumſtantiis compoſiti: igitur for-
ma erit excellentior, & nobilior compoſito: hoc argumentum nititur ſoluere iſte Georgius,
ſed fruſtra laborat dum vult, quòd merita ipſius compoſiti ſint excellentiora meritis formæ,
hoc. n. tenebatur probare, & nō probauit, immo oppoſitum apparet, namque eſſe per ſe actū,
Tex. 7. & p ſe ens vt docet Ariſ. 2. de aïa, qd̄ ꝓprie eſt, actus eſt, dicūtur eſſe attributa formæ: attributa
vero

A vero ipſius compoſiti eſt habere eſſe per formam, & omnia, quę habet, mendicat ab ea; videte quomodo poterit ſtare, quòd compoſitum ſit nobilius forma, cum beatius ſit dare, quàm recipere, non oportet prolixius in hac materia immorari, cum doctrina ſit expreſſe Ariſt. pluribus in locis, & pręcipue in verbis propoſitis, & ipſius Auerr. hic, & Alexandri, & Themiſtii 1. phyſ. vbi declarat verba illa, exiſtente quodam diuino, & optimo, & appetibile; hanc veritatem docuit Diuinus ille Boetius libro de vnitate & vno, vbi ponit exiſtentiam & omne eſſe tribui formæ; & M. Antonius Zimara vir apprime eruditus in theoremat. ſuis hanc veritatem ex intimis, & penetralibus philoſophię multis teſtimoniis, rationibuſque tuetur; ſic etiā & Sueſſanus in diſputationibus huius libri, latius eandem veritatem defendit. Com. 81. Theor. 10. Diſp. 6.

Nec te moueant ratiunculæ huius viri, quę ad quatuor capita reducuntur, quia compoſitum eſt per ſe ſubſiſtens, & per ſe generatur, operatur, & habet eſſe completum, & conſtitutū in ſpecie & continet materiam, idcirco erit præſtantius forma, hæc non habente, quod S. Thomas annuere videtur 1. p. ſummę ſuę, vbi vult compoſita apud nos eſſe meliora ſimplicibus. q. 5. art. 7. Sed hæc omnia, & quæcunque alia ſimilia ſoluta ſunt, quia loquuntur ſecundum famoſitatē, non autem ſecundum rei veritatem, hæc eſt intentio doctorum, vel ſecundum quòd compo-

B ſita claudunt in ſe formam: nulli dubium eſt id, quod claudit in ſe aliquid, eſſe excellentius illo, ſed iſta non eſt bona comparatio, quia comparatio ſupponit diſtinctionē extremorū, nec eſt conſideranda forma vt pars, & compoſitum vt totum; ſed conſideranda ſunt ſeorſum (vt dictum eſt) merita, & conditiones ipſius formæ à meritis & conditionibus compoſiti, & ſuper hoc fundamento fundatæ ſunt rationes meæ, quę ſunt ipſius Ariſt. volentis librum de anima in nobilitate ſubiecti excedere ſcientiam de animalibus, & plantis; hanc veritatem nullus tueri poteſt, niſi teneat formam eſſe nobiliorem compoſito, niſi velint dicere animam nō eſſe ſubiectum in libris de anima, quod nullus verus Thomiſta aſſerit. Comparatio ſupponit diſtinctionem extremorū.

Nec te moueat doctrina cuiuſdam etiam Neoterici volentis, has duas extremas opiniones ducere ad concordiam, dicendo formam dupliciter poſſe conſiderari. Vno modo per ſe, & ſeparatim in materia. Alio modo vt habet eſſe in materia, primo modo ſumpta eſt ignobilior cōpoſito, & ſic vult tueri opinionem ipſius Georgii: ſecundo vero modo forma eſt æque nobilis, vel nobilior ipſo compoſito.

C Sed hæc concordia potius generat diſcordiam, & confuſionem, quàm aliquid veritatis; quia tunc eſſet æquiuocatio inter iſtos, loquimur enim de meritis formæ ſecundum ſe, & de meritis compoſiti ſecundum ſe; & tunc quęrimus, an forma ſit nobilior compoſito, vel econtra; & concludimus attributa formę eſſe nobiliora attributis compoſiti, quia in compoſito eſt ipſa materia, non ponens in eo ullam perfectionem, cum ſit radix, & ſeminarium cunctarum imperfectionum, & defectuum, qui accidunt rebus naturalibus, idcirco iſte vir non intellexit punctum diſputationis. Impugnatur opinio Recētiorum.

Reprehendit etiam ille Georgius quoddam meum dictum in eadem diſputatione, quia dixi, quod Deus eſt pars vniuerſi, arguit ipſe, quia cauſa omnium efficiens non poteſt eſſe pars conſtitutiua ipſius mundi, qui eſt eius effectus, eo pręcipue, quia creator, & creatura in infinitum diſtant. Sed hoc ortum eſt, quia hic vir non conſiderauit doctrinam Ariſt. 1. cæli, vbi vult mundum ſumi quatuor modis: primo modo pro aggregato ex ſolis rebus corporeis corruptibilibus, excludendo Deum, & intelligentiam, & cęlos, & ſic dicitur mundus inferior: ſecundo ſumitur mundus pro aggregato ex omnibus naturis corporeis, tam corruptibilibus; Tex. 15. Mūdus quadrifariam ſumitur.

D quàm incorruptibilibus, vt ſunt cæli, excludendo Deum, & intelligentias. Tertio ſumitur pro quodam aggregato ex intelligentiis, & naturis corporeis excepto Deo, & his tribus modis Deus non eſt pars mundi. Quarto modo ſumitur mundus pro aggregato ex Deo, & intelligentiis, & aliis naturis corporeis, & ſic qui negat Deum eſſe partem mundi, negat ipſam veritatem, non enim eſt pars integralis, aut eſſentialis, ſed pars numerica: hoc docuit S. Thomas 1. p. vbi ponit in ipſo Deo totum, & partem, & etiam in tractatu Angelorum ponit Angelos, & creaturas omnes diligere Deum dilectione naturali, quia ſunt eius partes. Deus eſt pars mundi. q. 30 ar. 1. q. 60. ar. 5.

Impugnat etiam aliud dictum meum in illa quæſtione, vbi dixi formam eſſe finem compoſiti, ipſe autem vult oppoſitū, compoſitum eſſe finem formæ, & hoc ideo fuit, quia oblitus eſt doctrinæ Ariſt. 2. de anima, vbi diſtinguit duplicem eſſe finem, alter qui dicitur cuius gratia aliquid fit, & alter finis dicitur eſſe cui, vt patet in moralibus, in quibus fęlicitas eſt finis, gratia cuius omnia expetuntur, alter finis eſt homo, cui impartiri debet iſta fęlicitas: ſimiliter etiam in medicina, ſanitas eſt finis gratia cuius vocatur medicus, & actio medici, alter finis eſt ægrotus, cui paratur ſanitas: finis igitur, qui eſt nobilior ordinatis ad finem, eſt finis gratia cuius, quia ordinatur ad perficiendum illud, quod eſt finis cui, & hoc pacto ſubſtantia compo- Tex. 35. Finis duplex

polita

poſita dicitur finis cui, anima vero & forma dicitur finis gratia cuius fit generatio. Hanc di- A
ſtinctionem noluit intelligere præfatus doctor, quemadmodum in quæſito de ſubiecto philo
ſophiæ noluit videre diſtinctionem inter ens mobile, & corpus mobile, & ideo ibi contra me
adhuc multa dixit, quę omnia Deo fauente loco ſuo commōſtrabo eſſe nullius roboris, &
valoris, immo contra doctrinam ſui magiſtri. S. Thomæ: concludo igitur hanc veritatem in
pręſenti contra omnes oppoſitum tenentes, formam ſecundum ſua prædicata abſoluta, & ſe-
cundum ſuas circumſtantias, & conditiones eſſe nobiliorem, præſtantioremque ipſa ſubſtan-
tia compoſita.

Reſtat modo diſputare aliam propoſitionem, quam ponunt Neoterici quòd materia po-
An materia poſſit eſſe ſine forma. teſt exiſtere ſine forma per diuinam potentiam, quā propoſitionem oſtendo eſſe impoſſibilē
pluribus argumentis. Et primo, ſi materia poſſet exiſtere ſine omni forma, tunc eſſet priua-
tio ſimpliciter, & tunc materia non eſſet materia; conſequentia probatur, quia priuatio tunc
Com. 76. temporis nullam formam comitaretur, & hæc eſt expreſſa ratio Auerr. 1. phyſ. Secundo, ſi
materia per diuinam potentiam, ſecundum quod iſti fingunt, poſſet per ſe exiſtere ſine for-
ma, tunc ex materia & forma non poſſet per ſe fieri vnum: conſequentia probatur, quia actu B
eſſet materia, quæ per ſe exiſtere poſſet, ſunt enim materia & forma partes eius, quod eſt hoc
aliquid, quarum nulla poteſt eſſe hoc aliquid: ſi ergo materia per ſe exiſteret, tunc ex duobus
entibus in actu compoſitum neceſſario fieret, quod eſt contra omnem philoſophiam: hæc
Com. 31. etiam eſt ratio Auerr. in hoc lib. Adde quia tunc aliquid exiſteret, quod non eſſet actus, neq;
actum eſſentialiter includens, neque ſubiectum actus. Tertio, materia in genere cauſæ forma
lis depēdet à forma, ergo Deus eā ſeparare non poteſt, conſequentia probatur, quia cauſas in-
trinſecas iſtorū materialiū Deus ſupplere non pōt. Quarto, ſi materia ſine forma exiſtere poſ-
ſet, tūc quod non eſt in actu, eſſet in actu, quod cōtradictionē implicat: conſequentia proba
tur, quia pura potentia exiſteret, & ſic ipſa eſſet prima potentiā, & non eſſet pura potētia: hanc
Com. 52. quoque rationem deducit Auer. 2. phyſicorum, & eſt ratio, quam ponit S. Thomas in 1. p.
q. 66. ar. 1. & latius deducit eam Caietanus in libello de ente, & eſſentia. Quinto, relatiua poſita ſe po-
Cap. 5. nunt, & perempta ſe perimunt, vt ſententia eſt Ariſt. in prædicamentis, ſed materia, & forma
Tex. 26. ſunt relatiua, vt ſcribitur 2. phyſ. ergo ſi ponitur formā non eſſe: ſequitur materiam non eſſe,
& ecōtra. Sexto, materia ſine forma non eſt intelligibilis; ergo materia ſine forma non eſt in C
rerum natura, ſi forma non eſt: conſequentia probatur, quia intellectus eſt vigoroſior in exer
cendo operationem ſuam, quàm natura ipſa extra intellectū. Septimo, formæ eſt finire, &
determinare materiam: ergo abſente forma materia eſt infinita, & indeterminata, & ſic per ſe
exiſtere non poteſt. Octauo, ſi materia ſine forma exiſtere poſſet, tunc materia & forma eſ-
ſent duo in actu, & ſic agens generans daret multitudinem, & perfectionem, quod eſt contra
Com. 15. Auerroem 8. huius, quia factum eſt vnum in actu, & non multa, & ſic agens dat perfectio-
nem, ſed non multitudinem, quia factum non ponit in numerum cum præexiſtentibus, quia
eius materia præfuit, & corruptum eſt illud, cuius materia erat pars.

Tex. 17. Vltimo adeſt textus Ariſt. 4. phyſ. materia eſt inſeparabilis à rebus; & iſtam propoſitionē
Com. 39. docuit Auerr. in hoc libro contra ideas Platonis, vbi expreſſe ponit, impoſſibile eſt formā
eſſe ſine materia, quòniam impoſſibile eſt materiā eſſe ſine forma; adducit & alias rationes pro
Cap. 5. hac concluſione Caietanus in expoſitione libelli de ente & eſſentia, vbi ſoluit omnia argumen
ta Aduerſariorum: Nec te moneant quædam reſponſiones de exiſtentia ipſius materię, quas
adducit quidam Neotericus, quia non ſunt ſecundum ſententiam peripateticam, cū nullus D
ſit alius actus apud Ariſt. niſi primus, & ſecundus, & omnis exiſtentia eſt ab actu primo, nec
eſt verum, quod etiam ipſe dicit, idem eſſe exiſtentiam & actum entitatiuum, vt latius docet
Theo. 1. Zimara in theorema. vbi declarat quomodo intelligenda eſt famoſa illa propoſitio, actus eſt
Tex. 15. ratio intelligendi, & cognoſcēdi &: Ariſt. 5. huius inquit, alio modo ſubſtantia dicitur quod-
cūq; fuerit cauſa exiſtendi inexiſtēs, vt anima animali, quæ verba exponēs Auerr. dicit, quòd
ſubſtantia dicitur de illo, per quod indiuiduū ſubſtantiæ fit ſubſtantia, ſcilicet de forma, per
quā fit ſubſtātia Sortes vel Plato, ſicut aīa in animato; & ſubdit quòd dedit exēplū de aīa, quæ
eſt forma in ſubſtantia in actu, quibus verbis oſtendit non eſſe aliū actum præter formalē, qui
Tex. 11. etiam dicitur exiſtentia, & 2. phyſ. aſſerit res naturales eſſe in potentia per materiā, & per for
mam exiſtere in actu, quæ verba exponens Auerr. dicit verb. gratia, quicquidem eſt in poten-
tia caro, aut os, non dicitur habere naturam carnis aut oſſis, donec recipiat formam carnis &
oſſis, per quam eſt in actu & exiſtit, & Boetius lib. de vno & vnitate ait, quòd omne eſſe eſt à
forma, quid clarius dici poteſt ad oſtendendam exiſtentiam omnem eſſe à forma, & actum
entitatiuum eſſe quid chimericum?

Dico

A *Dico autem materiam, quæ eſt ſecundum ſe nullatenus neque quid, neq; quantitas, neq; ad aliquid dicitur, &c. Tex. 8.*

Vtrum materia ſit ens.

Dilucidatio ſexta.

EST hic vous modus dicendi, quòd ens in potentiá dicitur dupliciter. Vno modo vt obiectum potentiæ, in quo eſt potentia. Alio modo ſicut terminus potentiæ, ad quem eſt potentia: exemplum primi, ſuperficies dealbanda, exemplum ſecuodi, albedo generanda; prima poteotia dicitur ſubiectiua, ſecunda vero obiectiua; nec ſunt eędem illæ duæ potentiæ, quia
B poſſunt ſeparari; quod enim ounc eſt creabile puta, Angelus, eſt in potentia obiectiua, non ſubiectiua; quandoque autem ſuot in eodem, quia eadem potentia vt eſt in ſubiecto dicitur ſubiectiua, & illa eadem vt eſt illius, ad quod eſt, dicitur obiectiua, & ſic roſa non exiſtens comparata ad ſubiectnm eſt in potentia ſubiectiua: comparata ad agens dicitur eſſe in potentia obiectiua: ounc dicunr quòd materia dicitur ens in potentia, non obiectiua; ſicut albedo antequam ſit, tum qnia eſſet ſimpliciter oő ens, tum quia talis potentia obiectiua numeratur ſecundum numerum actuum; materia autē eſt vna reſpectu omoiom formarum, tum quia ens in potentia obiectiua non eſt ſubiectum tranſmutationis: ſed terminns: materia autem popitur ſubiectum, ſed materia pooitur ens in potentia ſubiectiua eo modo, quo ſuperficies eſt io potentia ad albedinem, ita quòd materiæ potentia eſt ens reſpectinum actus ſubſtantialis primo, & actus accidentalis ſecundario; materia ergo licet ſit ens actu eotitatiuo, quia eſt aliquid diſtinctum extra cauſam ſuam, tamen diſtinguitur contra actum diſtinguentem formalem & ſpecificum, & ita deſcribitur per ens
C in potentia, quia maximè eſt receptiua actus: eſt ergo ens io potētia ſubiectiua, & magis quàm ſubiectum accidentis, quia ſic minus habeos actualitatis in ſe eſt magis capax actualitatis.

Potentia obiectiua & ſubiectiua quæ ſit.

Sed circa hæc dicta, duo mihi occurunt conſideranda, primum declarabo breuiter omnia illa, quæ de materia dici poſſunt. Secundo oſtendam quàm falſum ſit hoc dictum de potentia obiectiua; & primum dicimus de materia quòd eſt ens, & hoc affirmauit Plato in thimeo vocans ipſam receptaculum omnium formarum; & Ariſt. 1. phyſ. voluit eſſe ſubiectum tranſmutationis, quod quidem eſſe non poterit, niſi ſit ens, vt diſtioguitur contra oihil, noo autē eſt ens prout diuiditur in decem prędicamenta 5. huius. Secundo dico, quòd materia eſt ſubſtantia, & hoc probauit Philoſophus 1. phyſ. aliter ſubſtantia fieret ex ooo ſubſtantia.

Materia eſt ens.

Tex. 65.

Tex. 51.

Tertio dico, materiá eſſe per ſe ignotam, & non cognoſci niſi per oegationes, & hoc cooclu ſit Ariſt. in hoc 7. Quarto dicitur de materia, quòd non eſt ſcibilis, niſi per analogiam ad formam, hęc propoſitio habetur 1. phyſ. Quinto de materia dicitur, quòd eſt ens, ooo ſicut hoc aliquid, & hanc propoſitionem voluit Ariſt. 2. de anima. Sexto dicit Ariſt. materiam poſt generationem manentem vna cum forma eſſe cauſam eorum, quæ fiunt, tanquam matrē
D 1. phyſ. Septimo dicitur, qnòd materia appetit formam, ſicut turpe pulchrum, & fæmina virum, ſcribitur etiam hæc propoſitio 1. phyſ. Octauo dicitur, quòd materia per ſe, & ſecundum potentiam ſuam eſt ingenerabilis, & incorruptibilis ex eodem libro. Nono dicitur, quòd materia non eſt geous, & hoc oſteodit Auerr. 1. huius: quia genus prędicatur de ſpecie, & de indiuiduis; materia autem non prędicatur niſi in obliquo, & io coocreto, oec poteſt eſſe vniuerſale iotelligibile, nec diuiſibile per differeotias eſſentiales, cum ſit ſiogularis & ſenſibilis per aliud. Decimo ſcribitur, quòd materia eſt primum ſubiectum, ex quo inexiſtente res fiunt, & in quod vltimum corrumpuntur, hoc dictum ſumitur ex eodem 1. phyſ. Vndecimo eſt propoſitio, quę ſumitur ex hoc textu, quòd materia per ſe neque eſt quid, neq; quantum, neque quale, neque ad aliquid, nec aliquid aliorum, quibus dicitur eſſe ens determinatum. Duodecimo dicitur, quòd materia eſt vna numero, & hoc dictum ſumitur etiam ex 1. phyſicorū, & ex 12. huius, quod dictum intelligitur de vno numero priuatiue, noo autem poſitiue, vt declarat Auerr. in 1. de ſubſtantia orbis, & 2. phyſ. vbi docet materiam eſſe plura ſecuodum habitudinem, & habilitatem ad diuerſas formas.

Tex. 8.
Tex. 69.
Tex. 1.
Tex. 80.
Tex. 81.
Tex. 82.
Com. 17.
Tex. 82.
Tex. 42.
Tex. 14.
Cap. 2.

Sunt etiam & plures errores orti de materia: inter alios fuit ille, quem narrat. S. Thom.

q. 3. art. 8. Cap. 17. 1. p. & 1. contra gentes, quem errorem attribuit Dauidi dedinanno, ſeu dedinanto, vt aliqui A
dicunt, hic enim fuit hæreticus, & inter alias hæreſes habuit iſtam, aſſerendo Deum eſſe mate-
riam primam, aliter Deus eſſet compoſitus, quia cum Deus, & materia prima ſint ſimplicia,
ſequitur quòd non differunt: illa enim quæ differunt, differentiis differunt, ex conſequenti
Tractatu 3. cap. 2. ſunt compoſita: hoc argumentum narrat etiam Albertus in 1. phyſicorum, & attribuit cuidã
Alexandro epicureo. Sed eſt nullius roboris, vt tenet. S. Thomas locis vbi ſupra, quia licet
Deus & materia non differant per differentias, ſunt tamen ſeipſis entia diſtincta; quia alterũ
vtputa Deus benedictus eſt ſummæ perfectionis, independẽs, immutabilis, & infinitus actus;
alterum vero eſt ſummæ imperfectionis, & infimum ens, ac prope nihil, & omni mutationi
Reprehenditur Sueſſanus. ſubiectum. Nec etiam valet argumentum: quod adducit Sueſſanus 1. phyſicorum, quòd ma-
teria eſt æterna, incorruptibilis, Deus etiam æternus & incorruptibilis: igitur Deus eſt mate-
ria, quia ex cõditionibus datis apparet diuerſam eſſe incorruptibilitatem materiæ ab illa, quæ
eſt ipſius Dei benedicti.

Com. 63. Secundus error fuit Auerr. 2. phyſicorum, vbi poſuit in materia prima eſſe dimenſiones
Cap. 1. inſeparabiles, & ei coæternas, in libro de ſubſtantia orbis voluit, materiam ipſam nunquam B
denudari à dimenſionibus interminatis, quia ſi denudaretur, tunc corpus fieret ex non cor-
Cap. 5. pore, & dimenſio ex non dimenſione, quam opinionem reiicit Caietanus libello de ente, &
eſſentia; quia propria & immediata potentia dicitur proportionari proprio actui: ſed omnis
forma ſubſtantialis eſt actus ſimpliciter: ergo eius ſubiectum eſt potentia ſimpliciter. Dein-
de ſequeretur, quòd aliquid exiſtens in prædicamento quantitatis præcederet aliquid in præ
dicamento ſubſtantiæ, & quòd principia rerum naturaliũ eſſent quatuor, & multa alia abſur-
da ſequerentur, vt eſt videre vbi ſupra.

Cap. 3. & 5. Tertius error fuit Alberti 1. phyſicorum dicentis materiã eſſe veluti habitum præhabentẽ
formas omnes ſecundum eſſentiam, non quòd formæ ſint plures, ſed vnum ſecundum eſſe
q. 1. art. 2. incohatiuum in ipſa materia. Hic enim eſt error manifeſtus, vt oſtendit S. Thomas in quæ-
ſtionibus de formis; quia illud eſſe formæ, quod eſt in materia ſecundum Albertum, vel eſt
idem numero cum forma producenda, & tunc forma producenda non fieret de nouo, ſi vero
non eſt idem numero, peto aut conuertitur in formam de nouo producendam, aut eſt idem,
quòd materia ipſa: ſi primo modo, hoc eſt impoſſibile, quia ſubſtãtia non conuertitur in aliã: C
ſi ſecundo modo, ergo materia non eſt potentia, ſed actus, quod eſt falſum.

Quartus error fuit Romani Egidii, qui in primo tractatu de materia cæli multis rationi-
Tex. 17. bus nititur probare materiam cæli, & ſublunarium eſſe eiuſdẽ rationis, contra Ariſt. 9. huius,
& contra veritatem, quia tunc cælum ex ſe eſſet corruptibile, & iſta ſublunaria eſſent in po-
tentia ad formas cælorum, vt latius rationes contra iſtam opinionẽ videre poteris apud Caie-
q. 66. ar. 2. tanum in 1. p. S. Thomæ.

Quintus error eſt cuiuſdam moderni dicti Archãgeli Mercenarii, qui in quibuſdam ſuis
dilucidationibus in doctrina Auerrois voluit, materiam cæli ſui natura eſſe actum, & non pu
ram potentiam. Quibus verbis deſtruit naturã ipſius materiæ, mouetur autem ad hoc ſuadẽ
Tex. 26. dum ex falſo fundamento, quia 2. phyſicorum legitur, quòd cum materia & forma ſint rela-
tiua, ex conſequenti qualis diuerſitas reperitur in formis, talis reperiri debet in materiis; ſed
dantur formæ, quæ indigẽt materia, vt ſubſiſtant, ſicuti formæ inferiorum; aliæ vero non indi
gent materia, vt ſubſiſtant, vt formæ æternæ: igitur & duo gradus materiæ reperiri debent,
quorum alter indigeat forma, vt actu ſit, veluti materia inferiorum, alter vero non indigeat D
forma, vt ſubſiſtat, & actu ſit, ſicuti materia cæli: & ita formarum diuerſorum ordinum erunt
Tex. 26. materiæ diuerſi ordinis, vt uult Ariſt. 1. phyſicorum; nam formæ cæleſtes cum motrices ſint
ſolum ſecundum locum, materiam habebunt mobilẽ ſecundum locum, & ita in actu, formæ
vero mortales, cum generabiles ſint, materiam habebunt in potentia; & ſicut in formis dan-
tur gradus, ita etiam & in materiis gradus inuenientur. Hoc autem fundamentum, vt dixi-
mus, eſt falſiſſimum; quia ſecundum rei veritatem cælum ſemotis ſubſtantiis ſeparatis eſt cõ-
poſitum ex materia, quæ eſt pura potentia, & ex forma ſua, quæ eſt actus illius potentiæ, & li-
cet materia & forma ſint relatiua, non tamen quoad hoc, vt ſi forma datur ſine materia, ergo &
materia ſine omni forma exiſtere debet, ſed tãtum quoad conſiderationem in eadem ſcĩetia,
vt patet ex verbis adductis.

Sextus error circa materiam fuit ipſius Alexan. Achillini Bononienſis, qui in libro ſuo de
elementis aſſeruit materiam non eſſe partem quidditatis, ſed vehiculum: qui error fuit Auer-
rois, & eius doctrinam ſequentium. Et eſt manifeſta falſitas; quia ſequeretur definitionẽm
datam per materiam eſſe per additamentum, cum ipſa ſit extra quidditatem, & quòd ſola
forma

A forma ſufficeret ad hoc, vt res exiſterent; quandoquidem quidditas rei ſufficit ad hoc, vt res,
ſit,& ſic res naturales exiſterent ſine materia, vt oſtendit S. Thomas in hoc 7.& in 1.p. & in li Tex.54.
bello de ente,& eſſentia, vbi de mente Auicennæ,& omninm veterum philoſophorum oſtẽ- q.75.ar.4.
dit, ſolam formam non poſſe eſſe totam quidditatem, & licet Ariſt. aliqnando vocet ipſam cap.2.
quidditatem, hoc ideo eſt, quia eſt principaliter eius pars; ſic etiam intelligitur Alex. Afron-
diſeus, Themiſt. Simpli. Auerro. & ceteri Auctores, ſi qui ſunt, qui dicant formam eſſe quid-
ditatem: numquam enim aſſerunt totam quidditatem, excludendo materiam.

Septimus error fuit ipſius Ioannis de Ianduno, qui in 1. phyſicorum tenuit potentiam ma queſt. 15.
teriæ diſtingui realiter ab ipſa materia, quia multiplicatur numerus potentiarum ipſius mate
riæ ſecundum numerum ſpecierum generabilium,& tamen ipſa materia remanet vna: & pro
lapſus eſt in errorem propter ignorantiam diſtinctionis de potentia materiæ, quæ dupliciter Potẽtia ma-
capi poteſt: vno modo pro gradu entis: alio modo pro reſpectu, quo reſpicit formam; licet teriæ dupli-
enim potentia materiæ pro reſpectu illo, quo reſpicit formam, diſtinguatur ab ipſa materia, pliciter ſu-
& non ſit de eius eſſentia; attamen potentia, quæ ſumitur pro gradu entis, dicitur eſſe ipſamet mitur.
B materia,& hæc dicitur eſſe eius eſſentia.

Octauus error circa ipſam materiam eſt ipſius Auguſtini Sueſſani, qui in 5. huius diſputãs Diſput. 5.
de principio indiuiduationis, poſuit cum materia ipſam dimenſionem interminatam eſſe di-
ſpoſitiuum principium numeralis multitudinis: & formam eſſe principium ſine quo non.
Hæc enim doctrina eſt erronea, vt latius oſtendit Caietanus in libello de ente, & eſſentia, vbi Cap.2.
contra Scotiſtas demonſtratiuis rationibus oſtendit, materiam ſolam eſſe principium indi-
uiduationis.

Nonus error eſt Aduerſatiorum aſſerentium materiam poſſe eſſe ſine forma, quem errorẽ
ſupra impugnauimus,& de hoc etiam diſputat Caietanus in libello de ente,& eſſentia. Vlti- Cap. 5.
mus error, quem intendo refellere circa doctrinam de materia eſt ipſius potentię obiecti-
uæ, quam ponunt Aduerſarii, quæ potentia obiectiua eſt omnino chimerica & impoſſibilis
quandoquidem omnis potentia in doctrina Ariſto. dicit ordinem ad aliquem actum, cum ca Potentia di-
rentia illius diſpoſitionis, quam habet res, dum eſt in actu, ſed quæ producta ſunt nullo præ- cit ordinem
ſuppoſito, vt cęlum & intelligentiæ, ante ſui productionem non intelliguntur, vt carentes ali- ad actum.
C qua diſpoſitione, quam poſtmodum acquiſiuerunt: ergo non eſt in eis ante ſui productionẽ
aliquis reſpectus, vel ordo fundatus ad aliquem actum; & conſequenter nec potentia aliqua
dicens hunc ordinem: maior propoſitio eſt Ariſt. in 2. phyſicorum; minor probatur, quia non Tex. 27.
poteſt intelligi aliquid eſſe in potentia ad ſeipſum, & propterea hæc potentia obiectiua non
eſt ſecundum doctrinam peripateticorum, qui non cognoſcunt niſi duas potentias, actiuam
ex parte agentis, qua ſcilicet agens poteſt aliquid producere; & paſſiuam ex parte patientis, Quæ ſit po-
qua ſcilicet producibile poteſt ab agente produci; & hæc vel poteſt eſſe realis,& dicitur poten tẽtia actiua
tia phyſica; vel logicalis, quæ dicitur repugnantia terminorum. & paſſiua.

Hæc doctrina eſt clara & expreſſa ſententia Ariſtotel. 9. huius, & 5. ſimiliter eſt doctrina Tex. 1.
Auerro. in primo libro de cęlo, quòd potentia duplex eſt: vna quæ conuenit materiæ ex na- Tex.17.
tura eius; altera quæ conuenit ei prout eſt deſtinata ab agente ad hanc, vel ad illam formam, et Tex. 120.
ſic duplex eſt materia, ſcilicet prima, & ſecunda, ſic etiam duplex potentia; altera, quæ con-
uenit primæ materiæ: quę dicitur prima, indeterminata, vniuerſalis, remota, confuſa, eſſentia-
lis,& inſeparabilis ab ipſa materia: altera autem appellatur materia ſecunda, ſeu potentia ſe-
D cunda determinata, particularis, propinqua diſtincta, accidentalis ipſi materiæ, & ab ea ſepa- Materia ſe-
rabilis: modo nulla iſtarum poteſt dici obiectiua; igitur chimerica eſt iſta potentia adinuenta cunda quæ
ab ipſis, & 2. phyſicorum etiam ipſe Auer. aſſerit potentiam tripliciter accipi poſſe: vel ſubie eſt.
ctiue, quod idem eſt quòd materia potens: vel formaliter pro illo reſpectu,& habitudine po- Com. 10.
tentiæ ad actum: vel terminatiue pro ipſo actu,& forma, ad quam terminatur potentia: pri-
mo modo potentia eſt ſubſtantia non differens à materia, ſecundo modo eſt relatio de prædi-
camento ad aliquid: tertio modo ſpectat ad formam, à qua & vnitatem,& diſtinctionem acci-
pit: ſed nulla iſtarum potentiarum dici poteſt obiectiua: igitur falſitas per ſe manifeſta eſt.
Et ſi dicis, quòd datur potentia, quæ eſt qualitas in ſecunda ſpecie qualitatis. Contra quia ne- Potentia o-
que hęc dici poteſt potentia obiectiua, vt patet, cum ſit quædam naturalis habilitas ad operan biectiua nõ
dum. Concludendum igitur eſt à nobis, eſſe pręcipuum errorem ponere hanc potẽtiam obie eſt in ſecũda
ctiuam,& contra Ariſt. & Themiſt. 1. phyſicorum in aurea ſua digreſſione de materia; & con- ſpecie quali
tra Auer. eodem libro. eſſent & multi alii errores recitandi circa naturam materię, quos breui tatis.
tatis cauſa derelinquo. Com. 70.

Singu-

Singulum enim non aliud videtur eſſe à ſuimet ſubſtantia, & quod quid erat eſſe dicitur, &c. Tex. 20. A

Vtrum quod quid eſt ſit idem cum eo cuius eſt.

Dilucidatio ſeptima.

SVNT quidam dicentes hic, quòd idem quandoque accipitur confuſe, quandoque diſtincte; primo modo ſignificatur per nomen; ſecundo vero ſignificatur per definitionẽ, & ſic primo modo dicitur illud, cuius eſt qđ quid eſt: ſecũdo modo dicitur quod quid eſt, vnde concludũt, quòd illud, cuius eſt, & ipſum quod quid erat eſſe non differunt, niſi in diuerſo modo concipiendi idem. B

Sed hoc fundamentum non videtur eſſe ad mentem peripateticorum, quia etiam ipſa definitio dicit aliquando conceptum confuſum, cum dicat conceptum generis, per quem conceptum ſpecies etiam ſecundum ipſos confuſe accipitur; & ideo hoc peripa-
Tex. 5. teticis & ipſiſmet aduerſatur, licet Ariſt. in 1. phyſicorum dicat, quòd definitio reſoluit in partes; iſtud dictum intelligendum venit de reſolutione in partes eſſentiales, non autem in partes potentiales, quia loquendo de his partibus, eadem res prout ſignificatur per nomen, & prout ſignificatur per definitionem, poteſt accipi confuſe.

Sed videamus ſecundum, quod dicunt; aiunt enim, quòd ſicut forma poteſt ſumi dupliciter,
Tex. 26. ter, ita & materia, nam materia & forma opponuntur relatiue ex 2. phyſicorum, & quot mo-
Cap. 12. dis dicitur vnum oppoſitorum: tot modis dicitur & alterum ex 1. topicorum: forma autem ſumitur dupliciter; vel pro forma partis: vel pro forma totius, exemplum primi, anima hominis, exemplum ſecundi, quidditas hominis, quæ eſt humanitas: ſimiliter materia dicitur vno modo, quæ correſpondet formæ partis, & ſic materia eſt pars eſſentialis compoſiti, quia conſtituit cum forma vnum ens per ſe de genere ſubſtantiæ. Alio modo dicitur materia, quæ C correſpondet formæ totius, contrahens quidditatem ad eſſe hoc, & eſt proprietas indiuidualis, quę cum ipſa quidditate ſpecifica conſtituit ipſum indiuiduum ſpeciei, vnum ens per ſe.

Hoc fundamentum aduerſatur rationi, & Ariſt. Primo rationi, quia materia & forma non
Tex. 26. ſunt relatiua, cum ſint res abſolutę, & licet 2. phyſicorum dicatur, materiam, & formam eſſe
Qũo intelligatur ꝙ materia & forma ſunt relatiua. relatiua; per relationẽ tamen non intelligitur ſubſtantia materię aut formę, ſed tantum determinatio, ſeu habitudo formę & materiæ: fundamentum autem propoſitum loquitur de ſubſtantia materiæ & formæ; aliter non eſſet ad propoſitum. Adde, quia vnum relatiuorum nõ eſt perfectio alterius, & tamen forma eſt perfectio materiæ: ergo &c. Deinde, ſi hoc dictum eſſet verum, tunc materia ſecundum Ariſt. non tantum diceretur dupliciter, ſed multipliciter; nam alia eſſet materia oppoſita formæ partis, alia formæ per ſe ſubſiſtenti; alia oppoſita quidditati; modo hoc videtur eſſe expreſſe contra doctrinam Ariſt. non ponentis, niſi duplicem materiam, alteram quam vocat partem eſſentialem compoſiti; alteram vero, quam vocat ſubiectum.

Aduerſatur etiã hoc dictum ſibiipſis, ponentibus materiam poſſe eſſe ſine forma: ſi ergo D materia & forma ſunt relatiua, & natura relatiuorum ſit, quòd vnum non poſſit eſſe ſine altero; quomodo ergo hęc dicta contraria ab ipſis connecti poſſunt? Præterea, nunquam ſecundũ peripateticos inuenitur proprietas iſta indiuidualis in ipſo indiuiduo: in quo præter materiã
Com. 36. & formam nihil eſt niſi accidens; immo ſecundum Auerro. in hoc libro forma partis & for-
Forma partis & totius ſunt idem. ma totius idem ſunt, ſicut homo & forma hominis, & rectum & forma recti, licet ego non approbem hoc dictum Auer. attamen vt videatur quomodo hoc ſecundum fundamentum à nemine acceptatur, volui illud inſerere.

Tertiũ fundamentũ eſt: eorum, quæ ſunt; q̃dam ſunt entia per ſe, quædã vero per accidẽs, exẽplũ primi, decem genera, omnes ſpecies generum, & omnia indiuidua, q̃ ſunt per ſe in genere, quæ non includunt res diuerſorum generum; exemplum ſecundi, omnia aggregata ex rebus diuerſorum prędicamentorum, ſiue diuerſis nominibus, vt homo albus, ſiue vno nomine, vt album nominatur: nam album, cum ſit concretum accidentis, includit diuerſas res ſcilicet ſubſtantiam, & accidens.

Sed in hoc tertio fundamento apponunt vnum falſum, quia volunt album eſſe aggregatũ

per

A per accidens, cum tamen ſolam qualitatem ſignificet, vt expreſſit Ariſt. in prædicamentis, immo Auerro. repræhendit Auice. de hac re in 5. huius, quod ſi latius, & fuſius deſideras, lege Caietanum in 1. p. S. Thomę.

Cap. de ſubſtantia. Com. 14. q. 13. artic.

Vltimum fundamentum eſt: quædam dicũtur habere quodquid eſt primo & per ſe ex hoc quòd quidditas per nihil aliud aduenit eis, vt quælibet ſpecies compoſita vniuerſalis; nam ſpecies dicitur habere quod quid eſt primo, & per ſe, non autem indiuidua; quia ipſis indiuiduis conuenit quod quid erat eſſe per ipſas ſpecies: hoc enim eſt habere aliquid primo ex 1. poſter. Quædam autẽ habent quod quid eſt per ſe, ſed non primo, vt hic homo ſingularis abſtrahens ab exiſtentia & tempore; & tale indiuiduum eſt per ſe in genere, quia non includit res diuerſorum generum, tale autem indiuiduum habet quod quid eſt per ſe, quia nihil includit tollens vnitatem per ſe entis; tamen quia quidditatem habet per aliud, ſcilicet per ſpeciem quam participat, ideo non primo habet quodquid eſt, quædam tamen habent quodquid eſt, nec primo nec per ſe, ſed per accidens, vt hic homo exiſtens, & ens in tempore, nam tale indiuiduum includit aliquod accidens extra rationem quidditatis, puta exiſtentiam, & eſſe in tem-

Tex. 11.

B pore, & alias conditiones materiales, quę tollunt per ſe vnitatem entis. Vlterius, ſi homo albus habeat aliqualiter quod quid eſt, habet ipſum magis per accidens, quàm hic homo exiſtens, nam homo albus eſt magis ens per accidens quàm hic homo exiſtens, quia includit exiſtentiam, & ſi accipiatur hic homo albus exiſtens, adhuc addit aliud accidens, puta albedinẽ; ſi etiam homo albus accipiatur, vt abſtrahit ab exiſtentia, adhuc eſt magis ens per accidens, quàm hic homo exiſtens; quia albedo eſt proprie, & vere accidens, exiſtentia autem non eſt proprie accidens, niſi prout accidens accipitur large quicquid formaliter non eſt idem alicui; ergo homo albus magis habet quod quid eſt per accidens, quàm hic homo exiſtens.

Sed hoc vltimum fundamentum licet quoad membra pertranſiri poſſit, tamen falſo applicatur, quia indiuiduum abſtractum ab exiſtentia, non eſt indiuiduum apud philoſophos, abſtrahere enim ab exiſtentia eſt abſtrahere à ratione contingentię, & ſic eſt facere vniuerſale. Præterea illa abſtractio, vel eſt per intellectum, vel per aliquem ſenſum: ſi primo, ergo eſt abſtractio vniuerſalis, quia intellectus quicquid abſtrahit, abſtrahit ab hic, & nunc: ſi vero erit abſtractio per aliquem ſenſum, hoc nihil eſt dicere; quia ſenſus omne quod comprahendit,

Indiuiduũ abſtractũ ab exiſtẽtia nõ eſt indiuiduum.

C comprahendit tanquam exiſtens hic & nunc. Tertium falſum apponunt, aſſerendo exiſtentiam tantum formaliter diſtingui ab indiuiduo, quia vt alias oſtendimus, in omnibus creatis diſtinguitur exiſtentia ab eſſentia.

Apponunt deinde duas concluſiones, quarum prima eſt. In dictis per ſe eſt idem quod quid eſt, & id cuius eſt; hanc probant duobus argumentis, quorum primum eſt, quia ſingulũ non videtur aliud, quam ſuimet ſubſtantia; ſed quod quid eſt, eſt ſubſtantia cuiuſcunque, extendendo ſubſtantiam ad omne genus entium, vt ſumitur pro eſſentia cuiuslibet rei, tum quia aliter nulla res eſſet ſcibilis, tunc quia nulla res eſſet formaliter ens, vnde ſcire perfecte rem, eſt ſcire ſuum quod quid eſt, nec aliquid eſt ens formaliter, niſi quia ſibi ineſt quodquid eſt. Præterea, ſit B. quod quid eſt ipſius. A. nunc ſic, vel. B. includit prę̈ciſe idem quod A. vel includit minus, quàm A. ſi idem præciſe, habetur propoſitum, ſi minus, ergo non eſt propriũ quod quid eſt; nam definitio eſt terminus rei, terminus autem eſt intra quem includitur tota res, & nihil eſt extra 5. huius: ſi vero includit plus, abijciatur ipſum additum ab ipſo B. & tunc quod remanet eſt ipſum quodquid eſt ipſius A. nihil includens pluſquam A. & ſic habetur pro-

Eſſe & eſſentia diſtinguuntur in creatis.

Tex. 22.

D poſitum.

Secundam concluſionem ponunt. In dictis per accidens non eſt idem quod quid eſt cum eo cuius eſt: hanc ſic probant, quod non habet quod quid eſt non eſt idem cum eo cuius eſt; ſed ens per accidens non habet quod quid eſt propter duplex ſignificare: igitur cõcluſio vera.

Sed quicquid ſit de probationibus, arguo contra ambas concluſiones, & primo contra primam ſic; data veritate concluſionis, ſequitur entia materialia, quæ ſecundum ſe dicuntur entia, & omnia compoſita ex materia & forma habere quod quid eſt idem cũ eo cuius eſt, quod eſt contra Ariſt. in textu, aſſerentem in conceptis cum materia aliud eſſe quod quid eſt ab eo cuius eſt; probatur conſequentia, quia ſunt entia per ſe. Contra ſecundam ex his, quæ dicta ſunt & determinata in 6. huius arguo; quia de ente per accidens nullo modo poteſt eſſe ſcientia, etiam ſecundum ipſos; & omne illud, de quo ſcientia haberi poteſt, habet ſuũ quod quid erat eſſe, vt patet ex Ariſt. 1. poſte. quòd de ſubiecto oportet præſupponere quid & quia, & illud, quod ſcitur, oportet eſſe verum: ex his ergo apparet vtramque concluſionem poſitam pati anguſtias.

Dilucid. 5.

Tex. 2.

Propterea videtur aliter dicendum ad diſputationem propoſitam, ad quam quidem aliqui

Auerroiſtę quid dicant circa hoc q̄ſitum. ex Auerroiſtis recitant quandam ſententiam, quam dicunt eſſe S. Thomæ, & Romani Egidij, A quæ in duobus punctis conſiſtit. In primo recitant tres ſuppoſitiones, quarũ prima eſt, quòd ipſum quod quid eſt dicitur eſſe illud, quod colligitur ex prædicatis in quid, non autẽ ex prædicatis in quale. Secunda ſuppoſitio eſt, quòd illa prædicata in quid ſunt formaliter talia per rationem, & ſic ſequitur, quod quid eſt eſſe ſubſtantiam per rationem dictam ſecundum ſe, illam ſcilicet, quæ habet intellectum completum per aliquam differentiam proprij generis. Tertiam ſuppoſitionem ponunt, quæ ſequitur ex præcedentibus, quòd talia, ſimpliciter loquendo, non ſunt niſi ſubſtantiæ; nam accidentia licet habeant differentiam proprii generis tamen ſemper dependent à ſubiecto, ideo ſequitur, quòd ſolæ ſubſtantiæ habeant quod quid eſt, & non accidentia, cum includant ſubiectum.

In ſecundo puncto ponunt tres concluſiones, quarum prima eſt. Ipſum quod quid eſt, eſt idem cum eo, cuius eſt in ſubſtantijs, iſta concluſio patet ex dictis, quia ipſum quod quid eſt non eſt niſi eorum, quæ habent prædicata in quid, ſed hæc talia ſunt tantummodo ſubſtãtiæ, igitur concluſio vera. Secunda concluſio eſt. In dictis per accidens quod quid eſt non eſt idẽ cum eo cuius eſt; hæc etiam probatur de mente Ariſt. quia ſi eſſet idem, puta quod quid eſt B hominis albi, cum ipſo homine, tunc idem eſſet homo, quod homo albus, quod eſt falſum, quia homo albus non ſubiicitur niſi ratione alterius partis, quæ eſt ſubſtantia. Tertia concluſio eſt. Particularia non habent quod quid eſt idem ſibi, probatur, quia ſingularia non habent prædicata in quid, niſi prędicata ſpeciei, & ideo non habent quod quid eſt proprium, ſed ſolum habent quod quid eſt ſpeciei, quia tamen includunt aliquid in ſe, quod eſt extra rationem ſpeciei, ideo non ſunt idem cum ipſo quod quid eſt ſpeciei, nec habent aliquod quod quid eſt.

Verum ipſi Aduerſarii audientes hanc ſententiam eſſe S. Thomæ, & ſuorum diſcipulorum impugnant ipſam pluribus argumentis. Et primo arguunt contra ſuppoſitiones; quia nihil eſt formaliter ens, niſi ſuum quod quid eſt ſibi inſit; ſi ergo quod quid eſt, eſſet ex prædicatis in quid collectum ſecundum rationem, nihil eſſet formaliter ens, niſi per conſiderationem intellectus, qui facit prædicata in quid; quod eſt inconueniens, quia nullum eſſet ens reale, Tex. 20. ſed rationis tantum: maior patet ex litera, vbi dicitur, quòd cui non ineſt bonum eſſe, non eſt bonum, & ſimiliter cui non ineſt ens formaliter, non eſt ens. Præterea arguunt etiam ex eadem litera, vbi dicitur, ſingulum enim non aliud videtur à ſuimet ſubſtãtia, & quod quid erat C eſſe dicitur ſinguli ſubſtantia: ſi ergo quod quid eſt eſſet ſubſtantia ſecundum rationem, vt ipſi dicunt, ſingulum eſſet ens rationis, & nullum eſſet ens reale. Tertio addunt, quia veritas in intellectu componente oritur, & cauſatur ex re extra, ex hoc ſcilicet quòd aliqua ſunt compoſita in re, ſicut ibi concipiuntur, itaquòd naturaliter ſibi prior eſt identitas in re, quàm in intellectu: ſi ergo homo, & quod quid eſt hominis ſecundum rationem ſunt idem, ſequitur quòd homo antequam conſideretur ab intellectu, ſit idem quidditati ſuę pręter omnem intellectum: vnde videtur dicendum, quòd ipſum quod quid eſt, eſt idem quòd res, nec dependet à prędicatis in quid, nec ab intellectu, ſed eſt idem ſine omni intellectu. Et ad auctoritatem Philoſophi, quæ adducitur, dicunt quòd ibi loquitur logice.

Contra ſecundum pũctum etiam arguunt, concedendo tamen primam, & ſecundam concluſionem, ſed rationem, quę probat ſecundam concluſionem, dicunt peccare ſecundum fallaciam accidentis. Contra etiam tertiam concluſionem arguunt duobus argumentis, quorũ primum eſt: nam quod quid eſt, eſt idem cum eo cuius eſt in ſubſtãtijs tantummodo, per pri- D mam concluſionem; ſed prima ſubſtantia eſt maxime ſubſtantia, & maxime ens; ergo prima ſubſtantia, quæ eſt ſingularis, maxime habet quod quid eſt, & per conſequens eſt idem cum ſuo quod quid eſt, quod eſt contra tertiam concluſionem. Secundũ argumentum eſt; illud, quod ſingulare addit ad ſpeciem, quicquid ſit, aut facit vnum per ſe cum natura ſpeciei, aut non: ſi non, tunc illud additum, cum non ſit de eſſentia primæ ſubſtantiæ, ſequitur quòd prima ſubſtantia eſt ens per accidens, & per conſequens non generabitur, neque corrumpetur In prologo. per ſe, quod eſt falſum, vt patet ex 1. huius, quia omnes generationes per ſe ſunt circa ſingularia: ſi vero facit vnum per ſe: ergo totum illud eſt idem ſibi vere, & poteſt habere proprium quodquid eſt, licet includat aliud à natura ſpeciei.

Sed ego non arbitror ſententiam iſtam recitatam ab Auerroiſtis, & impugnatam ab iſtis, eſſe S. Tho. vt ex eius doctrina inferius oſtendam, attamen quicquid ſit poteſt facile defendi contra hos calumniantes, ſupponendo tamen, quòd ipſum quod quid eſt dupliciter ſumi Quodquid eſt dupliciter ſumitur. poteſt. Vno modo logice pro definitione indicante naturam rei datã per genus, & differentiã propriã ſecũdo intentionaliter. Alio modo ſumitur ipſum quod quid erat eſſe pro ſignificato defini-

A definitionis, quod eſt ipſa quidditas, ſiue eſſentia rei ſumpta in concreto, puta id quod ex parte rei correſpondet definitioni hominis, eſt quod quid eſt hominis metaphyſicum, & primo intentionaliter. Notandum ēt eſt ipſum quodquid eſt hominis fieri ab intellectu poſſe dupliciter intelligi. vno modo ꝙ intellectus ſit ille, qui faciat animal rōnale primo intentionaliter, & hoc eſt temerarie dictum, & nullus vnquã imaginatus eſt. Alio modo ꝙ intellectus ſit ille, qui colligat illa duo, tanquã genus & differentiã, colligendo, componēdo, & diuidendo ſecũdo intentionaliter, & hoc oēs logici, & metaphyſici affirmãt fieri à rōne, ideſt ab intellectu.

Quod quid erat eſſe quõo fit ab intellectu.

His ſic iactis ſoluuntur ſingula argumenta: & primo primum, quod nihil aliud concludit, niſi quòd logice, & ſecundum collectionem quod quid eſt fit ab intellectu, non autem metaphyſice, & pro ſignificato definitionis. Sic etiam reſpòndetur ad ſecundum, quod fundabatur ſupra verbis Ariſt. Ex quo ſoluitur & tertium, in quo dicitur, quòd homo antequam conſideretur ab intellectu eſt idem quidditati ſuę præter omnem intellectum metaphyſice loquendo, ſed logice fit ab ipſo intellectu. vnde facile defendi poſſunt ea, quæ in primo punto dicebantur. Ad ea vero, quę tanguntur in ſecundo punto dicimus primo, falſum eſſe, ratio-
B nem, quæ probat ſecundam concluſionem peccare ſecundum fallaciam accidentis: quia ratio conſiſtit in hoc: nam ſi ipſum quod quid eſt hominis albi eſt idem illi dicto per accidens, vel hoc erit idem tam albo, quam homini, vel albo, & non homini, vel homini, & non albo, non poteſt eſſe idem vtriſque, quia tunc illa eſſent eadem inter ſe, & ſic non eſſent vnum per accidens; ſi vero alteri illorum quoduis ponat; non erit idem alteri illorum, & ſic non erit idem illi toti, & in hoc fundatur ratio probans cõcluſionem illam ſecundã. Ad argumenta cõtra tertiam concluſionem dico, quòd primum eſt nullius momenti, quia definitio competit ſubſtantiæ ratione qua ſubſtantia eſt vniuerſalis, modo prima ſubſtantia non eſt maxime vniuerſalis, vel competit ſubſtantiæ ratione, qua ſubſtantia eſt per ſe vna, & quia nulla eſt per ſe vna verior ipſa ſpecie, ita ſoli ſpeciei competit primo; Ad ſecundum argumentum dicimus, quòd indiuiduum per ſe generatur, & tamen eſt aggregatum per accidens, quoniam motus eſt vnus ratione termini formalis, & non ratione termini totalis; modo licet indiuiduum ſit vnum per accidens, tamen forma eius eſt per ſe vna, & ratione illius attenditur vnitas generationis, & motus per ſe: ex his ergo defendi poſſunt ea, quæ dicta ſunt in hoc 2. puncto.

Sola ſpecies definitur.

C Sed ad veritatem ipſam enucleandam veniamus. Pro cuius rei intellectu ſciendum eſt primo, quòd per quodquid eſt, vno modo poteſt accipi quidditas, & natura rei abſtractę ſignificata, puta ſi dicatur, quòd humanitas eſt quòd quid eſt hominis, & hoc non proprie dicitur, quia quod quid eſt, prędicatur in recto de eo cuius eſt, humanitas autem non prædicatur in recto de homine, licet hęc ſit vera, homo habet humanitatem, non tamen homo eſt humanitas. Alio modo accipitur per quodquid eſt, ſignificatum definitionis, vt docuit Ariſt. in topicis, quod definitio eſt oratio indicãs quod quid eſt eſſe rei, & ſic animal rationale dicitur quod quid eſt hominis; quando ergo diſputatur, an quod quid eſt, & id cuius eſt, ſint idem; ſecundum metaphyſicos, idem eſt dicere ſecundum Logicos, vtrum definitio & definitum ſint idē, & ſecundum Theologos: vtrum quidditas, ſeu natura, & ſuppoſitum ſint idem.

Quid intelligitur p quod quid erat eē.

Secundo ſciendum eſt, quòd quodquid eſt, duo requirit; alterum quòd ſit conſtitutum ex prędicatis in primo modo dicendi per ſe: alterum, quòd explicite declaret illud, cuius eſt & quidditatiue, quia nulla res poteſt cognoſci quidditatiue; niſi ſciatur, ꝙ eius, quod quid eſt ineſt ei, quia tantũ huiuſmodi notitia eſt proprie quiditatiua; & propterea ipſum quod quid
D erat eſſe non poteſt eſſe ſeparatum ab eo, cuius eſt.

Tertio eſt ſciendum, quòd diſtinctio eſt duplex: altera ſecundum rationem; & altera ſecundum rem; & hæc ſubdiuiditur inter diſtinctionem realem inter rem, & rem, vt eſt inter Sortem, & Platonem: & inter diſtinctionē realem inter rem includentem aliquid reale, & nō includentem illud. Et hęc rurſus ſubdiuiditur inter diſtinctionem realem, penes incluſionē alicuius realis intrinſece, ſicut homo diſtinguitur ab animali, quia homo includit intrinſece rationale, quod tamen non includitur ab animali; & penes incluſionem alicuius realis extrinſece, ſicut diſciplinabile differt ab homine, quia diſciplinabilitas includit extrinſece diſciplinam vt actum, per quem definitur, quam non includit homo in ſua ratione.

Diſtinctio eſt multiplex.

Iſtis ſic iactis declaratur veritas iſta vniuerſaliter in omnibus rebus; & primo in his, quæ ſunt per accidens dico, quod quid erat eſſe, non eſſe idem cum eo cuius eſt, ſed diſtingui & ſecundum rem, & ſecundum rationem: probatur, quia ea, quę dicuntur per accidens, vt homo albus, non habent quodquid eſt: ergo ipſum quod quid erat eſſe, noneſt idem cum his, quæ ſunt per accidens. Secundo dico, quòd in rebus materialibus etiam non ſunt idem, ſed differunt quod quid eſt, & id cuius eſt dupliciter. Primo intrinſece ſecundum rem, quia

In materialibus quod quid eſt quõo eſt idem.

ſuppoſitum, quod dicitur eſſe id cuins eſt, includit aliqnod reale intrinſecum, quod non in- A
cludit ipſum quod quid erat eſſe; hoc autem reale intrinſecum ſunt principia indiuiduatio-
nis; ſi enim Sortes definiretur, in eius definitione poneretur hæc materia, quę non ponitur in
definitione naturæ humanæ. Differunt ſecundo extrinſece, quia aliquid reale extrinſecum
ſibi includit ſuppoſitum, ſcilicet eſſe actuale exiſtennæ, quod non includit natura: exiſtentia
enim primo eſt actus ſuppoſiti, cuius eſt fieri, quæ tamen caderet in definitionem Sortis, ſi de
finiretur. Tertio differunt etiam ſm rationem ratiocinatam, & ratiocinantem: dico etiam, ꝙ
in oībus entibus per ſe logice loquendo dicuntur eſſe idē, quia definitio & definitū ſunt idē.

In ſeparatis quidditas & id cuius eſt quomodo identificatur — Aſcendo modo ad ſubſtantias ſeparatas, in quibus omnibus, excepta prima, dico quod
quid eſt, & id cuius eſt, ſeu ſuppoſitum, & naturam diſtingui duobus tantum modis, ſcilicet
extrinſece ſecundum rem, & ſecundum rationem, nihil enim reale intrinſecum ſibi inclndit
ſuppoſitum in eis, quod non includat natura, quia non indiuiduatur per aliquod poſitiuum
contrahens naturam ſpecificam, quod ſit veluti differentia indiuidualis intrinſeca ipſi ſuppo-
ſito, ſicut eſt in ſubſtantiis materialibus; ſed quia in eis exiſtentia differt realiter ab ipſa natu-
ra: ideo ſuppoſitum in eis differt extrinſece à natura, ex conſequenti etiam differunt ſecundū B
rationem. De prima autem intelligentia, quæ eſt Deus glorioſus, dicimus quòd tantūmo-
do differunt ſecundum rationem, quia nec natura diuina indiuiduatur per additum, nec exi-
ſtentia ſua eſt diſtincta realiter ab eius eſſentia. Hæc eſt determinatio ſecundum doctrinam
q.3.ar.3. S.Thomæ, vt ſcribit ſubtiliſſimus Caietanus in 1.p.& in libello de ente & eſſentia.

Cap 5. Et quia veritas eſt ſolutio dubiorum; propterea omnes contradictiones, & dubia ſoluun-
q.2.ar.2. tur ex hac deciſione; qnia S.Thomas in quolib.2.& hic aſſerit, quòd in his, quibus admiſce-
q.55.ar.1. tur aliqnod accidens: natura, & ſuppoſitū diſtinguuntur, & in 1.p.docet, in oībus ſubſtanniis
ſeparatis excepta prima, admiſceri aliquod accidens: ergo in oībus his diſtinguitur natura &
Com.9. ſuppoſitū, ſcilicet extrinſece. Hoc etiā modo intelligitur dictū S.Tho. & Com.3. de aīa, ꝙ in
ſeparatis à materia, eſt idē quod quid eſt, & id cuius eſt, ſcilicet intrinſece, ſed non extrinſece;
queſt.3, quod latius docuit S.Thomas in 1.p. Ex his etiam conciliantur dicta Ariſt. in diuerſis locis,
Tex.10. qnia 3. de anima dixit, aliud eſſe magnitudinem & magnitudinis eſſe, & carnē, & carnis eſſe;
ſed per magnitudinis eſſe intelligitur qnod quid eſt magnitudinis, & per magnitudinem in-
Tex.34. telligit ipſe Philoſophus habens magnitudinem, & ſimiliter de carne. Et in hoc 7. C
aſſerit, quòd in conceptis cum materia non eſt idem quod quid eſt cum eo, cuins eſt: hęc om-
mnia dicta & alia ſimilia intelliguntur intrinſece, vel extrinſece, qnod non ſunt idem, & hoc
Definitio, & definitū sūt idem. metaphyſicè loquendo; ſi autem loquamnr logicè, comparando ipſnm qnod quid erat eſſe ad
id cuius eſt in vniuerſali, dicimns eſſe idem, quia definitio, & definitum ſunt idem realiter.

Et ſi quis diceret, contra, qnia ea, quę ſunt idem realiter, corrupto vno corrumpitur & re-
liquum, ſi ergo quod quid eſt, eſt idem cum eo cuius eſt; ſequitur qnòd corrupto ſuppoſito,
corrumpatur quidditas; & ſic quod quid erat eſſe erit corruptibile. Sed hoc facile ſoluitur
dicendo, quòd ipſum quod quid eſt poteſt corrumpi per alterum, quantum ad eſſe exiſtētiæ,
Theor.39. non autem per ſe, & quantum ad eſſe eſſentiæ. Ex his repræhendendus venit Zimara, qui in
ſuis theoremat. non intelligens hanc veritatem, ſcripſit non nulla falſa circa hanc vulgatam
propoſitionem, in conceptis cum materia aliud eſt qnod quid eſt ab eo cuius eſt. De qua re,
q.2.ar.5. ſi theologicè loqni deſideras, vide Caietanum in 3.p.S. Thom. & Bartholomæum Medinā,
q.4.ar.2. vbi copioſe & erudite ſatis iſti grauiſſimi viri hoc negotium exponunt.

D

Quædam enim & illic eadem & hæc ſpermate fiunt, & ſine ſpermate &c. Tex.23.

An genita ex putri materia, & ex propagatione ſint eiuſdem naturę ſpecificæ.

Dilucidatio octaua.

HIc ſnnt multæ opiniones, quarum prima fuit Auicennę, vt ſibi imponit Com
Com.46. mentator 8. phyſicorum, quòd omnia, quæ generantur ex ſemine eadem ſpe-
cie poſſunt per putrefactionem ſine ſemine generari; & hæc opinio commu-
niter non tenetur, quia tunc animalia perfecta puta homo, & equus, &
huiuſmodi poſſent per putrefactionem generari ſine propagatione; quod eſt
abſnrdum. Sed Commentator non imponit Auicen. quòd ipſe Auicennas nō
dixit, quandoquidem iſtam ſentētiam poſuit in libro, quem ſcripſit de diluuio: immo eandē

opi-

A opinionem tenuit Euripides poeta volens, terram mollem ardore ſolis euaſiſſe denſionem, & producere varias formas animalium, quorum ea, quæ fortita eſſent maiorem calorem, euadebant volatilia, alia vero ſicciora efficiebantur animalia grauiora, & ſerpentia, deinde areſacta ventis per ardorem ſolis, perfectiora animalia generabantur, vtpota equus & homo. Opinio Euripidis de productione animalium.

Eandem etiam concluſionẽ tenuit Empedocles, & Philop. in 3. de generatione animalium, vbi recitat opinionem priſcorum philoſophorum dicentium, poſt diluuium homines fuiſſe renatos ex putri materia, immo volunt iſtam opinionem fuiſſe Ariſt. in 2. politicorum, dum ſcribit putandum eſſe priſcos illos homines, ſiue ex terra genitos; ſine corruptione aliqua ſeruatos ſimul fuiſſe ignaros, & imprudentes. Vnde nonnulli Aſtronomi, de numero quorum eſt Albumaſar, defendunt iſtam opinionem, quam plurimis argumentis confirmat ipſe Auicennas in quodam ſuo libro theologico, quem ſcripſit, qui adhuc ex Arabico non eſt trãſlatus in latinum, vt retulit mihi Patriarcha Antiochenus Beghemin, qui ait, quòd centum & quinque libros compoſuit, in vno quorum adducit has rationes, quarũ prima eſt: nam aliud eſt agens creans formas, & aliud diſponens, & propterea cum in materia ſit diſpoſitio con- Cap. 6. Cap. 3. Non omnia opera Auicẽ. habentur à latinis.

B ueniens, introducta peractionẽ ſolis & ſtellarũ, tunc colcodea creat formas, & ſic pot idẽ animal fieri ſine ſemine & cũ ſemine ab eodẽ agente, non autẽ ab eodem diſponente. Secunda, quia quicquid poteſt virtus inferior, poteſt etiam & ſuperior, ſed virtus, quæ eſt in ſemine poteſt producere animal perfectũ: igitur & virtus ſuperior nempe cæleſtis poterit idem animal producere perfecte. Tertia, eadem eſt ratio oppoſitorum; ſed cælum cum elementis poteſt facere omnia animalia perfecta interire: ergo cælum cum elementis per oppoſitum poteſt omnia animalia perfecta generare. Quarta, materia generationis, & nutritionis eſt eadem, vt docet Ariſt. 2. de anima; ſed terra producit materiam, qua homo nutritur, puta herbas & fructus: igitur eadem terra cum cælo poterit producere materiam, ex qua homo generetur. Quinta eſt ex auctoritate Hermetis, qui ait, nullum eſſe animal in terra, quod non obtineat in cælo propriũ ſitũ, à quo ſuſcipiat incrementũ, & ſic etiã eſſe, poterit accipere, ergo &c. Adeſt & auctoritas ſacræ ſcripturæ libro Geneſis, vbi ponitur hominẽ fuiſſe productũ à Deo ex limo terræ: & nos generamur ex ſemine; igitur vel nos cum Adam non ſumus eiuſdẽ ſpeciei, vel tenendum eſt hominem aliquando produci ex limo terræ, ne tota humana ſpecies Tex. 32. Cap. 3. Homo eſt ex limo terræ.

C pereat, quia cum homo libere generet, ſicuti poteſt generare, ita per oppoſitum poteſt non generare: ponatur ergo quòd non generet, ſequitur quòd aliquando deficiet tota humana ſpecies, & non poteſt aliter reparari; ergo ſequitur de neceſſitate hominem, & ſic cetera animalia perfecta produci ex putrefactione abſque ſemine.

Sed hęc ſententia eſt falſa & erronea, & contra experientiam, & rationem: nam per experientiã videmus homines non poſſe naturaliter produci, niſi ex ſemine, nullus enim vnquam niſi amens aſſeruit hominem fuiſſe productum ex putri materia, quemadmodum omnes ſacrę & profanę hiſtorię aſſerunt: ratio etiam adeſt ad probandum hoc eſſe abſurdum, quia animal tam perfectum & delicatum cum tanta varietate membrorum non poteſt ex putri materia produci, tanto magis; quia Ariſt. aſſerit animam ipſam deforis aduenire. Prętereа arguit & Auerr. in hoc 7. quia ſi aliud eſſet agens diſponens, & aliud gnerans formam, tunc generatum non eſſet vnum in actu; conſequentia tenet, quia ſicut actio agentis debet terminari, ita actio diſponentis debet terminari ad ens actu, aliter ambæ eſſent ocioſę, vnde cum ſint duę actiones; igitur genitum eſſet duo in actu, quod eſt abſurdum. Com. 32.

D Rationes autem adductę ſunt nullius momenti, & reſpondendo ad primam dicimus, chimericam eſſe illam colcodeam, quam ponit Auicennas; negamus etiam poſſe fieri tantam diſpoſitionem in materia, quòd poſſit introduci forma hominis abſque ſemine. Secunda quoque ratio ſoluitur, quia illa maior eſt falſa in illis, quæ ſunt diuerſorum ordinum, non enim cauſa vniuerſalis poteſt agere ſine particulari, vnde cum cęlum ſit cauſa vniuerſalis, indiget ſemine ad hoc, vt determinetur ad productionem talis effectus particularis. Soluitur & tertia, quia multo plura requiruntur ad generandum hominem, quàm ad corrumpendũ; corruptio enim poteſt fieri ab vno tantũ, non autẽ generatio. Ad quartã rationem dicimus materiam nutritionis eſſe duplicem: alteram remotam, puta herbas, & alteram proximam puta ſanguinem; primã poteſt prębere terra, non autem ſecundam, de qua loquitur argumentum dicens, eandem eſſe materiam nutritionis & generationis: deinde falſum quoque eſt quòd materia ſit eadem; quia materia generationis dicitur materia ſeminalis, quę eſt purior, efficacior, & perfectior: materia vero nutritionis dicitur alimentalis, quę non eſt ita nobilis. Colcodea Auicen. quæ ſit. Materia nutritionis duplex.

Ad dictum ipſius Hermetis dico, quòd ipſe non vult ſydus ſufficere ad generationem ani-

malis perfecti,ſed vult tantum animal perfectum facilius conſeruari, vbi viget ſydus habens A
virtutem conſeruandi illud animal. Nec eſt verum dictum ipſius Auicennę de illo vitulo,quē
voluit cecidiſſe ex nube; hoc autem tanquam fabuloſum eſt ſumendum, & ſic etiam Enripi-
des,& Empedocles,& Albumaſar,& ceteri Aſtronomi,qui hanc opinionem biberunt, fabu-
loſe potius loquuti ſunt,quàm rationabiliter. Ad dictum Ariſt. dicimus non eſſe aſſertiue
ab eo prolatum,ſed recitando hiſtorias,quæ dicunt fuiſſe diluuium vniuerſale, ex hoc ſequi-
tur,dicit Philoſophus,poſt diluuium homines fuiſſe ortos ex terra. Sed nos dicimus hoc nō
eſſe neceſſe,quia fuerunt conſeruati in arca Noe, & Albumaſar tradit illos fuiſſe conſeruatos
in montibus Armeniæ,ſicuti & ſacra ſcriptura ſecundum rei veritatem; & catholice nos do-
Geneſ.c.8. cet,ibi ipſam arcam remanſiſſe. Et ad dictum illud,quòd primus homo fuit ex limo terræ di-
citur,quòd cum virtus diuina ſit infinita,poteſt idem ſecundum ſpeciem ex quacunque ma-
teria facere,ſicut virum ex limo terrę, & mulierem ex viro: natura autem creata cum habeat
determinatum principium,non poteſt producere niſi vnum ex determinata materia,& ſic pri
mus homo creatus à Deo,& homo naturaliter genitus dicuntur eſſe eiuſdem ſpeciei,non ob-
ſtante diuerſitate principiorum producentium, & quamquàm coniunctio maris,& fęminæ B
Gnatio hominis quō libere & naturaliter fieri poteſt. libere fiat ab homine,attamen poſtquam mulier complexa eſt ſemen viri,omnis illa operatio
quę ſubſequitur,& per quam generatio hominis abſoluitur,non libere, ſed naturaliter effici
tur: licet ergo principium generandi libere fiat ab homine,non tamen metuendum eſt gene-
rationem eius aliquando deficere, & præcipue propter appetitum generandi, qui naturali-
ter ineſt ipſi homini: patet ergo quomodo falſa eſt poſitio Auicennæ, & contra fidem.

Nunc ad opinionem Auerr. deueniendum eſt,quam recitantes nonnulli aſſerunt de mente
Com. 46. ipſius Auer. vt habetur 8. phyſic. eadem ſecundum ſpeciem non generari ex ſpermate,& ſine
ſpermate. Et rationes Auer. ſunt tres: quarū prima eſt: Vnius naturæ vnus eſt modus commu
nicandi; igitur illa,quę habent diuerſos modos communicandi, ſunt alterius naturæ ſpecifi-
cę; ſed illa,quæ fiunt ex ſemine,& illa,quę fiunt ex putrefactione,habent diuerſos modos cō-
municandi: igitur ſunt diuerſæ naturæ ſpecificæ. Secunda ratio eſt: illa, quæ generantur à
natura,non ſunt eiuſdem ſpeciei cum illis,quæ generātur à caſu, aliter homo poſſet generari
ex ſpermate leonis ex infinitis materiis; ſed animalia,quæ fiunt ex propagatione; generan-
tur à natura; animalia vero,quę generantur ex putri,fiunt à caſu,igitur non ſunt eiuſdem ſpe C
ciei. Tertia ratio eſt: diuerſa materia habet diuerſam formam; quia propria materia habet
propriam formam; ſed materia putredinalis, & materia ſeminalis differunt inter ſe ſpecie:
ergo formæ,quæ ex illis educuntur,& in illis recipiuntur,non poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei.

Sed contra hanc opinionem dupliciter arguunt Aduerſarij. Primo ex dictis Auguſt. ſecū
Cap. 9. do ex dictis ipſius Auerr.& Ariſt. Auguſt. enim 3. de trinitate ait,quòd generatum per putre-
factionem propagat alia iterum propagantia, & tunc ſunt vniuoca generans & generatum à
ſe: ergo propagata,& generata per putrefactionem ſunt vniuoca,& eiuſdem ſpeciei: antece-
dens patet in apibus,muribus, & plantis,quæ generatę ex putri materia producunt deinde ſe
men,ex quo generantur aliæ plantæ eiuſdem ſpeciei. Secundo, ſunt nonnulla dicta ipſius
Com. 44. Auerrois,in quibus videtur ſibiipſi aduerſari: nam 2. cęli concedit,quòd in accidentibus non
eſt ſemper generatio ab vniuoco,& ponit exemplum de calore: nam calor generatur æquiuo-
ce ex motu & concurſu radiorum,generatur etiam vniuoce à calore in ſubſtantiis,quia ignis
generat ignem, & ſic patet calorem generari vniuoce & ęquiuoce de mente Auerrois. Se-
Com. 56. cundum dictum habetur 3. cęli,vbi aſſerit,quòd exitus ignis à lapide non eſt de capitulo trā- D
ſlationis,ſed alterationis,hoc eſt non generatur per tranſlationem,ſed per alterationem, & in
Com. 18. 12. huius tenet,ignem generari per motum localem: hoc etiam aſſerit in 1. metheo. de gene-
Cap. 3. Com. 8. ratione impreſſionum ignitarum. Tertium dictum habetur 1. de anima, vbi ponit quòd
membra leonis non differunt à membris ceruii, niſi quia anima differt ab anima; & aliqua
ſic & ſic generata habent membra eiuſdem ſpeciei,vt patet de muribus & apibus: ergo habēt
animam eiuſdem ſpeciei,& per conſequens eandem naturam: Quartum dictum eſt Ariſt.
Tex. 22. in hoc 7. aſſerentis aliqua fieri ab arte, & à caſu: quando ſcilicet principium eſt in materia, ſi-
ue in arte,quod eſſet principium motus factionis: & ſic vult Ariſtot. quędam naturalia fieri
à natura & à caſu: quod eſt contra dictum Auerrois.

Sed hæc omnia adducta ab iſtis facile poſſunt ab ipſis Auerroiſtis ſubterfugi dicēdo, quòd
Com. 46. 8. phyſicorum Auerroes reprobauit Auicen. de homine, & de animalibus perfectis, vnde vo-
Com. 31. cauit ipſum valde fatuum,& hoc ſumitur ex dictis Auerrois 12. huius, vbi laudat Themiſtiū
dicentem,eadem animalia poſſe generari ex propagatione & putrefactione,vt apes & veſpæ.
Et hinc declarant Auerroiſtæ mentem Auerrois duabus propoſitionibus,quarum prima eſt.

Homo

A Homo,& animalia perfecta puta equus,& bos,& id genus non poſſunt fieri niſi ex ſemine, & ratio ad hoc probandum eſt, quia tunc homo genitus ex ſemine,& homo genitus ex putri non eſſent vniuoce.Ratio concludit de facto; ſi generaretur tantummodo ex virtute cæleſti, & ex putri,ſed non de homine illo primo,qui fuit productus à Deo habente virtutem infinitam. Secunda propoſitio eſt. Omnia alia animalia citra hominem, & alia imperfecta poſſunt fieri ex ſemine & ſine ſemine:hanc ſic probant, quia illa cum ſint imperfecta continētur in pluribus materiis alterationis,de quarum corruptione fieri poſſunt,& ſic ex ſemine & ſine ſemine generari. Vnde patet rationes illorum non eſſe alicuius momenti, quia loquuntur vel de accidentibus,vel de ſubſtantiis imperfectis.

Propterea altius principium inchoādum eſt,vt appareat & inſufficientia rationum Aduerſariorum,& mala excuſatio Auerrois introducta à ſuis diſcipulis; hoc autem principium ſumitur ex ipſo Auerr. ſuper primum librum de generatione animalium,vbi ponit nullam ſpeciem viuentium poſſe generari ex putri materia,& ex ſemine, & mouetur ex dicto Ariſt. ibidem,vbi aſſerit,quæ non ex coitu,ſed ex putri materia oriuntur,ea generant quidem, ſed genus diuerſum;& illud,quod generatur neque eſt mas, neque fœmina; vnde ſumens rationem Auerro.dicit;ſi hoc,quod generatum eſt ab eo,quod fuit productum ex putri, etiam generaret aliud: vel hoc eſſet eiuſdem ſpeciei,vel eſſet diuerſæ ſpeciei;non primo,quia non habet eū dem modum generationis cum primo generante:ſi autem ſecundo, ſic generatio procedit in infinitum:habet etiam & hoc principium Auer. 2.de anima,quod ſumit ex Ariſto. generare eſt naturaliſſimum operum viuentibus,quæcunque ſunt perfecta,& non orbata, neque ſpontaneam generationem habent, cuius generis ſunt ea, quæ oriuntur ex materia putri. Cap. 1.

B

Com. 34.

Eſt etiam aliud dictum ipſius Auer. in 5.phyſicorum; mutationes differentes ſpecie habēt terminos ad quos,etiam ſpecie differentes:quia vnitas,& diſtinctio ſpecifica ipſorum motuū ſumitur à terminis,ad quos tendunt;ſed generatio ex putri materia, & generatio ex ſemine, ſunt mutationes inter ſe ſpecie differentes:ergo termini earum ſpecie differunt,& ſic animalia, quæ illis duobus modis generantur,erunt diuerſæ ſpeciei:probatur minor, quia termini, à quibus procedunt illæ duæ generationes,ſpecie differunt inter ſe:quia materia putris, & materia ſeminalis non poſſunt eſſe vnius ſpeciei:ergo ſimiliter & termini,ad quos tendunt, erūt diuerſæ ſpeciei. Com. 4. Motus ſpecificatur a termino ad quem.

C

Deridet etiam Auerro.2.cæli iſtam opinionem; quia natura nihil fruſtra, & ſuperflue facit,nec facit per plura,quæ poteſt facere per panciora: ergo ſi eadem ſpecies animalium generari poteſt ex ſemine,& ſine ſemine:alter iſtorum duorū modorum erit ſuperfluus,cum vnus illorū ſufficiat. Accedit,quòd S.Tho. ſtudioſiſſimus opinionis Auerr.hanc ſibi attribuit; ergo ſupernacanea,& inutilis eſt hæc defenſio,quam imaginati ſunt Auerroiſtæ. Com.42.

Sed declaremus vltimo loco tertiam opinionem,quæ eſt S.Thomæ,Ariſt. & ipſius veritatis,quæ opinio in hoc conſiſtit,quòd genita ex ſemine,& genita ex putri poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei contra Auerro. quam ſententiam ita probat S.Thomas; illa,quę habent eaſdem operationes ſpecificas,& circa eadem obiecta,& ab eiſdem conſeruantur,& ab eiſdem corrumpū tur,& eoſdem motus exercent,ſiue quantum ad ſurſum,ſiue quantum ad deorſum,ſiue quantum ad motum progreſſiuum, habent etiam eadem organa motus progreſſiui, ſunt eiuſdem ſpeciei;iſta propoſitio aſſumpta à S.Tho.eſt Ariſt.1.cæli vbi ex vnitate motus concludit vnitatem naturæ ſpecificæ;quia vnus motus non prouenit niſi ex vnitate naturæ;ſed genita ex putri,& ex propagatione ſunt huiuſmodi, vt patet de muribus genitis in naui nouiter facta, in mari exiſtenti,in quam nullus exportatus fuit:illi enim mures eodem modo ſaltant, corrodunt,& faciunt omnes operationes,quas faciunt alii mures geniti ex ſemine:igitur ſunt eiuſdem ſpeciei:& qui hoc negat,negat experientiam, & ſenſum. Operatio arguit formā. Tex.8.

D

Mures generantur in naui facta de nouo.

Præterea minus probabile eſt eandem ſpeciem naturæ, & à natura & ab arte effici, quàm ab eadem natura diuerſis modis procreari;ſed poteſt eadem res effici à natura,& ab arte:etenim Alchimiſtę pro certo habent, & aliis perſuadere conantur, verum aurum opera, & arte ſcientiæ Alchimiſticæ poſſe ab ipſis effici,non ſecus quàm à natura efficitur vi agentium particularium,& virtutum cęleſtium : ergo multo probabilius eſt idem animal diuerſis modis à natura poſſe generari.

Tertio,ſi quid obſtaret,quo minus animalia,quæ ex ſemine,& ſine ſemine generantur,eſſent eiuſdem ſpeciei, illud profecto in primis eſſet, quod dicunt Aduerſarij, vnius naturæ vnus tantum debet eſſe modus generationis; & quia fruſtra multas, & diuerſas generandi rationes natura inſtituiſſet,cum ad propagationem cuiuſlibet ſpeciei, & conſeruationem vna ſufficiet. Sed hæc ratio nulla eſt; quia multa ſunt in natura vnius ſpeciei, & diuerſi modi produ-

A pro oppoſito, ex quo corrupto generatur oppoſitum, negamus, quia ignis eiuſdem ſpeciei ge
neratur ſiue ex aere corrupto, ſiue ex aqua corrupta, ſiue ex quocunque alio corrupto: in pro-
pagatis autem & putrefactis eſt materia eiuſdem rationis primo modo, ſed non ſecundo mo-
do. Ad tertiam rationem neganda eſt maior, cum ſit expreſſe contra textum Ariſt. dicen-
tis, quòd eadem ſunt, quę ſiunt ex ſpermate, & ſine ſpermate. Ad quartam rationem, quam
adduximus ex verbis Ariſt. dicimus, quòd non loquitur vniuerſaliter de omnibus genitis
per putreſactionem, ſed de his tantum, quæ ad primum genus ſpectant, quæ habent à natura,
aut ex putri tantum materia, vt ab agente æquiuoco generentur, vt dictum eſt in primo notabi
li: ex his enim aliqua ſunt, quæ non generant ſecundum Ariſt. vt culices, & vermiculi: aliqua
vero ſunt, quæ generant quidem, ſed alterum genus, vt pulices, muſcę, & huiuſmodi; & ſic nõ
eſt procedendum in infinitum, vt tangebat ratio. Ad quintam rationem, quæ ſumitur ex
verbis Ariſtotelis in 2. de anima dicimus, quòd genita ex putri per ea, quæ annotata ſunt, non Tex. 34.
generant ſibi ſimilia ſecundum vltimum gradum naturæ, ſed ſecundum ſpeciem ſpecialiſſi-
mam nobis innominatam, vt dictum eſt in notabilibus. Sic etiam ſoluitur ſexta ratio, quòd
B diuerſæ mutationes habent diuerſos terminos ſpecie diſtinctos, ſecundum ſcilicet diuerſos
gradus illius naturæ habitę ſecundum diuerſos modos communicationis perfecti, & imperfe
cti. Vltima quoque ratio, quæ fundabatur in ſuperfluitate; nulla eſt; quia hæc animalia cum Quędã ani-
ſint imperfecta, poſſunt à natura diuerſis modis produci: vnde non requiruntur ad eorum ge malia diuer-
nerationem tot & tanta, ſicut animaliũ perfectiorũ, in quibus oportet, quòd cum virtute cęle- ſimode pro-
ſti adſit in ſemine virtus animæ deriuata à patre. ducuntur à natura.

Et ſi quis diceret, quòd S. Thomas non eſt ſibiipſi conſtans: quia in 1. p. ait, quòd illa, quæ q. 71 ar. 1.
naturaliter generantur ex ſemine, non poſſunt ſine ſemine generari. Et 1. ſent. ait, ꝙ idem in diſt. 10.
ſpecie non eſt per putrefactionem, & ſeminationem, & in diſputatis de potentia Dei ait, ꝙ q. 3 ar. 11.
animalia generata ex ſemine, & ex putrefactione in genere conueniunt, & ſpecie differunt: & q. 12. ar. 2.
de veritate etiam videtur admittere, quòd mures geniti ex ſemine non poſſunt eſſe eiuſdem
ſpeciei cum illis, qui ex putrefactione generantur. Ad quæ omnia reſpondendo dicimus,
quòd S. Thomas non intendit negare, quòd aliqua genita ex ſemine, & aliqua genita ex pu-
tri non ſint eiuſdem ſpeciei; ſed ea, quę ex inclinatione, & virtute actiua propriæ naturæ ge-
C nerantur ex ſemine, non poſſunt ex virtute huiuſmodi ſuæ naturæ per putrefactionem gene-
rari: virtus enim actiua vnius naturę ad vnum modum producendi determinatur: huic autẽ Vna virtus
non repugnat, quòd poſſint per virtutem corporis cęleſtis gerentem vicem virtutis talis natu ad vnum de-
ræ ex putri materia generari: & ſic intelligitur dictum primæ partis. terminatur.

Ad dictum vero primi ſentent. dicimus, quòd ſenſus illorum verborum eſt, idem in ſpe- Diſt. 10. q. 5
cie non eſſe à virtute actiua ſuæ naturæ; vtroque illorum modorum poteſt etiam dici eſſe ſen- ar. 1.
ſum, quòd idem in ſpecie non producitur per ſe ex ſeminatione, & putrefactione, comparan-
do ad cauſas particulares: quia generatio animalis ex putrefactione, ſi ad cauſas particulares
hic inferius agentes referatur, inuenitur per accidens, & caſualis, quia præter intentionem ca-
loris, qui putredinem cauſat, eſt quòd ex putrefactione hoc animal generetur. Ad dictum il-
lud de potentia Dei arbitror debere intelligi de his, quæ ex putrefactione tantũ propter ſum
mam naturæ imperfectionem habent generari, non autem vniuerſaliter de omni genito per
putrefactionem: hunc autem ſenſum expreſſit S. Thomas in 3. ſent. Ad dictum illud, quod Diſt. 33. q. 4.
ſumitur ex quæſtionibus de veritate dicimus primo, quòd loquitur de mente Auerrois, qui art. 2.
D arguendo ipſum allegat. Dicimus ſecundo, quòd non loquitur vniuerſaliter de toto genere
murium ex putrefactione genitorum, ſed de quadam eorum ſpecie determinata, quę ex pu-
trefactione tantum generari poteſt, talis enim ſpecies diſtinguitur ab illa ſpecie murium: qui
& ex ſeminatione & putrefactione poſſunt generari: Dicimus tertio, hoc dictum obiter fuiſ-
ſe adductum, cum ibi ſit ſermo de prophetia, & arguens dicit, quòd diuerſus modus genera-
tionis eſt inditium diuerſitatis ſpeciei; vnde mures generati ex ſemine non poſſunt eſſe eiuſ-
dem ſpeciei cum illis, qui generantur ex putrefactione, vt Commen. dicit 8. phy. ſed homi-
nes naturaliter concluſiones ſcientiarum demonſtratiuarum ex principiis per ſe notis acci-
piunt; ſi igitur ſunt aliqui homines, qui alio modo ſcientias demonſtratiuas accipiant, vt pu-
ta per prophetiam, erunt alterius ſpeciei: & reſpondens aſſerit, quòd diuina virtus, cum ſit
infinita, poteſt producere eoſdem effectus in ſpecie ſine opere naturæ; & ideo naturaliter co-
gnita & reuelata eiuſdem ſpeciei eſſe poſſunt: ex hac doctrina non eſt ſuſcipienda intentio
S. Tho. quòd voluerit mures genitos ex ſemine eſſe diuerſos ſpecie ab his, qui ex putri gene-
rantur, quia vbi ex profeſſo de hac materia locutus eſt, oppoſitum docuit.

Et generationes autem naturales hæ ſunt, quorum generatio ex natura eſt, hoc autem ex quo fit, &c. Tex. 22. A

An compoſitum ex materia, & forma per ſe primo generetur.

Dilucidatio nona.

DICITVR primo de mente aliquorum, quòd cum generatio ſit quędam
mutatio, poteſt comparari ad duo, ſcilicet ad ſubiectum, in quo eſt; & ad
terminum, ad quem eſt, & qui producitur. Sed in hoc dicto iſti incide-
runt iu æquiuocationem, quia non apparet de qua generatione loquātur:
Tex. 24. nam aut loquūtur de illa, quā ſcripſit Ariſt. 1. de generatione, & corruptio- B
ne, quæ eſt tranſmutatio totius in totū nullo ſenſibili remanēte vt ſubiecto,
vel de illa generatione, quam deſcripſerat in 4. metheor, vbi aſſerit, quòd
Cap. 3. generatio eſt permutatio ab his virtutibus, quæ habenr rationem ex ſubiecta materia vnicuiq.
Cap. 2. naturæ; vel de generatione, quam deſcripſerat in libro de morte & vita, iu quo dicit, quòd ge-
neratio eſt prima participatio animæ in calido naturali, & vita eſt eius permanſio: cum ergo
non appareat de qua generatione iſti loquantur: ſequitur eos in æquiuocationem incidiſſe.

Secundum dictum iſtorum eſt, quòd terminare aliquid poteſt eſſe dupliciter, ſicut agere,
ſcilicet vel in ratione quo, vel in ratione quod; exemplum de agere, homo intelligit
vt quod, ſed intellectus hominis vt quo: exemplum de determinare, filius terminat de-
pendentiam patris vt quod, filiatio autem vt quo: ſimiliter in propoſito, terminus generatio-
nis poteſt intelligi, vel in termino formali quo, vel de termino quod: dicitur autem terminus
quod, ipſum compoſitum, terminus autem quo dicitur ille quo compoſitum eſt formaliter,
ſiue ſubſtantialiter, ſiue accidētaliter; iſte terminus eſt forma, ſcilicet terminus formalis quo.
Forma duplex totius & partis. Sed hoc ſecundum dictum videtur eſſe diminutum, quandoquidem forma eſt duplex, ſcili- C
cet forma totius, puta humanitas; & forma partis puta anima, nec exprimunt de qua forma in
hoc ſecundo dicto ſit ſermo: ergo &c.

Tertio dicunt, quòd hæc dictio, primo, accipitur dupliciter. Vno modo quaterius ipſum
primum diſtinguitur contra partem, & ſic illud dicitur alicui ineſſe primo, quod ſibi non ineſt
Tex. 1. ſecundum partem, ſed ſecundum totum: & hoc modo loqnutus eſt Ariſt. 5. phyſicorum, vbi
Tex. 37. diſtinguit moueri per ſe primo, & ſecundum partem, & per accidens, & ēt in 6. eodē modo
accipit primo vbi docuit, ꝙ ſi aliquid mouetur primo in aliquo tēpore, mouetur in qualibet
parte illius temporis; quòd ſi non, non mouetur primo in illo tempore. Alio modo accipi-
tur primo, vt dicit cauſalitatem præciſam, & adæquatam talis paſſionis: & hoc modo loquu-
Tex. 11. tus eſt Ariſt. 1. poſteriorum, vbi definiens vniuerſale dixit, quòd eſt per ſe primo, & de omni
& ſecundum quod ipſum: & propterea dicitur primum quidditatiuum; illud autem primum
deſcriptum in 5. phyſicorum dicitur quantitatiuum; & differunt hæc duo tribus modis. Ve-
rum, quia hoc etiam tertium dictum nou eſt ad propoſitum, vt declarabitur in impugnatione
cōcluſionum; propterea derelinquo enarrare illa tria diſcrimina inter primum quidditatiuū, D
& quantitatiuum.

Sed venio ad concluſiones, quas ponunt; quarum prima eſt. Materia generatur, & cor-
rumpitur ſubiectiue: quam ita probant: omnis forma alicui formaliter inexiſtens per neceſſi-
tatem denominat ipſum, cui inexiſtit; impoſſibile enim eſt albedinem ineſſe alicui formaliter
niſi illud formaliter ſit album; ſed generatio formaliter ineſt materiæ, quia materia eſt ſubie-
ctum generationis: ergo neceſſario generatio denominat materiam, & per conſequens gene-
Tex. 6. ratur ſubiectiue. Præterea omnis mutatio eſt actus entis in potentia vt ſubiecti, ex 3. phy. ſed
generatio eſt quædam mutatio: ergo generatio eſt actus entis in potentia vt ſubiecti: ſubiectū
autem generationis eſt materia: ergo generatio eſt actus materiæ; & per conſequens materia
Tex. 6. generatur vt ſubiectum. Tertio, generatio eſt de non ſubiecto in ſubiectum ex 5. phy. nunc
ſic; quicquid mutatur de non ſubiecto in ſubiectum, generatur; ſed materia mutatur de non
ſubiecto in ſubiectum, puta à non igne ad ignem: ergo materia generatur: ita etiam arguunt
de corruptione, quę eſt mutatio à ſubiecto in non ſubiectum: nam materia ſic mutatur, & per
Tex. 8. conſequens corrumpitur vt ſubiectum. Confirmant hoc idem ex 5. phyſicorum ex ratio-
ne Ariſt.

A ne Ariſt. qua probat generationem non eſſe motum ſic: quod generatur non eſt, quod mutatur eſt: ergo generatio non eſt motus, quærit modo, pro quo accipitur in maiori ly, quod generatur; non pro termino, quia ſic minor eſſet falſa; nam in hoc non diſtinguitur generatio à motu, quia ſicut terminus generationis non eſt, ſic nec terminus motus: ergo accipitur pro ſubiecto, ſed ſubiectum generationis eſt materia: ergo materia generatur.

Sed hæc concluſio videtur erronea, & ſuperuacanea: quoniam ſi materia generatur ſubiectiue, eo quòd eſt ſubiectum generationis: aut ergo generatio eſt in materia tanquam in generabili ſecundum ſe; aut tanquam in generabili ſecundum accidens: non primo, quia tunc materiæ eſſet materia, tanquam ſubiectum, & ſic in infinitum: ſi vero dicatur, quòd ſecundo modo, illud eſt priuatio, vel forma, quæ generatur & corrumpitur in ea: ergo falſa eſt concluſio, quòd materia generatur ſubiectiue. Et confirmatur ex 3. phyſicorum, vbi dicitur, q generatio eſt actus generabilis inquantum generabile; ſed generatio, vt dicitur ibidē, eſt ſpecies motus: ſi ergo generatio eſt in materia tanquam in ſubiecto; igitur materia eſſet mobilis; & ſic erit in actu contra ſcholam peripateticam. Sic etiam arguo de corruptione, quia ſi
B materia corrumpitur ſubiectiue, & ipſa eſt ſubiectum corruptionis: & cum omne, quod corrumpitur, corrumpatur in materiam, tanquam in ſubiectum: ſequitur quòd materia corrumpitur in materiam, vel ipſamet in ſeipſam.

Materia nullo modo generatur.

Tex. 7.

Ex iſtis ſoluuntur rationes: & ad primam dico, quòd minor eſt falſa; quia generatio, cum ſit accidens, non ineſt formaliter materiæ: non enim concedunt peripatetici materiam eſſe immediatum ſubiectum accidentis. Secunda quoque ratio ſoluitur; quia mutatio eſt actus entis in potentia, non pura, ſed permixta actui: materia vero dicitur eſſe pura potentia: & propterea non poteſt eſſe ſubiectum motus, aut mutationis. Tertia quoque ratio ſoluitur, quia materia dicitur eſſe primum ſubiectum, ex quo fiunt omnia alia cum inſit; illud autem, quod mutatur de non ſubiecto in ſubiectum, non eſt primum; ſicuti dictum eſt de materia prima. Et ſic ſoluuntur quoque rationes de corruptione, quæ corruptio eſt ſeparatio formæ à materia. Ad rationem illam, qua Ariſt. probat generationem non eſſe motum, dico, quòd terminus generationis diſtinguitur à termino motus, prout ſunt diuerſæ res, & diuerſorum prædicamentorum, & non tantum in hoc, vt iſti putauerunt.

Corruptio eſt ſeparatio formæ à materia.

C Secunda concluſio. Materia nec generatur, nec corrumpitur terminatiue; quam ita probāt: omne, quod naturaliter generatur, & corrumpitur vt terminus, habet materiam partem ſui, ſed materia non poteſt habere materiam partem ſui; ergo materia non generatur nec corrumpitur terminatiue; maior patet ex 1. phy. vbi dicitur, quòd materia eſt, ex qua res fit cum inſit: quod etiam probatur ratione; quia omne, quod generatur aut corrumpitur ut terminus eſt poſſibile eſſe, vel non eſſe de potentia intrinſeca, vt patet ex 2. de generatione: ergo quod per ſe generatur aut corrumpitur, habet per ſe principium, quod poteſt eſſe & non eſſe; & illud eſt materia: minor etiam patet, quia aliter eſſet proceſſus in infinitum in materiis. Arguunt & ſecundo, quia generabile & corruptibile vt terminus eſt in potentia alicuius ſubiecti, ſed materia non eſt huiuſmodi, quia principium potentiale in nulla eſt potentia, nam tūc non eſſet principium potentiale; ſed materia eſt primum principium potentiale & primum ſubiectum ex 1. phy. ergo &c. Confirmant eandem concluſionem ſic: illud, quod ſupponitur in omni actione naturali, & illud, ad quod ſtat reſolutio omnis generationis & corruptionis, impoſſibile eſt generari, vel corrumpi; ſed materia eſt huiuſmodi, nam ipſa ſupponitur
D in omni actione naturali, ex 1. phyſ. & ad ipſam reſoluitur omnis corruptio, & generatio ex 1. de generatione: ergo impoſſibile eſt ipſam generari, vel corrumpi.

Tex. 67.

Tex. 82.

Tex. 52.

Tex. 51.

Tex. 92.

Sed hæc etiam ſecunda concluſio patitur difficultates maximas; quia data veritate primę concluſionis, ſequitur quòd ſicut materia generatur & corrumpitur ſubiectiue, eo quòd forma vel priuatio generatur, aut corrumpitur in ea; ita etiam poſſet dici terminatiue generari vel corrumpi, eo quòd forma in ea generatur, vel corrumpitur, quæ eſt terminus generationis: & ideo hæc ſecunda concluſio eſt impertinens & ſuperflua: quoniam ex ratione adducta pro prima concluſione, impoſſibile eſt formam eſſe in aliquo, quin ipſum denominet formaliter tale; ſed ſicut generatio ita, & forma eſt ſubiectiue in materia: ergo materia denominabitur ab anima ſenſitiua aīal, & ab anima intellectiua homo, quod eſt irrationabile dictum: cum ergo hoc ſit contra omnem rationem: ſequitur has duas concluſiones eſſe falſas.

Materia non dicitur animal nec hō.

Tertia concluſio. Forma nullo modo eſt terminus generationis per ſe primo, quam ita probant; omne quod per ſe primo generatur vt terminus, generatur ex materia, quæ eſt pars ſui; ſed forma non habet materiam partem ſui, alioquin eſſet proceſſus in infinitum in formis, & in materiis: ergo forma non eſt per ſe primo terminus generationis.

Quarta

A in naturam,quia intentio naturæ terminatur ad formam: & hoc idem aſſerit in 2. ſentent. & ſic patet compoſitum generari vt ſubiectum, quod aliqui dicunt vt terminus qui. De forma dico, quòd non generatur vt ſubiectũ,quia hoc eſt hypoſtaſis, vt dictũ eſt, neque per accidens, quãdoquidẽ ſe tota,& quolibet ſui producitur,& qđ producitur ſe toto,& quolibet ſui nõ dicitur generari per accidẽs;ſed forma eſt huiuſmodi:ergo non per accidens dicitur generari, ſed tanquã inexiſtens ipſi materiæ,qđ eſt illud,quod aliqui dicunt, quòd forma generatur tanquam terminus, quo res eſt,quia ipſa forma rei genitę eſt quæ terminat generationẽ: accidentia vero dicuntur generari, & corrumpi per modum ſequelæ, vt patet de quantitate, & aliis diſpoſitionibus conſequentibus formam in materia; ſicut enim forma prius natura recipitur in materia,quàm prædicta accidentia,ita etiam prius abiicitur. Diſt. 8. Forma quo modo generatur.

Et ſi quis diceret,quòd materia per ſe generatur, quia Ariſt. 8. huius dicit, materiam eſſe generabilẽ,& corruptibilẽ& generatio etiã eſt actus generabilis inquantũ generabile,& corruptio actus corruptibilis inquãtũ corruptibile;ſed illud,cuius eſt actus eſt ipſa materia: ergo materia eſt generabilis & corruptibilis. Hoc argumentum aliqui arbitrantur facile vitare B dicendo,quòd materia generatur & corrumpitur vt ſubiectum. Nos autem oppoſitum oſtẽdimus,& ad illud argumentum,quod ſumebatur ex 5. phyſ. ad mentẽ Ariſt. quod generatur non eſt,& quod mouetur eſt, diximus non concludere, quia generatio diſtinguitur à motu, non per illud,quod eſt,& illud quod non eſt;ſed per hoc,quòd generatio eſt ad ſubſtantiam, motus vero ad accidens,generatio eſt in inſtanti, motus vero in tempore. Et ſi de compoſito etiam aliquis dubitaret,quòd non generetur, quia in eo non eſt niſi materia prima & anima,vt eſt in homine;ſed materia prima per ea, quæ diximus,non generatur, nec etiam anima generatur;igitur compoſitum non generatur: minor patet, quia tàm materia, quàm anima creantur. Ad hoc dicimus,quòd ex vnione materiæ, & animę rationalis reſultat tertia entitas,& ex tali vnione,ſeu in tali vnione conſiſtit cõpoſitum,quod eſt homo: propterea anima non generatur quoad eſſe,ſed generatur quoad ineſſe;& ſic etiam materia non generatur per ſe vt ſubiectum generationis,ſed per accidens ratione formæ & priuationis,vt dictum eſt. Hanc reſponſionem ponit S.Thomas de potentia Dei.eſſent nonnulla alia argumenta ſoluenda circa hanc diſputationem,ſed applicando ea, quæ dicta ſunt, facile ſoluuntur, vt poteris C videre apud ceteros metaphyſicantes. Hęc autem, quæ nos diximus,ſunt ex doctrina S.Tho. locis ſuperius allegatis,& Caietani in 1. p. S.Thomę. Tex. 4. Tex. 8. Ex anima & corpore fit tertia entitas. q. 3. ar. 9. q. 118. ar. 2.

Utrum igitur eſtne quadam ſphera præter has,aut domus præter lateres,aut nunquam facta eſt. &c. Tex. 28.

Vtrum ratio hic ab Ariſt. adducta concludat contra Platonem.

Dilucidatio decima.

D VOLVNT Nõnulli Ariſto. tantummodo probare hic,ideas non eſſe neceſſarias ad generationem,non quin ſint poſſibiles,ſed quia non ſunt neceſſarię;& hoc ſufficit Philoſopho: quòd autem non ſint neceſſarię; probatur, quia nunquã ponenda ſunt plura, vbi vnũ ſufficit ex 1. phyſ. cõtra Anaxagorã;ſed generatio vniuoca poteſt ſaluari ſine ideis: ergo nõ oportet ideas ponere propter generationẽ: non tñ probat Philoſophus, quòd ideæ non ſint,& ſic interpretantur literam,ſeu textum Ariſto. in quo habetur: & ſi ſint ideæ pręter ſingularia, nihil vtiles eſſent ad generationem, vnde non vult eas ſimpliciter non eſſe,ſed quòd propter generationem vniuocam non eſt neceſſe eas ponere. Tex. 50.

Sed in hac parte falſum imponũt Ariſtot. qui 3. phyſ. probat,quòd in ęternis idem eſt eſſe, & neceſſe eſſe, & poſſe eſſe: ſi ergo ideę poſſunt eſſe de mente Ariſto. ergo neceſſe eſt ipſas eſſe, quod eſt deſtruere totam doctrinam peripateticam: ergo non ſolum probat Philoſophus ideas non eſſe vtiles ad generationem, ſed ipſas nullo pacto eſſe eo modo, quo imaginatus fuerat Plato. Pręterea ex ratione ipſa,quam adducunt, quòd non eſt ponenda pluralitas, vbi vnum ſufficit contra Anaxagoram;ſed generatio rerum naturalium poteſt compleri per tria tantum principia, puta materiam, formam,& priuationem: ergo fruſtra ponuntur ab Anaxagora Tex. 32. In perpetuis nõ differt eſſe & poſſe.

xagora infinita principia: nedum probant infinita principia non eſſe vtilia ad generationem, A
ſed ea nullo pacto eſſe; quia infinitum eſt incognitum, & tunc generatio rerum eſſet incogni-
ta, & etiam nunquam compleretur, quia res dependẽs ab infinitis nunquam compleri poteſt:
patet igitur quomodo ex ratione adducta ab ipſis concluditur ideas Platonicas impoſſibile
Idea quid ẽ. eſſe dari eo pacto, quo Ariſt. impoſuit Platoni, & dico hoc, quia ſi volumus ſecundum veri-
tatem loqui de ideis, neceſſe eſt ipſas ponere in mente diuina, quia idea græce, forma dicitur
latine; & ſic per ideas intelligebat Plato formas aliarum rerum exiſtentes præter ipſas res;
quia forma alicuius rei exiſtens præter ipſam ad duo poteſt eſſe; vel vt ſit exemplar eius, cuius
dicitur forma, vel vt ſit principium cognitionis ipſius, ſecundum quòd formæ rerum cogno-
In ſcohlijs ſcibilium dicuntur eſſe in cognoſcente, & quãtum ad vtrunque neceſſarium eſt ponere ideas,
phyſicorum. & ſecundum Platonem, & ſecundum Ariſto. & ſecundum veritatem, vt alibi fuſius oſtendi-
mus in tractatu de concordia idearum inter Plat. & Ariſt. quia cum mundus non ſit factus à
caſu ſecundum Ariſt. & Platonẽ, ſed ſit factus à Deo per intellectum agentem; ſequitur quòd
forma mundi eſt finis ſuæ generationis, & ſic in mente diuina eſt forma ad cuius ſimilitudi-
nem factus eſt mundus; vnde in mente diuina oportet ſecundum Platonem & Ariſtot. pone- B
re ideas & totius mundi, & omnium rerum, & hoc ſecundum eſſe intelligibile; quemadmo-
quæſt. 53. dũ ſimilitudo domus præexiſtit in mẽte artificis; & ſic loquutus eſt S. Auguſt libro 83. quæſt.
de ideis aſſerens, ꝙ tanta uis conſtituitur in ideis, vt his non intellectis ſapiens eſſe nemo
poſſit; & quando Ariſt. impugnat Platonem de ideis, non impugnat ipſum ſecundum iſtam
viam, ſecundum quam vere Plato intelligit, vt patet legenti Cratillum, & Phedonem, ſed im-
pugnat Platonem Ceſarienſem, qui fuit diſcipulis Platonis Athenienſis magiſtri Ariſtot. quo
mortuo Platone ſucceſſerunt diuerſi diſcipuli eius, diuerſimode interpretantes doctrinam
Plato Ceſa- Platonis: inter quos fuerat ille Plato Ceſarienſis, qui poſuit ideas per ſe ſeparatas exiſtentes
rienſis. in concauo orbis lunæ; & hanc poſitionem Ariſt. impugnat in tota doctrina ſua, quòd impoſ
Text. 70. ſibile eſt ipſas eſſe; immo 1. poſteriorum dicit, gaudeant ideę ſi ſunt, quia non ſunt, tunc enim
eſſent monſtra.

Cap. 1. Et ſic etiam Dionyſius Ariopagita docuit libro de diuinis nomini: Deum non cogno-
ſcete res, per ideas, ſcilicet exiſtentes præter ſeipſum, quia ideæ in ipſo Deo ſunt eſſentia diui-
na; & ſic concludit ratio Ariſto. quam ponit in hoc textu, quia ideæ ponebãtur ab ipſo Plato- C
ne duplici de cauſa: primo per modum generantis: ſecundo per modum exemplaris; ſed neu
tro modo ſpecies ſeparatæ ſunt ponendę cauſæ generationis: igitur nullo modo ſunt. Proba-
tur minor quantum ad primam partem; quia omne, quod generatur, eſt compoſitum ex hac
materia, & hac forma; ſed omne tale compoſitum eſt hoc aliquid, & determinatum in ſpecie:
igitur omne tale genitum debet eſſe hoc aliquid indiuiduum, & ſimile generanti: ergo gene-
ſpecies ſepa nerans quoque debet eſſe hoc aliquid determinatum in ſpecie: ſi autem ponerentur ſpecies
ratę non ſũt ſeparatę, non eſſent hoc aliquid & indiuiduũ, ſed ſignificarent quale quid ſine determinatio
hoc aliquid. ne huius & illius: nec poſſunt eſſe generantes, & ſic ſunt fruſtratorię, cum non attingant finẽ,
ad quem ordinantur: quòd autem non poſsint eſse cauſę generationis per modum exempla
ris, quod eſt ſecunda pars minoris, probatur, quia ſi tales ſpecies ſeparatæ requirerentur ad ge
nerationem per modum exemplaris, hoc maxime fuiſset in ſubſtantiis naturalibus; ſed in
iſtis eſse non poſsunt, quia ſufficit generans illud, quod eſt compoſitum ex materia & forma,
quod generat ſibi ſimile, ſicut homo generat hominem, & equus equum, & vnaquęque res
naturalis generat aliam ſibi ſimilem in ſpecie, niſi accidat aliquid pręter naturam, ſicut cum D
equus generat mulum, & ſic non requiruntur iſtę ideę per modum cauſę exemplaris, hęc eſt
ratio, qua Philoſophus optime concludit non eſse ideas ſeparatas.

Qua ratione Sunt etiam duæ aliæ rationes ad excludendas ipſas ideas; quia Plato ponebat ipſas eſ-
Plato poſuit ſe neceſſarias propter ſcientiam, quæ tantum erat de ideis; res enim iſtæ inferiores ſunt gene-
Ideas. rabiles, & corruptibiles, & propterea de eis non poteſt eſſe ſcientia. Alia etiam cauſa erat ad
hoc, vt res iſtę inferiores exiſterent participando naturam ſuam ab ipſis ideis; ſed alibi, præci-
Text. 44. pue in hoc 7. & in 1. huius Ariſt. erudite ſatis excludit has etiam duas cauſas, ſed nunquam ra
tiones Ariſt. concludunt contra ideas, quæ ſunt in diuina eſſentia, vt declaratum eſt ſupra de
Cap. 12. mente Auguſt. qui ait 8. libro de Ciuit. Dei, quòd qui negat ideas, eſt infidelis, quia negat eſſe
Cap. 1. filium: vnde exponens illud Ioannis, quod factum eſt in ipſo vita erat, ait hoc eſt, quia omnes
creaturæ ſunt in mente diuina, ſicut arca in mente artificis: ſed arca eſt in mente artificis per
Cap. 5. ſuam ſimilitudinem, & ideam: ergo omnium rerum ideę ſunt in ipſo Deo: & in libro de ordi
ne ait, piget me dixiſſe duos eſſe mundos, ſenſibilem, & intelligibilem; non quin hoc verum
ſit, ſed quia hoc dixi tanquam ex me, cum à philoſophis dictum ſit, quia modus iſte loquendi
non

A non eſt conſuetus in ſacra ſcriptura;ſed mundus intelligibilis nihil aliud eſt, quàm idea mũ-
di:ergo verum eſt ponere ideas in ipſo Deo,vt etiam habet ipſemet Auguſtinus libro de eſſen Cap. 5.
tia diuinitatis,duplex eſt modus cognoſcendi res,ſcilicet per eſſentiã,& per ſimilitudinẽ:ſed
Deus non cognoſcit res ipſas creatas per earum eſſentiam; quia ſic cognoſcuntur ſolum illa,
quæ ſunt in cognoſcente per ſui eſſentiam:ergo cum ſcientiam habeat de rebus creatis, opor-
tet quòd per earum ſimilitudines cognoſcat,quod pulcherrime etiam dixit Boetius 3. de con Proſa. 6.
ſolatione,vbi loquens ad Deum dicebat,tu cuncta ſuperno ducis ab exemplo mundum mẽte
gerens pulchrum pulcherrimus ipſe:ex quibus verbis habetur,quòd & ipſius mundi, & om-
nium,quę in mundo ſunt,eſt exemplum in Deo.

Et ſi dicis,igitur in Deo erit compoſitio,quia in ipſo Deo erunt plures ideæ. Reſpondeo, Pluralitas
quòd pluralitas idearum non repugnat diuinę ſimplicitati,& hoc facile eſt videre,ſi quis con idearũ nõ re
ſideret ideam operati eſſe in mente operantis, ſicut quod intelligitur, non autem tanquã ſpe- pugnat Deo.
cies,qua intelligitur,quæ eſt forma faciens intellectum in actu, forma enim domus in mente
ędificatoris eſt aliquid ab eo intellectum, ad cuius ſimilitudinem format domum in materia,
B ſed non eſt contra ſimplicitatem diuini intellectus,quòd multa intelligat; ſed contra eius ſim
plicitatem eſſet,ſi per plures ſpecies eius intellectus formaretur:vnde plures ideæ ſunt in mẽ-
te diuina, vt intellectæ ab ipſo : quandoquidem cum perfecte cognoſcat ſuam eſſentiam , co-
gnoſcit eam ſecundum omnem modum,quo cognoſcibilis eſt;ſed poteſt cognoſci non ſolum
ſecundum quòd in ſe eſt, ſed etiam ſecundum quòd eſt participabilis ſecundum aliquem
modum ſimilitudinis à creaturis: ſed vnaquęque creatura habet propriam ſpeciem,ſecundũ
quòd aliquo modo participat ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ : ſic ergo prout Deus cognoſcit
ſuam eſſentiam vt ſic imitabilem à tali creatura, cognoſcit eam vt propriam rationem , &
ideam huius creaturæ , & ſimiliter de alijs.

Ex his patet ſolutio ad inſtantiam , quòd Deus intelligit plures rationes proprias plurium
rerum,quæ ſunt plures ideæ abſque detrimento ſuæ ſimplicitatis:& hoc aſſerit etiam S. Aug.
libro 83.quæſt.vbi dicit,omnia eſſe condita ratione,nec eadem ratione homo,qua equus,hoc Quæſt. 32.
enim eſſet abſurdum exiſtimari;ſingula ergo propriis rationibus ſunt creata , & iſtæ rationes
ſunt plures ideæ:& in epiſtola ad Nebridium docet,quòd ſicut inconueniens eſt dicere,quòd Res diuerſis
C eadem ſit ratio anguli, & quadrati ,ita inconueniens eſt dicere , quòd eadem ſit ratio in Deo rõnibus ſunt
hominis,& huius hominis : plures ergo ſunt rationes ideales in Deo : quod ex ſacris literis productæ.
etiam facile deducere poſſumus,vt ſcribitur ad Hebręos,fide credimus aptata eſſe ſecula ver-
bo Dei,vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent,ſed inuiſibilia pluraliter appellat ſpecies,ſiue ideas, Cap.11.
quod eſt ponere plures ideas:vnde omnes fere doctores vocant ideas nomine artis , & mun-
di;ſed ars & mundus important quandam pluralitatem ; ars enim eſt collectio præceptorum
ad vnum finem tendentium,& mundus dicit collectionem omnium creaturarum: plures er-
go ſunt ideæ abſque hoc, quòd ponatur compoſitio in ipſo Deo:quod etiam Ariſt.cogitur fa
teri,qui in 2.phyſicorum poſuit cauſam exemplarem , licet non diſtinctam à cauſa formali, Tex. 26.
quam definiens vocauit rationem,& exemplar : ratio enim & exemplar dicitur eſſe ipſa idea,
quia prout eſt principium cognitionis,proprie dicitur ratio,& ſpectat ad ſcientiam ſpeculati
uam: prout vero eſt principium factionis , dicitur exemplar , & pertinet ad ſcientiam pra-
cticam .

Et ſi quis diceret,quòd Ariſt.in doctrina ſua improbat Platonem ponentem formas rerum
D naturales exiſtere ſine materia;ſed multo magis ſunt ſine materia, ſi ſunt in intellectu diuino,
quàm ſi eſſent extra ipſũ:quia intellectus diuinus eſt in ſummo gradu immaterialitatis:ergo
multo magis incõueniens eſt ponere ideas in diuino intellectu,quàm in cõcauo orbis lunæ.
Sed dicendum ad hoc,quòd eſt contra rationem formarum naturalium,quòd ſint immateria Formę natu-
les ex ſe ipſis , ſed non eſt inconueniens , quòd ex alio acquirant immaterialitatem, in quo rales quomo
ſunt ; vnde in intellectu noſtro formę rerum naturalium ſunt immateriales: propterea incon do ſunt im-
ueniens eſt ponere ideas rerum naturaliũ eſſe per ſe ſubſiſtentes,ſed nõ eſt inconueniens po- materiales.
nere eas in mente diuina.

Dubitaret etiam aliquis,quia Ariſt.improbat opinionem Platonis de ideis per hoc , quòd
ideæ poſitæ à Platone non poſſunt nec generare , nec generari,& ita ſunt inutiles , vt habetur
in hoc præſenti textu: ſed ſi ideæ ponuntur in mente diuina, non generantur, quia omne ge-
neratum eſt compoſitum;ſimiliter nec generant,quia cum generata ſint compoſita , & gene
rantia ſint ſimilia generatis;etiam oportet generantia eſſe compoſita : ergo inconueniens eſt
ponere ideas in mente diuina . Ad quod dicimus,quòd ideæ exiſtentes in mente diuina non Ideæ nec ge-
ſunt generatæ,nec generantes,ſed ſunt creatiuæ,& productiuæ rerum,cum ipſæ neque orian neriãt nec ge-
neratur.

tur neque intereant, ſecundum eas tamen informari dicitur omne, quod oriri vel interire po- A
teſt; nec oportet agens primum in compoſitione eſſe ſimile generato, cum hoc tantummodo
conueniat agenti proximo, & ſic concludit ratio Ariſto. quòd ideæ non poſſunt eſſe proximũ
principium generationis.

Tex. 7. Poterit etiam aliquis dubitare circa pluralitatem idearum propter dictum Ariſt. 2. huius,
vbi ponit ſtatum in omni genere cauſæ: in genere enim cauſæ materialis deueniendum eſt ad
vnam primam materiam, & in genere cauſæ efficientis ad vnum primum efficiens, & ſic in
genere cauſæ finalis ad vltimum finem: ergo & in genere cauſæ formalis etiam deueniendum
eſt ad vnam primam formam; ſed ideę ſunt formę & rationes rerum, vt dictum eſt: ergo de-
Prima forma quæ ſit. ueniendum eſt ad unam primam ideam. Sed dicendum eſt ad hoc, quòd illa prima vna for-
ma, ad quam omnia reducuntur, eſt ipſa diuina eſſentia ſecundum ſe conſiderata, ex cuius cõ
ſideratione diuinus intellectus adinuenit diuerſos modos imitationis, in quibus pluralitas
idearum conſiſtit: & propterea in Deo ponuntur ideæ omnium rerum, pręcipue ſpecierum.

Dubitabit autem aliquis, quare alia fiunt arte, & à caſu, ut B
ſanitas, alia non, vt domus, &c. Tex. 29.

An in materia rerum naturalium ſit aliquid formæ generandę coagens ad generationem compoſiti, vel aliquid, quod ſit tranſmutabile in formam.

Dilucidatio vndecima.

HIc ſunt diuerſæ opiniones; & prima opinio dicit, quòd in materia eſt vna
forma generabilis coæterna ipſi materiæ, quæ eſt ratio ſeminalis reſpectu
generis proximi, & vlterius aliorum ſequentium vſque ad formam ſpe-
Com. 17. ciei ſpecialiſsimæ: quam ſententiã videtur tenere Commentator 1. huius.
Secunda vero ait, quòd in materia præexiſtit aliquid formæ, quia ſi non C
præexiſteret, tunc fieret de nihilo, & crearetur, & etiam generatio nõ eſſet
naturalis niſi præexiſteret aliquid formæ generandæ in ipſa materia; &
eſſet intrinſecum principium actiuum naturale: in hoc enim diſtinguitur generatio naturalis
ab actione violẽta, quia generatio naturalis eſt à principio intrinſeco; quod coagit extrinſeco
agenti: actio vero violenta eſt à principio extrinſeco: hanc ſententiam videtur ſubſtinere
Trac. 2. & 3. Albertus Magnus 1. phy. Tertia opinio eſt eorum, qui dicebant, quòd reſpectu cuiuslibet
formæ neceſſe eſt ponere propriam inchoationem in materia, & ideo tot ſunt formæ educi-
biles de potentia materiæ, quot ſunt inchoationes illarum formarum, & illas inchoationes
dicebant eſſe à creante, eaſque vocant partes formarum, ſeu formas incompletas, quæ perfi-
ciuntur à generante: hanc ſententiam videtur ſubſtinere Alpharabius.

Quarta eſt illorum, qui ponebant propriam inchoationem cuiuslibet formæ, ſicuti dice-
bat Albumaſar, ſed illam aſſerebãt eſſe totam formam, itaquòd tota forma præeſt in materia,
non tamen vnita materiæ, nec informans eam, ſed poſtea per generans fit vnio formæ cũ ma-
Cap. 7. teria, vt eam actu informet. hanc ſententiam tueri videtur Themiſtius in 2. de anima.

Quinta ſententia eſt illorum, qui dicunt, quòd tota forma præexiſtit etiam vnita materiæ;
ſed præeſt ſecũdum eſſe incompletum, accipiens completum eſſe per generationem, itaquòd D
totum compoſitum præexiſtit ſub alio modo eſſendi, ſcilicet ſub eſſe incompleto: quam ſen-
tentiam videtur tenere Galenus libro de temperamentis.

Cap. 6. Sexta ſententia eſt dicentium, in materia eſſe quandam naturam pure potentialem, quæ
præeſt in ipſa materia, diſtinctam tamen à materia, quæ eſt tranſmutabilis in formam per ra-
tionem agentis naturalis, & iſta eſt potentia materiæ, de qua educuntur formæ corporales,
Cap. 14. quam opinionem videtur fuiſſe cuiuſdam Olimpiodori gręci 1. metheor.

Septima eſt quorundam dicentium, quòd in materia ponenda eſt ratio ſeminalis, tamen
neq; ſemen, neq; rationes ſeminales dicuntur eſſe principium actiuum generationis, quod
eſt ipſa forma; & dum quæritur ab ipſis, à quo nam generentur, aut producantur formæ na-
turales eductæ per propagationem: reſpondent, quòd immediate producuntur à Deo; quia
Non ens agere non põt. tales formæ non poſſunt produci à ſemine; quia id, quod non eſt, non eſt principium produ-
ctiuum formæ ſubſtantialis; quia agere præſupponit eſſe; ſed ſemen in inſtanti generationis
non

A non eſt, quia generatio vnius eſt corruptio alterius. Et ſi quis diceret, quòd ſemen eſt principium productiuum dum eſt. Contra, quia ſemen eſt aliquid de proximo conuertibile in illud, quod debet generari; ſed omne tale habet rationẽ paſſiui, magis quàm actiui: igitur nõ poteſt eſſe principium actiuũ formę ſubſtantialis. Præterea, nullum imperfectum eſt principium producendi perfectius; ſed ſemen eſt quoddam imperfectius ipſa re generanda: ergo non poteſt eſſe principium producendi. Semẽ eſt imperfectius re genita.

Et ſi quis diceret, quòd ſemen agit in virtute producentis, puta ipſius patris, & non in virtute propria, & ſic poteſt producere formam geniti. Contra, quia in virtute non entis eo modo quo non eſt, nihil agit; ſed virtus producentis, cum non ſit in rerum natura, quia eſt ipſius patris mortui, habet rõnem nõ entis: ergo nihil agit. Tertio, in cauſis accidẽtaliter ſubordinatis non oportet omnes cauſas ſimul concurrere ad effectum, vt ſcribitur 2. huius; ſed decidens ſemen, & ipſum ſemen ſunt cauſæ accidentaliter ſubordinatæ: ergo decidens ſemẽ, & ipſum ſemen non ſimul concurrunt ad formam ipſam producendam, & ſic patet quomodo iſtæ formæ non producuntur à ſemine, neq; etiam à patre, quia ipſo mortuo poteſt filius Tex. 8. B generari, neque à virtute cęli, quia ipſa eſt imperfectior forma animalis, & omne viuens eſt præſtantius non viuente; neq; ab intelligentiis; quia intelligentię non poſſunt mouere materiam ad formam; tum quia non agunt niſi mediante motu cęli; ſi ergo non producuntur à cęlo: ergo neq; ab intelligentiis: relinquitur ergo à ſufficiẽti diuiſione, quòd cum huiuſmodi formæ non producantur ab aliquo principio præexiſtenti in materia, neq; à ſemine, neque à patre, neq; ab intelligentiis, neque à cęlo, neq; præexiſtant in materia, quòd Deus immediate producat tales formas; nec videtur inconueniens (dicunt) quòd tales formę creentur. Viuẽs eſt præſtantius non viuente.

Sed iſta opinio videtur irrationabilior aliis opinionibus, ſupra poſitis, quia ſi omnes formæ naturales crearentur, ſequeretur, quòd quodlibet compoſitum creabitur; conſequens eſt falſum; igitur falſa eſt hæc ſentẽtia: conſequentia probatur, quia terminus creationis eſt eſſe; ergo illud proprie creatur, cui proprie competit eſſe, eſſe autẽ exiſtentiæ proprie non cõuenit formis naturalibus, quia forma naturalis non eſt id, quod eſt, ſed id, quo aliquid eſt, vt habetur 2. de anima: ergo formis naturalibus proprie non competit creari: ergo creantur ad creationem alicuius, cui proprie per ſe competit eſſe: hoc autem eſt totum compoſitum: igitur Tex. 24. C totum compoſitum creabitur: vel ſaltem oportet dicere, quòd aliud eſſe habeat totum compoſitum, & aliud eſſe habeat forma ſubſtantialis, quia vnum & idem eſſe, non eſt per generationem, & creationem; & ſic in eodem eſſent plura eſſe ſubſtantialia, quod implicat, quia ſic vna res eſſent duæ res. Idem eſſe nõ eſt per generationem & creationem.

Præterea & fortius, ſi omnes formæ naturales crearentur; ſequeretur quòd agentia naturalia ſolum diſponerent materiam, & ſic equus generans non produceret formã equi geniti, ex quo ſequeretur opinio Auicennæ, quòd omnes formæ eſſent totaliter ad extra; quod eſt contra omnes peripateticos, dicentes quòd per virtutes agentium naturalium formæ educuntur de potentia materiæ ad actum: non igitur eſt verum formas creari, vt ipſi aſſerunt. Tertio hoc eſt expreſſè contra Ariſt. in textu dicentẽ, quòd caro & oſſa generantur à forma, quæ eſt in his carnibus, & in his oſſibus, quibus verbis videtur innuere, quòd agens naturale non ſolum diſponit materiam, ſed educit formam de potentia in actum. Tex. 28.

Rationes ab ipſis adductæ facile ſoluuntur. Ad primam dicẽdum quidem eſt, quòd in ſemine duo ſunt conſideranda, ſcilicet ſpiritus ſpumoſus, in quo virtus actiua generantis eſt ſubiectiue, & corpulenta materia, quę in conceptum conuertitur: vnde verum eſt, quòd ſemẽ D in proceſſu generationis corrumpitur, quantum ad corpulentam materiam, ex qua proles formatur, ſed non corrumpitur ſpiritus ſpumoſus, in quo radicatur prædicta virtus, per quam transmutatur materia, vt generetur proles; & ſic falſa eſt minor argumenti, quòd ſemen in inſtanti generationis non eſt. Secunda ratio etiã; ſeu replica facta eſt nullius momẽti, quia concludit tantummodò quantum ad corpulentã ſubſtantiã. Ad ſecundã rationem principalẽ dicimus, quòd forma ſubſtantialis introducenda eſt actu in ſemine, non ſecundum propriam ſpeciem, ſed in virtute actiua, ſicut domus eſt in mente artificis, vt in virtute actiua, ſic etiam formæ corporales omnes ſunt in virtutibus cęleſtibus. Tertia ratio ſoluitur, quia verũ eſt, quòd nullum imperfectum propria virtute eſt productiuum perfectioris, quia ſic ageret vltra ſuam ſpeciem; tamen imperfectum virtute alterius poteſt eſſe cauſa producendi perfectius: quemadmodum calor naturalis, vt ſcribitur 2. de anima, agit vt inſtrumentum formæ ſubſtãtialis ignis, ad producendum formam ſubſtantialem, ſic quoq; virtus actiua in ſemine agit vt inſtrumentum animæ ſenſibilis ad educendum animam ſenſibilem in actum, non quòd propria virtute hoc poſſit, ſed tantum vt inſtrumentum ipſius generantis. Quarta ratio ſolui- Semen quã tum ad quid corrũpitur. Tex. 40.

A tur etiam, in qua dicebatur, quòd pater erat mortuus, quia licet ſit mortuus ſecundũ ſubſtantiam, non tamen eſt mortuus ſecundum virtutem actiuam, non quidem exiſtentem in eo, ſed infuſam in ſemine, quæ actiue & inſtrumentaliter cooperatur ad generationem. Vltima quoq; ſoluitur negando, quòd decidens ſemen, & ipſum ſemen in actu generandi non ſint cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ, quia dictum eſt, quòd ſe habent veluti inſtrumẽtum, & cauſa principalis; inſtrumentum autem & principalis cauſa dicuntur eſſe eſſentialiter ſubordinatæ vt 2. phyſicorum docuit Ariſt.

Filius generatur in virtute patris mortui

Tex. 9.

Hac igitur opinione reiecta, videnda eſt veritas huius quæſiti. Et primo ſciendum eſt de anima rationali, quomodo producatur, & an habeat rationem ſeminalem in materia ipſa, de qua conſiderare oportet; quòd fuerunt diuerſæ opiniones: quarum prima dixit animam filij propagari ex anima parentis, ſicut corpus propagatur ex corpore. Alia vero dixit omnes animas ſeorſum creari, ſed ponebat à principio eas fuiſſe creatas extra corpora, & poſtmodũ corporibus cõiungebantur, vel proprio motu voluntatis, vel Deo mãdante, & faciente. Alia dixit, animæ ſimul cũ creantur infundũtur corporibus, & hæc eſt verior opinio, quam ſcribit Auguſt. in libro de origine animę; B quia cum anima rationalis ſit penitus ſpiritualis, & nõ dependens à corpore, nec communicans corpori in operatione, nullo modo poteſt propagari, nec produci in eſſe pee aliquam virtutem, quę ſit in ſemine; & propterea non educitur de potentia materiæ, nec propagatur per virtutem generantis.

Opiniones diuerſę de ꝓductione Animę

cap. 4.

Secundo eſt ſciendum circa alias formas naturales, de quibus etiam fuerunt diuerſæ ſententię, quarum prima fuit ipſius Anaxagoræ, qui dixit omnia eſſe in omnibus, vt ex omnibus omnia generari poſſent. Secunda ſententia fuit eorũ, qui dixerunt formas eſſe totaliter ab extrinſeco, ſcilicet à multitudine idearum, vt poſuit Plato, vel ab intelligentia agente, vt poſuit Auicennas: agentia autem naturalia ſolum diſponebant materiam, & formam. Tertia eſt ſententia Ariſt. aſſerentis formas naturaliter præexiſtere in materia in potentia eius, & educi in actum per agens exterius naturale; & propterea neque ſunt totaliter ab extra per creationẽ, ſed partim ab extra, partim ab intra: quia ſi eſſent totaliter ab intra, penitus tolleretur generatio, ſed eſſet quædam ſeparatio rerum, vt dicebant antiqui; ſic etiam ſi totaliter eſſent ab extra, tolleretur adhuc generatio, quia tunc non generatio, ſed creatio dici deberet.

Variæ ſententię de productione formarum.

C Tertio eſt ſciendum, quòd formæ naturales, cum poſſint producere ſibi ſimilia, tribus modis conſiderari poſſunt. Primo prout exiſtunt in arte diuina, & ſic dicuntur rationes primordiales, eo quòd ſunt prima principia rerum producendarum. Secundo conſiderantur prout ſunt poſitæ in materia, ſecundum quas conſequuntur naturales effectus, & ſic dicuntur rationes ſeminales. Tertio conſiderantur prout ſunt quædam potentiæ inditæ rebus ad ſuſcipiendum illud in ſe quod diuina voluntas diſpoſuit, & ſic uocantur rationes obedientiales, ſecundum quas inſunt naturis ita, vt facere poſſit Deus ex illis quicquid voluerit.

Formæ naturales tribus modis conſiderantur

Iſtis ſic ſtantibus ponuntur tres concluſiones, quarum prima eſt. Omnia, quæ proceſſu temporis per opus diuinæ prouidentiæ creata ſunt, fuerunt producta in prima rerum conditione ſecundum quaſdam rationes ſeminales, hanc ponit S. Thomas 1. p. vbi loquitur de creatione Angelorum, & exemplificat de arboribus, & animalibus, & de aliis rebus, quibus inditæ ſunt ſeminales rationes omnium naturalium effectuum; immo & de beatitudine ipſa, cuius ſemen dicitur eſſe gratia gratum faciens, & per hoc probat Angelos fuiſſe creatos in gratia.

q. 62. ar. 3.

ſemen beatitudinis quod eſt

D Secunda concluſio eſt. In materia prima non ſunt rationes ſeminales veluti principia actiua ſecundum eſſe incompletum, & incohatum: probatur, quia ſi iſtæ rationes ſeminales præexiſterent hoc modo in materia, tunc formæ ſubſtantiales ſupraueniẽtes non darent eſſe totale, ſed aliquod eſſe tantum; probatur, quia iam formæ præexiſterent, & ſic aliæ formę ſubſequentes eſsent accidentales, & non ſubſtantiales

Vltima concluſio. In materia prima dicuntur eſse rationes ſeminales formarum naturaliũ ante ipſarum aduentum, tantummodo ſecundum potentiam paſſiuam. Pro maiori intelligentia huius concluſionis notandum eſt, quòd forma tripliciter dicitur eſſe in materia in potentia. Primo in potentia remota, ſecundum quam nihil eſt de forma, neque de diſpoſitionibus ad eam, ſed ſolum aptitudo ad formam educendam per agens, ſicuti forma ignis dicitur eſſe in potentia aquæ omnino indiſpoſitæ ad formam ignis. Secundo forma dicitur eſſe in materia in potentia, non ſic remota, ſed quodammodo diſpoſita, & inclinata ad formam per qualitates naturales, ſine hoc quòd aliquid ſit de eſſentia formæ, aut de virtute actiua eductiua formę de potentia materię, & hoc modo forma ignis dicitur eſſe in potentia aquæ iam alteratę per aliquod agens extrinſecum ad educendam formam ignis. Tertio forma dicitur

Forma trib⁹ modis dicitur eſſe in materia

eſſe

A eſſe in potentia materię, non ſolum in potentia paſsiua, ſed etiam in potentia actiua; & hoc modo formæ ſunt in potentia in ſemioibus, vt forma leonis eſt in ſemioe leonis, & forma oliuæ eſt in ſemine oliuę. Hoc ſtante probo ſic concluſionem propoſitam; ratio ſeminalis materię eſt illud, per qood ipſa materia inclinatur ad ſuſcipiendas formas; ſed tantummodo eſt inclioata ſecundum potentiam paſsiuam: ergo rationes ſeminales ſunt in materia tantum ſecundum potentiam paſsiuam. Ratio ſeminalis quę ſit.

Et ſi quis diceret, ſi forma ſolum pręexiſteret in materia ſecundum potentiam paſſiuam, & non actiuam, quæro aut illa potentia eſt potentia ſubiectiua, aut potentia obiectiua: non primum, quia talis potentia paſſiua nihil aliud eſt, quàm ipſa materia, non ſecundum, quia talis potentia nihil pooit, & ſic etiam Antichriſtus eſſet hoc modo in potentia; immo omnes animæ. Reſpondetur, quòd formę præexiſtunt in materia ſecundum potentiam ſubiectiuam eius, & non ſecundum potentiam obiectiuam ab aliquibos imaginatam, & hoc modo ratio nihil concludit.

Si quis etiam dubitaret dicens; illud, quod de nihilo ſoi eſt productum, dicitur creatum; ſi
B ergo forma non præexiſteret in materia ſecundum aliquid ſui, tunc eſſet producta ex nihilo ſui, & ſic eſſet creata, & hoc modo omnes formæ producerentor per creationem. Sed dico ad hoc, qoòd concluderet, ſi forma nullo modo præexiſteret in materia, ſed quia dictum eſt quòd præexiſtit ſecundom potentiam paſſiuam naturalem, & diſpoſitiuam: propterea non eſt neceſſe, vt totaliter veniat ab extra & creetur.

Sic etiam ſoluitur dictum Commentatoris 8. huius, vbi aſſerit, quòd ex actu, & potentia non fit vnum, niſi per agens extrahens ad actum, quod non largitur ei multitudinem, ſed perfectionem; quia illud, quod eſt in actu, non eſt aliud ab eo, quod eſt in potẽtia; ſed illud, qood fuit in potentia, eſt in actu, & non ſunt duo diuerſa: modo argoitur ſic; ſi nihil formę pręexiſteret in materia, agens, quod extrahit, & educit potentiam ad actum, non tantum largiretur perfectionem, ſed multitudinem; qood dictum intelligendum eſt, ſicuti diximus in explicatione tertię concluſionis, quia cum formæ ſiot tripliciter in potentia in ipſa materia, vel remote, vel diſpoſitiue, vel actiue in ordine ad agens: propterea dixit Commentator, quòd agens extrahit & edocit formas naturales, quę ſunt in potentia remota in materia prima, & diſpo-
C ſitiue, & actiue in virtute ipſius agentis ad actum, & ſic non largitur multitudinem formarũ ſed tantum perfectionem: vnde forma leonis, quæ erat prius remote in materia, & deinde diſpoſitiue, & actiue in ſemine generantis, non ſunt duæ res diuerſę, ſed vna, & eadem realiter, & ſic omnia conſonant veritati.

Comm. 15. — Agens non largitur multitudinẽ ſed perfectionẽ. — Com. 15.

Si igitur eſt hoc quidem materia, illud vero ſpecies, aliud ex his, & ſubſtantia eſt materia, &c. Tex. 34.

An materia ſit pars quidditatis.

D

Dilucidatio duodecima.

CIRCA hunc textum narrat S. Thomas doas extremas opiniones de definitione naturalium rerum. Alteram Auerr. & qoorundam eum ſequentium, qui ſubſtineut materiam non ingredi definitiones rerum naturaliũ. Alteram opinionem, quæ eſt ipſius Aoicennæ, immo ipſiuſmet Ariſt. qui expreſſe in hoc textu vult materiam poni in definitione ipſarum rerum naturalium. Sed primam opinionem defendũt acerrimis rõoibus Auerroiſtę ioter quos eſt Ioannes de Ianduno in hoc libro, qui exponit opioionem Auerr. in hoc 7. vbi ſoluit queſtionem ſophiſtarum dicens ſic: quòd forte queſtio ſophiſtarũ eſt iſta, quidditas hominis aut eſt idem cum homine, aut aliud: ſi aliud, tunc oon habebit homo quidditatem; ſi idem, tunc quidditas hominis eſt homo, & homo habet quidditatem: ergo quidditas habebit quidditatem, & tunc Commentator ſobdit ſolutionem, quoniam qoidditas hominis eſt homo vno modo, & non eſt homo alio modo; eſt homo, ideſt forma hominis, & noo eſt homo, qui eſt congregatus ex materia & forma, & ſic expreſſe vult Commentator,

quæſt. 12. — Queſtio ſophiſtarũ quę fuerit.

mentator, quòd forma rei ſit tota quidditas, quia per hoc ſoluit rationem ſophiſtarum, ex his A
ſit argumentum, quòd niſi ſola forma eſſet quidditas, tũc ratio ſophiſtarum non poſſet ſolui,
hoc non eſt dicendum: ergo ſola forma eſt quidditas.

Tex. 18. Subdit etiã hanc opinionem eſſe Ariſto. præcipue 2. phyſ. vbi diſtinguit formam ab aliis
Tex. 8. cauſis, & vocat eam quodquideratеſſe, & in hoc 7. hoc idem intendit, quia diſtinguit ſubſtan-
Subſtantiæ partes q̃ ſint. tiam in materiam, formam, & compoſitum, & aſſerit ſe velle dimittere de materia, & de ſu-
biecto; de materia quidem, quia nec eſt quid, neque quale, &c. de ſubiecto autem, quia eſt
ſubſtantia manifeſta omnibus, & aſſerit ſe velle tractare tantummodo de forma, quia hæc eſt
maxime dubitabilis, & in textu 10. replicat hoc ipſum dicens; quoniam in principio diuiſi-
mus quot modis determinauimus ſubſtantiam, & horum quidem vnum videtur eſſe ſpecu-
landum, ſcilicet de ipſo quod eſt, quodquiderat eſſe, & ſpeculatur tantummodo de forma:
Tex. 11. ergo ſolum forma eſt quodquideratеſſe. Præterea 8. huius dicit, quòd ad quęſtionem de
cauſa ſubſtantiæ materialis debet reſponderi multipliciter; quia ſi de materiali cauſa quære-
retur, deberet reſpondi materia, ſi de materia, & forma quæritur, debet reſponderi quodquid
eſt, ita quòd quidditas rei ſit forma & loquitur de forma vt eſt diſtincta cauſa ab aliis; vnde ſic B
dicit: quando itaq; aliquis quæſiuerit, quid cauſa, quoniam pluribus modis dicuntur cauſæ,
omnes oportet dicere cauſas contingẽtes vt hominis, quę cauſa vt materia, hoc quidem men
ſtruum; quòd autẽ vt ſpecies & forma, quodquideratеſſe; & ſic reſpondet quodquideratеſſe
ad quęſtionem cauſæ formalis, quod non faceret niſi quia forma eſt tota quidditas rei; item
Tex. 8. Ariſt. expreſſe vult hoc 2. de anima, vbi loquens de anima, de qua non eſt dubium, quòd eſt
forma, vocat ipſam quodquideratеſſe corporis.

Eandem ſententiam defendit Alexander Achilinus Bononienſis libro ſuo de elementis,
Dub. 22. vbi expreſſe probat materiam non pertinere ad quidditatem rei naturalis, quia de natura
quidditatis eſt eſſe quid, & id, quo aliquid eſt quid, hoc autem ſoli formę conuenit; ideo ma-
teria quamuis ſit pars ſubſtantiæ compoſitæ, non tamen eſt pars quidditatis, quia materia li-
cet ſit, non tamen eſt quo aliquid ſit; ideo cum ipſa non ſit pars formę, nec erit pars quiddita-
tis, ſed quia eſt ſubiectum formæ, idcirco appellanda eſt deferens quidditatem.

Diſpo. 13. Eandem etiam ſententiam defendit Sueſſanus 7. huius, vbi diſtinguit triplex definibile.
Definibile triplex eſt. Aliud per ſe primo, & hoc eſt forma, vt ſignificatur per nomen ſpeciei, vel generis de prędi- C
camento ſubſtantiæ, vt homo, vel animal, aut equus, & id genus: quodlibet enim horum for-
ma eſt per nomen ſpeciei ſignificata, vel generis. Aliud per ſe non primo, vt ſingulare ſigni-
ficatum per nomen commune, veluti animal, mixtum, animatum, compoſitum ex anima
rationali, & corpore, & cetera id genus: quodlibet enim ſingulare eſt, quia non datur vniuer-
ſale compoſitum præter ſingularia: quia tamen ſignificat per nomen commune, ideo videtur
eſſe vniuerſale. Tertium definibile eſt per accidens, & eſt ſingulare, vt ſignificatur per nomẽ
ſingulare, veluti Socrates, & Plato, qui ſunt ſingularia hominis, aut hoc mixtum, vel illud ani-
matum, quę ſunt ſingularia compoſitorum per nomen commune ſignificatorum.

Quidditas quorum eſt. Nota etiam, quòd quidditas non eſt entiũ per accidens, ſed entium per ſe, & ſolius ſubſtan
tiæ compoſitæ. Quibus ſtantibus aſſerit, quòd ſumendo definitum per ſe primo, materia
non eſt pars quidditatis illius, nec pars definiti; quia definitum per ſe primo eſt forma ſigni-
ficata per nomen ſpeciei: ſed ſumendo definitum per ſe ſecundo, vel tertio modo, materia
non eſt pars quidditatis alicuius illorum, ſed bene eſt pars definiti; patet quia eſſentia eſt for-
ma, cuius nunquam eſt pars ipſa materia: definitum vero, cum ſit compoſitum, materia erit D
pars eius. Vltimo aſſerit, quòd cum materia ponatur in definitione definiti per ſe primi,
vel in definitione ceterorum, non ſignificatur pars eſſentię, ſed vt deferens eſſentiam, vel vt
pars definiti.

Theo. 39. Eandem quoque ſententiam defendit Zimara in Theoremat. aſſerens, in rebus compoſi-
tis ex materia & forma, ipſam formam eſſe totam quidditatem, quia eſt obiectũ intellectus
nam vniuerſale eſt obiectum intellectus; forma autem eſt obiectum vniuerſalitatis, materia
eſt primo diuerſa à forma, quia non eſt forma, nec habens formam; licet materia & forma
ſint partes eſſentiales ſubſtantiæ compoſitæ; attamen ſola forma erit quidditas, ipſa autem
materia erit deferens formam, & quidditatem.

Opinio Recentiorum. Cap. 8. Sed nouiſſime Quidam Neotericus libro 7. de communibus omnium rerum naturalium
principiis, & affectionibus, diſtinguit hoc nomen quidditatis, quod dupliciter intelligi po-
teſt. Vno modo vt ſignificat totũ, quod pertinet ad integritatem ſubſtantię, & naturę ipſius
compoſiti, & ſic materia eſt pars quidditatis. Alio modo poteſt accipi quidditas anguſtius
& preſſius, & ſic ſignificat in quolibet compoſito naturali id, quod eſt actuatiuum eius, di-
ſtinctiuum

A ſtinctiuum,denominatiunm,definitiuum,intelligibile,determinatiuum, & perfectiuum, & quia hæc omnia proficiſcuntur à forma, & ſic materia non erit pars quidditatis, ſed tantum ipſa forma,& hoc voluit Auerro.7.huius vbi dixit, quidditas hominis eſt homo vno modo Com.21.
vt recitauit Ioannes. Hoc etiam voluit Simplicius in 3.de anima, vbi aſſerit:forma differt ab Com. 9.
eo,quod ex forma conſtat, quia forma conſueuit definiri per ipſum quid erat,quibus verbis,
videtur excludere materiam à quidditate. Hoc etiam uoluit Themiſtius 3. de anima, vbi Com. 9.
dicit,quòd aliud eſt aqua,& aliud eſsētia,ſeu quod quid erat eſse aquæ:illud enim eſt quoddam concretum ex materia,& forma,hoc autem eſt forma aquę,& ratio, per quam eſt aqua.
Hoc etiam aſserit Alexander Aphrodiſsęus 2.huius, ubi ita ſcribit,quemadmodum homo, Com. 12.
& hominis eſse differunt, ſic fit in cunctis rebus compoſitis, eſse enim cuique rei ex forma adeſt:homo autem ex materia & forma conſtat; forma vero erit quod quid erat eſſe hominis. Hoc idem tuetur Albertus Magnus 2. phyſicorum, vbi dicit; forma proprie loquendo Com. 18.
eſt eſsentia conſtituens ſpeciem ſecundum eſse in rebus naturalibus; nam eſse compoſiti fluit ab eſsentia, quę eſt forma rei, ſicut lumen fluit à luce: De Ariſto. non oportet dubitare, Tex.28.
B quia ex 2.phy. expreſse habetur, partes materiales non ingredi definitionem; ſed omnes partes definitionis pertinere ad cauſam formalem,& 2.de anima vocat formam quodquid erat Tex.2.
eſse; & 3. de anima aſserit, in conceptis cum materia aliud eſse carnem, & carnis eſse: nam Tex.9.
illa eſt forma cum materia, hæc autem forma ſimplex,& 5. huius aſserit, materiam eſse cau- Tex.15.
ſam indiuiduationis, formam autem eſse quodquid erat eſse. & 9. huius hoc idem aſserit, Tex.25.
quia per materiam diſtinguitur ſuppoſitum a natura, ſeu à quidditate: propterea materia nō pertinet ad quidditatem, & 10.huius aſserit,quòd mas,& fęmina non variant ſpeciem, quia Tex.16.
ſunt differentiæ materiales. Poſtremo adeſt ratio efficaciſsima, quia quidditates rerum ſunt ingenerabiles, incorruptibiles, & inſenſibiles; materia autem eſt cauſa generationis, corruptionis, & ſenſibilitatis:idcirco impoſsibile eſt pertinere ad ipſas quidditates: hæc ſunt pro parte Auerrois, & eum ſequentium.

Alia vero extrema ſententia tenens partem affirmatinam, nempe quòd materia ſpectat ad quidditatem rerum naturalium tanquam partem,eſt ipſius Auicēnæ,qui in hac parte non diſcrepat à ſententia Ariſto.immo eſt ipſamet doctrina Ariſt.vt narrat hic S.Thomas,& in.1.p. q.75.ar.4.
C vbi quærit, vtrum anima ſit homo, & in libello de ente, & eſſentia. Pro intelligentia ergo Cap.2.
huius veritatis,& opinionis ſciendum eſt primo, quòd duplex eſt pars;alia dicitur quantita- Pars eſt duplex.
tiua;alia vero quidditatiua; primo modo non poteſt dici quòd materia ſit pars eſſentiæ rerū naturalium. Secunda pars adhuc duplex eſt; quædam ſecundum rationem,quæ & ſi ſignificet totam eſſentiam,ſignificat tamen eam:non totaliter; ſicut genus dicitur pars eſſentiæ hominis, & rationale,ſiue differentia. Alia eſt pars realis ipſius eſſentiæ,ſiue formæ totius, & talis eſt materia,& forma partis,vt corpus,& anima rationalis in homine; forma vero totius includit materiam & formam partis,ſicuti humanitas.

Secundo eſt conſiderandum,quòd materia duplex eſt:quædam particularis,& ſignata cō- Materia duplex.
ditionibus indiuiduantibus,vt hæc caro,& hoc os,& talis materia nō eſt pars quidditatis rei. Alia eſt materia communis,quæ ſcilicet eſt pars alicuius ſpeciei, veluti carnes, & oſſa, quæ ſunt partes ſpeciei hominis inquantum homo, & talis materia eſt pars quidditatis rerum naturalium.

Tertio eſt conſiderandum,in quo decepti ſunt Aduerſarij,quòd hęc nomina eſſentia,quid
D ditas,quod quid erat eſſe,natura, & ſubſtantia vniuerſaliter ſumpta idem ſignificant realiter, licet ſecundum rationem, & ex connotato ſignificent quandā diuerſitatem; quia illud, per quod res conſtituitur in proprio genere, vel ſpecie,eſt quod ſignificamus per definitionem Eſſentia &
indicantem quid eſt res,& ideo nomen eſſentiæ idem exprimit quod quidditas, dicitur etiam quidditas
forma ſecundum quod per formam ſignificatur perfectio, vel certitudo vniuſcuiuſque rei;di ſunt id em.
citur etiam natura prout natura dicitur eſſe illud, quod quocunque modo intellectu capi poteſt;quia res non eſt intelligibilis,niſi per ſuam definitionem, & quia omnis ſubſtantia dicitur natura hoc modo,dicitur etiam eſſentia ſecundum quod eſſentia eſt id,per quod res habet eſſe. Hæc omnia clare habentur ex Boetio libro de duabus naturis, & vna perſona Chri Cap. 3.
ſti.& ex S.Thoma libro de ente,& eſſentia. Hinc dicimus quòd definitio eſt oratio ſignificās Cap.1.
quod quid erat eſſe,ſeu eſſentiam rei,ſeu ſubſtantiam,ſeu naturam, quia pro eodem hæc om Definitio
nia accipiuntur. quid eſt.

Quibus ſtantibus probatur modo hæc concluſio. Materia ſcilicet communis, & ſubſtrata formæ genericę, & ſpecificę dicitur eſſe pars quidditatis rei genericæ & ſpecificæ; quia cum materia particularis ſit de quidditate omnium indiuiduorum,quę continentur ſub ſpecie,ſequitur

quitur

Tex. 34.

quitur materiam eſſe de quidditate ipſius ſpeciei: antecedens patet ex Ariſto. hoc in textu, vbi A aſſerit, quòd ſi definiretur hic circulus, in eius definitione debuiſſent etiam poni inciſiones circuli; & ſi definiretur circulus in cõmuni, debuiſſent ẽt poni in cõi, & vniuerſaliter; ſicut ſi definiretur Callias, qui cõponitur ex hac materia & hac forma, in eius definitione debuiſſent poni hæc materia, & hęc forma: ergo ſi debet definiri homo in communi, in eius definitione debet poni materia, & forma cõmuniter ſumptę, & iſta eſt ratio fortiſſima, & peripatetica: cõſequentia probatur, quia illud, quod eſt de quidditate omnium indiuiduorum contentorũ ſub ſpecie, eſt etiam de quidditate ipſius ſpeciei vniuerſaliter conceptæ; aliter quidditas ſpeciei non diceret totam quidditatem indiuiduorum.

Sola forma nõ exprimitur per definitionem.

Secundo poteſt argui pro concluſione noſtra ſic: illud eſt quidditas ſubſtantię compoſitę naturalis, quod exprimitur per eius definitionem; ſed ſola forma non exprimitur, & ſignificatur per eius definitionem: ergo forma ſolum non poteſt eſſe quidditas ſubſtantiæ compoſitę naturalis: maior patet ex terminis; minor probatur, quia definitiones naturales per hoc differunt à mathematicis; quia iſtæ ſignificant ſolam formam, idest formam abſque materia ſenſibili: illę vero ſignificant formam, & materiam ſenſibilem. B

Et ſi quis Auerroiſtarum diceret, ꝙ ſignificari per definitionem duobus modis accidit. Primo, vt pars rei definitæ; ſecundo vt ſubiectũ rei definitæ, ſeu vt deferens rẽ definitam: per definitionem naturalem ſignificatur ſola forma, vt res definita, & ideo quidditas eſt ſola forma; materia autem ſignificatur, vt deferens quidditatem. Sed talis decipitur maxime, quia illud, quod eſt proprium accidentibus, ex imperfectione ſuæ eſſentię, non conuenit ſubſtantiis ſpecificis, ſed recipere in definitione aliquid extra eſſentiam ſuam, eſt proprium accidentibus ex imperfectione ſuæ eſſentiæ: ergo hoc non conuenit ſubſtantiis ſpecificis: maior patet ex terminis, quod enim eſt proprium alicui ex ſua imperfectione, non conuenit alteri habenti

Tex. 14.

perfectionem oppoſitam illi imperfectioni: minor habetur in hoc 7.

Et ſi quis etiam adhuc inſtaret dicendo, quòd proprium eſt accidentibus definiri per additamentum alterius generis, ſed hoc non conuenit ſubſtantiis; quia materia non eſt alterius generis ab eo, in quo eſt ſua quidditas delata, ſed in eodem genere eſt quidditas, & materia deferens quidditatem: ipſa autem accidentia definiuntur per additum diuerſi generis, ergo &c. Sed contra, quia hæc reſponſio eſt fuga potius: quoniam data hac reſponſione, ſequeretur C nullam eſſe differentiam inter definitionem formæ partis, & definitionem formæ totius, niſi forte ſecundum modum ſignificandi, cum vtraque per additum ſui generis definiatur, & ſic eadem erit definitio animę, & ipſius animalis; & tunc quemadmodum nullum genus prędicamenti ſubſtantiæ ponitur in definitione animę, ita nullũ poneretur in definitione animalis, quod eſt deſtruere vniuerſam philoſophiam.

Animalis & animę diuerſæ ſunt definitiones.

Tertio confirmatur noſtra concluſio ſic: ſi eſſentia & quidditas cuiuſcunque ſubſtantiæ naturalis eſt ſolum forma, quæ eſt intrinſeca ratio ſufficiens eſſendi rei, circumſcripta quacunque alia realiter differente; tunc res naturalis potuiſſet per ſe eſſe abſque materia, probatur, quia vnaquæque res poteſt per ſe eſſe ſtãte ſua tota quidditate, & eſſentia; ſicuti ſi forma ignis eſt tota quidditas ignis: ergo ignis poterit eſſe in natura ſine materia, & ſic materia eſſet ſuperflua in natura, quod patet ex hoc, quia ſi quidditas rerum materialium non includit materiã tanquam partem ſui, tunc non erit cauſata materialiter; ergo nec res materialis erit cauſata materialiter, & ſic fruſtra ponitur materia in rebus materialibus, nec materia erit cauſa, quia nõ poteſt eſſe niſi cauſa intrinſeca, & quia illud, cuius eſſentia eſt incauſata, ipſum quoq; erit incauſatum, quia prædicatum includitur in ſubiecto; quoniam quidditas rei, & ipſa res ſunt idẽ D realiter, & ſi vnum eſt incauſatum, eſt & reliquũ: patet ergo quòd ſi quidditas naturalis non includit materiam, tunc erit incauſata materialiter.

Materia eſt cauſa intrinſeca.

Quarto confirmatur, quia omne ens completum in genere, nulli alteri vnitur ad faciendũ vnum per ſe, ſed ſi vnitur facit vnum per accidens cũ eo, vel vnum aggregatione, vt aceruus, ſed ſi quidditas leonis eſt ipſa forma leonis ſine materia, tũc forma leonis erit ens incõpletũ in genere: ergo cuicunq; vnitur facit vnum per accidens; ſed vnitur materiæ: ergo forma leonis cum materia ſua non eſt vnum per ſe, ſed per accidens, vel aggregatione, vt aceruus lapidum, quod eſt falſum: maior patet, quia illa, quæ faciunt vnum per ſe, non ſunt completa in genere, ſed per reductionem, vt ſunt principia, & partes: minor patet, quia forma leonis eſt tota quidditas leonis; & leo eſt completum quoddam in genere. Immo ſequitur materiam eſſe nihil; quia quod non includit aliquam quidditatem in genere, nec eſt aliqua quidditas in genere, nec eſt pars quidditatis, nec eſt in genere per ſe, nec per reductionem, eſt nihil; ſed per Auerroiſtas materia eſt huiuſmodi, ergo materia erit nihil: quia nullum eſt ens extra genus,

Solus Deus eſt extra genus.

niſi

A niſi Deus,materia non eſt Deus:ergo erit nihil:maior patet, quia quicquid eſt in genere per ſolus Deus
ſe,eſt quidditas,vel includens quidditatem, vt leo; & quicquid eſt in genere per reductio- eſt extra ge-
nem,includitur in quidditate alicuius habentis quidditatem:minor eſt euidens, quia ſi ma- nus.
teria non pertinet ad quidditatem: nec etiam includit quidditatem,nec eſt pars quidditatis
&c. ſic de primo ad vltimum materia eſset nihil.

Quinto adeſt ratio efficaciſſima,quia in omni obiecto quidditatiue ſumpto, cui conuenit
aliqua paſſio adæquata, oportet inueniri intrinſece cauſam illius paſsionis: ſed res naturalis Materia eſt
contrarietati ſubiecta quidditatiue ſumpta, eſt illud,cui conuenit corruptibilitas per modũ cauſa corru-
paſsionis adæqnate: ergo in re naturali contrarietati ſubiecta quidditatiue ſumpta oportet ptibilitatis.
intrinſece inueniri cauſam corrupubilitatis, & talis cauſa non eſt niſi materia: ergo materia
erit pars eſſentialis quidditatis:maior patet,quia paſsio fluit ab intrinſecis principiis quiddi
tatis,aliter non conueniret ei,ſecundum quòd ipſa:minor probatur,quia corruptibilitas pri-
mo concluditur de re naturali ſubiecta contrarietati: id autem, quod aſſumptum eſt, quòd
materia ſit cauſa corrnptionis, cõceditur manifeſte in doctrina Auerr. Et confirmatur,quia
B quandocunq; aliqua ratio cõmunis connenit pluribus,conuenir eis per aliquod cõmune,cui
conuenit primo illa ratio ex 1.poſter.;ſed facere per ſe vnum conuenit huic formę, & huic,& Tex.11.
illi materiæ: ergo conuenit alicui cõmuni:illud autem cõmune eſt ipſa materia,& forma cõ-
muniter acceptæ,quæ primo faciunt per ſe vnũ,quod non eſſet,niſi ipſa meteria pertineret ad
quidditatẽ rei cõmuniter acceptæ.ergo &c.Poſtremo arguitur ſic ad cõcluſionem principalẽ:
quod eſt pars naturæ in rebus naturalibus,eſt pars qnidditatis, quia natura & quidditas ſunt
idem; ſed materia eſt pars naturæ in rebus naturalibus:ergo materia eſt pars quidditatis: mi-
nor eſt Ariſt. 2.phy.vbi probat naturam dici de materia & forma, & hæc eſt expreſſa ſentẽtia Tex.7.
Ariſt. hic, vbi excludit opinionem Platonis de ideis, qui dicebat,ſpecies rerum naturalium
eſſe per ſe exiſtẽtes ſine materia ſenſibili,quaſi materia ſenſibilis nõ eſſet pars ſpeciei:Philoſo
phus volens hoc improbare oſtẽdit,ꝙ materia ſenſibilis neceſſario eſt pars ſpeciei,& quiddi-
tatis:quo oſtenſo manifeſtè dicitur, quòd impoſsibile eſt eſſe ſpecies rerum naturalium ſine
materia ſenſibili,ſicut hominem ſine carnibus, & oſsibus: quia primo Ariſt. deſtruxit ideas
per hoc,quòd quidditas non eſt ſeparata ab eo, cuius eſt. Secundo, quia ſpecies ſeparatæ à
C materia non poſſunt eſſe cauſa generationis, neq; per modum generantis, neq; per modum
exẽplaris. Vltimus modus deſtruẽdi ideas eſt iſte videlicet,ꝙ materia ſenſibilis ſit pars quid-
ditatis rerum naturalium: ſi ergo hoc negatur, tunc nulla erit improbatio Ariſt. contra Pla-
tonem de ideis.

Eandem veritatem docuit manifeſtè Ariſt. 1. phy. vbi vult demonſtrare principia rerum Tex.66.
naturalium eſſe materiam, & formam, & exemplificat de homine muſico, qui componitur
ex homine,& muſico:& probat hoc dicens:reſolues enim rationem in rationes eorum; cum
ergo ratio rerum naturalium reſoluatur in rationem materiæ,& formæ:ergo ratio rerum na-
turalium claudit in ſe materiam & formam. Item 2. phy. aſſerit conſiderationem phyſicam Tex.2.
eſſe velut conſiderationem ſimi,quod dicit materiam & formam, & in definitione hominis
declarauit ſuperius debere poni carnem,& oſſa, & clarius in vltimis verbis ſecũdi phy.dixit: Tex.89.
ſunt enim in definitione quædam partes,vt materia. Et in 1.de anima hoc idem habet, de-
finitiones naturales debere eſſe per materiam ſenſibilem,quibus verbis coactus Auerroes di- Com.16.
xit,qui accipit materiã in definitione rerũ naturaliũ,& dimittit formam,diminutè accipit qui
D accipit formã, & dimittit materiã extimatur,ꝙ dimittit aliquid non neceſſarium.Sed non eſt
ita,qnia forma debet accipi in defihitionibus ſecundum diſpoſitiones,in quibus exiſtit. Et
in hoc 7.Ariſt.hoc idem docuit,vbi ponit parabolam animalis, quam conſueuit Socrates iu- Tex.39.
nior dicere,non bene ſe habet:ſuperfluum eſt enim auferre materiam à quidditatibus rerum
quarum quædam ſunt in hoc,ideſt forma in materia. Et in 8.huius haber, quòd omnis de- Tex.35.
finitio dicit quid,& quale,& oportet hæc eſſe vt materia,illud verò vt forma; & recitans opi-
niones definientium res materiales in eodem libro 8.dicit, quòd quidã definiebant per ma- Tex.6.
teriam ſolum,quidam per formam;& quidam per vtrumq́ue,& aſſerit, hos vltimos perfectè
definire:vnde commendat Architam Tarentinum, qui complectebatur in definitione mate-
riam & formam;& ſequitur in eodem 8.aſſerens,definitionem eſſe orationem longam, qnia Tex.8.
in ea ponitur materia & forma,& in 9. huius aſſerit, ꝙ in qnidditatibus compoſitorum acci-
dit error propter multitudinem partium,ex quibus ſunt compoſitæ; in quidditatibus ſimpli- Tex.22.
cium non accidit error,& per hoc differunt qnidditates ſimplices à compoſitis;qnia quiddi-
tates rerum compoſitarum habent materiam & formam. Hoc idem aſſerit Boetius in com Diſt.8.
mento prædicamentorum, vbi dicit, ꝙ vſya ſignificat compoſitum, vſy apud nos idem eſt
quod

quod eſsentia, ſi hoc vocabulum vertatur de græco in latinum, & dictum eſt, ꝙ eſsentia idem A
ſignificat quod quidditas.

His ſtantibus ſoluuntur omnes rationes Aduerſariorum. & primo ratio ipſius Ioannis,
quæ erat prima, ꝙ ſi materia eſt pars quidditatis, ratio Sophyſtarum non poteſt ſolui: neganda eſt conſequentia; quia non valet, homo habet quidditatem; ergo quidditas debet habere
aliquam quidditatem, quia eſt ſua quidditas, licet ſit idem realiter, non tamen eſt idem ſe-
Eorũ q̃ ſunt eadem realiter quicquid cõuenit vni conuenit alteri. cundum rationem, & illa propoſitio, quęcunque ſunt eadem, quicquid conuenit vni conue-
nit & alteri, tenet quando ſunt eadem re & ratione, modo quidditas, & illud, cuius eſt quid-
ditas diſtigunntur, vt habens, ab eo quod habetur, vnde licet definitio & definitum ſint idẽ,
non tamen definitio habet definitionem. Ad illud, quod ponit Ariſto. 2. phy. reſpondet
Tex. 28. S. Thom. ibidem, quòd licet partes ſpeciei, quæ ponuntur in definitione, comparẽtur ad ſup-
poſitum naturę per modum cauſę formalis, tamen ad ipſam naturam, cuius ſunt partes, com
parantur vt materia; nam omnes partes comparantur ad totum, vt imperfectum ad perfectũ,
quæ quidem eſt comparatio materię ad formam; omne enim ſuperius ſe habet vt formale re-
Tex. 8. ſpectu inferioris. Ad id, quod adducitur ex hoc 7. quòd Ariſt. diuidit ſubſtantiam in ma- B
teriam, formam, & compoſitum, & reliquit materiam, & compoſitum, & tractat de forma,
quę eſt quidditas: ergo ſola forma eſt quidditas: Dicitur primo, quòd non reliquit materiã
in communi, quæ eſt pars quidditatis, ſed materiam particularem, puta hanc carnem, & hoc
os. Dicitur ſecundo, quòd forma eſt duplex: altera forma partis, vt anima, altera forma totius
quæ dicitur humanitas: nunc dico, quòd Ariſt. tractat in hoc 7. de vtraq. forma, ideo materia
dicitur eſſe pars quidditatis, quæ quidditas dicitur forma totius. Ad id, quod adducitur
Tex. 13. ex 8. huius, quòd ad quæſtionem quid, reſpondendum eſt per formam, dicimus, vt tactum eſt
Tex. 28. in expoſitione illius dicti 2. phy. quòd materia prout ponitur in definitione, ſe habet vt for-
male quoddam, & propterea dicit quid. Nec facit contra nos definitio, quam tradit Ariſt.
Tex. 7. de materia in hoc 7. quòd materia non eſt quid, neque quale &c. hoc enim intelligi debet de
materia ſecundum ſe, & ſolitarie ſumpta, non autem de materia pront eſt ſubſtrata formæ ge
Tex. 8. nericæ ſiue ſpecificæ. Illud autem, quod adducitur ex 2. de anima, quòd anima dicitur quod
quid erat eſſe corporis, dicimus, quòd cum à forma ſumatur propria differentia, quæ eſt prin
cipalior pars definitionis, & completiua eiuſdem, poteſt dici appropriate, ſed non ſimpliciter C
Cap. 7. quòd eſt quod quid eſt, ſiue quidditas, quemadmodum 9. ethicorum Ariſtot. vocat ani-
mam ipſum hominem, quia eſt principalior pars hominis, & illud potiſſime videtur
eſſe vnumquodque, quod eſt principale in eo, ſicut quod facit rector ciuitatis, dicitur tota
ciuitas facere, & nomine puppis intelligitur tota nauis.

Ad rationem Achillini dicendum eſt, quòd licet materia particularis non ſit pars quiddi-
Materia cõis eſt pars quidditatis. tatis; materia tamen communis eſt pars quidditatis, nó autem deferens, vt ipſe putauit: quia
omne, quod ponitur in definitione, vel eſt quidditas, vel habens quidditatem, vel pars quid-
ditatis: ſi enim illud non eſt alterum trium, ipſum non eſt pars definitionis; ſed materia non
eſt quidditas, nec habens quidditatem: igitur erit pars eius, aliter forma tantum ſufficeret ad
hoc vt res naturalis exiſteret, vt alias dictum eſt, quod eſt manifeſte falſum.

Ad id, quod ponit Sueſſanus, dicendum eſt, quòd ſicut in ceteris ſuis dictis multa perple-
Pars definiti eſt etiã pars quidditatis. xa ſcripſit, ita & in hoc quęſito: implicat enim id, quod ipſe ponit, quòd materia ſit pars defini
ti, & non quidditatis, cum definitum debeat exprimi per definitionem, & definitum non eſt D
forma tantum, ſed eſt ipſum compoſitnm, vt dictum eſt, loquendo etiam de definito per ſe
primo, vel ſecundo, vel tertio quomodocunque capiatur, quemadmodum dictum eſt de men
te Boetii, & natura ipſa per ſe docet; quia homo eſt ille, qui definitur: ergo partes eius erunt
animal rationale, & ſumi debent à partibus rei, quę ſunt materia, & forma, & non loquimur
modo de forma partis, ſed de forma totius, quam etiam ipſe Sueſſanus non negat: ſi ergo de-
finitum eſt compoſimm, ergo & definitio eſt compoſita, non ex pluribus formis: ergo ex ma-
teria, & forma.

Theor. 39. Ad dictum Zimaræ reſpondemus, quòd etiã materia ipſa communis eſt vniuerſale quod-
dã, & obiectum intelligibile, & propterea ſua ratio non concludit, niſi de forma particulari.

Ad illud Pererii dicendum, quòd diſputatio noſtra eſt de quidditate, prout loquitur Ariſt.
in hoc 7. quia loquendum eſt vt plures, loquitur enim Ariſt. de quidditate, vt ſignificatur per
formam totius, & ideo ſuperuacaneum fuit diſtinguere vocabulum, quidditatis, prout perti-
Vnũquodq. noĩatur parte potiori in eo reperta. net ad integritatem ſubſtantię, & prout anguſtius atque preſſius ſumitur.

Auctoritates, quas adducit in fauorem Auerrois de mente Ariſt. Simplicij, Themiſtij, &
Alex. & Alberti Magni, iam expoſitæ ſunt à S. Thoma in alia auctoritate eis conſimili, quia
illud

A illud potiſſime videtur eſſe vnumquodque, quod eſt principale in ipſo: vnde nauis nominatur nomine ſuę principalioris partis, & dicitur puppis: ſic etiã totus homo nominatur nomine ſuæ partis principalis & dicitur anima, vt patet ex ipſamet veritate ſacrarum ſcripturarum 2. ad Corin. licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur; tamen is, qui intus eſt renouatur Cap. 4. de die in diem, vbi nomine, hominis, intelligit animam rationalem, quæ eſt homo interior, vt Homo duplex. exponit S. Thomas. 1. p. q. 75. ar. 4. Ad vltimam rationem dicitur quòd corruptibilitas, ſenſibilitas, & diſtinctio ſuppoſiti à natura inſequuntur materiam particulariter exiſtentem, non autem materiam abſtractam à ſingularibus, quia hæc, vt dictum eſt, prout ſubeſt formæ ſpecificę & genericæ, dicitur eſſe pars quidditatis, cum ſit declaratiua, & manifeſtatiua alterius.

Abeuntes vero ex actu non palam, vtrum quidem ſunt aut
B *non ſunt, &c. Tex. 36.*

Vtrum ſingularia ſint intelligibilia ab intellectu.

Dilucidatio decimatertia.

EXPONENS S. Thomas hæc verba, aſſerit, ſingularia non cognoſci in ſua eſſentia, niſi per vniuerſalia ſua; quia ipſa ſingularia non cognoſcuntur niſi dum ſunt ſub ſenſu, & imaginatione: & hæc diſputatio eſt antiqua inter S. Thomam, & Aduerſarios qui ſubſtinent ſingularia ſenſibilia per ſe eſſe intelligibilia à nobis pro præſenti ſtatu, & arbitrantur ſe hoc demonſtraſſe demonſtratiuis rationibus; quia intellectus complexus præſupponit incomplexum, ſed intellectus componit vniuerſale cum ſingulari, di- Cõplexum ſupponit incomplexũ.
C cendo Sortes eſt homo, & cognoſcit compoſitionem eſſe veram, vel falſam: ergo cognoſcit vtrumque extremum incomplexum, alias componeret ignorans. Secundo, probant idem, quia cognoſcens per ſe differentiam extremorum, per ſe cognoſcit illa extrema illius differentiæ, nam cum differentia ſit per ſe quædam relatio, nõ poteſt cognoſci niſi cognitis extremis; ſed intellectus noſter per ſe cognoſcit differentiam inter ſingulare, & vniuerſale: ergo per ſe cognoſcit vtrunque extremum: ſic enim arguit Ariſt. 2. de anima de ſenſu communi. Tex. 146. Tertio, intellectus diſcurrit à ſingulari ad vniuerſale, & econuerſo; ergo cognoſcit vtrumque extremum diſcurſus, conſequentia patet, quia aliter diſcurreret ignorãs: antecedens probatur, quia ſicut per ſyllogiſmum cognoſcimus concluſionem, ita per inductionem principia ex 1. Tex. 5. poſteriorum, ſed nulla potentia arguit diſcurrendo inductiue, niſi intellectus; ergo notiores ſibi ſunt pręmiſſæ, quàm concluſiones; ergo per ſe intelligit ſingularia, à quibus arguit diſcurrendo. Quarto, intellectus non imponit nomina rebus, quas ignorat; ſed intellectus imponit & attribuit nomina ſingularibus, quibus etiam attribuit ſecundas intentiones, puta ſingulare, indiuiduum, & huiuſmodi, & de his facit etiam propoſitiones, & opiniones, quę omnia pertinent ad intellectum: ergo intellectus noſter non ignorat ſingularia.
D Quinto, incognita non poſſumus diligere ſecundum Auguſt. 9. de Ciuit. Dei, Cap. 3. ſed magis & plus diligimus ſingulare, quàm vniuerſale: quia præceptum de dilectione magis eſt ſingulare, quam vniuerſale, vt ſcribitur 1. Ioannis, Cap. 4. qui non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum, quem non videt quomodo diligere poteſt? ergò intelligimus ſingulare. Sexto, niſi intellectus per ſe intelligeret ſingulare, voluntas non poſſet per ſe velle actum ſingularem, nec per conſequens peccare; conſequens eſt falſum: ergo &c. conſequentia probatur, quia voluntas non poteſt per ſe Volũtas fertur incognitum. velle, niſi quod eſt per ſe actu cognitum ab intellectu. Septimo, quicquid perfectionis eſt in potentia inferiori, ſcilicet ſenſitiua, eſt in potentia ſuperiori, quæ eſt intellectus: ſed perfectionis eſt in ſenſitiua cognoſcere ſingulare per ſe: ergo multo magis in intellectu. Octauo, ſpecies per ſe repræſentat illud, à quo gignitur, ſed quælibet ſpecies intelligibilis gignitur à ſingulari, patet quoniam non ab intellectu agente, quia tunc eſſet eius ſpecies, & principiũ intelligendi ipſum intellectum agentem: ergo per ſe repræſentat ipſum ſingulare. Vltimo, nullius eſt diſtincta memoria, niſi cuius præceſſit diſtincta appræhenſio; ſed intellectus habet diſtinctam memoriam actuum ſuorum, qui non ſunt ſenſibiles, & hoc inquantum ſunt ſingulares: ergo habet diſtinctam notitiam eorum, quando inſunt.

Diſt.3.q.7. Iſtorum opinionem ſequutus eſt Duran. 2. ſenten. confirmando ipſam tribus argumẽtis; A
quorũ primum eſt,intellectus incipit, vbi terminatur ſenſus, ſed ſenſus terminatur ad ſingu
lare: ergo a ſingulare incipit. Secundum eſt,quia vniuerſale abſtrahitur à ſingulari , vt à termi
no à quo: ergo ſingulare prius cognoſcitur,abſtractio.n.non niſi à noto fit. Tertium,ſingula
re primo mouet intellectum: ergo primo intelligitur, conſeqnentia patet: antecedens proba-
tur,quia actiones ſunt ſingularium, talis enim motio actio quędam eſt. Gregorius etiam
Diſt.3.q.1. Ariminenſis eandem tuetur ſententiam eiſdem fere rationibus.1.ſent. Sic etiã Ochan 1.ſent.
& Caietanus Thienenſis,& Burleus nomine Ridiculus,ſed doctrina Auerroica peritus,eiſdẽ
quæſt. 22. rationibus confirmãt hanc ſententiam . Ioannes de landuno in 3.de anima oſtendit intelle
ctum per ſe cognoſcere ſingularia eiſdem fere argumentis , quia phantaſma imprimit ſpeciẽ
primo in intellectu,per quam licet cognoſcat vniuerſale,attamen poſtea voluntate applican-
te abſque alia ſpecie,ipſemet intellectus cognoſcit ſingulare . Sic etiam nonnulli moder-
quæſt.12. niores hanc opinionem tueri videntur,de numero quorum eſt Franciſcus Toletus 3. de ani-
ma,vbi aſſerit intellectum per propriam ſpeciem ſingularia cognoſcere,& dicit, hanc ſenten
tiam eſſe probabiliorem,& multum veritati conformem . Sic etiam & Benedictus Pererius B
Cap. 16. de communibus omnium rerum naturalium principiis,& affectionibus lib. 3.vbi aſſerit,ſin-
quæſt. 3. gulare cognoſci diſtincte,& prius quàm vniuerſale. Sic quoque Petrus Fonſeca t.huius ni-
titur probare contra S.Thomam Capreolum,& Caietanum intellectum cognoſcere ſingula-
ria per proprium,& peculiarem conceptum. Tum quia intellectus format propriũ verbum
de ſingularibus,ſiue nomen mentale. Tum quia ea , quæ ſunt in voce,ſunt ſigna eorum , quæ
ſunt in mente;in voce autem ſunt propria nomina ſingularium materialium : ergo & in intel
lectu. Tum tertio,qnia omnia ſingularia percipiuntur à noſtro intellectu,non ſolum vt conti
nentur in ſuis vniuerſalibus,ſed etiam in ſe ipſis, immo vult S. Thomam eſſe huius opinio-
q.86.ar.1. nis,quia 1.p.aſſerit,quòd intellectus noſter format hanc propoſitionem , Sortes eſt homo,
quod certe non iudicatet poſſe fieri,niſi per proprium cõceptum Sortis. Adducit etiam Fran-
Cap. 65. ciſcum Ferrarienſem lib. 1.contra Gentiles, qui eſt Thomiſta , & aſſerit eandem veritatem.
q. 13. Hanc etiam ſententiam docuit Gabriel Zerbus Veronenſis in hoc 7.vbi aſſerit , ſingulare
quomodolibet ſumptum ſiue materiale , ſiue immateriale , non ſolum eſt per ſe intelligibi-
le,ſed etiam primum intelligibile quantum eſt ex ſe;immo aſſerit ipſe Fonſeca hoc eſſe de in C
diſp. 14. tentione omnium græcorum,& Arabum . Sneſſanus quoque in hoc 7.declarat ſingularia
immaterialia dedncta à materialibus,vt actus intelligendi, ſingulares actus credendi,& id ge
nus,talia omnia ſingularia per ſe intelligi poſſe ab intellectu noſtro intuitiue; ſic etiam ſingu
laria materialia,& ſenſibilia intuitiue cognoſcuntur ab intellectu noſtro . Hæc ſunt quę po-
tui colligere ab Aduerſariis.

Supereſt modo videre veritatem huius quęſiti, verum quia hęc diſputatio eſt animaſtica
pertinens ad tertium librum de anima,quatenus qnęrit de intellectione ſingulariũ reſpectu
In prologo. noſtri intellectus eſt naturalis,& phyſica,vnde tractatur 1.phyſi.à multis , vbi diſpntatur , an
vniuerſale ſit primo cognitum ab intellectu noſtro,immo etiam eſt poſterioriſtica,vt patet in
Tex 5. primo poſteriorum,vbi Ariſt.docet demonſtrationem eſſe ex vniuerſalibus,& dicit ibi,quòd
vniuerſalia poſterius cognoſcuntur quàm ſingularia, eſt etiam & metaphyſicalis , vt patet in
Diſt. 50 hoc præſenti textu;eſt etiam & theologica,nam diſputatur à multis theologis in 4.ſent. qu ia
anima ſeparata recordatur peccatorũ ſuorum,quę ſunt actus ſingulares ; propterea expediẽs
ſatis iudicaui omni ex parte diſcutere hanc veritatem. D

Singularia ſunt in duplici differẽtia. Pro cuius notitia ſciendum eſt primo,quòd ſingularia ſunt in duplici differentia . Quæ-
dam ſecundum ſui naturam ſunt per ſe intelligibilia,licet non à nobis,vt ſubſtantię ſeparatæ
quas noſter intellectus magnitudini coniunctus non poteſt quidditatiue intelligere , ſed tan-
tum per effectns . Quædam ſunt ſingularia materialia, & hæc adhnc ſunt in duplici differẽ-
tia . Qnædam mathematicalia,& quędam ſenſibilia: & vtraque poſſunt dupliciter conſide-
rari. Vno modo quantum ad formam,quam includunt , & ſic quantum ad eorum naturam
ſunt intelligibilia,qnia omnis forma eſt actus quidam;vnumquodqne enim eſt cognoſcibile
in ſe ; ſecundum quòd ipſum dicitur eſſe in actu. Alio modo poſſunt conſiderari ſecundum
quòd conſtituuntur in eſſe indiuiduali per materiam ; & tali modo ſecundum naturam eorũ
non ſunt ſecundum ſe intelligibilia , ſed bene in alio , ſcilicet in natura ſpecifica , & ratio eſt;
quia illud , quod ſecundnm ſui naturam eſt per ſe intelligibile , poteſt per ſe intelligi à quo-
cunque intellectu , niſi ſit per excellentiam ipſius intelligibilis : quòd enim natura Angelica
non poſſit intelligi ab intellectu noſtro pro ſtatu iſto , hoc eſt propter excellentiam eius , ſed
indiuidua materialia conſiderata in eſſe indiuiduali,non poſſunt per ſe intelligi ab intellectu
noſtro;

A noſtro, cum non ſint abſtracta ab hic,& nunc;igitur ex natura ipſorum eſt,quòd non ſint intelligibilia; eſt enim vnumquodque intelligibile ex natura ſui ſecūdum quòd eſt in actu, & ſecundum quòd eſt in potentia recedit ab actualitate; ſed indiuidua materialia vt ſenſibilia ſunt,dependent à materia,quæ ſecundum ſe non eſt in actu: ergo talia ſecundum ſe non ſunt intelligibilia.

Vnūquodq; intelligitur, prout eſt in actu.

Secundo eſt notandum;quòd ſingulare dicitur reſpectu alicuius vniuerſalis, & quot modis diuerſificatur vniuerſale,tot modis particulare diuerſificari contingit: vniuerſalia autem ſunt duplicia. Quædam enim ſunt,quæ à ſui natura materiam totaliter excludunt, ſic quòd non modo in ratione ſua non includunt materiam, ſed etiā eſt de eorum ratione non habere materiam, ſicut ſunt vniuerſalia genera, & ſpecies ſubſtantiarum ſeparatarum. Quædam autem ſunt vniuerſalia,quæ in ratione ſua materiam vniuerſalem includunt, ſicut ſpecies rerum corporalium;ſi enim definiatur homo definitione naturali, dicetur, quòd eſt quoddam compoſitum ex carnibus,& oſſibus,neruis,& anima rationali; & huiuſmodi,ſingularia igitur optime diuiſa ſunt à nobis, quòd quædam ſunt metaphyſicalia, vt hæc intelligentia Saturni,
B vel Iouis, quædam mathematicalia, vt hæc linea,& hic triangulus:quædam naturalia,vt Sortes & hic homo.

Vniuerſalia ſunt duplici differentia.

Tertio notandum eſt,quòd aliquid poteſt cognoſci tribus modis. Vno modo cognitione eius in ſe,& ſic dicimur cognoſcere res intuitiue,vt quādo ego video roſam in ſe ipſa: ſecundo aliquid dicitur cognoſci mediāte aliquo repræſentatiuo, ſicuti cognoſco modo roſam mē ſe Ianuarii,in quo non eſt,& hæc cognitio vocatur abſtractiua. Tertio dicitur aliquid cognoſci deductiue,eo modo,quo cauſa cognoſcitur per effectum, à quo deducitur eius cognitio; cognoſcitur etiam aliquid vel in confuſo,& potentialiter, vt cognoſcens hominem conceptū in animali;& aliquid agnoſcitur diſtincte,& determinate, vt quando res cognoſcitur in propria natura ſecundum quod eſt,vt definiens hominem per hoc,quòd eſt animal rationale.

Trifariā aliquid cognoſci poteſt.

Quarto eſt notandum, quòd intellectus noſter dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo vt intellectus eſt,& ſic nō eſt cognoſcitiuus niſi vniuerſalium,quia principium ſingularitatis in rebus materialibus eſt materia indiuidualis,& intellectus,quando intelligit,abſtrahit ſpeciem intelligibilem ab huiuſmodi materia: propterea intellectus vt intellectus eſt,non cognoſcit niſi vniuerſalia. Alio modo poteſt conſiderari intellectus,vt eſt coniunctus ſenſibus,præcipue cogitatiuæ,& ſic intellectus cognoſcit ſingularia, non proprio conceptu, ſed conceptu alieno,nec cognitione abſtractiua,aut intuitiua,ſed potius cognitione arguitiua;quia quā do cognoſco vniuerſale,puta hominem,& cognoſco quòd non ſubſiſtit per ſe, arguo & concludo quòd in rerum natura datur quædam res ſingularis, quæ differt ab vniuerſali,quod cognoſcitur per abſtractionem,& ſic arguitiue,confuſe, & conceptu alieno vt ſenſibus alligatus intellectus ſingularia cognoſcere poterit. Hæc eſt ſententia Capreoli 1.ſent.docentis, non dari in nobis vllum proprium,& peculiarem conceptum rerum materialium ſingularium.

C (margin letter beside "ſcit niſi vniuerſalia")

Intellectus dupliciter cōſideratur.

Dist. 3.

Ex hoc notabili ſoluuntur argumenta ipſius Fonſecæ in 1.huius,vbi contra Capreolum, & Caietanum exiſtimauit ſe probare ſingularia poſſe cognoſci ab intellectu per proprium conceptum;quia proprius conceptus rei nil aliud eſt, quàm proprium verbum mentis, ſiue nomen mentale,quo intellectus ipſe ſecum quaſi loquitur: ſiue illud ſit productum per actum intelligendi, ſiue ſit ipſe actus intelligendi; ſed intellectus non tantum ratiocinatur de vniuerſalibus,ſed etiam de ſingularibus,tam materialibus,quàm immaterialibus; igitur concipit
D ſingularia omnia per proprios conceptus. Soluendo formaliter hanc rationem neganda eſt minor,quòd eodem modo intellectus ratiocinetur de vniuerſalibus,& ſingularibus;quia modus cognoſcendi ſingularia eſt iſte. Primo enim ſingulare immutat ſenſum particularem, puta hæc albedo immutat viſum,deinde phantaſiam,quę ſimul cum intellectu agente cauſat ſpeciem intelligibilem in intellectu poſſibili; & quia illa ſpecies repræſentat ſolam quidditatem;cum ſingulare, & phantaſma per quidditatem tantum ſpeciem intelligibilem cauſent, ideo intellectus per illam ſpeciem primo naturam vniuerſalem intelligit; deinde per cognitionem obiecti vniuerſalis redit in cognitionē ſui actus; & quia actus cauſatus eſt à ſpecie intelligibili;ideo per cognitionem actus redit in cognitionem ſpeciei intelligibilis,quæ fuit principium actus;& quia ſpecies eſt abſtracta à phantaſmatibus,per cognitionem ſpeciei reuertitur ad cognitionē phantaſmatis,& per phantaſma cognoſcit ſingulare. Vt res clarior fiat ponitur tale exemplum: Sortes,& Plato prius immutant ſenſum exteriorem,deinde in phantaſia cauſant eorum phantaſmata,quippe quæ cum intellectu agente producunt ſimilitudinē hominis in intellectum poſſibilem, qua ſimilitudine ipſe intellectus informatus cognoſcit directe humanam naturam, deinde reuertitur ad cognoſcendum ſuum actum, & per illum

Quæſt. 3.

Intellectus non æqualiter ſe habet circa vniuerſalia & ſingularia.

Intellectus directe cognoſcit vniuerſale.

actum cognoſcit ſpeciem intelligibilem,& per ſpeciem intelligibilem cognoſcit phantaſma- A
ta, & per ipſa phantaſmata poſtremo cognoſcit Sortem, & Platonem, ex quo clare colligi-
tur quòd ſingulare per propriam,& diſtinctam ſpeciem,quæ ſcilicet ipſum repręſentat diſtin
ctè intellectui, quantum ad ſuam ſingularitatem non cognoſcitur, ſed per ſpeciem vniuerſa-
Opinio Neotericorum. lem,tanquam per principium,quo intellectus intelligit, & actum intellectus producit: per
phantaſmata autem tanquam per id, in quo ipſum ſingulare intuetur.

Et ſic etiam ſoluitur ſecunda ratio ipſius Petri Fonſecæ,arbitrantis ſe demonſtrare, quòd
cum propria nomina ſingularium ſint in voce; ergo & in intellectu, neganda eſt conſequen-
tia,quia intellectus abſtrahit ab hic,& nunc,vt dictum eſt. Ad tertiam quoque rationem,
in qua dicebat,ſingularia percipiuntur ab intellectu in ſuis vniuerſalibus,& in ſe ipſis,negan
dum eſt antecedens quantum ad ſecundam partem. Illud quoque quod aſſerit, ſingularia
cognoſci per proprium conceptum,eſſe de mente S.Thomæ, & Ferrarienſis, Græcorum, &
Arabum,ſibi negamus,& ipſe nullibi oſtendit,propterea tenendum eſt, vt latius inferius oſtẽ
demus ſingularia alieno conceptu,& non proprio cognoſci ab intellectu.

Iſtis ſic ſtantibus ponuntur duæ concluſiones, quarum prima eſt. Intellectus noſter non B
Singularia cognoſcuntur indirectè ab intellectu. poteſt directè,& primo cognoſcere ſingulare materiale: probatur primo, quia intellectus in-
telligit abſtrahẽdo à materia indiuiduali: ergo illud,quod primo intelligit & directè, eſt vni-
uerſale,& non ſingulare: antecedens eſt manifeſtum ex ſe: conſequentia quoad primam par-
tem probatur,quia vniuerſale eſt abſtractum à conditionibus indiuidualibus: probatur etiã
quoad ſecundam partem, quia materia indiuidualis eſt principium ſingularitatis. Proba-
tur ſecundo, quia ſi ſingulare directè, & per ſe primo eſt cognitum ab intellectu per Aduer-
ſarios: igitur intellectus agens non eſt neceſſarius: probatur conſequentia, quia intellectus
Cur ponitur intellectus agens. agens ad hoc ponitur,vt abſtrahat ſpeciem vniueſalem à phantaſmate ſingulari. Tertio ſic,
ſingulare eſt quid materiale,& intellectus eſt immaterialis; ergo non poteſt intellectus ipſum
intelligere: conſequentia probatur,quia nullum materiale poteſt agere in immateriale, cum
ergo ſingulare ſit materiale quoddam,non poterit ab intellectu intelligi. Quarto,obiectum
Tex.9. intellectus ex Ariſto.3. de anima eſt quod quid eſt: ſed ſingulare nõ habet proprie quod quid
eſt: ergo non poteſt ab intellectu intelligi: probatur minor,quia tunc ſingulare eſſet definibi-
Tex.36. le,& de ipſo eſſet proprie ſcientia, quorum vtrunque eſt contra Philoſophum in hoc 7. tũ C
quia infinitæ poſſent eſſe ſcientiæ,cum infinitas non repugnet ſingularibus; tunc quia habẽs
notitiã perfectam de ſpecie ſpecialiſsima,haberet imperfectam & in potentia de quolibet ſin
gulari: ſicut habens perfectam notitiam de genere, habet imperfectè & in potentia notitiam
de qualibet ſpecie ipſius: ſed hoc conſequens eſt falſum: nam agens per cognitionem non po
teſt perfectiſsime ſe dirigere in agendo, niſi perfectiſsime cognoſcat agibile, quantum ſibi
poſsibile eſt: ſed artifex per artem de domo tantum vniuerſalem perfectiſsime ſe dirigit in
operando hanc domum particularem, ita perfectè,ſicut ſi eãdem prius aut vidiſſet, aut nouiſ
ſet: ergo domus facta non eſt apta perfectius cognoſci ab artifice,quàm in vniuerſali. Quin-
to intellectus non eſt quantus,nec eſt in loco,nec eſt in ſitu: ergo non poteſt cognoſcere dire-
Singulare materiale nõ cognoſcitur per propriũ conceptum. ctè,& per proprium conceptum ſingulare ſenſibile,quod eſt quantum,in loco, & ſitu: conſe-
quentia patet,quia hoc non poteſt agere in intellectum. Sexto, ita ſe habet ſenſus ad ſingu-
lare,ſicut intellectus ad vniuerſale: ergo per commutatam proportionem, ſicut ſenſus non
poteſt cognoſcere directè vniuerſale,quia eſt obiectũ ipſius intellectus: ita nec intellectus po-
terit p ſe primo,directè,& per propriũ cõceptũ cognoſcere ſingulare,ſed tm̃ per cõceptũ alie- D
nũ ſicuti cum concipimus ſapientiam infinitam,eſſe rem quandam excellentiſsimã, ſub eſſe
arguimus, quid tamen ſit res illa, ignotum eſt;& ſic quodammodo eſt nota,& quodammo
do ignota; nota quidem in alio, ſcilicet in conceptu ſapientiæ infinitæ: ignota vero ſecundũ
ſuam rationem formalem,& in proprio conceptu, nota dico arguitiue; ignota directè; nota
quantum ad quæſtionem quia eſt; ignota quantum ad quæſtionem quid eſt; ſic etiam ſingu-
Cogitatiua eſt ratio particularis. lare materiale dicitur notum intellectui noſtro coniuncto cogitatiuæ, quę eſt ratio particula-
ris, non directè & per proprium conceptum,ſed indirectè,arguitiue,& conceptu alieno.
Septimo,ſi intellectus cognoſceret ſingularia materialia per ſe, & directè, tunc fruſtra pone-
rentur ſenſus,quia non eſſent neceſſarii ad cognoſcenda ſingularia, & multitudo non eſt po-
nenda ſine neceſſitate. ergo,&c.

Tex.49. Hæc concluſio eſt de mente Ariſt 1.phyſ.vbi dicit, vniuerſale eſt notum ſecundum rationẽ,
Tex 66 ſingulare vero ſecundum ſenſum:& 2.de anima, vbi aſſerit intellectum eſſe vniuerſalis, & ſen
Tex.9. ſum ſingularis. & 3. de anima, vbi aſſerit ſenſũ cognoſcere carnem; intellectum vero quod
Cap.11. quid eſt carnis: & 5. huius, vbi aſſerit expreſſe ſingularia eſſe nota ſenſibus,& clarius in præ

ſenti

A ſenti litera docet ſingularia abeuntia non eſſe nota , an ſint, vel non; quòd ſi cognoſcerentur
ab intellectu, falſa eſſent verba Ariſt. & hoc etiam docuit Porphyrius in prædicabilibus , vbi Cap.2.
dixit, quòd iubet Plato quieſcere in ſpeciebus , & ſingularia eſſe relinqnenda ab arte.

Secunda concluſio eſt. Intellectus noſter poteſt intelligere ſingularia materialia indirecte:
probatur ſic, intelligens non niſi per conuerſionem ad phantaſmata ſingularium , indirecte
poteſt ipſa intelligere, ſed intellectus noſter eſt huiuſmodi, vt patet ex Ariſt. 3. de anima, vbi Tex.39.
dicit, neceſſe eſt intelligentē phantaſmata ſpeculari: ergo concluſio vera , quæ expreſſe habe-
tur 3. de anima ab Ariſt. vbi dicit, quòd intellectus intelligit ſingularia per lineam reflexam Tex.10.
& Auerroes exponit per lineam ſpheralem. Vbi nota, quòd loquimur hic de ſingularibus ſi- Singulare
gnatis, vt Sortes, & hoc album, nō autem de ſingulari vago, vt aliquis homo, & aliquis equus. duplex ē vagum & ſignatum.
Ex iſtis concluſionibus ſequitur corrollarium hoc primum. Singulare vt ſingulare eſt intelli-
bile per ſe, ideſt ex natura ſua; quia cum ſingulare ſit ens per ſe; ex conſequenti eſt per ſe in-
telligibile, quia vnumqnodque intantum eſt intelligibile, inquantum eſt ens. Secundum
corollarinm eſt. Singulare materiale nō poteſt eſſe per ſe intelligibile, quia cum claudat mate-
B riā & conditiones indiuiduātes ex natura ſua, repngnat ſibi intelligi ab intellectu. Hæc deter
minatio eſt. S. Tho. 1. p. & in quæſt. de veritate; & in quolib. & in pluribus locis ſuæ doctrinæ, q.86. ar. 1.
vt eſt videre apud ipſum. Ex quo ſeqnitur quàm male intellexit Archiepiſcopns Amalphita- quæſt. 5.
nus S. Thomam in quæſt. ſuis metaphy. præcipue in hoc 7. vbi quærēs, num ſingularia intel- quæſt. 10.
ligantur à noſtro intellectu, affirmat ea non intelligi nec directe, nec indirecte.

His ergo determinatis facilis eſt ſolutio ad rationes Aduerſariorum: & prima ratio erat, in-
tellectus complexus præſupponit incomplexum, &c. hæc ratio ſoluitur à S. Thoma vbi ſu-
pra, quòd intellectus noſter directe non eſt cognoſcitiuus niſi vniuerſalium, indirecte autem,
& quaſi per quandam reflexionem poteſt cognoſcere ſingulare , & ſic concedimus totum ar-
gumentum, quòd intellectus noſter cognoſcit extrema huius propoſitionis, Sortes eſt homo,
ſed non eodem modo. Deinde dicimus, quòd homo eſt ille, qui cognoſcit complexum , &
incomplexum, ſed per intellectum cognoſcit vniuerſale, & per cogitatinam cognoſcit ſingu-
lare. Et ſic etiam ſoluitur ſecunda ratio, quæ formaliter eſt ſoluta à S. Thoma, vbi ſupra. Homo cognoſcit vni-
Tertia ratio, in qua dicitur, quòd intellectus diſcurrit à ſingulari ad vniuerſale, &c. ſoluitur uerſale & ſin
C quia cogitatiua eſt illa, quæ facit hūc diſcurſum inter particularia, & hoc eſt propter maximā gulare per
propinquitatem, quam habet ad intellectum, vnde dicitur ratio particularis: & ſi aliquando diuerſas po-
intellectus concurrit ad cognoſcendnm ſingulare, non eſt niſi adiutus à cogitatiua. Quarta, tentias.
in qua dicitur, quòd intellectus non imponit nomina rebus quas ignorat, ſoluitur dicendo
hoc verum eſſe; falſum autem, quòd cognoſcat ſingularia materialia directe, ſed tantum indi-
recte, vt dictum eſt. Ad quintam rationem, in qua dicitur, qnòd niſi intellectus per ſe intel-
ligeret ſingulare, voluntas non poſſet per ſe velle actum ſingularem &c. dicimns, quòd eſt ve
rum, ſed intellectus non cognoſcit per ſe, & per proprium conceptum ipſum ſingulare mate-
riale, ſed tantum reflexe; directe antem cognoſcitur à ſenſu per propriam ſpeciem ſenſibilem
cauſatam in ſenſu à ſingulari materiali, quæ repræſentat obiectum vt hic, & nunc, & vt exi-
ſtens. &c. Sextam quoque rationē, in qua dicebatur, quicquid perfectionis eſt in potentia in-
feriori, &c. ſolnit S. Thomas 1. p. quòd virtus ſuperior poteſt illud, quod virtus inferior, ſed q.86. ar. 1.
eminentiori modo; vnde id, qnod cognoſcit ſenſns materialiter, & concrete, quod eſt cogno- Quicquid
ſcere ſingulare directe, agnoſcit intellectus immaterialiter, & abſtracte, quod eſt cognoſcere facit virtus inferior facit
D vniuerſale. Poteſt etiam dici, quòd illa maior tenet in potentiis eiuſdem ordinis; modo & ſuperior.
ſenſus & intellectus non ſunt eiuſdem ordinis. Ad ſeptimam, in qua dicitur, qnòd ſpecies
per ſe repræſentat illud, à qno gignitur &c. dicimns, qnòd verum eſt, nihilominus illa ſpecies
non recipitur in intellectu directe, & immediate, ſed tantū indirecte. Ad octauam dicimus,
quòd ſi loquitur de memoria animæ coniunctæ, quòd memoria ſingularium non eſt intelle- Memoria duplex intelle-
ctiua, ſed tantū ſenſitiua, ſi de memoria animæ ſeparatæ intelligere contendit: opinio S. Tho. ctiua & ſenſi
eſt, quòd anima ſeparata non intelligit per ſpecies innatas, nec per ſpecies, quas tūc abſtrahit, tiua.
ſed per ſpecies conſeruatas, quæ repræſentāt vniuerſalia, & per ſpecies ex influentia diuini
luminis participatas, vt patet expreſſe in 1. p. & ſic ſoluitur ratio ſequens. Ad illam, in qua q.89. ar. 1.
dicebatur, incognita non poſſumns diligere ſecundum Auguſt. &c. dicimns, quòd ſingula- Cap. 30.
ria materialia non ſunt incognita intellectui noſtro, cum cognoſcantur ab eo indirecte, vt
dictum eſt, &c.

Ad primum Durandi dicimus, quòd intellectus non incipit ab eo, in qno finit ſenſus, ſed
à proximo ſibi; hoc autem eſt vniuerſale corporeum; falſum eſt enim, qnòd potentiarum or-
dinatarum poſterior incipat à termino prioris, ſed bene à proximo ſibi; vnde cogitatiua non

à ſeoſatis, ſed ab intentionibos elicitis perficitur. Ad ſecundum dicitur falſum eſſe, quòd A oporteat abſtractionem fieri à noto, loquendo tam de abſtractione intellectus agentis, quàm poſſibilis; de agente quidem patet; de poſsibili vero manifeſtum eſt ex ipſomet ſenſu; viſus enim abſtrahit colorem ab odore pomi ignoto ſibi; tali enim pacto intellectus poſsibilis cognoſcit voiuerſales, & non particulares conditiones rei. Ad tertium dicitur, qoòd ſi eſt ſermo de iotellectu vt res eſt, conceditur, quòd primum mouens ſit ſingulare, non materiale, ſed immateriale, ſcilicet intellectus agens: falſum eoim ſupponitur, ſcilicet quòd in tali motione ſit obiectum tanquam primum mouens: ſed tunc conſequentia nihil valet; ergo ſingulare primo cognoſcitur, quia intellectus agens & obiectum in phantaſmate in hoc primo ordine non mooet obiectiue, ſed actiue potius: ſi vero eſt ſermo de intellectu, vt intellectus eſt, ſic conceſſo quòd primum moues ſit obiectom, negatur, quòd ſit ſingulare, ſed dicitur, quòd eſt natura voiuerſalis, quæ obiectiue mouet, & facit intellectum eiſe in actu, quoniam illa eſt primo repræſentata per ſpeciem intelligibilem: ſingulare autem non oiſi per lineam ſpheralem agooſcitur, vt aſſerebat Aoerroes; motiua aliorum doctorum, quia includuntur in his, quæ tacta & ſoluta ſuot, non oportet addere. B

Non omnis abſtractio ſit a noto.

Natura uniuerſalis obiectiue mouet intellectum.

Si ergo genus ſimpliciter non eſt præter eas, quæ vt generis ſpecies, aut ſi eſt quidem, &c. Tex. 43.

Num conceptus generis ſit alius à conceptu ſpeciei.

Dilucidatio decimaquarta.

SANCTVS Thomas interprætando hæc verba præſentia aſſerit, quòd animal non inuenitur, quod nõ ſit oec homo, nec bòs, nec aliquid aliud huiuſmodi; aut ſi inuenitur aliquid, quod eſt genus præter ſpecies, ſic acceptum vt eſt prçter ſpecies, non accipitur vt genus, ſed vt materia; nam licet idem ſecundum nomen poſsit eſſe genus & materia; ooo tamen idem eodem modo acceptum; materia eoim eſt pars integralis rei, & ideo de re prædicari non poteſt, non enim poteſt dici, quòd homo ſit caro, & os; genus autem prædicatur de ſpecie, vnde oportet, quòd ſignificet aliquo modo totum, & ſic corpus poteſt accipi vt materia animalis, & vt geous. C

Occaſio quçſiti.

Occaſione huius interprætationis Aliqui quærunt, num conceptus generis ſit alius à conceptu ſpeciei. Et reſpondẽt per duas concluſiones iuxta ſenteotiam ſuam, quarum prima eſt, Conceptus generis in ſe eſt vnus: quam ſic oituntur probare; omnis intellectus habens in ſe certitudinem de aliquo, & dubitans de omnibos determinantibus illud, habet de quo eſt certus conceptum vnum alium ab aliis, de quibus dubitat, alioquin eſſet certus de oihilo; quia de nullo conceptu: ſed intellectus poteſt eiſe certus de inhærentia cooceptus generis alicui, dobitando de quocunque conceptu ſpeciei, vt ſi per proprietatem conuertibilem cum genere demonſtraret ipſum genus de aliquo demonſtratiooe quia: puta ſi per mouere demõſtret de aliqoo, quòd ſit animal, de quo oeſcitur aliqua ſpecies generis, ſed dubitatur: ergo iotellectus habet de illo genere aliquem vnum conceptum alium à conceptibus ſpecierum, de quibus dubitat. D

Tex. 12.
Tex. 24.

Secundo probãt eandem concluſiooem ſic: differentia ſunt diuerſa aliquid idem entia ex 5. huius: & clarius ex 10. ita quòd magis vnum ſunt differentia in illo, io quo conueniunt, quàm ſiot in illo, in quo differunt, alioquin non eſſent differeotia, ſed primo diuerſa: ergo illod, in quo ſuot idem, magis eſt in ſe vnum, quàm illa, in quibus differunt; ſed ſpecies generis proprie differunt differentiis, & ſunt idem genere: ergo genus eſt magis vnum, quàm differentiæ, quibus differunt, quod oon eſſet, niſi generis eſſet vnus conceptus; nam ſi plures, ita eſſent illi diuerſi, ſicut conceptus differẽtiarum quoad hoc, quòd ſpecies nihil vnum eſſent.

Genus prçdicatur de ſpecie I coquod quid.

Tertio, genus proprie & in quid prçdicatur de ſpecie: ergo ſecundom aliquem conceptum non eundem ſpeciei, quia tunc eſſet prædicatio eiuſdem de ſe: ergo ſecundum alium conceptum à conceptu ſpeciei, & ſimiliter eſt de quacunque ſpecie; ſed ille alius à quacunque ſpe-

cie

A cie eſt vnus in ſe, alias tot eſſent genera, quot ſpecies: quod eſt abſurdum. Et confirmant, quia alias nomen generis non eſſet vniuocum, niſi ſignificaret vnum conceptum.

Secundã concluſionem ponunt, quæ talis eſt. Conceptus generis eſt alius à conceptu differentiæ: probatur, quia differentia non participat genus, nec econtra; ſed ſunt omnino alterius rationis; vnde conceptus generis eſt ita alius à conceptu differentiæ, quòd eſt primo diuerſus, in nullo conueniens cum eo, & ex hoc ſequitur, quòd eſt alius conceptus à conceptu ſpeciei, ſicut particulare à totali; nam ſpecies eſſentialiter & formaliter includit conceptum generis, & differentiæ; ſi ergo eſt alius à conceptu differentiæ, ſequitur quòd eſt alius à conceptu ſpeciei, non totaliter, ſed partialiter.

Sed quòd hæc poſitio ſit falſa in ſe, & quoad concluſiones, & rationes probo ſic: primo arguendo contra primam concluſionem; & quæro, aut conceptus generis eſt in ſe vnus, & idem cum conceptu omnium ſpecierum eius, aut non eſt idem; ſed alius, & diſtinctus ab illis, ſicut ipſi dicunt: ſi eſt idem, ſequitur, quòd non eſt vnus diſtinctus ab illis, vt videtur innuere concluſio: ſi nõ eſt idem ſed alius & diſtinctus, ſequitur quòd non eſt vnus communis omnibus, B quod eſt contra rationem generis. Præterea, docet Porphyrius in prædicabilibus, quòd genus eſt in ſpecie, & ſpecies in genere, nunc ſic, aut ſpecies ſunt in genere in actu, aut in potentia: primũ dici non poteſt, quia tunc contraria erunt in eodem ſimul, quod eſt contra omnẽ philoſophiã: ſi autem erunt in potentia, ſicuti ibidem videtur ſentire Porphy. ſequitur, quòd conceptus generis non erit alius à conceptu omnium ſpecierum, ſed vnus & idem: probatur, quia ſolus actus eſt ille, qui ſeparat & diſtinguit. Et confirmatur, quia ſi conceptus generis ſecundum quòd eſt idem omnibus ſpeciebus eius, eſt conceptus alius, & diſtinctus ab illis, cũ hoc non poſſit eſſe niſi ſecundum quòd conceptus ſpecierum etiam ſunt diſtincti; ſequitur quòd conceptus generis eſt vnus, & idem omnibus ſpeciebus, ſecundum quòd diſtinguitur ab eis: quod eſt manifeſte falſum. Et vlterius ſequitur, vt dictum eſt in ſecunda ratione, quòd contraria erunt ſimul actu in eodem, quod eſt contra omnem veritatem.

Cõceptus generis & ſpecierum quo ſe habẽt ad inuicem. Cap. de differentia.

Actus ſeparat & diſtinguit.

Deinde arguo contra ſecundam concluſionem ſic, quia certum eſt quòd differentię ſimul continentur in genere: tunc quæro, aut continẽtur in genere ſecũdum quòd genus eſt aliquid in actu; aut ſecundum quòd eſt in potentia: ſi primo modo, ſequitur quòd differentiæ oppoſi C tę, quæ ſunt in actu, ſimul erunt in aliquo ente actu; quod eſt inconueniens; & tenet conſequẽtia, quia differentię non poſſunt eſſe niſi actu, quia ſolus actus facit differre: ſi dicatur, quòd continentur in genere in potentia, habetur propoſitum, quòd non ſolum non poſſit eſſe genus ſine ſuis differentiis: ſed ſine eis nec etiam diſtincte concipi, conſequentia patet, quia ex quo genus continet differentias ſolummodo in potentia, non habet per quid diſtinguatur ab eis: & per conſequens nec eſſe, nec concipi poteſt ſine eis; ſicut totum non poteſt concipi ſine ſuis partibus, quæ ſunt in eo in potentia ſaltẽ confuſe. Præterea, ratio generis eſt ratio determinabilis reſpectu eius differentiarum; ergo nihil habet, per quod determinetur ad aliquem actum diſtinctum ſecundum ſe, niſi per differentias; quia dato oppoſito, ſequeretur quòd ratio generis non eſſet ratio determinabilis per differentias, ſed vel determinaretur per ipſummet genus, vel per aliquem alium actum diſtinctum à differentiis, quod eſt imaginarie dictum.

Totum non poteſt concipi ſine partibus.

Rationes illorum ſunt nullius momenti: prima enim ſoluitur, quia intellectus poteſt eſſe certus de conceptu obiectiuo generis, & dubius de conceptibus ſpecierum; ſcilicet obiectiuis D non quòd conceptus generis ſit alius à conceptu ſpecierum in rerum natura, ſed ſolum obiectiue dum in actu exercito concipitur. Soluitur quoque ſecunda ratio, quia ſpecies differũt differentijs, & conueniunt in genere, & ſic alius eſt conceptus obiectiuus generis à conceptibus obiectiuis differentiarum, non ante conceptionem, ſed ſolum dum illi concipiuntur. Tertia quoque ratio, in qua dicitur, quòd genus prædicatur in quid &c. ſoluitur concedendo, genus prædicari in quid & vniuoce, & ipſum dicere alium conceptum obiectiuum, non ante conceptionem, & prædicationem, ſed dum concipitur, vt dictum eſt. & ſic etiam ſoluitur confirmatio.

Intellectus põt eſſe certus & dubius de eodem diuerſimode intellecto.

Ad argumentum ſecundę concluſionis reſpondet S. Thomas in libello de ente, & eſſen. quòd genus ſignificare vnum contingit dupliciter; vno modo per poſitionem vnius determinatæ rei ſignificatę. Alio modo per differentiam, ſeu indeterminationem plurium rerum importatarum: primo modo genus non ſignificat vnum, ſed ſecundo modo, quia illud ſignificat vnum primo modo, cuius ſignificatum ſecundum ſe acceptum eſt vna aliqua natura, & determinata, ſicut homo ſignificat humanitatem, quæ eſt certa & determinata natura, ſcilicet humana: illud autem, quod ſignificat vnum ſecundo modo, habet pro ſignificato, non aliquã

Cap. 3. Genus bifariam poteſt unum ſignificare.

naturam

naturam determinatam,ſed plures naturas indeterminate; ſicut animal ſignificans perfectionem,ſeu naturam ſenſitiuam,non ſignificat aliquam certam,& determinatam naturam, ſiue formam;nulla enim forma eſt in vniuerſo, quæ ſit anima ſenſitiua,ſed quælibet eſt vel bouina,vel leonina,vel humana &c.& ſic patet,quomodo conceptus generis ſit alius & à cōceptu ſpecierum,& etiam differentiarum. A

Res habet alium modū quo intelligitur ab eo quo eſt.

Sed vt latius appareat veritas huius rei ſciendum eſt primo, quòd alius eſt modus,quo res intelligitur, & alius modus eſſendi,quo res eſt,quia licet id, quod intellectus intelligit,oportet eſſe in re,non tamen eodem modo ; vnde quamuis intellectus intelligat mathematica nō cointelligendo ſenſibilia,& vniuerſalia præter ſingularia,non tamen oportet, vt mathematicalia ſint præter ſenſibilia, nec vniuerſalia ſunt præter ſingularia:nam videmus quòd etiam viſus percipit colorem ſine ſapore, & tamen color & ſapor in rebus materialibus ſunt inſeparabiles.

Conceptus duplex obiectiuus & formalis.

Secundo ſciendum eſt,quòd conceptus formales generis,& ſpecierum diſtinguuntur formaliter,ſic etiam conceptus obiectiuus generis eſt alius à conceptibus obiectiuis ſpecierum, non præter operationem omnem intellectus,ſed ſolum dum intellectus per conceptum formalem cognoſcit conceptum obiectiuum generis,tunc genus intelligitur præter ſpecies, & vniuerſale præter particulare, non tamen ex parte rei genus eſt aliquid præter ſpecies, nec uniuerſale præter ſingularia, & ſic conceptui formali generis,dum intelligitur,correſpondet alius conceptus obiectiuus præter conceptus obiectiuos ſpecierum ; ante tamen quàm genus per conceptum formalem intelligatur, nihil correſpondet præter ſpecies. B

q.50. ar. 2.

Tertio eſt notandum de mente S.Thomę ex tractatu de natura generis & ex 1. p. ꝙ differentia eſt quæ conſtituit ſpeciem, & vnumquodque conſtituitur in ſpecie ſecundum quòd determinatur ad aliquem ſpecialem gradum in entibus; quia ſpecies rerum ſunt ſicut numeri,qui differunt per additionem,& ſubſtractionē vnitatis ; & quia in rebus materialibus aliud eſt quod determinat ad ſpecialem gradum,ſcilicet forma,& aliud quod determinatur,ſcilicet materia;propterea ab alio ſumitur genus,& ab alio differentia : ſed in rebus immaterialibus non eſt aliud determinans,& determinatum;ſed vnaquęque earum ſecundum ſe ipſam tenet determinatum gradum in entibus,& ideo genus & differentia in eis non accipiuntur ſecundum aliud & aliud,ſed ſecundum vnum & idem;quæ tamen differunt ſecundum conſiderationem noſtram, inquantum enim intellectus noſter conſiderat rem illam vt indeterminate, accipitur in eis ratio generis : inquantum vero conſiderat vt determinate,accipitur ratio differentiæ. C

In naturalibus aliud eſt determinās & aliud determinatū.

Vnitas materiæ differt ab vnitate generis.

Vltimo ſciendū eſt,ꝙ vnitas materię,& vnitas generis differunt in hoc,ꝙ vnitas materię eſt unitas numeralis fundata ſupra determinatā rē: vnitas vero generica eſt vnitas non numeralis, ſed indeterminationis fundata ſupra diuerſas naturas indeterminate : qn̄ ergo dicimus, vnitatem materiæ primæ eſſe vnitatem numeralē, intelligimus negatiue,non autem poſitiue, quia nullum diſtinctum includit,cum ſit denudata ab omni actu,cuius eſt diſtinguere:genus autem non eſt vnum numero neque poſitiue,neque negatiue;quia,cum dicat plures naturas, dicit vnū vnitate indeterminationis.

Quibus ſtantibus ponitur talis concluſio de mente S.Thomæ.Genus,ſpecies, & differentia ſolum ratione diſtinguūtur,& non realitatē aliqua : probatur ſic, quæcunque ſimul vnita in tertio non faciunt compoſitionem realem, non differunt realiter ; cum enim duæ res ſint duæ eſſentiæ,non poſſunt facere vnum tertium,niſi faciendo compoſitionem realem;ſed genus & differentia ſunt huiuſmodi,vt patet de colore & diſgregatiuo in albedine,quæ in ea cōpoſitionem non faciunt,cum albedo ſit forma ſimplex,& idem eſt iudicium de ſubſtantia, ac differentia vltima alicuius intelligentiarum,quæ,cum ſint ſimplices, in eis nullam cōpoſitionē faciunt, ergo &c.Secunda cōcluſio eſt. Conceptus formalis & obiectiuus generis,differētiarum,& ſpecierum ſunt diuerſi:probatur ſic, genus differentię, & ſpecies habent diuerſas definitiones: ergo generis,differentiarum,& ſpecierum ſunt diuerſi conceptus. D

Genus iunctum cū differentia nō inducit nugationem.

Ex his concluſionibus patet reſponſio ad rationes Aduerſariorum contra S. Thomam. Aiunt enim,quòd ſi genus non diceret aliquid præter ſpecies, ſequeretur quòd in definitione eſſet nugatio,quia idē conceptus exprimeretur per genus, & differentiam. Sed hęc rō eſt nullius momenti,quia per ſecundam cōcluſionē dictum eſt,ꝙ genus habet alium conceptū à conceptibus ſpecierū,quia ſicuti ſe habet ſpecies ad indiuidua,ita genus ad ſuas ſpecies ꝑ conuenientē ſimilitudinem; ſed ſpecies dicit alium conceptum ab indiuiduis : ergo & genus dicet etiam alium conceptum à ſpeciebus,licet non dicat aliam realitatem, nec ſpecies ab indiuiduis, cum Sortes nihil aliud ſit, quàm animalitas, & rationalitas, quæ ſunt ſpecies, ſic

etiam

A etiam genus nihil aliud dicit, quàm ſpecies ſuas.
Sed contra adhuc dicunt, quia tunc eſt nugatio, quando poſitis definitionibus pro nominibus, idem bis dicitur, ut ait Philoſophus in hoc 7. non obſtante diuerſo modo concipiendi Tex. 41.
ſic erit nugatio, homo eſt animal. Et confirmant per eundem Philoſophum ibidem dicentem, quòd hæc eſt nugatio, bipes pedes habens, & tamen eſt alia ratio concipiendi; ergò diuerſa ratio concipiendi non excuſat nugationem. Et confirmant iterum, quia iſti modi concipiendi aut ſunt eſſentialiter intra conceptū generis, & differentiæ, aut non, ſed ſunt accidētales proprietates, ſub quibus cōcipiuntur ſi ſecūdo modo, nō vitatur nugatio, ex quo illę rationes ſunt extra conceptum qui ponitur vnus: ſi primo modo, aut ergo vtraque ratio eſt eſſentialis intra conceptum ſpeciei, aut non: ſi non: ergo diffinitio eſſentialiter includit, quod non pertinet ad ſpeciem eſſentialiter: ſi ſic, ergo conceptus generis & differentiæ ſunt ſimpliciter alii, quia per alias rationes, quas eſſentialiter includunt, quæ ſunt de per ſe conceptu ſpeciei ſunt alii. Corroborant iterum, quia definitio dicitur eſſe primo, ideſt adęquate eadem cum definito; ſed conceptus iteratus non eſt primo idem: ergo alter conceptus generis vel diffe-
B rentiæ ſuperfluit in definitione, quia alter ſufficit.

D·finitio & definitū ſūt idem.

Sed hęc omnia ſoluit Archiepiſcopus Amalphitanus in hoc 7. ſupra præſenti quæſito, & hoc ex fundamentis Auerrois, qui 1. huius docuit, quòd genus eſt quid medium inter actum & potentiam, & quòd conceptus generis eſt forma per quam indiuiduum reponitur in ipſo genere, licet in hoc erret, quia in homine non eſt niſi vna tantum forma ſubſtantialis, per quā Sortes eſt homo, animal, & corpus, & hæc etiam fuit cauſa erroris Aduerſariorum non conſiderantium, quòd iſti diuerſi conceptus obiectiui, quorum iſtorum diuerſorum conceptuum obiectiuorum, vnus eſt genericus, & determinabilis; alter vero differentialis & determinans; tertius eſt ſpecificus conſtitutus ex iſtis, non ſumuntur à diuerſis formis, ſed ab vna & eadem habente diuerſos gradus.

queſt 8 com. 17.

Quibus ſtantibus negādæ ſunt illę cōſequentiæ, quas faciunt, quòd committatur nugatio ſi genus & ſpecies dicant eandem realitatem. & dictum Ariſt. in hoc libro intelligendum eſt quando eſſent plura nomina, & nulla alia eſſet diuerſitas, ſicut optimum exemplum adducitur, quòd hęc eſt nugatio, bipes pedes habens, quę hic non eſt alia diuerſitas, niſi nominum,
C non ſic eſt modo apud S. Thomam de genere & ſpeciebus. Ad aliam confirmationem, in qua quærebant, iſti modi concipiendi aut ſunt eſſentialiter intra conceptum generis & differentię, aut non &c. dicimus, quòd ſumuntur ab vna & eadem forma, habente diuerſos gradus, vt dictum eſt. Ad vltimam quoque patet ſolutio, in qua dicebatur, quòd definitio dicitur eſſe primo ideſt adęquate eadem cum definito &c. quia conceptus generis eſt determinabilis, & conceptus differentiæ eſt determinans, & conceptus ſpeciei eſt compoſitus ex vtriſq; propterea omnes ſunt neceſſarii, & nullus ſuperfluit, vt ipſi putauerunt.

Quæ nomina faciūt nugationem.

Et pro maiori intelligentia horum omnium conſiderandum eſt, quòd homo non eſt ex animali & rationali, tanquam ex duabus rebus tertia res; ſed ſicut intellectus tertius ex duobus intellectibus: quandoquidem genus, ſpecies, & differentia tribus modis ſumi poſſunt. Primo pro re ſignificata per nomen genericum, ſpecificum, & differentiale primę intentionis. Secūdo pro conceptu formali talium nominum. Tertio pro re ſignificata per eorum nomina ſecundę intētionis: verbi gratia animal, homo, & rationale poſſunt accipi pro re ſignificata per hęc nomina: ſecundo pro conceptibus formalibus eorum; tertio pro relationibus generis, ſpe-
D ciei, & differentiæ; primo modo nec ſpecies nec definitio eſt compoſita ex genere & differentia, eo quòd res ſignificata per ſpeciem, & definitionem eſt eadem realiter cum re ſignificata per genus & differentiam: idem enim non componitur ex ſe ipſo: tertio modo ſimiliter nec ſpecies, nec definitio eſt compoſita ex genere & differentia, & quòd relatio ſpeciei relatiue opponitur relationi generis, vt docuit Porphyrius, & nullum correlatiuum componitur ex ſuo correlatiuo: ſed ſecundo modo tam ſpecies, quàm definitio eſt compoſita ex genere & differentia: conceptus enim formalis ſpeciei integratur ex conceptu formali generis & differentiæ, tamquàm ex duabus partibus: verbi gratia, conceptus formalis hominis eſt quid aggregatum ex conceptu formali animalis, & conceptu formali rationalis.

Homo non eſt ex aīali & rationali.

Definitio non eſt compoſita ex genere & differentia quomodo intelligitur.

Et ex hoc notabili ſoluitur aliud dubium, quod mouent, in quo quærunt, quid reſpondeat in re iſtis conceptibus generis, & differentiæ, patet ſolutio, quòd ſufficit diſtinctio diuerſorū conceptuum, quę quidem diſtinctio nullam differentiam nec compoſitionem realem ponit in re, ſed tantum potentialem, ſicut intelligendo, quòd ipſa res eſt nata facere diuerſos conceptus in intellectu, ita quòd iſta diſtinctio actu eſt ſolum in intellectu concipiente, nec ſufficit diſtinctio rationis ratiocinantis, quæ eſt, quando res non eſt apta nata facere niſi vnū conceptum,

ceptum, qui tamen concipitur ſub diuerſis modis conſiderandi; ſed eſt ibi diſtinctio rationis A
ratiocinatæ, ſicut inter ens & verum, & lignum & dolabile reperitur hæc diſtinctio.

Sed contra arguunt probantes iſtam diſtinctionem rationis non ſufficere; nam concipien-
do genus, quærunt aut concipitur aliquid rei in ſpecie, aut nihil; ſimiliter etiam quærunt de
differentia, & de ſpecie: ſi nihil, iſti conceptus non ſunt reales, ſed fictitij, nec per conſequens
dicuntur de ſpecie; ſi aliquid, aut aliquid idem, aut diuerſum, ſi idem, tunc idem erit cõceptus
generis & differentiæ, quod eſt falſum: ſi diuerſum, ergo ſequitur, quòd in re ipſa erit aliqua
diſtinctio, & differentia inter iſtos conceptus. Et ſi diceres, quòd correſpondet aliquid rei,
& ſic concipitur tanquam vnum, & idem; nec ſequitur argumentum: ergo erit idem cõceptus
quia illud vnum & idem rei, quod correſpondet, eſt aptum natum facere diuerſos conceptus.
Contra arguunt dupliciter, quia vna res eſt apta nata facere vnum conceptum adæquatum,
quia alias non eſſet vnum cognoſcibile, nec vnico actu cognoſcibile; ſed ſecũdum illum con-
ceptum ſibi adæquatum formando, videtur immutare intellectum, quantum natum eſt ipſum
immutare: ergo non formabit niſi vnum conceptum. Secundo, quia omnis differentia prior
naturaliter omni actu rationis eſt differentia ex natura rei; ſed obiecta naturaliter producunt B
actus, & diſtinctio obiectorum diſtinctionem actuum, maxime quando hæc illa cauſat, vt in
præſenti diſputatur: ergo differentia intentionis, quæ eſt in conceptibus, concludit differen-
tiam priorem in obiectis, quæ eſt realis vel ſaltem aliqua ex natura rei; & propterea, ne cogan
tur ipſi concedere conceptus ſimpliciter diuerſos generis, & differentiæ eſſe fictitios, affirmãt
quòd eis correſpondent aliqua in re realiter diuerſa, vel diſtincta aliquo modo ex natura rei
ſic, quòd circumſcripta omni operatione intellectus agentis, vel poſſibilis, & omni actu in
intellectu propoſito, vel concomitante, eſt in re differentia; ſed talis differentia habet gradus
ſecundum quòd genus, & differentia poſſunt ſumi ab alia, & ab alia re, puta ſi diuerſę for-
mæ ſint in aliqua ſpecie, ſicut in homine, ita quòd ab vna ſumatur genus, & ab alia differentia
vel poſſunt ſumi ab alia, & ab alia realitate, quando eſt ſpecies ſimplex, puta albedo: prima di
citur differentia realis: ſecunda dicitur differentia formalis; vtraque tamen eſt ex natura rei.

Diſtinctiõ actuum eſt ex diſtinctione obiectorum.

Sed hæc non concludunt, quia ſupponunt, ſcilicet in re eſſe diuerſas formas ſubſtantiales,
quod repugnat rationi, & dictis Ariſt. infra; quandoquidem vnius rei eſt tantum vnum eſſe
ſubſtantiale; ſed forma dat eſſe ſubſtantiale; igitur vnius tantum rei eſt vnica forma ſubſtan- C
tialis ſiue hominis, ſiue cuiuſcunque alterius rei. Et ad argumenta ipſorum reſpondemus;
& primo ad primum, quòd licet res nata ſit facere vnum conceptum adæquatum; tamen, quia
eſt vna in actu, & plures virtualiter, poteſt plures conceptus obiectales & formales de ſe pro-
ducere: & formaliter reſpondendo ad argumentum dico, quòd illa maior intelligitur de re,
quæ eſt actualiter, & virtualiter vna. Ad ſecundum argumentum dico, quòd ſufficit diſtin-
ctio virtualis in re, quæ præcedit actum, & operationem intellectus; & ſic non oportet ponere
diſtinctionem realem. Et hæc eſt expreſſa ſententia Ariſto. in pręſenti litera aſſerentis, ꝙ
genus non eſt præter eas, quæ ſunt generis, ſpecies; & etiam Comment. in hocmet 7. aſſerit So
cratem non eſſe aliud, quàm animalitas, & rationalitas, & illud eſt ſpecies. Hoc etiam aſſerit
Boetius in interpretatione libri Porphyrii, quòd ſpecies eſt tota ſubſtantia indiuiduorũ, & ſic
etiam genus eſt tota ſubſtantia ſpecierum, quę ſententiæ intelligendę ſunt realiter, & non
conceptibiliter.

Vnius rei ẽ vnũ eſſe ſubſtantiale.

Res vna qũo poterit pluriſicari.

Tex. 45.
Com. 2.
Cap. 2.

Et ſi quis adhuc inſtaret, quòd ſi conceptus generis eſt idem cum conceptibus ſpecierum,
vel eſt idem omnibus, vel alteri tantum, ſi omnibus, tunc quot eſſent conceptus ſpecierum, tot D
eſſent conceptus generis, quod eſt falſum: ſi idem alteri tantum; tunc genus prędicatur tantũ
de vna ſpecie, & genus eſſet ęquiuocum; probatur conſequentia, quia ſpecies differunt ſecun
dum rationem, & ſic genus eſſet multa ſecundum rationem, & ita eſſet æquiuocum. Sed ſo-
lutio horum pendet ex prædictis, quia cum eadem ſit realitas generis, ſpeciei, & differentiæ:
tamen diuerſi ſunt conceptus non dico formales tantum, qui ſunt actus intelligendi, ſiue ſpe-
cies intelligibiles; ſed conceptus obiectales ſunt diuerſi, qui concipiuntur, & intelliguntur per
conceptus illos formales. Hinc eſt, quòd ratio in contrarium eſt nullius roboris, quia non di-
cimus nos conceptum obiectalem generis eſſe idem cum conceptibus obiectalibus ſpecierũ
ſed eſſe eandem realitatem ſpeciei, generis, & differentiæ, ſicuti non eſt idem conceptus en-
tis & veri: licet ſit eadem realitas; & ſic etiam apparet manifeſte ſolutio illius, in quo dicitur,
quòd tunc genus eſſet æquiuocum; quod certe ſequeretur, quando genus & ſpecies conueni-
rent in eodem conceptu obiectali, cuius oppoſitum docuimus de mente. S. Thomæ.

Generis ſpeciei & differentię eſt eadẽ realitas.

A *Item animalis habentis pedem differentiam oportet ſcire inquantum habens pedes, &c. Tex. 43.*

An differentia diuiſiua generis inferioris includat formaliter ſuperiores.

Dilucidatio decimaquinta.

EXPONENS S. Thomas præſentem textum, ait, quòd tota definitio
conſtituitur ex vltima differentia, quia ſi quis diceret definitionem bo-
minis eſſe animal bipes habens pedes: in hac definitione bipes erit
differentia neceſſaria; habens pedes eſſet differentia ſuperflua: ex qui-
B bus verbis ſumunt aliqui eſſe de mente S. Thomæ, quòd differentia
diuiſiua generis inferioris includat formaliter ſuperiores, licet Sõcinas in
hoc 7. aſſerat S. Thomam nihil expreſſe de hac re dicere, ſed tãtum quoſ- queſt. 37.
dam Thomiſtas diſputare, & ideo ipſe de hoc quæſito varie ſentit. Si quis tamen diligentius
conſideret verba S. Thomæ, inueniet ipſum aſſerere expreſſe differentiam ſuperiorem inclu-
di in inferiori; tum quia Ariſt. hoc fatetur in textu præſenti, quia vltima differentia eſt ſubſtã
tia rei, quod non eſſet, niſi includeret præcedentes: tum quia etiam aſſerit Ariſto. in definitio- In definitione rei ſufficit vltimam differẽtiã ponere.
ne non oportet ponere alias differentias, ſed ſolummodo vltimam, quia ſi aliæ ponerentur
cum ipſa prima, committeretur nugatio dicendo, animal bipes habens duos pedes, tranſpo-
nendo terminos; nam dicto pede, ſuperfluum eſt ponere habens pedes. Hoc etiam confirma-
ri poteſt de mente S. Thomæ, & Ariſto. quia ait Philoſophus in præſenti textu, quòd in ſub- In ſubſtãtia non ẽ ordo.
ſtantia non eſt ordo; ſi autem differentia inferior non includeret ſuperiorem, eſſet ordo in ſub
ſtantia, quia vna eſſet prior, alia vero poſterior; tum etiam hoc videtur eſſe de mente S. Tho-
mæ, quia imponunt ſibi Aduerſarii hanc ſententiam, quam arbitrantur eſſe falſam; ſed eſt
C ipſamet ſententia Ariſto. vnde impugnando opinionem S. Thomæ ſic, impugnant expreſſe
Ariſt. in 2. de aĩa aſſerentẽ, vegetatiuũ eſſe in ſenſitiuo, & ſenſitiuũ in intellectiuo, ſicut trigo- Tex. 31.
nũ in tetragono, & tetragonũ in pẽtagoneo, & hic dicentẽ, quòd in genere ſunt omnes differẽ
tiæ ſuperiores, & ipſæ differentiæ habitę inter ſe ita ſe habent, quòd prior eſt in poſteriori, &
vltima continet omnes alias, & oſtendit per hoc, quòd ſciſſio pedis eſt pedalitas: ergo falſa eſt Sciſſio pedis eſt pedalitas
opinio Aduerſariorum tenentium, differentiam inferiorem non includere differentiam ſu-
periorem.

Fundamentum autem eorum eſt hoc, quòd quælibet differentia diuiſiua generis per ſe, &
de principali intellectu ſignificat formam tantum, & cum quælibet differentia ſit ſpecifica re
ſpectu alicuius, quælibet differentia eſt per ſe diuerſa ab alia, quia aliter, dicunt ipſi, daretur
proceſſus in infinitum in differentiis; conſequens eſt falſum: ergo & antecedens; probatur
conſequentia, quia ſi differentię inferiores includerent ſuperiores, ergo eſſent differentes, nã
differẽtia ſunt diuerſa aliquod idem entia; ergo conuenirent, ſcilicet in differentia ſuperio-
ri, & differrẽt differentiis, & tunc quæram de illis, vtrum includant differentiã, vel non; qua-
D re vel proceditur in infinitum, vel ſtabitur ad aliquas differentias, quæ in nullo conueniunt,
nec includunt aliquod commune. Pręterea data hac opinione, quòd differentia inferior
includat ſuperiorem, ſequeretur differentiam inferiorem eſſe ſpeciem; conſequẽs eſt falſum,
quia tũc eſſent plura genera, quàm decem, cum talis differentia non ſit ſpecies alicuius illorũ
generum; probatur conſequentia, quia omne, quod habet prædicatum de eo in quid, & diffe-
rentiam dictam in quale, eſt ſpecies, quia compoſitum ex genere & differentia eſt ſpecies; ſed
talis differentia inferior habet ſuperiorem dictam de ea in quid, & aliam, quæ differt ab op-
poſita differentia, quæ dicitur de ea in quale: ergo eſt vere ſpecies.

Sed hęc fundamenta ſunt nullius momenti, & ad primum dicimus, vt tenet hic S. Thom.
quòd cuiuſlibet ſpeciei eſt vna tantum forma ſubſtantialis, ſicut leonis eſt vna forma, per quã Vnius ſpeciei vnica eſt forma ſubſtantialis.
eſt ſubſtantia, corpus, animatum corpus, animal, & leo; ſi enim eſſent plures formæ, non poſ-
ſent omnes vna differentia compræhendi, nec ex eis conſtitueretur vnum, & ſic falſum eſt, ꝙ
diuerſæ differentiæ ſignificent diuerſas formas. Secundum quoque fundamentum eſt fal-
ſum, in quo dicebatur, quòd daretur proceſſus in infinitum: neganda eſt conſequentia, quia
deueniẽdũ eſt ad aliquas differentias, quæ non includunt alias, & quę ſeipſis diſtinguuntur,

ſicuti

ſicuti ſunt differentiæ, quibus diuiditur genus generaliſſimum. Ad tertium quoque, in quo A dicebatur, quòd differentia inferior eſſet ſpecies, neganda eſt conſequentia: nam illud, quod includit differentiam, ſicut conſtitutum includit conſtituens, eſt vere ſpecies; non autem illud quod includit aliquid per modum contrahentis genus, qualis eſt differentia. Secundo dico, quòd differentia realiter eſt ipſa ſpecies differens ſecundum rationem ab ea, propter quam differentia rationis poteſt eſſe prædicabile diſtinctum à ſpecie; animal enim & homo non differunt eſſentialiter, & tamen ſunt prædicabilia diſtincta formaliter, & ſecundum rationē, immo definiendo hominem per animal & rationale, ſolum explicite definitur, tamen implicite per omnes differentias ſuperiores, & hæc eſt doctrina clara peripatetica, quam docuit Cōmentator in hoc 7. & Albertus in prædicamentis, quòd in definitione dupliciter poteſt aliquid poni, explicite ſeu in actu, & implicite ſeu in potentia.

Differentia eſt ipſa ſpecies.

Com. 42.
Cap. 2.

Pro intelligentia autē veritatis & opinionis S. Tho. declarandum eſt, qūo differētiæ ſuperiores includātur formaliter in inferioribus. Propterea eſt ſciendum primo, vt alias etiam tactum eſt, quòd differentia & genus ſumuntur ab eadem forma habente diuerſos gradus: ſed genus ſumitur à forma ſub gradu, & ſub conceptu confuſo, & differentia ſub conceptu magis B determinato, ſicut ergo conceptus ex parte generis poteſt accipi, vt ſuperior, & inferior, & magis, & minus limitatus; ſic etiam de differentia dicendum eſt, quòd eius conceptus poteſt accipi magis, & minus limitate, licet conceptus generis ſit extra conceptum differentię, vt ſuperiori diſputatione viſum eſt, & per differentiam ſuperiorem intelligimus illam, quæ conſtituit genus, & ſuperueniens diuidit, vt ſenſitiuum, quod diuidit corpus animatum, & animal conſtituit: per inferiorem vero differentiam intelligimus eam, quę genus diuidit, & conſtituit ſpeciem illius generis, vt rationale, quod diuidit animal, & conſtituit hominem. Secundo eſt ſciendum, quòd conceptum formalem ſcilicet ſpeciei & definitionis cōponi ex conceptibus formalibus generis & differentię, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo de conceptu mētali. Alio modo de conceptu obiectali formaliter ſumpto: ſi primo modo, adhuc dupliciter intelligi poteſt; vno modo de conceptu mentali ſecundum eſſe ſubiectiuū, ſeu ſecundum id, quod eſt. Alio modo de illo ſecundum eſſe repręſentatiuum; conceptus mentalis ſpeciei ſecūdum id, quod eſt, non eſt compoſitus ex conceptibus mentalibus generis & differentiæ, ſecūdum id quod ſunt, eo quòd omnes ſunt qualitates ſimplices, nec poſſunt diſtingui in plures C partes componentes: vnde quando intellectus format conceptum definitionis hominis, ſcilicet animal rationale, non format plures conceptus, ſed vnum tantum, qui eſt quędam qualitas ſimplex, diſtincte repræſentans hominem; conceptus autem obiectalis ſpeciei formaliter ſumptus, cum nihil aliud ſit, quàm ſignificatum formale conceptus mentalis eiuſdē, eſt compoſitus ſecundum rationem ex conceptibus obiectalibus generis & differentię formaliter acceptis: ſicut ſignificatum formale ſpeciei eſt compoſitum ſecundum rationem ex ſignificatis formalibus generis & differentiæ: vnde homo acceptus vt eſt obiectus cōceptui mentali ſuo, ſcilicet ſpecifico, non eſt animal, neque rationale, ſed ex animali, & rationali, accipiendo etiā animal, & rationale prout obiecta ſunt ſuis mentalibus conceptibus: vnde cum dico, homo eſt animal rationale, ſi res ipſa ſolum attendatur, non eſt neque pars, neque totum; ſi vero res ipſa ſic ſignificata implicite includens inferiora conſideretur; tunc ſe habebit vt totum, & eſt vera prędicatio, homo eſt animal rationale, ſi autem res ipſa ſic ſignificata conſiderabitur, ſecundum id quod explicite includit, vt ſic habebit rationem partis, & tunc homo non eſt animal rationale, ſed erit compoſitus ex animali, & rationali, quia pars non prædicatur de toto D in recto, ſed tantum in obliquo; & propterea animal ponitur in definitione hominis, vt res ſignificata, res enim de re prædicatur vt totum, & in recto.

Genus & differentia ſumūtur à forma.

Conceptus formalis ſpeciei ex quibus componitur.

Homo. quādo dicitur q non eſt animal neq; rationale.

Pars nō prędicatur de toto.

Tertio conſiderandum eſt, quòd omnia iſta dicunt conceptus diſtinctos tam genus, quàm differentia, quàm ſpecies; & etiam hic declaratur à doctoribus, quòd in definitione ſpeciei ponitur genus, & Ariſt. expreſſe docet hic, quòd in definitione debet poni vltima differentia: & in 2. poſteriorum voluit, quòd quælibet definitio debet habere partes, quarum quęlibet eſt in plus quàm definitum, ſed totum eſt æquale, & datur exemplum de numero ſenario, qui eſt numerus vtrobique primus; ſed hoc quod dicit hic eſt pura veritas, quia ibi loquitur de definitione, qua non poteſt haberi melior, quia differentiæ vltimæ ſunt nobis ignotæ, propter quòd etiam Porphyrius poſuit definitionem differentiæ in communi, & non de vltima, quæ eſt ſpecifica conuertibilis cum ſpecie, quæ ſine dubio dari poteſt, vt etiam Caietanus ponit 2. poſter. quia ſecundum rei veritatem inter duas differentias datur vnum genus vltimum; & per conſequens dabuntur duę vltimæ differentiæ, quarum quęlibet conuertibilis erit cū ſpecie ſua, quod ita probari poteſt: capiantur. A. B. & C. & ſint ſpecies, cum tales ſe habeant ſicuti nu-

Cap. 10.
Cap. 3.
Cap. 10.

A ti numeri, vt ſcribitur 8. huius, niſi eſſet aliqua differentia, quæ eſſet tantummodo ipſius. B. vel ipſius. A. tunc non minus conuenirent. A. & C. quàm A. & B. quod ponebantur ſpecies, quia, vt dictum eſt ſpecies ſunt ſicut numeri, & conſiſtunt in indiuiſibili: illud autē iam factū, ſi bene attendatur eſt illud, quod hic Ariſto. probat, dari differentiam vltimam, quam vocat totam ſubſtantiam rei, & de his talibus dicit Albertus in prædicabilibus, quòd non ſunt veræ differentiæ, quia non ſunt virtutis ſimplicis, ſed virtutis multiplicis, ita quòd virtutes omnium aliarum ſunt in eis, ex quibus iſtæ fluunt ſecundum ordinem, ſicut ex cauſis primariis: ex quibus verbis apparet manifeſte, differentias ſuperiores eſſe formaliter in inferioribus; & hanc veritatem notat Albertus de mente Commentatoris, & Alpharabij. 8. huius. Species ſunt veluti numeri. Cap. 3. Cap. 4. Com. 7.

Vltimo eſt ſciendum; quod ponere multas differentias & genera eſſe in eodem, non eſt ponere multas formas: quia ab vna forma poſſunt ſumi multi gradus, licet ſit vna ſecundum rē. Et ſi Alii dicant, quòd oportet ponere multas formas, cuius poſitionis primus fuit Auicebron in libro fontis vitę. Sed hoc non ſpectat ad præſentem diſputationem, niſi quia ex hoc textu etiam argui poteſt, quòd cum definitio de mente Ariſtot. dicat vnum tantum: ergo vnam ſub-
B ſtantiam: ergo vnam formam: ergo non plures: videant ergo ipſi, quomodo hoc poſſint ſuadere. Definitio dicit tantum vnum.

His ſic ordinatis, ponitur prima concluſio pro explicatione veritatis & doctrinæ S. Thomæ. Differentia ſuperior non prædicatur de inferiori per accidēs: probatur, quia dato quòd non prædicetur eſſentialiter ſeu formaliter, adhuc tamen non eſſet per accidens; & dato adhuc, quòd eſſet prędicatio denominatiua, adhuc tamen non eſſet per accidens: vti dicunt Recentiores, quòd prædicatio generis de differentia eſt denominatiua, adhuc tamen non eſt per accidens prædicatio, licet in rei veritate prędicatio denominatiua non habeat locum in prædicamento ſubſtantię, ſed bene prædicatio eſſentialis erit in prædicamento ſubſtantiæ: quia, vt dicit hic Alexander, denominatio proprie, eſt illius, quod eſt extra eſſentiam ſubiecti. Secunda concluſio. ſpecies habent in ſe ipſis prædicata ſuperiora formaliter: probatur, quia omnia illa prædicata ſumuntur ab vna forma: ergo omnia illa prędicata continentur formaliter in ſpecie. Tertia concluſio. Non quælibet differentia habet ſuperiorem differentiam, quæ de ipſa prędicetur: probatur, quia differentiæ diuidentes genus generaliſſimum non habent
C ſuperiores differentias: ex qua concluſione apparet, quàm manifeſte decepti fuerint Aduerſarii in illo argumento, quòd ſi differentia inferior includeret formaliter ſuperiorem daretur proceſſus in infinitum, &c. Denominatiua prædicatio ubi habet locum.

Vltima concluſio eſt affirmatiua reſpondens quęſito principali. Differentia inferior claudit in ſe ſuperiorem formaliter, ſeu differentia ſuperior clauditur in inferiori: probatur, quia dicunt eandem formam, vel ambę ſumuntur ab eadem forma ſecundum veritatem: ergo ſuperior clauditur in inferiori formaliter. Et confirmatur, quia illud, quod prędicatur de alio per ſe in primo modo, includitur in eo formaliter; ſed differentia ſuperior eſt huiuſmodi reſpectu inferioris: ergo concluſio vera: minor patet ex Ariſt. in litera, in hoc exemplo, ſciſſio pedum eſt pedalitas, & rationale eſt ſenſitiuum: iſtæ ſunt prędicationes formales. Nec valet aliorum reſponſio, quòd verba Ariſt. non ſunt intelligenda prędicatiue: ſed diuiſiue, quia hæc reſponſio eſt expreſſe contra literam dicentem, ſciſſio pedis pedalitas quædam eſt, & iſta eſt prędicatio eſſentialis, & ſic exponunt Auerro. Albert. & Alex. & S. Tho. Secundo probatur eadem cōcluſio ſic, quod prædicatur de aliquo in abſtracto, includitur formaliter in illo, quia
D in abſtractis non eſt vera prædicatio, niſi per ſe & formalis, ſed differentia ſuperior prædicatur de inferiori in abſtracto: ergo differentia ſuperior formaliter includitur in ea: minor patet ex eodem pręſenti textu, vbi dicit Ariſt. quòd ſciſſio eſt pedalitas, & per ſciſſionem intelligit differentiam inferiorem, & per pedalitatem ſuperiorem. Et confirmatur, quia ſi ſuperior differentia non prædicaretur de inferiori, tunc differentia inferior eſſet ſimpliciter ſimplex; ſed hoc eſt falſum; quia non eſt genus generaliſſimum, quoniam eſt poſterior illo; ſed generaliſſimum eſt ſimpliciter ſimplex, cum non ſit reſolubile in plures conceptus: & deducitur conſequentia, quia talis differentia cū nullo conueniret formaliter, & ita eſſent ſimpliciter ſimplex. Pręterea, ſi differentia ſuperior nō clauderetur formaliter in inferiori, ſequeretur quod eſſet de primis prædicatis, quod eſt contra Ariſt. in antepręd. & 3. phyſic. vbi ponit tantū decem priora genera rerum: conſequentia probatur, quia de differentia non prædicatur genus: igitur ſi nec differentia ſuperior prædicaretur, tunc nihil de ipſa diceretur, & ſic eſſet de primis prædicatis. Nec valent reſponſiones Aduerſariorum, quòd aliquid prædicatur denominatiue, ſeu diuiſiue, quia dictū eſt prędicationē denominatiuam eſſe illius, quod eſt extra eſſentiam rei. Superior differentia quō clauditur in inferiori. Differentia inferior non eſt ſimpliciter ſimplex. Tex. 4. Genus non prædicatur de differentia.

Quanquam veritas hæc peripatetica ſatis declarata ſit, tamē eam mordent A liqui tribus ra A
tionibus, & nituntur ſoluere rationes principales, ſupra quibus fundatur hæc veritas: nam di-
cebat Ariſt. vltimam differentiam eſſe totam ſubſtantiam rei. Contra ſic arguunt, quia defi-
nitio indicat totam ſubſtantiam rei; ſed de ſubſtantia definiti, non ſolum ſunt omnes differē-
tiæ, ſed etiā genus: ergo genus vel eſt per ſe in intellectu vltimæ differentiæ, vel genus ſuper-
fluit in definitione, quorum vtrumque eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur, ſcilicet quòd
finalis differentia ſit tota ſubſtantia rei. Præterea, omnis definitio habet partes, & ſicut tota
definitio totam rem exprimit, ſic pars partem, ſed differentia finalis eſt pars definitionis; er-
go exprimit partē rei, & non totam ſubſtantiam rei. Et confirmant, quia in definitione duo
Tex. 9. ponuntur, quorum alterum eſt vt materia alterum vero, vt forma, ex 8. huius; & verba Ariſt.
in hoc textu ita gloſari debent, differentia eſt tota ſubſtantia rei, ſcilicet complectiue quatenus
ab illa differentia, eſt tota ſubſtantia rei completiue, & perfectiue.

Genus quō dicat totam ſubſtantiam rei.

Sed hæc facile ſoluūtur, negando quòd genus ſit ſupefluum in definitione, quia genus di-
cit totam ſubſtantiam rei, non determinate, ſed per modum determinabilis: differentia vero
dicit totam ſubſtantiam rei, ſed per modum determinātis & contrahentis. Ad illud quan- B
do dicunt, quòd definitio habet partes, conceditur, ſed non ſunt partes rei, ſed dicuntur par-
tes rationis, puta genus & differentia, quarum quęlibet exprimit totam rem, & totam quiddi-
Tex. 9. tatem definiti, ſed diuerſimode, vt dictum eſt, & verbum Ariſto. in 8. huius facit pro nobis,
quòd in definitione ponuntur duo, quorum vnum ſe habet vt materiale, quòd eſt genus; alte-
rum vero vt formale, quod eſt differentia; ſed tam genus quàm differentia totam eſſentiā rei
exprimunt. Interpretatio quoque huius contextus ab eis allata fundatur ſupra falſo funda
mento, quòd res habeat plures formas ſubſtātiales quarum vltima ſit complementum rei, &
propterea non eſt audienda eorum interpretatio.

Recentiores male interpretantur Ariſt.

Sed videamus ſecundum argumentum, quo nituntur debilitare concluſionem noſtram:
aiunt enim, quòd ad concluſionem propoſitam ſequitur nugatio; nam omnis definitio vel da-
tur per primum genus, & differentias intermedias vſque ad vltimam, vel per genus proximū
& differentiā vltimā ſpecificā: ſi primo modo, ſequitur nugatio contra ea, quæ ſupra ſanciui-
mus; quia tunc differentia intermedia ponetur in definitione, & differentia ultima includet
omnes intermedias, vt dictum eſt de mente S. Thomæ: ergo differentia intermedia bis dice- C
tur, ſemel in ſe, & ſemel in vltima differētia: Si ſecundo modo, ſequitur idem, nā genus pro-
ximum includit ſuam differentiam conſtitutiuam, & vltima includit eam; ſimiliter vt di-
citur ſecundum doctrinam Thomiſticam: ergo bis dicetur, puta dicendo animal rationale,
Senſibile includitur in animali. quia ſenſibile includitur in animali, quod conſtituit, & etiam in rationali ſecundum talem
doctrinam: ergo bis dicetur. Nec poteſt euadi hoc argumentum dicendo, quòd definitio non
ſic datur, ſed p primū genus, & vltimam differentiam; quia eſſet contra Ariſto. in littera di-
centem omnem definitionem dari per proximum genus, & ultimam differentiam, vel per
Cap. 3. primum genus cum aliis intermediis. Deinde etiam eſt contra Boetium libro definitionū
dicentem, quòd primo in definitione accipiendum eſt genus cum differentia, & videndum
eſt de definitione, ſi ſit conuertibilis cum ſpecie definienda, & ſi minus fuerit, accipienda eſt
alia differentia, vt genus cum differentia priori ſit loco generis, & ſic quouſque reddat ſpe-
ciem definiendam: ergo non ſolum primum genus ponendum eſt cum vltima differentia, ſed
etiam cum omnibus intermediis, & ſic debet intelligi Ariſto. in hoc præſenti contextu, cuius D
intentio non eſt quin ſine nugatione poſſet dari definitio per genus & differentias multas,
ſed quòd vltima differentia eſt completiua, & perfectiua ſubſtantiæ rei: quia ſic non ſequi-
tur nugatio.

Cap. 4. Sed hoc argumentum tam prolixum ſoluit S. Thomas, cuius ſolutionem non viderunt
iſti in tractatu de generis natura, vbi aſſerit, quòd ſi aliqua differentia replicetur in definitio-
Quando cōmittit nugatio in definitione. ne ſuper ultimam differentiam, tunc erit nugatio, ut ſi quis diceret, homo eſt animal bipes ha
bens pedes: in hac enim definitione expreſſe committitur nugatio, quia in bipede includitur
habens pedes, ſicut ternarius in ſenario; ſi autem dicatur habens pedes, & addatur duos, tunc
non eſt nugatio: & ſic quando magis commune includitur in minus communi; tunc magis
commune præcedit, & minus commune ſequitur, & ibi non eſt nugatio, quia animal includi-
tur actu in homine, & ideo dicendo, animal homo, non eſt nugatio, ſic etiam rationale actu
includit in ſe ſenſibile, unde dicendo, ſenſibile rationale, nulla nugatio cōmittitur, quia & ſi
magis commune actu includatur in minus communi, non tamen econtra: vnde neganda eſt
conſequentia illius argumenti, in quo dicebatur, quòd ad concluſionem noſtram propoſi-
tam ſequitur nugatio. Et ad probationem dicimus vltimam differentiam claudere in ſe dif-
ferentias

A ferentias intermedias,& minus commune magis commune: ex hoc patet iſtos peruertere ſenſum verborum Ariſt.& non attingere mentem eius. Dictum quoque Boetii libro difinitionũ non eſt contra nos, immo facit pro nobis,quia vult vltimam differẽtiam poni in definitione.

Minus commune claudit magis cõmune.

Vltimò arguunt probando in ſubſtantia eſſe ordinem; nam omnis ſubſtantia definibilis componitur ex quid & quale,vt patet in 8.huius,& forma eſt prior materia, & magis ens, vt ſancitum eſt in hoc 7.& actus eſt prior potentia tempore,& perfectione,vt ſcribitur 9.huius; ſed in definitione vnum eſt vt potentia & materia,aliud vt actus & forma: ergo ibi eſt ordo & per conſequens in ſubſtantia definibili erit ordo. Sed decipiuntur non conſiderando ſubſtantiam definibilem dupliciter poſſe perpendi. Vno modo ſecundum ſuas partes, ſcilicet materiam & formam,& ſic in ea S.Thomas non negat dari ordinem. Alio modo ſecundum quod ſignificatur per definitionem,ita ſcilicet quòd illud,quòd ſignificatur per vnam partem definitionis,præcedat illud,quod ſignificatur per aliam,& ſic in ſubſtantia rei non eſt ordo, immo quælibet pars definitionis ſignificat totam eſſentiam rei, vt ſæpe dictum eſt,& ſic reſpõdendo formaliter ad argumentum dicimus, quòd vltima differentia eſt tota ſubſtãtia rei virtualiter,licet non ſecundum omnem modum cognoſcendi, & quamuis aliquid ponatur in
B definitione,vt materia ſcilicet genus, & aliquid vt forma, ſcilicet differentia, tamen quælibet pars definitionis in recto ſumpta eſt forma totius,& ſe habet vt totum reſpectu definiti, & non per modum partis. Ex his patet falſam eſſe opinionem Neotericorum aſſerentium, differentiam inferiorem non includere formaliter ſuperiorem. Rationes autem illorũ omnes iuxta doctrinam S.Thomæ ſolutæ ſunt.

Tex 9.
Tex.7.
Tex.13.

Subſtantia definibilis dupliciter cõſideratur.

Pars definitionis eſt qd totum.

Videtur autem impoſsibile eſſe ſubſtantiam quodcunq; vniuerſaliter dictorum, &c. Tex. 44.

An vniuerſale ſit aliquid in rebus.

C

Dilucidatio decimaſexta.

SANCTVS Thomas interpretando hunc textum Ariſt. narrat opinionem Platonicorum ponentium, animal & hominem in ſua vniuerſalitate eſſe ſubſtantias,quod Ariſtot. hic intendit reprobare oſtendens, quòd animal commune, & homo communis non ſunt aliqua ſubſtantia in rerum natura,& propterea merito diſputatur de vniuerſali ad præſens ſecundum ſententiam Ariſt. in qua diſputatione recitabimus,primo opiniones varias, & falſas;& deinde determinabimus veritatem iuxta ſententiã Ariſt. & S.Th.

Quantum ad primum fuit antiqua opinio ipſius Epicuri,& eum ſequentium; hi enim negabant totaliter vniuerſale, quia non ponebant differentiam inter ſenſum & intellectum, & dicebant,nihil eſſe niſi ſingularia, quæ ſentiuntur & videntur. Quam opinionem pluribus
D in locis ſuę doctrinæ impugnat S.Thomas: vnde vocat eos poranos à poro, quod eſt procul quaſi prudentes, & à longe ſpeculantes,quia ſuperficialiter tantummodo loquebantur.

Opinio Epicuri de vniuerſali.

Secunda opinio eſt ipſius Platonis, qui quaſi volens aduerſari iſtis poranis,poſuit vniuerſalia eſſe realiter ſeparata à ſingularibus & ſenſibilibus,& appellat ea ſpecies,& ideas, vel exẽplaria,vnde præter omnes homines ſingulares poſuit vnum hominem vniuerſalem ſeparatum ab eis in eſſe,& vocabat ipſum anthominem, ideſt per ſe hominem, & ſic de omnibus aliis ſpeciebus,& generibus loquebatur: poſuit etiam in ſpecie leonina antoleonem, & ſic equina,& aſinina,& ceteris,& hoc primo aſſerebat eſſe neceſſarium, vt haberetur ſcientia de rebus,quæ non poteſt eſſe hominum corruptibilium,neque equorum & leonum; ſed de homine,equo,& leone incorruptibilibus. Secundo ex parte generationis, quia nihil poteſt exire de potentia in actum, niſi ab aliquo agente,ſui generis vel ſuę ſpeciei: vnde quia videmus generari hominem,leonem,& equum,oportet ponere formas ſeparatas, uel ideas iſtorum, à quibus generantur. Tertio quia omne ens per participationem reducitur ad ens per eſſentiam;ſed iſtę ſpecies inferiores ſunt entia pe participationem: ergo debẽt poni entia per eſſentiam:& ſic datur per ſe homo ſeparatus,& leo,& ſic de aliis ſpeciebus.

Opnio Platonis.

Exiens de potentia ad actum à quo producitur.

Sed hanc opinionem pluribus argumentis Ariſt. in tota fere doctrina ſua impugnat, quæ A
in particulari tractatu adduximus de concordia idearum inter Ariſt. & Platonem iuxta ſenté-
Tex. 18. Dilu. 10. tiam Simplicii 2. phyſicorũ, & Ammonii in libro perhier. & in hoc etiam 7. tetigimus, quòd
Ariſt. non impugnauit Platonem ſuum magiſtrum, ſed tantum diſcipulos Platonis, ita intel-
ligentes, & interpretantes doctrinam Platonicam, inter quos erat plato Ceſarienſis, & Seno-
crates, & Leocippus, inter quos erat diſcordia hæc de intellectu idearum: & propterea Ariſt.
Platonis ideæ ſunt ſecundũ theologos. contra iſtos arguit; ſed Plato poſuit ideas ſecundum ſententiam Theologorum, ut diximus.

Argumenta autem tacta ab iſtis diſcipulis Platonis facile ſoluũtur; & ad primum dicimus,
ꝙ habetur ſcientia de rebus generabilibus, & corruptibilibus ſecundum propoſitiones vni-
uerſales & in eſſe eſſentiæ, non autem in eſſe exiſtentiæ. Ad ſecundum dicimus, quòd pro-
pter generationem rerũ non oportet ponere ideas ſeparatas, quia hic homo generat hunc ho
minẽ, ſicuti homo hominẽ, & ſol & homo generãt hominem. Ad tertium reſpondet S. Tho.
q. 44. ar. 3. 1. p. quòd de ratione homiuis eſt, quòd ſit in materia, & ſic non poteſt inueniri homo ſine ma
teria, licet hic homo ſit per participationem ſpeciei, non tamen poteſt reduci ad aliquid exi-
ſtens per ſe in eadem ſpecie, ſed ad ſpeciem ſuperexcedentem, ſicuti ſunt ſubſtantiæ ſepara- B
tæ; & eadem eſt ratio de aliis rebus ſenſibilibus.

Sententia quorundam Arabum de ideis. Tertia opinio videtur eſſe quorundam peripateticorum, videlicet Albumaſar, & Auẽpacæ;
iſti enim conceſſerunt dari vniuerſalia etiam ſeparata, & diſtincta ſecundum rem à ſingula-
ribus, vnde parum videntur iſti differre à ſententia diſcipulorum Platonis. Mouentur au-
tem iſtis rationibus; quia illud, quod eſt perpetuum, non eſt coniunctum in eſſe cum corru
Tex. vlt. ptibili; quia corruptibile, & incorruptibile differnnt pluſquam genere, vt docuit Ariſtot. 10.
huius; ſed vniuerſalia ſunt perpetua, & incorruptibilia; ſingularia vero caduca & corruptibi-
Tex. 53. lia, vt ſcripſit Ariſt. in hoc 7. ergo vniuerſalia non poſſunt eſſe coniuncta ſingularibus, ſed ab
eis ſeparata. Secundo, illud, de quo eſt ſcientia, non poteſt eſſe coniunctum cum his, de
quibus non eſt ſcientia, aliter de eodem eſſet ſcientia & non ſcientia; ſed de vniuerſalibus eſt
Cap. 9. ſcientia, non autem de ſingularibus ex 1. poſteriorum: ergo vniuerſalia non poſſunt eſſe con-
iuncta ſingularibus, ſed ab eis ſeparata. Tertio, quæ ſunt propinqua ſenſibus, non poſſunt
eſſe coniuncta cum his, quæ ſunt maxime remota à ſenſibus; aliter vnum & idem eſſet pro-
pinquũ ſenſui, & remotum ab eo: ſed ſingularia ſunt propinqua ſenſibus, vniuerſalia vero C
Cap. 2. remota ab eis, vt habetur 1. poſt. quòd vniuerſalia & particularia opponuntur: ergo vniuerſa-
lia ſunt ſeparata à ſingularibus. Quartò, illa, in quibus latent æquiuocationes, non ſunt
coniuncta cum illis, in quibus non latent, quia iſta videntur eſſe oppoſita; ſed in vniuerſali-
Cap. 32. bus latent æquiuocationes, in ſingularibus vero non, vt dicit Philoſophus 7. phyſicorum, ꝙ
iuxta genera latent multa: ergo vniuerſalia ſunt ſeparata à ſingularibus. Quinto, ſicuti ſe
habet intellectus ad ſenſum, ita vniuerſale ad ſingulare per conuenientem ſimilitudinem;
Tex. 5. quia vniuerſale dicitur obiectum intellectus, ſingulare vero obiectũ ſenſus, vt habetur 2. po-
ſteriorum: ergo ſicuti ſe habet potentia ad potentiam, ita obiectum ad obiectum, ſed intel-
lectus non eſt coniunctus ſenſui, quia intellectus eſt ſeparatus à ſenſu, cum ſit immixtus, &
Tex. 4. immaterialis ex 3. de anima: igitur & vniuerſale erit ſeparatum à ſingulari. Vltimo, ſi vni-
uerſalia eſſent realiter coniuncta ſingularibus, tunc tot eſſent ſpecies, quot indiuidua, & tot
Sub vna ſpecie continẽtur plura individua. eſſent genera quot ſpecies; ſed hoc eſt impoſſibile, quia ſub vna ſpecie ſunt plura indiuidua
vel ſaltem poſſunt eſſe plura: ſimiliter ſub vno genere neceſſario ſunt plures ſpecies: conſe-
quentia patet, poſtquam enim vniuerſalia eſſent ſingularibus coniuncta, oporteret quòd mul D
tiplicarentur ſecundum multiplicationem eorum; quia, cum homo eſſet in ſingularibus,
oporteret tot eſſe homines, quot ſingularia.

Verum licet rationes iſtæ videantur aliquo pacto apparentes; tamen opinio in ſe eſt falſiſſi-
ma, quia ſi darentur vniuerſalia actu ſeparata à ſingularibus de mente Ariſto. tunc fruſtra da-
retur intellectus agens, quia vniuerſalia ſunt actu abſtracta per eſſentiam, & nõ indigẽt actio-
Tex. 17. ne intellectus agentis contra Ariſt. 3. de anima, vbi ponit, quòd in omni natura oportet pone
re vnum, quod eſt omnia fieri, & alterum, quod eſt omnia facere. Rationes vt dixi, licet pro-
babiles videantur, nulla tamen earum concludit. Et ad primam, in qua dicebatur; illud, quod
Vniuerſalia ſunt coniũcta ſingularibus ſecundũ exiſtentiam non autem ſecũdum eſſentiam. eſt perpetuũ &c. conceditur vniuerſalia non eſſe idem cum ſingularibus ſecundum identita-
tem ſingularem, & numeralem, ſed ſunt idem identitate generica, vel ſpecifica, & quoad eſſen
tiam, non autem quoad exiſtentiam. Et ſic ad ſecundam, in qua dicebatur illud, de quo eſt
ſcientia &c. non enim concludit ratio, niſi qnòd vniuerſalia ſnnt coniuncta cum ſingularibus
ſecundum ſubſiſtentiam, & ſecundum conditiones particulares, à quibus intellectus abſtra-
hit, conſiderando vniuerſalia, & non ſingularia, vt dicemus infra. Ad tertiam, in qua diceba-

tur.

A tur, illa, quorum vnum eſt propinquũ ſenſui &c. concedimus vniuerſalia & ſingularia eſſe coniuncta ſecundum ſubſiſtentiam, & conditiones indiuiduales, & ſenſibiles, ſecundum quas ſingularia cognoſcuntur à ſenſu, vniuerſalia vero ab intellectu. Ad quartam, in qua dicebatur, quòd in generibus latent multa &c. dicimus, nihil concludere, niſi quòd vniuerſalia & ſingularia non ſunt totaliter coniuncta ſecundum vnitatem indiuidualem; quia ſingulare eſt vnum numero, vniuerſale vero eſt vnum genere, vel ſpecie, & propterea intellectus ſeparat vniuerſale à ſingularibus. Ad quintam, in qua dicebatur, ſicut ſe habet intellectus ad ſenſum &c. dicimus, quòd non currit totaliter ſimilitudo, quia eſt diſſimilitudo aliqua in hoc, quia vniuerſale prædicatur de ſingulari, dicendo, Sortes eſt animal, intellectus vero non prædicatur de ſenſu. Ad vltimam, in qua dicebatur, quòd ſi vniuerſalia eſſent realiter coniuncta &c. dicimus, quòd ſi ſpecies capitur pro re ſubiecta, tunc tot ſunt ſpecies numeraliter diuerſificatę, quot ſunt indiuidua, quia quando dicitur, Sortes eſt homo, homo importat quidditatem in Sorte diſtinctã à quidditate, quę eſt in Platone, quia ſicut Sortes & Plato eſt alius & alius numero, ſic homo, qui prędicatur de his, diuerſificatur numeraliter. Si vero ſpecies B capiatur pro natura ſpecifica communi, ſic negatur, tot eſſe ſpecies quot indiuidua; hoc quoque pacto dicendum eſt de genere, quòd tot ſunt genera diuerſificata ſpecifice, quot ſunt ſpecies, quia animal, quod eſt in homine, & animal, quod eſt in leone ſic ſpecificatum, diſtinguũtur ſpecie, vt declarat Caietanus in prædicabilibus; ſi autem genus ſumatur pro intentione ipſius generis, ſic non multiplicatur, ſed repræſentat omnes ſpecies.

Intellectus non prædicatur de ſenſu.

Cap. de differentia.

Quarta opinio eſt, quæ attribuitur Auerro. qui ex oppoſito tenuit contra Alpharabium, & Auempacem, quòd vniuerſalia ſunt totaliter in intellectu, & nullo pacto in rerum natura; vnde exponẽs verba Ariſto. 1. de anima, vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt, ſcripſit intellectus eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus, ſed intellectus agens non eſt potentia, quæ cauſet aliquid reale extra ipſum, ſed tantum in ipſo: ergo vniuerſale non eſt in rerum natura, ſed tantum in ipſo intellectu. Sumpſit etiam hoc Auerr. ex libro perhier. & 1. poſteriorum, vbi Ariſt. definiens vniuerſale dixit, quòd eſt vnum in multis & de multis: ergo includit eſſentialiter comparationem ad ſuppoſita, vt prædicabile ad ſubiicibile, ſed talis comparatio non eſt in re, ſed tantum in intellectu comparante: igitur vniuerſale tantummodo erit in intellectu.

Tex. 8.

Intellectus facit vniuerſalitatem in rebus.

Cap. 5.

C Sed hæc opinio ſic ſuperficialiter intellecta eſt falſa, quia obiectum naturaliter præcedit actum: ſed vniuerſale eſt obiectum intellectus: ergo vniuerſale naturaliter præcedit intellectionem, quando intelligitur; ſed non eſt in actu in intellectu, niſi per intellectionem: ergo vniuerſale non eſt tantum in intellectu. Præterea, ſubiectum ſcientiæ inquantum ſubiectũ præcedit intellectum actu intelligentem: ſed ſubiectũ ſcientię vt eſt ſubiectum eſt vniuerſale: ergo vniuerſale antecedit ipſum intellectũ actu intelligentem: probatur minor, quia ſubiectũ ſcientiæ vt ſic eſt quoddã reale & cõparatur ad ſuã paſſionẽ; propterea non efficitur ab intellectu, vt vniuerſale eſt quoddam reale: verum quia vt diximus hæc opinio poteſt aliquo pacto ſubſtineri, vt declarabimus in explicatione opinionis S. Thomæ; propterea differantur illæ rationes iſtæ, vt videatur earum veritas.

Quinta opinio eſt Neotericorum, qui multa complicant pro intelligentia huius rei: & primo aſſignant tres diſtinctiones, quarum prima eſt. Duplex eſt intentio, prima ſcilicet, & ſecunda: per primam intentionem intelligunt ipſam rem poſitam in eſſe intellecto, & cognito: per ſecundam intentionem volunt quandam relationem ſeu comparationem intellectus; D quando intellectus comparat vnum intellectum alteri. Secunda diſtinctio. Vniuerſale, cum ſit quoddam concretum, poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro per ſe ſignificato, quod eſt vniuerſalitas & ſecunda intentio, quæ eſt quædam relatio rationis in prædicabili ad illud de quo eſt prædicabile: Alio modo ſumitur vniuerſale pro illo, quod denominatur ab alia intentione, quæ eſt aliqua res primæ intentionis, quia ſecundæ intentiones applicantur primis. Tertia diſtinctio eſt. Eſſe in intellectu contingit dupliciter. Vno modo ſubiectiue, vt ſpecies & actus intelligendi, & habitus, qui ſunt in anima. Alio modo obiectiue, & hoc modo poteſt eſſe dupliciter, vel habitualiter & in actu primo, quando eſt ibi per ſpeciem manentem in intellectu. Alio modo actualiter, ſiue in actu ſecundo, quando ſcilicet actu mouet & intelligitur.

Intentio duplex eſt ſecũdum recentiores.

Ex his dicunt, inter alia, quòd vniuerſale ſumptum pro ſubiecto remoto intentionis eſt aliquid vere in rebus; ita quòd in rerum natura extra animam opinantur eſſe rem vnam aptã natam eſſe in pluribus, abſq; omni opere intellectus, & probant pluribus rationibus. Primo, quia circumſcripto omni actu intellectus, naturæ humanæ non repugnat intelligi, vt vniuerſale, & commune pluribus: naturæ autem ſingulari repugnat intelligi vt vniuerſale: ergo præter

operationem intellectus natura humana eſt alia à natura ſingulari, & ſic vnitas eius eſt alia ab A
vnitate illius. Secundo, quia natura coloris eſt ratio formalis obiectiua terminandi viſum,
& hic color non eſt ratio terminandi viſum: igitur ratio formalis obiectiua viſus non eſt hic
Menſura rerum eſt realis. color, ſed color communis & vniuerſalis. Tertio, menſura rerum realium debet eſſe vna &
realis, quia menſuratum dependet à menſura, ſed ens reale non depēdet ab ente rationis; modo vnitas ſpeciei eſt prima menſura generis apud Ariſt. igitur vnitas ſpeciei, qua menſurantur omnia ſub genere contenta, debet eſſe realis. Quarto, vnitas alicuius naturæ, in qua aliqua comparantur realiter, debet eſſe realis; ſed in vnitate ſpeciei comparātur indiuidua eiuſdem ſpeciei & realiter: ergo debet eſſe realis. Quinto, circumſcripto omni actu intellectus,
plus conuenit Ariſt. cum Auerroe, quàm Simplicius cum aliquo leone: igitur præter operationem intellectus eſt illa ſimilitudo: ſed omnis relatio realis requirit fundamentum reale: igitur datur natura vna communis realis, quæ erit fundamentum illius ſimilitudinis. Sexto,
ſi omnis vnitas realis eſt numeralis: ergo omnis diuerſitas realis erit numeralis, tenet argumētum, quia idem & diuerſum ſunt immediate oppoſita: conſequens eſt falſum, quia tunc oīa
æqualiter differrent. Septimo, quod non deſtruit aliquid, illud permittit; ſed differentia nume B
ralis præter operationē intellectus non deſtruit vnitatem ſpecificam: igitur differentia numeralis realis illam permittit, & per cōſequens cum diſtinctis numero ſtat vnitas ſpecifica realis.
Octauo, quæ ſolo numero differunt præter operationē intellectus, non ſunt diſtincta ſpecie,
vt Matthias, & Dominicus; ſed hęc ſunt diſtincta numero ſolo: ergo ſunt ſpecie indiſtincta p̄ter operationem intellectus, tenet argumentum à negatione de prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito cum conſtantia ſubiecti: cum igitur iſta indiuidua ſint indiſtincta
ſpecie præter operationem intellectus: igitur datur vnitas quædam realis ſpecifica. Nono,
quæcunque non diſtinguuntur realiter ſecundum omnem rationem incluſam in eis, habent
aliquam rationem realem, in qua conueniunt realiter: ſed Simplicius, & Ammonius non
diſtinguuntur realiter ſecundum omnem rationem in eis incluſam, quia Simplicius inquantum homo non diſtinguitur realiter ab Ammonio, alias omnis homo diſtingueretur ab ipſo
Ignis generat ignem. Ammonio, & ſic idem diſtingueretur à ſeipſo, ergo &c. Vltimo, ignis generans ignem, aut
intendit ſingularem ignem, aut vniuerſalem, non ſingularem, quia ſunt præter intentionem
artis & naturæ ipſa ſingularia: ſi vniuerſalem, igitur datur ignis realis communis, & ſic concludunt iſti dari naturam quandam vniuerſalem, ad quam ſequitur quędam vnitas realis abſque omni operatione intellectus, & hæc vnitas eſt minor vnitate numerali, & prior vnitate C
ſpecifica conueniens eidem naturæ abſolute conſideratæ ſecundum ſe, & hanc vnitatem declarauit Scotus in libro de vniuerſalibus, & in theoremat. & 2. ſenten. immo vult quidam Do-
Quæſt. 5. Diſt. 3. ctor nomine Gabriel Zerbus Veronenſis contra vniuerſam ſcholam Thomiſtarū & Heruei,
& Petri de Palude, & Capreoli, & Thomæ Anglici hāc opinionem eſſe S. Thomæ in opuſculo de natura generis, vnde in hac parte non videtur Scotus diſſentire à S. Thoma.

Natura illimitata eſt prior hęcceitate. Sed quòd hęc opinio ſit chimerica, & contra veritatem & Philoſophiam Peripateticam
probatur ſic: ſi natura quę de ſe non eſt limitata ad gradum hęcceitatis eſt prior tali gradu, &
per conſequens prior vt ſic non repugnat eſſe in alio, & propter hoc natura iſta ſic conſiderata eſt vniuerſalis. quæritur à Scoto, in quo genere entium ſit, quia cum entia ſint in triplici
Tex. 2. differentia ſecundum Philoſophum 6. huius; iſta natura vniuerſalis, quam imaginati ſunt iſti
non poteſt eſſe de genere entium, quæ ſunt in materia ſecundum eſſe, & ſecundum rationem,
etiam ſecundum ipſos, neque de genere entium, quæ ſunt in materia ſecundum eſſe, & non D
ſecundum rationem: hęc enim ſunt ſeparata à materia ſecundum intellectum; nec eſt de genere entium, quę vtroque modo ſunt ſeparata à materia; quia ſic eſſet incidere in opinionem
Vniuerſa Neotericorū eſt fictitiū. Platonis, quam hic reprobat Ariſto. ergo fictitium eſt hoc tale vniuerſale, quod actu fingunt
præter omnem operationē intellectus. Præterea, cum vniuerſale in actu diſtinguatur contra ſingulare, ſicut ſingulari repugnat eſſe in pluribus, ita vniuerſali in vno tantum; humanitati enim, de qua negatur repugnantia ad eſſendum in pluribus, non repugnat eſſe in vno tantum: ergo negatio talis repugnantię non ſufficit ad conſtituendum vniuerſale in actu; quandoquidem vniuerſali in actu repugnat eſſe in vno tantum; ſed humanitati inquantum humanitas non repugnat eſſe in vno tantum, aliter non poſſet ſaluari in vnico tantum indiuiduo:
ergo humanitas vt ſic non eſt vniuerſalis in actu: patet ergo, tam ſententiam Scoti, quàm modum ponendi eſſe impoſſibilem, & contra Ariſt. Preterea, ex doctrina iſtorum, ſequitur vni-
Cap. 5. uerſale poſſe eſſe aliquid prȩter ſingularia, contra Philoſophum 1. perhier. vbi ponit vniuerſale eſſe vnum in multis, & non præter multa: conſequentia probatur, quia ex quo vniuerſale
ponitur eſſe de ſe vnum, ideſt naturæ vniuerſalis, inquantum eſt prior omni gradu limitationis, per

A nis,per quam contrahitur ad aliquid ſingulare, quod ſit præter illud. Immo ſequitur aliud
inconueniens, quòd,cum hæc natura ſecundum iſtos habeat per ſe vnitatem minorem vnita
te numerali præter ſingularia,eſſet ſimul & ſemel vnum in actu,& plura in actu: quia ipſi po
nunt,quòd datur natura ſpecifica realis, & natura generica realis vna prærer omnem actum
intellectus. Præterea, argumentor ad idem principale ſic, & fortius quærendo ab iſtis, aut
hic homo eſt homo participatione hominis,aut eſt homo participatione huius hominis, aut
idem eſt homo,& hic homo; non eſt homo partipatione huius hominis, quia tunc nihil eſſet
homo niſi participatione huius hominis,& ſic Sortes eſſet hic homo participatione huius ho
minis,& ſic de ceteris: nec hic homo eſt homo participatione hominis,quia tunc daretur ho
mo per eſſentiam,qui non eſſet hic homo, cum non ſit idem participans & participatum, &
ſic eſſet idea Platonis. non.n.Plato Ceſariẽſis per ideam aliud voluit,niſi hominem per eſſen
tiam; ſed hoc eſt impoſſibile: igitur præter operationem intellectus idem eſt homo,& hic ho
mo, & ſic ſequitur opinionem iſtorum eſſe fictitiam, & chimericam.

Impoſsibile eſt quòd idẽ ſimul ſit vnum & plura in actu.

Argumenta adducta facile ſoluuntur,& ad primum,in quo dicebant,circumſcripto omni
B actu intellectus &c. negandum eſt antecedens, & ad probationẽ negamus conſequentiam,
quia non valet,rei circumſcripto omni actu intellectus non repugnat intelligi vt vniuerſalis:
ergo præter operationem intellectus eſt actu vniuerſalis; quia ſtat, quòd ſit potentia & aptitu
dine quadam.& per intellectionem ſit actu vniuerſalis. Ad ſecundum etiam negandum
eſt antecedens,quia nec color,nec hic color eſt ratio obiectiua uiſus, bene tamen color eſt in
re aliquid,quod per conceptum formalem coloris nobis de nouo occurrentem poteſt intelli
gi non vt ratio formalis obiectiue viſus, & in re eſt aliquid quod per conceptum formalem
coloris poteſt intelligi, non vt ratio formalis,quia abſtrahit ab vtroque. Ad tertium nega-
tur, ꝙ ratio menſuræ fundetur in aliquo vniuerſali, quia non fundatur neq; in vniuerſali ne-
que in ſingulari vt ſic, ſed in natura vna formaliter, quæ reperitur in ſingulari, & ſic non eſt
vnum numero vt ſic menſura aliorum,ſed vnum formaliter. vel dicimus, quòd vnum indiui
duum poteſt eſſe menſura indiuiduorum alterius generis, vel plurium indiuiduorum eiuſ-
dem ſpeciei. Ad quartum, in quo dicebatur, quòd vnitas naturę alicuius &c. dicimus, quòd
circumſcripta operatione intellectus, indiuidua non comparantur in aliquo, ſed bene ex
C parte naturę poteſt eſſe conceptus quidam, quo repræſentari poteſt aliquid, in quo ſunt com-
parabilia,& alii conceptus repræſentãtes res comparabiles, & ſic in rerum natura non eſt ali-
qua diſtinctio. Ad quintum dicimus, quòd circumſcripto omni actu intellectus. Ariſto.&
Auerroes ſunt ſimiles & conuenientes ſe ipſis vel per eorum animas, non tamen ſunt ſimi-
les vna ſimilitudine, & ideo non oportet dari unum in quo ſint ſimiles, ſed plura quibus
ſint ſimiles.

Res potẽtia & aptitudine eſt uniuerſalis.

Ad ſextum, in quo dicebatur, omnis vnitas realis,&c. neganda eſt conſequentia, quia om-
nis vnitas realis poteſt eſſe numeralis, & tamen differentia poteſt eſſe ſpecifica, & ratio
eſt, quia hæc non ſunt oppoſita: & illa, quæ differunt, poterunt differre per ſuas for-
mas, vel per ſuam naturam realem, quæ non eſt vniuerſale in actu, vt ipſi arbitrantur. Ad ſe-
ptimum, in quo dicebatur, quod non deſtruit aliquid,&c. aſſerimus utique differentiam nu-
meralem permittere vnitatem ſpecificam, quia ſtat aliqua differre numero quæ ſunt eiuſdem
ſpeciei, non tamen ſunt eiuſdẽ ſpeciei per aliquod vniuerſale in actu præter operationem in-
tellectus, ſed plura præter operationem intellectus. Ad octauum, in quo dicebatur, quæ ſo-
D lo numero differunt, &c. dicimus quòd Matthias & Dominicus ſunt indiſtincti ſpecie præ-
ter operationem intellectus, ſed non per naturam quandam, quæ ſit vniuerſalis in actu, ut ipſi
docent; ſed per naturam quæ eſt uniuerſalis in potentia. Ad nonum, in quo dicebatur, quę-
cunque non diſtinguuntur realiter,&c. dicimus ꝙ Simplicius & Ammonius habent quædã
realia quibus differunt, & quędam realia quibus cõueniunt præter operationem intellectus;
tamen illa, in quibus conueniunt, non ſunt uniuerſalia in actu. Ad vltimum, in quo quęre-
batur quando ignis generat ignem &c. dicimus quòd natura intendit ſingulare; nullum tamẽ
ſingulare intendit diſcrete tantum; ſed vage & confuſe.

Natura in qua conueniũt indiuidua non eſt actu uniuerſalis in re.

His ergo opinionibus reiectis vt promiſimus in principio huius diſputationis, declaranda
eſt ſententia Ariſt.& S.Thomę; pro cuius intelligentia notandum eſt primo, quòd per nomen
vniuerſale tria intelligere poſſumus. Primo vniuerſalitatem, quę eſt relatio rationis. Secũdo
rẽ quæ denominatur vniuerſalis ab illa vniuerſalitate. Tertio aptitudinẽ, quę eſt quid mediũ
inter illa duo,& eſt fundamentũ proximum quare res ſuſcipit illam relatiuam denominatio-
nem: ideo enim intellectus attribuit ipſi rei relationem vniuerſalitatis, quia res illa apta nata
eſt eſſe in pluribus: vnde non intelligimus hic vt illa relatio, quæ vocatur vniuerſale formali-

ter,ſit

ter, ſit extra animam: quia apud nullos dubitatum eſt illam relationem fieri ab intellectu: & A
propterea illud dictũ: qd vniuerſale ſumptũ pro intentione nihil eſt in rebus, ſed in intellectu
tantum, eſt ſuperfluũ: quia omnibus manifeſtum eſt ens rationis non eſſe in rebus, ſed vniuer
ſale acceptum pro illa relatione, ſeu pro intentione fit ab intellectu: & eſt purum ens rationis:
ergo non reperitur in rebus, & ſic etiam vane impugnarunt Comment. dicentem: intellectus
Comm. 8. eſt qui facit vniuerſalitatem in rebus 1. de anima, neque etiam diſputamus hic, an res, quæ de-
nominatur vniuerſalis, quæ quidem res peripatetice vocatur vniuerſale obiectiue, & in potẽ-
tia, ſit extra animam; quia de hac etiam re non dubitamus, nam cum ſit reale quoddam vt ho-
mo & bos & huiuſmodi, eſt extra animam, & in rerum natura; & ſic concludunt de haore illa
duo argumenta adducta contra tertiam opinionem, quorum primum fuit: obiectum na-
Dilucidatio quæſiti. turaliter præcedit actum, &c. Secundum, ſubiectum ſcientiæ præcedit intellectum, &c.
Sed diſputamus in præſenti de illa aptitudine ad eſſendum in multis, vtrum ſine ope-
re intellectus inueniatur in rerum natura; & hanc aptitudinem vocant aliqui vniuerſa-
le in actu; & dicunt quòd eſt vere in rebus: & pro hoc adduxerunt illa decem argu-
menta, quæ non concludunt vt oſtendimus niſi de re ipſa, non autem de relatione neque de B
aptitudine.

Secũdo eſt ſciẽdũ, ꝙ vniuerſale dupliciter ſumi poteſt. Vno modo obiectiue in potẽtia, &
ſic eſt ipſa res vna formaliter ſine aptitudine ad eſſendũ in pluribus, ut natura humana abſq;
aptitudine ad eſſendũ in indiuiduis. Alio modo dicitur vniuerſale obiectiue in actu, & ſic di-
q. 55. ar. 3. Vniuerſale eſt triplex. citur totũ hoc, ſcilicet res vna apta nata eſſe in pluribus, quia vniuerſale triplex eſt, vt docuit
S. Thomas in tractatu Angelorum: vnum quod dicitur ante rem; aliud quod dicitur vniuer-
ſale in re; & tertium quod dicitur vniuerſale poſt rem: de vniuerſali ante rem dicunt aliqui,
quòd eſt in mente diuina: vniuerſale vero in re eſt ipſa natura ſingularis: vniuerſale au-
tem poſt rem eſt natura ipſa concepta ab intellectu actualiter ſub eſſe communi. Aliqui
vero dicunt, quòd vniuerſale ante rem eſt ipſum ſingulare; vniuerſale in re eſt ipſa na-
tura ſingularis: vniuerſale vero poſt rem eſt ipſa anima cum acceptione ipſius vniuerſalita-
tis. Alij vero exponunt, quòd vniuerſale ante rem eſt ipſa natura ſecundum ſeipſam: vni-
uerſale in re dicitur ipſum ſingulare: vniuerſale vero poſt rem dicitur intentio ſecun-
Vnitas duplex eſt. da: ſed prima acceptio eſt melior. Vltimo ſciendum eſt, quòd vnitas eſt duplex: quæ- C
dam numeralis, & quædam formalis: vnitas numeralis attenditur penes priuationem
diuiſionis numeralis: vnitas vero formalis attenditur penes priuationem diuiſionis
formalis, & hæc habet latitudinem, quia quædam priuat diuiſione formali omnino cauſabi-
li per principia propria, & communia, & hæc eſt vnitas formalis ſimpliciter; quædam
vero priuat diuiſione formali non ſimpliciter, ſed taliter cauſabili, ſcilicet per principia
communia, & hæc eſt vnitas formalis ſecundum quid, & habet latitudinem ſecundum quòd
diuiſio priuata cauſabili eſt à magis & minus communibus principiis eſſentialibus: verbi
gratia Sortes eſt vnus numero, quia non eſt per materiales differentias in ſe diſtinctus: homo
vero eſt vnus ſimpliciter formaliter, quia non compatitur ſecum aliquam diuiſionem for-
Animal quõ eſt vnum formaliter. malem: animal autem eſt vnum formaliter inquantum non compatitur ſecum diuiſionem
per ſenſibile & inſenſibile, non tamen habet vnitatem ſimpliciter, quia diuiditur per ratio-
nale & irrationale: corpus vero eſt minus vnum formaliter: eſt enim vnum, quia non eſt in
ſe diuiſum per corporeum & incorporeum, eſt autem minus vnum, quia compatitur ſecum
Ens eſt minime vnum. diuiſionem formalem maiorem, ſcilicet per animatum, & inanimatum: ens autem minime D
vnum eſt; vnum quidem eſt pro quanto non eſt in ſe diuiſum proportionaliter; minime ve-
ro pro quãto tantã diuerſitatem formalem cum ſua unitate cõpatitur. Ex quibus patet quid
ſit unitas quælibet, quia eſt indiuiſio, & talis vnitas eſt talis indiuiſio, ideſt diuiſionis
priuatio; & quælibet iſtarum unitatum tam numeralis quàm formalis exiſtit extra ani-
mam; ſed nulla vnitas communis pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exiſtit extra animam
lumine naturali cognita, quod dico propter diuinam eſſentiam, de qua erit ſermo in
Diſtin. 1. Quæſt. 3. Theologia, de qua plura diximus in 3. par. S. Thom. & 3. ſentent.

Iſtis ſic iactis ponuntur quatuor concluſiones, quarum prima eſt. Vniuerſale poteſt eſſe
ſecunda intentio: probatur quia vniuerſale ſumptum formaliter dicit habitudinem ad par-
ticularia, quæ habitudo eſt ſecunda intentio: quod probatur, quia illud quod eſt præciſe ab
opere intellectus, non eſt ens reale, & ſic eſt de hac intentione vniuerſali, ergo patet con-
Vniuerſale põt eſſe ens reale. cluſio iſta, quòd tale vniuerſale poteſt eſſe intentio ſecunda, vt eſt de facto.

Secunda concluſio. Vniuerſale põt eſſe ens reale: quia ſcientia eſt de realibus, & ſcientia eſt
de vniuerſalibus, ergo vniuerſale erit ens reale: vnde homo & animal ſunt entia realia, & ſic

poteſt

A poteſt committi fallacia accidentis argumentando: homo eſt vniuerſale: vniuerſale eſt ſecun-
da intentio: ergo homo eſt ſecunda intentio; noncócludit, quia eſt fallacia accidentis, & va-
riatio ſuppoſitionis. Tertia concluſio. Vniuerſale eſt de eſſentia particulariũ: probatur primo
per textum Ariſt. hic, vbi improbat opinionem Platonis: & probatur etiam ratione, quia defi-
niens eſt de eſſentia definiti; ſed vniuerſalia ſunt definientia ipſorum particularium, ſi parti-
cularia definirẽtur: ergo vniuerſalia ſunt de eſſentia particulariũ, & non ecõtra. Quarta cõclu-
ſio eſt reſponſiua quæſito principali & contra Aduerſarios. Non dantur vniuerſalia obiecti-
ue actu in rerum natura præter operationem intellectus: probatur ſic, quicquid ſequitur na Sequens naturam prædicatur de eius indiuiduo.
turam ſui ſimpliciter, prædicatur de indiuiduo illius naturæ: ſed aptitudo ad eſſendũ in plu-
ribus per Aduerſarios ſequitur naturam, puta humanitatem ratione ſui: ergo aptitudo ad
eſſendum in pluribus prædicatur ſimpliciter de indiuiduo humanę naturæ: igitur iſta erit ve
ra, Sortes eſt aptus natus eſſe in pluribus, quod eſt impoſſibile: maior patet ex eo, quòd om-
nia comitantia naturam ratione ſui, non ſeparantur ab ea poſita in indiuiduo, & conſe-
quenter prædicantur de eo, quia eſſe in, præſupponit dici de aliquo, vt habetur in anteprædi-
B camentis: ex conſequenti patet ruinæ totius edificii Aduerſariorum, quòd ſi vniuerſalia eſſent
in actu in rerum natura abſque operatione intellectus, tunc iſta propoſitio, vt diximus, eſſet
vera, Sortes eſt aptus natus eſſe in pluribus. Propterea dicendum eſt, quòd illorum triũ, quæ
nomine vniuerſalis intelligebãtur, ſcilicet relatio rationis, aptitudo ad eſſendum in multis,
& res quæ denominatur vniuerſalis, vnum tantum reperitur extra animam abſque opere in-
tellectus, ſcilicet res ipſa, quæ eſt vna formaliter, illa alia duo, nempe relatio rationis, & apti-
tudo ad eſſendum in pluribus, oportet vt fiant ab intellectu; & hæc eſt vera doctrina peripate-
tica hic & 1. de anima: & eſt opinio Themiſtii in eodem 1. de anima, Simplicii, Philoponi, Tex. 8.
Alexandri, & etiam ipſius Auerrois 1. huius; licet Auerroes videatur verbis diſcrepare à ſen- Tex. 40. Tex. 12.
tentia S. Tho. tamẽ in re conueniunt, quia Auerr. etiã ponit in rerũ natura vniuerſalia in po- Auerr. & S. Thom. ſunt diſcordes verbis non autem rebus.
tentia dari, & non in actu; quia in actu intellectus eſt ille, qui facit vniuerſalitatem in rebus.
Et ſi quis diceret, quòd hæc determinatio eſt contra Ariſt. in prædicamentis, vbi ponit ſub
ſtantias primas & ſecundas eſſe in rebus; ſed ſubſtantiæ primę ſunt actu in rerum natura: ergo
& ſubſtantiæ ſecundę, quę ſunt vniuerſalia, etiam erunt in rerũ natura. Eſt etiam contra Ariſt.
C 2. phyſ. tractatu de cauſis, ubi ponit effectus uniuerſales, & effectus particulares; ſed effectus Tex. 31.
particulares ſunt actu in rerum natura: ergo & effectus vniuerſales. Et in 1. poſteriorum, Cap. 9.
vbi ponit definitionem eſſe vniuerſalium, quæ ſunt æterna, & incorruptibilia. Item in eodẽ
lib. vniuerſale eſt vbique & ſemper: & ſuperius determinauimus materiam & formam perti- Cap. 5.
nere ad quidditatem vniuerſalem, quæ omnia reperiuntur in rerum natura, & extra animã.
Nihilominus hæc & alia ſimilia euadimus, quia verificãtur non đ vniuerſali, quod eſt relatio
rationis, neque de vniuerſali, quod eſt aptitudo rei ad eſſendum in multis, quia hæc omnia
fiunt ab intellectu; ſed verificantur dicta Ariſt. de vniuerſali ipſo, quod eſt res, quæ denomi-
natur vniuerſalis, & dicitur vniuerſale obiectiue in potentia, & hoc reperitur extra animam, Vniuerſale reale quod ſ
& in rerum natura; & ſic genera & ſpecies dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ, quæ denominantur
nominibus generis & ſpeciei: & ſic interpretanda etiam eſt ſententia Ariſt. in 1. poſteriorum, Cap. 5.
quòd vniuerſale eſt vbique, & ſemper, ideſt natura ipſa, quæ denominatur vniuerſale, non
determinat ſibi locum, aut tempus.

D *Maxime autem vtique aliquis animatorum partes ſuſpica-
bitur, & eaſque animæ propinqua, &c. Tex. 56.*

*Num diſtinctio partium organicarum animalis ſit per plures formas ſubſtantiales realiter, aut
ſpecificie diſtinctas.*

Dilucidatio decimaſeptima.

OPINIO quam ſequuntur Neoterici aſſerit, in quolibet viuo præter formã ani-
mati eſſe aliam formam communem corporis, & mixti; & præter has, quæ
ſunt communes toti animali ſiue viuo, ſunt aliæ partiales ſpecifice diſtinctæ, tot
quot organa diſtincta, & multis rationibus conatur probare. Primo, quia in Oſſa non ſentiunt.
animali ſunt oſſa, quæ non ſentiunt: ergo oportet, quòd alia ſit forma oſſium &
aliarum partium. Secundo, quia nulla vna forma numero poteſt informare materiam con-

contrarijs

trariis mixtionibus diſpoſitam,ſed in corpore animalis ſunt tales contrariç mixtiones , ſicut A
patet,quòd cerebrum eſt frigidum in homine,cor autem calidum,& ſic de aliis partibus cor,
poris humani : ergo vna forma mixti non poterit eſſe in corpore humano. Tertio arguit
Cap. 3.
auctoritate Ariſt.in libro de animalibus,vbi ponit cor animalis prius tēpore generari, quàm
partes animalis,& ſic eſt aſſignare multas complexiones completas, vnam ante aliam in gene
ratione animalis terminatas ad plures formas. Quarto, diuerſç operationes diſtinctæ ſpe-
cie arguunt diuerſas formas ſpecie diſtinctas ; ſed diuerſæ partes organicæ habent diuerſas
operationes ſpecie diſtinctas : ergo habent diuerſas formas ſpecie diſtinctas: minor patet,
Tex. 9.
quia alia eſt operatio manuum,alia pedum , & alia oculorum. Quinto in 2.de anima ſcri-
bitur,quòd ſi oculus eſſet animal,viſus eſſet anima eius,ſed hoc non eſt,niſi quia viſus eſt pro
Homo mortuus amittit ſuā propriā formam.
pria forma ipſius oculi ſubſtantialis,& per conſequens eodem modo de aliis potentiis orga-
nicis. Sexto,homo mortuus & homo viuus eſt vnum corpus numero; ſed homo mortuus
amiſit formam ſubſtantialem ſuam,quæ erat anima rationalis:ergo remanſit forma corporei
tatis , quæ erat in viuo:quia cadauer illud iam non eſt materia prima: ergo ſequitur plu-
res formas ſubſtantiales eſſe in eodem. Septimo,quærit,in homine mortuo, cum ſint ea- B
dem accidentia,puta cicatrices & alia ſimilia , aut proueniunt ex eadem forma ſubſtantiali,
quç erat in viuo,aut non : ſi ab eadem , habetur intentum ; ſi non ; quærit à quo corrumpi-
tur illa forma ſubſtantialis,à quo tamen non corrumpuntur eadem accidentia, non eſt facile
aſſignare,nec dicendum eſt accidentia eſſe diuerſa,quia hoc eſſet negare ſenſum; ergo &c.
Octauo,manifeſtum eſt,quòd in diuerſis partibus çtherogeneis oportet eſſe alias paſſiones
ſicuti alius eſt odor,& alius ſapor:ergo manifeſtum erit eſſe alias formas ſubſtantiales:antece
Diuerſe partes animalis efficiunt diuerſos guſt⁹.
dens patet , quia in comedendo diuerſas partes animalis ſentimus diuerſos guſtus,quod eſ-
ſe non poteſt,niſi per diuerſas formas ſubſtantiales: conſequētia patet,quia diuerſæ paſſiones
inſequuntur diuerſas formas,ergo &c. Nono,quia nos adoramus oſſa Sanctorū, ſi non eſſet
aliqua forma oſſium remanens in illis , non videtur eſſe aliqua ratio, quare magis adoranda
ſint oſſa reliquiæ boni latronis,quàm mali. Vltimo , eſt argumentum de corpore Chriſti,
qui fuit idem numero in cruce viuens,& in ſepulchro mortuus,& hoc eſſe non potuit,niſi pro
pter vnicam formam ſubſtantialem corporeitatis,quæ fuit in Chriſto viuo & mortuo.

Hæc difficultas tribus in locis pertractatur.
Circa hanc controuerſiam ita procedemus. Primo impugnabitur opinio aduerſa. Se- C
cundo declarabitur veritas ſecundum ſententiam Ariſt.& S.Thomæ. Tertio ſoluentur argu
menta Neotericorum. Quantum ad primum,ſciendum eſt diſputationem iſtam pertine-
q.12.
re ad ſecundum librum de anima, & ad librum de animalibus , & ad hunc locum: propterea
tripliciter pertractari poteſt.Primo,an in ipſo animato ſint plures animç,puta in hoīe an ſint
tres animç ſcilicet vegetatiua,ſenſitiua , & intellectiua:& hanc quçſtionem diſputat Ioannes
Quæſt.12.
de Ianduno in 2.de anima. Secundo poteſt diſputari,vtrum in homine ſit forma corporei
Diſt. 10.q.4.ar.2.
tatis realiter diſtincta ab anima,& ſic tangit quæſitum hoc Scotus in 4.ſenten.Tertio diſputa
tur hic,ſi partes organicæ diſtinctæ ipſius animalis habeant diuerſas formas ſubſtantiales , &
ſic tangunt eā Aduerſarii aſſerentes partem affirmatiuam,tanquam ſubtilem opinionem, ne-
gatiuam autem vocant opinionem groſſam. Primo ergo breuiter oſtendam opinionem
iſtorum eſſe contra Ariſt.& rationem,& ſic eorum ſubtilitas frangit doctrinam Ariſt.& ratio
Tex.9.
nem naturalem; Ariſto.enim 2.de anima aſſerit, quòd manus abſciſſa ſiue mortua dicitur ma
nus æquiuoce; ſi ergo manus,quæ eſt pars organica,haberet propriam formam ſubſtantialem
diſtinctam à forma aliarum partium ; ſequeretur quòd manus abſciſſa ab homine eſſet ma- D
Manus bifariam conſideratur.
nus vniuoce cum viua, contra Ariſt. Nec valet reſponſio & fuga illorum dicentium,manū
dupliciter poſſe conſiderari: ſcilicet vel manus vt manus, vel manus vt organū officioſum ad
exercendum opus vitæ,primo modo aſſerunt manum vniuoce eſſe, quàmdiu manet ſub for-
ma manus. Secundo dr̄ manus çquiuoce, quia ſine anima nō poteſt exercere opus vitæ,ſicuti
neque oculus videre. Sed quòd hçc reſponſio ſit fuga ſic probatur:aut manus conſideratur
ſecundum quòd manus eſt in homine,aut non; ſi non,ſequitur quòd forma talis manus non
eſt in homine viuo , & ſic non oportet ponere pluralitatem formarum: ſi vero ſic, ſequitur
quòd homo eſt quoddam compoſitum ex diuerſis formis ſubſtantialibus genere diſtinctis,
& ſic homo erit minus vnum quàm animal rationale mortale: probatur ſequela,quia manus
conſiderata vt manus continetur ſub corpore inanimato , quia ſi contineretur ſub corpore
animato,manus mortua non eſſet manus ſecundum quòd manus, quod eſt contra ſe ipſos:
Manus eſt organū animæ rationalis.
manus vero ſecundum quòd eſt organum animæ rationalis cōtinetur ſub animali rationa-
li ; ſed rationale & animatum non poſſunt contineri ſub eodem genere proximo,& ſic diffe-
runt genere: homo vero & leo ſunt eiuſdem generis,& ſic ſequeretur , quòd homo eſſet mi-

nus

A nus vnus, quàm homo & leo, quod eſt nedum contra rationem, ſed contra ſenſum. Et confirmatur, quia pluralitas non eſt ponenda ſine neceſſitate; ſed non eſt neceſſe ponere tales formas partium organicarum, cum vna perfecta forma poſſit facere quicquid faciunt illę plures, quarum eſt virtualiter contentiua: igitur hæc opinio ponit ſuperflua contra Ariſt. qui 1. phy. adducit hanc rationem contra Anaxagoram. Nec valet reſponſio illorum, quòd requiritur neceſſitas vitandæ contradictionis gratia, quia nulla eſt contradictio, immo ponere oppoſitū eſt ponere contradictionem. Præterea, arguitur & fortius ex Ariſto. 3. huius, qui diſputans contra Platonem ponentem pluralitatem idearum aſſerit, quòd ſi alia eſſet idea animalis & alia bipedis, tunc animal bipes non eſſet ſimpliciter vnum. Ita etiam arguitur contra iſtā opinionem, quia ex duobus entibus in actu nō fit vnum, ſed plures formę ſunt plura in actu: nam forma eſt eſſentialiter actus, animal vero eſt aliquod vnum: ergo non poteſt conſtare ex pluribus partibus habentibus plures formas. Nec valet reſponſio ad hoc, quòd actus eſt duplex: vltimatus, & non vltimatus, quia ille actus vltimatus eſt erg accidēs, qui aduenit enti in actu. Præterea, in 1. de anima etiā arguit Ariſto. contra ponentes diuerſas animas in corpore, inquirens quid continet ipſas, & quid faciat ex eis vnum: non enim poteſt dici, quòd vniantur per vnitatem corporis, quia magis anima continet corpus, & facit ipſum eſſe vnum, quàm econuerſo: vnde patet quòd Philoſophus negat pluralitatem formarum, quia ex eis non poteſt fieri vnum per ſe, quandoquidem quælibet forma ſubſtantialis cum ſua materia conſtituit ſuppoſitum de genere ſubſtantię; ergo animal vnum eſſet plura ſuppoſita, ſi tot habet formas ſubſtantiales ſpecifice diſtinctas. Sic enim arguit Philoſophus contra ponentes elementa manere in mixto ſecundum ſuas formas perfectas, vel imperfectas, quia tunc mixtum eſſet plura ſuppoſita, quod rationi & philoſophiæ Ariſt. repugnat.

Pluralitas non eſt ponenda ſine neceſsitate. — *Tex. 8.* — *Actus duplex.* — *Tex. 91.* — *Ex pluribus formis non fit vnum per ſe.*

B (marginal letter beside "re, inquirens quid continet ipſas")

Nec valet reſponſio dicendo, quòd ſunt plura ſuppoſita in potentia, non antē in actu, quia forma eſt actus, & facit rem eſſe in actu: & ſi valet argumētum Ariſt. de elemētis contra Antiquos, valet & hoc contra ipſos; quia ſicuti aliquid eſt ens, ſic eſt vnū, & perfectius ens, pfectius eſt vnū; ſed aīal eſt perfectius ens, quā ignis, & aqua, & aer: ergo perfectius eſt vnū; quod non eſſet, ſi animal haberet tot formas diuerſas, & aqua tantum vnam. Nec valet reſponſio de vnitate perfectionis, & indiuiſibilitatis; quia vnum nec perfectionem nec imperfectionem dicit, vt docet Caietanus in 1. p. Præterea, diuerſa ſpecie non continuantur, ſed animal eſt vnū continuum: ergo non conſtat ex partibus ſpecifice diſtinctis: maior probatur, quia quælibet illarum formarum perficit materiam, & ſic eſſet diſtincta ſpecie ab alia: & ſi ex duobus diſtinctis numero non poteſt fieri vnum numero, quanto magis ex duobus ſpecie diſtinctis, quæ magis differūt quam numero diſcrepantia? Nec valet reſponſio dicendo, quòd manus arida continuatur corpori viuo animalis, & ramus ſiccus ramo viuo in arbore, quia hęc talia non faciunt vnum verum continuum, de quo loquitur hæc ratio. Præterea, diuiſo aliquo animali anuloſo, puta ſerpente, vel lacerta aliqua, vtraque pars illius animalis viuit, vt patet ad ſenſum vel ergo eſt anima vnius ſpeciei in vtraque parte: vel alterius ſpeciei: ſi primum, ergo in toto erat prius vna forma ſpecie & habetur intentum: ſi ſecundo modo, ergo animal anuloſum vnum, diuiſum, erit multa animalia, quod eſt abſurdum dicere Abſurdius quoque eſt reſponſum illorum, quòd partes illæ diuiſæ habent animam eiuſdem ſpeciei, quia hoc deſtruit doctrinam ipſorum ponentium plures formas ſpecie diſtinctas in partibus; tum quia maior diſtinctio apparet in corporibus organicis, inquantum animata ſunt, quàm inquantum mixta ſunt, vt patet de videre, audire, & huiuſmodi: ſed propter illam diuerſitatem non ponuntur tales partiales formæ integrantes vnam animam ſenſitiuam: ergo non oportet ponere hanc diuerſitatem in forma mixti.

Sicuti aliqd eſt ens ita vnum. — C *quæſt. 11.* — *Ramus ſiccus & viuus I arbore quō ſe habeant.* — D

Quantum ad illam aliam partem huius diſputationis, num in homine ſint plures animæ, Ariſt. 1. de anima recitauit opinionem Platonis, qui poſuit in eo tres animas diſcretas & ſeparatas loco, quæ opinio eſt falſiſſima, ſicuti Ariſtot. ibi docet. Philoponus tamen non conſentiens Platoni poſuit tres animas in vno & eodem ſubiecto, ſed non ſeparatas. Sic etiam tenuit Ochan in quolib. Sic etiam Ioannes de Ianduno 2. de anima poſuit tres animas diſtinctas, ſcilicet vegetatiuam, ſenſitiuam, & intellectiuam. Paulus Venetus etiam aſſerit in homine eſſe duas animas, ſcilicet ſenſitiuam corruptibilem, & intellectiuam incorruptibilem. Sed horum opiniones ſunt falſæ, tum in philoſophia, tum etiam in Theologia, quia in homine eſt tantum vna anima, ſcilicet intellectiua: & hæc eſt expreſſa doctrina Ariſt. in 1. de anima, vbi reprehendit Platonem, qui plures animas poſuit in vno; vult ergo Philoſophus in vno homine vnicam tantum animam eſſe ſubſtantialem; potentias autem plures: & in eodem libro docet ab vna anima prouenire intelligere, amare, iraſci, & cogitare: & in 2. de anima docuit

Tex. 91. — *Quol. 2.* — *quæſt. 9.* — *Tex. 92.* — *Tex. 66.*

vegetati-

vegetatiuum eſſe in ſenſitiuo,& hoc in intellectiuo,ſicut eſt figura inferior in ſuperiori ,ideſt A trigonum in tetragono,& tetragonum in pentagoneo.

Prædicatio per accidēs quæ eſt.

Adeſt & ratio validiſſima, nam illa, quæ attribuuntur alicui ſecundum diuerſas formas, per accidens prædicantur de eo, ſicut album & dulce de lacte: ſi ergo in eodem eſſent plures formæ ſubſtantiales, prædicata ſumpta ab illis diuerſis formis prædicarentut per accidens, & nō per ſe, & ſic iſtę eſſent per accidēs, homo eſt animal, & homo eſt corpus, quod eſt cōtra Ariſt. 1. poſteriorum. Hanc veritatem docet S. Auguſt. libro 10. ſuper Geneſ. ad literam; & libro de Eccleſiaſticis dogmatibus, vbi aſſerit, nec duas animas eſſe in homine dicimus unam animalem, & aliam ſpiritualem, ſed vnam, & eandem, quæ corpus viuificet, & ſeipſam diſponat. Immo hæc veritas videtur quòd ſit determinata in Concilio Conſtantinopolitano quarto, vbi dicitur. Apparet quoſdam noſtri temporis in tantum impietatis veniſſe, vt duas in homine animas impudenter dogmatizent, quos omnes & ſimilia ſentientes, cum vetus & nouum teſtamētum, & omnes Eccleſiæ Patres vnam animam rationalem aſſeruerint, ſancta & vniuerſalis ſynodus anathematizat. Ex quibus patet nullum philoſophum Chriſtianum amplius ſubſtinere debere hanc opinionem. B

Cap. 4.
Cap. 11.
Cap. 15.
Cano. 11.

Diſt 11. q. 3. & diſt. 10. q. 4 ar 2.
Ter. 8.
Opinio Scoti contra Ariſtot.

De tertia autem illa opinione, quòd detur forma corporeitatis diſtincta realiter ab anima, videtur diſputare Scotus in 4. ſenrent. motus ex hoc, quia corpus Sortis in morte remanet idem numero; & anima non remanet: igitur forma corporeitatis realiter diſtinguitur ab anima. Hæc opinio eſt expreſſe contra Ariſt. 5. phy. vbi ponit differentiam inter generationē, & motum per hoc, quòd illud, quod generatur non eſt; id quod mouetur eſt, & ſic ſequitur generationem non eſſe motum. Quo ſtante arguitur ſic contra Scotum: ſi præter animam daretur in materia forma corporeitatis: ſequeretur nullam eſſe differentiam poſitam ab Ariſt. inter generationem & motum: probatur conſequentia, quia materia cum forma corporeitatis eſt ſubiectum motus, quia eſt ens in actu, & ſic ſequitur nullum diſcrimen eſſe inter ſubiectū motus, & generationis. Deinde aduerſatur etiā dictis Ariſt. lib. 1. de generatione vbi aſſerit generationē eſſe tranſmutationē totius in totū non manente aliquo eodem ſubiecto ſenſibili: ſi ergo daretur forma corporeitatis præter animā intellectiuā, ſeu ſenſitiuā in animali: ſequeretur quòd remaneret aliquod ſubiectum ſenſibile, & ſic corruptio vnius non eſſet generatio alterius, contra Ariſt. 1. de generatione: hoc enim nō poteſt ſubterfugere Scotus, quia C cogitur ponere corruptionem ſine generatione, & quòd agens naturale agat per ſe ad corruptionem, & non ad generationem. Nec eſt verum, quòd ipſe aſſerebat, corpus Sortis poſt mortem remanere idem numero; quia forma cadaueris de nouo generatur, cum ſit quædam via naturalis à viuo ad elemēta: quia poteſt ſubſtineri formam cadaueris eſſe eiuſdem ſpeciei in omnibus mortuis, quoniam non eſt per ſe intenta à natura, ſed tantum via ad conſtituendas ſpecies rerum, vel poſſumus etiam dicere formam cadaueris eſſe in diuerſis diuerſarum rationum, quia de ipſa non pertinet ad ſenſum iudicare, ſed ad intellectum, cum ſit ſubſtantia. Sic docet S. Thom. in quæſtionibus de formis, quod eſt contra Scotū, tenentē formā cadaueris iudicari à ſenſu, ex quo ſequitur ſubſtantiam eſſe ſenſibilem. Ex hoc etiam reprehenditur opinio Auerrois in libro de ſubſtantia orbis, vbi poſuit in materia prima, quæ eſt pura potentia, dari dimenſiones interminatas: ad quam opinionem ſequitur ens ſecundum quid præcedere ens ſimpliciter: & ens per accidens eſſe prius ente per ſe, & materiam primam habere maiorem connexionem cum forma alterius generis, quàm cum forma proprii generis; D & ſubſtantiæ generabilis non ſolum eſſe tria principia, ſed quatuor, nempe materiam, formā, priuationem, & quantitatem interminatam; quæ omnia ſunt abſurda: ſequitur ergo materiā primam eſſe immediatum ſubiectum formę ſubſtantialis, & in vno ente naturali eſſe vnicam tantum formam ſubſtantialem,

Ter. 13.
Ter. 17.
Forma cadaueris non eſt per ſe intēta
Dimenſiones interminatę in materia prima non dantur.

Ter. 10.
Natura abhorret ſuperflua.

Quod, quō ſit, declarandū eſt ſecundum quod propoſuimus de mente Ariſt. & S. Th. pro cuius intellectu ſciendum eſt primo, quòd cum in formis ſit quidam gradus, ita ꝙ vna eſt perfectior alia, ut patet ex Ariſt. 8. huius, vbi ponit formas eſſe veluti numeros, & propterea quicquid facit forma imperfectior, pōt facere forma pfectior & excellentiori modo, & hinc eſt ꝙ exiſtente aliqua forma perfecta, in re ipſa naturali, eſſent ſuperflue omnes aliæ imperfectiores exiſtentes in illa: & propterea in aduentu formæ perfectioris abiicitur forma imperfectior, quæ præexiſtebat, & ratio eſt, quia natura abhorret ſuperflua: verbi gratia forma leonis eſt perfectior forma corporeitatis, elemēti, mixtionis, & vegetatiuæ; ideo non ſolum dat leoni, ꝙ ſit leo, ſed ꝙ ſit corpus, mixtus, & viuus: & propterea cum generatur leo adueniente in materia anima uegetatiua, corrumpitur forma mixtionis, quæ fuit materia tranſiens, vt eſſet diſpoſita ad ſuſcipiendam animam vegetatiuam; & quando debet generari forma mixtionis, corrum-

pitur

A pitur forma corporeitatis,& ſic pedetentim vna poſt vnam corrumpitur,donec veniat forma leonis,quæ fert ſecum perfectiones omnium formarum præcedentium, quæ à principio non fuit introducta,quia materia non erat apta nata ſuſcipere formam leonis, niſi prius pertranſiret per illas formas,quę inductę ſunt à natura, vt eſſent prӕparatorię ad ſuſcipiendam formã leonis,& quod dico de leone,dico de ceteris rebus naturalibus.

Secundo eſt notandum,quòd iſta vocabula,intellectiuum,ſenſitiuum,& vegetatiuum,poſ ſunt tripliciter ſumi. Primo vt ſignificant potentias operatiuas, & ſic per ſe prædicantur de ſuis ſubiectis,ſicut paſſiones:& cum ſint in homine, ſequitur has propoſitiones eſſe veras, & in ſecundo modo dicendi per ſe, homo eſt intellectiuus, homo eſt ſenſitiuus, & homo eſt vegetatiuus. Secundo poſſunt conſiderari vt dicunt principium eſſentiale operationis determinatum,& particulare, vt intellectiuum ſit principium quoddam eſſentiale intelligendi, & ſenſitiuum ſit principium eſſentiale ſentiendi, & non intelligendi, & ſic vegetatiuum uegetandi,& hoc modo ſunt diuerſa,nec prædicãtur de ſe inuicem,ſed ſunt differentiæ oppoſitæ, itaut intellectiuum ſit ipſius hominis,ſenſitiuum ipſius bruti, & vegetatiuum ipſius plantæ. Intellectiuũ ſenſitiuum, vegetatiuũ, trifariam cõ ſiderantur.

B Tertio conſiderari poſſunt,præcipue illa duo vltima,pro principio eſſentiali abſque excluſione,vt vegetatiuum ſit habens principium eſſentiale vegetandi,ſiue intelligat ſiue ſentiat, ſiue non;& ſic eſt genus quod prædicatur de omni animato:ſimiliter ſenſitiuũ pro habente principium ſentiendi,& ſic eſt differentia generica,quæ de homine & bruto prædicatur.

Tertio eſt notandum,quòd anima licet informet diuerſas partes organicas, & omnes partes ipſius corporis,nihilominus oſſa non ſentiunt,nec capilli, & hoc eſt propter terreſtreitatem iſtarum partium,& propterea non eſt mirum ſi ibi non fiat ſenſatio,immo ſi gladius pręciſe tangeret organum alicuius ſenſus, tactus non ſentiret, quia ſenſatio non fit niſi ratione carnis coniunctæ. Vnde non eſt dubitatio alicuius momenti illa, quæ fieri ſolet de oſſibus & pilis,& capillis; ſi vnica eſt forma ſubſtantialis totius & eius partium, cur partes iſtæ non ſentiant? quia dictum eſt, quòd hoc prouenit ratione materiæ,& terreſtreitatis. Capilli non ſentiunt.

Iſtis ſic ordinatis ponuntur aliquæ concluſiones,quarum prima eſt. Anima non poteſt eſſe vna in omnibus viuentibus; quæ concluſio eſt contra aliquos Antiquos, ponentes vnicam animam in omnibus viuentibus; quæ opinio eſt erronea & falſiſſima, quia tunc ſequeretur

C omnia viuentia eſſe eiuſdem ſpeciei,& ſic homo,leo,& arbor eſſent eiuſdem ſpeciei,quia per iſtos haberẽt vnam animam. Secunda concluſio. In arboribus eſt tantum vna anima,ſcilicet vegetatiua,probatur,quia in eis non apparent aliæ operationes niſi animæ vegetatiuæ. Tertia concluſio. In animali vno eſt tantum anima ſenſitiua,quæ virtute continet vegetatiuã; hæc etiam patet ex ſupradictis. Quarta concluſio. In homine vno eſt tantum vna anima, ſcilicet rationalis,quæ virtualiter continet alias:probatur, quia eſſentialiter & eminenter poteſt exercere operationes aliarum. Vnde aduerte circa iſtam concluſionem, quòd in anima intellectiua inuenitur eſſe corporeum, materiale, quantum, & figuratum; non formaliter vt dixi, ſed virtualiter, quia eſt tantæ excellentiæ, vt faciat ens materiale ſubiectum quantitati, & vegetatiuum, & ſenſitiuum, & intellectiuum. Quinta concluſio. Diuerſæ partes organicæ habent diuerſas formas accidẽtales:probatur,quia aĩa, quæ eſt forma ſubſtãtialis,nõ eſt principium immediatum operationis,licet ſit principium immediatum eſſendi, & per conſequẽs in oculo eſt eadem forma ſubſtantialis,quæ eſt in pede, & in manu, tamen eſt diuerſa diſpoſitio,& complexio, quæ eſt propria oculo; & alia eſt diſpoſitio, commixtio, & complexio in In homine ẽ tñ vnica aĩa. Diuerſæ partes organicæ q̃uo habent diuerſas formas.

D pede,& ſic de aliis partibus. Vltima concluſio reſpondẽs quæſito principali. Diuerſæ partes organicæ ipſius animalis non habent formas ſubſtantiales diuerſas realiter & ſpecifice diſtinctas:hæc concluſio patet ex rationibus adductis contra Aduerſarios.

Quantum ad tertium ſoluenda ſunt argumenta in contrarium,& ad primum,in quo dicebatur,quòd in animali ſunt oſſa,quæ non ſentiunt, &c. dicitur, quòd licet oſſa non ſentiant, non tamen eſt ponenda alia forma ſubſtantialis in eis à forma totius; quia hoc eſt propter diſpoſitionem materiæ,vt dictum eſt. Ad ſecundum,in quo dicebatur, quòd vna forma numero non poteſt informare, &c. neganda eſt iſta propoſitio, quia illa forma præhabet in ſe virtutem aliarum formarum inferiorum, ex conſequenti poteſt facere quicquid faciunt aliæ formæ inferiores: vnde licet in cerebro ſit alia mixtio, quàm in corde, hæc tamen diuerſitas non oritur ex diuerſis formis ſubſtãtialibus, ſed ex diuerſis diſpoſitionibus illarum partium. Ad tertium,in quo dicebatur,quòd Ariſt.in libro de animalibus ait,cor prius generari, &c. concedimus cor prius organizari,tamen corrumpitur illa organizatio, & perfectior generatur: vnde S.Thomas exponens dictũ Ariſt. 2. de generatione animalium, quòd homo prius viuit vita plantę, & poſtea vita animalis, & tandem vita hominis, aſſerit quòd prius tempore Forma ſuperior ſhabet inferiores in virtute. Cap.3. Cap.3.

Adueniente vna aïa deſtruitur alia

pore homo viuit vita plantæ, quia ſemen recipit animam plantæ, & poſtea animã ſenſitiuã, A hac tamen adueniente deſtruitur vegetatiua pręcedens, & poſtea venit intellectiua, & per hanc deſtruitur ſenſitiua, ita vt vna tantum anima remaneat in homine, vt dictum eſt in notabilibus. Ad quartum, in quo dicebatur, diuerſæ operationes in ſpecie, &c. dicimus, quòd intelligitur iſta propoſitio de diuerſis operationibus adæquatis; non autem de operationibus partialibus. Deinde conceditur, quòd arguant diuerſa principia accidentalia, quæ ſunt potẽtiæ illarum operationum, ſed non diuerſa principia ſubſtantialia, quia hæc poſſunt fieri ab vno, quod eminenter & virtualiter continet plura. Ad quintũ, in quo adducebatur dictũ Ari. ꝙ ſi oculus eſſet animal, &c. dicimus, ꝙ intentio Ariſt. fuit, quòd ſi viſus eſſet forma propria ipſius oculi, ſiue accidentalis, ſiue ſubſtantialis, ſequeretur ſuum intentum, quod etiam nos

Forma corporeitatis non eſt eadem in genito & corrupto.

concedimus: ſed non vult oculũ habere propriam formam ſubſtantialem diſtinctam ab anima realiter; negandum ergo eſt hoc, quia non eſt ad intentionem Ariſt. Ad ſextum, in quo argumentabantur de forma cadaueris, dictum eſt ſupra, quòd non eſt eadem corporeitas numero in genito, & corrupto, & ſi Scotiſtæ iudicãt eſſe vnam & eandem decipiuntur. Ad ſeptimum, in quo quærebatur, ſi aliqua forma ſubſtantialis inſit materiæ, &c. dicimus, vt ſępe B dictum eſt, illam formam præexiſtentem corrumpi per accidens ad introductionem formæ ſubſequentis nobilioris. Ad octauum, in quo dicebatur, quòd partes diuerſæ, &c. dicimus quòd hoc argumentum nil aliud probat, niſi quòd illę partes habent diuerſas diſpoſitiones, & complexiones, & mixtiones. Ad nonum, in quo Scotiſtæ repręhendunt nos de adoratione reliquiarum, dicimus ipſos eſſe repræhendendos: nam oſſa & reliquię Sanctorum &

Reliquię ſanctorum quare adorantur à nobis

Sanctarum adorantur à nobis, quia fuerunt ſub illis ſanctiſſimis animabus plenis gratia Spiritus ſancti illorum Sanctorum & Sanctarum, non quòd in eis remanſerit propria forma ſubſtantialis. Ad vltimum de corpore Chriſti pro nunc dicimus, quòd fuit idem numero corpus Saluatoris noſtri in cruce viuens, & in ſepulchro mortuum, non propter formam corporeitatis, ſed propter idem ſuppoſitum. Et ſic dicendum eſt de hoſtia conſecrata retenta in triduo: quia fuit eadem exiſtentia diuina: propterea dicitur, quòd corpus Chriſti fuit idem nu-

Q. 75. ar. 4.
Cap. 58.
Art. 11.
Quoli. 2. q. 4
Opuſc. 19.

mero vno. Et hęc eſt determinatio ſecundum Ariſto. & S. Thomam, vt eſt videre 1. p. & 1. contra gen. & in diſputatis de anima, & in quolibetis, & in opuſculis. Et ſi quis ampliſſime voluerit videre materiam iſtam legat Herueum in quæſtione magna de pluralitate formarum, vbi adducit centum argumenta pro & contra. Ex quorum ſolutionibus, & ex doctri- C na, quam nos hic adduximus nemini obſcurũ eſſe videtur, quàm inepte, & impie ſcripſerit Io-

Quæſt. 4. ar. 2
Arguitur Ioſeph.

ſeph Angles in floribus theologicarum quęſtionum 4. libri ſentent. inepte dico, quia ait eſſe erroneum in philoſophia id quod eſt verum; impie autem, quia dicit eſſe contra fidem illud quod eſt fidei conſentaneum, aſſerit enim de ſacramento Euchariſtiæ loquens formalẽ terminum conuerſionis panis eſſe Chriſti Ieſu corpus, quatenus ex materia prima & forma corporeitatis componitur, & non vt ex anima dante eſse corporeum, quia forma dans corpori eſse corporeum non eſt anima rationalis, ſed forma corporeitatis, alioquin enim ſequeretur, quòd cadauer non eſſet eiuſdẽ hominis viuentis corpus, quod eſt erroneũ in philoſophia & fide, quia tunc corpora Sanctorũ non eſſent veneranda, neq; corpus Criſti in ſepulchro fuiſſet idem quod in cæna, quod eſt contra fidem, quæ doctrina proſumptuoſa potius videtur & temeraria, cum ponat doctrinã S. Tho. eſse erroneam & fidei contrariã, quę tñ eſt ab Eccleſia approbata & videtur ab oĩbus doctoribus amplecti cõtra id qđ hic vir ſcribit hoc in loco. D

Quoniam vero compoſitum ex aliquo ſit, vt vnum ſit omne, ſed non vt cumulus, ſed vt ſyllaba, &c. Tex. vltimo.

Vtrum compoſitum per ſe vnum dicat formaliter aliquam entitatem diſtinctam realiter ab entitate partium.

Dilucidatio decimaoctaua.

Contrad. 8.
Comm. 17.
diſtinct. 2.

HVNC textum exponens S. Thomas aſſerit ipſum compoſitum non eſſe ea ex quibus componitur: propterea circa hanc controuerſiam tum Philoſophi, tum Theologi varia ſentiunt, vt Zimara in theorema. & in contradictionibus Auerr. ſuper 1. phyſicorum. Theologi vero in 3. ſententiarum diſputant de hac re occaſione incarnationis, ſi perſona diuina poſſit aſſumere entitatẽ reſultantẽ ex

materia

A materia & forma : ptopterea Gregorius Ariminenſis 1.ſent. & Durandus 3. ſent. & ſimiliter Diſt. 24.
Aureolus in eodẽ lib. pluribus rónibus conantur probare totũ nó diſtingui realiter à ſuis par Diſt. 2.
tibus ſimul ſumptis, ſed eſſe idem, & diſtingui tm̃ ſecundum rationẽ; & inter alias rationes,
quas adducunt, hæc fortior videtur : nam ens abſolutum & realiter diſtinctum ab alio poteſt
ſaltem per diuinam potentiam ſeparari ab eo; ſed totum eſt ens abſolutum & diſtinctum rea- Totum eſt
liter à partibus: ergo poteſt ab omnibus ſuis partibus ſeparatum exiſtete, quod implicat con- ens abſolutum.
tradictionem, quia de ratione totius eſt habere partes in ſe. Secundo quærunt, vt recitat Ca Diſt. 2. q̃o.
preolus in 3.ſent. vel totum diſtinguitut à partibus ſecundum ſe totum, vel ſecundum ali- unica.
quid ſui; ſi primo modo, ergo diſtinguitur ſecundum omnes ſuas pattes, & ſic ſecundũ partes
diſtinguitur à partibus: ſi ſecundo, cũ id non poſſit eſſe pars totius: ergo erit aliquid, quod nõ
pertinet ad totum: ergo ſecundum id quod non pertinet ad totum, totum diſtinguitur à toto.
Tertio, illud, quod aduenit enti in actu, eſt accidens; ſed iſta entitas totius aduenit formæ vni
tæ cum materia, quæ forma eſt actus: ergo illa entitas totius erit accidens. Quarto, ſi totum
diſtingueretur realiter à partibus, tunc numerus ternarius eſſet quaternarius, quia præter tres
B vnitates partiales eſſet quarta vnitas, nempe entitas totius ternarii. Quinto, data hac opi- Quantitas
nione, ſequeretur, quòd tota aliqua quantitas eſſet maior, quàm omnes partes ſimul ſumptæ: non eſt maior
nam tota quantitas habet omnes quantitates omnium ſuarum partium, & vltra habebit enti- omnibus partibus ſuis
tatem totius, quæ non poſſunt eſſe aliud, quàm quantitas, & ſic habebit plures quantitates, ex ſimul ſum-
conſequenti eſſet maior. Sexto, poſita hac concluſione, quòd totum diſtinguitur à parti- ptis.
bus realiter, ſequeretur quòd cuiuslibet generationis eſſent duo termini, vnus forma, & alter
entitas totius; ſed vnius motus numero non poteſt eſſe niſi tantum vnus terminus, ergo &c.
Septimo; iſta opinio eſt contra Auerr. & Ariſto. in hoc lib. aſſerentes, totam quidditatem com Tex. cõ. 10.
poſiti naturalis eſſe formam, ſed ſi præter materiam & formam daretur tertia entitas, eſſet ne-
ceſſarium, quòd hęc tertia entitas poneretur pro quidditate, non autem pro forma tantum.
Octauo, iſta entitas eſt diſtincta à ſuis partibus: ergo ex tali entitate & partibus fit vnum ens
per ſe, & fit aliud quoddam compoſitum, & aliud totum; & ſic erit duplex vnum ens per ſe, &
duplex compoſitum, quæ omnia repugnant rationi & intellectui. Nono, ſeparetur per in-
tellectum iſta entitas totius ab entitate omnium partium; & quæratur, an in illa entitate totius
C ſeparatim à partibus conſiderata includantur partes, nec ne: non includi eas eſt contra ratio-
nem totius: includi autem eſt contra ſuppoſitionem. Nec poteſt diſſolui hæc ratio dicen- Intellectus
do, quòd non poteſt per intellectum ſeparari entitas totius ab entitate partium, quia entitas põt ſeparare
totius eſt abſoluta & diuerſa à partibus: nulla ergo datur cauſa, cur per intellectum non poſ- totum à partibus.
ſint ſeparari. Decimo arguitur Theologice auctoritate Damaſceni 2. lib. fidei orthodox. di Cap. 3.
centis, diuinum verbum in incarnatione Chriſti nihil aſſumpſiſſe, quod poſtea dimiſerit: ſed
ſi præter animam & corpus eſt quędam tertia entitas hominis, & eam diuinũ verbum aſſum-
pſit, ergo poſtea in morte dimiſit, quia poſt mortem Chriſti licet diuinitas fuerit vnita ma-
teriç & animæ, non tamen fuit vnita illi tertiæ entitati, quia per diſiunctionem, & ſeparationẽ
animæ à corpore illam reliquit. Vndecimo, ſi in compoſito naturali præter materiam &
formam eſt iſta entitas totius, ipſa erit natura, quia omnis ſubſtantia phyſica eſt natura, & ſic
natura nedum erit materia & forma, ſed etiam hęc tertia entitas, & ſic Ariſt. eſt diminutus 2. Tex. 4.
phyſicorum, qui poſuit definitionem naturæ non competere huic tertię entitati, & nullam
mentionem fecit de hac natura, ſed tantum de materia & forma. Duodecimo, habetur ex- Tex. 60.
D preſſe in hoc textu, quòd hęc ſyllaba, ba, non eſt nec, b, nec, a, ſed tantum differt ab illis ſono Hęc ſyllaba Ba nõ eſt B,
pronunciationis, ſicut dictiones differunt à ſyllabis ſono & ſignificatione, ita totum differt à nec A.
partibus ratione tantum & non re. Adeſt expreſſa ſententia Ariſt. & Auerrois in 1. phy. ubi
dicit, quòd totum nihil aliud eſt, quàm ſuæ partes, his rationibus volunt nonnulli totum rea-
liter non diſtingui à partibus, ſed tantum ratione. Alii vero dicunt totum non diſtingui à
ſuis partibus ſimul ſumptis, bene autem diſtinguitur à partibus ſeorſum ſumptis, & hanc opi
nionem aliqui recentiores videntur ſubſtinere, de numero quorum eſt Franciſcus Toletus in
quæſtionibus ſuis ſuper primum phyſicorum, qui nititur oſtendere nedũ eſſe de mente Ariſ. q. 8.
& omnium græcorum, ſed etiam de mente S. Thomæ, qui 4. contra gentiles aſſerit, humani- Cap. 51.
tatem eſſe materiam, & formam ſimul coniuncta. Et in 1. p. dicit hominem eſſe corpus q. 75. ar. 4.
& animal ſimul, item etiam & in p. 2. vult hanc opinionem eſſe omnium nomina- q. 13. ar. 1.
lium. Aliqui ex Thomiſtis etiam inter quos eſt Paulus Soncinas in quæſtionibus ſuis hu- queſt. 24.
ius libri, qui aſſerit eſſe problema neutrum. Et ſoluit rationes vtriuſque partis; quam etiã
opinionem ſequutus eſt Benedictus Pererius libro. 7. de communibus omnium rerum natu Cap. 20.
ralium principiis & affectionibus, immo putat vtramque opinionem eſſe probabilem, &

vtriuſque rationes ſolubiles. Sueſsanus vir quidem magnæ lectionis docet, totum non eſse A
ſuas partes tentas diuiſiue; bene autem partes ipſæ dicuntur eſse ſuum totum collectiue, &
hanc ſententiam vult eſse ipſius Auerrnis, & Ariſtn. & hoc late docet in diſputationibus ſuis
huius libri. Ioannes tamen de Ianduno doctiſſimus inter omnes Auerroiſtas docet hic cõ-
poſitum ipſum eſse realiter diſtinctũ ex natura rei à ſuis partibus, quia eſt alia entitas pręter
entitatem materiæ, & formæ, & ſic Capreolus in 3. ſent. & Herueus in 2. quolibeto, viri peri-
tiſſimi tum in Philoſophia, tum in Theologia etiam docent.

Diſp. 19. quæſt. 28.
Diſt. 2. q. 14.

Vt igitur appareat dilucidatio huius controuerſiæ tria proponimus. Primo quædam nota-
bilia. Secundo aliquas concluſiones, in quibus explicabitur opinio S. Thomæ, & Auerrois.
Tertio ſoluentur argumenta in contrarium. Quantum ad primum ſciendum eſt in pri-
mis, vt docet Auerroes 1. phyſicorum, quòd multiplex eſt modus compoſitionis; nam quædã
eſt compnſitio ſpeciei ex cauſis ſuis; & quędam eſt compnſitio generis ex ſuis ſpeciebus, &
quędam eſt compoſitio ex ſuis partibus quanti tatiuis, & quędam eſt compoſitin ex ſuis parti
bus eſſentialibus: propterea datur multiplex totum ſecundum quòd multiplex eſt compoſi-
tio. Nam prima cnmpoſitio efficit totum definibile, vt homo eſt totum definibile reſpectu B
partium definientium, puta animalis & rationalis, & hoc totum definibile non diſtinguitur
realiter à ſuis partibus, quia definitio, & definitum, ſunt vnum & idem realiter. Scda cõpoſi
tio facit totum vniuerſale, quod habet partes ſubiectiuas, de quibus prędicatur, ſicut animal
in comparatione ad hominem, bouem, & ad ceteras eius ſpecies, & hoc etiam non diſtingui-
tur realiter à ſuis partibus, quia animal in homine eſt idem quòd homo, & ſimiliter in aliis
ſpeciebus. Tertia compoſitio efficit tertium totum, ſcilicet quantitatiuum, quod realiter
diſtinguitur ab vnaquaque ſuarum partium, quia ſi eſſet idem cuilibet parti, tunc totum con-
tinuum eſſet indiuiſibile, ſed hoc eſt contra rationem continui, quod eſt diuiſibile in ſemper
diuiſibilia, vt ſcribit Ariſt. 3. phyſicorum: igitur totum non eſt idem cuilibet parti; conſequẽ-
tia patet, quia id, qnnd nnn habet diuerſitatem partium, eſt indiuiſibile, ſed ſi continnum eſ-
ſet idem cuilibet parti, non haberet diuerſitatem partium: ergo eſſet indiuiſibile; minor pro-
batur, quia ſi totum eſſet idem vni parti, eadem ratinne & alteri, quia nnn eſt maior ratio de
vna, quàm de altera, & tunc valet, quæcunque vni & eidem ſunt eadem, ſibi inuicem ſunt ea-
dem, ſed vnaquæque partium eſt eadem toti per conceſſa: ergo partes erunt eædem inter ſe, C
& ſic in toto non erit diſtinctio partium. Quarta compoſitio, quæ eſt ex partibus eſſentia-
libus nempe ex materia & forma, efficit quartum compoſitum, quod vocatur eſſentiale, vt
homo reſpectu ſuæ animę, & corporis, & de hoc toto probabitur noſtra concluſio.

Com. 5. Compoſitio ẽ multiplex.
Continuum eſt diuiſibile.
Tex. 1.
Totũ eſſentiale quid ẽ.

Secundo notandum eſt, quòd forma totius non eſt aliqua forma informans vltra formam
partis, ſed eſt ipſa tota natura, & quidditas conſtituens totam entitatem: itaquòd non eſt for-
ma informans; ſed forma qua ſuppoſitum eſt ens quidditatiue, non quòd forma totius ſit cau
ſa ipſius totius, quaſi cauſans totum, cum materia & forma partis, ſed eſt ipſum totum præci-
ſe & abſolute conſideratum, quo modo loquutus eſt Auicennas, quòd equinitas eſt tantum
equinitas, & hæc eſt realiter diſtincta à forma partis. Et ſi quis, quęreret inquo fundatur
hæc forma totius, aut enim fundatur ſuper materiam & formam partis; aut ſic, quòd ſolum
ſuper materiam, itaquòd materia ſit eius principium ſubiectiuum; & forma principium for-
male: non primo modo, quia tunc forma in compoſito entificaretur, & quidditaretur, nnn au
tem entificaret, quod eſt abſurdum; nec ſecundo modo, quia tunc effectus formalis non dif-
ferret à forma partis, cuius eſt effectus. Sed reſpondetur ad iſtam interrogationem, quę eſt D
defectuoſa in multis. Primo quia quærit fundamentum illius, cuius non proprie eſt funda-
mentum. Secundo quia dicerem, ꝙ fundamentũ eius non eſt materia & forma, nec alterum
illorum; ſed eius fundamentum propriũ & proximũ eſt ipſum ſuppoſitũ ſeu compoſitum,
quod eſt aliud à partibus: omni enim entitati formali corręſpondet adæquate aliquod, ſicut
correſpondet humanitati hoc quod dico, homo, non autem corpus vel anima, & ſic ruit in-
terrogatio facta. Tertio, dato quòd eius fundamentum eſſet materia, & forma principium
formale, adhuc nulla eſſet interrogatio, quia aſſumit falſum quando dicit, effectum formalem
non differre à forma: omnis enim effectus realiter diſtinguitur à ſua cauſa; nihil enim cauſat
ſe, licet effectus formalis non ſeparetur à forma; quia impoſſibile eſt aliquid eſſe formaliter
album ſine albedine; ſed non ſequitur, ergo non diſtinguitur.

Forma totiꝰ quid eſt.
Fundamẽtũ totius quid eſt.
Effectus diſtinguitꝛ realiter à ſua cauſa.

Tertio ſciendum, quòd aliqua diſtingui realiter poteſt eſſe tribus modis. Primo quia to-
ta eſſentia vnius eſt totaliter diſtincta ab eſſentia alterius, ita ſcilicet quòd nullo modo eſt ali-
quid alterius, ſicut quantitas & ſubſtantia. Secũdo quia vnum addit aliquid reale partiale ſu-
pra alterum, vt homo albus diſtinguitur ab homine, quia ſupra hominem dicit albedinem.

Tertio

A Tertio quia eſſentia vnius ex natura ſua habet quòd non ſit alterum, licet illud ſuam eſſentiam ingrediatur: cum ergo dicimus totum diſtingui realiter ab omnibus partibus ſimul ſumptis, non intelligimus primo modo, quaſi totum & ſuæ partes ſint res totaliter diſparatæ, itaquòd partes non ſint aliquid totius. Non etiam intelligimus ſecundo modo, quaſi totum per aliquam partem additã partibus diſtinguatur à partibus ſimul ſumptis: ſed tertio modo, totum enim ex natura ſua, qua eſt totum, habet quòd non ſit partes, ſed ſit conſtitutum à partibus: homo enim diſtinguitur à materia & forma, nõ quia materia & forma non ſint aliquid hominis, nec quia homo per partiale aliquod additũ partibus diſtinguatur à partibus, ſicut homo albus diſtinguitur ab homine, tanquam addens albedinem ſupra hominem: ſed quia homo ex natura ſua, quæ eſt talis natura compoſita, habet quòd non ſit materia & forma, ſed quòd ſit ex eis. Qua ratione totũ diſtinguitur à partibus.

Quarto notandum eſt, quòd cum dicimus totum non diſtingui à partibus per aliquid additum, hoc poteſt habere duplicem ſenſum. Vnus eſt, quòd totum per nullam omnino entitatem additam partibus diſtinguatur ab illis, & iſte ſenſus eſt falſus & impoſſibilis: impoſſi-
B bile enim eſt, quòd aliquid diſtinguatur ab altero realiter, & ꝙ per nullam entitatem diſtinguatur. Alius ſenſus eſt, quòd totum non diſtinguatur à partibus per aliquod additum partibus, ſcilicet quod non ſit ipſum totum, & iſte ſenſus eſt verus: non enim totum diſtinguitur a partibus per aliquam entitatem, quæ non ſit ipſum totum: ſed per ſe ipſum ex natura ſua, qua habet, quòd ſit tale totum: ex hoc ergo habet, ꝙ ab ipſis partibus diſtinguatur. Quod facit dubitare metaphyſicantes eſt, quia cum dicimus totum diſtingui à partibus, videtur dici totum eſſe quandam entitatem omnino aliam à partibus, quæ & ipſas partes excludat, ſicuti cum dicimus Matthiam diſtingui à Dominico: & hoc facit errare metaphyſicos aliquos: ſed dicimus totum diſtingui à partibus, ita quòd ipſas partes includat tamquam eam entitatem, quæ eſt totum conſtituens. Ratio inducens Metaphi. ad dubitandum in hac controuerſia

Quantum ad ſecundum ponitur prima cõcluſio. Tertia entitas reſultans nõ eſt forma informans: probatur, quia tunc eſſent duæ formæ informãtes, quod eſt contra id quod ſupra à nobis ſancitũ eſt de mente Ariſto. Præterea, tertia entitas eſt effectus ipſarum partium totius, quod eſt ipſe homo: ergo non eſt forma informans, cũ dicat eandem naturam, quam dicit ho-
C mo: non enim differunt homo & humanitas, niſi ſicut abſtractũ & concretum. Secunda concluſio eſt. Illa forma totius non eſt mediũ vnionis formæ partis cũ materia: probatur, quia illud, quod intelligitur vt poſterius, non eſt mediũ; ſed illa forma totius puta humanitas ita ſe habet: ergo patet concluſio. Tertia concluſio. Illa forma totius vel reſultans præter partes non poteſt eſſe reſpectus quidã: probatur, quia tunc ſequeretur, quòd reſpectus eſſet terminus generationis, quod eſt contra Ariſt. 5. phyſicorum. Itẽ quia impoſſibile eſt hominem, & humanitatem eſſe quoddam reſpectiuum, quia tunc ſequeretur compoſitum ipſum eſſe in prædicamento relationis. Forma toti non eſt reſpectus Tex. 10.

Quarta & vltima concluſio eſt. Totum eſſentiale realiter diſtinguitur à ſuis partibus ſimul ſumptis: & oſtendo iſtam concluſionem eſſe de mente Ariſto. S. Thomæ & Auerro. & oppoſitum eſſe contra omnem philoſophiam Nam in primis aſſerit hic Ariſto. manifeſte carnem non eſſe terram & ignem, ex quibus ipſa componitur, ſed eſſe aliquid aliud additum. Eandem ſententiam habet 1. de anima, & 1. de generatione, & 1. huius; ex quibus locis talis ratio fortiſſima ſumitur; ſi totum nihil aliud eſſet, quàm ſuæ partes ſi-
D mul ſumptæ, tunc mixtum ex quatuor elementis nil aliud eſſet, quàm quatuor elementa ſimul ſumpta, & ſic non haberet aliquam formam ſuperadditam formis elementorum, per quam eſſet hoc aliquid, & vnum ens contra loca ſupra adducta. Totũ diſtinguitur a partibus contũctim. Tex. 77. Tex. 84. Tex 12.

Nec valet dicere ad hoc ſicut Quidam recentiores dicunt, quòd elementa non ſunt partes mixti, quia quęlibet pars mixti eſt mixta, & ſecundum Auerroem elementa ſunt formaliter in mixto, licet in eſſe refracto, & ſunt partes materiales eius. Item 3. de anima in ſolutione ſecundæ quæſtionis principalis aſſerit, quòd ex intellectu & intelligibili fit verius vnum, quàm ex materia, & forma, & reddit cauſam ſui dicti; quia illud, quod componitur ex eis, non eſt aliquod tertium diſtinctum ab illis, ſicut eſt de aliis compoſitis ex materia & forma: ecce quòd vult expreſſe compoſitum dicere tertiam entitatem diſtinctam a partibus etiam ſimul ſumptis: nam ſi ſic non intelligeretur ſuum dictum, nec eſſet ad propoſitum. Com. 5.

Præterea Auerr. 5. huius dicit, quòd in compoſitis eſt natura addita naturæ componentiũ, ſcilicet illud, quod fit ex compoſitione. Et in hoc 7. aſſerit, quòd generatum componitur ex materia & forma, & eſt aliud ab eis. Ecce quomodo dicit, quòd eſt aliud, quod non dixiſſet, Com. 7. Com. 2.

ſi tenuiſſet compoſitum non ſuperaddere aliquam naturam partibus componentibus. Et ſubdit ibidem, quòd in ipſo ſingulari ſunt tria, materia, forma, & aliquid quaſi medium, ideſt mixtum inter materiam & formam, quibus verbis manifeſte ponit tertiam entitatem. Et Ariſt. in 2. de anima, in 8. huius, & in 12. diuidit ſubſtantiam in tres, ſcilicet in materiam, formam, & compoſitum; & declarans hæc ait, ſubſtantiarum quædam eſt materia, quæ non eſt per ſe hoc; & quædam eſt forma, per quam res eſt hæc: eſt etiam & tertia, quæ fit ex ambabus: Ecce quomodo vult dari tertiam ſubſtantiam alia à materia & forma. Si enim non daretur aliquid aliud à materia & forma, tunc improprie poſuiſſet Ariſt. tertiam ſubſtantiã. A

Tex. 2. Tex. 5. Tex. 2.

Comm. 4. Præterea Auerroes in 2. phyſicorum comparans materiam, formam, & compoſitum adinuicem dicit, compoſitum eſt dignius habere hoc nomen, ſubſtantia, quàm materia, quia eſt in actu, & materia eſt in potentia: & forma eſt dignior habere hoc nomen, ſubſtantia, quàm compoſitum, quoniam per illam compoſitum eſt in actu, & cauſa rei eſt dignior cauſato; ſed inter cauſam & cauſatum cadit realis diſtinctio, quia vt ſcribit S. Auguſtinus 1.

Cap. 5. de trinitate, nulla res cauſat ſeipſam: ſi ergo ſubſtantia compoſita nil aliud eſſet, quàm materia & forma ſimul ſumptæ; tunc ſequeretur formam eſſe cauſam ſui ipſius; & ſic etiam ſequeretur de materia: certum eſt enim quòd materia & forma ſunt duæ cauſæ reales intrinſecæ ipſius compoſiti; vel igitur cauſant aliud reale, vel nihil; ſi nihil, pro nihilo habeatur: ſi aliquid, tunc quæritur, illud vel eſt abſolutum, vel reſpectiuum: ſi primo, vel erit ſubſtantia, vel accidens: non accidens, quia tunc generatio ſubſtantialis non diſtingueretur ab accidentali: ſi ſubſtantia, vel eſt ſubſtantia formæ, & hoc non, quia forma non eſt cauſa intrinſeca ipſius formæ, nec etiam materia eſt cauſa eſſentialis intrinſeca formæ, vel eſt materia, & hoc non propter eandem rationem; ergo erit tertia ſubſtantia realiter diſtincta à materia & forma. Nec valet reſponſio aliquorum dicentium, quòd cauſalitas materiæ & formæ terminatur non ad formam abſolute, neque ad materiam abſolute, ſed ad materiam & formam ſimul. Hæc enim reſponſio eſt nullius apparentiæ, quia iſta ſimultas eſt relatio: modo relatio non poteſt eſſe primus & per ſe terminus generationis ſubſtantialis, licet ſit conditio neceſſaria ad illam. Deinde ſequeretur, quòd aliquid cauſaret ſeipſum, quia forma cum materia erit cauſa formæ & materiæ ſimul: ſi enim compoſitum nil aliud dicit, niſi formam cum materia, ineuitabiliter ſequitur idem cauſare ſeipſum, quia forma cum materia eſt cauſa compoſiti, & forma & materia nil aliud ſunt niſi compoſitum. B

Nulla res eſt cauſa ſuipſi°

Relatio non eſt terminus generationis C

Deinde omnis motus, & omnis mutatio per ſe vna debet habere per ſe vnũ terminũ, ſi generatio eſt per ſe vna mutatio: ergo habet per ſe vnũ terminũ: terminus autẽ per ſe generationis eſt cõpoſitũ, vt habetur in hoc 7. ſi ergo compoſitũ non eſſet aliud niſi ſuæ partes ſimul ſumptę, tunc ibi non eſſet aliquid per ſe vnũ; ſed duo nẽpe materia, & forma: materia enim & forma ſimul ſumptæ non ſunt vna ſubſtantia, ſed duæ. Hanc opinionem & veritatem declarauit Albertus magnus in 2. phyſicorum, vbi poſuit, materiam eſſe cauſam compoſiti, vt eſt ſubiecta formę: ſicut etiam eſt principium cognitionis, vt ſtat ſub forma. Sic etiam S. Thomas in hoc 7. ponit materiam & formam conſtituere compoſitum, modo conſtituens differt realiter à conſtituto: materia & forma ſimul ſumptę conſtituunt totum: igitur differunt realiter à toto. Et hoc videmus quaſi ad ſenſum in corruptione hominis, qui ſubſtantialiter corrumpitur, & iam non corrumpitur materia & forma, quia ſunt æternę: igitur corrumpitur tertia entitas, nempe ipſa humanitas. Hanc veritatem ſubſtinẽt etiam omnes Græci, vt Philoponus, & Themiſtius, & Alexander, & Eudemus; nam ſi materia & forma eſſent eędem realiter ipſi compoſito, tunc materia eſſet forma, & forma eſset materia: quia illa, quæ ſunt eadem realiter vni tertio, ſunt eadem realiter inter ſe: ſi ergo materia & forma eſſent eędem realiter cum ipſo compoſito: ergo eſſent etiam realiter eædem inter ſe. D

Tex. 26. Tract. 2. Tex. 27. Tex. vltimo

Quę ſunt ea dẽ vni tertio ſunt eadem inter ſe.

Quibus ſic ſtantibus deſcendo ad tertium punctum, nempe ad ſoluenda argumenta, & ad primum, in quo dicebatur, omne ens abſolutum, &c. dicimus hoc eſſe verum, ſi illud abſolutum eſt prius & non dependens eſſentialiter ab alio, ſed compoſitum eſt poſterius & eſſentialiter dependens à partibus: ideo nihil concludit contra veritatem determinatam. Et ſi quis diceret, Deus facit accidens ſine ſubiecto, cum tamen accidens ſit poſterius & depẽdens eſſentialiter à ſubiecto, ergo, &c. Reſpondetur, quòd non eſt ſimilis ratio, quia accidens non habet ſubiectum pro cauſa intrinſeca, ſicut compoſitum habet materiam & formam; nullus autem effectus ſimpliciter & omnino dependet à cauſa extrinſeca præter quàm à prima, quia Deus omnem cauſalitatem extrinſecam poteſt ſupplere ſine cauſa ſecunda; ſed non ſic eſt de cauſis intrinſecis, quia includunt imperfectionem, nimirum eſſe partem cauſati, quod in Deum nullo modo cadere poteſt. Ad ſecundum, in quo quæritur, vel totum diſtinguitur

A tur à partibus &c. dicimus, quòd iſta tertia entitas dupliciter poteſt conſiderari. Vel in ſe formaliter & præciſe, vt eſt res quædam diſtincta à ſuis partibus, & ſic ſe tota & ex natura ſui differt ab omnibus ſuis partibus. Vel conſtitutiue & integratiue, vt dicit relationem ad partes, ex quibus componitur, & ſic non differt ſe tota, aut ſecundum aliquid ſui à partibus. Ad tertium, in quo dicebatur, quicquid aduenit enti &c. dicimus hanc tertiam entitatem non eſſe formam informantem, ſed eſſe formam totius, quæ reſultat ſtatim ex vnione materiæ & formæ, & eſt effectus illarum, & terminus generationis, vt dictum eſt, & ſic nullum ſequitur inconueniens. Ad quartum, in quo dicebatur, quòd ternarius eſſet quaternarius &c. dicimus, quòd vnitas illa totalis ternarii nõ eſt numeralis, ſed entitatiua, & tranſcẽdentalis, propterea cum aliis tribus vnitatibus non facit numerum quaternarium. Ad quintum, in quo dicebatur, quòd tota aliqua quantitas &c. dicimus, quòd entitas totius magnitudinis eſt entitas formalis, & trãſcendentalis non habens in ſe extenſionem; qua propter ſimul cum ſuis partibus non facit aliquid maius ſecundum molem, quàm omnes partes eius ſimul ſumptæ. Ad ſextum, in quo dicebatur, quòd cuiuslibet generationis eſſent duo termini &c. affirmamus non haberi pro inconuenienti in generatione eſſe duos terminos ſecundum diuerſam rationem, vnum vt quo, qui eſt forma, & alterum vt quod, qui eſt ſubſtantia cõpoſita. Ad ſeptimum, in quo volunt hanc eſſe opinionem Auerrois & Ariſto. quia forma eſt tota quidditas &c. dicimus hoc determinatum eſſe in diſputatione propria, quòd forma dicitur quidditas, quia eſt principalior pars eius, non autem quòd ſit tota & completa quidditas rei naturalis, ſed eam dicimus eſſe formam totius, quæ eſt tertia entitas.

Tertia entitas dupliciter conſideratur.

Vnitas duplex eſt numeralis & entitatiua.

B

Forma cur dicitur quidditas.

Et licet Scotus in 3. ſent. impoſuerit Auerroi, quòd fuerit huius opinionis, nempe totum non diſtingui à partibus propter verba, quę dixit Auerro. in 1. phyſicorum, quòd totum nil aliud eſt, quàm ſuę partes: nihilominus in hac parte deceptus eſt Scotus, quia vt oſtendimus ex pluribus auctoritatibus Auerrois, totum realiter diſtinguitur a partibus; & ſi alibi videtur dicere oppoſitum, dicendum eſt quòd ibi vult intelligere Auerro. totum nihil aliud eſſe, quam ſuas partes ſimul ſumptas conſtitutiue, & integratiue; quia nihil aliud intrinſece per ſe concurrit ad conſtitutionem totius, quàm ſuę partes etiam ſimul ſumptę, cum hoc tamen ſtat, quòd entitas totius ſit alia ab entitate partium etiam ſimul ſumptarum. Vel aliter ſunt
C intelligenda verba Auerrois, & aliorum Doctorum, qui videntur vti hac propoſitione, totum non eſt aliud à partibus ſimul ſumptis. Reſpondetur quòd verum eſt non eſſe aliud diſtinctum loco, & ſubiecto, bene tamen eſt aliud diſtinctum realiter.

diſt. 2. comm. 17. Totũ nihil aliud ẽ quàm congregatio partium,

Ex his quæ dicta ſunt in reſponſione ad hoc argumentum, arguendi ſunt Paulus Soncinas, & Chriſoſtomus Iauellus in ſuis quæſtionibus, qui attribuerunt etiam Auerroi illud idem, quod Scotus, & Antonius falſo impoſuerunt, vt docuimus de mente Auerrois in probatione huius concluſionis. Ad octauum, in quo dicebatur, iſta entitas totius &c. dicimus ſicuti dictum eſt ad quartum & ad quintum, quòd illa entitas tertia non eſt forma informans, neque materia ſubiecta formæ, ſed eſt quędam entitas, & vnitas trãſcendentalis, ex qua non ſit aliud totum; & ſic non ſequitur, quod erit duplex vnum ens per ſe, & duplex compoſitum &c. Ad nonum, in quo dicebatur, illa entitas tertia ſeparetur per intellectum &c. dicimus, quòd illa entitas eſt effectus ipſius materiæ & formæ, & claudit materiam & formam in ſe tanquam effectus ſuas cauſas intrinſecas. Ad decimum, in quo adducebatur auctoritas Damaſceni, dicimus, quòd intelligenda eſt diuiſim, non autem con-
D iunctim, & ſic verificantur verba Damaſceni; vt illud, quod diuinum ſuppoſitum ſemel aſſumpſit, numquam dimiſit, ſeparatim loquendo. Vel dicimus quòd Damaſcenus loquutus eſt de Chriſto poſt reſurrectionem: ſed de hoc vide Capreolum vbi ſupra. Ad vndecimum, in quo dicebatur, ſi in compoſito naturali &c. dicimus, quòd compoſitum iſtud non eſt natura, ſed habens naturam, vt dixit Ariſto. ibidem: & cum poſſit dupliciter ſumi hoc compoſitũ, nempe categorematice, & ſyncategorematice: primo modo ſignificat compoſitum & perfectum ex partibus habens naturam, & diſtinguitur ſe ipſo toto, ideſt ſua entitate compoſita & perfecta ex ſuis partibus: humanitas enim ſua entitate & natura compoſita ex materia & forma diſtinguitur ab ipſa materia & forma: ſecundo autẽ modo, vt dictum eſt, diſtinguitur ab omnibus partibus etiam nec ſe ipſo toto, ideſt qualibet ſui parte, nec aliquo ſui, quod non ſit ipſum totum. Ad vltimum, in quo adducebantur verba Ariſto. dicimus, quòd ſuperius ſunt expoſita, quòd caro, quæ eſt mixtum, eſt quid aliud ab elemẽtis, & licet hæ literę. b. & a. non differant ab illa ſyllaba ba. niſi ſono pronunciationis: illud tamen Ariſto. poſuit gratia exempli, quod non tenet in omnibus, vt eſt manifeſtum de omnibus exemplis, quæ non currunt centum pedibus ſicuti & ſimilitudines.

Error Soncinatis & Iaueli.

Chriſtus qđ ſemel aſſumpſit numquã dimiſit.

Compoſitũ bifariam ſumi poteſt.

Caro non eſt elementa.

FINIS.

DILVCIDATIO PRIMA.

In octauum librum Metaphyſicæ.

Nam in omnibus oppoſitis mutationibus eſt aliquid, quod ſubijcitur mutationibus, &c. Tex. 4.

Vtrum in motu alterationis oporteat manere idem ſubiectum ſimpliciter ſub vtroq; terminorum.

Alteratio duplex.

RESPONDENTES Aliqni huic quæſito diſtinguũt alteratioñe eſſe duplicẽ. Alteram puram, cui non eſt annexa generatio ſimpliciter, puta cum homo mutatur de albedine in nigredinem ſine aliqua corrupiione ſuæ ſubſtantiæ. Alteram vero non puram, cui annexa eſt ſimpliciter generatio eo modo quo dicimus, quòd alteratio diſponit materiam ad formam ſnbſtantialem, & qnòd generatio eſt terminus alterationis: in prima alteratione manet idem ſubiectũ ſimpliciter ſub vtroque termino, & ſic loquitur Ariſt. 1. de generatione, & ſic etiam intelligenda eſt præſens litera: in ſecunda vero non; ſed hoc accidit alterationi non nt alteratio eſt, quia hoc eſt ratione generationis annexæ; & ideo Philoſophus vbicunque, loquens de alteratione ſimpliciter, & de his qnæ ſibi per ſe conueniunt, non curans de his quæ accidunt, concedit ſimpliciter, quòd in alteratione maneat idem ſubiectum ſub vtroque termino, licet non maneat aliquando idem ratione generationis annexæ, & ſic alteratio, quæ eſt calefactio, non terminatur ad calorẽ aquę, ſed ad calorem ignis, ita quòd terminus à quo eſt in aqua, ſed terminus ad quem eſt in igne generato. C

Tex. 10.

Et ſi dicis quòd ex hoc ſequeretur accidens migrare à ſnbiecto in ſubiectum, vel gradum formæ acquiſitum in principio alterationis non eſſet idem nnmero cum forma terminante alterationem, eoquòd accidens corrumpitnr ad corruptionem ſubiecti, etiam ſi ſit qualitas ſymbolica: corrupta ergo aqua, corrumpitur gradus caloris præcedens, qnorum vtrunqne videtur impoſſibile. Ad quam inſtantiam reſpondent concedendo vtranqne partem disiunctionis, & affirmant non eſſe inconueniens in tali caſu, quòd gradus præcedens non ſit idem numero cum forma terminante. D

Nulla doctrina eſt adeo falſa quin habeat aliquid veritatis.

In hac opinione Iſti miſcent multa falſa, quæ repugnant dictis Ariſtot. licet diſtinctio ab eis facta poſſit verificari quantum ad aliquid; tamen male eſt ab eis applicata: nec eſt mirum, quia nulla doctrina eſt adeo falſa, quæ non habeat aliquam veritatem admixtam. Quòd autem opinio illorum ſit falſa in ſe oſtendo ſic: quia aut motus & generatio ſunt dno motus, aut ſunt vnus, aut generatio non eſt motus, ſed terminus motus, vt aſſerere videntur: ſi concedunt

A dunt primum, ſequitur quòd motus erit ad rem motam contra Ariſt. 5. phyſicorum: conſequentia patet, quia generatio ponitur ab eis terminus motus. Si detur ſm, ſequitur q motus erit in indiuiſibili: nam generatio, quæ ponitur ab eis terminus motus, eſt in indiuiſibili, aliter non eſſet, neque eſſe poſſet terminus motus. Si detur tertium, aut ambo ſunt in eodem inſtanti, & tunc ſequitur, quòd cum in eodem inſtanti, in quo eſt generatio, ſit terminus motus, & in inſtanti, in quo eſt generatio, non ſit amplius mobile, quòd mobile, cum erit in termino motus, non quieſcat in eo, quia non manet, immo erit corruptum, ſicut ipſi aiunt. Si vero nō ſint ambo in eodem inſtanti, ſed in alio eſt terminus motus, & in alio eſt generatio, cum inter quæcunque duo inſtantia ſit dare tempus medium, & tempus eſt menſura motus; aut ergo erit idem, aut alius: non alius, ſicut ipſi etiam concedere habent: ergo ſi eſt idem motus, ſequitur, quòd in nullo inſtanti eiuſdem motus prius quieſcebat: ergo in A. termino motus non quieſcebat, & per conſequens ſequitur quòd ab eis tanquam inconueniens inferebatur, quòd mobile, cum ſit in termino motus, non quieſcat in eo. Tex. 9. Inter duo inſtantia datur tempus medium.

B Præterea illa calefactio, qua aqua alteratur à quarto gradu vſque ad decimum gradum; vel eſt eadem cum calefactione qua vlterius alteratur vſque ad introductionem formę ignis; vel eſt alia: ſi dicatur quòd ſit eadem, tunc ſequitur quòd terminus eius ſcilicet calor, qui eſt in igne, ſit idem numero cum calore in decimo gradu, qui eſt in aqua, cum diſtinctio numeralis terminorum ad quos cauſet diſtinctionem numeralem motuum: ſed conſeqnens eſt impoſſibile, quia ſic accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum. Si vero dicatur, qnòd non ſit eadem calefactio numero; tunc quæritur de termino vltimo illius calefactionis, & procedetur vt ipſimet in ſuo argumento procedunt. Et ſi hoc pacto voluerint diſſoluere hanc rationem; ſic etiã & nos diſſoluemus eorum argumentum, quod apparet eſſe ſophiſticum. Diſtinctio motuum eſt ex diſtinctio ne terminorum.

Arguo & tertio ſic, ſtante vno eorum dicto quòd alterabile in termino alterationis non deſinit eſſe, ſed eſſe tale, alias mobile non quieſceret in termino motus, quia manifeſtum eſt quòd aqua, quæ eſt alterabilis per calefactionem dum ex ipſa fit ignis, deſinit eſſe quando eſt calor ignis geniti, aliàs ſimul & ſemel idem eſſet aqua & ignis: ergo calor, qui eſt in igne genito, non poteſt eſſe terminus calefactionis aquæ: conſideranda ergo eſt opinio horum
C doctorum & ab omnibus miranda, quæ aſſerit, quod inter terminum à quo vnius generationis ſeu mutationis, & terminũ ad quem eiuſdem mutationis mediet alia mutatio ſpecie diſtincta ab ea, ſcilicet generatio: hoc enim offendit aures omnium Philoſophorum.

Quarto arguo ſic: nam cuiuſlibet motus eſt dabilis terminus ad quem intrinſecus & immediatus: vel ergo prædicta calefactio terminatur ad calorem ignis immediatius, quàm ad formam ſubſtantialem ignis; vel prius terminatur ad formam ſubſtantialem ignis, quàm ad ipſum calorem ignis: ſi ſecundum, ſequitur quòd calor ignis non ſit terminus immediatus illius calefactionis: ſi uero primum, ſequitur quòd forma accidentalis ſcilicet calor pręcedat ſaltem natura introductionem formę ſubſtantialis ignis, quod eſt deſtruere totam philoſophiam: non ergo poteſt terminari immediate ad calorem ignis. Opinio falſa offendit philoſophos.

Deinde & quinto, ſecundum Ariſto. & vt etiam concedunt ipſi, generatio eſt teminus alterationis, ergo generatio ignis eſt terminus illius prędictæ calefactionis; ſed generatio ignis terminatur ad formam ſubſtantialem ignis, quam ſequitur calor eius: ergo impoſſibile eſt dicere, quòd calor ignis ſit immediatus terminus calefactionis aquæ. Poſtremo, generatio vel eſt terminus immediatus, & intrinſecus alterationis; vel mediatus, & extrinſecus: ſi ſecun
D dum, ſequitur à fortiori, quòd calor, qui ſequitur naturaliter generationẽ ignis, ſit terminus mediatus, & remotus: ſi vero detur primum, ſequitur quòd motus immediate terminabitur ad motum, & quòd alteratio terminabitur ad formam ſubſtantialem, tamquam ad terminũ intrinſecum eius, quod eſt contra Ariſto. vbique locorum tractantem hanc materiam. Generatio & terminus alterationis.

Eſt etiam hæc opinio contra Commentatorem 2. libro de generatione, vbi ponit non poſſe fieri alterationem in ſecundis qualitatibus, quin etiam fieri oporteat in primis: & hanc ob cauſam dicuntur ſecundæ qualitates: ſed in primis qualitatibus non poteſt etiam fieri alteratio, quin etiam fiat in formis ſubſtantialibus, vt ſcripſit Auerroes 3. cæli: ergo nō poteſt quicquàm calefieri, quin aliquid ſubſtantialiter varietur nomine & definitione in parte, vel in toto. Eſt ergo prædicta poſitio contra Ariſto. & veritatem; & quia inferius habebitur etiam ſermo de gradibus formarum, propterea hæc pauca ſufficiant modo pro impugnatione huius opinionis. Com. 32. Com. 67.

Declaranda igitur eſt veritas, & pro cuius intellectu ſciendũ eſt primo, quòd aliqui voluerunt omne alterabile eſſe corruptibile, & propterea cælum non eſſe alterabile, quia tunc ſequeretur ipſum eſſe corruptibile. Et tamen decepti ſunt neſcientes diſtinguere de alteratione, quæ

Alteratio duplex eſt. ne, quæ duplex eſt. Altera corruptiua, vt calefactio & denigratio. Altera perfectiua, quæ d? alteratio potius modalis, veluti illuminatio, quæ dicit ſolum receptionem luminis, & abiectionē tenebræ, quæ non eſt forma, ſed priuatio tantum: veriſſimum enim eſt, quòd omne alterabile alteratioue corruptiua eſt corruptibile, quo pacto cęlum non eſt alterabile; ſed dicitur alterabile alteratione perfectiua, quæ diſtinctio eſt valde notanda. Secundo eſt ſciendum, quòd priuatio eſt duplex. Quædam dicitur priuatio formæ ſubſtantialis, vt forma cadaueris reſpectu formæ viui. Quædam dicitur priuatio ipſius loci, vbicunque reperitur materia admixta priuationi ad formam ſubſtantialem, ibi neceſſario eſt generatio & corruptio: ſed non vbi reperitur materia admixta priuationi ad vbi, ibi neceſſario interuenit generatio, & corruptio. A

Priuatio eſt duplex

Subiectū alterationis eſt duplex. Tertio eſt notandum, quòd ſubiectum alterationis eſt duplex. Alterum primum & immediatum, & tale dicitur eſſe materia prima, quia qualitates actiuæ & paſſiuæ; inter quas eſt alteratio, non inſunt ſubſtantiæ niſi ratione materiæ, quæ eſt principium omnis tranſmutationis, ſi ſit admixta priuationi ad formam ſubſtantialem. Aliud eſt ſubiectum proprium & mediatum, ſcilicet id, quod alteratur, & tale ſubiectum alterationis non eſt materia, ſed ens in actu ſimpliciter. Quarto ſciendum eſt, quòd ſubiectum generationis eſt ens, quod eſt pura potentia, ſed ſubiectum alterationis eſt ens in actu: deinde ſubiectum generationis acquirit per generationē aliquid nobilius eo, ſcilicet formam ſubſtantialem; ſed ſubiectum alterationis per alterationem non acquirit aliud eo nobilius; ſiquidem alterationis ſubiectum perfectius eſt quacunque forma accidentali; nihil tamen prohibet accidentalem formam ſecundū quid eſſe nobiliorem ſubiecto, inquantum ſcilicet informat, & actuat ipſum: ſubiectū quoque generationis, vt docuit Ariſto. 5. phyſicorum non eſt id, quod generatur: ſubiectum verò alterationis eſt id, quod alteratur. Et 1. etiam phyſicorū ſcripſit Ariſto. generationis ſubiectū eſſe ingenerabile & incorruptibile: ſubiectum vero alterationis corruptiuę eſſe corruptibile. B

Quid acquirat ſubiectū per generationem.

Tex. 8.

Com. 4.

His ſtantibus ponitur prima concluſio. Æquiuoce dicitur ſubiectum generationis, & alterationis; patet hæc concluſio ex hoc vltimo notabili: patet etiam ex 2. de anima, vbi ſcribitur ab Auer. ſubiectum formæ ſubſtantialis perdere nomen & definitionem, non autem ſubiectum formæ accidentalis: patet etiam ex antepraedicamentis, vbi dicitur accidens eſt in ſubiecto; & in 2. phyſicorū ſcribitur formam ſubſtantialem eſſe in ſubiecto, quæ ſententiæ cōcordari non poſſunt, niſi ſuppoſita veritate huius concluſionis. Secunda concluſio eſt. Vnius motus numero debet eſſe vnum ſubiectum numero: probatur ex 5. phyſicorum, vbi determinatur ad vnitatem motus requiri vnitatem temporis, vnitatem ſubiecti, & vnitatem termini ſiue formę; in motu vero locali requiri etiam vnitatem ſpatii ſeu magnitudinis. Tertia concluſio. Subiectum generationis eſt ens in potentia: ſubiectum vero alterationis eſt ens in actu: hæc etiam patet ex ſupradictis. Ex his ſequitur, quòd alteratio diſponēs ad introductionem formę ſubſtantialis dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo pro aggregato ex ipſa alteratione & generatione ſimul, & ſic non manet idem ſubiectum ſecundum ſubſtantiam ſub vtroque termino alterationis & generationis ſimul. Altero modo conſideratur ipſa alteratio prout diſtinguitur contra generationem, cuius eſt diſpoſitio; & hac ratione dicimus, quòd eius ſubiectum manet idem ſub vtroque terminorum illius alterationis, qua ceſſante introducitur forma ſubſtantialis ignis, & per hæc patet reſponſio ad quęſitum principale. C

Tex. 4.

Tex. 31.

Alteratio dupliciter conſideratur.

In alteratione perfectiua manet idē ſubiectum. Poſſumus etiam dicere, quòd in alteratione perfectiua manet idem ſubiectum ſimpliciter ſub vtroque termino; patet, quia in hac nulla ſubſtantia corrumpitur nec remittitur. Adde adhuc, quòd in alteratione ſecunda manet idem ſubiectum ſimpliciter ſub vtroque termino, non autem ita vt nihil ſubſtantię corrumpatur, aut remittatur, quia non poteſt eſſe alteratio in ſecundis qualitatibus quin ſit in primis, & non poteſt eſſe in primis quin ſi aut ſubſtantiæ alicuius elementariæ corruptio, aut eiuſdem aliqua remiſſio fiat infra latitudinem diſpoſitionum, quibus eadem forma mixti conſeruatur in materia. Dicas etiam, quòd in alteratione ſubiectum variatur ſecundum generationem, vel corruptionem, aut intenſionem aut remiſſionem. Hoc patet ex doctrina Auerroica 2. cœli. D

Comm. 115.

Ex his concluſionibus ſic determinatis ſolui poſſunt quę adducuntur in contrarium, inter quę poteſt fieri hoc argumentum: quod ſi ex aqua generatur ignis præcedit alteratio in materia tanquam diſpoſitio ad formam ignis, ſicut calefactio: illa alteratio durat vſque ad inſtans, quo introducitur gradus vltimus formę ignis; ſed illa calefactio, cum ſit mutatio finita, oportet vt terminetur: vel ergo terminabitur in inſtanti, quo introducitur forma ignis; vel in alio inſtanti citra: ſi detur primum, tunc habetur propoſitum, quia erit ignis, & non aqua, quæ fuit ſubiectum alterationis in termino à quo: ſi detur ſecundum, cum inter quælibet duo inſtantia ſit tempus medium, ſequitur quòd cum in illo tempore intermedio ceſſet illa diſpoſitio

A ſitio ſiue alteratio, non magis eſt diſpoſita materia aquæ ad formam ignis, quàm in principio, qnod eſt falſum, quia tunc fruſtra fuiſſet alteratio. Ad hoc argumentum dicimns, quòd quando ex aqua generatur ignis in vltimo tempore ceſſat forma aquæ, & aduenit forma ignis in primo inſtanti terminante illud tempus: quia non datur vltimum inſtans temporis, quoniam vltimum non eſſe formæ aquæ eſt primum eſſe formæ ignis: & ratio eſt, quia inſtantia non ſe habent conſequenter in tempore, ſicut nec puncta in linea; ſed tempus terminatur ad inſtãs, & ideo in toto tempore præcedenti, quo aliquid mouetur ad vnam formam ſubeſt formæ oppoſitæ, & in vltimo inſtanti illius temporis, quod eſt primnm inſtans ſequentis temporis, habet formam, quæ eſt terminus motus; vt docet S. Thomas p. 2.

Vltimũ inſtans temporis non datur in generatione rerũ.

q. 113. art. 7.

Nec valet replica illa, quam adducunt dicendo, quòd ſi reſpondeatur ad ſnum argumentũ, quòd maneat diſpoſitio introducta per alterationem, licet alteratio ceſſet: hoc enim non valet, aiunt ipſi, quia quæritur, cur non ſtatim in fine alterationis introducta eſt forma ignis, cũ in materia ſit facta perfecta diſpoſitio? fruſtra enim expectaret propter illud tempus mediũ. Hęc enim inſtantia eſt nullius momenti, quia oportet materiam tranſire per multas alteratio-
B nes antequam ſpolietur ab vna forma & ſuſcipiat alteram, vt latins docet Caietanus 2. de anima, vbi diſputat contra tenentes pluralitatem formarum.

Com. 4.

Nec etiam valet alia replica facta ab eis contra reſponſionem datam, qnòd iſta alteratio terminetur in vltimo inſtanti, quo incipit eſſe ignis, & in eodem deſinit eſſe aqua, quia non eſt inconueniens in eodem inſtanti unnm incipere eſſe, & aliud deſinere eſſe ſine aliquo tempore medio, immo hoc eſt neceſſarium in omni generatione, quia in eodẽ inſtanti, in quo deſinit forma corrupti, incipit forma generari, aliter eſſet quandoque dari materiam ſine forma: ſimiliter in propoſito: nam iſta alteratio habebit idem ſubiectum, ſcilicet aquam ſub vtroq; termino. Hæc enim doctrina, vt diximus ſupra, eſt de mente S. Thomæ. p. 2. vbi loquitur de iuſtificatione impii, & facit illud argumentum: ſi gratia infundatur animæ, oportet dare inſtans aliquod, in quo primo animæ inſit; ſimiliter ſi culpa remittitur oportet vltimnm inſtans dari, in quo ſubiaceat culpæ, ſed non poteſt eſſe idem inſtans, quia ſic oppoſita ſimul ineſſent eidem: ergo oportet eſſe duo inſtantia ſibi ſuccedentia, inter quæ ſecundum Philoſophnm 6.
C phyſicorum, oportet eſſe tempus medium, & ſic iuſtificatio non fit tota ſimul & in inſtanti, ſed ſucceſſiue & in tempore. Et reſpondet S. Thomas, qnòd in his, quæ ſubiacent tempori, non eſt dare vltimum inſtans, in quo forma prior inſit, eſt autem dare vltimum tempus, & primum inſtas, in quo forma ſubſequens inſit materiæ, & ſic non eſt dare vltimum inſtans, in quo anima fuerit ſub culpa, ſed vltimũ tempus; & eſt dare primum inſtans, in quo gratia ineſt animæ, & in toto tempore precedenti erat ſub culpa. Sic etiam ad propoſitum dicimus, quòd ſubiectum in toto tempore præcedenti erat ſub forma aqnæ abiicienda, & in primo inſtanti terminante, illud tempus eſt ſub forma ignis introducenda.

Materia in nullo generatinnis inſtanti datur ſine forma.

Tex. 32.

Non eſt dare vltimum inſtãs in quo gratia inſit animæ quan dn iuſtificatur.

Nec etiam valet alia inſtantia adducta ab illis, qui dicunt ſe non loqui de incipere, & deſinere, ſed de eſſe, quia certum eſt, quòd alterabile in termino alterationis non deſinit eſſe, ſed deſinit eſſe tale, alias mobile in termino motus ad quem non quieſceret, quod eſt contra id, quod ſcripſit Ariſto. 6. phyſicorum; quòd autem in eodem inſtanti idem ſit aqua & ignis, eſt impoſſibile. Hæc enim inſtantia iam ſoluta eſt, quia dictum eſt non in eodem inſtanti eſſe ſimul formam aquæ, & ignis, ſed eo modo quo docuit S. Thomas in reſponſione ad argumentum de iuſtificatione, quod ideo hic adduximus, non vt miſceamus diuina profanis, ſed vt
D clarior fiat hæc doctrina. Neque etiam valet illud argumentum, in quo dicunt ſupponendo, quòd tota aqna calefiat & ſit A. alteratur quidem, & tamen non fit continua deperditio, & reſolntio aquæ ſecundum ſubſtantiam, ita quòd deueniatur ad ultimá partem ipſius A. ſit deinde B. certum eſt, quòd A. & B. nõ ſunt idem ſnbiectum ſimpliciter, & tamen A. eſt terminus à quo, & B. terminus ad qnem: ergo in iſta alteratione nõ manet idem ſubiectum ſimpliciter ſub vtroque termino, Dicitur ad hoc, vt habetur ex pręmiſſis ſubiectum generationis manere idem ſimpliciter duobus modis dici poſſe. Primo quòd maneat idem ſimpliciter, hoc eſt omnibus modis idem; & ſic negauimus ſubiectum alterationis ſub vtroque termino idem permanere, Alio modo, quòd maneat idem ſimpliciter, ideſt in actu, & ſic concedimus, vt rei veritas ſe haber, præcipue reſpectu qualitatum ſecundarum, Plura de hac re eſsent dicenda, ſed ex his facile videri poteſt veritas ipſa.

Tex. 30.

Subiectum generatiõis manere idẽ ſimpliciter bifariam intelligi poteſt

Quo-

Quoniam autē pluribus modis dicuntur cauſæ omnes, dicere oportet cauſas contingentes, vt hominis, &c. Tex, 12. A

Vtrum ad formationem corporis prolis mater actiue aliquid cooperetur vel non.

Dilucidatio ſecunda.

DOcet S. Thomas cauſam hominis tanquam materiam in generatione eius
eſſe menſtrua, cauſam vero mouentem eſſe ſperma, io quo eſt virtus actiua,
ex quibus verbis agitatur hæc controuerſia ardua & difficilis inter philoſo-
phos, & theologos: inter theologos enim diſputatur in 3. ſentent. & apud
Diſtinct. 3. Q. 32. art. 4. S. Thomam in 3. p. vbi fit ſermo de conceptione corporis Saluatoris noſtri,
& ſi Beata virgo aliquid actiue egerit in eius conceptione, & hoc naturali B
virtute. Vnde S. Thomas narrat duas opiniones theologorum vbi ſupra,
quarum altera dixit Beatam Virginem operatam fuiſſe aliquid actiue io Chriſti cooceptione,
& naturali, & ſupernaturali virtute.

Diſtinct. 4. Sed hanc opinionem impugnat tanquam falſam, attamen Scotus io 3. ſentent. vt appareat
ſingularis in theologia reoouat iſtam opinionem, & reprobat opinionem S. Thomę. Sic etiā
Diſtinct. 19. & Ricardus in eodem 3. ſent. & propterea non eſt mirum, ſi ipſi quoque affirmant hoc in lo-
co matrem concurrere actiue cum patre reſpectu formationis corporis prolis, tamen minus
Opinio medicorum. principalis & ſecundario, quæ cum patre integrat vnam cauſam totalem, & hanc opinionem
aſſerunt eſſe ipſius Galeni, & Hyppocratis, nec non & ipſius Aliabbæ, qui fuit imitator Gale-
ni, & tota fere cohors medicorum videtur aſſerere, fęminam habere ſperma proprium, &
vniuocum ſpermati virili, remiſſioris tamen virtutis, & vigoris; & ſic ex vtroq; ſemine ſimul
mixto fieri quoddam temperamentum in formando fœtu, ſed ſperma virile eſt groſſum, &
calidum; ipſius autem mulieris eſt ſubtile, & frigidum, & ex vtroque conflatur vna cauſa to-
talis coouenienter formatiua prolis. Ad quam opinionem aſtruendā diſtioguunt ipſi Aduer- C
ſarii de pluribus cauſis concurrentibus ad eundem effectum. Nam quædam ſunt cauſæ, quę
ex æquo concurrunt, ſicut duo homioes trahentes aliquod idem corpus, puta nauem. Quę-
dam concurrunt oon ex ęquo, ſed habētes ordinem eſſentialem, qnod poteſt eſſe dupliciter.
Cauſę concurrentes ad effectum dupliciter eſſe poteſt. Vno modo quòd cauſa ſuperior moueat inferiorem, itaquòd inferior non agat niſi quia mo-
ta à ſuperiori: exemplum de potētia motiua, quæ eſt in manu, & baculo mouentibus aliquod
idem corpus. Alio modo ſic, quòd cauſa ſuperior ooo moueat inferiorem, nec det ei virtu-
tem qua moueat, ſed ſuperior habet de ſe virtutem perfectiorem agendi, & inferior imperfe-
ctiorem, quam non recipit à cauſa ſuperiori, quę eſt virtutis perfectioris, & ponunt exemplū,
quia virtus actiua matris, & potentia actiua patris concurrunt in generatione prolis, vt duæ
cauſæ partiales ordinatæ, quia altera eſt perfectior reliqua, noo tamen imperfectior recipit
cauſalitatem à perfectiori; nec etiam tota cauſalitas eſt in cauſa perfectiori; ſed aliquid addit
cauſa imperfectior, intantum quòd effectus poteſt eſſe perfectior à cauſa perfectiori.

Et ad iſtam opinionem perſuadendam adducunt aliquas rationes, quarum prima eſt, ſi ma
ter non concurreret actiue ad formationē corporis prolis, tunc oon magis eſſet mater ſuæ pro D
Vermes generari poſſunt in matrice mulieris. lis, quàm alicuius alterius animalis, puta vermis generati ex putrefactione in matrice: conſe-
quens eſt euidenter falſum: ergo & antecedens: cooſequeotia patet, quia tunc æqualiter ſe ha-
bereot hinc & inde in potentia pure paſſiua. Secunda ratio eſt, formam eiuſdem ſpeciei
conſequitur potentia oaturalis eiuſdem ſpeciei: ſed maſculus & fęmina ſunt eiuſdem ſpeciei:
Tex. 25. ex to. huius: ergo ſi forma vnius conſequitur vis actiua generatiua, ſimiliter, & alterius. Et
cōfirmāt hoc, quia aliter potentia generatiua huius & illius differret ſicut actiua & paſſiua, &
ita eſſent potentiæ alterius rationis. Tertia ratio eſt, pater naturaliter diligit filium ſuum, ſi
Cap. 8. cut vnuſquiſque diligit opus ſuum ex 8. ethicorum; ſed mater plus diligit filiū ſuum ex eo-
Cap. 9. dem libro: ergo videtur, quòd filius ſit aliquo modo opus eius. Vltima ratio eſt, filius quā-
doque plus aſſimilatur patri, quàm matri; ergo in matre eſt aliqna virtus actiua: antecedens
patet, et conſequentia probatur, quia agens intendit aſſimilare ſibi effectus propter aliquam
eius actionem.

Sed contra iſtam opinionem arguitur rationibus & auctoritatibus Ariſt. & Auerr. Et pri-
mo ſic: ſi maſculus & fæmina concurrerent actiue ad generationē; ſequeretur fæminam ex

ſe ſo-

A ſe ſolum ſine maſculo poſſe generare: conſequens eſt impoſſibile: ergo opinio prędicta eſt
impoſſibilis: conſequentia probatur, ſupponendo quòd ſanguis menſtruus mulieris ſit mate-
ria prolis, vt opinio eorum concedit, nunc ſic: vbi ſunt duæ virtutes actiuæ differentes ſolum
ſecundum magis & minus, virtus remiſſior poteſt per intenſionem peruenire ad æqualitatem
virtutis intenſioris: hęc propoſitio eſt manifeſta ex ſe: ſed ſi ſemen viri & mulieris ſunt acti-
ua, ſemen mulieris differt à ſemine viri ſolum ſecundum magis & minus ſecundum Scotum, Semen viri quomodo differt à ſemine mulieris ſm Scotū
cum ſint eiuſdem ſpeciei; ergo poterit in aliqua muliere ita intendi calor naturalis, vt virtus
ſeminis eius erit fortior, quàm virtus huius vel illius viri: ergo ſolum illud ſemen mulieris
ſufficeret ad generationem; & ſic à primo ad vltimum ſequitur fæminam per ſeipſam ſine
maſculo poſſe generare.

Præterea & ſecundo; ſi ſemen ipſius mulieris concurrit actiue ad generationem prolis, vt
aſſerunt ipſi: ergo fruſtra mulieres eiiciunt illud foras extra vuluam: ſiquidem eſt communis
animi conceptio apud medicos fęminam emittere ſemen ſuum per vuluam, & trahere ad ſe
ſemen ipſius maſculi. Tertio arguitur ſic, ſi mulier concurreret actiue ad generationem
B prolis, ſequeretur quòd vnum & idem eſſet in actu & in potentia: probatur conſequentia, nā
menſtruum illud ſeu ſemen mulieris ex illa parte qua eſt materia, eſſet in potentia, & ex illa
parte qua eſt agens, eſſet in actu: ergo a primo ad vltimū vnū & idem erit in actu & in poten
tia. Quarto arguit S. Thomas ſic, in plantis, in quibus vtraque vis cōmiſcetur, non eſt di-
ſtinctio maris, & fæminę: ergo pari ratione; ſi in ipſa muliere eſſet ſemen partim actiuum
partim paſſiuum; ſequeretur quòd mulier in ſe non haberet diſtinctionem maris, & fęminę,
& ita non eſſet fęmina tantum, nec mas tantum, ſed quoddam hermaphroditum. Quinto
nulla res poteſt agere in ſeipſam per generationem, licet aliqui concedát, quòd aliquid poteſt
mouere ſe motu locali, & motu alterationis; tamen nullus concedit, quòd aliquid poſſit mo-
uere ſe per generationem: ſed ſi ſemen mulieris eſſet actiuū, ſequeretur ſe poſſe mouere per
generationem: ergo non eſt actiuum: maior patet, & minor probatur, quia virtus actiua ſemi
nis mulieris aut eſt in qualibet eius parte, aut in qualibet ſic, & in qualibet non: ſi detur ſecun
dum: ergo ſemen mulieris ſufficit ſine viri ſemine: conſequentia patet, quia in eo eſt princi-
pium actiuum, & paſſiuum. Nec valet dicere, quòd non eſt ſufficiens principium, quia iam Semen imperfectū pōt intendi.
C poteſt intendi, & perfici: ſi detur primum: ergo illa pars, in qua eſt principium actiuum &
paſſiuum, mouet ſeipſam ad generationem. Hanc rationem adducit Auerr. libro colliget.

Adeſt modo auctoritas Ariſt in textu præſenti, vbi vult ſanguinem menſtruum eſſe cauſá Tex.12.
materialem in generatione hominis, & ſemen viri eſſe cauſam actiuam; & 1. quoque phyſico Tex.81.
rum aſſerit materiam appetere formam, ſicuti fęmina virum; ſed materia appetit formam paſ
ſiue tantum eam recipiendo: ergo etiam & ipſa fęmina appetit virum paſſiue in generatione
prolis. Hoc idem docet etiam Philoſophus 2. de generatione animalium, vbi aſſerit fęminá Cap.15.
non cooperari actiue, ſed tantum paſſiue concurrere, quia miniſtrat totam materiam, & in ſe-
mine patris eſſe virtutem actiuam & formatiuam prolis. Et libro 15. de animalibus compa- Cap.8.
rat virtutem in ſemine patris, arti, & materiam miniſtratam à matre, ligno, de quo artifex fa
cit ſtatuam: ergo ſecundum Ariſto. tota formatio actiua eſt à parte viri, cuius ſemen non ca-
dit in ſubſtantiam prolis, ſed conuertitur in ſpiritum, & calorem, quibus mediantibus agit in
ſemen mulieris ad formationem prolis; ſemen autem mulieris eſt tota ſubſtantia prolis. Hoc
idem etiam aſſerit Auerr. in hoc libro, vbi inquit, in generatione rerum non oportet quærere Comm.15.
D cauſam remotam, vt quatuor elementa, quæ ſunt cauſæ remotę; ſed oportet inuenire materiá
propriam, ſicuti eſt ſanguis menſtruus mulieris in generatione prolis, ſi ergo concurrit hic
ſanguis vt materia, ſequitur quòd paſſiue & non actiue concurrat de mente Auerrois. Hoc
idem docet Albertus 15. de animalibus. Cap. vltimo.

Pro declaratione huius quæſiti ſciendum eſt primo, quòd aliqui errauerunt in hac mate-
ria, quia ſectati ſunt extrema: vnde voluerunt de mente Galeni fæminá habere propriū ſper-
ma, & vniuocum ſpermati virili, licet remiſſioris virtutis & vigoris, & aſſerunt quòd ingre-
ditur actiue formationem prolis, & ex vtroque ſemine, ſcilicet viri & mulieris ſimul mixto
fit conueniens temperamentum in formando fœtu, quandoquidem ſperma ipſius viri eſt
groſsū & calidū, ſperma vero mulieris eſt ſubtile & frigidum, vt dictū eſt, & ſic ex vtroque cō-
flatur vna cauſa totalis conuenienter formatiua prolis. Et ad hoc perſuadendum hoc addu-
cunt argumentum, quia fęmina habet teſtes ab intrinſeco, qui eſſent fruſtra dati à natura, Fæminę habēt teſtes ab intrinſeco.
niſi haberent virtutem formatiuam actiue concurrentem ad generationem prolis. Dicunt
etiam, quòd mulier vehementius delectatur in coitu, quàm vir, quod non eſſet, niſi emitteret
ſemen. Et hanc opinionem videntur ſequi Aduerſarii. Alii aliam opinionem tenent ex-

tremam, de quorum nnmero eſt Auicenna, qui in libro de temperamentis, vt docet Auerroes A
libro colliget, aſſerit, fœminas aliquas concepiſſe ſine delectatione, & abſque hoc, quòd emiſerint ſemen; quędam vero conceperunt contra voluntatem, quia fuerunt violenter acceptę, & violatæ: immo docet Auerroes, quòd iuramento ſuæ viciœ habuit quãdam mulierem fuiſſe imprægnatam in balneo, in quo mali homines coinerũt, cum eſſent io illo balneati, in quo ſpermatizauerant, quinnimo ſcribit virgioem poſſibile eſſe naturaliter impregnari, qoia effuſo ſemine ad concauom eius matricis poterit ab extra penetrare odor ſpermatis viri vſque ad locum conceptionis, ex conſequenti poterit virgo illa concipere, præcipue quia ſe habet veluti vas, in quo ſomitur ſemen viri. Et hanc opinionem ſequuti ſunt multi, tum ex philoſophis, tum ex theologis, quòd mulier pure paſſiue concurrit ad generationem prolis.

Hiſtoria Auerr. de hac materia quæ eſt.

Diſt. 3. q. 2. art. 1.

Secundo eſt conſiderandum quòd, vt docet S. Thomas 3. ſenten. medium ſapit naturam extremorum; propterea iſti, qui hoc medium ſequuntur, attingunt veritatem; & hanc regulã fere ſemper ſequutus eſt Ariſtot. vt patet 1. poſteriorum, vbi narrat aliqnos dixiſſe nullios rei B
eſſe ſcientiam, aliquos vero antiquos aſſeruiſse omnium rerum eſſe ſcientiam, attamen ipſe poſuit ſe in medio dicens, aliquarum rerum eſſe ſcientiam, & aliquarum non: quia concluſionum eſt ſcieotia, principiorum vero non eſt ſcientia, ſed intellectus: ſic etiam 8. phyſicorum narrat illorum opinionem, qui dicebant nihil moueri, & illorum qui voluerunt omoia eſſe in continuo motu: Ariſtot. tamen tenens mediam viam docuit, quædã ſemper moueri: quædam autem ſemper quieſcere; quędam vero aliquando moueri aliquando autẽ qoieſcere: & ſic in omnibus fere quæſtionibus difficillimis voluit Ariſto. eſſe agendum. Hanc regulam debemus etiam & oos in præſenti ſequi.

Cap. 3.

Tex. 15.

Ariſt. ſemper docuit viam mediam eſſe tenendam.

Propterea dicendum videtur, in cooceptione prolis inoeniri triplicem actionem. Vnam, quæ eſt priocipalis, ſcilicet formatio, & organizatio corporis, reſpectu huius actionis agens eſt tantum pater, mater vero ſolummodo miniſtrat materiam. Alia actio eſt pręcedens, & pręparatoria; cum enim generatio naturalis ſit ex determinata materia eo quòd vnuſquiſque actus ſit in propria materia, vt habetur in 2. de anima, oportet vt formatio prolis fiat ex materia conuenienti, & oon ex quacunque, vnde opottet eſſe aliquam virtutem agentem, per quã præparetur materia ad conceptum, vt docuit Ariſtot. 2. phyſicorum, quòd ars, quæ operatur C
formam, determinatur & imperat ei, quæ præparat materiam, ſicut ars compaginans nanim, ei, quæ dolat ligna; & ideo virtus, quæ pręparat materiam ad conceptum, eſt imperfecta reſpectu eius, quæ ex materia præparata format prolem: hæc autem virtus præparans eſt matris, quæ imperfecta eſt reſpectu virtutis actiuę, quæ eſt in patre. Hinc Philoſophos 15. de animalibus dicit, quòd mulier eſt ſicut puer, qui non dum potuit generare; Tertia actio eſt concomitans vel ſequens actionem principalem; ſicut enim locus facit ad bonitatem generationis, ita & bona diſpoſitio matricis operatur ad bonã diſpoſitionem prolis quaſi præbens fomentum; & hoc eſt quod dicit Auicennas libro de diluuio, matrix non facit niſi ad melioritatem concepti. Tertio notandum, quòd potentiæ mulierum ſpectantes ad partem vegetatiuam, ſunt actiuę; ſed res facta ab actiua mulieris potentia, eſt principium paſſiuum & materiale ipſius generationis, & oon actinum, itaquòd maſculus & fęmina conueniunt in hoc, quòd vtriuſque potentiæ ſunt actiuę, ſed differunt in re facta per illas potentias; ſiquidem factum à maſculo, quod eſt ſemen, dicitur eſſe principium actiuum generationis; illud vero, quod eſt factum à fœmina, quicquid ſit, ſiue ſit ſanguis menſtruus (vt aliqui volunt) ſiue ſit ſemen (vt D
dicunt non nulli) de hoc io præſenti oon diſputo, quia differentia huius rei ſpectare ad medicos dicimus; attamen hoc tale, quod fit à fęmina, eſt principium materiale & paſſiuũ ipſius generationis; & hæc eſt opinio S. Tho. in 3. p. & in 3. ſentent. vbi de mente Ariſto. 15. de animalibus docet, quòd in his, quæ habeot vitam perfectam, diſtinguuntur agens & patiens in generatione propter perfectam generationem in eis; in plantis autem, quæ perfectam habẽt vitam, eſt vtraque virtus, actiua ſcilicet & paſſiua: propter quod dicitur vna planta maſculina & alia fęminina: cum igitur impoſſibile ſit illud, quod eſt determinatum, vt patiens habeat virtutẽ actiuam reſpectu eiuſdẽ, oportet, quòd mulier oon ſit in cõceptione agens, ſed tñ patiens: ex hoc ſaluatur inter marem & fęminam vnitas ſpecifica, & in formis, & io potentiis, & differentia ponitur ex parte corporis ſeu materię, dũ penes res factas, non penes animę potentias diuerſitas formalis actini & paſſiui collocatur, qnia res facta ſe tenet ex parte corporis.

Tex. 24.

Tex. 25

Cap. 2

Mulier eſt ſicut puer

Cap. 7

Quod ponit mulier in generatione qd eſt

Cap. 4.

Vltimo notandum, qoòd io ſemine viri eſt multitudo ſpirituum habentium calorem cęleſtem & elementarem, non quòd iſti calores ſint duę res diſtinctæ, ſed eſt vnus & idem calor ſicut etiam io animali vnicus calor in qualibet animalis parte exiſtens dicitur animalis, & cęleſtis, & elementaris ſecundum diuerſas conſiderationes: inquantum enim digerit alimentũ,

In ſemine viri eſt multitudo ſpirituũ

& diſ-

A & diſſoluit, dr̃ elementaris: inquantũ vero habet determinatã menſuram, quia nõ auget nec ali
quid facit in infinitum, dicitur cæleſtis; iſta enim determinatio prouenit à cælo; inquantũ ve-
ro eſt conueniens cõplexioni viuę dr̃ calor animalis. Sic proportionabiliter dicẽdum eſt de ca-
lore in ſemine exiſtente, ſicuti dictum eſt de calore in animali, quia calor in ſemine dicitur ele
mentaris inquantum agit caleſaciendo, diſſoluendo, vel coagulando; dicitur cęleſtis inquan-
tum actio eius eſt determinata: dicitur forma totius, quia format corpus generandum; dici-
tur intellectualis, quia agit ad modum intellectus ſine organo corporali; poſtquam vero ſe-
men maris per hanc virtutem complete diſpoſuerit materiam qualitatiue, & quantitatiue,
cauſat in ea animam vegetatiuam, & quaſi totum reſoluitur in ſpiritus: corpulenta vero ſub-
ſtantia corrumpitur & tranſit in ſubſtantiam prolis genitæ, in qua cum aduenit anima uegeta
tiua eſt quędam virtus conſequens animam, & appellatur virtus regitiua, quia tale corpus re
git, gubernat, & dirigit in ſuas operationes. Ex quo patet manifeſte, quomodo ſemen maris
ſit principium actiuum generationis.

Calor in ſemine diuerſimode nominatur

Iſtis ſic ſtantibus ponuntur aliquæ concluſiones, quarũ prima eſt. Sine ſanguine menſtruo
B ipſius mulieris non poteſt fieri generatio; probatur, quia generatio hominis fieri non poteſt
niſi eius membra formentur; ſed non poſſunt formari ex ſemine viri: ergo formantur ex ſan-
guine menſtruo mulieris, qui tenet rationem ſeminis. Sed attende hic, quòd ſanguis men-
ſtruus, de quo loquitur concluſio, non eſt ille, quem mulier emittit per ſingulos menſes: tum
quia huiuſmodi ſanguis eſt putridus & corruptus; tum quia in aliis animalibus quorum fæ-
minæ non habent ſanguinem menſtruum, non poſſet fieri generatio. Et ſi quæris, quid eſt hu
iuſmodi ſanguis. Dicitur, quòd eſt materia foetus, qui tranſmutatur ad carnem; propterea eſt
ſanguis purus ſeparatus à ſanguine menſtruo, & hic ſanguis mouetur à venis ad matricem:
quæ eſt locus aptus ad generationem.

Sanguis mulieris duplex

Secunda cõcluſio eſt. Sine ſemine viri non poteſt naturaliter fieri generatio hominis; pro-
batur, quia ſanguis menſtruus mulieris, de quo dictum eſt in prima concluſione, eſt materia
generationis, & materia non mouet ſe; ergo eſt neceſſaria aliqua virtus formatiua; ſed hæc
non poteſt eſſe niſi ſit in ſpirituoſa parte ſeminis viri: ergo eſt neceſſaria ſpirituoſa ſeminis
pars, & quia illa reſoluitur, ideo craſſa conuertitur in illam, aliter numquam fieret generatio
C nec hominis conceptio; & ſic ambæ partes ſeminis dicuntur eſſe neceſſariæ.

Materia nõ mouet ſe

Tertia concluſio. Mater concurrit aliquo modo actiue ad generationem contra illam opi-
nionem extremam, quæ docuit eam concurrere pure paſſiue: probatur ſic, relatio maternita-
tatis in matre cõſequitur actionem matris circa prolem, quæ generatur: ergo mater eſt aliquò
modo principium actiuum generationis: conſequentia eſt manifeſta; antecedens probatur,
quia maternitas non eſt relatio, quæ fundetur ſupra quantitate, nec eſt relatio menſuræ ad
menſuratum: ergo ſuper actione aut paſſione fundatur: ſed non ſuper paſſionem: ergo ſu-
per actionem: prima conſequentia patet à ſufficienti diuiſione, quia omnis relatio fundatur
ſupra aliquo illorum trium: minor ſecundæ conſequentiæ probatur; quia relationum oppo-
ſitarum conſequentium paſſionem & actionem; ſi vna fundatur ſuper paſſionem, neceſſe eſt
aliam fundari ſupra actionem; hoc patet diſcurrendo in omnibus, puta in relatione moti ad
mouens, & agentis ad patiẽs, & producti ad producens; ſed filiatio & maternitas ſunt relatio-
nes oppoſitæ, & filiatio fundatur ſuper paſſione ſcilicet ſuper generatione paſſiua: ergo ma-
ternitas fundatur ſuper actione. Et confirmatur, quia niſi concurreret aliquo modo actiue,
D ſed tantummodo eſſet principium paſſiuum, ſequeretur quòd Adam, de cuius ſubſtantia
corpus Euæ formatum eſt, eſſet mater eius, quod eſt abſurdum & inconueniens dicere.

Mater eſt principium actiuum generationis.

Vltima concluſio eſt. Factum à muliere quicquid ſit illud, ſiue ſanguis menſtruus (quod
arbitror eſſe veriſſimum) ſiue ſit ſemen, ſiue ſit aliquod proportionale ſemini, eſt principium
materiale & paſſiuum generationis prolis, patet hæc concluſio ex diuerſitate ſpecifica maris,
& fęminæ in genere ſexus, quia differentia maris & fęminæ formalis eſt in genere ſexus, ma-
terialis verò eſt in genere animalis: vnde iſta ſpecifica differentia ex parte materiæ conſequẽs
genus animalis rationabiliter infert in ipſis propriis effectibus maris, & fęminę conditiones
diuerſarum rationum. Probatur etiam ex ipſa exteriori diſpoſitione membrorum cum ſuis
propriis operationibus apparentibus, quia membra maſculino ſexui propria apta nata ſunt
ad agendum; membra vero propria ipſius ſexus fęminei apta nata ſunt ad recipiendum: ip-
ſæ enim mulieres recipiunt ſemen à maribus illud efficientibus; ſed recipere includitur in
eo, quod eſt pati: ergo concluſio eſt manifeſta, quòd factum à muliere in generatione prolis
ſit principium materiale & paſſiuum.

Quomodo fęmina concurrit paſſiue ad generationem

Ex cognitione harum concluſionum manifeſte patet modo ſolutio ad argumenta, & ad

primum, in quo dicebatur, quòd ſi mater concurreret paſſiue &c.neganda eſt conſequentia. A
Et ad probationem in qua dicitur,quòd æqualiter ſe haberet hinc & inde, hoc etiam negandum eſſe dicimus, quia non ſumus in opinione illa extrema dicente, matrem eſſe veluti vas aut locū in quo generatur proles,nec dicimus abſolute,vt alia opinio extrema dicebat, quòd mater concurrat actiue ad generationem:ſed proſequimur opinionem peripateticam,quę eſt media inter has extremas opiniones aſſerendo matrem eſſe principium actiuum ipſius materiæ filii ſui, & non pure receptiue & paſſiue. Ad ſecundum,in quo dicebatur, formam eiuſdem ſpeciei conſequi potentiam naľem eiuſdē ſpeciei, &c.cōcedimus potentiam vegetatiuā in muliere eſſe actiuam, ſicuti etiam in homine virtus digeſtiua eſt actiua ipſius materiæ, in quam nutritiua agit conuertendo in ſubſtantiam aliti: ſunt igitur potentiæ uegetatiuę tam maris quàm fœminæ eiuſdem rationis in ſe comparatę & conſideratæ,ſed ſi comparentur ad res effectas ab eis;dico quòd ſunt diuerſarum rationum ſecundum diuerſam rationem actiui & paſſiui, agendi & patiendi,vt in concluſionibus ſupradictum eſt, quòd potentia generatiua mulieris dicitur eſſe actiua illius materiæ proximę & propriæ filij ſui, tamen illa materia poſtmodum eſt principium paſſiuum. Et ſic ſoluitur etiam confirmatio, quę adducitur B
de potētia actiua & paſſiua maris & fœminæ, quòd nō eſſent eiuſdē rationis. Hoc enim nō dicimus nos ſed docemus potentiā vegetatiuā mulieris eſſe imperfectiorē potentia vegetatiua ipſius viri ſeu maſculi, licet vna ſit imperfectior altera, tamē quia magis & minus nō variant ſpeciem, propterea dicuntur eſſe eiuſdem rationis ſpecificæ. Ad tertium, in quo dicebatur, quòd mater plus diligit filium &c.concedimus matrem plus diligere filium ſuum,quàm pater,quia eſt proprium opus eius effectiue ſecundum propriam materiam, & proprium corpus ipſius filii,cuius mater eſt cauſa actiua. Deinde Ariſto. 9. ethicorum aſſignat cauſam cur matres magis diligunt filios quàm patres, & inquit eſſe iſtam,quia maiorem laborem ſumūt in eis alendis,& nutriendis, & magis ſciunt eſſe ſuos, quàm patres;unde argumētum hoc eſt nullius momenti. Adde etiam, quòd multi patres amant filios vxorum, quos credunt eſſe ſuos, & tamen vxores cum aliis viris conceperunt, & pauperculi patres decipiuntur in hoc. Ad vltimum, in quo dicebatur,quòd filius plus patri,quàm matri aſſimilatur &c. reſpondemus hoc argumentum ex ſimilitudine non concludere;quia aliquando filij aſſimilantur auis aliquando auunculis:& tamen hi nihil effectiue operati ſunt:& ideo non concludit,filius eſt C
ſimilis matri;ergo concurrit actiue,præcipue cum cauſa ſimilitudinis filii poſſit eſſe aliquando virtus cæleſtis, quæ dominatur eo tempore; aliquando intenſa imaginatio matris, aut fœminæ dum generant, vt narrat Auicennas de quadam muliere concipiente,quæ intuebatur tūc temporis figuram ęthiopis,quam habebat in lectulo ſuo,& ſic peperit filium nigrū, adeo vt maritus eius poſt illius filii generationem voluerit eam occidere, niſi medici darent cauſam huius rei; poterit eſſe cauſa ſimilitudinis fortior virtus ſeminis patris; vnde videmus q̄ podagroſus generat podagroſum, & ſtultus ſtultum : peccat igitur argumentum hoc multis modis,vt eſt oſtenſum:nec mirum,quia,vt ſępius diximus, hæc opinio eſt extrema, & omne extremum eſt vitioſum : cum ergo opinio. S. Thomæ ſuperius expoſita ſit ad intentionem Ariſto.& omnium peripateticorum, ea eſt amplectenda:ſicuti plurimi theologi eam amplexi ſunt,inter quos Adeſt theologus Illuſtriſſimi Domini D. Cardinalis Ieſualdi Nomine Hieronymus Zancaglionus vir & doctrina & pietate inſignis, qui conſiderans hanc noſtram determinationem peripateticam auſus eſt dicere,hoc dogma peripateticum aptius eſſe doctrinę Theologicę,quàm Galenicum,Etenim,dicebat ipſe,oportet theologos confiteri Beatam virginem non ex ſemine concepiſſe carnem Chriſti,at vero ſi fœminis eſt ſperma in conceptu filiorum vt dixit Galenus,quem ſequuti ſunt Aduerſarij, hoc ſpermate non erat defraudandā Virgo ſacra,quia etiam ſi ex miraculo concepit quicquid aliæ fœminæ ex ſe naturaliter habēt ad conceptum prolis,illa quoque habuit, excepto quòd vt haberet,eguit miraculo, vt cæcus qui miraculo habet viſum, naturaliter videt, iam igitur ſi ad naturalem conceptionem ſperma mulieris erat neceſſariū: hoc idem obtinuit Virgo ad miraculoſam; & ſi illud ſperma organizat menſtruum,ita & in Virgine, &c. & ita dicendum eſſet carnem Chriſti & ſi non ex ſpermate uiri, at ex ſpermate fœminæ conceptam fuiſſe,quod non decet,propterea iudicandum eſt, nullum eſſe in fœminis ſperma,ſicque in Beata Virgine nullum quoque eſſe, ex quo conciperet carnem Chriſti, ſed ex puriſſimis ſanguinibus,quos ipſa in inſtanti ſubminiſtrauit Spiritui ſancto, quos quoque ipſe Spiritus ſanctus præparauit ad Chriſti conceptionem compactam fuiſſe carnem Chriſti, neque illi ſanguines fuerunt menſtrui, quia ſanguis menſtruus eſt ſanguis impurus, ſed caro Chriſti non fuit ex impuro ſanguine, ſed ex puriſſimo coalita, ceteri vero homines ex menſtruo concipiuntur, propterea immundi dicuntur,non D

Dogma peripatetici de hac materia quod eſt

Magis & minus non variant ſpeciē

Quod filius ſit ſimilis matri ex diuerſis cauſis peruenire pōt.

MagiſterHieronymus Zācaglonus

ita

A ita Domini caro, vt autem menſtruus ſanguis ſpermati viri cum commiſcetur, & ab eo elaboratur, & formatur, & fœtificatur, ita ſanguis puriſſimus Mariæ à Spiritu ſancto fuit elaboratus, formatus, & animatus in inſtanti, nam quod ſperma viri erat præſtiturum, hoc multo prę ſtantius pręſtitit Spiritus ſanctus; & quia verum vero non contradicit, ſi secũdum theologos mulier paſſiue concurrit in generatione, ita etiam & ſecundum philoſophos fatendum eſt.

Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quia primum erit, aut quia ex reſoluto in principium, &c. Tex. 11.

Num in omne generatione & corruptione ſimpliciter fiat reſolutio vſque ad primam materiam?

B

Dilucidatio tertia.

RESPONDETVR à nonnullis affirmatiue, in qua reſpõſione conueniunt cum S. Thom. tamen in modo declarandi concluſionem valde ſunt diuerſi: propterea nos more ſolito quatuor videbimus in hac materia. Primo exponemus opinionem Aduerſariorum. Secũdo arguemus contra ipſam Tertio declarabimus veritatem. Quarto ſoluemus argumenta, quæ videntur eſſe contra ſolidam doctrinam S. Thomæ. Quantum ad primum docent Aliqui, in quibuſdam rebus fieri reſolutionem in omni generatione & corruptione ſimpliciter, vſque ad materiam primam, & hoc ſtatim ſicuti eſt in rebus illis, quę vnicam tantum formam habent, vt ſunt elementa, vnde corrupto aere ſtatim generatur ignis, ſi ignis debeat ex ipſo aere generari; in quibuſdam autem non ſtatim fit reſolutio vſque ad materiam primam, quemadmodum eſt in illis, quæ plures formas habent, ſicuti C eſt homo, in quo non dubitant ipſi ponere plures formas, quia ſeparata vltima forma ſpecifica, & corrupto homine, puta in morte remanet materia ſub forma incompleta corporis, quæ nõ eſt in aliqua ſpecie ſpecialiſſima, ſed eſt naturaliter in cõtinuo fluxu vſq; ad materiã primam, antequam de illa materia aliquid ſpecifice diſtinctum generetur, qua corruptione cõpleta prius ordine naturæ introducitur ab agente naturali forma aliqua ſpecifica, puta forma vermis, vel plantæ.

Corrupto aere ſtatim generatur ignis

Et ſi quis diceret contra iſtam determinationem, quia Ariſtot. 2. huius docet, quòd generatio vnius eſt corruptio alterius: ſed homo in morte corrumpitur: ergo ſtatim aliquid generatur. Reſpondent, quòd homo in morte non corrumpitur corruptione vltimata, ideſt quantum ad omne illud, quod eſt aliquid eius, quia adhuc remanet forma aliqua, quæ fuit de eſſentia hominis: perfecta autem & vltimata corruptione neceſſario aliud generatur; quia materia naturaliter non exiſtit ſine forma, & ſic intelligitur dictum Ariſtot. quòd generatio vnius eſt corruptio alterius, & econtra, ſed in habentibus vnam ſolam formam non oportet tantum expectare, quia corrupta aqua ſtatim generatur aer, ſi ex aqua aer generari debet.

Tex. 7.

Duplex corruptio ſecundum aliquos vltimata & nõ vltimata

D Et ſi quis etiã diceret, quia vel eodẽ inſtanti eſſet in materia forma corrupti, & generati: vel in alio, & in alio, ſi in eodẽ, ergo ſimul erunt formę contrariæ in materia, qđ eſt abſurdũ dicere: ſi in alio & in alio, cum inter quælibet duo inſtantia ſit tempus medium, ſequeretur aliquod tempus eſſe, in quo materia prima eſſet ſine omni forma, & cũ ipſa de ſe ſit indifferens ad omnes formas, non magis generaretur ex vna forma, quàm ex alia, & per conſequens natura fruſtra egiſſet ad diſponendum materiam in toto tempore præcedenti. Reſpondent dicentes hoc pręcedere ex falſa imaginatione, quia non eſt intelligendum, quòd in eodem inſtanti vel alio & alio fuerit in materia forma corrupti & generati, ſed in eodem inſtanti vna deſinit eſſe, & alia incipit primo eſſe. Nec ex hoc ſequitur, in eodem inſtanti eſſe in materia formas contrarias, ſed quia in vno inſtanti vna incipit, & alia deſinit, ideo nõ eſt dare inſtans vel tẽpus, in quo materia ſit ſine forma; nec per conſequens natura fruſtra agit, quia in illo inſtanti materia eſt ita diſpoſita ad vnam formam, vt non ad aliam, nec eſt dare materiam nudam. Hæc de primo.

In materia non poſſunt eſſet formę oppoſitę.

Quoad ſecundum vidẽda ſunt in hac poſitione iſtorum abſurda, ſunt enim plurima; nam inter alia ponunt in homine remanere formam corporeitatis, quod etiam in ſuperiori libro

impugnauimus, ſed vt in præſenti euidentius appareat nullam eſſe corporeitatis formam, ita A
argumētor, nā aut iſta forma eſt naturalis, aut mathematica, aut metaphyſica, nō metaphyſica quia formę metaphyſicę re & ratione ſeparatę ſunt à materia: nō mathematica, quia hęc forma corporeitatis debet eſſe ſubſtantia; forma autē mathematica eſt figura, q̄ eſt in prædicamē to quātitatis: ſi autem erit naturalis, ergo erit natura & principiū motus & quietis, ſed omnes differentiæ motuum aſſignatæ ſunt illis corporibus vel ſimplicibus, vel mixtis, vel animatis, & huic formæ corporeitatis nulla differentia motus aſſignatur: ergo iſta forma neque eſt naturalis, neque mathematica, neque metaphyſica, & ſic nihil erit.

Triplex forma ſ. phyſica mathematica & metaphyſica.

Præterea, aut iſta forma corporeitatis ſecundum naturam in materia præcedit dimenſiones quantitatis, aut eas ſubſequitur; ſi primo, ergo ipſa eſt indiniſibilis, vt docet Auerro. libro de ſubſtantia orbis: ſi ſecundo, ergo dimenſiones immediatæ inhærent materiæ primæ ante omnē formā ſubſtantialē, & determinantur per ipſam formā corporeitatis, quod eſt contra ipſos. Tertio actus eſt, qui ſeparat & diſtinguit, vt eſt famoſa propoſitio apud Ariſtot. in 7. huius: ſed iſta forma corporeitatis non facit aliquem gradum diſtinctum ab alijs, nam ſi ab aliquo diſtingueret, maxime à rebus incorporeis; ſed huiuſmodi diſcrimen ſumitur ex B
materia, quæ ſeparat res incorporeas à corporeis: ergo iſta forma nullus eſt actus; nec igitur erit forma, quia omnis forma eſt actus. Præterea nulla eſſet ratio illa, qua frequenter vtitur Ariſt. ad demonſtrandum materiam primam eſſe ductam ex tranſmutatione formarum; propterea quòd ea non produceret nos ad materiam primam, ſed ad iſtud conceptum ex prima materia & forma corporeitatis. Adde etiam ex vulgata illa propoſitione, quòd non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate; ſapiens enim naturam imitari debet, quę nihil fruſtra facit; ſed nulla ratio nullaque cauſa ſatis idonea, cogit nos ad ponendum huiuſmodi formam corporeitatis: ergo non eſt ponenda, quandoquidem ſi poni deberet, vel poneretur vt daret exiſtentiam materiæ, & hoc non, quia materia habet exiſtentiam à forma ſpecifica: vel vt daret materię quantitatem & extenſionem, propter quam in diuerſis partibus ſuis ſimul poſſet diuerſas formas accipere: ſed ad hoc præſtandum ſufficit ponere quantitatem proxime inhęrentem materię; & ideo propter hanc cauſam non eſt opus iſta forma corporeitatis; vel debet poni, vt appetat formam, ſed talis appetitus nihil aliud eſt, quàm ipſa materiæ potentia, per quam naturaliter ordinatur ad ſuſcipiendas formas, immo talem habet appetitum materia C
etiam reſpectu iſtius formę corporeitatis, alioquin materia non haberet potentiam ad iſtam formā, & ſic non poſſet ex materia, & iſta forma effici vnum per ſe ens; aut inducitur huiuſmodi forma (vt aliqui dixerunt) ne aliæ formę ſpecificę particulares creentur ex nihilo: ſed hoc non eſt dicendū, quia iſta forma poſita non tollit difficultatē de creatione, ſi qua erit: aut denique ponitur hæc forma vt materia prima moueri queat, cum nihil niſi corporeum moueri poſſit; ſed hoc nihil valet, quia materia prima proprie non mouetur, cum ſit proximum ſubiectum generationis & corruptionis, quæ non ſunt motus proprie dicti, ſed tantum mutationes, vt docet Ariſtot. 5. phyſicorum: relinquitur igitur, cum hęc forma corporeitatis ſit contra Ariſt. & veritatem, nec ſit vllam ob rem neceſſaria, eam omnino reprehendendam ac reiciendam eſſe, & ſic patet eſſe falſum dictum ipſorum in hac quæſtione, in qua affirmant in morte hominis materiam remanere ſub hac forma incompleta corporis, quę non eſt in aliqua ſpecie ſpecialiſſima.

Cap. 2.

Tex. 49.

Sapiens imitatur naturā.

Forma corporeitatis non tollit difficultatem d creatione.

Tex. 8.

Secundum quoque dictum, quod habent reſpondendo ad auctoritatem Ariſtot. quòd generatio vnius eſt corruptio alterius, in quo dicto affirmant hominem in morte non corrumpi corruptione vltimata, ſcilicet quantum ad omne illud quod eſt aliquid eius; quia adhuc remanet forma aliqua, quę fuit de eſſentia hominis, oſtendo eſſe falſum ex eorum rationibus adductis contra Auer. in materia de mixtione elementorum 2. ſent. arguunt igitur quòd elementa actu non manent in mixto, quia quælibet forma ſubſtantialis nata eſt conſtituere ſuppoſitum per ſe ſubſiſtens in genere ſubſtantiæ: ſi igitur ſunt plures formæ ſubſtantiales in mixto, tunc quælibet conſtituit ſuppoſitum, & ſic in omni mixto eſſent plura ſuppoſita, quia ibi erit ſuppoſitum hominis & ſuppoſitum mixti, quorum quodlibet eſt natum per ſe ſubſiſtere. Sic etiam arguitur contra hoc, quod nunc dicunt, ſi in morte hominis remanet forma aliqua, quæ fuit de eſſentia hominis: ergo in homine erunt plura ſuppoſita per ſe ſubſiſtentia, & ſic vnum corrumpitur & aliud remanet. Secundo etiam arguitur ex ratione ipſorum, quia ad omnem ſubſtantiam corpoream conſequitur quantitas, quę eſt propria paſſio ſubſtantię corporeę, hęc eſt propoſitio ipſorum, cui addo minorem; ſed forma, quę remanſit in morte hominis cum materia conſtituit ſubſtantiam compoſitam & corpoream; igitur ipſam conſequitur propria quantitas, ſicut paſſio propria; ſed eadem propria paſſio (vt docent ipſi) D

diſtin. 15.

Rationes Scoti contra Auerro.

Quātitas eſt paſſio ſubſtātię corporeæ

A ipſi non eſt plurium ſubiectorum; igitur in vno ſubiecto erunt plures quantitates, & ſic vna corrumpitur & alia remanet. Tertio omnis forma ſubſtãtialis perficiens materiam conſtituit compoſitum in eſſe ſimpliciter, quia forma accidentalis perficiens ſubiectum conſtituit illud in eſſe ſecundum quid, igitur ſubſtantialis perficiens materiam conſtituit compoſitum in eſſe ſimpliciter: ſed forma, quæ remanet in hominis morte, quæ fuit de illius eſſentia, perficit materiam; ergo conſtituit compoſitum, ſcilicet hominem in eſſe ſimpliciter: tunc vltra, ſed omne adueniens poſt eſſe ſimpliciter eſt accidens, & ſic etiam omne diſcedens poſt eſſe ſimpliciter eſt accidens: ergo homo in morte corrumpitur quoad aliquod accidens, & non quoad aliquam formam ſubſtantialem, quod eſt contra ipſos. Forma accidentalis in quo differt à ſubſtantiali.

Tertium dictum, quod licet formaliter non habeatur ex his, quæ hic dicunt, uirtualiter tamen elicitur, quòd accidentia remaneãt eadem numero in mortuo, quę erant in viuo, quia ſi in homine mortuo per ipſos remanet aliqua forma, quę fuit de eſſentia hominis, à fortiori debent remanere accidentia, quæ inſequuntur illam formam, puta eadem cicatrix, eadem figura, eadem durities, eademque grauitas, & id genus. Contra quod dictum arguo etiam tri-

B bus rationibus. Et primo ſic, omnia alia à primis ſubſtantiis aut ſunt in primis ſubſtantiis aut de primis prędicantur, vt dicitur in prędicamentis, quòd deſtructis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid aliorũ remanere, ſed deſtructa forma deſtruitur prima ſubſtantia; igitur omne accidens deſtruetur, & ſic nullum accidens remanet in generato, quod præfuit in corrupto ſiue ſit diſpoſitio qualitatiua, ſiue quantitatiua, ſiue quoduis accidens. Cap. de ſubſtantia.

Præterea accidentis eſſe eſt ineſſe, igitur eadem inhærentia non manente non manebit idẽ accidens: ſed corrupta forma ſubſtantiali non manet eadem inhęrentia: igitur accidens corrumpetur. Tertio, corrupto per ſe ſubiecto accidentis corrumpitur accidens: ſed ſubiectum per ſe accidentium eſt ens in actu, ſiue compoſitum: vnde in primo de generatione Ariſt. docet materiam eſſe ſubiectum ceterarum tranſmutationum, quia eſt ſubiectum ſubiectorum; igitur materia eſt ſubiectum remotum, in quo non poſſunt remanere eadem accidentia. hęc de ſecundo. Eſſe Accidentis eſt ineſſe. Tex. 13.

Quoad tertium eſt opinio S. Thomæ pluribus in locis ſuæ doctrinę, quòd in omni generatione & corruptione fiat reſolutio vſque ad materiam primam, & præſertim 1. p. in tracta-

C tu de formis, in libello de natura materię in 2. de anima, & vbique locorum ſuæ doctrinæ. q. 76. art. 4. q. 6. ar. 1. le. 5. Pro cuius declaratione ſciendum eſt, quòd reſolutio eſt duplex; altera à natura; altera vero à ratione; reſolutio, quæ fit à ratione eſt duplex, quædã quæ fit in ſcientijs ſpeculatiuis; & quædam quę fit in ſcientiis practicis: illa quę fit in ſcientijs ſpeculatiuis præcipue in logica, vocatur reſolutio quaſi metaphorice dicta, & eſt illa; qua res confuſe intellecta diſtinguitur in partes clare cognitas: illa vero, quæ fit in ſcientijs practicis, reperitur in illis rebus, quæ à nobis operantur, ſed de his reſolutionibus, quę fiunt à ratione, non intendimus in pręſenti. Reſolutio vero, quæ fit a natura eſt duplex; quędam accidentium; quędam ſubſtantiarum: reſolutio accidentium eſt quando nullum ipſorum, quę pręfuerunt, remanet: reſolutio ſubſtantiarum alia dicitur eſſe ipſius mixti in elementa; & alia ipſius elementi in materiam & formam: & de hac intendimus loqui, & hæc eſt illa, per quam nulla ſubſtantiarum remanet in ipſo genito præter materiam primam. Reſolutio quæ fit à natura eſt duplex.

Secundo eſt notandum, quòd illi qui negant in generatione fieri reſolutionem vſque ad materiam primam; ſunt diuiſi in diuerſas claſſes. Nam quidam aſſerentes in materia prima

D dari formam corporeitatis inſeparabilem à materia, coguntur negare hanc veritatem. Quidã autem ponunt formam corporeitatis ſeparabilem à materia, ſed non ſtatim, quia mortuo homine manet ipſa forma corporeitatis, & ſic ſucceſſiue cadauer illud reſoluitur in elementa, iſti etiam negant hanc veritatem. Quidam vero ponunt diſpoſitiones quaſdam inhærentes materię primę, quas diſpoſitiones uocant dimenſiones interminatas. Sunt etiam & non nulli dicentes, nullam formam ſubſtantialem in corruptione perficientem materiam remanere, licet remaneat aliqua forma ſubſtantialis ut diſponens ad vlteriorem formam, quia in corruptione mixtorum remanent formę elementorum vt diſponentes ad nouam formam; in corruptione ſimplicium remanet forma corporis, ad quam conſequitur dimenſio, qua materia eſt apta eſſe ſubiectum generationis.

Notandum tertio ex 5. phyſicorum, quòd generatio eſt duplex; altera ſimpliciter, & eſt quando res, quæ erat in potentia pura, fit actu, vt quando in vere generatur roſa, quę in hyeme erat tantum in potentia, & ſubiectum huius generationis eſt materia prima, quę eſt ens in pura potentia, & de hac generatione ſolet dici, quòd eſt mutatio totius in totum nullo remanente ſenſibili. Secunda dicitur generatio per accidens, vel ſecundum quid, & eſt quando Tex. 7. Generatio duplex eſt

do

do res, quę eſt actu, recipit nouum accidens, vt cum aqua calefit recipit calorem, & cum diſcipulus recipit ſcientiam, generatur ſecundum quid: ſubiectum enim huius generationis eſt ens actu, quia aqua quando fit calida eſt actu aqua, & diſcipulus cum inſtruitur eſt actu homo; & ſicuti dictum eſt de generatione, ita dicendum eſt de corruptione: quæ eſt duplex: altera ſimpliciter: & altera ſecundum quid; corruptio ſimpliciter eſt quando res, quæ eſt actu, deſinit eſſe actu omnino, vt dum homo moritur corrumpitur ſimpliciter, quia deſinit omnino eſſe homo: corruptio ſecundum quid eſt quando res, quæ eſt actu ſecundum aliquod accidens deſinit eſſe actu ſecundum illud accidens, licet remaneat actu quantum ad ſubſtantiam, vt aqua calida ab igne corrumpitur ſecundum quid, quia deſinit eſſe actu frigida inquantum calefit, licet remaneat aqua actu quoad ſubſtantiam ſuam, nam aqua calida eſt actu aqua. Vltimo eſt notandum, quòd de mente. S. Thomæ elementa non remanent actu in mixto contra Auicennam, qui poſuit formas ſubſtantiales elementorum integras remanere in mixto: vnde aſſerebat mixtionem fieri ſecundum quòd contrariæ qualitates elementorum reducebantur ad medium: hoc etiam voluit S. Thomas contra Auerroem, qui poſuit elementa ipſa remanere in mixto ſecundum eſſe refractum, quia formæ elementorum propter ſui imperfectionem ſunt medię inter formas accidentales & ſubſtantiales, idcirco recipiunt magis & minus. Mens S. Thomæ & Ariſto. primo de generatione & corruptione eſt, quòd formæ elementorum maneant in mixto non actu, ſed virtute; manent enim qualitates propriæ elementorum licet remiſſe, in quibus eſt virtus formarum elemētarium, & hæc qualitas mixtionis eſt propria diſpoſitio ad formam ſubſtantialem corporis mixti, puta formam lapidis vel cuiuſcunque animæ, vt latius oſtendimus in quadam peculiari quæſtione de mixtione elementorum.

Corruptio eſt duplex. *Doctrina S. Th. eſt cōtra Auicen.* *Lect. 13. Tex. 84.*

His ſtantibus, tribus propoſitionibus abſoluitur, & dilucidatur hoc quæſitum, prima propoſitio eſt, quam aliàs probauimus præcipue ſuperiori libro. In materia eſt vnica tantum forma ſubſtantialis, cuius probationes poteris videre apud S. Thomam. 1. p. Secunda propoſitio, Corrupta forma ſubſtantiali nullum accidens idem numero remanet in genito, quod pręfuit in corrupto, ſiue illud accidens ſit qualitas, ſiue quantitas, ſiue quodcunque aliud, cuius etiā probationes ſunt apud Caietanū in libello de ente & eſſentia. Tertia & vltima propoſitio reſpondens quæſito eſt. In omni generatione & corruptione ſimpliciter fit reſolutio, ſcilicet à natura vſque in materiam primam: probatur, quia tunc fit reſolutio vſque ad materiam primam, quando ipſa expoliatur omni forma perficiente: ſed in omni generatione & corruptione ſimpliciter expoliatur materia omni forma perficiente, igitur in omni generatione & corruptione ſimpliciter fit reſolutio vſque ad materiam primam: ſed non ſequitur ex hoc materiam remanere ſine omni forma, quia non eſt dare vltimum inſtans, in quo prior forma inſit materiæ, eſt autem dare vltimum tempus & primum inſtans, in quo forma ſubſequens ineſt materiæ, & ideo primum non eſſe formæ antecedentis eſt primum eſſe formæ ſubſequentis. Confirmatur auctoritate Ariſt. 1. de generatione: quòd generatio vnius eſt corruptio alterius, & quòd in corruptione nullum ſenſibile remanet, hæc de tertio.

dilucid. 17. q. 76. ar. 3. *In cap. 5. Incorruptione ſimpliciter fit reſolutio vſque ad materiā primam.* *Tex. 17.*

Quoad quartum ex hac dilucidatione poſſunt ſolui omnia argumenta, quæ contra iſtam veritatem adduci poſſunt, & præcipue illud quod fieri ſolet, ſi fiat reſolutio vſque ad materiam primam, tunc materia aut nullam formam reciperet, aut ſimul omnes, quia in illo inſtāti materia eſt indifferens ad omnes formas. Neganda eſt conſequentia huius argumenti, & ad probationem dicitur ſecundum viam. S. Thomæ, quòd non eſt credendum diſpoſitiones prius tempore corrumpi, & deinde formam generari, ſed ſimul & ſemel eſt primum eſſe formæ introducendæ, & primum non eſſe diſpoſitionum, & deinde diſpoſitiones, quæ ſimul recipiuntur in materia cum forma generāda ſunt priores ea in genere cauſę materialis; & propterea determināt materiam potius ad iſtam, quàm ad illam formam: & idcirco non ſequitur, quòd materia vel nullam formam reciperet vel omnes ſimul. Et ſi dicis contra, quęrendo num iſtæ diſpoſitiones corrumpantur in inſtanti, vel in tempore, ſi in tempore, vel in tempore præcedente nouam formam; vel in tempore ſequenti: nullo iſtorum modorum eſſe poteſt: nec etiam in inſtanti, quia omne corruptibile taliter corrumpitur qualiter generatur, ſed illæ diſpoſitiones fuerunt genitæ in tempore; ergo non poſſunt in inſtanti corrumpi. Ad quod dicimus iſtas diſpoſitiones corrumpi in inſtanti, quia in eis idem eſt corrumpi & corruptum eſſe, concedimus etiam eſſe corruptibiles in tempore, quando corrumpuntur per ſe, concedimus quoque eas corrumpi in inſtanti quando corrumpuntur per accidens. Secundo poteſt argui contra hanc ueritatem, quòd ſi in omni generatione & corruptione fieret reſolutio vſque ad primam materiam, tunc ſequeretur vel in natura dari vacuum, vel motum fieri in

Quare materia potius recipit vnam formā quàm aliam. *Diſpoſitiões quō corrumpuntur.*

A ri in inſtanti: vtrumque eſt falſum: igitur falſa concluſio; conſequentia ita deducitur, ſit ſan-
guis menſtruus & diſponatur pro introductione animæ intellectiuæ, in illa materia requiri-
tur quantitas determinata, puta vnius pedis; tunc quęritur, vel in inſtanti introductionis for-
mę illa materia pedalis occuppat eundem locum, quem prius occupabat, vel non: ſi primo
modo, cum in illa materia corrupta ſit quantitas præexiſtens, ex quo facta eſt reſolutio vſque
ad materiam primam; & alia denuo producta, cum ſit pedalis vt propoſitum eſt, ſequitur ꝙ
motus, quo producta fuit hæc quantitas, ſit ſolum pro hoc inſtanti, cum immediate ante hoc
non fuerit, & cum ſit motus proprie dictus, igitur in inſtanti fieret motus contra Ariſt. 6. phy Tex. 16.
ſicorum, quia de ratione motus eſt ſucceſſio, & ſic prius & poſterius, ex conſequenti tempus;
ſi autem dicitur quòd non: cum nullum aliud corpus poſſit naturaliter poni vt occupet illum
locum, ergo dabitur locus priuatus corpore, & per conſequens erit vacuum contra Ariſtot. 4. Tex. 65.
phyſicorum, Ad quod reſpondemus negando ſequi vtrumque inconueniens, & admiſſo
eo, quod præſuppoſitum eſt dicimus, quòd in primo inſtanti illius formæ erit extenſio illius
quantitatis, & licet ſit parua in actu illa extenſio, eſt tamen multa in virtute. Deinde poſito,
B quòd illa quantitas pedalis non poſſit occupare eundem locum, quem prius occupabat, pote Natura ab-
rit concurrere aliud corpus circa illam materiam, & ſic non daretur vacuum, quia adeſt aer, horret vacuũ
qui poterit occupare illum locum, vnde patet neutrum inconueniens ſequi ex hoc argumen-
to, ſcilicet nec dari vacuum, nec motum fieri in inſtanti. Et hæc reſponſio eſt contra Sueſſa-
num omneſque alios ponentes remanere formam corporeitatis, aut aliquid aliud.

Tertio poterit aliquis dubitare, quia in corruptione mixtorũ remanẽt formæ elementorũ: er
go non fit reſolutio vſque ad materiam primam; quia fit reſolutio ad elementa; modo elemẽ-
ta non ſunt materia prima: igitur concluſio falſa. Ad hoc negamus elementa remanere actu Elemẽta nec
in mixto propter illud, quod quarto loco notauimus; hoc enim argumentum videtur habe- actu perfecto
re aliquam apparentiam ſecundum ponentes elementa remanere actu in mixto, immo de ne- nec imperfe-
ceſſitate habent concedere in corruptione mixtorum non fieri reſolutionem vſque ad mate- cto ſed virtu
riam primam; ſed per fundamenta à nobis poſita argumentum hoc eſt nullius roboris, & re tantũ ſunt
quia ex ſolutione iſtorum, & ex doctrina ſuperius poſitá poſſunt ſolui omnia alia argumenta in mixto.
concernentia iſtam materiam, propterea hæc de hac diſpoſitione ſufficiant.

C

*Nec omnis materia eſt, ſed quorum generatio eſt tranſmuta-
tio ad inuicem, quacunque autem, &c. Tex. 14.*

Vtrum ſubſtantia corporis ſempiterni, puta cæli, ſit vere compoſita ex materia & forma.

Dilucidatio quarta.

IN hac diſputatione erunt quatuor articuli. In primo recitabuntur opinio-
nes Aduerſariorũ. In ſecũdo impugnabuntur. In tertio dilucidabitur quæ-
D ſitum. In quarto diſſoluentur argumenta. Quantum ad primum reſpon-
dent Aduerſarii diuerſimode huic quæſito; nam aliter ſentiunt ſecundum
philoſophos, & aliter ſecundum theologos: ſecundum philoſophos deter
minant quæſitum hoc duabus concluſionibus, quarum prima eſt. In cælo
non eſt cõpoſitio ex materia & forma; quã ita probant, omnis põa paſsiua
materiæ eſt in põa contradictionis, vt habetur 9. huius; ſed nec cælũ, nec aliquid in cælo eſt in Tex. 17.
põa cõtradictionis: ergo in cælo non eſt materia: probatur minor, quia nullũ ſempiternũ eſt in
potentia contradictionis, cum quodlibet ſempiternum ſit neceſſarium ſecundum Ariſtot. &
cælum eſt ſempiternum: ergo cælum non eſt in potentia contradictionis, nec aliqnid quod
ſit in ipſo. Et confirmatur, quia ſi materia eſſet in cælo: igitur cælum eſſet naturaliter cor-
ruptibile, conſequens eſt falſum, & contra Ariſtot. 1. cæli; ergo & antecedens; conſequentia Tex. 20.
probatur, quia materiæ eſt annexa priuatio, quæ ſemper machinatur ad maleficium, vt habe-
tur 1. phyſicorum, & materia quoque eſt res, qua naturalia poſſunt eſſe & non eſſe. Tex. 81.

Et ſi quis diceret, qnòd in cælo eſt materia, non tamen eſt corruptibile, quia non habet
contrarium agens, quod poſſit ipſum corrumpere, & ideo remanet incorruptibile, cum omne
illud

Omne quod corrũpitur à cõtrario corrumpitur.

illud, quod dicitur corrumpi, à ſuo contrario corrumpatur. Contra iſtam reſponſionem ar guunt dupliciter. Primo, quia non euacuat quin cælum ſit corruptibile quantum eſt de ſe, quia habet in ſe principium corruptionis, ſcilicet materiam, qua res poteſt eſſe & non eſſe. Præterea & ſecundo, quia famoſa eſt propoſitio in philoſophia naturali, omni potentiæ paſſiuæ correſpondere in natura aliquam potentiam actiuam, ſi igitur cælum eſt corruptibile de ſe, vt coguntur ponere illi, qui aſſerunt in cælo reperiri materiam, oportet in natura dari aliquod agens, quod poſſit ipſum corrumpere, & ſic patet concluſio ſolida. A

Et ſi quis etiam diceret, quòd in cælo eſt materia, tamen illa non eſt eiuſdem rationis cum materia iſtorum inferiorum, & ideo illa materia non eſt in potentia contradictionis, nec poteſt quantum eſt de ſe tranſmutari ab vna forma in aliam. Contra iſtam reſponſionem arguunt ſic, quia poſita iſta veritate, ſequeretur eſſe duas primas materias alterius, & alterius rationis; conſequens eſt falſum: ergo & antecedens, probatur falſitas conſequentis, quia ſicuti non ſunt primi duo fines, nec duo primi efficientes alterius rationis; pari ratione non ſunt ponendę duæ materiæ alterius rationis; tum etiam, quia dubium eſt, vnde fiat alteritas in hac & illa materia, cum ſola forma diſtinguat & ſeparet ex 7. huius. Præterea, quia conceſſa hac al teritate, ſaltem illa materia in cælo eſſet in potentia ad hanc formam, quam habet, & ad priuationem huius formæ, & ita de ſe erit in potentia contradictionis; ſed materia non eſt de ſe ratio corruptibilitatis inquantum eſt in potentia ad aliam formam ab ea, quam habet; ſed inquantum eſt in potentia ad priuationem formæ, quam habet: ergo cælum eſt coruptibile. B

Excluditur ex hoc pluralitas deorũ.

Tex. 49.

Secunda concluſio, quam ponunt, eſt iſta. Corpus cæleſte ſecundum viam Philoſophi nõ eſt animatum, quam ita probant, quia ex prima concluſione apparet, quòd ſi cælum non habet materiam, & cum anima ſit actus corporis, ſequitur ipſum non eſſe animatum. Deinde, vel eſſet animatum formaliter anima intellectiua tantum, vel aliqua alia anima, puta ſenſitiua: ſi primo modo, vel ſecundo, vel quomodocunque detur, ſequitur ſemper cælum habere materiam, quia anima eſt actus corporis, & ſi habet materiã, ſequitur etiam ipſum eſſe corruptibile, vt deducebatur ex prima concluſione. Poſtremo, vel cælum eſſet tantum anima ſcilicet intellectiua, quia philoſophi non ponerent ibi animam niſi intellectiuam, vel præter animam erit aliquid aliud perfectibile per animam: non poteſt dari primum, quia cum cælum (ſicut patet) ſit formaliter quantum; ſequitur, ꝙ anima intellectiua erit quanta, quod non eſt intelligibile: nec poteſt dari ſecundum, quia tunc cælum eſſet in potentia paſſiua, & in potentia contradictionis, & ſic non erit ſempiternum & neceſſarium. Nihilominus quia aliquis potuiſſet dicere propter verba Ariſtot. 2. cæli, vbi videtur ponere cælum eſſe animatum, concluſionem poſitam eſſe falſam. Reſpondent, quòd ſi Ariſto. ſiue Auerr. ponant cælum animatum formaliter anima, quæ ſit per ſe de eſſentia cæli, recederet à prima concluſione, & ſibi ipſis contradicerent; nihilominus poteſt dici animam habere duplex officium reſpectu corporis, ſcilicet informandi & mouendi, quia eſt forma corporis & eſt motrix corporis: vbicũq; ergo Philoſophus, vocat aĩam cæli exponendũ eſt ſecundũ cõditionẽ, qua aĩa eſt motrix & nõ forma, illa anima eſt intelligentia propria coniũcta huic orbi in ratione mouentis, non autẽ informantis. Et quod hæc ſit inteutio Ariſto. videtur poſſe probari ex 8. phyſicorum, vbi dicit, primum mobile diuidi in duo, quorum vnum per ſe mouetur, & aliud eſt per ſe mouens immobile omnino, & per ſe & per accidens, illud, quod mouetur, eſt cælum; ſed mouens immobile eſt intelligentia: ſi autem intelligentia eſſet forma cæli, tunc moueretur ſaltem per accidens, ſcilicet ad motum cæli. Hæc dicunt ad mentem Ariſtot. & Philoſophorum. C D

Tex. 13.

Anima duplex officiũ reſpectu corporis habere poteſt.

Tex. 40.

Secundum theologos vero aliter reſpondẽt ponendo etiam duas concluſiones, quarum prima eſt. Corpus cęleſte eſt vere compoſitum ex materia & forma, quia ſecũdum theologos illud chaos, quod ab eis ponitur attigiſſe vſque ad cælum empyreum, erat materia omnium corupti bilium contentorum ſub cęlo empyreo, & iſta materia quantum eſt de ſe eſt eiuſdem rationis in omnibus: Vnde illud Geneſis, in principio creauit Deus cælum & terram, &c. cęlum illud fuit cęlum empyreum plenũ Angelis, & terram idest materiam informem omniũ de terra vſque ad cęlum empyreum, itaquòd de iſta terra Deus fecit primo lucẽ, & ſic de aliis ſecundum opera ſex dierum. Sed mouet dubium contra ſeipſos, quia ex iſta concluſione ſequitur cęlum eſſe corruptibile, quia habet materiam eiuſdem rationis. Rñdent concedendo cęlum eſſe corruptibile, quia habet materiam, qua poteſt eſſe & non eſſe; & propterea theologi debent diſcordare à Philoſopho in illa propoſitione, quòd cęlum eſt neceſſarium & incorruptibile, quia quantum eſt ex natura ſua eſt ſimpliciter corruptibile, cum ſibi inſit potentia ad actum contrarium, tamen eſt incorruptibile ſecundum quid, quia corpus cęleſte non habet contrarium agens, & ita non poteſt corrumpi à contrario agente; tum quia forma cæli

Cap. 1. Cælum primo factũ eſt.

Diſcordia inter philoſophos & theologos circa cęlum ſecundum al.quos

eſt

A eſt alterius rationis à formis elementorum, & ideo cælum non eſt capax qualitatum contra-
riarum, & propterea non eſt alterabile, nec per naturam corruptibile; tum quia forma, quæ à
natura produci non poteſt, non poteſt ab ea corrumpi: ſed forma cæli eſt huiuſmodi: ergo
&c. eſt enim perfectiſſima inter omnes formas corporales excludẽdo corpus humanũ, cuius
anima non poteſt à natura cauſari, ſicut ergo forma cęli à ſolo Deo creatur, ſic à ſolo Deo cor
rumpi poteſt. Hinc Damaſcenus 2. libro fidei orthodoxæ dicit, ꝗ cælũ eſt de ſe corruptibi- Cap. 7.
le, tamen uoluntate Dei eſt incorruptibile, quia Deus diſpoſuit illud non corrumpi, ſed per-
petuo conſeruari, & ideo tantum ſubeſt uoluntati diuinæ, ſic etiam & elementa quantum ad
ſe tota poſſint dici incorruptibilia; tum quia non habent contrarium agens corrumpens to-
tam formam elementi; tum quia Deus diſpoſuit elementa perpetuo conſeruari, licet ſint cor-
ruptibilia ſecundum ſuas partes, & etiam totaliter quantum eſt de ſe.

Ponunt ſecundam concluſionem, quæ eſt talis. Corpus cæleſte non eſt compoſitum ex cor
pore & anima ita vt ſit animatum, hanc probant per Damaſcenum loco ſuperius citato, vbi
expreſſe ponit corpora cæleſtia eſſe inanimata: probant & auctoritate Hieronymi ſuper illud Cap. 12.
B Eſaiæ, Audite cæli, & auribus percipe terra, vbi dicit gloſſa, quòd Propheta non alloquitur An cæli ſint animan
inanimata, ſcilicet cælum & terram, ſed habitatores cęli & terræ & hæc dicta ſint de hoc
primo articulo.

In ſecundo articulo videndum eſt quot falſa commiſerint Aduerſarij, & primum falſum
eſt hoc; dicunt enim. Ariſto. contrariari theologis in hac re; & quia verum vero non aduer-
ſatur, propterea dico opinionem Ariſto. & theologorum eſſe vnam & eandem in hac parte
Nam Philoſophus ipſe primo de cælo ait, cælum eſſe mixtum in materia, & conſtare ex tota Tex. 92.
materia; quæ verba nihil aliud ſignificant, niſi ipſum eſſe compoſitum ex materia & forma.
Et in eodem libro, cum propoſuiſſet quęſtionem hanc, an omnia, quæ habent formam in Tex. 94.
materia, poſſint numerabiliter multiplicari, cælum autem eſt huiuſmodi: cur igitur ipſum
non multiplicatur ſecundum numerum? Soluens hanc rationem ait, id accidere, quia cęlum
in ſe habet omnem materiam, quam habere poteſt, & ob id non ſuppetere illi aliquam ma-
teriam in quam multiplicari poſſit: quibus verbis manifeſte concedit cęlum habere formam
in materia: ergo eſt compoſitum. Et in 2. libro de generatione ait, principia ſunt numero Tex. 51.
C ęqualia, & genere eadem in æternis, & corruptibilibus; quę verba intelliguntur analogice, ꝗ
ſint eadem; ſed hęc corruptibilia ſunt compoſita ex materia & forma: ergo & illa corpora
æterna. In 12. huius habet, cuncta, quę mouentur, habere materiam, & ſubdit cęlum habere Tex. 10.
materiam, ſed diuerſam ab alijs: cum habere materiam ſit compoſitorum: ergo cęlum eſt Cælum habet materiã
compoſitum, & ſic patet concluſionem poſitam ab eis de mente theologorum eſſe eandem ſecundũ Ari
cum illa poſita de mente Ariſt. cuius oppoſitum ſentiũt Aduerſarij. Deinde habemus ex ma- ſto.
nifeſta doctrina Ariſto. in 2. de anima, ſubſtantiam eſſe triplicem, materiam, formam, & Tex. 2.
compoſitum: Sic etiam 7. huius & in pluribus alijs locis ſuę doctrinæ, ſed cęlum non eſt ma Tex. 8.
teria, quia hęc per ſe non mouetur, vt docet Philoſophus 5. phyſicorum; cęlum autem per ſe Tex. 8.
mouetur, cum ſit hoc aliquid: non etiam eſt forma tantum, quia forma per ſe non eſt quan-
ta, nec mobilis: igitur cum non ſit materia tantum, nec forma tantum: ergo ſecundum viam
Ariſto. eſt compoſitum ex materia & forma. Adde etiam, quòd cælum habet quantitatem, Cælũ eſt rarum & denſum.
raritatem, & denſitatem, quę accidentia comitantur materiam; habet etiam formam, tum
quia actu exiſtit hoc aliquid, quod facit forma; tum quia eius accidentia ſunt terminata, ta-
D lis autem terminatio prouenit à forma ſecundum germanam doctrinam Ariſto. igitur cælũ
erit compoſitum ex materia & forma. In 2. etiam libro de generatione docuit Ariſto. quòd Tex. 53.
moueri eſt materię, & mouere eſt formę: ſemper enim exiſtimabitur aliqua mouens forma
3. phy. ſed cęlum mouetur localiter & mouet ac regit hunc inferiorem mundum, vt dicitur Tex. 17.
primo libro metheoro. ergo cęlum erit compoſitum ex materia & forma. Adde quòd cælum Cap. 2.
non eſt actus purus, quia tunc eſſet intelligentia, & non poſſet moueri ſecundum locum, nec
eſt potentia pura, quia ſic non exiſteret actu hoc aliquid: ergo eſt aliquid compoſitum ex
vtroque. Auerroes etiam docuit 1. cæli unumquodque eſſe ſenſibile propter materiam, & Com. 91.
intelligibile propter formam: ſed cælum eſt ſenſibile, quia percipitur ſenſu viſus: ergo ha-
bet materiam: eſt quoque intelligibile, quia de eo eſt ſcientia tam phyſica, quàm aſtrologica: Cælum eſt ſenſibile.
ergo habet etiam formam: concludo igitur maximum falſum dictum fuiſſe ab eis in hoc ne
gotio, ponendo viam Ariſto. eſſe diuerſam ab opinione theologorum.

Aliud quoque falſum docent, quando dicunt de mente theologorum cęlum eſſe vere com
poſitum ex materia & forma, & iſtam materiam quantum eſt de ſe eſſe eiuſdem rationis in
omnibus. Huius opinionis fuit Romanus Egidius in tractatu de materia cæli, quæ opinio

ab om

quæſt.77.ar.1. ab omnibus refellitur, & præcipue ab ipſo Caietano in 1.p. S. Thomę, quia eſt contra Ariſt. A & omnem veritatem. Ariſto. enim 8. huius ait, non omnium eſſe materiam, ſed eorum tantū quorum eſt transmutatio ad inuicem; quęcumque vero abſque eo quòd tranſmutentur ſunt, horum nō eſſe materiam: ex quibus verbis habetur, in cęlo eſse materiam diuerſam ab hac noſtra; quod clarius oſtendit libro 12. huius materiam cęlorum eſſe diuerſam à materia horum inferiorum; & in 2. de generatione reprehendit Diogenem dicentē, vnum & idem eſſe ſubiectum & materiam omnium rerum affirmans id verum eſſe in his, quæ adinnicem trāſmutantur, in alijs autem minime. Et in 1. libro de cælo quaſi per totum docuit Philoſophus; cælum eſſe corpus genere diuerſum ab alijs corporibus; ergo principia illius ſunt diuerſa à principijs aliorum.

Tex.14. Tex.19. Tex.43.

Deinde ſi materia cęli per ſe ſumpta non differret à materia horū inferiorū, ergo ſicut hæc ex ſe eſt in potētia ad formas ſublunares, ſic etiam & illa, alioquin non eſſent eiuſdē rationis, quare materia cęli haberet potentiā recipiendi formas ſublunares, ſed id cōtingere nequit ſine interitu cęli, præſertim cū nulla potentia naturalis omnino fruſtrari poſſit: ergo cęlum erit corruptibile. Nec iuuat illud pręſidium, quod adducunt, cælum dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum ſui naturam, & ſic eſt ſimpliciter corruptibile. Alio modo ſecundum Dei uolūtatem, & ſic eſt incorruptibile, vt docet Damaſcenus, hoc enim præſidiū nihil iuuat, quia in præſenti non loquimur de cælo ſecundum uoluntatem Dei, ſed de ipſo ſecundum propriam naturam, & quia cælum intrinſece & naturaliter eſt æternum, neceſſarium, & incorruptibile, vt docuit, S. Thomas & Caietanus. 1. p. licet ſit poſſibile logice & ſecundum habitudinem terminorum: non ideo dictum Damaſceni debet intelligi de corruptione, ſed de annihilatione, vt etiam docet Auguſt. 4. ſuper geneſ. ad literam, quòd ſicut ex uoluntate Dei pendet, vt cęlum ſit in eſſe productum, ita ex voluntate Dei pendet vt in eſſe conſeruetur, Deus enim conſeruat cælum in eſſe, ſicut alias res, ſemper dando eis eſſe: vnde ſi ſuam actionem eis ſubtraheret, omnia in nihilum redigerentur. B

Potentia naturalis non pōt eſſe fruſtra. q. 9. ar. 2. Cap. 5.

Tertium quoque dictum, quod habent ipſi Aduerſarii, eſt in ſecunda concluſione, in qua aſſerunt de mente Philoſophi cælum eſſe inanimatum, & id etiam de mente theologorum volunt eſſe, & ſi in aliquo loco doctrinę Ariſt. ſiue Commentatoris reperiatur, quòd cęlū ſit animatum, reſpondent, quòd Ariſto. & Comment. contradicunt ſibi ipſis, vel exponendi ſunt ita, cælum eſt animatum anima mouente, non autem informante & dante eſſe. Sed ego dico eos maxime defeciſſe in hoc tertio dicto, qm̄ varia fuit opinio, tum apud philoſophos tum theologos de hac concluſione; refert enim S. Auguſt. 8. de Ciuitate Dei, quòd Anaxagoras apud Athenienſes reus factus eſt, propterea quia dixit ſolem eſſe lapidem ardentem negans ipſum eſſe Deum, vel aliquid aliud animatum: Platonici poſuerunt corpora cæleſtia eſſe animata: in via quoque Ariſto. eſt varia ſententia inter eum ſequentes, dum aliqui de mente eius tenent cælum ipſum eſſe animatum, & eſſe quoddam animal, quia 4. topicorum dixit, animalium aliud mortale, aliud immortale: ſolum autem cæli dicuntur eſſe animalia immortalia, ad quem intellectum poſuit Porphyrius in prædicabilibus animalia rationalia æterna. Et Auerroes in libro de beatitudine dixit, animas abſtractas in animalibus ſphericis eſſe cauſas per viam formæ & finis. Aliqui vero de mente Ariſt. tenuerunt oppoſitum. Hinc S. Thomas in 2. contra gentes dicit ſecundum opinionem Ariſto. tenendum eſſe cælum eſſe animatum, quia expreſſe in 2. de cælo tenet, in ipſo reperiri differentias poſitionis non ſolū quoad nos, ſed etiam ſecundum ſe: tamen 1. p. probat ratione quaſi demonſtratiua, cælum nō eſſe animatum: quia vel eſſet animatum anima vegetatiua, & hoc non, cum non nutriatur, nec augeatur, nec generare poſſit: nec etiam anima ſenſitiua, quia anima ſenſitiua habet ſenſus, qui omnes fundantur ſupra ſenſum tactus, qui eſt apprehenſiuus qualitatum elementorum, cælum autem non eſt compoſitum ex elementis, nec operationes ſenſuum ipſi conuenire poſſunt: nec etiam poteſt eſſe animatum anima intellectiua, quia operatio ipſius animę intellectiuæ præcipua eſt intelligere: ipſum autem intelligere non fit per organum corporale & ideo propter iſtam operationem non eſt neceſſarium; vt intelligentia vniatur cęlo, tanquā forma informans, unitur tamen tanquam motor mobili. Hinc noſtri thomiſtę videntes hanc contradictionem reperiri in doctrina. S. Thomę dicunt retractaſſe ſe in 1. p. de eo, quod ſcripſit 4. contra gētiles, vel in libro contra gentes tenuiſſe cęlum eſſe animatum de mente Ariſt. quia doctrinę Ariſto. hoc non repugnat; Et in 1. p. tenuiſſe oppoſitū ſecundum ſuam propriā ſententiam. Vel melius dicendum, quòd ibi loquitur contra Auerroem negantem animam intellectiuam eſſe formam corporis humani, & tamen poſuit intelligentias eſſe formas corporum cęleſtium: arguendo contra ipſum concludit à minori ad maius, animam intellectiuā eſſe C D

Cap.7. Anaxagoras quod paſſus eſt pp inanimationem cæſ. Cap.3. Cap.4. Cap.7. Cap.70. Tex.18. q.70.ar.3. Cęlo nō cōueniunt operationes ſenſus. Cap. 70. q.70.ar.3. Sedatur contradictio in doctrina S. Thom.

A eſſę formam humani corporis, ſicut Auguſtinus facit contra Pelagianos negantes gratiam, liberumque arbitrium exaltantes: nihilominus maxima dubitatio eſt in uia Ariſto. an cęlum ſit animatum vel non: ſicut etiam apud doctores catholicos eſt diuerſa ſentẽtia: nam Origenès poſuit corpora cęleſtia eſse animata. Et S. Hieronymus idem etiam ſentire videtur, exponens illud Eccleſiaſtici, luſtrans vniuerſa per circuitum pergit ſpiritus. Baſilius, & Damaſcenus etiam aſſerunt corpora cęleſtia non eſſe animata. Auguſtinus 2. libro ſuper geneſim ad literam, & in Enchiridion ſub dubio dereliquit in neutram partem declinans, vbi etiam aſſerit, ſi ſunt cęleſtia corpora animata, eorum animę petinent ad Angelorum ſocietatem, & quia ad doctrinam fidei nihil pertinet, ſiue ponatur cęlum animatum, ſiue non; cum neutra pars repugnet fidei: eſt tñ magna difficultas huius partis, cũ omnẽ intelligentiã creauerit Deus in ſtatu merendi, & demerendi, viatrices enim aliquantulum fuerunt: quid ergo eſſet ſi anima primi cęli peccaſſet? ante enim diem iudicij, aut ſaltem poſt, puniretur compoſitum, & ſic primum cęlum eſſet damnatum, & beatos contineret, niſi Deus ſibi ſuiſque ſanctis alium pręparaſſet locum; propterea cum ſit tanta varietas opinionum circa iſtam concluſionem,
B defecerunt ipſi circa eius declarationem.

Cap. 1.
Cap. 4.
Cap. 5.

Siue animatum ponatur cælum ſiue non, fidei nõ repugnat.

Quoad tertium declaranda eſt veritas huius rei, pro cuius intellectu ſciendum eſt primo, nomen cęli in ſcripturis tripliciter ſumi poſſe. Primo proprie & materialiter pro corpore cęleſti, quod diuidunt theologi in tres cęlos, quorum primum appellant totaliter lucidum, qđ uocant empyreum, ſecundum totaliter diaphanum, quod uocant aqueum, & chriſtallinum: tertium partim diaphanum, & partim lucidum, quod dicitur cælum ſydereum diuiſum in octo ſphęras, ſcilicet in ſphæram ſtellarum fixarum, & ſeptem ſphęras planetarum. Secundo dicitur cęlum per participationem alicuius proprietatis cęleſtis corporis, ſcilicet ſublimitatis & luminoſitatis. Tertio dicitur cælum metaphorice, quod eſt ipſa ſancta trinitas, de quo exponitur illud Eſaię, in cęlum aſcendam & ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meũ: in via Ariſto. cęlũ dicitur primo totũ vniuerſum corporeũ conſtitutum ex elementis & quinta eſſentia. Secundo vltima ſphęra totius vniuerſi quæcunque ſit illa, ſiue octaua ſiue nona, vt diuerſi dicunt Aſtronomi. Tertio tota ſubſtantia corporea cęleſtis, in qua ſunt ſtellę fixæ vel erraticæ. Quarto totum aggregatum ex mobili circulariter & motore, & de hoc pro-
C prie intendimus in præſenti, an ſit compoſitum ex materia & forma, & an ſit animatum. Secundo eſt notandum, Aduerſarios in præſenti quæſito non differe ab Egidio Romano circa materiam cæli, niſi in hoc, quia Egidius ponit in cælo eſſe materiam eiuſdem rationis cum materia iſtorum inferiorum, non tamen eſſe in potentia cõtradictionis, quia forma eius complet ſatiatque totum ſuum appetitum, & propterea cælum eſt incorruptibile. Aduerſarii vero ponunt etiam materiam in cęlo eiuſdem rationis cum materia corruptibilium, tamen cælum dicunt eſſe incorruptibile per Dei voluntatem.

Cælum trifariam dicitur.

Sancta trinitas dicitur cęlum.

Cap. 14

Egidins habet ſequaces circa materiã cęli.

Sed vtraque opinio eſt falſa: & primo illa Egidii, quia nulla forma complet appetitum ſuæ materiæ reſpectu alterius formæ, niſi quia dat actum oppoſitum priuationi formæ, puta ignis patet, quia aliter cælum eſſet formaliter ignis: ergo forma cæli non complet appetitum ſuæ materię reſpectu formæ ignis: maior patet, quia ſi materia eſſet in cælo & eiuſdem rationis, eſſet capax formæ ignis, & cuiuſlibet alterius rei. Adde etiam, quia nulla forma complet appetitum ſuę materiæ, niſi formaliter, vel ſaltem virtualiter contineat in ſe omnes formas, quibus ſua materia eſt priuata; ſed forma cæli non eſt huiuſmodi: ergo &c. probatur minor, quia
D non formaliter, patet etiam quòd non virtualiter, ſicuti apparet de anima intellectiua; quia nullum imperfectius continet virtualiter perfectius ſe; anima autem intellectiua eſt forma omnium perfectiſſima: poſito quoque, quòd forma orbis lunæ expleat appetitum ſuę materiæ, quę eſt in orbe lunę reſpectu formarum ſublunarium, quibus nobilior putatur, attamen nõ poteſt explere illum appetitum ratione ſuperiorum formarum cæleſtium, nimirum Mercurii, Martis, Iouis, & Saturni: cum enim huiuſmodi formæ nobiliores ſint, quàm forma lunæ, non poterit dicere Egidius illas eminenter ab hac contineri, quare cum materia lunæ habeat potentiam ad alias formas cęleſtes, & cum nulla potentia naturalis ſit fruſtra, poterit ſine dubio eas accipere, id autem non poteſt accipere ſine trãſmutatione ſubſtantiali orbium cæleſtium: ergo quocunque ſe vertant Egidiani, coguntur fateri cælum eſſe corruptibile ſaltẽ ratione materiæ, ratione vero formæ incorruptibile: quod eſt abſurdum in philoſphia docente, inter quamlibet materiam & formam ei correſpondentem ſummam eſſe cognationẽ, atq; proportionem. Hęcmet ratio concludit contra Aduerſarios, quia hic non quærimus, quid voluntas Dei poſſit in rebus facere, ſed quid ordo rerum expoſcat ſecundum naturam.

Forma cęli ẽ imperfectior anima intellectiua.

Egidiani coguntur dicere cælum corrumpi.

Tertio eſt notandum, ſcholã Auerroiſtarum vt plurimum tenerę in cælo non eſſe materiã,

Pp quæ

quæ eſt pas compoſiti, ſed tantum eſſe materiam ad vbi, quæ eſt ſubiectum motus, vt docet S. A
q.66.ar.2. Thomas de mente Auerrois 1.p. vbi dicit Auerroem fingere, ipſum corpus cæleſte eſſe cęli
materiam, & ens in potentia ad vbi, & non ad eſſe, & formam eius eſſe ſubſtātiam ſeparatam
Com.39 quæ vnitur ei vt motor mobili, licet contradicat ſibiipſi, quia 2. cæli vult, ex intelligentia &
orbe fieri verius vnum, quàm ex materia & forma: ex quo loco accipiunt Auerroiſtæ intelli-
Com.36 gentiam eſſe formam cæli, & hoc dicit 12. huius, vbi attribuit cælo intelligere, & velle, qui
ſunt effectus formales intelligentiæ, & ſic intelligentiam formam cæli eſſe volunt: & libro de
Cap.2. ſubſtantia orbis dixit quoque, cælum indigere mouente ipſum in loco & virtute, quæ non
ſit corpus, nec in corpore virtus ad largiendum ſibi permanentiā ęternā, & motum æternum.

potentia paſſiua ē duplex Vltimo ſciendum eſt potentiam paſſiuam eſſe duplicem. Alteram pure receptiuam, quæ ſci
licet nulla actione aut paſſione media recipit formam. Alteram vero receptiuam & paſſiuam
Materia cur dicitur potētia contradictionis. ſimul, itaquòd actione, & paſſione media recipit formam ab agente, & hęc eſt potentia, quam
habet materia horum inferiorum, propterea dicitur eſſe potentia contradictionis, & indif-
ferens ad omnem actum: primam vero potentiam habet materia cęli: vnde materia lunæ eſt
potentia tantum receptiua, quoniam nulla actione aut paſſione media habet illam formam, B
& hæc non eſt pōa contradictionis, ſed eſt ſemper coęua, & coęterna ſuę formæ, cuius tm̄ eſt
receptiua, & nō alterius; & hæc materia eſt eiuſdē rationis in omnibus corporibus cæleſtibus,
licet actuetur formis diſtinctis ſpecie, tn̄ quia eſt vnus modus actuandi in oībus formis cæle
ſtibus, totaliter replendo capacitatē ſuā, non relinquendo priuationē in ea, nec potētialitatē ad
aliā formā; ex hoc dicimus materiā omnium cælorum eſſe eiuſdem rationis in ipſis, ſicuti
materia horū inferiorum eſt eiuſdē rōnis, quamquam formæ inferiores ſint diuerſæ ſpecie,
tamen quia habēt vnum modum actuandi ipſam, ſcilicet non replendo eius capacitatem, &
relinquendo in ea priuationem: propterea ponitur ab omnibus, materiam omnium ſubluna-
diſt.11.q.1. rium eſſe eiuſdem rationis, vt poteris videre apud Capreolum in 2. ſentent.

Iſtis ſic ſtantibus ponitur prima concluſio. Materia non ſemper dicit potentiam ad eſſe &
non eſſe, probatur, quia ſi diceret pōam ad eſſe & non eſſe, tūc nō poneretur in cælo, cuius op
poſitū oſtenſum eſt, & clarius oſtendetur inferius, ergo &c. Secunda concluſio. Materiæ ſub-
Potentia diuerſa ē ſuperiorum & inferiorum lunariū & cæleſtiū non ſunt eiuſdē rōnis, probatur, quia vbicunq; eſt diuerſa ratio potentiæ,
ibi eſt diuerſa ratio materiæ; ſed in ſublunaribus & in cęleſtibus eſt diuerſa ratio pōæ, vt dictū C
eſt in vltimo notabili, ergo eſt diuerſa ratio potentiæ. Tertia concluſio. Cælū eſt compoſitū
ex materia & forma. Pro cuius intellectu ſciendum eſt, cælum dupliciter ſumi poſſe. Pri-
Cælum dupliciter capitur mo pro corpore cæleſti circumſcripto motore ſuo. Secundo pro corpore cęleſti & motore
ſuo, qui eſt intelligentia, ex quibus fit vnum aggregatum modo ſuo: cōcluſio intelligitur de
cælo primo modo ſumpto, quia cum cælum ſit corpus naturale; ergo vel eſt natura, vel habēs
Tex.4. naturam; ſi natura, cum hæc ſit cauſa vt moueatur id, in quo eſt, vt patet ex 2. phyſicorum, ne-
ceſſarium eſt cælum eſse compoſitum ex ipſa natura, quæ eſt principium motus, & ex eo in
quo eſt talis natura eo videlicet, quod mouetur: ſi autem ſit habens naturam, ſimiliter manife
ſtum eſt debere eſſe compoſitum ex natura, & habente naturam. Præterea, cum in aliis om-
nibus corporibus ſit compoſitio ex materia & forma, non eſt remouenda à cælo niſi repu-
gnet ipſi; ſed cur ei repugnat? an quia omnis compoſitio eſt diſſolubilis, an quia materia ha-
Tex.17. beret potentiam ad formam? omnis autem potentia eſt contradictionis, vt ſcribitur 9. huius,
ex quo efficeretur neceſſario cælū aliquando eſſe interiturum: ſed hoc eſt falſum, quia in cælo
eſt compoſitio ex ſubſtantia, & quantitate, & cæli natura eſt in potentia ad quantitatem, ſeu D
quodlibet ſubiectum ad ea, quæ ſibi proprie, & naturaliter conueniunt accidentia, nec tamen
illa compoſitio eſt diſſolubilis, aut illa potentia eſt contradictionis ad eſſe & non eſſe, cur
igitur idem non contingit in compoſitione ſubſtantiali, cum hæc non ſit minus valens ac fir-
ma ad permanendum, quàm accidentalis? Poſtremo, datur compoſitio ſubſtantialis ex for
Compoſitio ē multiplex. ma corruptibili, & materia incorruptibili, vt in elementis & item ex materia corruptibili, &
forma corruptibili vt in equo; & ex materia corruptibili, & forma incorruptibili vt in homi-
ne: reſtat vltimus gradus ex materia & forma incorruptibilib⁹: vt ne quis gradus perfectionis
vniuerſo deſit, hic autem nulli rei aſsignari poteſt niſi cælo, quia minus naturæ & rationi con
gruens eſt in rebus compoſitio ex forma immortali, & materia mortali, quàm ex vtraque im-
mortali, quia hic cernitur ordo & proportio inter materiam & formam, illic autem nulla ap-
Tex.16. paret proportio, cum tamen materia & forma ſint ad aliquid, vt habetur 2. phyſicorū, & pro-
pterea debent eſse ſimul, & vna ſine altera fruſtra ſit, & præter naturam ſe habeat: ſi igitur il-
la compoſitio reperitur in homine, multo veriſimilius reperiri debet in cælo. Si uis prolixio
diſt.12.q.1 res probationes, vide Capreolum 2. ſentent. vbi ponit concluſionem iſtam. In cælo eſt vera-

citer

A citer & proprie materia, quæ eſt pars corporis cæleſti, & ſic eſt veraciter & propria forma, quæ etiam eſt eius pars, hæc tamen forma non eſt intelligentia, ſed vocatur à multis, cæleſteitas, ſicuti forma lapidis dicitur lapideitas.

Vltima concluſio eſt. Cęlum circumſcripto motore non eſt animatum anima inexiſtente & informãte, ſicuti homo habens animã, quæ informat ſuum corpus organicum: probatur quia tale animatum componitur ex vera materia, quæ eſt pars compoſiti, & vera forma; modo intelligentia non poteſt eſſe vera forma ipſius cæli, quia intelligentia eſt res completa in ſpecie; ex conſequenti non põt eſſe pars alicuius rei; & ſi aliquando reperitur apud Ariſt. aut aliquem alium grauiſſimum doctorem, quòd cælum ſit animatum, intelligi debet, quòd ſit animatum anima non informante & dante eſſe, ſed anima appropriata & dante motum, & ſic eſt animatum æquiuoce. Sed tunc accidit difficultas, ſi cęlum non eſt animatum, quæritur qualis motus eius ſit, nam vel eſt naturalis, vel violentus, vel voluntarius: non violentus, quia eſt perpetuus, & nullum perpetuum eſt violentum: non naturalis, quia principium eius non eſt intrinſecum, ſed extrinſecum: nec etiam voluntarius, quia tunc ſequeretur concluſionem poſitam eſſe falſam. Cælum non eſt animatũ. Qualis ſit cæli motus.

B Ad hoc dicimus, motum circularem ipſius cæli eſſe naturalem ratione principii paſſiui, quia in cælo eſt quædã habilitas & propenſio vt moueatur motu circulari, ratione etiam principii actiui, quod eſt intelligentia, poteſt aliquo modo dici naturalis, & aliquo modo non, etenim intelligentia, ſi proprie loqui volumus, non eſt natura cæli, quia non dat eſſe illi, neque eſt pars ipſius: poteſt tamen aliquo modo dici natura cæli, quia ſicut naturam cæli conſequitur, vt moueatur circulariter, ſic naturam intelligentiæ conſequitur, vt ipſa moueat cælum, quem motum niſi faceret, eſſet ocioſa, & imperfecta de mente Ariſto. vt docet Auerroes in diſputationibus contra Algazelem; & hoc etiam voluit S. Thomas. 1. p. vbi dicit, quòd motus localis corporum cæleſtium eſt naturalis, licet ſit à motore ſeparato inquantum in ipſo corpore cæli eſt potentia naturalis ad talem motum, & cælum dicitur mouere ſeipſum inquantum componitur ex motore, & mobili, non ſicut ex materia & forma, ſed ſecundum contactum virtutis. Et hoc etiam modo poteſt dici, quòd eius motor eſt principium intrinſecum, vt ſic etiam motus cæli poſſit dici naturalis ex parte principij actiui, ſicut motus voluntarius dicitur eſſe motus naturalis animali, inquantum eſt animal, & ex his patet dilucidatio quæſiti. Intelligẽtia non eſt natura cæli. Diſp. 14. q. 70. ar. 3. C

In quarto articulo ſoluenda ſunt argumenta, quæ videntur eſſe contra veritatem determinatam, quorum primum eſt; nam omne compoſitum ex materia & forma eſt corruptibile, vt docet Auerro. libro de ſubſtantia orbis; ſed cęlum non eſt corruptibile, immo ęternum & neceſſarium, vt declaratum eſt de mente S. Thomę. 1. p. ergo non eſt dicendum cęlum eſſe compoſitum ex materia & forma. Ad hoc dicimus ex doctrina ſuperius tradita, quòd materia eſt duplex. Altera, quæ non eſt coæua & coęterna actui ſuo, & media actione & paſſione ſuſcipit formam. Alia eſt materia, cuius potentia eſt ſemper coæua ſuo actui, & non mediâ aliqua paſſione vel actione ſuſcipit ſuam formam: & hæc de ſe eſt ordinata ad formam, qua expletur deſiderium illius potentiæ, & cælum componitur ex hac materia, quæ eſt alterius rationis à materia ſublunarium; intelligebat Auerroes, omne compoſitum ex materia primo modo eſſe corruptibile, non autem ſecundo modo. Motus voluntarius dicitur naturalis Cap. 1. Materia eſt duplex.

D Sed contra adhuc aliquis poſſet inſtare; quia Ariſto. in libro de cælo docet cęlum eſſe corpus ſimplex, quia eius motus eſt ſimplex: ergo male dicitur, cęlum eſſe compoſitum ex materia & forma. Et eandem doctrinam ſcripſit Auerroes libro deſtru. deſtruct. contra Algazelem, & Auicennam in diſputatione 3. vbi docuit cęlum eſſe ſimplex, aliter eſſet corruptibile. Ad quod dicimus, verum eſſe dictum Ariſto. & Auerro. cęlum eſſe corpus ſimplex, cum nõ ſit mixtum ex elementis, ex hoc tamen non ſequitur, ipſum non eſſe compoſitum ex materia & forma. Sed contra etiam adhuc quis poſſet inſtare ex vulgatiſſima illa propoſitione, quę habetur ab Auerro. 12. huius, omne compoſitum eſt nouum; ſed cęlum non eſt nouum: ergo non eſt compoſitum; eandem rationem exemplariter ponit Auerro. 2. priorum. Reſpondetur hoc argumentũ multipliciter poſſe ſolui. Primo diſtinguendo de nouitate, quę poteſt eſſe uel quoad ſubſtantiam, vel quoad accidentia: vnde compoſita generabilia dicuntur eſſe noua, & quoad ſubſtantiam, & quoad accidentia; compoſita vero ęterna dicuntur noua quo ad accidentia tantum, quia in corporibus cæleſtibus eſt nouitas quoad motum reſpectu diuerſorum vbi: vnde poteſt eſſe nouitas in corpore æterno in motu & lumine; ſed hęc nouitas non infert cælum incæpiſſe, aut incipere; & conſequenter nec infert corruptibilitatem in ſubſtantia. Hanc doctrinam docuit Auerroes 8. phy. vbi dixit, reperiri medium inter generabile, Ter. 17. Qualis eſt cæli materia Dubio. 2. Com. 39. Cap. 1. Nouitas eſt duplex. Commẽ. 15.

rabile, corruptibile, & æternum, quod quodammodo eſt æternum & qnodammodo generabile, & nouum, & tale eſt corpus, quod circulariter mouetur, quod eſt generabile quantum ad vbi, & manens quantum ad ſubſtantiam. Aliqui etiam dicunt, omne compoſitum eſt nouum, ideſt dependens à ſuis principijs componentibus; ſed non ſequitur ex hoc: ergo eſt corruptibile. Poſſumus & tertio dicere, omne compoſitum ex potentia paſſiua contradictionis & ex actu non ſatiante appetitum ſuæ materiæ diciture ſſe nouum. &c. A

Omne compoſitum eſt nouum quo modo intelligitur

Si quis etiam diceret contra concluſionem propoſitam, vt arguit Alexander Achillinus Bononienſis libro de orbibus: ſi cælum eſſet compoſitum, ſequeretur Deum, & intelligentias eſſe entia vilia & imperfecta: conſequens eſt falſum, ergo & antecedẽs; conſequentia patet, quia forma cæli non eſſet niſi aut Deus aut intelligentia, & ſic cum eſſent componibiles, eſſent entia vilia & imperfecta. Eſſent etiam quanta, quia darent eſſe corporeum. Reſpondetur negando conſequentiam. Et ad probationem dicimus; cælum non eſſe compoſitum ex materia & ex Deo vel intelligentia tanquàm forma, ſed dicitur eſſe compoſitum ex materia & forma, quæ non eſt intelligentia, ſed dicitur eſſe alia forma ab ipſa intelligentia; ipſa enim intelligentia dicitur eſſe motrix ipſius cæli, & non forma. B

Et ſi aliquis obſtaret circa hoc, quia cum cælum ſit multo nobilius corporibus ſublunaribus, in quibus tamen ſunt multa animata; ſi intelligentia non eſſet forma cæli, tunc ipſum non eſſet nobilius ſublunaribus animatis. Ad hoc dicimus, cælum ſumptum pro coniuncto & aggregato ex orbe & intelligentia motrice poſſe dici quodammodo animatum, & eſſe nobilius cũctis rebus ſublunaribus, & eſſe mobile à ſe vel mouens ſeipſum. Poſſumus etiam dicere, corpus cæleſte poſſe dupliciter conſiderari. Vno modo inquantum viuit. Alio modo inquantum eſt corpus, & quia cæleſte corpus non viuit, dictum enim eſt ipſum eſſe inanimatum; erit igitur nobilius iſtis ſublunaribus prout eſt corpus, ſed non prout eſt viuẽs, qnia totus ordo animarum eſt ſupra totum ordinem corporum, & ideo quodlibet viuens eſt nobilius ipſo corpore cæleſti.

Cælum poteſt dici aliquo modo animatum.

Ordo aïarũ eſt ſupra corpora.

Si etiam diceres, nobilioris corporis nobilior eſt forma; ſed iſta inferiora corpora habent formam, quæ eſt anima, vt ſunt plantæ & animalia, corpora vero cęleſtia ſunt nobiliora corpora, quàm iſta corpora inferiora; ergo debent habere nobiliorem formam; hæc nobilior forma non eſt niſi anima, non uegetatiua, non ſenſitiua: ergo intellectiua. Ad hoc dicimus, nihil prohibere aliquid eſſe nobilius ſimpliciter, quod tamen non eſt nobilius quantum ad aliquid; forma corporis cæleſtis quamuis non ſit ſimpliciter nobilior anima plantarum & aliorum animalium, eſt tamen nobilior quantum ad rationem formæ, quia totaliter perficit ſuam materiam, ita vt non amplius ſit in potentia ad aliam formam, & hoc non facit anima, Etiam corpora cæleſtia ſunt nobiliora corporibus inferioribus quantum ad motum, quia mouentur à nobilioribus motoribus. C

Inſtaret adhuc Aduerſarius dicens, cauſas eſſe nobiliores effectibus; ſed corpora cæleſtia ſunt cauſa animalium, & plantarum, præcipue illorum, quæ generãtur ex putri materia, quia hęc talia virtute ſolis, & ſtellarum conſequũtur vitam: ergo nęceſſario dicendum eſt, cęleſtia corpora eſſe nobiliora animalibus & plantis; prout ſunt entia animata, & ſic etiam ipſa erunt animata, quorum anima non poterit eſſe niſi intelligentia. Ad hoc dicimus, corpora cęleſtia, cum ſint mota ab intelligentijs, habere rationem inſtrumenti, & ideo non agere niſi in virtute intelligentiarum, quæ, cum ſint viuentes poſſunt cauſare vitam in iſtis inferioribus.

Corpora cæleſtia agunt in virtute intelligẽtiarũ.

Potuiſſet etiam aliquis dubitare propter rationes Egidij tenentis; cęli materiam, materiamqne horum inferiorũ eſſe eiuſdem rationis, quod quidem manifeſtum eſſe poterit, tum ex Ariſto. tum ex S. Auguſti. Primo ex Ariſto. qnia ex proceſſu, quem fecerat in 1. phyſi. patet ipſum inueniſſe principia omnium rerum naturalium, materiam, formam, & priuationẽ ſed corpora cæleſtia ſunt entia naturalia; ergo conueniunt in iſtis principiis inuentis primo phy. ſed hæc principia ſunt eadem in omnibus rebus naturalibus; ergo eadem eſt materia ſupra cæleſtium, & ſublunarium; in 2. etiam huius dixit, in cauſis efficientibus eſſe neceſſariũ ponere vnum principium efficiens, & ſic in cauſis formalibus vnam primam formam, & in cauſis finalibus vnum finem ultimum: ergo & in cauſis materialibus ponenda eſt una prima materia, quia in omnibus, quę differunt per eſſentiam, oportet darẽ gradum minorem, & impoſſibile eſt eſſe duo diuerſa per eſſentiã, & ęqualiter diſtare à primo, quemadmodum in numeris non poſſunt eſſe duo numeri ęqualiter diſtantes ab vnitate, ſicuti ternarius, & quaternarius, qui ita ſe habẽt, q; quaternarius magis diſtat ab vnitate, quàm ternarius, ſic ergo cum materia prima ſit pura potentia, & diſtet à primo actu, non poſſunt eſſe primę duæ materiæ ęqualiter diſtantes à puro actu, niſi ſint duo prima principia duoque puriſſimi actus, D

Principia rerum naturaliũ quæ ſunt

Tex. 6.

&

A & ſi duo Dii, quod non eſt imaginabile, cum dicat Ariſto. 12. huius, pluralitas Principatum mala, vnus ergo Princeps, & ſic per contrarium pluralitas materiæ mala eſt: ergo vna eſt prima materia omnium. Et 5. huius docuit etiam Philoſophus, illa, quæ ſunt vnum genere, eſſe vnum in materia; ſed omnia corpora conueniunt in genere corporis: ergo omnium corporalium eſt vna materia. Addit etiam ex 7. huius, actus eſt qui ſeparat & diſtinguit, cum ergo materia in ſe conſiderata ſit ſolum potentia, nullamque habeat diſtinctionem, quia diſtinctio eſt per formas: ergo omnium corporalium erit vna materia. Ex S. Auguſtino etiam habemus 12. confeſſ. duo reperio quę feciſti Domine, vnum quod erat formatum, & alterum quod erat informe, & hoc dicit eſſe terram inuiſibilem & incompoſitam, per quam dicit ſignificari materiam rerum corporalium; igitur unica erit materia omnium corporum & cæleſtium & ſublunarium, ex conſequenti ſi cælum eſt compoſitum ex materia & forma, materia illa & iſta erunt eiuſdem rationis.

Circa finem
Pluralitas principatũ mala eſt.
Tex. 7.
Tex. 49.
Cap. 10.

Sed hęc omnia argumenta aliaque plura, quæ ad huius opinionis confirmationem adduci poſſunt, facile ſoluuntur dicendo, materiam ſuperiorum & inferiorum eſſe eiuſdem rationis, B dupliciter intelligi poſſe. Vno modo vniuoce. Alio modo analogice: nunc dicimus materiã corporum cæleſtium & ſublunariũ nõ eſſe eiuſdem rationis primo modo, ſed bene ſecundo; ſecundum quandam analogiam, vt conueniunt in ratione potentiæ. Et ſi quis quærat, cum analogum prius dicatur de uno, & deinde de altero: quęritur de qua materia dicatur prius hoc nomen, materia, num de materia cæleſti, vel de materia iſtorum inferiorum. Reſpondetur, quòd ratione potentiæ, in qua ambæ conueniunt, prius videtur dici, hoc nomen materia, de materia horum inferiorum, quàm de cæleſti, quia in materia ſublunariũ eſt plus de potentialitate, quàm in materia cæleſti, quia cum materia cæli ſit ſatiata forma, quam habet, non uidetur eſſe in potentia ad aliam, nec illam appetere.

Aliqua eſſe eiuſdem rationis bifariam eſſe poteſt
Materia cæli non eſt in potentia

Ex his ſoluitur prima difficultas, nam in 1. phyſicorum Ariſto. inueſtigauit eadem principia omnium rerum naturalium analogice, non autem vniuoce. Ad illud, quod adducitur ex 2. huius, dicimus non eſſe parem ſimilitudinem inter genera cauſarum, quia primum efficiens, & prima forma, & vltimus finis non ordinantur ad aliquid vlterius, propterea deueniendum eſt ad vnum primum efficiens in genere cauſæ efficientis; & ad unam primam C formam in genere cauſæ formalis, & ad vnum vltimum finem in genere cauſæ finalis, ſed non eſt ita in genere cauſæ materialis, quia materia ex ſe eſt ordinata ad aliquid extrinſecum à natura ſua, nempe ad ipſam formam: & propterea non eſt neceſſarium, vt perueniatur ad vnam materiam numero omnium, ſed ſufficit vt materia ſit vna vnitate ordinis, ſicut corpora dicuntur eſſe vnum in ordine creaturę corporeæ: Et ex hoc ſequitur materiam cæli minus diſtare à primo & puro actu; quàm materia horum inferiorum, quæ eſt magis diſtans, & ratio eſt, quia materia cæli ordinatur ad perfectiorem formam, quàm materia horum inferiorum.

Tex. 6.
Materia ex ſe eſt ordinata ad aliud

Tamen adhuc inſtat Egidius dicens, illud quod per ſuperabundantiam dicitur, vni ſoli cõuenit, propter quod Ariſto. 10. huius dixit, vni unum tantum eſſe contrarium; quia contraria ſunt, quæ maxime diſtant; ergo ponere plures materias primas eſt ponere contradictoria, quia dicere primam materiam eſt dicere vnam tantum, & dicere plures, eſt negare primas: non ergo eſt vera reſponſio data, quòd in genere cauſę materialis non debemus venire ad vnam primam materiam numero. Ad quod dicimus, negando conſequentiam, concluderet D enim argumentum hoc, ſi nos poneremus plures materias vniuoce ſumptas; modo dictũ eſt materiam horum ſublunarium, & cęleſtium conuenire in vnitate ordinis, quod eſt dictũ ſecundum quandam analogiam. Et ex hoc ſoluitur tertia difficultas. Ad quartam dicimus, quòd ſi genus conſideretur phyſice, corruptibilia & incorruptibilia non ſunt in eodem genere propter diuerſum modum potentiæ, ſi autem logice perſpiciantur, ſic eſt vnum genus omniũ corporum propter vnam rationẽ corporeitatis. Ad id, quod adducitur 7. huius, actus eſt qui ſeparat & diſtinguit, dicendum eſt materiã cæli & horum ſublunarium diſtingui per principia intrinſeca, ideſt per differentias ſibi intrinſecas, quæ licet nihil actualitatis habeant ex ſeipſis, tamen ſumũtur ab extrinſeco, ideſt ex habitudine ad formas, & ſic concedimus in pura potentia nullam eſſe diſtinctionem ſumptam ab ipſa pura potentia, negamus tamen nullam eſſe diſtinctionem ſumptam ab ordine ad formam.

Tex. 10.
Ponere plures materias primas eſt contradictio ſecundum Egid.
Gen. duplex phyſicum & logicum.
Tex. 49.
Diſtinctio materiarum vnde ſumit.

Et illa famoſa propoſitio Ariſtot. tenet in abſolutis, in quibus eſt diſtinctio per actus intrinſecos, non autem in reſpectiuis, quæ diſtinguuntur per habitudines ad extrinſeca. Poſſumus etiam dicere, materiam cæli & horũ inferiorum non eſſe differẽtes ſed diuerſas, vt docuit S. Thom. 1. p. contra Dauid dedinando, qui ſtultiſſime poſuit Deum eſſe materiam primam, de-

quęſt. 3. ar. 8.

Materia cęli & inferiorũ ſunt diuerſæ q. 3. ar. 8.

Deus & materia nõ differunt. Tex. 24.

Egidius ſequutus eſt Platonẽ circa vnitatẽ materiæ. Cap. 1.

Angelus eſt prope Deum

ceptus hoc argumento: quæcunque ſunt & nullo modo differunt ſunt idem; ſed Deus & materia prima ſunt, & nullo modo differunt, ergo penitus ſunt idem: probatur minor, quia quæ differunt, aliquibus differentiis differunt, & ita oportet ea eſſe compoſita; ſed Deus & materia prima ſunt omnino ſimplicia: ergo nullo modo differunt. Sequitur reſponſio, ſimplicia non differre aliquibus aliis differentiis, quia hoc eſt compoſitorum: homo enim & equus differunt rationali & irrationali differentiis, quæ quidẽ non differunt amplius ab inuicem aliis differentiis: & ſic Deus & materia prima proprie non dicuntur differre, ſed diuerſa eſſe: quia 10. huius diuerſum dicitur abſolute, differens autem dicitur differre aliquo alio, ſic in propoſito materia cæli, & horum inferiorum, cum ſint entia ſimplicia, non dicuntur eſſe differentia, ſed diuerſa ſeipſis, & propriis naturis, quæ ſunt ordinatæ ad diuerſas formas. Dictum Auguſtini poteſt intelligi ſecundum opinionem Platonis non ponentis quintam eſſentiam, & propterea iuxta eius doctrinam poteſt ſuſtineri vnicam eſſe materiam numero corporum cæleſtium & inferiorum: idcirco Egidius in hac parte viſus eſt Platonizare: ſic etiã & Scotus exponens illud Geneſis de mente Auguſtini, in principio Deus creauit cælum & terram, per terram intelligit materiam informem omnium entium de terra vſque ad cælum empyreum, itaquòd de iſta terra Deus fecit primo lucem, & ſic de aliis ſecundum opera ſex dierum, iuxta hanc doctrinam, quæ potius eſt Platonica, quàm peripatetica, oportet dicere vnicam materiam eſſe numero omnium corporalium. Attamen S. Auguſtinus poteſt ad veritatem interpretari, quòd vnica ſit materia omnium vnitate ordinis, vt dictum eſt ſupra: & propterea docuit libro confeſſio. Duo feciſti Domine vnum prope te, quod eſt Angelus, & alterum prope nihil, quod eſt materia prima.

A

B

Quæcunque autem ſine transmutari ſunt, aut non, non eſt horum materia, &c. Tex. 14.

Vtrum accidens ſit compoſitum ex partibus eſſentialiter diſtinctis.

C

Dilucidatio quinta.

Opinio Auerro.

Com. 56.

Ca. de. per ſe.

Linea habet partes.

SANCTVS Thomas conſiderans hunc textum docet accidentia ipſa non habere materiam, ex qua ſint, ſed habere ſubiectum, in quo pro materia, ideo tum occaſione verborum Ariſtot. tum S. Thomæ diſputatur hic, num accidentia ſint compoſita ex materia, & forma; & reſpondens, in primis recitabo opiniones Aduerſariorum, & arguam contra ipſos. Secundo dilucidabo veritatem. Vltimo diſſoluam argumenta in contrarium. Quantum ad primum eſt opinio Auerroiſtarum tenentium accidentia habere aliquid, ex quo componuntur, ſicut ex materiali, quod eſt ſimile materiæ, & aliquid etiam ſimile formali, ex quo etiam componuntur. Hanc opinionem volunt fuiſſe Auerrois 1. phyſicorum, ubi aſſerit, quòd extrema actu ſunt in medio, & linea componitur ex longitudine, & duobus punctis, & longitudo habet ſe vt materiale. Volunt etiam fuiſse Liconienſis 1. poſteriorum, vbi vult, quòd genus ſe habet vt principium materiale; nunc ſic erigunt ratiocinium: illud, quod componitur ex genere & differentia, habet materiale, ex quo fit, quia genus ſe habet vt materiale principium; ſed accidentia componuntur ex genere, & differentiis: ergo accidentia componuntur ex aliquo materiali, & ex aliquo formali: minor patet, quia accidentia ponuntur in genere, & ſunt vere definibilia. Præterea illud, quod habet partes, ex quibus componitur eſſentialiter, habet materiale; quia partes, ex quibus aliquid componitur eſſentialiter integratiue, aſſimilantur materiæ, & habent ſe vt materiale; ſed accidentia ſunt huiuſmodi, quia accidentia ſaltem aliqua habent partes, ex quibus componuntur eſſentialiter integratiue, veluti linea habet partes, ex quibus componitur: ſimiliter albedo, & nigredo habent partes videlicet gradus diuerſos, ex quibus componuntur; ergo iſta ſententia eſt manifeſta, accidentia ipſa realiter componi ex duobus.

D

Tex. 22.

Quam ſententiam videtur eſſe Ariſt. 10. huius, vbi docet, quòd formæ, quæ habent adinuicem transmutationem, cuiuſmodi ſunt contraria & media, ſunt eiuſdem generis phyſici, quia

non

A non eſt tranſmutatio inter formas alterius generis phyſici; illæ ergo formæ, quę habent primum ſuſceptiuum ſunt formæ eiuſdem generis phyſici; quia media & contraria habent idē ſuſceptiuum inter ſe; ſed non idem cum aliis alterius contrarietatis, verbi gratia colores habent idem ſuſceptiuum inter ſe, ſed non idem cum ſaporibus; nihilominus ſi ſumatur ſubiectum quodcunque alterius generis à genere qualitatis; ſicut eſt idem colorum, ita eſt idem colorum & ſaporum, vt patet de ſubſtantia & quantitate, quia vtraque ſubeſt eidem colori, & ſapori; ex his ſequitur illud ſuſceptiuum, penes quod diſtinguuntur genera phyſica, eſſe aliquod intrinſecum eſſentiis ipſorum accidentium; ex conſequenti erunt compoſita ex duobus realiter. Subſtantia ſubiicitur colori

Sed hæc ſententia non poteſt ſuſtineri in philoſophia, quoniam, vt alibi declarabimus, in forma intenſa non ſunt gradus diſtincti reales integrantes eam, ſicuti plures partes materiales, vt ſupponit hæc opinio: propterea cum ſit fundata ſupra falſo fundamento, nullo pacto ſuſtineri poteſt. Supponit etiam aliud falſum, quòd genus, & differentia dicant diſtinctas formas, quod eſt abſurdum, quia ab eodem ſumitur genus & differentia, licet diuerſimode. Falſa quę ſupponit opinio recitata.

B Supponit & tertio aliud falſum, quòd media qualitas componatur realiter ex extremis. Deinde hæc opinio eſt contra Auerroem eius auctorem; quia omne illud, quod eſt immediatum principium agendi, ſcilicet quo primo agens agit, eſt tantum actus, itaquòd nō includit duo, ſcilicet potentiam & actum, quia tunc non eſſet quo primo agit; ſed ageret per partem, quæ eſt actus; ſed aliquod accidens puta calor eſt immediatum principium, quo primo agens agit in aliqua actione, vt in calefactione, ſicuti docuit Auerroes 7. huius, quod etiam ſuſtinet Zimara in theorematibus ſuis, ergo tale accidens non poterit eſſe realiter compoſitum ex duobus. Com. 10 Theore.

Rationes adductę non cogunt, & prima quę fundabatur ſuper dictum Auerrois, quòd extrema ſunt actu in medio: nihil concludit; quia vt dictum eſt, non dantur gradus diſtincti reales in forma intenſa. Sic etiam dicimus ad ſecundam rationem, quæ fundabatur ſuper dictum Liconienſis, quòd genus, & differentia non ſumuntur à duobus realiter diſtinctis; ſed ab vno & eodem diuerſimode ſe habente; & hoc ſufficit ad definienda accidentia. Ad tertiam negamus minorem, quòd accidentia habeant aliquas partes, ex quibus componantur

C eſſentialiter integratiue. Ad vltimam dicimus, quòd licet idem ſit ſubiectum in ſe acceptum reſpectu colorum, & ſaporum, puta ſubſtantia; tamen differt vt eſt ſubiectum horum & iſtorum ſecundum diuerſum modum mixtionis: nam cum vnumquodque elementum multas habeat qualitates, ideo ſecundum diuerſam mixtionem iſtarum qualitatum elementarium conſequitur immediate aliud, & aliud genus qualitatum mixtarum, puta commixtio ignis cum terra, inquantum terminata, & aeris, & aquæ inquantum perſpicua conſequitur genus colorum; ſed commixtio ignis, & aeris inquantum calida digerens humorē aqueum commixtū terreſtri ſicco conſequitur genus ſaporum, & ſic de aliis: vnde non oportet quærere aliud, & aliud ſubiectum, puta intrinſecum colorum & ſaporum; ſed ſufficit ad hoc idem ſubiectum extrinſecum, quod ſit primum & proprium horum & illorum ſecundum diuerſam mixtionem qualitatum diuerſarum elementarium. Accidēs non habet partes. Elementum habet multas qualitates.

Secunda opinio de hac re reſpondet cum vna diſtinctione, & duabus concluſionibus: diſtinctio eſt. Compoſitio, quæ eſt ex natura rei circūſcripta illa, quæ eſt rationis, eſt duplex: Quędam eſt rei, & rei; & hæc compoſitio dicitur realis. Alia eſt realitatis, & realitatis, & hęc

D dicitur compoſitio ſecundum rationes reales, & ſecundum formalitates: vocat autem compoſitionem rei, & rei illam, quæ eſt ex aliquibus, quorum mutua ſeparatio non includit repugnantiam ex terminis, qualis eſt compoſitio ex materia, & forma, vel ſubiecto, vel accidente: vocat autem compoſitionem realitatis & realitatis illam, quæ eſt ex aliquibus, quorum ſeparatio includit cōtradictionem propter eorum realem identitatem: tamen vnum non eſt aliud formaliter, itaquòd vnum includatur in alio in primo modo dicendi per ſe, itaque poſſunt eſſe diſtincta obiecta formalia, & diſtincta conceptibilia diſtincte terminantia actum intellectus, qualis eſt cōpoſitio ex genere & differētia; vbi etiā ſpecies eſt realitas ſimplex. Hac diſtinctione ſtante ponit concluſionem iſtam. Accidens eſt forma ſimplex ſimplicitate oppoſita primæ compoſitioni; quam ita probat, ſi accidens eſt compoſitum eſſentialiter ex duobus, accipio verbi gratia albedinem, cuius principia ſunt. A. & B. itaquòd. A. ſit principium potentiale, & B. ſit principium actuale; nunc ſic, cum albedo informet ſubiectum, aut tantum A. informat illud ſubiectum, aut tantum B. aut vtrumque primo, aut neutrum, ſi neutrum; ergo nihil informat ſubiectum; ſi B. tantum, vel A. ergo albedo non informabit ſe tota, & tunc propria paſſio puta informare non inerit primo ſubiecto ſuo; ſed tantum per partem ſuam, Compoſitio duplex ſecundū Aliquos. Compoſitio ex genere & differētia qd dicat ſecundum Aliquos

nec

nec vtrunque primo: probatur primo de A. quod ponitur principium materiale; quia ſi ſic, tunc materia ſubſtantiæ, cum ſit perfectior, quàm A, poterit aliquid informare; & ſic proceditur in infinitum. Probat ſecundo de B. quia actus adæquatus materiæ propriç, non poteſt dum ipſum informat aliud informare, aliter nõ eſſet adæquatus; ſed B. informat A. cuius capacitas adæquatur actualitati. B, aliter nõ fieret vnum ex eis: ergo actualitas. B. non ſe extendit ad ſubſtantiam. Confirmat hoc: quia non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate, quando ſ. per paucitatẽ poſſunt ſaluari apparentia, vt docuit Ariſto. 1. phyſicorum, vbi commẽdauit Empedoclem propter paucitatẽ principiorum contra Anaxagoram, & ratio huius eſt, quia natura nihil fruſtra facit: ſed nihil apparet in accidentibus, propter quod neceſſario debeãt poni compoſita ex duabus partibus realiter diſtinctis: ergo fruſtra ponitur, accidentia componi realiter ex duobus. A

Actus adæquatus quis ſit.

Tex. 50.

Accidens ꝙ forma eſt.

Secundam concluſionem ponit. Accidens non eſt forma ſimplex ſimplicitate oppoſita ſecundç compoſitioni, ſed eſt compoſitum ex realitate generis, & differentiæ: hanc probat primo: quia ſimpliciter ſimplex à quocunque diſtinguatur, videtur eſſe primo diuerſum, & non differens, vt patet de materia reſpectu formæ; ſed accidentia non ſunt huiuſmodi: ergo non ſunt ſimplicia ſimplicitate oppoſita ſecundæ compoſitioni; maior patet ex ſignificato vocabuli, quia alias eſſet differens non primo diuerſum: minor etiam patet de duabus ſpeciebus accidentis, nam albedo & nigredo realiter differunt per differẽtias proprias, & realiter cõueniunt in genere, ſcilicet coloris: ergo ſunt differentes & non primo diuerſæ. Præterea ſi accidentia non eſſent compoſita, tunc non eſſent definibilia contra Ariſto. 7. huius: nec obſtat, ꝙ definiantur ex additione; quia hoc non eſt propter ſimplicitatem, ſed propter dependentiam ad ſubſtantiam. B

Tex. 14.

Sed nec iſta opinio poteſt ſtare; & in primis argumentor contra diſtinctionem poſitam, quoniam quæro quid intelligat per compoſitionem realitatis, & realitatis, aut intelligit compoſitionem factam per opus intellectus, aut compoſitionem factam ex natura ipſa: primo modo non eſt ad propoſitum; quia accidentia ſunt entia realia: ergo ſi habent aliquam compoſitionem, illa compoſitio debet eſſe ex rebus; & non ab intellectu, ſi autem per compoſitionẽ realitatis & realitatis intelligit cõpoſitionem factã à natura: ergo hæc opinio coincidit cũ prima opinione reiecta. Præterea, quæro etiã, an per iſtam compoſitionẽ realitatis, & realitatis intelligat compoſitionem generis & differentiæ, aut intelligat compoſitionem formæ, & materiæ, ſi primo, aut iſta compoſitio generis & differentiæ antecedit omne opus intellectus, aut ſequitur; ſi primo, ergo definitio eſt ex natura rei, quod eſt falſum, quia definitio eſt operatio intellectus; ſi ſecundo, ergo in accidentibus erit tantum compoſitio rationis, ſi vero intelligat per compoſitionem generis & differentiæ, quæ reperitur in accidentibus, compoſitionem ex materia & forma, quia genus ſumitur à materia & differentia à forma iuxta regulas Porphyrii in prædicab. ſequitur accidentia ipſa eſſe compoſita ex materia & forma contra Ariſto. in hoc libro. C

Accidentia ſunt entia realia.

Definitio eſt opus intellectus.

Cap. de differentia.

Tex. 14.

Ex his ſequitur ſecundo, primam concluſionem eſſe falſam, in qua dicebat, quòd accidẽs erat forma ſimplex ſimplicitate oppoſita primæ compoſitioni; quia dictum eſt mẽbra illius diſtinctionis poſitæ coincidere, quia eadẽ eſt cõpoſitio rei & rei; & realitatis & realitatis; quia realitas ſumitur à re. Sequitur & tertio, quòd ſecunda concluſio, in qua dicebat, quòd accidens non eſt forma ſimplex ſimplicitate oppoſita ſecundæ cõpoſitioni, etiam ſit falſa, immo coincidat cum prima, quia non poterit aſſignare quid per compoſitum ex realitate generis & differentiæ intelligat. Nec valet illa fuga dicendo, quòd per compoſitionem realitatis & realitatis intelligit illam, quæ eſt ex aliquibus, quorum ſeparatio includit contradictionem propter eorum realem identitatem, quia formalis repugnantia ſeparationis, vel non repugnãtia, & identitas realis ita inuenitur in materia & forma, ſicut in genere, & differentia, vt habet concedere iſta opinio: quia ex genere & differentia fit ſpecies, quæ eſt realiter ſimplex, verbi gratia homo ex materia & forma, id eſt ex corpore & anima intellectiua ſimiliter fit homo, qui quidem ſecundum ſpeciem eſt realiter ſimplex, & quid vnum ſecundum eſſe. De repugnantia ſeparationis, vel non repugnantia, ſimiliter eſt eadem ratio in vtraque compoſitione: ſicut enim materia nunquam poteſt eſſe ſine omni forma, & tamen poteſt ſeparari à qualibet: ita nunquam poteſt eſſe genus, quod non ſit in aliqua ſpecie, & per conſequens determinatum per aliquam differentiam: poteſt tamen à qualibet ſeparari, quia poteſtate genus continet omnes differentias; ſimiliter ſe habet ex parte differentiæ & formæ reſpectu generis, vel reſpectu materiæ; non enim ſunt ſeparabilia, neque differentia à genere, neque forma à materia: Ex his ſequitur, quòd ſi eadem eſt ratio formalis repugnantiæ, & identitatis in vtraque com- D

Fuga argumenti.

Species fit ex genere & differentia

Differentia eſt inſeparabilis à genere.

A compoſitione, quòd diſtinctio ſumpta penes iſta erit nulla, & ſic etiam concluſiones earumq; fundamenta, quorum primum erat, quòd accidentia, cum non ſint primo diuerſa, ſequitur quòd ſint compoſita. Hoc fundamentum conceditur, quia ducit ad hoc, quòd in accidentibus ſit aliqua cõpoſitio, ſed non illa, quæ ex realitate & realitate, vt imaginati ſunt Aduerſarii.

Secundum quoque fundamentũ, in quo dicebant, ꝙ ſi accidentia non eſſent cõpoſita, tũc eſſent diffinibilia, &c. hoc etiam concedimus, quia nihil aliud probat, niſi quòd in accidentibus ſit aliqua compoſitio, ſed non illa, quam imaginantur Aduerſarii; ſed quam ponunt peripatetici. Fundamenta primæ concluſionis concedimus, verum concludere, accidentia non eſſe compoſita, tanquam ex duobus realiter diſtinctis, hęc de primo. In accidente aſt aliqualis compoſitio.

Quoad ſecundum dilucidanda eſt veritas huius rei ex intimis doctrinæ S. Tho. penetralibus. Pro cuius intellectu ſciendũ eſt multiplicẽ eſſe compoſitionem, vt habetur 1. p. queſt. 43. Eſt enim quædam compoſitio ex partibus corporeis, ſicut corpus eſt tali compoſitione compoſitum. Compoſitio ẽ multiplex. Secunda compoſitio eſt ex materia & forma; quam compoſitionem S. Thomas ponit etiam in corporibus cæleſtibus. Eſt tertia compoſitio ex natura & ſubiecto, quippe quę reperi-
B tur in ſubſtantiis ſeparatis, in quibus ſuppoſitum differt à natura extrinſece: ipſum enim ſuppoſitum vt ſic, includit ſubſiſtere, quod eſt eſſe, quaſi vt proprius actus, per quem definiri dicitur ſi definiretur: natura autem hoc non complectitur, de qua re latius alibi diximus. Eſt alia compoſitio, quæ dicitur ex eſſe & eſſentia, & hæc reperitur in omnibus creaturis. Eſt deinde compoſitio ex genere & differentia, & iſta inuenitur in ipſis accidentibus. Eſt & vltimo compoſitio formę cum ſubiecto; & quia omne accidens reperitur in ſubiecto, cum non ſit ens, ſed entis, vt habetur 7. huius: propterea hęc quoque compoſitio in accidentibus reperitur. Tex. 2.

Sciendũ eſt ſecundo, quòd triplex eſt materia. Prima dicitur materia, ex qua, ſicuti lapides dicuntur materia, ex qua fit domus, & præmiſſę dicuntur materia, ex qua fit ſyllogiſmus. Secunda dicitur materia in qua; ſicut paries eſt materia, in qua recipitur albedo. Tertia dicitur materia circa quam, & hæc materia vocatur etiam obiectum, ſicuti dicimus, quòd theologia habet Deum pro materia, circa quam verſatur, & potentia viſiua habet colorem, tanquam materiam circa quam. Materia triplex.

C Tertio eſt notandum, quòd accidentia habent vnum modum eſſendi, qui vocatur eſſe in alio; non enim ſunt niſi inſint alicui ſubiecto; ſed habent duos modos intelligendi, eoquòd intellectus natus eſt diuidere ea, quæ ſunt adunata. Intelliguntur aliquando ipſa accidentia cointelligendo ſubiectum, cui inſunt, & tunc intelliguntur per modum accidentis, eo quòd accidentis eſſe, eſt eſſe in alio. Aliquando vero intelliguntur ſolitarie, non cointelligendo ſubiectum cui ſecundum rem inſunt, & tunc intelliguntur per modum ſubſtantię, eo quòd eſſe per ſe idest ſolitarie ſoli ſubſtantię conuenit; accidentia enim ſemper egent aliquo comite, vt docuit Caietanus in antepręedicamentis: ſed cum modus ſignificandi non fundetur ſuper modo eſſendi, ſed intelligendi, ſicut habẽt duos modos intelligendi, ita etiam duos modos ſignificandi; vnde ſignificantur quandoque cum ſubiecto, & tunc vocantur accidentia in concreto, vt album, nigrum, &c. aliquando vero ſignificantur ſine habitudine ad ſubiectum, & tunc vocantur accidentia in abſtracto; quia ſignificantur per modum ſubſtantiæ, ſicuti eſt albedo, & nigredo, &c. Accidens habet vnũ modum eſſendi & duos intelligendi.

D Notandum quarto, ꝙ differentiæ accidentium ſumuntur ex eorum propriis principiis vel ab eorum effectibus, ſicuti albedinis & nigredinis differentias dicimus eſſe congregare & diſgregare viſum, quando differentię ſumuntur ex propriis ipſorum principijs, tunc accidentia conſiderantur ex propria ipſorum natura; quando vero differentię ſumuntur ab eorum effectibus, tunc eſt propter nos, quibus propria principia accidentium ſunt occulta, & propterea opus eſt ſumere differentias ex notioribus effectibus, vt patet de albedine, & nigredine, quarum differentię ſecundum propriam naturam, & à priori ſunt abundantia, & paucitas lucis: lux enim exiſtens in corpore opaco aliqualiter obumbrata conſtituit albedinem, quando vero eſt valde offuſcata conſtituit nigredinem, & iſtę ſunt differentię à priori, congregatiuum & diſgregatiuum viſus ſunt differentię quibus albedo & nigredo differunt à poſteriori, & per effectus. Differentiæ accidentiũ vnde ſumũtur. Quomodo lux cõſtituit albedinem.

Iſtis ſic habitis ponitur prima concluſio talis. Accidentia non ſunt compoſita ex materia & forma; probatur, quia ſi accidentia eſſent compoſita ex materia & forma, tunc forma accidentium eſſet in materia prima; ſed hoc eſt falſum, quia formę accidentales differunt à formis ſubſtantialibus penes hoc, quia formę ſubſtantiales ſunt in ente in potentia: formę vero accidentales ſunt in ente in actu, vt docuit Auerro. 2. de anima. Ex hac concluſione ſequitur Tex. 4.

vnum

vnum corollarium. Genus & differentia non ſumunmr in eis ex materia & forma, ſed tan- A
tum ex proprio modo eſſendi, quia genus habet explicare eſſentiam ſecundum propriam po
tentiam, quę eſt in ea, ſicuti vltima differentia habet explicare eſſentiam ſecundum vltimum
actum.

Secunda concluſio eſt. Accidentia dicuntur componi quadam compoſitione modali, ſeu
Accidẽs modaliter eſt cõpoſitum.
graduali, pro cuius notitia ſciendum eſt, quòd cum genus iuxta doctrinam S. Thomæ ſuma-
tur à re ſecundum id, quod primo habet rationem determinabilis, & differentia ſumatur à re
ſecundnm quòd habet rationem terminantis: res autem habet rationẽ determinabilis, prout
eſt concepta ſecundum primum gradum ſui, ideo ab illo primo gradu ſumimr genus, habet
vero rationem determinantis ſecundum vltimum gradum ſuæ nuturæ, à quo gradu ſumimr
(vt dictum eſt) ipſa differentia, boc ſtante probatur ſic concluſio; illud dicitur eſſe cõpoſitũ;
cõpoſitione modali, ſeu graduali, in quo põt eſſe ratio generis & differẽtiæ; ſed accidẽtia ſunt
huiuſmodi: igitur accidentia dicuntur cõponi cõpoſitione modali ſeu graduali: maior patet,
& minor declaratur exemplo albedinis, & nigredinis, albedo enim eſt color diſgregatiuus
Definitio albedinis q̃ eſt
viſus, & nigredo eſt color congregatiuus viſus, vbi apparet eſſe in eis genus & differentiam. B

Tertia concluſio. Accidentia dicuntur eſſe compoſita compoſitione cum bis: probatur,
quia accidentia ſemper dicunt ſubiectum, in quo ſunt: vnde quando accidens definitur in
concreto, ſubiectum ponitur loco generis dicendo, ſimus eſt naſus curuus: quando vero defi-
nitur in abſtracto, ſubiectum ponitur loco differentiæ, dicendo ſic, ſimitas eſt curuitas naſi:
hoc ſtante probatur ſic concluſio: omne accidens aut eſt commune, aut eſt proprium, ſed neu
trum accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto: igitur vtrumque accidens eſt compoſitum tali com-
poſitione.

Vltima concluſio. Accidentia non ſunt compoſita ex natura & ſuppoſito, neque ex eſſe, &
q.3.art.6.
eſſentia: iſta concluſio eſt expreſſe de mente Caietani in 1. p. S. Thomæ, vbi ſoluens argu-
mentum Scoti, qui volebat probare contra Sanctum Thomam, tenentem omne cauſatum
Argumentũ Scoti eſt apparens.
eſſe compoſitum, dicebat Scotus, ſi quodlibet cauſatum eſt compoſitum, accipiantur compo-
nentia, & quæro, aut ſunt ſimplicia, aut compoſita, ſi primo, tunc eſt falſa propoſitio, quia cõ-
ponentia ſunt cauſata, & tamen ſunt ſimplicia: ſi ſecundo, aut erit proceſſus in infinitum, aut
Omne cauſatum eſt cõpoſitum.
erit ſtatus ad res ſimplices componentes. Et reſpondet Caietanus, quòd quando dicit S. Tho- C
mas, omne cauſatum eſt compoſitum ex eſſe & eſſentia, loquitur de cauſato proprie ſumpto,
vt eſt creatura per ſe ſubſiſtens: partes & accidentia, cum non ſint creaturæ per ſe ſubſiſtentes,
non dicuntur proprie cauſata & creata, ſed dicuntur entia concauſata, & concreata; ergo, &c.
Ex his ergo patet, quomodo accidentia dicantur ſimplicia, & compoſita, & in hac dilucida-
q.3.ar.1.
tione ſequuti ſumus S. Thomam in tractatu de formis.

Quo ad tertium dubitatur contra primam concluſionem, quia illa, quę habent tranſmuta-
tionem ad inuicem, conueniunt in vna materia, & ex conſequenti ſunt compoſita ex mate-
ria & forma; ſed accidentia ſunt huiuſmodi, veluti caliditas & frigiditas, quæ corrum-
puntur ad inuicem, igitur dicuntur compoſita ex materia & forma. Et confirmatur, quia om
ne generabile & corruptibile habet materiam, ex qua componitur, ſed accidentia ſunt gene-
Tex.22.
rabilia & corruptibilia, vt habetur 7. huius: ergo dicuntur eſſe compoſita ex materia & for-
ma. Pro ſolutione huius argumenti notandum eſt, quòd corruptibile dupliciter dicitur, &
Corruptibile & generabile bifariam dicitur.
ſic etiã generabile. Quoddã eſt corruptibile per ſe, cuius manet aliquid poſt corruptionem,
quod fuit pars compoſiti; & hoc modo compoſitum tantum generatur & corrumpitur, ve- D
luti Sortes, aut Plato, qui per ſe generatur & corrumpitur, quia eſt compoſitus ex materia &
forma. Quoddam dicitur eſſe generabile, & corruptibile per accidens, & hoc modo ipſa ac-
cidentia dicuntur generari & corrumpi, vtputa caliditas & frigiditas. Iſtis ſic ſtantibus dico,
quòd argumentũ cum ſua confirmatione concludit de his, quę generantur, & corrumpuntur
per ſe, non autem de his, quæ generantur & corrumpuntur per accidens.

Similitudo inter naturalia & mathematica.
Sed contra potuiſſet aliquis dubitare; quia ſicuti ſe habet materia ſenſibilis ad naturalia;
ſic materia intelligibilis ad mathematica, per conuenientem ſimilitudinem; ſed naturalia ha
bent materiam ſenſibilem, ex qua fiunt: ergo & mathematicalia habent etiam materiam, ex
qua fieri debent: nunc ſubſumo ſic, mathematicalia ſunt accidentia: ergo accidentia habent
materiam ex qua fiunt. Sed dicitur ad hoc, quòd ſimilitudo huius argumenti conſiſtit in
hoc, quòd ſicuti naturalia requirunt materiam ſenſibilem, ſic mathematicalia requirunt ma-
teriam intelligibilem; tamen eſt diſſimilitudo, quia materia accidentium mathematicalium,
Tex.18.
de qua Ariſt. agit in 2. phyſicorum, non eſt uere & proprie materia; ſed tantũ ſimilitudinarie,
vnde nõ oportet, ꝙ ſicuti naturalia cõponuntur ex materia & forma, ita & mathematicalia.

Contra

A Contra ſecundam concluſionem arguitur ex Ariſtot. 12. huius, vbi vult oĩum generum eſſe eadem principia, v.g. in genere ſubſtantiæ principia ſunt materia, forma, & priuatio: ergo in genere accidentium debent etiam eſſe hæc tria principia, ſcilicet materia, forma, & priuatio, & ſic non compoſitione morali, vt dictum eſt, ſed vera compoſitione ex materia, & forma erunt accidentia ipſa compoſita. Sed dicitur ad hoc, quòd ibi Ariſt. intelligit non proprie & vniuoce, ſed ſecundum quandam analogiam in omnibus generibus etiam accidẽtium reperiri tria illa principia.

Tex. 19.

Omnium generum ſunt eadem principia proportionaliter.

Sed cõtra dubitaret aliquis, quia genus ſumitur à materia, & differentia à forma; ſed accidentia habent verum genus & differentiam; ergo etiam habent veram materiam & formam. Ad quam inſtantiam dicimus, genus non debere ſumi ab eo, quod eſt vera materia, ſed ab eo quod habet modum materiæ contrahibilis, & determinabilis; differentia vero ab eo, quod habet modum formæ contrahentis, & determinãtis: & propterea non eſt neceſſe accidentia eſſe compoſita ex vera materia & forma: ſed tantum modaliter, vt dictum eſt. Sed dices, ergo accidens erit perfectius ſubſtantia naturali, probatur conſequentia, quia quanto aliquid eſt

Genus à quo ſumitur.

B ſimplicius, tanto eſt perfectius, cum ſimplicitas dicat perfectionem ſimpliciter in entibus, propterea ſumme attribuitur Deo. Niſi dicamus ad hoc concedendo accidens eſſe pefectius ſubſtantia naturali ſecundum quid, ratione qua eſt actus, & forma, ſubſtantia vero naturalis cum dicat potentiam & materiam reſpectu accidentis, propterea dicitur imperfectior ſecundum quid: eſt tamen perfectior ſimpliciter ipſo accidente. Nec eſt verũ quodlibet ſimplex dicere perfectionem ſimpliciter; niſi illud ſit per ſe ſubſiſtens, & hoc pacto attribuitur Deo ſimplicitas; & hæc gloſſa melius euadit hoc argumentum: quàm dictum Scoti 1. ſenten. dicentis, quòd licet ſimplicitas ſit perfectionis, ſimpliciter loquẽdo & abſolute; tamen in rebus corruptibilibus cõmuniter ſimplicius eſt imperfectius, nõ propter maiorẽ ſimplicitatẽ, cum illa ſit perfectionis, ſed quia talis natura, ſcilicet corruptibilis non poteſt habere tantam actualitatẽ cum ſimplicitate, quantam habet cum compoſitione. Hoc enim dictum eſt falſum; quia ſimplicitas vt ſic non dicit perfectionem, niſi ſit per ſe ſubſiſtens, vt alibi fuſius oſtendimus de mente S. Thomę.

Qũo accidẽs eſt perfectius ſubſtantia.

Diſt. 8.

Quę ſimplicitas dicit ꝑfectionem.

C

Manifeſtum autem hoc etiam eſt, quod ſi aliquo modo ſubſtantia numeri ſunt, ita ſunt, &c. Tex. 10.

Utrum in quidditate formarum naturalium ſuſcipientium magis, & minus ſit dare gradus eſſentiales intrinſecos, ſecundum quos ipſa ſuſcipiat magis, & minus.

Dilucidatio ſexta.

DISPVTATIO hæc eſt ſolemnis, & ampliſſima, quia difficilis, & Doctores varie loquuntur de hac re. Nos autem tria breuiter videbimus. Primo quid exteri ſentiant, & quid boni, vel mali nobis proponãt. Secundo dilucidabi-
D mus veritatem ipſam. Tertio diſſoluemus difficultates, quæ contra determinationem factam adduci poſſunt. Quantum ad primum ſunt aliqui, qui multa proponunt pro explicatione huius quæſiti. Dicunt enim primo quòd duplex eſt quidditas. Altera ſpecifica: altera vero indiuidua v. g. vt ſit exemplum in hac albedine indiuidua, in qua tria poſſumus conſiderare. Primo naturam ſpecificam. Secundo gradum indiuidualem eſſentialem, qui eſt tantitas eſſentiæ indiuidui. Tertio differentiam indiuidualem, quæ eſt indiuidui, puta hæc albedo. Dicunt ſecundo, ꝙ eſt dare gradus: quia gradus arguit quantitatem, quæ quidem quantitas triplex eſt, nempe molis ſeu dimẽſionis; ſecunda perfectionis, quæ reſpicit eſſe rei: tertia eſt quantitas virtualis, quæ reſpicit agere. Tertio quærunt, an iſti gradus ſint, & probant quòd ſic; quia impoſſibile eſt eandem formam eſſe ſimul in diuerſis ſecundum aliam, aliamque rationem participatam, niſi illa forma compatiatur ſecum pluralitatem illarum rationum, ſed aliqua forma puta albedo participatur à diuerſis ſecundum aliam & aliam rationem: ergo neceſſe eſt ponere gradus iſtos, qui quidem ſunt huiuſcemodi rationes. Præterea impoſſibile eſt aliquam formam ſimul communicari pluribus, niſi in ſe ſit aliqualiter illimitata, ſicuti eſſentia diuina,

Quidditas duplex eſt.

Quantitas trifariam dicitur.

quæ

A tinenter dictum eſt de iſta triplici quantitate,ſcilicet dimenſionis,perfectionis, & virtutis,applicando ad diuinam eſſentiam.

Contra tertium dictum, in quo declarant gradus formæ etiam portiones perfectionalis formæ ſpecificæ extra eius conceptum quidditatiuum, & quòd iſti gradus ſint multiplices, &c. hoc enim dictum eſt ſatis ambiguum: quia ex hoc ſequitur, quòd gradus caliditatis non eſſet caliditas formaliter: probatur conſequentia; quoniam tales gradus non ſunt de eſſentia caliditatis ſecundum iſtos: igitur non eſſent caliditas: hoc autem eſt falſum, quia tunc calefactio non terminaretur formaliter ad caliditatem,ſed ad aliquod, quod non eſſet caliditas: quia terminatur ad gradum, qui ſecundum iſtos non eſt formaliter caliditas. Præterea ex hoc dicto non habetur, ſi gradus formæ differant ab ipſa forma realiter,vel inter ſe, vel quomodo differant: propterea tanquam ambiguum eſt relinquendum: quia quæreret aliquis,vel iſti gradus ſunt eſſentialiter,& realiter idem, quod ipſa eſſentia ſpecifica, vel non: ſi detur primum,ſequitur quòd ſicut forma eſt indiuiſibilis ſecundum gradus ſpecificos,ita & ſecundum gradus perfectionales; ſi vero detur ſecundum, ſequitur quòd illa forma ſpecifica non B intenderetur,aut remitteretur,ſed ſolum illi gradus dicerentur intendi, & remitti, quod eſt contra ipſos. Gradus caliditatis eſt caliditas.

Quartum quoque dictum eſt impertinenter, nec dignum conſideratione metaphyſica quippe quæ ſermonem habet de rebus realibus abſtractis ab omni materia: illud autem dictum iſtorum eſt potius pertinens ad grammaticos, quòd magis, & minus ſunt aduerbia: & maius, & minus ſunt nomina, & quòd vtraque important comparationem quandam ipſius diſquiparantiæ,&c. Dictũ grāmaticorum.

Vltimum quoque dictum eſt irrationabile, cum tangat tantummodo cauſam remotã, cur forma ſuſcipiat magis, & minus,aſſerens eſſe latitudinem graduũ in forma ſeu in illimitatione formæ, & hoc non eſt demonſtrare,quia demonſtratio vt ſcribitur 1. poſteriorum: eſt ex primis,veris,immediatis,prioribus,& notioribus,&c.cum ergo illimitatio, & infinitas non vniuoce reperiatur in formis,quæ ſuſcipiunt magis & minus: ergo oportebat iſtos aſſignare differentiam,& cauſam differentiæ ad cauſam immediatam concludendam: quod tamen ipſi non fecerunt,illimitatio enim alicuius formæ poterit eſſe reſpectu diuerſorum ſubiectorum; Cap. 2.

C ſicuti accidens commune eſt illimitatum,vt ſit in diuerſis ſubiectis. Secundo poterit eſſe illimitatio alicuius formæ accidentalis reſpectu eiuſdem ſubiecti: poteſt enim idem accidens adeſſe,& abeſſe ab eodem ſubiecto;licet non ſimul,ſed ſucceſſiue. Tertio poteſt eſſe illimitatio eiuſdem formæ accidentalis participabilis à ſubiecto magis & minus perfecte, & ſit per motum acquiſibilis in ſubiecto; & hæc illimitatio eſt immediata cauſa intenſionis, & remiſſionis: nam formam intendi,& remitti proprie eſt eſſe talis naturæ, quòd ſit apta diuerſimode,ſiue diuiſibiliter per motum recipi in ſubiecto, ex conſequenti actuare ipſum ſecundum magis,& minus,& actione agentis educi de imperfecto ad perfectum ſtante vnitate non ſolum ſpecifica,ſed numerali ipſius formæ; cum ergo illimitatio,& infinitas non vniuoce, ſed æquiuoce dicatur, quod iſti non oſtenderunt, patet ipſos inſufficienter, & impertinenter ſe habuiſſe in deciſione huius quæſiti. Accidens cõmune eſt illimitatum. Illimitatio non dicitur vniuoce de rebus.

Nec rationes adductæ concludunt,& præſertim illa,quam tanti faciunt, quòd gradus formarum nihil aliud eſt,quàm proportio perfectionalis formæ ſpecificæ extra eius quidditatis conceptum exiſtens ipſam formam ſpecificam intra ſuum conceptum eſſentialiter includens D incluſa realiter intra conceptum indiuidui,ex quo concludunt, quòd ille gradus eſt de eſſentia indiuidui,cum ſit de intellectu quidditatiuo eius: aſſumptum huius propoſitionis eſt falſum,vt oſtenſum eſt,& latius infra oſtendetur; quia gradus formarum non ſunt tales, quales iſti ſupponunt in iſta ratione. Secunda quoque ratio,in qua dicunt, quòd impoſſibile eſt formam participari ſecundum magis,& minus,niſi in ſe ſit aliqualiter illimitata,nil aliud cõcludit,niſi quòd illimitatio eſt cauſa comitatiua ſuſcipiendi magis,& minus,ſed non eſt ratio præciſa; quia non eſt totalis, & præciſa ratio ſuſcipiendi magis, & minus, quo poſito, & circumſcriptis omnibus aliis,non poteſt poni ſuſceptio magis, & minus formæ: ſed poſita latitudine formarum,& circumſcriptis omnibus aliis ab ipſa latitudine,forma non ſuſcipiet magis & minus,cum non procedat ab imperfecto ad perfectum,quod tamen eſt de ratione intenſionis & remiſſionis: igitur talis latitudo,ſeu illimitatio formæ non eſt præciſa ratio ſuſcipiendi magis,& minus,vt dicunt. Nec auctoritas Simplicii eis fauet, quia Simplicius intelligit,quòd qualitas ſi ſuſcipit magis & minus,hoc eſt propter infinitatem quandam,non tanquam præciſam rationem,ſed tanquam cauſam comitantem. Simplicius quibus fauet.

Secunda opinio eſt, quam recitat Herueus, & Gregorius Ariminenſis in 1. ſentent. iſti dist. 17.

enim dicunt, quòd formæ accidentales intenduntur, & ſuſcipiunt magis & minus per additiones gradus ad gradum, itaquòd calor v.g. dum intenditur non additur calor calori: quia in eſſentia caloris non dantur gradus; ſed additur eſſe perfectius calidum eſſe minus perfecte calido; quia diuerſa eſſe dantur formaliter à calore ſubiecto receptiuo ſecundum quòd eſt magis vel minus diſpoſitum, & per conſequens magis vel minus participat ipſum. Sed hæc opinio nec ſtare poteſt; quia dans nobiliorem effectum formalem, eſt nobilius, & perfectius in eſſentia; ſed forma accidentalis ſecũdum iſtos diuerſimode tradit nobiliores gradus, & effectus ipſi ſubiecto: ergo & in eſſentia iſta forma erit facta nobilior & excellentior, & ſic etiam habebit diuerſos gradus in eſſentia, quod eſt falſum, quia quælibet eſſentia formæ cōſiſtit in indiuiſibili, ſicut numerus, vt hic docet Ariſt. ſed vbi eſt latitudo graduum, ibi eſt diuiſio ſecundum perfectum, & imperfectum: ergo in eſſentiis formarum non ſunt ponendi tales gradus, & tamen ad iſtam opinionem ſequitur neceſſario ipſos ponere. A

Eſſentia formę conſiſtit in indiuiſibili.

Præterea habens latitudinem in aliqua proprietate intima, habet etiam illam latitudinem in ſua natura & eſſentia, cum proprietas intima ſit immediatus effectus illius naturæ; ſed per iſtos datur in formis accidentalibus intenſio per additionem gradus ad gradum in intima proprietate ipſarum formarum, & in effectu formarum, qui eſt ineſſe ſubiecto: ergo ſequitur quòd in eſſentia etiam ipſarum formarum dabuntur iſti gradus. B

Com. 7.

In omni genere eſt vnū quod eſt mēſura aliorum

Tex. 2.

Tertia opinio eſt ipſius Auerrois in 10. huius, qui vult formas accidentales intendi, & remitti penes appropinquationem ad ſummum, & receſſum ab eo: quia cum in omni genere oporteat eſſe vnum, quod ſit metrum & menſura cęterorum, quæ ſunt in illo genere, ſecundum quòd aliqua forma accidentalis accedit, & recedit ad illud, dicitur magis, & minus; ſic etiam in libro de beatitudine voluit omnes res menſurari comparatione ſummi; & hoc videtur etiam eſse de mente Ariſtot. 3. phyſicorum, vbi voluit vnam eſse viam ab Athenis in Thebas, & à Thebis in Athenas, vnam videlicet ſubiecto, ratione tamen alteram: & quare erit vna via ſubiecto, & diuerſa ratione, niſi quia diſtat ab vno gradu, & appropinquat alteri? igitur intenſio & remiſſio erit penes acceſsum ad ſummum, & receſsum ab eo. Sed nec iſta poſitio ſtare poteſt, quia ſtante hac ſententia, ſequeretur, quòd gradus ſummus caliditatis in infinitum excederet gradū medium totius latitudinis caliditatis, quod eſt impoſſibile: conſequentia deducitur: quia plus excedit gradus ſummus gradum medium totius latitudinis, quàm aliquis citra ſummum, & vltra medium: ſed in infinitum aliquis gradus citra ſummum, & vltra medium excedit ipſum medium; quia in duplo plus, & in quatruplo etiā plus, igitur ſummus gradus in infinitum excedit medium; quòd autē in infinitum aliquis gradus citra ſummum, & vltra medium excedat ipſum medium; probatur, quia in infinitum aliquis gradus plus appropinquat ſummo, quàm ipſe medius, & penes appropinquationem ad ſummum eſt intenſio menſuranda, immo ex hoc deduci poteſt, aliquem gradum citra ſummum eſſe, intenſiorem ſummo & etiam ex hac ſententia poterit deduci, quòd aliquis gradus vt A. ſit in duplo intenſior nunc pręciſe, quàm gradus. B, & tamen A. gradus immediate poſt hoc erit in infinitum intenſior. B, cum ſemper poſt hoc remittatur A. Ex hac etiam ſententia deducitur, quòd gradus medius totius latitudinis in infinitum foret remiſſior ſummo; cum ergo tot & tanta inconuenientia ſequantur ex hac opinione, ſequitur ipſam eſse abſurdiorem aliis. Nec fauet huic opinioni auctoritas Ariſto. adducta ex tertio phyſicorum; quia loquitur ibi Philoſophus de actione, & paſſione, quæ ſunt idem ſubiecto, & diuerſa ratione, ſicut via à Thebis ad Athenas, &c. & non ſicut tunica & indumentum: hæc de primo. D

C

Summus gradus excedit medium.

Tex. 21.

Via Athenarum ad Thebas quō ſe habet.

q. 24. ar. 4.

Quoad ſecundum pro declaratione, & dilucidatione veritatis ſciendum eſt primo ex Caietano in 2. 2. S. Thomæ, vbi agitur de augumento charitatis in infinitum, quòd aliud eſt loqui de intenſione formarum pure naturalium, vt calor, albedo, dulcedo, & huiuſmodi; & aliud eſt loqui de intenſione, & remiſſione formarum animalium, vt videre, audire, intelligere, & velle; & aliud eſt loqui de formis ſubſtantialibus, num ſuſcipiant magis, & minus, de quibus in 11. huius Deo fauente diſputabimus, quia formæ naturales vnius tantum perfectionis intenſiue, latitudine contentæ ſunt: formæ vero animales plures habent latitudines intenſiue ſuæ perfectionis: quia alteram habent ex parte ſubiecti; alteram vero ex parte obiecti, vt patet in ſenſu viſus: viſio enim perfectionis augumentum habet, ſecundum quòd magis, ac minus ſubiectum approximatur ſeruata proportione; & rurſus habet augumentum perfectionis ſecundum quòd magis, ac magis attentio videntis eſt ad videndum illud; & quòd ſint diuerſarum rationum huiuſcemodi perfectiones, ex hoc patet, quòd quantumcunque creſcat viſio ex maiori approximatione obiecti; non tamen oportet, quòd creſcat ſecundum perfectiones attentionis, vt experientia teſtatur.

Dilucidatio vnica.

Secun-

A Secundo eſt notandum, quòd hęc diſputatio poteſt agitari ſecundum logicos, & ſecundū philoſophos, & theologos, propterea fuit mota ab Ariſto. in prædicamentis: & quia habet diuerſos opinantes vſque in hodiernum diem, idcirco non fuit determinata ab Ariſto. ſed tantummodo fuit mota quæſtio, quòd aliquis poteſt dubitare, an ſuſcipiat magis & minus, & ſic etiam ſanitas, & albedo, hæc autem quæſtio logice facile ſoluitur dicendo, quòd abſtracta nō dicuntur magis & minus, quoniam imitantur ſubſtantiam in modo ſignificandi, ſubſtantiæ ſiquidem adeo proprium eſt non ſuſcipere magis & minus; vt non ſolum ipſa his careat, ſed etiam omne illud, quod modum ſubſtantiæ ſapit, vt ſic à magis & minus ſuſceptione immune reddatur: clarum autem eſt, quòd res, cum ſignificatur in abſtracto, per modum ſubſtantiæ ſignificatur, quia ſignificatur, vt per ſe ſtans, quod eſt proprium ſubſtantiæ: vnde & à grāmatico ſubſtantiua hæc nomina dicuntur: vna ergo met res diuerſimode ſignificata dicitur ſuſcipere magis, & minus, & non ſuſcipere propter diuerſos modos ſignificandi, quorum alterum repugnat cum magis & minus prædicari; propter quod & apud grammaticos abſtracta comparatiuis nominibus carent: vna enim grammatica non dicitur magis grammatica, B quàm altera, licet homo grammaticus poſſit dici magis grammaticus altero, & ſic patet quomodo apud logicos iſta quæſtio eſt ſoluta, quia abſtracta non ſuſcipiunt magis & minus, bene autem concreta. Agitatur etiam inter theologos in 1. ſentent. vbi diſputatur de augmento charitatis, an fiat effectiue, vel meritorie; & ſi augetur per additionem, vel quomodo; de qua re latius S. Thomas 2. 2. diſputat. Inter philoſophos quoque 2. phyſicorum, & hic apud metaphyſicos; propterea occaſione aduerſariorum doctrinę S. Thomæ, aſſumpſimus prouinciam dilucidandi hanc rem in præſenti.

Cap. de qualitate.

Abſtractum non ſuſcipit magis & minus.

Abſtracta carent comparatiuo.

diſt. 17.

q. 24 ar. 6.

Tertio eſt conſiderandum, quòd iſta vox, ſecundum, inter alias varias habitudines, quas importat; quandoque denotat ſubiectum, vt cum dicimus, iſte eſt albus ſecundum pedem, quia pes eſt ſubiectum albedinis; quandoque denotat formam, vt cum dicitur, iſte eſt coloratus ſecundum albedinem; ſic etiam quando dicimus, aliquid moueri ſecundum hoc, poteſt intelligi, vel ſubiectum, vel formam; ſicuti, quis mouetur ſecundum manum, tunc notatur ſubiectum manus: quando ergo aliqui Doctores dicunt, formam accidentalem ſecundum eſſentiam augeri, denotatur ibi ſubiectum augmenti, vt ſit ſenſus, ipſa eſſentia formæ acciden- C talis augetur, vt cum dicimus, album augetur ſecundum eſſentiam, non deſignatur forma ſpecificans motum, vt ſit ſenſus, augetur ſecundum eſſentiam; ideſt augumentum eius eſt motus in eſſentia, vel in eſſe. Vnde non eſt ponenda latitudo graduum, niſi ſecundum eſſentiam exiſtentem in ſubiecto formaliter: latitudo ergo graduum non conſequitur eſſentiam formæ abſolute; ſed conſequitur eam ſecundum quòd eſt in ſubiecto, & propterea intenſio formæ accidētalis ſuſcipientis magis & minus non fit per additionem formæ ad formam, ſed fit per hoc, quòd ſubiectum magis & minus participat vnam, & eandem formam.

Hęc dictio ſecūdum dicitur multifariam.

Gradus non ſequuntur eſſentiam formę.

Quarto notandum, quòd augumentum, ſeu additio in formis fit ſecundum maiorem, vel minorem diſpoſitionem ſubiecti: ex hoc enim, quòd ſubiectum magis, vel minus diſponitur ad ſuſceptionem formæ, ſecundum hoc forma habet perfectius, vel imperfectius eſſe in ſubiecto, quod eſt intendi, vel remitti ſecundum diuerſos gradus, qui quidem gradus nil aliud ſunt, niſi diuerſi modi eſſendi alicuius formæ in ſubiecto, qui ſequuntur ipſam formā ſecundum quòd eſt in ſubiecto, tanquam propria paſſio ſuum ſubiectum; & iſti modi non ſunt de intellectu quidditatiuo ipſius formæ ſpecificæ; neque indiuidualis. Ex quo patet D quàm turpiter errauerint Aduerſarii, declarantes hos gradus, aſſerentes eſſe portiones, ſeu proportiones perfectionalis formæ ſpecificę extra eius conceptum quidditatiuum, ipſam formam ſpecificam infra ſuum conceptū eſſentialiter includentes, & incluſa realiter intra cōceptum indiuidui; hęc enim verba ſunt inintelligibilia, & ſupra falſo fundamento fundata: propterea nos redeundo ad propoſitum noſtrum dicimus de mente S. Thomæ, gradus formarum eſſe diuerſos modos ipſarum in ſubiecto, & realiter differre ab ipſis, naturaliterque inſequi eas ſecundum eſſe, quod habent in ſubiecto; quia ſicut modus rei non eſt ipſa res, ita modus eſſendi alicuius formę accidentalis in ſubiecto, non eſt ipſa forma accidentalis abſolute conſiderata.

Gradus formę qui dicātur.

Modus rei non eſt res.

Iſtis ſic ſtantibus reſpondetur per concluſiones, vt clarior ſit dilucidatio, quarum prima eſt. Depuratio contrarii à contrario eſt cauſa ſuſceptionis magis, vel minus non totalis, nec vniuerſaliter in omnibus formis ſuſcipientibus magis, & minus; ſed tantum in habentibus contrarium; hęc concluſio eſt de mente Themiſtii in prædicamentis, & S. Thomæ in 1. ſentent. & probatur ſic: illa forma, quę eſt acquiſibilis per motum, intenditur ſecundum quòd magis ac magis accedit ad terminum ad quem, ſed non poteſt magis ac magis accedere ad termi-

Cap. de qualitate. diſt. 17. q. 2.

num ad quẽ, niſi recedat magis, ac magis à termino à quo; ſed recedere à termino à quo eſt de A
Depurari à cõtrario q̃d eſt.
purari à ſuo contrario, cũ motus phyſicus ſit inter terminos contrarios: ergo receſſus à contrario eſt aliqualis cauſa ſuſceptionis magis & minus in habentibus contrarium, & ſic patet qualiter non bene cenſuit Neotericus ille impugnando iſtam concluſionem dicens: vbi nullum eſt contrarium, ibi non eſt magis & minus, ergo approximatio, vel remotio à ſuo contrario non eſt cauſa ſuſcipiendi magis & minus: antecedens patet; conſequentia probatur, quia lumen in medio poteſt eſſe ſecũdum magis & minus, & tamen in medio nullum eſt contrarium luminis; tum etiam quia eandem virtutem poſſunt diuerſi participare ſecundum magis & minus, non participando aliquid de vitio contrarii, puta temperantiam, uel iuſtitiam;
Gratia eſt maior & minor in diuerſis.
tum quia in ſtatu innocentiæ ſecundum magis & minus fuiſſet gratia in diuerſis, & eſt hodie de facto in diuerſis, vbi tamen nullum eſt contrarium peccatum; tum denique quia hic ſeparamur ab inuicẽ in prædicamento habitus, vbi ſecundum Auctorem ſex principiorum nullũ eſt contrarium; & tamen ſecundum eundem Auctorem habitus ſuſcipit magis & minus, quia armatior eſt eques pedite. Præterea accipiatur albedo permixta nigredini fiet intenſior, & perfectior, & tollatur nigredo; nunc ſic, aut illa albedo intenditur per aduentum alicuius poſitiui, vel tantum per remotionem nigredinis: ſi primum, habetur propoſitum: ſi ſecundum, contra; quia nullius effectus poſitiui poteſt eſſe cauſa priuatiua, ſed intendi eſt effectus poſitiuus, amotio autem nigredinis eſt tantum cauſa priuatiua: ergo illa non poteſt eſſe cauſa illius intenſionis. Et confirmatur, quia motus denominatur à termino ad quem, vt ſcribitur B
Ter. 4.
5. phyſicorum, ſed illa intenſio albedinis eſt dealbatio ex eodem 5. phyſicorum: ergo termi-
Tex. 8.
nus eius eſt aliqua albedo, & per conſequens non iſta ſeparatio nigredinis.

Hæc omnia argumenta, & alia etiam quamplurima adducta ab Aduerſariis dupliciter ſol-
Duplici via ſoluũtur argumẽta Recentiorum. diſt. 17. q. 1. ar. 2.
uuntur. Primo concedendo, quòd depuratio contrarii à contrario non eſt totalis cauſa ſuſceptionis magis & minus, & hoc probant argumenta. Secundo etiam ſoluuntur, quia concluſio poſita non eſt intelligenda vniuerſaliter, ſcilicet in omnibus formis accidentalibus, quæ ſuſcipiunt magis, & minus; ſed tantum in illis, quæ habent contrarium, & quæ ſunt acquiſibiles per motum, vt docuit S. Tho. 1. ſent. vbi aſſerit non eſſe de ratione intenſionis alicuius qualitatis, quòd ſit per remotionem à contrario; ſed hoc accidit qualitati ſecundum quòd eſt in ſubiecto participante contrarium, ſicut patet de diaphano, in quo nihil eſt contrarium C
luci, ſecundum quòd poteſt lumen intendi ſecundum incrementum virtutis illuminantis, ex quibus patet manifeſte non eſſe ad propoſitum argumenta adducta de lumine, virtute, & gratia in ſtatu innocentiæ, & in patria, & de habitu, quia iſtis nihil eſt contrarium. Concluſio
Cap. de qualitate.
itaque iſta intelligitur de formis habentibus contraria, vt dictum eſt, quod etiam docuit Simplicius in prædicamentis, vbi vult formas effici intenſiores, vel remiſſiores per maiorem vel minorem admixtionem cum contrario, aſſerens, formam eſſe intenſiorem, quæ minus ſuo contrario eſt admixta, remiſſiorem vero quæ magis illi eſt copulata, qua ratione velle videtur intenſionẽ nil aliud eſſe, quàm formæ depurationem: remiſſionem aut nihil aliud, quàm
Cap. 5.
illius commixtionem, quod etiam Ariſto. docuit 3. topicorum aſſerens, quæ contrariis ſunt impermixtiora, ſunt magis talia, vt albius, quod eſt nigro impermixtius. Auerroes quoque 5.
Com. 45.
phyſicorum inquit, album non fieri minus album niſi ex permixtione ſui contrarii; patet ergo ſententiam iſtorum aduerſari tot tantiſque grauiſſimis Auctoribus.

Secunda concluſio eſt. Forma accidentalis dicitur ſuſcipere magis & minus ſecundum diſpoſitionem ſubiecti, vel ſecundum eſſe in ſubiecto. Pro intellectu huius concluſionis ſciẽ D
Quare aliquid efficitur calidius.
dum eſt, quòd ſi aliquid efficitur magis album, vel magis calidum, non eſt per additionem alicuius albedinis, vel caloris; ſed quia illa qualitas, quę prius inhęrat, intẽditur ſecundũ proprietatem ad terminum: hæc autem intenſio contingit diuerſimode in qualitatibus ſimplicibus, & compoſitis, primis, & ſecundis: qualitates enim compoſitæ vel ſecundæ intenduntur ſecundum intenſionem qualitatum primarum: ſicut ſanitas, & ſapor, & alia huiuſmodi ſecundum intenſionem caloris, frigoris, humoris, & ſiccitatis; qualitates autem primæ, & ſimplices intenduntur ex cauſis ſuis, ſcilicet agente & recipiente: agens enim intendit reducere pa-
Qualitates primæ intenduntur ex cauſis ſuis.
tiens de potentia in actũ ſuæ ſimilitudinis quantumcumque poteſt, ſicut autem non calidum eſt potentia calidum, ita minus calidum eſt potentia reſpectu magis calidi, vnde ſicut per actionem magis calidi efficitur de non calido calidum, non quòd ponatur ibi aliquis calor, ſed quia calor, qui eſt in potentia, educitur in actum, ita etiam efficitur magis calidum per actionem calidi in quantum educitur calor, qui erat vt actus imperfectus in maiorem perfectionem, & maiorem aſſimilationem agentis; & hoc contingit ſecundum quòd potentia ſubiecta actui, quæ quidem inquantum in ſe eſt, ad multa ſe habet, magis ac minus termina-

tur

A tur ſub actu illo, vel quia augetur virtus agentis, ſicut ex coniunctione plurium luminarium
intenditur illuminatio, vel ex parte ipſius materiæ ſecundum quòd efficitur ſuſceptibilior lu- Quare illuminatio aliquã-
minis, v.g. aer quando plus attenuatur, fit ſuſceptibilior illius actus, qui eſt lumen. do- efficitur maior.
Notandum etiam eſt, quòd de ratione intenſionis alicuius qualitatis eſt, quòd educatur
de imperfecto ad perfectum: hæc autem eductio, ſiue perfectio eſt ex potentialitate ipſius
materiæ, quæ ſubiicitur perfectioni, & actui: cum enim omnis potentia receptiua ad multa ſe
habeat ſecundum iſtam multiplicitatem ipſius diſſimilis principio agenti, quod eſt termina-
tum ad actum vnum, & ſecundum quòd iſta confuſio potentialitatis magis ſubiicitur actui,
perfectior efficitur actus, & ipſum perfectum magis efficitur vnum, & magis aſſimilatum pri-
mo agenti: hæc autem confuſio potentialitatis eſt in qualibet natura creata ſecũdum id, quod
nondum eſt perfectum per actum. Ex iſtis patet concluſio, formam ſuſcipere magis & mi- Senſum concluſionis uide hic.
nus ſecundum diſpoſitionem ſubiecti, quæ ita probatur; ſuſcipere magis & minus eſt inten-
di, & remitti, vt ſepius dictum eſt; ſed quotieſcunque ſubiectum eſt magis diſpoſitum, forma
magis intenditur, ſecundum vero quòd eſt minus diſpoſitum, minus intenditur, igitur con-
B cluſio vera ſecundum diſpoſitionem ſubiecti, vel ſecundum eſſe in ſubiecto formam acciden
talem dici ſuſcipere magis, & minus; & hæc eſt ſententia Ariſto. 2. de anima, vbi docuit, actus Forma intenditur ſecun-
actiuorum eſſe in patiente bene diſpoſito; nec iſta concluſio coincidit cum opinione ſuperius dum diſpoſi-
reprobata, quam recitauit Herueus, & Ariminenſis, quia illa opinio dicebat intenſionem tionem ſubiecti.
formarum accidentalium fieri per additionem gradus ad gradum in eſſe formæ; concluſio Tex. 56.
autem noſtra, quæ eſt S. Thomæ 1. ſentent. non eſt ita, ſed eo modo, quo in ſuperiori conclu- diſt. 17. q. 2. ar. 2.
ſione, & in notabilibus fuit declaratum.
Nec valet argumenta Neotericorum aduerſus iſtã concluſioné; & præſertim illud, in quo
quærunt, illud eſſe ſeu diſpoſitio formæ, vel eſt idem cum eſſentia ipſius formę, vel non, ſi
idem, habetur propoſitũ, quia cum illa diſpoſitio ſit maior & minor, ergo & eſſentia formæ
erit maior & minor, cuius oppoſitum dictum eſt ſupra, quòd forma ſecundum eſſentiam nõ
ſuſcipit magis vel minus, ſi vero non eſt idem, quæritur de illo, vtrum ſecundum eſſentiam
ſuſcipiat magis & minus, vel non; ſi ſic, habetur propoſitum; ſi non, tunc datur proceſſus in
infinitum, quod eſt inconueniens. Soluendo hoc argumentũ dicimus, quòd ſubiectum,
C quod magis vel minus ſubiicitur actui, dicitur magis vel minus diſpoſitum, non quidem per
ipſam eſſentiam formæ abſolutæ, ſed per hoc, quòd ab agente confuſio potentialitatis eius
determinatur ad vnum actum agentis, & talis diſpoſitio non eſt ipſa eſſentia formæ, neque
ſuſcipit magis & minus, ſicut id, quod intenditur, ſed eſt id, à quo forma habet, quòd inten-
datur, propterea nõ ſequitur, quòd ſit proceſſus in infinitum: non enim valet conſequentia,
illa diſpoſitio non intenditur, ergo per eam forma non intenditur: ſicuti nec valeret iſta con- Forma non ẽ
ſequentia, forma ſubſtantialis non eſt id, quod eſt, ergo per formam ſubſtantialem non ha- id quod eſt,
bet aliquid, quod ſit. ſed quo res ẽ
Nec etiam valet illud aliud argumentum: in quo aſſerunt quòd habito termino ſub ratio-
ne, qua terminus, ceſſat motus, quoniam præſentibus habitibus in materia ceſſat omnis mo-
tus & generatio, 1. de generatione, quòd eſt manifeſtum, nam acquiſita ſcientia ceſsat appeti- Tex. 55.
tus ad eam; ſed in principio calefactionis habetur caliditas, & ſecundum rationem, quæ
eſt terminus calefactionis; ergo in principio ceſſabit motus, quod eſt abſurdum dicere: proba
D tur minor, quia omne, quod mouetur, habet aliquid de termino à quo, & aliquid de termino
ad quem ex 6. phy. ergo in principio calefactionis in ipſo calefactibili eſt aliquid de eſſentia Tex. 38.
caloris: ſi igitur eſſentia caloris non ſuſcipit magis & minus, in principio erit calor perfectiſ-
ſimus, ſecundum quem modum eſt terminus motus. Et ſi quis diceret ad hoc, quòd calor
non eſt terminus ſecundum perfectionem eſſentiæ, ſed ſecũdum perfectius eſſe in ſubiecto.
Inſtant quia ſi motus eſt ad perfectius vel ad perfectum eſſe in ſubiecto, illud, quod eſt eſſe
in ſubiecto, uel eſt idem cum eſsentia caloris, uel aliud: ſi primo, ergo ſi illud eſse non eſt
perfectum, igitur nec eſsentia caloris, & ſic habetur propoſitum: ſi autem eſt aliud, & accidẽs
cum illud ſuſcipiat magis uel minus, habetur etiam propoſitum. Et confirmatur hoc, quia
inter calorem maiorem, & minorem eſt per ſe motus, ex 5. phyſicorum, ſed calor maior Tex. 19.
vel minor ſunt quædam formæ de genere qualitatis: ergo aliquid de genere qualitatis
eſt per ſe motus.
Ad quæ omnia reſpondendo dicimus, negando minorem primi argumenti; & ad pro-
bationem eius negamus conſequentiam, quia eſt contra experientiam, & ſenſum:
non enim valet hoc; calor ſecundum eſſentiam ſuam in principio calefactionis, puta in
aqua tepida recipitur, & eſt; igitur calor in principio calefactionis in aqua tepida eſt per-

ſectiſſimus, hæc enim argumentatio eſt ſatis vitioſa, & fallax. Ad inſtantiam adductam etiam A
reſpondentes dicimus, quòd illud eſſe non eſt eſſentia formæ, quod quidem eſſe non eſt id,
quod ſuſcipit magis & minus, ſed eſt id ſecundnm quod forma ſuſcipit magis, & minus.
Ad confirmationem etiam adductam negamus minorem; quia calor maior & minor non
ſunt duæ formæ eſſentialiter diſtinctæ; ſed vna forma differens ſolummdo ſecundum mo-
dum eſſendi; & ſic non oportet, quòd forma illa ſuſcipiat magis, & minus ſecundum eſſen-
tiam; ſed ſolum ſecundum modum eſſendi in ſubiecto. Deinde habetur reſponſio commu-
nis ad hæc argumenta vltra reſponſiones proprias, & particulares datas, quia concluſio intel
ligenda venit non de cauſa præciſa, & totali, ſed diſpoſitiua, itaquòd diſpoſitio ſubiecti eſt ca-
uſa diſpoſitiua, quòd forma accidentalis ſuſcipiat magis & minus.

Cauſa concomitans ſuſcipiẽdi magis & minus quę ſit.

Tertia concluſio eſt. Radicatio maior vel minor formæ in materia eſt cauſa concomitans
ſuſcipiendi magis & minus: pro declaratione concluſionis notandum, quòd per radicationẽ
formæ in materia, intelligimus fixionem, ſeu intimationem cum materia, vel participationẽ,
qua materia participat ipſam formam, vel comprehenſionem, qua ſubiectum comprehendit
formam; probatur concluſio ſic, quotieſcunque forma intenditur in ſubiecto, quæro, aut hoc B
eſt deforis adneniens, aut eſt ex maiori radicatione formæ in ſnbiecto: non primo, quia nulla
eſt aſſignanda cauſa deforis: ergo ſecundo, & ſic ex maiori radicatione forma ipſa augetur:

q. 24. ar. 4.

hæc concluſio habetur ex S. Thoma clare 2. 2. vbi ſoluit argumentum de augumento chari-
tatis, qno quidã probabant charitatẽ non poſſe augeri, qnia augmentũ eſt qnidã motus; ergo
qđ augetur mouetur, qnod ergo augetur eſſentialiter mouetur eſſentialiter; ſed nõ mouetur
eſſentialiter, niſi quòd corrũpitur, vel generatur: ergo charitas non poteſt augeri eſſentialiter;
niſi forte de nouo generetnr vel corrumpatur, qnod eſt inconueniens. Et reſpondendo huic
argumento: recitat opinionem aliquorum dicentium, charitatẽ non augeri ſecundum eſſen-
tiam, ſed ſolum ſecundum feruorem; nihilominus vltimate dicit ipſe Doctor, quòd charitas

Charitatem augeri eſſentialiter dupliciter põt intelligi.

augetur eſſentialiter, quia magis ac magis incipit eſſe in ſubiecto: vnde charitatem augeri ſe-
cundum eſſentiam poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quòd in eius eſſentia augeatur; &
hoc modo negatur. Alio modo ſecundum eſſentiam inhærentem ſubiecto, & ſic conceditur:
quia hoc nihil alind ẽ, niſi magis radicari in ſubiecto, & illa radicatio eſt remiſſio ſui cõtrarii.

Nec valent argumenta Aduerſariorum contra iſtam concluſionem, quia quando quærunt C
in ſuo primo argumento, vel illa radicatio eſt aliquid diſtinctum à forma radicata, vel non:
ſi non, habetur propoſitum, quia cum iſta radicatio ſit maior, vel minor: ergo & forma: ſi eſt
aliqnid diſtinctum, quęritur vel eſt forma abſoluta, vel reſpectiua, ſi abſoluta, habetur inten-
tum, ſi reſpectiua, ſimiliter habetur propoſitum, quia magis & minns in forma reſpectiua ori
tur ex magis & minus in forma abſoluta. Hoc enim ſoluitur facile dicendo ſecundum rei ve-

Radicatio formę in ſubiecto an diſtinguatur à forma.

ritatem, quòd illa radicatio paſſiue ſumpta diſtinguitur à forma, nec ipſa ſuſcipit magis & mi
nus, ſed per eam aliquid ſuſcipit magis & minus, ſicut albedo non eſt alba, ſed per eam pa-
ries eſt albus. Secundum quoque argumentum: in quo dicunt, quòd ſi radicatio maior, vel
minor formæ in materia eſt cauſa ſuſcipiendi magis, vel minus, ſequitur, quòd vbi forma eſt
magis radicata, ibi ſnbiectum eſt magis tale, conſequens eſt falſum, nam ſecundum medicos
febris ethica eſt magis radicata, quàm tertiana; tamen tertiana eſt intenſior: ideo tertiana fe-
bre laborãs eſt magis febricitans: ſimiliter verecundus eſt quandoque rubicundior, & tamẽ
rubor eſt in eo minus radicatus, quàm in aliquo, qui non eſt tam rubeus, puta ſanguineus.
Solnitur dicendo, quòd conſeqnens eſt verum, loqnendo de formis eiuſdem ſpeciei: ſed fe D

dist. 49. q. 3. Febris ethica eſt maior tertiana.

bris ethica, & tertiana non ſunt eiuſdem ſpeciei, vel, vt dicit S. Thomas in 4. ſentent. febris
ethica eſt intenſior, licet calor eius minus ſentiatur, quia eſt infuſa in membris, quaſi comple-
xio. Hinc dicunt medici, calor ethice exiſtens in membris, eſt maior intenſiue, & gradualiter
quàm caliditas exiſtens in membris cuiuſcunque putridæ perducentis ad illam ethicam.

Quarta concluſio. Formam accidentalem eſſe maiorem, vel minorem eſt ipſam magis in-
eſſe ſuſceptibili propter latitudinem, aut diuiſibilitatem eius in ſubiecto; hæc concluſio eſt

q. 7. ar. 11: Varię ſentẽtię doctorũ de intenſione & remiſſione formarum.

expreſſe de mente S. Thomæ loco ſuperius allegato, vbi vult latitudinem non conuenire for-
mæ ſecundũ ſe, vt diſtinguitur contra ſeipſam, ſicut cõuenit latitudo extenſiua quantitati mo
lis, & latitudo obiectiua quantitati habitus ſcientifici, eſt etiam expreſſa ſententia S. Thomæ
in 3. p. quia multæ ſunt opiniones Doctorum de hac re, dum quidam exiſtimant formam ac-
cidentalem habere latitudinem perfectionis. Quidam autem negant abſolute, & inter hos
quidam dicunt formam conſiſtere in indiuiſibili, ſed ineſſe ipſius, quo ſubiecto ineſt, latitu-
dinem perfectionis habere; & ſecundum hoc intenſionem, & remiſſionem formarum atten-
di debere, itaquòd albedo nunquam eſt intenſior, ſed album eſt intenſius proprie loquendo,

& in-

A & inter illos Doctores, quidam dicunt formas habere latitudinem perfectionis. Alij putant
in eis dari partes ſucceſſiuas, ita quòd albedo, quæ intenditur, diuiditur in partes ſucceſſiuas,
ſicut motus intenſionis, & in termino manet albedo terminans partes præcedentes. Alii arbi
trantur in illa latitudine dari partes permanẽtes, & diſtinctas inter ſe, itaquòd adueniente vna
non recedit alia. Alii autem putant in illa latitudine dari quaſi partes, ſeu gradus permanen-
tes, non in actu omnes, ſed tantum vnam, reliquas vero in potentia. Inter hos opinantes S.
Thomas voluit inhærere peripateticis in hac cõcluſione, qui dicunt formas accidentales nõ
habere aliud eſſe, niſi prout inſunt ſubiecto, vt patet ex 7. huius, accidentia non eſſe entia, Tex. 2.
niſi quia entis.

Quoad tertium ſoluenda ſunt argumenta illorũ, qui tenent formas eſſentialiter intendi p
additionem, quorum primum eſt; ſicut fit augumentum ſecundum quantitatem corporalem,
ita ſecundum quantitatem virtualem; ſed augumentum quantitatis corporalis fit per additio
nem, vt docet Ariſto. 1. de generatione, augumentum eſt præxiſtenti magnitudini additamen- Tex. 31.
tum: igitur etiam augumentum cuiuſlibet formæ accidentalis, quod eſt ſecundum virtualem
B quantitatem, erit per additionem formæ ad formam, ſeu gradus ad gradum. Ad quod re- Quantitati
ſpondendo dicimus, quantitatem corporalem habere aliquid inquantum eſt quantitas, & ali corporali
quid inquantum eſt forma accidentalis: inquantum eſt quantitas habet, quòd ſit diſtinguibi- duo cõueni-
lis ſecundum ſitum, & numerum: & ideo hoc modo conſideratur augumentum magnitudi- re poſſunt.
nis per additionem, vt patet in animalibus; inquantum vero eſt forma accidentalis, eſt diſtin-
guibilis ſolum ſecundũ ſubiectum, & ſecundũ hoc habet proprium augumentũ, ſicut & aliæ
formæ accidentales, per modum intenſionis eius in ſubiecto; & ſimiliter ſciẽtia habet quanti-
tatem inquantum eſt habitus ex parte obiectorum, & ſic augetur per additionem inquantũ
aliquis plura cognoſcit: habet etiam quantitatem inquantum eſt forma accidentalis ex eo,
quòd ineſt ſubiecto; & ſecundum hoc augetur in eo, qui certius eadem ſcibilia cognoſcit nũc
quàm prius, ſic dicendum eſt de aliis formis accidentalibus, quòd prout accidentales ſunt,
augentur per ſolam intenſionem in ſubiecto, non quòd forma addatur formæ, ſeu quòd gra-
dus addatur gradui. Ex hac reſponſione patet, quàm turpiter errauerit Chryſoſtomus Iauel-
lus Canapicius in hoc 8. vbi vult formas augeri eſſentialiter, quæ quidem opinio eſt expreſſe queſt. 6.
C contra doctrinam S. Thomę 2. 2. vbi vult, formas augeri per hoc, quòd intenduntur in ſubie- q. 24. art. 4.
cto; & ſi alibi S. Tho. dixerit formas augeri ſecundum eſſentiam, eſt ſemper intelligendus,
prout ipſæ formæ reſpiciunt ſubiectum, ſeu ſecundum eſſentiam exiſtentem in ſuſceptibili:
quia vt probat Ariſt. 6. phyſicorũ, ſimplex additũ ſimplici non facit aliquid maius, ſed formæ Tex. 2.
ſunt ſimpliciſſimæ ſecundum earum eſſentiam abſolute conſideratę: ergo non poſſunt effici
maiores, & denſiores.

Et ſi quis diceret contra iſtam reſponſionem; illud, quod ſuſcipit magis, vel minus, eſt varia
bile; ſed forma accidentalis eſt inuariabilis etiam vt reſpicit ſubiectum ex Auctore ſex princi
piorum, quòd forma eſt compoſitioni contingens ſimplici, & inuariabili eſſentia conſiſtens;
igitur nulla forma poterit ſuſcipere magis & minus: quod etiam patet ex verbis Ariſt. hic vbi Forma eſt cõ
vult formas eſſe veluti numeros; ſed numeri nullo pacto ſuſcipiunt magis, & minus, nec in ſe poſitioni cõ
nec in ordine ad ſubiectum: ergo etiam & forma ipſa accidentalis, nec ſecundum eſſentiam tingens ſim-
abſolute, nec ſecundum eſſentiam exiſtentem in ſubiecto, poterit ſuſcipere magis, & minus. plici & inua
Sed hæc ſoluit S. Thomas 1. p. dicendo, quòd formę dicuntur inuariabiles, quia non poſ- riabili eſſen-
D ſunt eſſe ſubiectum variationis inquãtum ſubiectum ſecundum eas variatur, & ſic variatæ nõ tia. q. 9. ar. 2.
dicuntur entia, quaſi ſint ſubiectum eſſendi: ſed quia eis aliquid eſt: formaliter igitur reſpon-
dendo ad auctoritatem Gilberti dicitur, quòd aliquid eſſe variabile ſumitur vno modo prout Variabile bi
eſt ſubiectum mutationis, & hac ratione nulla forma eſt variabilis, cum ſubiectum motus ſit fariam dici-
compoſitum. Alio modo poteſt aliquid dici variabile, quia id in quo reperitur eſt ſubiectũ tur.
variationis, & motus, & ſic negandum eſt formas prout reſpiciunt ſubiecta, eſſe inuariabiles.
Auctoritas Ariſt. non eſt contra nos: quia ipſe comparat formas numeris quantum ad hoc,
quòd ſicut vnitas addita numero variat ſpeciem, ſic ſi additur aliqua realitas eſſentię formæ
ipſi formæ præexiſtenti variabitur ſpecies: nos autem non ponimus intenſionem fieri per ad-
ditionem partis formæ ad formam: ſed per maiorem participationem formæ in ſubiecto.

Sunt aliqui, qui ex verbis Ariſt. in prædicamentis volunt probare formas augeri per addi- Cap. de quã-
tionem gradus ad gradum: quia ibi Ariſt. aſſerit, quanta eſt ſuperficies, tantam albedinem eſ- titate.
ſe; ſed aliqua ſuperficies dicitur maior vel minor per additionem; ergo & albedo ipſa, quæ
eſt forma accidentalis, dicitur maior per additionem albedinis ad ipſam, & minor per ſubtra Error aduer-
ctionem. Sed decepti ſunt iſti non conſiderantes, quòd albedo extenditur per accidens, ſcili- ſariorum.

 cet

cet ſecundum quòd eſt in ſubiecto habente maiorem, vel minorem ſuperficiem:ipſa enim al A
bedo non intenditur per additionem aduenientis quantitatis virtualis,ſed per maiorem perfectionem præexiſtentis quantitatis, itaquòd ſicut in rarefactione eſt extenſio quantitatis dimenſiuæ præexiſtentis abſque nouæ quantitatis additione,ita in intenſione albedinis eſt quaſi extenſio quantitatis virtualis præexiſtentis abſque additione.

Alij vero arbitrantur impoſſibile eſſe aliquam formam ſe communicare alicui ſubiecto ſecundum magis & minus, niſi in ſua eſſentia habeat gradus, alioquin ſecundum eundẽ gradum participaretur à quocunque ſubiecto;ſed forma accidentalis communicat ſe ſuo ſuſceptibili ſecundum magis,& minus:ergo in ſua eſſentia habet gradus. Sed hi etiam inciderunt in errorem propter diuerſas opiniones loquentes de gradibus. Aliqui enim Doctores habuerunt opinionem gradus formæ eſſe differentias indiuiduales illius formę, quas hæcceitates vocabant. Aliqui vero gradus dicebant eſſe portiones perfectioris formæ. Aliqui docuerunt eſſe indiuiſibilia formæ, veluti puncta lineæ. Aliqui vero partes potentiales ipſius formę,propter varietatem ergo harum opinionum inciderunt in errorem maximum. Nos autẽ diximus has nugas non eſſe neceſſarias, ſed ſufficere ad intenſionem formarum eas magis in B
eſſe ſuſceptibilibus earum; non autem aliam formam, ſeu gradum eis aduenire: formaliter igitur ad argumentũ iſtorũ reſpondendo, negamus maiorẽ.Nec probatio aliquid valet, quia ſufficit formam ipſam magis ineſſe ipſi ſubiecto. Plurima autem eſſent ſoluenda argumenta aduerſus ea,quæ dicta ſunt; ſed ne nimia prolixitate offendam ingenia lectorum, ea derelinquo,tum quia ex his,quæ dicta ſunt poſſunt diſſolui, tum etiam quia fuſius diſſoluit ipſa Capreolus 1.ſent.ſic etiam & Herueus & cæteri ſententiarij.

Cauſa deceptionis aliquorum.

diſt.17.q.2.

Quid eſt igitur quod hominem facit vnum, & cur vnum & non multa ſunt, animal,& bipes &c. Tex. 15.

Vtrum ex materia, & forma conſtituatur vnum per ſe. C

Dilucidatio ſeptima.

RESPONDENTES huic diſputationi tria breuiter dicemus. Primo recitabimus opinionem Aduerſariorum videndo quid boni vel mali dicant. Secundo determinabimus veritatem. Tertio ſoluemus quę in contrarium adduci ſolent. Quantum ad primum dicunt ipſi,quòd ſicut vnum in communi immediate conſequitur ens in communi, ita illa propoſitio, ens eſt vnum,eſt immediata:quia nullum eſt medium nobis notius ad hoc demõſtrandum;nec forte aliquod medium aliud in re à quidditate extremorum ita ſingula entia ſecundum proprios gradus entitatis conſequitur immediate propria vnitas, nec eſt alia ratio diuerſæ vnitatis;niſi alta entitas,quam ſequitur immediate:exemplum, ſimplicia ſunt vnum,& compoſita ſunt vnum; tamen aliter,& aliter,quia alia, & alia eſt entitas; D
ſicut ergo omnino ſimplex ſe toto eſt ens,& vnum,ita compoſitum eſt ens,& vnum ex principiis eſſentialibus,cuiuſmodi ſunt materia,& forma,quę ſola nata ſunt aliquod ens per ſe conſtituere. Vnde tale compoſitum eſt per ſe vnum propria vnitate alterius rationis ab vnitate ſimplicis,ſicut & eius entitas eſt alia ab illa entitate.

Materia & forma ſunt principia eſſentialia.

Secundum dictum ipſorum eſt hoc:ideo ex materia,& forma fit vnum per ſe,quia hoc eſt potentia,illud vero actus:ex ſubiecto & accidente non fit vnum per ſe, quia ſubiectum eſt vt potentia: accidens vero vt forma,& actus. Tertium eſt quod dicunt,cur ex quatuor elementis natum eſt fieri vnum mixtum,& ex lapide & carne non eſt natum fieri vnum, non eſt aſſignanda alia ratio,& alia cauſa,niſi quia iſtæ ſunt tales partes,& illæ tales. Vltimum eſt, quod aſſerunt:ex materia,& forma dicitur fieri vnum per ſe,quia forma ſubſtantialis eſt talis actus & materia tale potentiale:ex ſubiecto,& accidente fit vnum per accidens,quia accidens eſt talis actus,ſubſtantia talis potentia, itaquòd actus & potentia intelligantur proportionabiliter vnitati ſi per ſe,per ſe,ſi per accidens,per accidens:ſed quare ille actus eſt per ſe actus, & ille per accidens,non eſt niſi,quia iſta eſt forma ſubſtantialis, & illa accidentalis, & hæ ſunt propoſitiones

A poſitiones per ſe primo notæ, & ideo non eſt quærendum propter quid. i. aliqua canſa intrinſeca, ſed ſolum extrinſeca, ſcilicet agens, vt docet Ariſt in præſenti contextu. Hæc ipſi aſſerunt in pluribus locis ſuæ doctrinæ.

Cauſa duplex intrinſeca & extrinſeca.

Sed in iſtis ſunt multa falſo, & impertinenter dicta. Primo enim illa propoſitio; ens eſt vnum, quam dicunt eſſe immediatam, non eſt ad mentem Ariſt. 1. poſt. cum ibi Philoſophus dicat propoſitionem immediatam eſſe illam, quæ eſt indemonſtrabilis in illa ſcientia, in qua eſt propoſitio immediata; ſicuti eſt ea, in qua definitio prædicatur de definito, & vniuerſaliter omnis propoſitio in primo modo dicendi per ſe; ſed ens eſt vnum, nõ eſt huiuſmodi propoſitio, quia vnum non eſt definitio ipſius entis, immo ſecundum omnes metaphyſicos vnũ dicitur paſſio entis, vt etiam latius docuimus in 4. huius: ergo maledictum eſt ab iſtis propoſitionem iſtam, ens eſt vnum, eſſe propoſitionem immediatam. Præterea dictum etiam eſt ab iſtis, in ſimplicibus eſſe aliam entitatem ab illa, quæ eſt in compoſitis. Hoc dictum aduerſatur dictis ipſorum 4. huius, vbi acrius defendunt ens dici vniuoce de omnibus entibus, tam de ſimplicibus, quàm de compoſitis: ſi ergo ens vere dicitur vniuoce de omnibus entibus, nõ
B dicitur alia, & alia entitas in ſimplicibus, & compoſitis, ſicuti animal cum vniuoce dicatur de homine, & leone, in ratione animalis non eſt aliud ipſum animal in homine, & leone, ſed in vtroque eſt ſubſtantia animata ſenſitiua.

Impugnatio Cap. 2.

Vnum non eſt de definitione entis. Diluc. 1.

Quæſt. 1.

Secundum dictum ipſorum eſt ambiguum, qnia vnum pluribus modis dicitur, & de vnitate aggregatiouis, ſicuti exercitus, & populus dicuntur eſſe quoddam vnum: & de vnitate ordinis, ſicuti vniuerſum dicitur eſſe quoddam vnum, & de vnitate ſubiecti cum accidente, vt homo albus dicitur eſſe quoddam vnum, & de vnitate vnionis, vt materia, & forma dicuntur eſſe quoddam vnum, prout ex ipſis reſultat vna tertia natura; cum ergo tot tantiſque modis ipſum vnum dicatut, & ipſi uon diſtinxerint de qua vnitate loquantur; ſequitur eos dignos eſſe reprehenſione.

Vnum multifariam dicitur.

In tertio quoque dicto male aſſignarunt cauſam, cur ex lapide & carne non eſt natum fieri vnum: dicunt enim, quia ſunt tales partes. Hæc enim non eſt vera cauſa, quia ſic facile poſſemus aſſignare cauſam in omnibus entibus: ſed vera, propria, ac immediata cauſa eſt, quia caro, & lapis ſunt duo entia in actu, & ex duobus entibus in actu non eſt aptum natum fieri
C vnum per ſe, & ſic etiam peccarunt in aſſignando cauſam, cur ex ſubiecto & accidente communi nõ fiat vnum per ſe, dicunt enim non eſſe aliam cauſam, niſi quia ſubiectum & accidẽs commune ſunt tales naturæ, quòd non conſtituũt vnum per ſe, ſicut per oppoſitum materia, & forma ſunt tales naturæ, quòd conſtituunt vnum per ſe. Sed hoc nihil eſt dictum, quia vera, & immediata cauſa eſt, nam ex actu & pura potentia aptum natum eſt fieri vnum per ſe, non autem ex duobus, quorum vnum eſt actu, & alterum eſt etiam actus, ſiue quia vtrunque eſt in actu: & hanc rationem aſſignat Ariſt. contra Platonicos, alioſque antiquos in litera. In vltimo etiam dicto peccarunt peccato manifeſto; quia non viderunt qnòd cum accidens duplex ſit, alterum proprium, ſiue propria paſſio, & alterum commune: ex accidente proprio, & ex ſubiecto licet non fiat vnum per ſe metaphyſice, ſeu entitatiue, fit tamen vnum per ſe logice, ſiue prędicatiue: ex accidente communi & ex ſubiecto nec metaphyſice, nec logice vnum per ſe fieri poteſt.

Ex duobus in actu non fit per ſe vnum.

Accidens eſt duplex.

Quantum ad ſecundum pro dilucidatione veritatis eſt ſciendum primo, quòd fuit magna diſcordia inter antiquos de cauſa diuerſitatis, ſeu diſtinctionis, & vnitatis in rebus. Quidam
D enim antiquorum philoſophorum, de numero quorum fuit Thales Mileſius, poſuerunt diſtinctionem in rebus prouenire à caſu, quia dixerunt primum principium omnium rerum eſſe quoddam vnum materiale. Hi enim maxime errarunt circa naturam primi ptincipii, vt docet S. Tho. 1. p. Alij vero, de numero quorum fuit Anaxagoras, docuerunt propter contrarietatem principiorum agentium prouenire diuerſitatem rerum. Auicennas autem dixit cauſam diſtinctionis rerum eſſe ordinem ſecundorum agentium. Origenes vero voluit meritum, & demeritum eſſe cauſam diuerſitatis in rebus.

q. 47. art. 1.

Sententia Origenis de cauſa diuerſitatis rerũ.

Secundo eſt ſciendum, quòd quidam voluerunt aſſignare cauſam ipſius vnitatis in rebus, & dixerunt eſſe quandam participationem, & hi fuerunt Platonici, vt docet S. Thomas in hoc lib. Alii vero cauſam vnitatis dixerunt eſſe quandam conſubſtantialitatem, ſiue coexiſtentiam animæ cum corpore, vt puta ſi diceremus ipſam eſſe animationem, quemadmodum Lycophron poſuit ſcientiam eſſe medium inter animam, & ſcire. Alii autem dixerunt ipſum viuere eſſe medium, per quod coniungitur anima ipſi corpori.

Tertio ſciendum eſt, vt docet. Auerr. 4. cęli, quòd diſpoſitio medij eſt vt in eo congregentur contraria, & eſt multiplex ipſum medium. Nam vel eſt medium magnitudinis, & hoc re-

Com. 40.

peritur

peritur in prædicamento quantitatis. Vel eſt medium virtutis, vt docuit ipſemet in paraphra A
ſi ſecundi de cęlo, hoc tale reperitur in omnibus prædicamentis. Vel eſt medium mũdi, quod eſt diuiſibile habens latitudinem. Vel eſt medium ſpatii, quod eſt illud, in quod mobile prius peruenit, quàm ad extrema. Vel eſt medium colligationis, ſicut clauus eſt medium colligationis, vel coniunctionis inter duas tabulas.

Vltimo eſt notandum, quòd forma eſt principiũ agendi operationes, quæ neceſſariæ ſunt
Tex. 53. aut oportunæ pro compoſiti conſeruatione. Vnde docuit Philoſophus 2. de gener. & corru.
Paſsiones materiæ quę ſunt. quòd materiæ eſt pati & moueri, mouere autem & facere alterius potentiæ, ſcilicet formæ: ex hoc ſequitur, quòd compoſitum non eſt primum principium effectiuum ſuarum operationũ, niſi ratione formę, quæ eſt pars compoſiti; materia vero non agit; quia iſte modus cauſandi eſt proprius formæ: ſed modus cauſandi materiæ eſt, vt ſit id ex quo compoſitum eſt, & in
Com. 17. quo eſt forma, vt docuit Commentator 2. metaphy. materiæ officium eſt indiſtinctum, & indeterminatum quid, diſtinguibile & determinabile tamen per formam: ipſa enim eſt natura, idcirco eſt principium intrinſecum rei naturalis, & primum principium motus, ſcilicet paſſiuum, & eſt in re naturali per ſe. B

Iſtis ſic iactis, ponitur prima concluſio. Aſſignanda eſt cauſa diſpoſitiua, cur ex materia, & forma fiat vnũ: probatur, quia nũquã forma vniretur materię, niſi eſſet diſpoſita: ergo neceſſario requiritur cauſa diſpoſitiua ad hoc, vt ex materia & forma fiat vnum: & hęc concluſio eſt
Tex. 54. de mente Ariſt. 2. de anima, vbi docet, quò actus actiuorum debet fieri in patiente bene diſpoſito. Secunda concluſio eſt. Aſſignanda eſt cauſa extrinſeca agens, cur ex materia & forma
Com. 15. fiat vnum: hæc concluſio eſt de mente Commentatoris in præſenti commentario, vbi docet,
Agens largitur perfectionem nõ multitudinem. quòd tranſlatio de potentia ad actum non largitur multitudinem, ſed perfectionem in eſſe, quia agens non primo generat formam diuiſim, vt voluit Plato: & ſic non largitur multitudinem, ſed perfectionem, quia generat formam in materia. Item ſcribit Cõmentator hic, quòd cauſa iſtius vnitatis eſt, vt tranſmutetur illud, quod eſt in potentia, donec fiat in actu ab agente, id eſt ab abſtrahente ipſum de potentia in actum.

Tertia concluſio eſt. Nulla aſſignanda eſt cauſa intrinſeca, cur ex materia, & forma fiat
Tex. 7. vnum: iſta concluſio patet hic expreſſe ab Ariſt. & habetur etiam in 2. de anima, vbi ait, non oportet quęrere, ſi vnum eſt anima, & corpus, ſicut neque cera & figura, neque omnino vnius- C
Quod pprie eſt actus eſt. cuiuſque materię, & id cuius eſt materia: vnũ enim & eſſe cum multipliciter dicantur, quod proprie eſt, actus eſt, quę verba exponens S. Thomas aſſerit, quòd forma per ſe vnitur materiæ, ſicut actus eius, & idem eſt materiam vniri formę ac materiã eſſe in actu; ex his ſequitur concluſio principalis reſponſiua quæſito. Ex materia, & forma fit vnum per ſe; quia ex propria potentia proprioque actu, vt ex determinabili, & determinante fit vnum per ſe; ſed materia eſt propria potentia, & proprium determinabile; forma vero eſt proprius actus, & proprium determinans: igitur ex materia & forma fit vnũ per ſe in omnibus rebus naturalibus, & ſic etiam cęlum dicitur eſſe vnum per ſe ex materia & forma, vt ſupra oſtendimus contra
Error Mercenarij. Arcangelum Mercenarium, qui in ſuis dilucidationibus Ariſt. & Auer. vult materiam cæli non eſſe in potentia ad eſſe, quia tunc eſſet in potentia contradictionis, & turpiter errauit nõ
Tex. 17. conſiderando, quomodo materia cęli dicitur eſſe in potentia ad eſſe coæuum ſibi, & ſic non ſequitur ipſam eſſe in potentia contradictionis; & ſic intelligitur dictum Ariſto. 9. huius, ęterna non habere potentiam ad eſſe, ſcilicet diſtans, & acquiſibile per motum, quia tunc haberẽt potentiã ad nõ eſſe: ſed nõ negat Ariſt. æterna nõ habere potentiã ad eſſe ſibi coęuũ. Sequitur D
ex iſtis ſic dilucidatis ſubſtãtias ſeparatas ſe ipſis eſſe ens & vnum, quia cum non habeant materiã neq; ſenſibilẽ, neq; intelligibilem, ſicuti ſe ipſis ſunt ſuum quod quid erat eſſe, ita ſunt ens & vnum, quamuis habeant eſſe participatum ab ipſo Deo, ſed non per tranſmutationem materię de potentia in actum, ſed per ſimplicem emanationem, vt pulchre declarat S. Tho.
q. 61. ar. 1. 1. p. Sequitur ſecundo, quòd in mathematicis, cum ſit materia intelligibilis, & etiam forma, idem iudicium habendum ſit, ſicuti & in naturalibus quantum ad fieri ens, & vnum, licet in
Cap. de ennunciatione. mathematicis non ſit agens, ſicuti in naturalibus. Sequitur tertio ſolutio illius difficultatis, quam inſolutam reliquit Ariſt. 1. perhier. quomodo ex partibus definientibus fiat vnum per ſe? & dicitur, quòd ideo fit vnum per ſe, quia vna pars ſe habet vt potentia, alia vero vt actus, ſcilicet differentia. Hęc de ſecundo.

Quoad tertium ſunt aliquæ paruæ difficultates contra iſtam veritatem ſic dilucidatam. Et prima difficultas eſt communis; quia ex duobus in actu non poteſt fieri vnum per ſe, vt do-
Tex. 49. cuit Ariſto 7. huius; ſed materia & forma ſunt duo in actu per ſe, ergo ex materia & forma non poteſt fieri vnum per ſe: de forma patet quòd ſit actus: de materia autem probatur, quia

A In tranſmutatione aiunt philoſophi vnanimiter, terminum à quo,& priuationem corrumpi, ſubiectum autem,& materiam manere eandem numero ſub vtroque termino, ſed non poteſt materia eadem numero manere ante & poſt, niſi eſſet actu: igitur materia eſt actu. Propterea respondent aliqui dicentes, quòd ex duobus in actu formali,& perfecto non fit vnum per ſe; & ſic intelligit Philoſophus: materia autē licet ſit ens in actu entitatiuo, ex eo ꝙ eſt aliquod ens extra nihil; eſt tamē ens in pōa oppoſita actui formali,& ideo ex tali pōa,& actu oppoſito pōt fieri vnū. Sed reſpōſio iſta tā procul abeſt ab Ariſt. ſententia, vt nihil magis; quia cum reprehendiſſet antiquos, qui aſſignabant mediū vniens materiā cum forma: aſſerit nullū dari medium, nec eſſe quærendam cauſam, cur ex materia & forma fiat vnum per ſe, niſi quia materia eſt potentia, forma actus. Si tu dicis, quòd etiam materia eſt actus, vel Ariſto. nihil habet contra antiquos, vel fuit mācus,& deficiens non diſtinguendo de actu, quod neutrum eſt dicendum, & ideo aſſerēdum eſt materiam eſſe puram potentiam, & ſicuti Deus eſt purus actus ex ſe habens eſſe ſuum, ita materia eſt pura potentia habens eſſe à forma. Et caue ne decipiaris quando dico materiam eſſe puram potentiam, vt deceptus eſt quidam Neotericus

Non eſt quærenda cauſa ex cur materia & forma fiat vnum.

B lib. 5. de communibus omnium rerum naturalium principiis & affectionibus, volens materiam eſſe non ens, ſi eſſet pura potentia; arguendo, quia ſicut quod eſt potentia calidum, vel album non eſt calidum, neque album, ita quòd eſt ſimpliciter,& abſolute pura potentia, ſimpliciter non eſt ens; hic enim eſt error manifeſtus, quia quando dicimus materiam eſſe puram potentiam, non dicimus eam eſſe nihil: ſed ſecundum ſui naturam eſt illud ens, quod eſt potentia, ſicuti forma ſecundum ſui naturam eſſe illud ens, & ſubſtantia, quod eſt actus, vt docuit Ariſtot. 2. de anima, vbi dicit, eſt autem materia quidem potentia, ſpecies autem endelechia. Solutio ergo argumenti formaliter patet, negando materiam eſſe in actu,& licet remaneat ſub vtroque termino in tranſmutatione, ipſa tamen non eſt in actu niſi per formam.

Cap. 13.

Tex. 2.

Secunda difficultas eſt; ex illis, quæ important diuerſas naturas, non poteſt fieri vnum per ſe, quia diuerſæ naturæ non faciunt vnum per ſe; ſed materia & forma ſunt huiuſmodi, quia alia eſt natura materiæ,& alia formæ, vt declaratum eſt in vltimo notabili: ergo ex materia & forma non poteſt per ſe vnum fieri. Reſpondendo huic difficultati negamus maiorem,

C quia ex duabus diuerſis naturis habentibus proportionem ad inuicem fit vnum per ſe; quando vna illarum naturarum eſt pura potentia,& alia actus, præcipue cum forma non iungatur ipſi materiæ per aliquod intrinſecum medium; ſed immediate, vt dictum eſt, ſicuti forma ignis vnitur immediate ſuæ materiæ, quamuis requirat eam diſpoſitam caliditate,& ſiccitate.

Diuerſæ naturæ poſſūt habere proportionē ad inuicem.

Tertia difficultas eſt: illa, quæ maxime diſtant, non ſunt apta nata facere vnum; ſed materia & forma maxime diſtant ex oppoſito, tanquam potentia,& actus: ergo ſunt minus apta nata facere vnum, quàm duæ formæ eiuſdem ſpeciei. Hæc difficultas ſolet adduci à theologis in myſterio incarnationis, licet in alio ſenſu, dicendo, quæ ſunt in infinitum diſtantia inconuenieter iunguntur, ſicut inconueniens coniunctio eſſet, ſi quis pingeret imaginem in qua humano capiti ceruix iungeretur equina; ſed Deus & caro in infinitum diſtant, cum Deus ſit ſimpliciſſimus, caro autem maxime compoſita, & precipue humana: ergo inconueniens eſt Deum humanæ carni vniri. Sed nos reſpondemus ad difficultatem metaphyſicalem dicendo, quòd illa, quæ maxime diſtant, quorum vtrumque eſt ens actu, non ſunt apta nata facere vnum, ſed illa, quorum alterum eſt potentia & terminabile, alterum vero actus

Deus & caro diſtant infinite.

D & terminans, ex eis poteſt fieri vnum, vt ſæpius dictum eſt. Theologi quoque dicunt ad theologicam difficultatem vniri Deo in vnitate perſonæ non fuit conueniens carni humanæ ſecundum conditionem ſuæ naturæ, quia hoc erat ſupra dignitatem ipſius, conueniens tamen fuit Deo ſecundum infinitam excellentiam bonitatis ſuæ, vt ſibi eam vniret pro ſalute humana: ipſa enim humana natura ſecundum ſui conditionem non habet vnde ſibi vendicet conuenientiam ad talem vnionem; nec habet vnde ſibi vendicet inconuenientiam ad eandē, ſed totus ordo eius ad huiuſmodi vnionem ſpectat ad excellentiam diuinæ bonitatis & poteſtatis, in ipſa autem humana natura ſola potentia logica,& obedientialis ſaluatur: verū quia hæc apud ſacros theologos ſunt perquirenda in 3. ſentent. & 3. p. S. Th. vbi hæc fuſius docuimus, propterea hic diuina profanis nequaquam miſcenda veniunt.

Difficultas theologica.

diſtin. 1. quæſt. 1. ar. 2.

F I N I S.

DILVCIDATIO PRIMA

In Nonum librum Metaphyſicæ.

Quapropter in quantum ſimul natum eſt, nihil ipſum patitur à ſeipſo. &c. Tex. 2. C

Vtrum aliquid poſſit moueri à ſeipſo.

Defenditur doctrina S. Thomæ.

SANCTVS Thomas exponens verba propoſita pro manifeſto accipit, nihil poſſe pati à ſeipſo inquantum aliquid eſt aptum natum agere vel pati, per accidens autem aliquid pati conuenit à ſeipſo, ſicut medicus ſanat ſeipſum, non vt medicum, ſed ſicut infirmum.. Quæ expoſitio præbuit anſam aliquibus Doctoribus imponere doctrinæ S. Thomæ multa falſa. Nos autem vt oſtendamus illa dicta S. Thomæ eſſe male intellecta ab Aduerſariis, quatuor in præſenti dilucidatione proponemus. Primo recitabimus opinionem exterorum. Secundo eam impugnabimus. Tertio dilucidabimus veritatẽ. Vltimo more ſolito diſſoluemus difficultates emergentes circa verit atem ipſam declaratã. Quantum ad primum, dicunt Aduerſarii duo, vnum in generali; & alterum in particulari: in generali aſſerunt, poſſibile eſſe, quòd aliquid agat in ſeipſum, quam propoſitionẽ ita arbitrantur ſe demonſtraſſe: extrema actiui; D & paſſiui ſunt adæquata, ſic intelligendo, quòd quodcunque actiuum pro primo obiecto reſpicit tale paſſiuũ, v.g. tã calefactiuũ in cõi, quàm quodcũq; calefactiuũ particulare reſpicit pro primo obiecto calefactibile in cõi, & non hoc, vel illud. Ex hoc ſumunt iſtam propoſitionem. Quodlibet contentum ſub primo obiecto alicuius, eſt per ſe obiectum eiuſdem, licet non primo, vt quodcunq; calefactiuũ reſpicit quodcunq; calefactibile pro per ſe obiecto, & econtra, quodcunque calefactibile reſpicit quodcunque calefactiuum, ſed poſſibile eſt quòd aliquid ſit actiuum ſecundum A. eo modo quo aliud eſt actiuum ſecundum ipſum. A. vt per. A. intelligatur forma producibilis, idem etiam ſit paſſiuum ſecundum A. ſicut quodcunque aliud eſt paſſiuum ſecundum A. ergo idem in ratione actiui ita habet ſeipſum pro obiecto in ratione paſſiui, ſicut quodcunque aliud. Ex his ſequitur, quòd aliquid poteſt agere in ſeipſum ſicut in aliud, maior eſt manifeſta ex hoc, quòd relatio actiui & paſſiui in communi habet extrema communia adæquata: probatur minor, quia multi effectus ſunt nati produci ab actiuo æquiuoco, & non vniuoco, vt patet de leuitate in igne generato: iſtam formam actiuam æquiuocam oportet ponere formam ſubſtantialem, aut aliquam aliam qualitatem, habens ergo iſtam formam, eſt per ſe leuificatiuum, ideſt effectiuum leuitatis; ſed talis forma poteſt

Leuificatiuũ dicitur effectiuum leuitatis.

eſſe

A eſſe in aliquo leuificabili, vt patet in exemplo de igne, nam quæcunque forma in igne generante ponatur actiua reſpectu leuitatis, eadem eſt in igne genito, & eſt prior naturaliter ipſa leuitate, patet cum ſit primum actiuum: ergo non eſt contradictio, quòd ipſa inſit igni genito leuitate non exiſtente, & tamen patet, quòd poteſt ineſſe illi: ergo ſine contradictione idem poteſt eſſe leuificatiuum, & leuificabile.

Et ſi quis diceret ad hoc argumentum: negando vltimam conſequentiam, ex eo quòd agẽs dicitur eſſe approximatum paſſo, & ita diſtinctum ſitu, ſic autem non poteſt ſe habere idem ad ſeipſum. Contra argumentantur, tum quia hæc approximatio non videtur neceſſaria ad agendum, vt includit diſtinctionem ſitus, niſi quando maior præſentia non eſt poſſibilis inter actiuum & paſſiuum: ſi ergo hæc præſentia ſufficit: ergo multo magis maior præſentia ſufficiet, iſta ſcilicet quæ eſt ſine diſtinctione ſitus: tũ quia alioquin ſi poneretur ignis in exiſtens aquæ, ſicut Angelus inexiſtens cælo, licet non vt forma, tunc nec ignis calefaceret aquam nec Angelus moueret cælum, quę ſunt abſurda: tum quia non oportet agens eſſe præſens patienti, niſi quia virtus agentis non poteſt attingere in diſtantiam improportionatã, vt aliquid Angelus inexiſtens cęlo mouet ipſũ.
B perficiat, ſed ſi paſſum eſſet ſecum, perfectius attingeretur à virtute agentis: ſicut ergo idem eſt virtus ſibi præſens, ſi eſt actiuum, vel paſſiuum ſecundum idem, quàm aliud poſſet eſſe ſibi præſens, ſic veriſſime ſaluatur illa conditio propter quam appropinquant: realiter enim non poteſt eſſe maior præſentia eiuſdem ad ſe, ergo veriſſima erit actio, & ſic ſtat ratio fortiſſima, quę probat idem poſſe in ſe agere actione æquiuoca, & hoc quando eſt capax formæ, quæ nata eſt terminare actionem ęquiuocam formę actiuę iam habitę.

Apponunt ſecundam propoſitionem. Nihil poteſt ſe mouere cauſando in ſe formã ſubſtantialem, quam ita probant; nullum imperfectius eſt principium actiuum reſpectu perfectioris, quia ſiue ſit actio æquiuoca, ſiue uniuoca, ſemper principiũ actiuũ eſt ęque perfectum, vel perfectius termino producto: ſed nulla forma ſubſtãtialis poteſt nouiter aduenire, vt faciat cõpoſitum per ſe vnũ, quin illa ſit perfectior quacunque entitate præcedente ipſam, quia in formis ſubſtantialibus ſemper vlterior eſt perfectior: ergo nihil poteſt ſe mouere cauſando in ſe formam ſubſtantialem.

Addunt adhuc aliam propoſitionẽ. Nihil poteſt in ſe aliquid agere quacunque vniuoca
C actione: quam ita probant; quia ſi ſic, ergo duo indiuidua abſoluta, & eiuſdem ſpeciei poſſunt ſimul eſſe in eodem, conſequens eſt falſum: ergo propoſitio vera: conſequentia probatur, quia tunc ratio, ſeu principium quo agendi, & terminus actionis eſſent eiuſdem ſpeciei, ex quo ponitur actio vniuoca, & tamen differrent numero: quia nihil eſt principium agendi ſe; & patet, quòd vtrumque tam ratio agendi in ſe, quàm terminus actionis eſſet forma abſoluta Duo indiuidua eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe in eodem.
Ex iſtis tribus propoſitionibus ita probatis deducunt duo corollaria, quorum primum eſt. Augumentatio, & motus ad vbi eſt ab agente, ſiue mouente ęquiuoco, quatenus nec quantitas aliqua, nec vbi, eſt forma actiua: cum etiam multę alterationes ſint ab agente æquiuoco, & vniuerſaliter illæ, quæ ſunt ad qualitates non actiuas, ſtricte loquendo de actiuis. Secundũ corollarium eſt. Omnis qualitas poteſt eſſe ab agente ęquiuoco, licet aliqua poſſit eſſe ab vniuoco, quia inquantum ſic eſt, ſequitur quòd in genere non repugnet alicui ſubſtantiæ cauſare in ſe quantitatem, & qualitatem, & vbi: concurrentibus autem duabus conditionibus ſupradictis in prima concluſione cauſabit, & hoc vel accidens coęuum ſibi, & ita ſine mutatione, vel non coæuum ſibi, & ita per motum, vel mutationem.
D Deſcendendo deinde ad ſpecialia, multa dicunt. Et primo quòd ſubiectum cauſat in ſe propriam paſſionem propter cauſam dictam, & etiam propter auctoritatem Ariſt. in hoc lib. Tex. 17.
omnis potentia pure paſſiua eſt in potentia contradictionis, ſed ſubiectũ non eſt in potentia contradictionis ad paſſionem, aliter ineſſet ei contingenter, & per conſequens non eſſet ſcibilis per demonſtrationem: ergo ſubiectum habet aliquam potentiam actiuam intrinſecam reſpectu paſſionis. Secundo dicunt, quòd grauia & leuia mouent ſed ad vbi effectiue: animalia etiam mouent ſe ad vbi motu progreſſiuo. Tertio aſſerunt animatum mouere ſe effectiue ad quantitatem motu augumentationis. Quarto quòd aqua calefacta ſeipſam frigefacit, & ſemen ſeipſum alterat effectiue. Vltimo quòd potentia appetitiua, & cognoſcitiua mouent ſe ad actum ſaltem partialiter concurrente obiecto, vt alia cauſa partiali.

Quoad ſecundum punctum examinanda veniunt ſingillatim omnia dicta ipſorum Aduerſariorum, quam veritatem vel falſitatem in ſe contineant. Et primo dico concluſionem principalem propoſitam eſſe contra rationem, & Ariſt. & Auerro. igitur falſam eſſe colligimus in vniuerſa philoſophia, quòd autem ſit contra rationem, ita probo, quia ſi poſsibile eſt, quòd aliquid agat in ſeipſum: quæro vel hoc eſt per generationem, vel per corruptionem, Species motus ſunt ſex generatio corruptio, &c.

vel per augumentum, vel decrementum, vel per alterationem, vel per motum localem à ſuffi- A
cienti diuiſione: ſed nullo iſtorum modorum eſſe poteſt: igitur concluſio eſt omnino falſa:
probatur minor: primo de generatione: quia nulla res generat ſeipſam, quia tunc eſſet ante-
quam eſſet, ſic & de corruptione, quia nulla res poteſt ſeipſam corrũpere de per ſe, quicquid
ſit de per accidens, ſic etiam patet de augumento, & decremento, quia nulla res poteſt per ſe
augere ſeipſam, vel diminuere: quia augumentum, & decrementum, vel ſunt generatio, vel
non ſunt ſine generatione, ſic etiam & de alteratione: quia nihil poteſt ſe per ſe alterare corru
Nulla res ſeipſã generat. ptiue, cum finis alterationis corruptiuæ ſit generatio, & ſi nihil poteſt ſe per ſe generare, ſic
etiam nec per ſe corruptiue alterare; quia quod non poteſt in finem, nec poteſt in media, ne-
que etiam alterare quis poteſt ſeipſum per ſe, perfectiue, quia intellectus, vt ſcribitur 3. de
Tex. 8. anima, non poteſt ſeipſum intelligere per ſe, niſi intelligendo alia. De motu etiam locali pa-
tet, quia nihil poteſt ſeipſum mouere localiter de per ſe, quia tunc idem eſſet in actu, & in po-
tentia, & ita eſſet mouens, & mobile ſimul, quod eſt impoſsibile: patet igitur concluſionem
falſam eſſe, quòd poſsibile ſit aliquid in ſeipſum per ſe agere.

Tex. 1. Eſt etiam concluſio contra Ariſto. 7. phyſicorum, vbi probat, quòd nihil mouetur à ſeip- B
Tex. 33. ſo, & hoc accipit tanquam principium, per quod concludit poſtea in 8. phyſicorum, quòd
oportet deuenire ad primum motorẽ. Hæc ratio nihil concluderet, ſi aliquid moueretur à
ſeipſo: diceretur Ariſto. quòd cælum mouet ſeipſum, & non eſt aliqua natura ſuperior, à qua
Com. 4. moueatur. Eſt etiam contra Auerro. concluſio iſtorum 3. de anima, vbi probat, quòd omne
receptiuum eſt denudatum à natura recepti, & deducit ad hoc inconueniens: quia aliter idẽ
eſſet mouẽs, & motũ reſpectu ſui, quod eſt impoſſibile. Sed nec rõ adducta ab iſtis, quã uocãt
Achillẽ, aliquid valet; quia aliquid poteſt eſſe uerũ ratione generis, quod tñ eſt falſum ratione
Tex. 2. ſpeciei, vt ſcribit Ariſto. 7. phyſicorum; & ſic etiam declarauit Auerro. 5. huius, quòd viſus
Comm. 17. repugnat talpę in ratione ſpeciei, ſed non repugnat in ratione generis. Et ſic etiam tenet ma-
ior aſſumpta in ratione iſtorum: quæ erat iſta, quodlibet contentum ſub primo obiecto ali-
cuius, eſt per ſe obiectum eiuſdem, vt quodcunque calefactiuum reſpicit quodcunque cale-
factibile, &c. conceditur iſta, ratione generis, hoc eſt inquantum actiuum; ſed non ratione
ſpeciei, vt generatiuum, vel ut alteratiuum, &c. & ſic ruit tota iſtorum ratio.

Poteſt etiam reſponderi, negando maiorem abſolute, niſi quando tale obiectum ſit aliquo C
Agens non eſt diſtinctũ à ſeipſo realiter. modo diſtinctum realiter ab eo, quod agit: quandoquidem agens vt agens eſt, non eſt diſtin-
ctum à ſeipſo realiter: propterea non poterit agere in ſeipſum, & ad improbationem huius
reſponſionis; quando dicunt, quòd hæc approximatio non uidetur neceſſaria ad agendum,
&c. adducendo inſtantiam de igne in aqua, & de Angelo in cælo. Hęc enim replica nõ eſt ad
propoſitum; quia quicquid ſit de diſtantia ſituali inter agẽs & patiens, de qua modo non lo-
quimur, dicimus quòd requiritur neceſſario diſtinctio realis inter ipſum agens & patiens:
& ſic ſi ignis inexiſteret aquæ, eſſet realiter diſtinctus ab ea, ſic etiam Angelus ſi inexiſteret cæ
lo, moueret cęlum, quia eſſet ab eo realiter diſtinctus.

Contra ſecundam concluſionem, quam poſuerunt, argumentor, quia ſtantę ratione addu
cta ab eis pro probatione primæ concluſionis: ſequitur ſecundam concluſionem poſitam eſſe
falſam. Dicunt enim in ſecunda concluſione, nihil poteſt ſe mouere cauſando in ſe formam
ſubſtantialem, contra reflecto argumentum ipſorum: quia omne agens poteſt agere in quod-
libet contentum ſub ſuo obiecto adæquato: ſed cauſalitas formæ ſubſtantialis continetur ſub
obiecto adæquato ipſius agenus, ut ſic: ergo aliquod agens poteſt ſe mouere cauſando in ſe D
formam ſubſtantialem, quod eſt contra ſecundam concluſionem ipſorum. Deinde probatio
etiam ab eis adducta pro illa concluſione ſecunda, fundatur ſuper falſum fundamentum;
quia ſupponit in compoſito eſſe plures formas ſubſtantiales, cuius oppoſitum oſtendimus
Dilucid. 17. 7. huius.

Ex his etiam ſequitur falſitas tertię concluſionis, in qua dicebant, nihil poſſe in ſe aliquid
agere quacunque vniuoca actione, quia ſtante veritate ſuorum principiorum, quòd extre-
ma actiui, & paſſiui ſunt adæquata, & quodcunque actiuum reſpicit pro primo obiecto tale
paſſiuum, vt dabant exemplum de calefactiuo in communi, quod reſpicit calefactibile in cõ-
muni pro ſuo adæquato obiecto, & calefactiuum particulare reſpicit tale calefactibile. Ex his
ſequitur, quòd aliquid poſſit in ſe agere uniuoca actione, quod eſt contra ipſos: ergo vel
concluſiones ipſorum ſunt falſæ, uel rationes adductę ſunt ſophiſticæ.

Tex. 41. Corollaria etiam deducta ab iſtis ſunt falſa, & primum, in quo dicunt, motum ad vbi eſſe
Quę requirũtur ad motũ localem. ab agente, eſt contra Ariſtot. 5. phyſicorum, vbi aſſerit ad motum localem requiri terminũ
à quo, & terminum ad quem: mouens & mobile, tempus & ſpatium. Secundum corollariũ

adhuc

A adhuc eſt falſum, in quo aſſerunt alicui ſubſtantiæ non repugnare cauſare in ſe quantitatem,
& qualitatem, & vbi: ſi hoc eſſet verum, ſequeretur quòd vnum & idem poſſet eſſe ſimul in
actu & potentia, & agens & patiens; quod eſt contra omnem philoſophiam: conſequentia pa
tet, quia prout eſt agens eſt in actu cauſans; prout vero eſt agens in ſe cauſando erit patiens, &
in potentia.

Ea etiam, quæ dicta ſunt ab iſtis deſcendendo ad ſpecialia, ſunt omnino abſurda, & contra
ipſos. Et primum, in quo aſſerunt ſubiectum cauſare in ſe propriam paſſionem. Contra ita
arguitur, quia idem non poteſt eſſe cauſa ſui ipſius, vt docet hic Ariſt. quia nihil realiter depē- *Idem nō eſt cauſa ſui ipſius.*
dere poteſt à ſe ipſo; ſed ſubiectum, & propria paſſio ſm ipſos ſunt idem realiter, ergo ſubie-
ctum non poteſt cauſare in ſe propriam paſſionem, vt dicunt. Secundum quoq; dictum eſt
contra Ariſt. 8. phyſicorum, vbi vult grauia, & leuia moueri à generante, vel à remouente pro *Tex. 32.*
hibens: ipſi autem dicunt grauia & leuia moueri ſe ad vbi effectiue. Ariſt. autem dicit oppo-
ſitum, videte, quomodo ipſi docent doctrinam repugnantem dictis Ariſt. quomodo autem
moueantur à generante, vel à remouente prohibens eſt diſputatio pertinens ad octauum lib.
B phyſicorum, vel ad quartum de cælo; ſed poteris tu diligens lector de hac re videre S. Thomá
in diſputatis de potentia Dei. Aliud dictum, quod habent hic, quòd animalia mouent ſe effe- *queſt. 3.*
ctiue ad vbi motu progreſſiuo, eſt dubium, quia Ariſto. 8. phyſicorum docet, omne mouens *Tex. 42.*
ſe ipſum diuidi in partem per ſe mouentem, & partem per ſe motam. Tertium dictum,
quod animatum mouet ſe ad quantitatem motu augumentationis, ex eiſdem principiis dedu-
citur eſſe falſum, quia cum idem non poſſit eſſe ſimul in actu, & potentia ſecundum idem, ſe-
quitur impoſſibile eſse animatum quodcunque poſse ſe effectiue mouere ad motum augu-
mentationis.

Quartum dictum de aqua calefacta, quòd frigefacit ſe ipſam, & ex hoc volunt habere, q̄
poſſibile ſit aliquid agere in ſe ipſum, reputamus abſurdum, & figmentū quoddam, ex hoc le-
ui ſigno fundare talem opinionem; quia fuerunt diuerſæ ſententię circa hoc negotium. Qui-
dam enim voluerunt aquam calefactam reduci ad priſtinam frigiditatem ab ipſo ambiente.
Quidam autem dixerunt aquam calefactam ſe ad priſtinam frigiditatem reducere per hoc,
quòd remaneant in ea quædam partes frigidę, quę refrigerant calefactas. Aliqui vero dixe-
C runt, quòd per accidens, non autem per ſe aqua calefacta reducit ſe ad frigiditatem, dum vi
ſua corrumpebat calorem, & ad corruptionem caloris ſequebatur eius frigiditas. Aliqui autē
dicebant aquam ipſam ſe infrigidare per accidens, quia reducebat ſe ad denſitatem, ad quam
ſequitur frigus. Nonnulli vero exiſtimarunt aquam ipſam ad ſuum frigus ſe reducere, quia
in ea remanſit aliquis gradus frigiditatis, per quem expellitur calor acquiſitus. Noſtri autē
ſecundum veriorem ſententiam dicunt, quòd frigeſit per ſe à generante, & à forma propria
per modum ſequelę eo modo, quo graue grauitando frangit prohibens ipſum deſcendere, &
deorſum mouetur; manifeſtum eſt enim, quòd ad formam grauis geniti extra locum ſuum
naturaliter ſequitur motus deorſum, niſi ſit aliquid prohibens; ſic ad formam aquæ ſequitur
eſse frigidum, niſi impediatur, & quemadmodum graue grauitando vincit prohibens quan-
doque, ita frigidum frigefaciendo vincit calidum prohibens: & rurſus ſicuti ad graue ſequi-
tur motus deorſum mediante grauitate, ita ad aquam ſequitur frigefactio mediante frigidita
te illa, à qua non eſt denudabilis; vnde falſum eſt aquam calefactam ſe ipſam per ſe primo
frigefacere, ſic etiā dicimus de ſemine, quod non per ſe primo alterat ſe ipſum effectiue, ſed
D per alterum.

Vltimum dictum de potentia appetitiua, de qua dicunt, quòd mouet ſe ipſam, eſt etiam fal
ſum, quia potentia motiua non ſecundum idem mouet, & mouetur: quantum enim ad primū
actum appetendi, mouetur à Deo, & deinde ex illo actu mouet ſe ad alios, itaquòd mouens
eſt potentia appetitiua ſimul cum illo actu, quod autem mouetur eſt ſola potentia appetitiua,
& licet appetere habeat principium proximum intrinſecum: primum tamen principium eſt
ab extra, vt docet S. Thomas 1. 2. idem dicimus de potentia cognitiua, de qua latius S. Tho- *quæſ. 9. ar. 4.*
mas diſputat 1. p. Hæc de ſecundo. *q. 87. ar. 3.*

Quoad tertium dilucidanda eſt veritas huius diſputationis, pro qua ſciendum eſt primo
Platonem aſseruiſse non quodlibet ens poſse à ſe ipſo moueri; ſed tantum ſimplex: hinc po- *Plato poſuit animam immortalem.*
ſuit animam rationalem eſse immortalem, quia mouebat ſe ipſam: compoſita vero arbitratus
eſt moueri ab alio, & in hoc dicebat entia ſimplicia differre ab entibus compoſitis: quia ſim-
plicia mouebant ſe per ſe ipſa, propter quod voluit Deum, & animam eſse numeros ſe ſe mo
uentes: quia dicebat compoſita entia moueri participatione ab altero; & omne, quod mo-
uetur ab altero, participatione illius motus redduci debet ad aliquod tale, quod mouetur

per eſſentiam:propterea illud ſimplex, à quo compoſita mouentur, oportet vt per eſſentiam moueatur. Secundo eſt ſciendum ex Ariſt. 5.phyſicorum, quòd motus capitur dupliciter. Vno modo proprie,& ſic ſunt tantum tres ſpecies motus, augumentum & diminutio, alteratio,& motus localis. Alio modo capitur communiter pro qualibet mutatione,& ſic etiam generatio,& corruptio poſſunt dici motus. Tertio ſciendum, quòd aliud eſt moueri per ſe, & aliud eſt moueri primo; quia illud dicitur moueri per ſe, quod mouetur non per accidens, ideſt præciſe ad motum alterius, ſicut anima mouetur ad motum corporis,& ſicut homo mouetur ad motum nauis:moueri autem primo eſt habere motū, qui non conuenit ei per aliud quia ſicut per ſe opponitur ad per accidēs; ita primo opponitur ad per aliud: nam vt ſcribitur 1.poſte.illud dicitur primo ineſſe, quod non per aliud ineſt, ſicuti eſſe riſibile primo ineſt homini,& habere tres primo ineſt triangulo. Vltimo ſciendum eſt, quòd aliquid concurrit ad actionē,& motū dupliciter. Vno modo ſicut principium, quod producit actionē & motū,& hoc oportet eſſe aliquod ſubſiſtens,aut habens modum ſubſiſtentis: quia actiones, & motus ſunt ſuppoſitorum agentium. Alio modo ſicut quo agens agit,& mouens mouet,& hoc poteſt eſſe forma tam intrinſeca, quàm extrinſeca:intrinſeca, ſicut ignis calefacit per calorem exiſtentem in igne calefaciente; extrinſeca autem, ſicut magnes mouet ad ſe ferrum per qualitatem impreſſam in ferro.

Teat.7. | Moueri dupliciter capitur. | Cap.4. | Bifariam ali quid concurrit ad actionem. | A | B

Iſtis ſic ſtantibus ponitur prima concluſio contra Aduerſarios. Nullum compoſitum primo & per ſe poteſt mouere ſe ipſum, ſeu agere in ſe ipſum quacunque ſpecie motus ſeu actionis: probatur ſic ex Ariſt. 7.phyſicorum: id, cuius pars quieſcit ad quietem alterius, & mouetur ad motum alterius, non mouetur nec quieſcit primo & per ſe; ſed ratione partis: hæc eſt maior; additur minor, ſed cuiuſlibet mobilis vna parte quieſcente altera quieſcit, ergo nullū mobile ſe ipſum mouet primo & per ſe; quia omne mobile habet partē, qua quieſcente quieſcit. Sed hanc rationem nititur ſoluere quidam doctor in præſenti diſputatione aſſerens, quòd ratio æquiuocat de primo; nam primo dupliciter dicitur. Vno modo vt diuiditur contra ſecundum partem,& ideo quod ſic ineſt primo remouetur ab eo, cui ineſt, ſi remouetur ab eo, quod eſt aliquid eius; & ideo nihil ſic primo mouetur ſi aliqua eius pars quieſcat. Alio modo dicitur primo, vt dicit præciſam adæquationem eſſe eo modo, quo triangulus habet tres primo; quod autem ſic ineſt primo alicui non remouetur ab eo, ſi remoueretur ab eo, quod eſt aliquid eius, nam triangulus nihil minus habet tres, licet partes trianguli puta vnus angulus non habeat tres: eſt ergo ibi intentio Philoſophi, quòd nihil mouet ſe ipſum primo vtraque primitate; quia ſequeretur contradictio, ſcilicet quòd quieſceret ad quietem partis, & nō quieſceret: nam quieſcente parte non poteſt moueri primo prima primitate, & tamen non repugnat ſibi moueri primo ſecunda primitate; quia poterit habere in ſe virtutem, qua poteſt ſe mouere effectiue & æquiuoce: quod enim ſic primo mouetur, non oportet quòd quieſcat ad quietem partis, quod eſt aliquid eius.

Tex.1.& 2. | Primitas duplex eſt. | C

Sed hic bonus vir in hac re ab Ariſt. aperte diſſentit: quia id, quod conuenit alicui primo primitate adæquationis, non conuenit ei per aliud, vt patet in exemplo ſuo de triangulo; ſed moueri conuenit mobili per aliud: nam in corporibus animatis inuenitur motus per animam, in reliquis vero, quæ ſunt leuia & grauia, per motorem extrinſecum, vt docuit Auerro. 8. phyſi. ergo ſequitur quomodocunque accipiatur primo, rationem concludere, nullum cōpoſitum per ſe primo moueri à ſe ipſo, neque primitate totalitatis declarata ab Ariſt. 5.phyſicorum, neque primitate cauſalitatis declarata ab ipſomet Philoſopho 1. poſt. Probatur & ſecūdo concluſio ſic: impoſſibile eſt idē ſecundum idem eſſe ſimul in potentia,& in actu; ſed mouens mouet in quantum eſt in actu,& mobile non mouetur niſi inquantum eſt in potentia, vt patet ex definitione motus 3.phyſicorum: ergo impoſſibile eſt, quòd idem moueat ſe ipſum; & hanc rationem adduximus ſupra contra Aduerſarios. Sed iſte vir nititur etiam & hāc rationem ſoluere dicens: quòd duplex eſt actus, ſcilicet formalis,& virtualis: exemplum primi, ignis eſt actu calidus formaliter; exemplum ſecundi, ſol eſt actu calidus non formaliter ſed virtualiter; patet quia ſol in virtute eſt calidus, iſti autem duplici actui reſpondet duplex potentia paſſiua; ſcilicet formalis,& virtualis: tunc ſtante hac diſtinctione dicit, impoſſibile eſt idem ſecundum idem ſimul eſſe in potentia,& actu, concedendo iſtam propoſitionem accipiendo actum,& potentiam vniformiter: ſi formaliter, formaliter; ſi virtualiter, virtualiter: tunc dicit minorem eſſe falſam in propoſito: nam quando aliquid mouet ſe, cū ſit actio æquiuoca, non vniuoca, non poteſt dici, quòd ſit in actu formali, ſed eſt in actu virtuali, & in potentia formali,& hæc non repugnant; repugnarent autem ſi idem eſſet in actu, & in potentia vniformiter accipiendo.

Primitas adæquationis q eſt. | Com.30. | Tex.21. | D | Tex. 6. | Actus duplex eſt. | Potentia duplex eſt.

Sed

A Sed in hac quoque reſpõſione diſſentit ab expoſitione Auerr. & Alexan. & Theophraſti,
omniũque bonorum interpretũ Ariſt. qui in hoc lib. aſſerunt, ꝙ potentia agens eſt illud, quod Tex. 2.
eſt principium transmutationis in aliud ſecundum quod eſt aliud; & non in ſe: vnde pro ma-
nifeſto accipiunt, nihil agere in ſe ipſum, ſiue loquamur de actu formali ſiue de actu virtuali,
& ſic etiam de quacunq; potentia proferatur ſermo: igitur fuga eſt diſtinguere de hoc duplici
actu, & potentia. Præterea illud, quod eſt aliquid in actu formaliter, nullo modo eſt in poten
tia ante actum ad alium actum ſimilem: ergo nec illud, quod eſt in actu virtuali ſecundum
aliquid eſt in potentia ad illud formaliter: antecedens patet, quia tunc duo actus eiuſdem ſpe
ciei poſſent ineſſe eidem: conſequẽtia patet, tum quia actus, in quo eſt alius virtualiter, perfe-
ctior eſt illo formali, qui eſt in virtute eius: ergo magis perficit ſubiectum, & ita tollit poten-
tiam ad formalem magis quàm alius formalis. Tum etiam quia fruſtra videtur inferri illa
perfectio formalis præhabita illa virtuali; quia per formalem non fit perfectius illud, quod
recipit, quàm prius. Tum tertio, quia tunc videretur, quòd Deus poſſet eſſe in potentia re-
ceptiua multarum perfectionum, quæ ſibi formaliter non inſunt, ſed virtualiter. Sol etiam
B videretur eſſe in potentia paſſiua ad formas generabilium, quas habet aliquo modo virtuali-
ter; & intellectus agens eſſet etiam in potentia ad habendas ſpecies intelligibiles formaliter;
quia habet eas virtualiter, hæc omnia abſurda ſequuntur ad ipſum Doctorem, & ſic ſtat etiam
confirmatio adducta ex Ariſt. 1. de generatione: quòd agens, & patiens ſunt contraria: ſed idẽ Tex. 50.
non contrariatur ſibi ipſi, ergo idem non poteſt per ſe primo agere in ſe ipſum. Nec valet re-
ſponſio ipſius aſſerentis, quòd agens & patiens dicuntur eſſe contraria in vniuocis, quia ha-
bent formas contrarias formaliter, nam iſta eſt vniuerſalis propoſitio etiam de agente æqui-
uoco, quod ſi ageret in ſe ipſum, eo pacto quo ageret, contrariaretur ſibi ipſi, & ideo ratio
ſtat in ſuo robore.

Duo actus eiuſdem ſpeciei, eidem ineſſe neque unt.

Deus nõ eſt in potentia receptiua alicuius perfectionis.

Tertio probatur eadem concluſio; quia impoſſibile eſt relationes reales oppoſitas reali-
ter fundari in eodem fundamento finito, & limitato; ſed actiuum & paſſiuum, ſeu motiuum
& mobile referuntur ſecundum relationes reales & oppoſitas, pertinentes ad ſecundum
modum relatiuorum, vt docuit Ariſt. 5. huius: ergo impoſſibile eſt idem eſſe actiuum & paſ- Tex. 20.
ſiuum, ſiue motiuũ & mobile, & quòd aliquid per ſe primo agat in ſe ipſum: maior proba-
C tur, quia fundare relationes oppoſitas, attribuitur eſſentiæ diuinę ratione ſuæ illimitationis.
Sed hanc quoque rationem nititur ſoluere ille Doctor dicens, non eſſe inconueniens relatio-
nes reales oppoſitas fundari in eodem fundamento non ſimpliciter, ſed aliqualiter illimita-
to, quia inter relationes, quædam ſunt incompoſſibiles in eadem natura & ſuppoſito, vt ſunt
relationes reales cauſæ & cauſati: ratio huius eſt, quia cauſatum dependet realiter à cauſa, &
idem non poteſt eſſentialiter dependere à ſe ipſo. Quædam ſunt relationes reales oppoſi-
tæ, quæ ſunt incompoſſibiles in eodem ſuppoſito, non tamen in eadem natura illimitata, vt
ſunt relationes producentis & producti, vt patet in diuinis, & ratio huius incompoſſibilitatis
eſt, quia producens eſt prius origine, quàm productum: idem autem ſuppoſitum non poteſt
eſſe prius origine ſe ipſo. Quædam vero relationes oppoſitę reales ſunt, quę neutro modo
ſunt incompoſſibiles, vt ſunt relationes mouentis & mobilis, cuius ratio eſt, quia omnis incõ
poſſibilitas relationum realium reducenda eſt ad aliquam priorem, & vbi iſta prior non in-
uenitur, ibi nec illa poſterior concluditur, nunc incompoſſibilitas in illis duobus membris
reducitur ad ordinem, ſeu dependentiam eſſentialem, vel originis; ſed in illo tertio modo re-
D ducitur dependentia talium relatiuorum ad dependentiam accidentalem: non eſt autem in-
conueniens idem ſuppoſitum dependere à ſe accidentaliter, & ſic ſoluendo rationem dicit,
quòd fundamentum relationum mouentis & mobilis, quando aliquid mouet ſe, licet non ſit
ſimpliciter illimitatum, eſt tamen aliqualiter illimitatum, quatenus idem habet rationem mo
uentis & mobilis aliter, & aliter.

Idem nõ poteſt eſſe prius ſeipſo.

Sed hæc reſponſio eſt contra theologiam & philoſophiam. Primo eſt contra theologiam
quantum ad illud quod dicit, in diuinis producens eſſe prius origine, quàm productum;
quia cum in eis non ſit niſi relatio & eſſentia, & in eſſentia nulla ſit prioritas, cum ſit vna; rela-
tiones autem ſint ſimul natura & intellectu, vt eſt communis ſententia omnium philoſo-
phorum, & theologorum: igitur manifeſte errat, ponendo prioritatem originis ſeu prius à
quo in diuinis. Aperte quoque errauit Scotus in 1. ſent. vbi bibit hunc errorem contra dicta
omnium doctorum ponentium ordinem originis in diuinis abſque prioritate. Eſt etiam & il
la reſponſio contra philoſophiam, quia duo realiter oppoſita ſecundum idem eſſe in eodem,
eſt omnino impoſſibile, iuxta decreta Ariſt. 5. huius, & ſiue ibi ſit ordo eſſentialis, ſiue ſit or- Tex. 23.
do accidentalis, quomodocunque accipiatur propoſitio, eſt veriſſima: igitur impoſſibile eſt

In Deo non eſt niſi eſſentia & relatio.

Diſt. 28. q. ultima.

dicere, quòd duę relationes reales oppoſitæ fundentur in eodem ſuppoſito ſuper eodem fundamento proximo, cum diuerſitas realis ipſarum relationũ requirat diuerſitatem fundamẽtorum. Si autem dicatur, quòd aliter & aliter ſunt compoſſibiles in eodem ſuppoſito, quia ſecundum aliud eſt mouens, & ſecundum aliud eſt motum: ratio demonſtrat quòd idem per ſe primo non mouet ſe ipſum; nec agit in ſe ipſum ſecundum idem, ſed per alterum; ex his ergo patet veritas concluſionis. A

Secunda concluſio. Nullum ſimplex materiæ coniunctum eſt mouens ſe ipſum primo & per ſe, dico ſimplex materiæ coniunctum; propter Deum benedictum, qui intelligit, & amat ſe ipſum per ſe ipſum, & propterea dixit Plato, primum mouens mouere ſe ipſum; omnẽ operationem nominans motum, ſecundum quòd etiam ipſum intelligere & velle, & amare motus quidam dicuntur: hoc ſequens D. Auguſt. ſuper Geneſim ad literam lib. 4. dixit ſpiritus creator mouet ſe nec per tempus, nec per motum, dico etiam propter Angelum, qui intelligit ſe ipſum per ſuam eſſentiam, vt docuit S. Thomas 1. p. quòd cum moueri & pati conueniant intellectui ſecundum quòd eſt in potentia: Angelus autem eſt ſemper in actu reſpectu intellectionis ſui ipſius, & ideo intelligit ſe ipſum per ſe ipſum: vnde iſta propoſitio, mouens & motum debent eſſe diſtincta ſubiecto, vniuerſaliter non eſt vera, niſi in corporalibus: verificatur tamen aliquo pacto in re ſimplici materiæ coniuncta, ſicuti eſt in intellectu, & voluntate hominis, de voluntate dictum eſt de mente S. Thomæ, quod non eſt mouens ſe ipſam per ſe ipſam primo; ſic etiam de intellectu, vt eſt videre 1. p. B

Cap. 3.

q. 56. ar. 1. Angelus intelligit ſeipſum per ſeipſum.

q. 87. ar. 3.

Tertia concluſio eſt. Corpora grauia & leuia mouentur per ſe à generante, tanquam à mouente principali, & mouentur à remouente prohibens per accidens: prima pars probatur, quia dans formam dat conſequentia formæ; ſed generans dat formam corporibus grauibus, & leuibus: ergo dat ea, quæ eorum formam conſequuntur; ſed motus deorſum conſequitur graue de neceſſitate, & motus ſurſum ſequitur ipſum leue: ergo hæc omnia ſunt à generante. Secunda pars probatur ſic: operans aliquo modo ad motum grauium, & leuium non imprimendo eis aliquam virtutem, dicitur mouens per accidens ipſorum; ſed remouens prohibẽs eſt huiuſmodi ergo &c. probatur minor, quia quando aliquis lapis eſt ſuperpoſitus alicui columnæ, remouens columnam eſt cauſa quòd lapis moueatur deorſum, non imprimendo ei aliquam virtutem; ergo erit cauſa per accidens non ſecundum quòd per accidens ſe tenet ex parte cauſæ; quia huiuſmodi cauſa per accidens nihil operatur ad effectum: cum enim dicimus album ędificat; albedo nihil operatur ad ædificationem, neque eſt per accidens ex parte effectus, quaſi ille effectus intendatur: poſſibile enim eſt, quòd aliquis diuellat columnam nõ intendendo motum lapidis ſuperpoſiti, & tamen lapis cadat: ſed dicitur mouens per accidẽs, quia motui columnę per accidens coniungitur eſſe aliquod corpus graue ſuperpoſitũ, quod natum eſt illo motu moueri à generante, & ſua grauitate; tamen impediebatur à columna ne moueretur, & hoc pacto remouens prohibens dicitur mouens per accidens. C

Motus inanimatorum eſt a generãte.

Cauſa per accidens nihil operatur ad effectum per ſe.

Vltima concluſio eſt. Corpora animata præcipue animalia non ſunt mouentia ſe ipſa, quia animalia mouent partes corporis, vt quod; ſed quia in eis datur vna prima pars, cui primo communicat anima virtutem motiuam, & per hanc mouentem ceteræ partes mouentur. Pro cuius intellectu ſciendum eſt, quòd quando animal eſt mouens ſe ipſum, anima eſt principiũ intrinſecum primum, quo mouetur animal, quia eodem modo anima eſt primum principiũ intrinſecum mouendi localiter in animali, & vegetandi, & ſentiendi, vt ſcripſit Ariſt. 2. de aĩa, ſed anima eſt principium, quo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus primo vt in eodem lib. didicimus: igitur anima erit principium intrinſecum quo: probatur modo concluſio ſic; mouens quod, in iſtis materialibus non eſt actus, quia actus habet rationem quo; ſed exiſtens in actu diſtinctum in eſſe à motu; ſed anima eſt actus, & non eſt proprie exiſtens in actu, quia non eſt ſubſiſtens niſi anima intellectiua, vt intellectiua, & non vt motiua: nec diſtinguitur ſecundum eſſe ab animali moto; quoniam idem eſt eſſe partis, & totius, vt exiſtit in toto: ergo anima non eſt mouens vt quod: propterea dixit S. Thomas 1. p. quòd anima nõ mouet corpus per eſſe ſuum, ſecundum quòd vnitur corpori vt forma, ſed per potentiam motiuam, cuius actus præſupponit iam corpus effectum in actu per animam, & ſic anima ſecundum vim motiuam eſt pars mouens, & corpus animatum eſt pars mota; & hæc diuiſio in partem mouentem, & partem motam eſt diuiſio in partes integrales formaliter: & non in partes eſſentiales, niſi cauſaliter: quoniam omne animal integratur ex duabus partibus corporis, quarum vna actuatur potentia motiua ipſius animalis, & eſt pars mouens, & reliqua mouetur: in homine autem, quia habet duplex motiuum, ſcilicet appetitum ſenſitiuum & intellectiuum eſt diuiſio in partes integrales quoad motum prouenientem ab appetitu ſenſitiuo, D

Animal mouet ſe per ſe ipſum.

Tex. 28.

Tex. 24.

Anima intellectiua eſt ſubſiſtens. q. 76. ar. 4.

Motiuũ in homine duplex.

quia

A quia ille eſt actus cuiuſdam partis corporis, & quodammodo in partes eſſentiales quoad motum prouenientem ab appetitu intellectiuo; quia ille nullius corporis eſt actus: & ſic pars mouens eſt anima, quæ eſt pars eſſentialis: pars vero mota non eſt proprie pars eſſentialis, quoniam eſt corpus in actu, quod non eſt pars, niſi per ſynecdochem realiter loquens, ſed eſt quæ dicitur pars hominis inquantum homo aut animal, qnia formaliter ſumendo animam, formaliter ſumendo corpus, & formaliter ſumendo animal: dicitur animal ipſum componi ex anima & corpore tanquam ex partibus eſſentialibus: ipſum tamen corpus non eſt vere pars, vt dictum eſt: & hæc de tertio.

Quantum ad quartum ſunt aliquæ paruæ difficultates ſoluendæ; quarum prima eſt: quia Ariſto. 2. phyſicorum definiens naturam aſſerit, natura eſt principium mouendi, & quieſcendi eius, in quo eſt primo & per ſe, & non ſecundum accidens: ergo aliquid poteſt per ſe primo agere in ſeipſum: probatur conſequentia, quia natura eſt principium mouendi, ſiue agendi in ſeipſum. Ad hanc dicimus prouenire ex malo intellectu definitionis natnræ: quia ibi Ariſto. voluit docere principium motus eſſe duplex: alterum extrinſecum, & alterum in- *Tex. 4*
B trinſecum: extrinſecum eſt illud principium, quod non eſt in eodem ſubiecto cum illo motu, vt ignis eſt extrinſecum principium calefactionis aquæ; quia ille motus calefactionis eſt in aqua, ignis vero non eſt in aqua, intrinſecum principium eſt in illo ſubiecto, in quo eſt ipſe motus, vt cum lapis fertur deorſum eſt principium quoddam in lapide, quo fertur; idq; eſt intrinſecum, quia eſt in illo, in quo eſt ipſe motus: natura ergo (dixit Philoſophus) eſt intrinſecum principium motus, & non extrinſecum: quod dixit propter cauſam efficientem, & finalem, quæ ſunt principia motus, non tamen ſunt in illis, quæ mouentur; de cauſa efficiente dictum eſt de igne calefaciente aquam; de finali eſt exemplum de lucro mouente mercatorem, quod tamen non eſt in mercatore, niſi apprehenſiue. *Principium motus eſt duplex.*

Secunda difficultas ſumitur etiam ex Ariſt. 1. phyſicorum, vbi ait quòd medicus per ſe ſanat, ſed ſanat ſeipſum aliquando: ergo aliquid poteſt agere per ſe in ſeipſnm. Ad hanc dicimus, quòd ſenſus verborũ Ariſt. eſt, quòd medicus per ſe ſanat infirmum, & qnando ſanat ſeipum non ſe tanquam medicum ſanat, ſed tanquam infirmum, propterea non ſequitur ꝙ aliquid agat per ſe in ſeipſum, ſed bene per accidens, vt dictum eſt. *Tex. 74.*

C Tertia difficultas naſcitur etiam ex verbis Ariſt. 1. cæli, ponentis differentiam inter motũ violentum & naturalem, aſſerentis motum naturalem quanto magis fini appropinquatur, tanro eſſe velociorem, vt graue prope centrum velocius ad ipſum mouetur; motum autem violentũ eſſe remiſſiorẽ; ex his dedncũt entia naturalia per ſe agere in ſeipſa, aliter non mouerent ſeipſa velocius verſus finem. Et confirmant auctoritate Auerr. ibidem docentis, lapidẽ mouere ſe inquantum ipſe eſt grauis in actu, & moueri inferius inquantum eſt in potentia: igitur lapis per ſe agit in ſeipſum. Reſpondendo ad iſtam difficultatem dicimus diuerſas fuiſſe ſententias philoſophorum de canſa, propter quam motus naturalis eſt celerior & velocior in fine, quàm in principio; vt narrat S. Thomas ibidem. Quidam diſcipulus Theophraſti dixit cauſam hnius rei, quòd terra velocins mouetur quanto magis deſcẽdit, eſſe ex parte mouentis per violentiam, quia quanto elongatur motum, tanto minus remanet de virtute mouentis, & ſic motus fit tardior; vnde motus violentus in principio quidem intenditur, in fine autem remittitur intantum quòd finaliter graue non poteſt plus ſurſum ferri, ſed incipit moueri deorſum propter paruitatem eius, quòd remanſerat de virtute motoris violenti, *Tex. 88.* *Com. 88.* *Diuerſę ſententię de cauſa velocitatis motus naturalis.*
D quæ quanto magis minoratur motus contrarius fit velocior. Sed hanc cauſam impugnat S. Thomas tanquam falſam. Alii dixerunt cauſam huius eſſe medium, per quod fit motus, qđ reſiſtit rei, quę per ipſum mouetur eiuſque motum retardat, quare cum in fine motus minus ſuperſit medium ſuperandum, & diuidendum à mobili, qnàm erat in principio, ideo tunc celerior fit motus. Alii dixerunt, illud quod mouetur ad locum naturalem, cum moueatur ex loco ſibi contrario, neceſſario afficitur qualitatibus ſibi cõtrariis, & ideo eius vires, & qualitates naturales efficiunmr imbecilles & debiles, & propterea quanto magis per motum ſuum naturalem recedit à loco contrario, & accedit ad locum natiuum, tanto purius & liberius euadit ab illis qualitatibus contrariis, & virtus eins motiua potentior redditur. Nonnulli docuerunt grauia & leuia, quanto propius accedunt ad locum ſuum naturalem, eo maiorem velocitatem acquirere, quia augetur eorum virtus ex appropinquitate ad locum natiuum. Multi etiam opinantur cauſam huius eſſe aerem, qui motus promouet lapidem, & quia ad vim motiuam lapidis accedit impulſus aeris, & tunc incipit augeri celeritas deſcenſns ipſius lapidis; & rurſus lapis magis hoc modo concitatus magis etiam pellit aerem, & hic magis pulſus vehementius etiam promouet lapidem, & ſic deinceps vſque ad finem motus. Tandẽ

assignat

aſſignat cauſam huius rei, ꝙ quãto corpus graue magis deſcẽdit, tãto magis cõfortatur, & corroboratur grauitas eius propter propinquitatẽ ad proprium locũ, & adeo augumentatur, ꝙ ſi in infinitũ creſceret velocitas motus, in infinitũ etiam creſceret grauitas, & eadẽ ratio eſt de leuitate, quæ verba iudicio meo ſic intelligenda ſunt, ſcilicet quòd creſcit in virtute non autem in pondere, quomodocunque ſit hoc, nunquam tamen ſequitur, quòd aliquid agat in ſeipſum per ſe, quia graue ipſum non habet in ſe aliquod principium actiuum, quod moueat ipſum, ſed tantummodo principium quo mouetur deorſum, & ſic etiam intelligitur auctoritas Auerr. quòd lapis dicitur mouere ſe impropriè, quia habet in ſe principium quo & inſtrumentale ſui motus, mouetur etiam à cælo effectiue, & à loco finaliter; & à generante mediate, à remouente prohibens dicitur moueri per accidens, & à medio dicitur moueri adiuuãdo, & ſic patet quomodo corpus naturale quo magis procedit in motu naturali, celerius mouetur; patet etiam ſolutio ad difficultatem motam ab Aduerſariis. A

Duplex eſt principium, quo, & quod

B

Et quæ quidem cum ratione omnes contrariorum ſunt eadẽ, & quæ irrationabiles vna vnius, &c. Tex. 3.

An differentia aſſignata inter potentias rationales & irrationales ſit conueniens, ſcilicet quòd illæ ſint oppoſitorum, hę vero non.

Dilucidatio ſecunda.

Sententia exterorum quę eſt.

IN explicatione huius controuerſiæ quatuor pertractabimus. Primo dicemus poſitionẽ aliorum. Secundo arguemus contra eorum dicta. Tertio dilucidabimus veritatem. Quarto & vltimo diſſoluemus argumenta; quę contra iſtam veritatem ſic deciſam adduci poſſunt. Quantum ad primũ exteri multa dicunt, inter quæ aſſerunt in primis, quod differentia iſta eſt intelligenda de potentiis actiuis tantum, vt ſit ſenſus, quòd potentiã actiua irrationalis cuicunque comparetur, ſiue actioni, quam elicit, ſiue termino quem producit, ſic eſt illius, quòd permanente eadem natura ipſa non poteſt eſſe actiua alterius, quàm eius, cuius eſt: frigiditas enim manens frigiditas, non poteſt eſſe productiua caloris, nec elicitiua calefactionis, ſi tamẽ eſt de ſe actiua: nam quicquid circa ipſam frigiditatem fieret, licet illud poſſit aliquid facere ad eſſe caloris; nunquã tamen frigiditas faceret ad hoc, ſimiliter potentia rationalis ſic eſt actiua oppoſitorum, ſiue ſint contraria, ſiuè contradictoria, quòd manens natura vna quantum eſt de ſe eſt ſufficiens productiuum oppoſitorum productorum: ſi eſt oppoſitorum productorum & ſufficiens elicitiuum oppoſitarũ actionum, & ſic producit actiones oppoſitas. Secundo dicunt, quòd illa differentia ſic eſt intelligenda, quòd potentia rationalis eſt oppoſitarum actionum ſiue actionis, & negationis eius, ſcilicet quòd poſſit agere & non agere, ſi autem actio accipiatur etiam pro re acta vel producta, tunc ſicut eſt oppoſitorum actorum, ſic eſt oppoſitarum actionum. Primo tamen modo dicunt intelligendam eſſe hanc differentiam, ſcilicet vt eſt actionis & negationis eius, vel actionum oppoſitarum. Tertio dicunt differentiam inter potentias rationales & irrationales debere intelligi ex modo eliciendi actiones circa obiecta, quia potentiæ rationales approximatæ obiectis ſuis, & remotis omnibus impedimẽtis, contingenter operantur circa illa, irrationales vero neceſſario eliciũt actus, quando ſunt approximatæ ſuis obiectis. Quarto docent cauſam diuerſitatis talium modorum eliciendi eſſe diuerſitatem illarum naturarũ: voluntas enim contingenter ſic elicit, quia eſt voluntas; natura vero ſic neceſſario elicit, quia eſt natura: nec eſt dare aliquam cauſam, quare ſic eliciant iſtæ potentiæ. Quinto volunt duplicem eſſe indeterminationẽ. Vnã quæ eſt ex inſufficientia, & quæ eſt ex potentialitate, & defectu actualitatis, ſicut materia non habẽs formam eſt indeterminata ad actum formæ. Alia eſt indeterminatio ſuperabundantis ſufficientiæ, quæ eſt ex illimitatione actualitatis, vel ſimpliciter, vel quodãmodo: primo modo indeterminatum non reducitur ad actum, niſi prius determinetur per formam ab alio: ſecundo modo indeterminatum poteſt ſe determinare; ſi enim hoc poſſet habendo actum limitatum, multo magis ſi haberet illimitatũ, quia tunc non careret aliquo, qđ fuerit ſimpliciter principiũ agendi, alioquin Deus, qui eſt ſummè indeterminatus C D

Indeterminatio duplex eſt.

A minatus autem quancunque actiooem iodeterminatione illimitationis non poſſet aliquid agere, quod eſt falſum: indeterminatio autem, quæ ponitur in volũtate, nec eſt materialis, oec imperfectionis inquantum ipſa eſt actiua; ſed excellentis perfectionis, & potentiæ aliqualiter illimitatæ non alligatæ ad terminatum actum, & ideo poteſt ſeipſam terminare. Vltimo dicunt potentiam ratiooalem dupliciter ſumi poſſe. Vno modo incomplete, & ſic eſt intellectus, vel ars, vt præcedit voluntatem, & de tali loqoens Philoſophus in præſenti litera, ait, q; oportet illam determinari per voluntatem, vel proheresim. Alio modo ſumitur complete, & ſic eſt voluntas determinatioa iotellectus, vel ſaltem talis voluntas concurrit ad potentiam determinatiuam intellectus tanquam potentia completa, & ſic verum eſt potentiam rationalem eſſe oppoſitorum, & quando Philoſophus loquitur in textu, loquitur de potentia rationali incompleta, hæc de primo. Potentia rationalis ſumitur bifariam Tex.10.

Quoad ſecundum, illud primum dictum iſtorum aduerſatur ſeipſis in prologo primi ſenteotiarum, & etiam in 2. vbi docent dari potentiam neutram, quæ neque inclinatur ad actum neque ad oppoſitum eius, adeo quòd potentia neutra dicitur eſſe ad oppoſita, vt ſuperficies quæſt.1. diſt.2.q.6

B reſpectu albedinis & nigredinis, & tamen ſuperficies, quæ eſt potentia neutra de mente ipſorum, non eſt actiua; ſed potius paſſiua: igitur inſufficienter dictum eſt, quòd iſta differentia, quam hic ponit Ariſto. inter potentias rationales & irrationales; quòd irratiooales ſunt tantũ vnius oppoſiti, & rationales vtriuſque oppoſitõ, ſit intelligenda tantum de potenõis actiuis, cum ipſi ponant etiam poteotiam paſſiuam eſſe oppoſitorum; ergo expoſitio, quam hic tradunt verbis Ariſt. deſtruxit eorum doctrinam de potentia neutra. Secundum dictum iſtorum eſt contra Auerr. hic qui intelligit differentiam ioter iſtas potentias oedum reſpectu oppoſitarum rationum, ſeu oppoſitorum actorum, ſed etiam reſpectu obiecti: quia potentia naturalis non poteſt niſi circa vnum obiectum: potentia vero ratiooalis poteſt ad oppoſita, vt voluntas reſpectu boni & mali: ergo hoc ſecundum dictum non eſt ſufficienter aſſignatum, arctando differentiam harum potentiarũ tantum ad oppoſitas actiones, ſeu ad oppoſita acta. Com.10

Tertium dictum, in quo aſſerunt differentiam inter potentias iſtas debere iotelligi ex modo eliciendi, eſt etiam inſufficienter ab eis explicatum, quia differentia modorum eliciendi eſt propter differentias naturarum: ergo prima differeotia inter potentias irrationales & ra-

C tionales, eſt propter ipſarum naturas, & noo ex modo eliciendi, & quia iſtæ potentiæ non ſunt res abſolutæ omnino, nec reſpectiuæ totaliter, ſed medio modo ſe habent inter entia abſoluta, & reſpectiua, quia poteotia ſecundum id qood eſt, ad actum dicitur & eſt, propterea male illatum eſt quartum dictum, quòd cauſa diuerſitatis talium modorum eliciendi eſt diuerſitas illarum naturarum, quia iſtæ naturæ cum nõ ſint abſolutæ omnino, nec reſpectiuæ totaliter, cauſa diuerſitatis non eſt ſuſcipienda abſolote ex naturis earum, vt ipſi etiam dicũt ſed ex ordioe, quem habent ad actus, & ad obiecta, cum peripatetica doctrina ſit, diſtioguere potentias per actus, & actus per obiecta. Vnde ſumitur diuerſitas prima inter potentias rationales & irrationales.

In quinto dicto docent vnum, qood ooo eſt ſuſtioendum in theologia: dicunt enim Deũ eſſe ſumme iodeterminatum ad quancunque actionem: hoc enim videtur deſtruere dictum Apoſtoli ad Epheſ. qui operatur omina ſecundum cooſilium voluntatis ſuæ, ſi operatur omnia ſecundum conſilium ſuæ voluntatis, quomodo eſt ſomme indeterminatus? & qoomodo etiam potuiſſent ſtare verba in lib. Sapieo. tu aotem pater gubernas omnia prouidentia tua item attingit à fine vſque ad fioem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Hinc Boetius 4. de Cap.1. Cap.14. Proſa 3.

D conſolatione philoſophica dicebat, quòd prouidentia eſt ipſa dioina ratio io ſummo omniũ principe conſtituta, quæ cuncta diſpooit; ſi ergo diuina ratio cũcta diſponit; quomodo Deus eſt ſumme indeterminatus? Vltimum dictum de potentia completa rationali & incompleta, eſt contra Ariſt. 2. magnorum moralium, vbi ponit tam intellectum, quàm voluntatem eſſe potentias completas, quid enim deficit intellectui abſqoe voluntate, quin ſit completa? nõ enim aliter diſtinguitur potentia rationalis ab Ariſt. ibi & ab aliis recte philoſophantibus niſi in hoc, quòd aliqua potentia dicitur rationalis per eſſentiam, & aliqua per participationem: potentia rationalis per eſſentiam dicitur ſolus intellectus: potentia rationalis per participationem eſt ipſa voluntas, vt docuit S. Thomas 1.2. licet rationale per participationem dicatur de concupiſcibili & iraſcibili, etiã prout aptæ natæ ſunt obedire rationi, & ſic dicuntur eſſe ſubiectum virtutis: voluntas vero dicitur rationalis per participationem quoad ſimilitudinem actus in concupiſcibili & iraſcibili, & ſi aliquando etiam ipſa voluntas dicitur potentia rationalis per eſſentiam: tunc capitur rationale per eſſentiam cummuniter pro eo, quod eſt intellectiuum diſtinctum à ſenſitiuo; ſed non prout cuius actus eſt ratiocinari, quia hoc modo, vt dictum eſt, ſolus intellectus eſt rationalis per eſſentiam, nihilominus hoc dictum Cap.2. q.56.ar.6. Volũtas quãte dicitur potentia rationalis.

Ariſto.

Ariſt. intelligendum venit de potentia rationali, vt diſtinguitur contra ſenſitiuam, & ſic patet quàm turpiter errauerint hic exteri in declarando hanc differentiam. A

Tex. 118. Quoad tertium pro dilucidatione veritatis ſciendum eſt primo, vt docet Ariſto. 2. de anima, quòd antiqui non diſtinguebant inter ſenſum, & intellectum: propterea apud ipſos hæc differentia inter potentias rõnales & irrõnales non fuit cognita, & ſi potentias ipſas irrõnales apud peripateticos, nõ poſſe ſe habere ad oppoſita dupliciter itelligere poſſumus. Vno modo obiectiue, itaquòd ipſæ non poſſint in oppoſita obiecta. Alio modo effectiue, itaquòd non poſſint in oppoſitas actiones; tñ ſi primo mõ intelligamus, adhuc diſtinguere oportet, quia aut intelligitur quòd potentiæ irrationales non poſſunt ſe habere ad oppoſita obiecta adæquata abſolute, & ſic eſt veriſſima propoſitio iſta, ſcilicet potentiæ irrationales non poſſunt ſe habere ad oppoſita, & nullam inſtantiam pati poteſt, vt viſus, cuius obiectum eſt color, nõ poteſt per ſe loquendo in oppoſitum eius. Alio modo poſſumus intelligere potentias irrationales non poſſe ſe habere ad oppoſita contenta ſub obiecto adæquato, & ſic tales potentiæ poſſunt ſe ad oppoſita habere, vt uiſus poteſt in albũ, & nigrum; & per conſequens in albũ & non album: ſi autẽ effectiue intelligamus, itaquòd non poſſint in oppoſitas actiones, dupliciter adhuc intelligere poſſumus, uno modo per accidens, & ſic poſſunt in oppoſitas actiones, quia potẽtia frigefactiua non ſolũ per ſe frigefacit, ſed poteſt eſſe cauſa ipſius caloris: ſed hoc erit per accidens, & non per ſe. Alio modo poſſumus intelligere per ſe, & hoc duobus modis; primo ſic, potentiæ irrationales poſſunt in oppoſitas actiones oppoſitione diſparata, & ſic eſt propoſitio vera, quia potentia ſolis eſt potentia irrationalis, & producit oppoſitos effectus oppoſitione diſparata; quia per vnum, & eundem calorem diſſoluit glaciem, & indurat lutum. Secundo poſſumus intelligere, quòd potentiæ irrationales poſſint ſe habere ad oppoſitas actiones oppoſitione contradictionis, ſcilicet ſecundum affirmationem & negationem, & ſic eſt veriſſima propoſitio, nullam difficultatem patiens, quòd potentiæ irrationales non poſſunt ad oppoſita ſe habere. B

Potentia irrõnalis quõ valet ad oppoſita.

Potentia ſolis dicitur irrationalis.

Secundo notandum eſt de potentiis rationabilibus, quomodo ſe habeant ad oppoſita iuxta ſententiam Alexandri, tam reſpectu actionum, quàm reſpectu obiectorum inadæquatorũ, quòd pro eodem indiuiſibili temporis non ſimul, ſed diuiſim cum ſint liberę, poſſunt in oppoſita; & hoc patet primo ex natura ipſius animæ, quæ eſt omnia facere; & omnia pati, vt docuit Ariſt. 3. de anima. Secundo ex natura definitionis, quia ille, qui bene definit, contraria aſſignat diuidẽdo. Tertio, quia agit per conceptum: nam ſcientia, quæ eſt potentia rationalis, eſt quædam ratio rei ſcitæ; ſed eadem ratio manifeſtat rem, & eius priuationem, licet non ſimiliter: quia primo manifeſtat ipſam rem, ſed per poſterius eius priuationem, ſicut per rationem viſus per ſe cognoſcitur primo ipſa viſiua potẽtia, & ex conſequenti cognoſcitur cæcitas, quæ nihil aliud eſt, quàm carentia viſionis in ſubiecto apto nato. C

Tex. 17.

Electio quõ ſe habet ad voluntatẽ.

Tertio ſciendum eſt, quòd electio ſe habet ad voluntatem, ſicut ratio ad intellectum: vnde intellectus, & ratio ſubſtantialiter eſt vna virtus, ſed differunt in hoc, quia intellectus eſt principiorum, ratio vero concluſionum, cum ſit virtus diſcretiua, ſic etiam ſe habet voluntas, & electio; quia voluntas eſt virtus, quæ vult aliquid abſolute, vt finem, & hoc ſine diſcurſu: unde voluntas poteſt velle aliquid cognitum per intellectum abſq; omni ratiocinatione, ſed electio præſupponit diſcurſum, & ratiocinium, cum ſit mediorum ordinatorum in finem.

Voluntas quõ eſt libera.

Vltimo notandum eſt, quòd voluntas dicitur libera radicaliter, & primordialiter ab eſſentia, & natura ipſius animæ: proxime vero habet ab ipſo intellectu: formaliter autem ex ſe ipſa, dico radicaliter, quia libertas prouenit ex immaterialitate naturæ, ſeu eſſentiæ, per quam potentia ipſa eſt conuerſiua ſupra formam apprehenſam, vt poſſimus per eã intelligere hoc, & oppoſitum; dico proxime ex intellectu; quia nos non poſſumus intelligere, niſi in intellectu ſit forma apprehenſa, per quam repræſentatur hoc, & oppoſitum eius: & ideo tanquam ex proximo principio voluntas habet ab intellectu, vt ſit libera: habet ex ſe ipſa deinde, vt ſit libera formaliter; quia in poteſtate eius eſt mouere alias potentias ſufficienter, & effectiue ad proprias operationes, & loquimur hic de libertate contradictionis; non autem à coactione. D

Iſtis ſtantibus ponitur prima concluſio. Potentiæ irrationales non poſſunt in oppoſita; probatur ſic; quia ignis non poteſt eandem aquam calefacere, & infrigidare, nec ſol poterit eundem aerem illuminare & obtenebrare præſentia ſui: ratio eſt, quia principium ſuæ actionis eſt qualitas naturalis, quæ eſt natura determinata ad vnum, & propterea pręſentato & approximato ſuo obiecto, & remoto omni impedimento non poſſunt non agere in ipſum, ſed per ſe prima, & ſecunda intentione ſemper agunt in ipſum obiectum, vt ignis per ſe ſemper, & ſecundum omnem ſuam intentionem calefacit, & nunquam frigefacit, licet aliquando per accidens

A cidens ideſt pręter naturã,puta facta calefactione, & apertione pororũ ſequatur aliquãdo fri
gefactio,quæ eſt effectus pure per accidens reſpectu ignis calefacientis.

Ignis per accidens frigefacit.

Secunda concluſio eſt. Potentiæ rationales poſſunt per ſe in oppoſita,tum oppoſitione cõ-
trariorum,tum contradictoriorum pro eodem inſtanti,licet non ſimul,ſed diuiſim: probatur
quia medicus ſequndum ſuam artem poteſt ſanare ipſum ęgrotum , & non ſanare , & quili-
bet noſtrum pro eodem inſtanti diuiſim poterit amare amicum ſuum: & odiohabere,& Cal
lias præſentato ſibi cibo,& nullo impedimento impeditus , & maxima fame laborans poteſt
comedere,& nõ comedere;& ratio fundamẽtalis eſt,quia principiũ actionis in potẽtiis rõna-
libus eſt cognitio ſiue ſciẽtia,qua ſicuti cognoſcuntur oppoſita,ita poſſunt agi,licet non æque
primo,nam medicus ſua ſcientia prius cognoſcit ſanitatem,quæ ſe habet vt habitus,& per po
ſterius cognoſcit infirmitatem,quæ ſe habet vt priuatio , & ſic per prius producit ſanitatem,
& per poſterius oppoſitum eius. Tertia concluſio. Potentiæ rationales reſpectu aliquorum
obiectorum non poſſunt in oppoſſita ſaltem quoad ſpecificationem actus,loqnendo natura
liter: probatur,quia intellectus non poteſt non intelligere prima principia , & voluntas non
B poteſt non velle beatitudinem,& finem,ac bonum in communi: ergo reſpectu iſtorum obie-
ctorum potentiæ rationales non ſe habent ad oppoſita , quia ad hęc naturaliter ordinahtur,
ex his ſequitur virtutes rationales ſe habere ad oppoſita in illis , ad quæ non ordinantur na-
turaliter, vt docuit S.Thomas 1.p. loquens de beatis , qui videndo diuinam eſſentiam non
poſſunt eam odiohabere: ex conſequenti nullo modo peccare: retinent tamen liberum arbi-
trium,quo volunt diuerſa ſeruato ordine finis.

Medicus per ſe ſanitatem inducit.

q.62.ar.8.

Vltima concluſio eſt. Voluntas accepta ſecundum ſe eſt liberior intellectu libertate con-
tradictionis: probatur ſic,illa potentia eſt liberior , in cuius poteſtate eſt agere , & non agere
ſtante operatione alterius,quàm ea,in cuius poteſtate non eſt ſic agere,& non agere;ſed ſtan-
te iudicio intellectus de aliquo operando poteſt voluntas ipſum velle , & non velle , itaquòd
intellectus non poteſt ſufficienter mouere voluntatem ad volendum: volnntas autem ſufficiẽ
ter poteſt mouere intellectum,quia ſi voluntas vult deliberare,qnòd intellectus conſideret de
aliqua re,non poteſt intellectus facere quin conſideret: ergo voluntas eſt liberior,& magis ha
bet dominium ſuæ operationis,quàm intellectus ; & ex hac concluſione ſequitur falſum di-
C xiſſe illos,qui volnerunt intellectum eſſe magis liberum voluntate,illoſque etiam,qui docue
runt has duas potentias eſſe æque liberas.

Q̃uo voluntas eſt liberior intellectu.

Quantum ad vltimum ſolnendæ ſunt difficultates, quæ poſſnnt oriri contra concluſiones
propoſitas;& primo contra primam concluſionẽ eſt difficultas, quam aliqnis potuiſſet habe-
re ex verbis Ariſt. qui in hoc libro docet,quòd omnis potentia eſt contradictionis;ſed poten
tiæ irrationales ſunt potentiæ:igitur dicuntur eſſe contradictionis ; ergo potentiæ irrationa-
les ſe habent ad oppoſita,& ſic falſa eſt concluſio propoſita. Reſpondent exteri huic diffi-
cultati,quòd omnes potẽtiæ paſſiuæ ſunt ex ſe contradictionis,actiuæ vero nõ ex ſe,ſed qua-
ſi per accidens & aliunde,quatenus paſſiuum poteſt adeſſe, vel non adeſſe. Sed hæc reſpon-
ſio eſt nulla, quia inter potentias irrationales dantur actiuę,& etiam paſſiuę,ſi ergo omnis po
tentia ſimul eſt contradictionis: ſequitur qnòd non ſit poſita ſufficiens differentia inter po-
tentias irrationales & rationales. Deinde impugnata eſt opinio iſtorum ſuperius , qui volunt
arctare dictum Ariſt. ad potẽtias actiuas excludendo paſſiuas, quia contradicunt dictis Sco-
ti de potentia neutra. Contradicunt etiam Ariſt. 2. de anima, vbi vniuerſaliter poſuit ſenſus cõ
D gnoſcere differentias ſenſibilium,quę ſunt oppoſitę,& ſenſus ſunt potentiæ paſſiuę, & irratio
nales. Deinde 3. de anima poſuit intelligere eſſe pati,& intellectum eſſe potentiam paſſiuam,
& tamen intellectus etiam ſecundum ipſos ſe habet ad oppoſita. Secundum multos peripate-
ticos etiam voluntas eſt potentia paſſiua reſpectu volitionis:igitur hęc reſpõſio eſt fuga . Ad-
de,omnes virtutes intellectiuas,vt prudentiam , opinionem , & cęteras , ſic etiam & virtutes
morales ſe habere ad oppoſita; & 1. perhier. Ariſt. docuit, veſtem poſſe incidi & non incidi,&
ſanari ęgrotum , & non ſanari dici ad vtrumlibet;patet ergo quòd vniuerſaliter eſt intelligen
da hæc propoſitio de omni potentia ſiue actiua ſiue paſſiua, quod patet etiam ex dictis ipſo-
rum,qui reſpondendo ad difficultatem de proiiciente pilam ad parietem,qui eſt cauſa reſili-
tionis,aſſerunt , ꝙ mouens violenter aliquid ad vbi mouet ad omne vbi poſſibile acquiri per
illum motum,& ſi indirectum poteſt,ſic mouetur , ſi non redit,& donec factus fuerit motus
proportionabilis potentiæ mouentis &c. modo in pila eſt potentia paſſiua,ergo &c. Propte-
rea dico ex doctrina habita in concluſionibus,quòd potentiæ rationales poſſunt ad oppoſita
reſpectu vnius & eiuſdem,& in eodem inſtanti temporis diuiſim , hoc autem non dicitur de
potentiis irrõnalibus , & propterea eſt ſufficiens,& conueniẽs differentia aſſignata inter eas.

Tex.17.

Potentia irrationalis ẽ actiua & paſſiua.

Tex.134.

Tex. 17.

Cap. ultimo.

Proiiciẽs pilam eſt cauſa reſilitionis.

Aucto-

Auctoritas Ariſtot. quòd omnis potentia ſimul contradictionis eſt, loquitur in corruptibili- A
bus, vt docet Auerro. quòd idem poteſt eſſe & non eſſe, & hinc eſt quòd in æternis non eſt
potentia,

Contra ſecundam concluſionem poterit quis dubitare: quia omnis ratio eſt quædam na-
q. 60. ar. 1. tura, vt docet S. Thomas 1. p. quòd ſemper prius ſaluatur in poſteriori: igitur omnes potentiæ
rationales ſunt naturales per locũ à coniũgatis: ergo non erit differẽtia inter põas rationales,
Natura dupliciter capitur. & irrationales, ſed omnes ſunt naturales, & ſic male poſita eſt ſecunda concluſio. Ad quã dif-
ficultatẽ reſpondendo dicimus, quòd naturale aliquando capitur, vt diſtinguitur contra vio-
lentũ, & ſic virtutes rationales dicuntur naturales: aliquando naturale ſumitur, vt diſtingui-
tur contra rationale, & ſic potentiæ rationales non dicuntur naturales: & hoc modo intelligi
tur ſecunda concluſio: patet igitur hanc difficultatem nihil concludere contra concluſionem.
Poterit etiam aliquis ambigere aduerſus tertiam concluſionem: quia vnius naturæ eſt vnus
modus agendi & operandi; ſed potentiæ rationales ſunt vnius naturæ, & non diuerſarum na
turarum: ergo habent vnicum modum agendi & operandi; & ſic ſemper ſe habent ad oppoſi
ta: male ergo poſita eſt tertia concluſio, quòd reſpectu aliquorum obiectorum non poſſunt B
Potentię rationales bifariam ſumũtur. in oppoſita. Dicimus ad hoc potentias rationales dupliciter poſſe perpendi, & conſiderari.
Primo abſolute, & ſic nullus actus naturalis ineſt eis, ſed reſpectu cuiuſcunque obiecti ſunt li-
berę quo ad exercitium actus. Alio modo ſecundum aliquem ſtatum: & reſpectu alicuius
obiecti, ad quod naturaliter inclinantur, & ſic poſsunt ſe habere tantum ad vnum, & non ad
oppoſita, quia natura eſt determinata ad vnum, licet in poteſtate ipſarum ſit ſuſpendere actũ;
tamen ſi debent elicere, neceſſario eliciũt circa illud obiectum, à quo ſpecificantur; & ſic non
poſſunt tendere ad oppoſitum, quo pacto eſt intellectus reſpectu primorum principiorum,
quæ naturaliter intelligit quo ad ſpecificationem actus, licet libere quo ad exercitium, & vo-
Libertas duplex eſt. luntas reſpectu boni in communi, licet reſpectu boni diuini clare viſi voluntas non ſit libera
nec quod ad exercitium, nec quo ad ſpecificationem actus; quia actus amoris & fruitionis re-
ſpectu diuinæ eſſentiæ clare viſæ eſt naturalis vtroque modo: formaliter ergo reſpondendo
ad argumentum dicimus, potentias rationales eſſe vnius naturæ abſolute, & habere vnum
modum agendi, & operandi, ſcilicet libere quo ad exercitium actus, & ſi aliquando operen-
tur naturaliter, non mutatur earum natura, ſed tantum ſtatus. C

Contra vltimã concluſionẽ poterit quis exiſtimare, intellectum eſſe liberiorẽ voluntate ex
in prologo. hoc: quia illud eſt magis liberum, quod eſt magis gratia ſui, vt docuit Ariſto. 1, huius, ſapien-
tiam ideo eſſe liberam, & voluntariam, quia eſt gratia ſui, ſed intellectus eſt magis gratia ſui,
quàm voluntas: ergo intellectus eſt magis liber quàm voluntas: probo minorem ſic, quando-
quidem id eſt magis gratia ſui, quod minus dependet; ſed intellectus minus dependet; quàm
voluntas; intellectus enim non præſupponit voluntatem, ſed voluntas pręſupponit intellectũ
& ſic voluntas cum maiorem dependentiam habeat, ſequitur ipſam maiorem obligationem
Quare dicatur aliquid eſſe liberum habere, & ſic minus liberam, cuius oppoſitum dictum eſt in vltima concluſione. Niſi dica-
mus, ideo potentiam eſſe liberam, quia eſt immaterialis & actiua: illa ego eſt liberior, quæ mi-
nus eſt dependens in agendo: voluntas autem hoc modo minus dependet ab intellectu, quàm
econtra, cum ipſa moueat intellectum effectiue, & intellectus non moueat effectiue volunta-
tem, licet voluntati præſupponatur actus intellectus, quo præſentetur ei ſuum obiectum. Itẽ
licet voluntas non poſſit cauſare volitionem, niſi concurrente notitia obiecti, non tamen dici-
tur eſſe propter hoc dependens ab illa notitia, ſicut nec Sortes in tractu nauis dependet ab D
Antonio, poſito quòd neuter eorum poſſit ſe ſolo trahere; ſed ambo ſimul, cum dependen-
tia ſit ad aliquid ſuperius: formaliter ergo reſpondendo, neganda eſt minor, & ad probatio-
nem patet ſolutio ex dictis.

Et ſi quis adhuc inſtaret dicendo, voluntatem ſaltem æqualem habere libertatem cum in-
tellectu, quia eſt in eadem eſſentia animæ, cum ipſo intellectu, & ita ad imaginem Dei eſt vo-
luntas, ſicuti & ipſe intellectus: ergo eadem gaudent libertate. Reſpondetur argumentũ hoc
nihil cõcludere, quia eodem modo quis potuiſſet arguere, quòd ſicut intellectus eſt cognoſci-
tiuus, ita & voluntas, immo quicquid eſſet in anima, eſſet cognoſcitiuum, ſicut Deus ſecun-
Triplex imago reperitur' ĩ anima beatorum dum ſe totum eſt intellectiuus, & ſecundum ſe totum eſt volitiuus, & ſimiliter ſicut Deus eſt
actus purus, ita anima ſecundum ſe totam eſt intellectiua & volitiua, & eſt actus purus, quia
tota eſt ad imaginem Dei: & præſertim concluderet argumentum de anima Beatorum, quæ
habet triplicem imaginem Dei, nempe naturæ, gratiæ, & gloriæ, & tamen nõ concludit, vt cla
re eſt videre, tanto minus concludit hoc argumentum contra concluſionem propoſitam, de
d. 24. q. vnic. quo latius vide Capreo. 3. ſenten.

Palam

A

Palam quia prior eſt actus potentia, dico autem potentia non ſolum determinata. &c. Tex. 13.

Vtrum verum ſit, quòd actus ſit prior potentia ſecundum rationem.

Dilucidatio tertia.

B IN hac dilucidatione erunt quatuor conſideranda. Primum videbimus, quid exteri dicant. Secundo eorum dicta impugnabimus. Tertio dilucidabitur veritas ipſa peripatetica. Vltimo ſoluentur quæ videbuntur eſſe contra veritatẽ. Quoad primum dicunt Aduerſarii, relatiue oppoſita poſſe dupliciter intelligi, ſcilicet vel mutuo: vel nõ mutuo; illa quidẽ mutuo referũtur, quorũ vtrumque habet habitudinem per ſe ad alterum: non mutuo referuntur illa, quorum vnum per ſe habet habitudinem ad alterum, & non econtra. Deinde aſſerunt, quòd actus & potentia non opponuntur relatiue primo modo; nã cum talia ſint ſimul natura & definitione, ſequeretur quòd actus nõ eſſet prior ratione, quàm potentia: nec ratio potentiæ ſumeretur ab actu magis, quàm econuerſo, quod eſt contra Ariſt. hic. Tertio docent; quòd actus & potentia opponuntur ſecundo modo, quia potentia dicit ordinem ad actum: & ille ordo eſſentialiter eſt reſpectus ad actũ, & non econuerſo; quia ratio actus eſt abſoluta, & relatio aliquando per ſe põt eſſe ad aliquid abſolutum, vt patet de ſcientia, quæ eſſentialiter refertur ad ſcibile, & non ecõtra. Quarto exiſtimãt, ꝙ non ſit idẽ referri, & relationẽ terminare, immo vbi concurrunt in eodẽ, videntur per accidens coniuncta, ſicut forſan eſt in relationibus mutuis. Vltimo ſubſtinẽt, ꝙ hoc ſecundo modo poteſt dici creaturã C referri ad Deum ſine omni correlatione in Deo, & ſic potentia & actus, Deus & creatura, & omnia ſimilia, videntur pertinere ad tertium modum relatiuorum, quia igitur potentia eſſentialiter refertur ad actum, ideo ab eo dependet, & non econtra, & propterea per actum definiri debet, ſed non econuerſo, ob hoc dixit Philoſophus, actus eſt prior potentia ratione, & non econuerſo.

Actus & põa q̃uo opponã tur ſecundũ exteros.

Quoad ſecundum videntur dicta iſtorum contra rationem, & Ariſto. & primum dictum eſt expreſſe contra textum Philoſophi hic, & in tota doctrina ſua, præcipue in prædicamentis, vbi non dixit relatiua non conuerti mutuo, ſed non omnia relatiua eſse ſimul natura; ſicut ſenſus & ſenſibile: ſcientia & ſcibile; & in poſtprædicamentis voluit relatiua ideo dici oppoſita, quia ea ipſa, quæ ſunt, oppoſitorum eſſe dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea, vt duplũ dimidii ipſum quod eſt, alterius dicitur: alicuius enim duplum dicitur: & ſic etiam pater alicuius filij pater, &c. ergo intentio Philoſophi nõ eſt diſtinguere de relatiuis mutuis, & non mutuis, vt iſti male diſtinguunt, ſed abſolute dicere ſecundum veram proprietatem ipſorum relatiuorum, omnia relatiua eſſe ſimul natura, ſi recte aſſignentur; hinc eſt, quòd deduxit po- D ſtea, quòd ſi quis definite nouit aliquid eorum, quę ſunt ad aliquid, definite etiam & reliquũ. Secundum etiam dictum iſtorum ſequitur eſſe falſum, quia implicat, actum & potentiam opponi relatiue, & non eſſe ſimul natura, quia ſimultas naturæ eſt vera proprietas ipſorum. Nec valet inſtantia de ſcibili & ſcientia: quia ſi recte iſta relatiua aſſignentur, adhuc ſunt ſimul natura: ſcibile enim attenditur ſecundum potentiã, & non recte aſſignatur, ſi ad ipſam ſcientiam quæ actum aut habitum nominat, aſſignetur, ſed ſcibile ad ſcitiuum aſſignari debet, quia cũ relatiua quędam ſint ſecundum actum, vt calefaciens & calefactum, quædam ſecundum habitum, qui medius eſt inter potentiam & actum: & quædam ſecundum potentiam, vt ſcibile & ſcitiuum: ſi relatiua ſecundum actum aſſignentur correlatiuis ſecundum actum; & relatiua ſecundum habitum approprientur ſuis correlatiuis ſecundum habitum, & ſic de iis, quę ſunt ſecundum potentiam, omnia relatiua ſunt ſimul natura, & mutuo referũtur, vt docuit S. Thomas. 1. p. vana igitur eſt diſtinctio ipſorum.

Cap. de rela.

Cap. de opp.

Omnia relatiua recte aſſignata mutuo dicũtur.

Relatiua trifariã dicuntur.

q. 13. ar. 7.

Tertium etiam dictum eſt contra Ariſtot. in prædicamentis, vbi pro impoſſibili habet, quòd ſubſtantia ſit ad aliquid: igitur ſecundum Ariſtotelem ratio terminandi non poteſt eſſe abſolutum quid; tenet argumentum, quia vbi ratio terminandi eſt quid abſolutum,

Cap. de rela.

Ss ſubſtan-

ſubſtantia poterit eſſe ad aliqoid, quia aliud eſt ad ipſam: ergo male dicitur in tertio dicto, q A
Abſolutum non eſt terminus relatiui. relatio aliquando poteſt eſſe per ſe ad aliquid abſolutum. Et exemplum de ſcieotia & ſcibili
ab eis adductum non eſt ad propoſitum, quia dictum eſt quòd quando ſcientia et ſcibile re-
ćte aſſignantur, dicunt relationem ad inuicem. Preterea, ea ratione alterum correlatiuum ter
minat relationem alterius, qua ratione refertur ad ipſum; ſed non refertur per abſolutum:
igitur nec per abſolutum terminat relatiooem. Quartum dictum, in quo aſſerunt, noo eſſe
idem referri, & relationem terminare, implicat contradictionem, cum definitio relati-
uorum ſit, ad aliquid talia dicuntur quæcunqoe hæc ipſa quæ ſunt aliorum eſſe dicuntur,
vel quomodolibet aliter ad alterum, vt maius id quod eſt alterius dicitur, aliquo eoim
maius dicitur, vbi apparet, quòd ſi aliquid terminat relationem alicuius, illud refertur ad
ſuom conterminum. In vltimo etiam dicto: illud, quod aſſerunt, creaturam referri ad
Cap. 2. Deum ſine omni correlatione in Deo, eſt expreſſe contra Auguſtinum 5. de trinitate, vbi
dicit, quòd hæc relatiua appellatio Dominus, Deo conuenit ex tempore; cum ergo creatura
referatur ad Deum ex tempore: igitur & in ipſo Deo erit correlatio creatoris, & dominii ex
tempore. B

Quoad tertium explicanda eſt veritas huius rei. Pro cuius intellectu ſciendum eſt primo,
In Deo eſt relatio ſecūdum ratione & ordine ad creaturam. quòd ratio capitur multis modis ſecundum peripateticos. Primo accipitur pro definitione,
vt docuit Ariſt. 4. huius, ratio, quam ſignificat nomen, & definitio. Secundo accipitur pro
virtute, ſeu potentia rationali ipſius animæ intellectiuæ, vt ſcribitur 3. de anima, de parte au-
tem animæ, qua ſapit, & intelligit, &c. Tertio capitur pro oratione, vt docuit Priſcianus, q
Tex. 10. Tex. 1. ratio dicitur quaſi oris ratio. Quarto capitur pro forma, vt habetur 2. phyſic. quòd vnum
Tex. 17. geous cauſarum eſt exemplar, & ratio ſeu quod quid erat eſſe. Vltimo accipitur ratio pro me-
Cap. 2. dio ipſius ſyllogiſmi. Vnde dixit Alpharabius in expoſitione primi Elenchorum, quòd tunc
Tex. 13. ratio non valet, qoando argumentum non conclodit: ſed in præſenti ſumitur ratio primo
modo, quando dixit Ariſto. in textu, qoòd actos præcedit potentiam ratione. Secuodo
Tex. 3. eſt notandum, quòd actus capitur etiam multis modis. Primo pro forma, quæ dat
Actus multifariam capitur. eſſe rei, vt ſcripſit Philoſophos 2. de anima, quòd anima eſt actus corporis phyſici potentia
vitam habentis, & dicitur actus primus. Secundo actus capitur pro operatione, qoæ eſt
alicuius potentiæ actiuæ, aut paſſiuæ; actio ergo ſeu operatio potentiæ dicitur actus ſecun- C
dus, vt etiam docuit Philoſophus vbi ſupra. Tertio capitur actus pro qualibet entitate rei,
& hic actus dicitur entitatiuus, quem poſoit Henricus de Gandauo, & Scotus poſt ipſum.
Quarto capitur pro exiſtere, & hic actus dicitur actus hypoſtaticus, qui eſt ipſius ſingularis,
vt voluot nominales. Vltimo capitur actus pro quadā media natura, quę eſt inter purā poten
Com. 65. tiam, & actum purum, & dicitur materia in actu, & ſubiectum, quem actum imaginatus
eſt Auerro. t. cæli, vbi voluit orbem ſecluſa intelligeotia eſſe hunc actum, & non compo-
Potentia duplex eſt. ſitū ex materia & forma. In præſenti capitur actus pro operatione. Tertio notandū eſt, quòd
pōa eſt duplex. Altera paſſiua; altera vero actiua; ſi loqoamur de potentia paſſiua, ſic actum
tempore eam præcedere dupliciter poſſumus exiſtimare. Vno modo in eodem nume-
ro, quod mouetur de poteotia ad actum. Alio modo loquendo in diuerſis ſecundum
numerum: primo igitur modo poteotia præcedit actum tempore, & non econuerſo:
ſecundo vero modo actus præcedit potentiam tempore; quia nihil poteſt ſeipſum reducere
de potentia paſſiua ad actum: hinc fit quòd homo io potentia fit homo in actu à generante,
qui prius erat in actu: ſi autem loquamur de potentia actiua, dupliciter poſſumus hanc iotel- D
ligere; nā eſt quædam potentia; quæ acquiritur in aliquo per operationem, ſicut ſunt ſcientię,
& potentiæ artificiales, ſiue morales, & voluntarię, & ſic neceſſe eſt dicere, quòd actus præce-
Habitus generatur ex actibus. dit potentiam tempore: quia iſtæ poteotiæ dicuotur habitus, qui generantur ex actibus. Alia
vero dicitur potentia naturalis, quæ non acquiritur per aliquam operatiooem, aut exercitium
d. 1. q. 1. ar. 5. ſed naturaliter producitur, & talis poteotia pręcedit actum tempore, vt docuit S. Thomas
2. ſentent. quia talis potentia conuenit agenti ex ſe; ipſa aotem operatio oon conuenit agen-
ti ex ſe, itaquòd ſimul prodocatur cum agente, hinc remoto actu, noo eſt neceſſe remoueri po
tentiā; propterea talis potentia præcedit actum. Vltimo ſciendum eſt, quòd actus, & po-
tentia dupliciter ſumi poſſunt. Vno modo formaliter pro relationibus, quibus aliquid di-
citur eſſe formaliter in potentia, & aliquid formaliter in actu. Alio modo poſſunt accipi
materialiter pro his, quæ denominantur eſſe aut in potentia, aut in actu; exempli cauſa, po-
tentia moueri deorſum pro graui, actus vero pro deſcenſu, potentia moueri ſurſum pro leui,
actus autem pro aſcenſu, & ſic de ſimilibus,

Iſtis ſic iactis ponitur prima concluſio talis. Propoſitio hæc, actus eſt prior potentia, nō
eſt pro-

A eſt propoſitio vniuoca,ſed multiplex,probatur, quia poteſt verificari de prioritate rationis, cognitionis,naturæ,perſectionis,& temporis; igitur eſt propoſitio multiplex. Adde ẽt, quòd poteſt habere multiplicem ſenſum:igitur eſt propoſitio multiplex: probatur antecedẽs, quia poteſt intelligi primo, num actus ſimpliciter ſit prior potentia ſimpliciter. Secundo poteſt intelligi, num actus ſecundum ſpeciem ſit prior potentia ſecundum ſpeciem, & quia hoc modo actus,& potentia ſunt æterna: propterea ſic inter ipſa non datur prioritas temporis. Tertio poteſt intelligi,num actus indiuidui ſit prior potentia eiuſdem indiuidui, & ſic potẽtia eſt prior actu tempore, quia ſe habet tanquam terminus à quo, actus autem vt terminus ad quem. Poteſt etiam & vltimo intelligi, an actus ſecundum ſpeciem ſit prior potentia ipſius indiuidui, & ſic verificatur etiam, quòd actus eſt prior tempore potentia propinqua ipſius indiuidui; quia actus ſecundum ſpeciem ſe habet vt agens reſpectu potentiæ indiuidui.

Actus eſt Prior potentia, non dicitur vniuoce.

Secunda concluſio eſt. Actus eſt prior definitione & cognitione ipſa potentia; hæc concluſio eſt expreſſe Ariſt. & S. Thomæ hic, quandoquidem definiunt potentiam per actũ, ædi
B ficator eſt potens ędificare, exemplum hoc eſt de potentia actiua, viſibile eſt potens videri; hoc exemplum eſt de potentia paſſiua: ecce quomodo definiunt potentiam per actum: & id, per quod aliquid defitnitur, eſt prius eo definitione, ob hoc iſta concluſio eſt veriſſima; actus eſt prior potentia definitione ſeu ratione, quod idem eſt: quòd autem & cognitione, patet etiam, quia obiectum intellectus eſt ens, vt demonſtrauimus 3. de anima: nunc ſic, quod magis participat de entitate, magis & prius participat de cognitione ſecundum naturam ſuam, ut ſcripſit Philoſophus 2. huius, quòd ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci; ſed actus magis participat de entitate, vt docuit Auerr. hic, quòd potentia eſt ſicut non eſſe, actus autem eſt eſſe: igitur neceſſarium eſt, quòd actus præcedat potentiam cognitione ſecundum naturam ſuam ſimpliciter, & etiam quoad nos, quod clarius oſtendit Philoſophus 3. phyſicorum, ſemper exiſtimabitur aliqua ſpecies, ideſt forma, & actus mouens, quia eſt ratio intelligendi & cognoſcendi, vt docuimus 7. huius.

Potentia definitur per actum.
Diluc. 6.
Tex. 4.
Tex. 17.
Tex. 49.

Tertia concluſio. Actus eſt prior potentia tempore, hæc concluſio intelligitur de actu ſecũdũ ſpeciem in ordine ad potentiam ſecundum indiuiduum, quia agens eſt prius tempore
C illo, cuius eſt agens; ſed actus ſecundum ſpeciem eſt agens reſpectu eius, quod eſt in potentia ſecundum indiuiduũ producendum: igitur concluſio vera: declaratur minor, eſt enim generandum aliquod indiuiduum, puta hic homo, qui eſt in potentia; ad hoc vt generetur neceſſe eſt, vt prius exiſtat actu homo generans, quia idem non poteſt ſe reducere de potentia in actum, & ſic patet, quomodo actus ſecundum ſpeciem eſt prior tempore potentia ſecundũ indiuiduum: vnde licet ouum ſit prius tempore gallina, ipſa tamen gallina eſt prior ouo tempore, ſumendo gallinam ſpecifice, quia quouis ouo dato gallina eſt prior, & hunc ſenſum voluit hic Ariſtot. Auerro. & S. Thomas, quemadmodum optime interpretatus eſt perſpicaciſſimus ille ſpeculator Ioannes Gandauenſis.

Idem nõ poteſt mouere ſe de potẽtia ad actum.

Vltima concluſio eſt. Actus eſt prior potentia ſecundum ſubſtantiam, ſeu ſecundum perſectionem & dignitatẽ; patet hæc ex Ariſto. in litera; quia illa, quæ ſunt poſteriora in generatione ſpecie, & ſubſtantia, ſunt priora, vnde vir eſt perfectior puero, & tamẽ vir eſt poſterior generatione, quia ex puero fit vir, & homo eſt perſectior ſpermate, cum ſperma ipſum non habeat ſpeciẽ hominis in actu, quam tamen habet homo, & cum homo ſit poſterior ſe-
D cundum generationem ipſo ſpermate; ſequitur, quòd actus ſit poſterior generatione potentia, & ſic etiam perfectior. Adde quia illud, quod eſt propinquius perfectiſſimo in genere ſubſtantiæ, eſt prius ſecundum perfectionẽ illo, quod eſt remotius, vt habetur 2. huius, quia quod eſt propinquius igni, qui maxime eſt calidus, dicitur eſſe calidius, ob hoc in vnoquoq; genere eſt vnum perfectum & primum, quod eſt menſura aliorum; & quod eſt magis appropinquatũ, illud eſt magis perſectum; ſed actus eſt huiuſmodi, quia Deus eſt perfectiſſimus in genere ſubſtantię, & eſt purus actus: igitur actus eſt propinquior Deó, quàm potentia, cum Deus ſit actus ſine omni potentia paſſiua: igitur actus erit prior potentia ſecundũ perfectionem, & dignitatem, quæ eſt concluſio inuenta.

Tex. 15.
Tex. 4.
Deus eſt in genere ut principium.

Quoad quartum ſunt aliquę difficultates ſoluendæ, quæ apparent eſſe contra concluſiones propoſitas. Et prima eſt contra primam concluſionem: quia ſi hęc propoſitio, actus eſt prior potentia, eſſet multiplex, tunc eſſet propoſitio æquiuoca; æquiuoca autem excluduntur ab arte, præcipue ab hac diuina ſapientia: igitur male poſita eſt illa concluſio de mente Ariſt. quòd, actus eſt prior potentia, eſt propoſitio multiplex. Ad quam difficultatem dicimus, quòd triplex eſt multiplicitas. Quędam dicitur multiplicitas analogiæ compatientis ſecum-

Multiplicitas trifariam dicitur.

A conſiderari dupliciter. Vno modo in ratione ſubſtantię & accidentis, & ſic verum eſt ſubſtantiam præcedere accidens perfectione. Alio modo in ratione actus & potentiæ, & ſic accidens quatenus dicit actum, eſt perfectius ſubſtantia, quatenus dicit potentiam, & ſic actus eſt prior ſubſtantia ſecundum dignitatem.

Quoruncunque igitur aliquid alterum eſt, quod ſit præter vſum, horũ actus in facto eſt, vt ædificatio, &c. Tex. 16.

Vtrum actio ſit in paſſo, vel in agente tanquam in ſubiecto.

B

Dilucidatio quarta.

IN hac dilucidatione erunt quatuor articuli. In primo videbimus quid Aduerſarii dicant. In ſecundo eorum dicta impugnabimus. In tertio dilucidabimus veritatem. In quarto difficultates ſoluemus. Quoad primum duo principaliter aſſerunt Aduerſarii de hac re. Primo enim ponunt duo fundamenta dicendo, quòd actio tripliciter dicitur. Vno modo pro reſpectu tranſmutantis ad tranſmutatum iuxta illam deſcriptionem, quam poſuit auctor Poretanus, actio eſt ſecundum quam in id, quod ſubijcitur, agere dicimur, & hæc eſt ratio productiua de genere actionis, quæ eſt prædicamentũ per ſe, quæ formaliter eſt forma reſpectiua fundata ſuper principium, quod eſt potẽtia actiua: propterea dixit Ariſto. in hoc libro deſcribendo potentiam actiuam, quòd eſt principium tranſmutationis in alio, inquantum aliud, per quod datur intelligere, quòd actio, per quam potentia actiua agit, eſt reſpectus trãſmutantis ad tranſmutatum. Alio modo dicitur actio de C operatione immanente, prout viſio & intellectio dicitur actio, & hoc modo ſumpa eſt forma abſoluta & acta, ſeu producta per actionem primo modo dictam: vnde in intellectu, & ſimiliter voluntate diſtinguitur duplex actio; vna productiua & de genere actionis, quæ in intellectu vocatur dicere, & in voluntate vocatur ſpirare. Alia acta, ſeu producta, quæ eſt forma abſoluta, quę in intellectu vocatur intellectio, & in voluntate dicitur volitio, ſeu amor. Tertio modo ſumitur actio pro operatione tranſeunte, quæ quandoque etiam eſt forma abſoluta, & acta, & producta per motum, & actum de genere actionis, puta quantitas, aut qualitas, aut vbi, licet vbi ſit forma reſpectiua.

Actio trifariã dicitur.

In li. 6. principiorum.

Tex. 2. Potentia actiua quid ẽ

Dicere & ſpirare quomodo differunt

Secundum fundamentum iſtorum eſt, quòd reſpectus eſt duplex in genere. Vnus intrinſecus adueniens. Alius extrinſecus aduenięs: vocant reſpectũ intrinſecus aduenientẽ illũ, qui neceſſario ſequitur ſuũ fundamentũ poſito termino, & talis reſpectus eſt de genere relationis: vocãt reſpectũ extrinſecus adueniętẽ, qui nõ ſequit̃ neceſſario extrema ambo ſimul poſita ĩ actu, & ſub hoc mẽbro cadunt illa ſex principia, de quibus agit Gilbertus Poretanus: patet enim de actione & paſſione: quia poſſibile eſt actiuum & paſſiuum eſſe, & etiam aproximata, & tñ D non habere iſtum reſpectum, ſcilicet quòd agens ſit illud, à quo tranſmutatur, nec paſſum ſit illud, quod ab ipſo trãſmutatur, puta ſi ſit aliquod impediens, & pro tanto illa ſex principia non ſunt ſpecies relationis, quia relatio dicit reſpectum intrinſecus aduenientem; illa vero dicunt reſpectum extrinſecus aduenientem.

In altero dicto ſternunt tres concluſiones, prima eſt iſta. Actio accepta primo modo, quæ eſt reſpectus de genere actionis, eſt in agente ſubiectiue, non in paſſo, quam ita probant, primo, in eodem eſt reſpectus, in quo eſt fundamentum, hoc apparet ex ratione fundamenti, nec oppoſitum eſt intelligibile; ſed potentia actiua, quę eſt fundamẽtum huius reſpectus & actionis, eſt in agente, ſicut accidens eſt: ergo talis actio & reſpectus eſt in agente, non aliter quàm ſubiectiue. Secundo ſic, in quocunque eſt forma aliqua formaliter, illud eſt ſimpliciter tale per iſtã formã, quia non põt formalis effectus ſeparari ab ipſa forma, & ꝙ forma ſit in aliquo formaliter, & quòd non cõſtituat ipſum informatũ ſecundum ipſam: ergo ſi actio eſt formaliter in paſſo: ſequitur, quòd paſſum erit formaliter agens, quod omnino eſt extra rationem: igitur erit in agente. Tertio, impoſſibile eſt reſpectus oppoſitos eſſe ſimul neceſſario in eodẽ, ſed paſſio vel reſpectus paſſionis vniuerſaliter eſt in paſſo: ergo non neceſſario erit in eodem

Duplex eſt reſpectus intrinſecus & extrinſecus.

Formalis effectus nõ ſeparatur à forma.

reſpectus oppoſitus,qui eſt actio, & ſic volunt intelligi concluſionem iſtam primam, quòd A actio eſt reſpectus extrinſecus aduenìens in agente,vt in ſup poſito vel ſubiecto;in forma autē quæ dicitur potentia actiua vt in fundamento proximo;ſimiliter paſſio dicit reſpectum oppoſitū correſpondentem iſti,quæ eſt in paſſo vt in ſuppoſito & ſubiecto,& in potentia paſſiua vt in fundamento. Secunda concluſio eſt. Actio accepta ſecundo modo, quæ eſt operatio, & forma immanens abſoluta,eſt in agente vt in ſubiecto: quam concluſionem dicunt eſſe de mente Ariſt.hic,qui dicit,quòd viſio eſt in vidente,& ſpeculatio in ſpeculante. Addunt,quia omnis perfectio producta per actionem de genere actionis eſt in perfectibili, quod eſt in potentia ad ipſam:ergo quando eſt producta eſt in agente:minor patet, quia talis actio eſt perfectio agentis,puta viſio videntis,& ſpeculatio ſpeculantis. Aduertunt tamen,quòd reſpectu talis operationis ipſum operans habet rationem agentis & paſſi; tamen ſecundum aliam & aliam rationem,habent enim pro manifeſto in doctrina ſua,quòd quando in agente eſt aliqua forma,quæ eſt principium actionis æquiuocæ: & cum hoc ſit capax termini illius actionis, poteſt ſeipſum mouere ad ipſam formam,quæ nata eſt terminare talem actionem, & propter hoc in intellectu diſtinguuntur intellectus agens, & poſſibilis, ut per vnum ipſa anima ſit B productiua intellectionis,& per aliū ſit receptiua eiuſdem, ſimiliter in voluntate,& in ſenſu poteſt diſtingui agens & patiens. Vltima concluſio iſtorum eſt hæc. Actio accepta tertio modo,quæ eſt operatio & forma tranſiens abſoluta ſeu reſpectiua,eſt in paſſo vt in ſubiecto: probatur,quia talis actio ſeu operatio eſt ipſa forma acta,ſeu producta per motum:igitur neceſſario eſt in ipſo paſſo,& mobili,quod mouetur,& dum eſt fluens eſt vnum & idem cum ipſo motu:nam motus eſt forma fluens, & motus eſt in mobili ex 3. phyſic. hæc docent iſti formaliter.

Speculatio eſt in ſpeculante.

Intellectus agens & poſſibilis diſtinguuntur.

Tex.18

Quoad ſecundū videntur mihi in hac deciſione eſſe multa impertinenter dicta. In primis enim membrum illud primæ diſtinctionis, quòd actio eſt reſpectus tranſmutantis ad trāſmutatū,eſt expreſſe cōtra Ariſt.5.phy.vbi ponit motū non eſſe in prædicamēto ad aliquid:igitur non eſt reſpectus tranſmutantis ad tranſmutatum:probatur conſequentia, quia actio, de qua loquitur Gilbertus Poretanus, eſt motus, ſi motus quomodo reſpectus? ergo hoc membrū diſtinctionis poſitum non eſt peripateticum. Et confirmatur etiam de mente iſtorum, quia hæc actio eſt productiua; igitur non poterit eſſe reſpectus tranſmutantis ad trāſmutatum, cū C agens non producat per reſpectum,ſed per aliquam formam abſolutam. Præterea,hæc actio etiam ſecundum doctrinam iſtorum eſt fundata ſuper principium, quod eſt potentia actiua agens in aliud inquantum aliud:ergo non erit reſpectus tranſmutantis ad tranſmutatū, quia (vt dixi) nulla potentia agit,& operatur per aliquem reſpectum, ſed per formam abſolutam.

Tex.8.

Motus eſt in prædicamento qualitatis quātitatis & actionis.

Secundum quoque membrum diſtinctionis non poteſt ſtare; quia ſi actio,per quam intellectus producit intellectionem,eſt alia & diſtincta ab intellectione:ſequitur, quòd intelligere non eſſet præcipua operatio intellectus,ſed aliquid aliud, contra Ariſto. 3. de anima, vbi ponit propriam operationem intellectus eſſe intelligere:probatur conſequentia ex ſecundo membro diſtinctionis iſtorum,quod ponit duplicem operationem in intellectu,ſcilicet dicere & intelligere, & hoc idem ſequitur in voluntate, quòd volitio & amare non eſſet propria operatio voluntatis:conſequentia deducitur, quia vltra velle & amare ſecundum iſtos datur alia operatio voluntatis,quæ eſt ſpirare. Præterea ſequeretur, quòd ſi voluntas non amaret, nec vellet,adhuc ſpiraret,& ſi intellectus non intelligeret adhuc diceret,qđ implicat contradictionē, quid enim diceret,ſi nihil intelligeret? & quid voluntas ſpiraret ſi nihil vellet? conſe- D quentia probatur ſic,quia cauſa habens duos effectus inter ſe ordinatos,itaquòd neuter ſit cauſa alterius,ſic ſe habet,quòd eſſentialior eſt comparatio vtriuſque ad cauſam, quàm inter ſe: itaquòd ſi per impoſſibile adimeretur primus, non propter hoc neganda eſt habitudo ſecundi ad cauſam;ſed ſtante doctrina iſtorum, intellectus in actu primo eſt veluti cauſa habēs hos duos effectus, nempe dicere & intelligere,ordinatos inter ſe, itaquòd neuter ſit cauſa alterius: ergo ſi per impoſſibile ſubtraheretur intelligere, non propter hoc ſequeretur, quòd ſubtraheretur dicere, & ſic iſta propoſitio hypotetica eſſet vera, ſi intellectus non intelligeret, diceret. Hoc idem argumentum poteſt fieri de voluntate,quòd voluntas ſpiraret nihil amando,aūt volendo:maior huius argumenti eſt Scoti in 2.ſentent.minor vero eſt ipſius Neoterici in hoc ſecundo membro diſtinctionis,& etiam eſt doctrina Scoti in quolib.ergo,&c.

Tex.7.

Argumentū ad hominē.

d.1.q.1.ar.3. quæſt.1.

Contra tertium membrum diſtinctionis,in quo dicebatur, quòd actio tranſiens eſt forma abſoluta,& acta,& producta per motum, ſic arguitur, ſtante veritate huius propoſitionis ſequitur,quòd motus ſit in prædicamento actionis contra Philoſophum 5.phyſicorum,vbi ponit motum tm̄ eſſe in tribus prædicamentis,ſcilicet quantitatis,qualitatis,& vbi: conſequētia de-

Tex.10.

A tia deducitur, quia operatio tranſiens eſt quidam motus, per iſtos.

Contra ſecundã diſtinctioné de reſpectu intrinſeco, & extrinſeco, & ꝙ reſpectus intrinſecus
eſt ille, qui neceſſario ſequitur ſuum fundamentũ poſito termino, reſpectus vero extrinſecus
adueniens non neceſſario conſequitur ambo extrema, &c. arguitur, quia hæc doctrina eſt con
tra omnes peripateticos, quia non poteſt fieri vt ſit agens, & patiens approximata, & nõ emer
gat actio & reſpectus: ergo diſtinctio iſta nulla eſt, igitur ſi peripatetice loqui debemus, opor
tet fateri hæc ſex principia eſſe vere relactiones intrinſecus aduenientes iuxta eorũ doctrinam, Poſitis extremis ponitur relatio.
eo quia ſecundum peripateticos poſitis extremis, oportet omnino accidere relationem. Præ-
terea relatio intrinſecus adueniens eſt qua aliquid hoc ipſum quod eſt ad aliud dicitur, vt vo-
luit Ariſt. in prædicamentis; ſed actione agens, & paſſione patiens, hoc ipſum quod ſunt, ad Cap. de rela.
aliquid dicuntur: igitur ſunt vere relationes. Item non poteſt intelligi corpus circumſcribi
à loco & nullibi eſſe, vel contineri tempore, & non eſſe aliquando: igitur vbi, & quando in-
trinſecus adſunt. Poſtremo non eſt intelligibile aliquid habere diu aliud quicquam, & nõ
habere habitum, & ſimiliter eſſe proportionem partium ſine ſitu: falſa igitur extat tota do-
B. ctrina tradita de illis ſex principiis: quę volunt non eſſe ſpecies relationis; quia illi reſpectus
ſunt intrinſecus aduenientes, qui neceſſario ponuntur poſitis terminis: ſed poſito agente in
actu inquantum agens eſt, & paſſo inquantum paſſum, quæ ſunt termini illius relationis, ne- Relatio calefacientis ad calefactũ qualis eſt.
ceſſario ponitur relatio agentis ad paſſum, poſito enim igne calefaciente & aqua, quæ actu ca
lefiat, neceſſario ponitur relatio calefaciẽtis ad calefactum: ergo actio erit reſpectus intrinſe-
cus adueniens: & per conſequens de genere relationis: ergo ſequitur ad iſtam doctrinã actio-
nem non eſſe reſpectum extrinſecus aduenientem, neque predicamentum per ſe. Adde quòd
Ariſto. 5. huius aſſerit relationes, quę ſundãtur ſuper agere & pati, cuiuſmodi eſt paternitas, Tex. 20.
& filiatio, & relatio motiui ad mobile, pertinere ad genus relationis; ſed actio ſecundum do-
ctrinã iſtorum non pertinet ad genus relationis, quia eſt reſpectus extrinſecus: ergo horum
doctrina eſt contra Ariſt.

Contra primam concluſionem poſitam in ſecundo dicto arguitur rationibus Ariſtotel. 3. Tex. 20.
phyſi. quòd ſi actio eſſet in agente, tunc doctio eſſet in docente, & motus in mouente, & per
conſequens docens in eo quòd doceret, & mouens in eo quòd moueret, addiſceret & moue-
C retur, quod reputat pro impoſſibili ipſe Philoſophus. Præterea contra ſecundam conclu-
ſionem arguitur, quia dato quòd viſio ſit in vidente, & ſpeculatio in ſpeculante, ex hoc tamen
non habetur, quòd iſtæ potentiæ ſint actiuæ, & quòd operationes earum ſint in eis, tanquam
in agente, cum dicat Philoſophus 2. de anima, quòd ſentire eſt pati: hinc eſt quòd ſenſus ſunt Tex. 150.
uirtutes paſſiuæ, quia ſi eſſent actiuę, potuiſſent ex ſe ſentire abſentibus ſenſibilibus, quod eſt
abſurdum. Nec ualet illud, quod deducũt ex hac ſecunda concluſione, quòd ſicuti in intel-
lectu diſtinguitur intellectus agens & poſſibilis, ita in voluntate debet diſtingui voluntas agẽs
& poſſibilis, & etiam in ſenſu; quia neceſſitas ponendi intellectum agentem eſt vt faciat in- Neceſſitas ponendi intellectum agentem quę eſt.
telligibilia in potentia in actu per abſtractionem ſpecierum à conditionibus materialibus:
modo non eſt ita de voluntate, quia obiectum voluntatis eſt extra ipſam voluntatem, cum ſit
bonum; obiectum autem intellectus eſt in ipſo intellectu: propter quod dixit Auerr. 3. de ani-
ma, quòd magis ſit vnum ex intellectu & intelligibili, quàm ex materia & forma; nec etiam Com. 36.
datur ſenſus agẽs, vt videntur affirmare hic Aduerſarii, quia ſi daretur, aut ipſe eſſet cognoſcẽs Non datur ſenſus agẽs.
aut non cognoſcens, & hæc diuiſio eſt per contradictoria, ſi eſt cognoſcens, tunc ſuperflueret
D. ſenſus patiens, qui cognoſcit ſenſibilia: ſi autem non eſt cognoſcens: ergo eſt ignobilior ſen-
ſu patiente, cum cognoſcens ſemper ſit nobilius non cognoſcente. Sed hoc videtur eſſe in
conueniens, quia agens eſt pręſtantius patiente. ex his patet falſum eſſe dari voluntaté agen-
tem, & ſenſum agentem, quod tamen habetur in ſecunda concluſione iſtorum, de quibus
latius diſputauimus 3. de anima.

Contra tertiã concluſioné, in qua dicitur, quòd actio accepta tertio modo, quæ eſt opera- Dilucid. 9.
tio tranſiens abſoluta, &c. ita arguitur, quia præſuppoſita veritate primę concluſionis, ſequitur
quòd omne agens vltra operationem tranſeuntem habeat actionem immanentem in ipſo
agente, prout dicit prima concluſio, & tunc quęritur, aut ambæ ſunt idem re & ratione; & ſic
ſequitur quòd nulla erit diſtinctio inter eas, aut ſunt idem re, & differunt ratione, & cum ſe-
cundum rem non ſit, niſi forma abſoluta exiſtens in paſſo, habetur contra intentionem ipſo-
rum, quòd actio ſecundum rem ſit in paſſo, & per conſequens quòd non in eodem ſint fun-
damentum, & reſpectus, ſi vero dicatur quòd differunt ſecundum rem, tunc nihil commune
ſecundum rem remanebit inter agens & paſſum, inquantum agunt, & patiuntur adinuicem;
niſi forte ſolum ſubiectũ; ſed non ſufficit ad actioné, & paſſioné, vt docuit Ariſto. 3. phyſi. Tex. 20.

Quoad

Tex. 16.
Actio immanens quę ſ.

Quoad tertium pro declaratione veritatis ſciendum eſt actionem duplicem eſſe, vt clariſſime ſcripſit Ariſt. in hoc libro. Alteram immanētem. Alteram vero tranſeuntem: immanēs illa dicitur, quæ eſt ab agente effectiue, & per eam nullus alius effectus producitur ad extra, & hæc eſt finis ipſius agentis, vt viſio, intellectio, atque volitio; nihil enim per tales actiones extra ipſum agentem producitur: tranſiens vero illa dicitur, quæ eſt ab agente effectiue, & per eam effectus aliquis ſenſibilis omnino producitur, vt ędificatio: nam per ipſam ædificator domum ſenſibilem conſtruit, & ipſa conſtructa eſt finis ædificatoris remanens poſt ædificatorem, & hoc eſt vnum diſcrimen, quod reperitur inter operationem immanentem, & tranſeuntem, quòd per actionem tranſeuntem ſemper producitur effectus diſtinctus ab ea, licet non ſemper remaneat poſt operationem exercitam, quia citharizatio eſt operatio tranſiens, & tamen poſt ipſam citharizationem exercitam nihil remanet, nihilominus ſonus cauſatus in aere ex ipſa citharizatione eſt effectus diſtinctus ab ea; per actionem immanentem permiſſiue producitur aliquid, vt docuit Caiet. contra Scotum. 1. p. quia per aliquam operationem immanentem producitur aliquid, vt puta per actum intelligendi producitur conceptus, ſeu verbum, vt eſt famoſa propoſitio apud S. Thomam, quòd omne intelligēs eo quòd intelligit producit aliquid; quia per frequentatos actus ſpeculandi producitur habitus ſpeculatiuus, & per frequentatos actus morales producitur habitus moralis. Secundū diſcrimē, quod reperitur inter has duas actiones, eſt, ꝙ per actionem immanentem non tranſmutatur obiectū, circa quod verſatur: ex hoc enim, ꝙ intelligimus cęlū, vel Angelos, vel Deum, nulla tranſmutatio fit in eis; ſed per actionem tranſeuntem ſemper fit tranſmutatio in obiecto, circa quod verſatur: per ędificationem enim, quæ eſt operatio tranſiens, tranſmutatur ædificabile. Solet etiam addi à quibuſdam tertium diſcrimen inter has actiones, quòd actio immanens eſt perfectio agentis, vt ſpeculatio ſpeculantis, & fælicitas fælicis; actio vero tranſiens eſt perfectio paſſi; quia eſt ſubiectiue in paſſo, ſed de hoc aliàs: quia volunt nonnulli ſufficiētem differentiam inter has actiones conſiſtere in hoc, quòd actio tranſiens eſt actio cauſæ efficientis: actio vero immanens eſt actio cauſę materialis, quæ proprie dicitur recipere.

A

q. 27 ar. 1.
Per intellectionem producitur verbum.

B

Per actionē immanentē nō tranſmutatur obiectum.

In agēte quatuor reperiūtur.

Secundum ſciendum eſt, quòd in vniuerſum triplex eſt opinio de hoc quęſito. Prima eſt illorum, qui dicunt, in agente eſſe quatuor, ſcilicet ipſam ſubſtantiam, puta in igne ſuam ſubſtantiam. Secundo virtutem actiuam, nempe calorem. Tertio relationem ad ipſum paſſum. Quarto entitatem quandam inter ipſam virtutem actiuam, & relationem, quæ entitas abſoluta eſt fundamentum relationis, & talis eſt actio, quæ eſt in agente. Opinio ſecunda eſt Aduerſariorū à nobis reiecta in pręſenti, quæ vult duas relationes eſſe in agente, quarum alteram ad ipſum effectum, vt ignis ad calorem: alteram ipſius agentis ad ſubiectum patiēs referunt, & volunt hanc relationem poſteriorem eſſe actionem, quæ eſt in ipſo agente. Tertia opinio eſt, quæ vult actionem dicere fluxum formæ, qui eſt motus formaliter: relationem tamen agentis minus principaliter, & in obliquo, vnde conſtituunt iſta, quòd forma ſi conſideretur in eſſe quieto, dicitur aut qualitas, aut quantitas, aut vbi; ſi vero vt eſt in fluxu, & tendens ex imperfecto ad perfectum, ſic eſt motus: ſi vero conſideretur vt eſt in fluxu cum relatione agentis ad paſſum, dicitur actio, ſed cum relatione paſsi & recipientis vocatur paſſio.

C

Forma bifariam conſideratur.

Tertio ſciendum, quòd licet actio, & paſſio dicant motum, & illos reſpectus ſuperaddant: alio tamen modo importatur motus nomine actionis & paſſionis, & alio modo ipſi reſpectus: nam eſſentialiter & in recto ſignificant motum, illos vero reſpectus connotatiue dicunt & in obliquo: motus enim non eſt actio, niſi cum reſpectu motiui, neqne eſt paſſio niſi cum reſpectu ad motiuum: hinc eſt quòd vna et eadem res eſt motus, & terminus motus, eſt actio & paſſio, ſub alio tamen & alio conceptu; quia ſecundum quòd eſt in fieri eſt motus, prout eam agens producit eſt actio, prout eſt in facto eſſe, eſt terminus motus, ſecundū vero quòd recipitur in mobili, dicitur paſſio; & cum actio, & motus diſtinguantur per hoc, quòd actio addit ſupra motum habitudinem agentis ad ipſum motū, dicitur, quòd actio & motus ſunt idem realiter, & dicitur etiam, quòd realiter diſtinguuntur. Dicitur primo quòd ſunt idem realiter accipiendo actionem quantum ad id ſolū, quod nomen actionis dicit in recto, quia nihil aliud ſignificat quàm ipſum motum. Diſtinguuntur deinde realiter, ſi accipiatur actio quantum ad id, quod dicit in recto, & in obliquo, ſeu eſſentialiter, & connotatiue; ſic enim actio addit ſupra motum, relationem realem producentis ad ipſum motum; & propter hoc licet actio & paſſio ſint vnus motus, nunquam tamen concedendum eſt, quòd actio ſit paſſio eo quòd alius reſpectus importatur per actionem, & alius per paſſionem.

D

Motus & terminus mot' ſunt idem.

Actio quid addat ſupra motum.

Vltimo ſciendum eſt, quòd apud metaphyſicos, & quoſcunque philoſophos impoſſibile eſt aliquem terminum æque primo ſignificare conceptum abſolutum, & relatiuum, alioquin

talis

A talis terminus non eſſet vniuocus: quia immediate ſignificaret plura, licet poſſibile ſit quòd
ſignificet conceptum abſolutum, & connotet ex ſuo modo ſignificandi conceptum relatiuũ,
propterea actio & paſſio in eorum principali ſignificato ſignificant tantum rem abſolutam,
ideſt formam, quæ acquiritur in paſſo; ſed præter hoc ſignificatum connotant relationẽ rea-
lem; quia actio dicit reſpectum illum realem agentis ad paſſum, & ipſa paſſio etiam conno-
tat reſpectũ paſſi ad agens, qui duo reſpectus ſunt de genere relationis, & ſunt realiter diſtin-
cti, quia ſunt in diſtinctis ſubiectis: hinc dixit S. Tho. 2. contra gentes, quòd actio eſt acci- Cap. 9.
dens agentis, propterea vltra motum, & relationem dicit aliquid ſubiectiue in agente, vt do-
cuit etiam S. Thomas 1. p. quòd tria dicũtur de actione tranſeunte vt diſtinguitur contra effe- q. 25. ar. 1.
ctum ſuum. Primum eſt, quòd actio tranſiens quando eſt diſtincta à potentia actiua, eſt no- Tria dicun-
bilior ipſa potentia. Secundum eſt, quòd actio tranſiens in creaturis principiatur ab ipſa po- tur de actio-
tentia, & realiter ab ea diſtinguitur. Tertium eſt, quòd hæc actio tranſiens, ſi transferatur in ne tranſeun-
Deum, oportet identificari cum ipſo, quia quicquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus. te.

Iſtis ſtantibus ponitur prima concluſio de mente S. Thomę. In paſsione tria inueniuntur
B & ſic proportionaliter in actione: declaratur iſta concluſio ſic, quia paſsio dicit motum in
hoc. Secundo dicit relationem inhærentiæ ipſius motus ad ſubiectum. Tertio dicit funda- Paſſio dicit
mentum illius relationis, quod eſt eſſentialiter paſsio, ſiue illud ſit paſsiua actuatio ſubiecti, motum in
ſiue eſſe formæ fluentis, vt actuans ſubiectum, ſiue quodcunque aliud, ſic ex parte actionis hoc.
proportionaliter non ſolum eſt motus, ſed etiam ſecundo eſt relatio, tertio eſt ipſa eſſentia
actionis, & operationis: propterea dicitur motus ab hoc.

Secunda concluſio eſt. Actio dicitur eſſe in paſſo, tanquam ut in quo: probatur ſic, omnis
motus ſubiectiue eſt in mobili; ſed actio eſt motus quoad fluxum, patet 3. phyſi. ergo actio Tex. 20.
eſt in paſſo, ſiue in mobili; hæc concluſio etiam eſt de mente Auerrois, & S. Thomæ; Auer-
roes enim 3. phyſicorum tria docet. Primum eſt, quòd motus eſt perfectio motoris; & Com. 18.
moti, ſed non eodem modo, quia eſt perfectio motoris non tanquam aliquid exiſtens in eſ-
ſentia eius, ſecundum quem modum eſt perfectio moti. Secundum eſt, quòd actio motoris,
quæ eſt mouere, eſt quidem eius, ſed non eſt in eo. Tertium eſt, quòd actio agentis & pa- Actio & paſ-
tientis eſt vna in ſubiecto, & duo in definitione. S. Thomas quoq; 3. de anima docuit, quòd ſio quomo-
C ſicut actio & paſsio eſt in patiente, & non in agente, vt in ſubiecto, ſed ſolum vt in principio do ſũt unũ:
à quo: ita tam actus ſenſibilis, quàm actus ſenſitiui eſt in ſenſitiuo vt in ſubiecto. Lect. 12.

Tertia concluſio. Actio eſt in agente vt à quo: hæc eſt expreſſa ſententia Ariſto. 3. phy. vbi Tex. 18.
ſcribit non eſſe inconueniens, vt idem actus ſit communis duobus, agenti, & patienti: agenti
eſt tanquam à quo, & patienti, tanquam in quo; ſicut doctio eſt actus docentis tanquam à Doctio eſt
quo, & addiſcentis, vt in quo; hanc veritatem docent omnes peripatetici ibi. Alexander, & actus docen-
Themiſtius. Philo. Simpli. Auerro. Alber. & S. Tho. qui ſuper hunc textum Ariſt. vno com- tis.
muni animi conſenſu conueniunt in iſta concluſione.

Vltima concluſio eſt. Actio tranſiens præter motum & relationem, dicit aliquid ſubiecti-
ue in agente: probatur iſta concluſio de mente S. Thomæ. 1. p. quia actio tranſiens ſignificat q. 25. ar. 1.
aliquid ſubiectiue exiſtens in agente creato, identificatum autem realiter ſubſtãtię in agente
increato: vt vult S. Thomas: ſed motus ab hoc vt importat tantum motum & relationem, nõ
ſignificat aliquid huiuſmodi: ergo actio tranſiens ſignificat aliquid abſolutum exiſtens in
agente vltra motum & relationem realem: maior patet, & habetur etiam 2. contra gentiles, Cap. 9.
D & in diſputatis de potentia Dei, & 1. p. vbi de creatione & gubernatione habetur ſermo: mi Queſt. 44.
nor etiam eſt manifeſta: quia ſi actio tranſiens ſignificat tantũ motum ab hoc, & nihil aliud,
quæritur quomodo verificentur illa tria, quæ dicuntur de ipſa: quia aut de ſola relatione ab
hoc, aut de ſolo motu, aut de toto compoſito .ſ. motu ab hoc, ſed de nullo horum verifican-
tur primum, & tertium dictum, quia nihil horum eſt nobilius potentia actiua ipſius intelli-
gentię mouentis, & tanto magis augetur difficultas, quia nullum iſtorum identificatur diui-
næ ſubſtantię, ſi ponamus Deum ſine omni medio mouere aliquod corpus, quod patet non Non eſt in-
eſſe impoſſibile: hoc pacto non oportet motum identificari diuinæ ſubſtantiæ: ſimiliter ne- conueniens
que relationem identificari oportet eidem ſubſtantię diuinæ, neque compoſitum, quod eſt Deum moue
motum ab hoc identificatur diuinæ ſubſtantiæ, & ſic oportet relationem tranſeuntem dicere re aliqđ cor-
aliquid abſolutum exiſtens in agente: hæc eſt ratio ipſius Caietani, quã nititur ſoluere Geor pus ſine me-
gius Buſtus Vercellenſis doctor celeberrimus, negando maiorem aſſumptam huius rationis dio.
aſſerens, S. Thomam nunquam dixiſſe actionem tranſeuntem ſignificare aliquid ſubiecti-
ue exiſtens in agente creato, quod ſit ens abſolutum; & tamen in hoc expreſſe hic vir negat
quartam rationem S. Thomæ, quam adducit 2. libro contra gentiles ad probandum, quòd Cap. 9.
actio

actio Dei ſit eius potentia & ſubſtantia, dicens; actio, quæ non eſt ſubſtantia agentis, ineſt ei, A
ſicut accidens ſubiecto; ſed in Deo non eſt accidens: ergo actio tranſiens dicitur eſſe ſubſtan
tia Dei: patet S. Thomam in hac ratione non loqui neque de motu, neque de relatione: er-
Accidens in creatura eſt ſubſtãtia in Deo. go de ſubſtantia actionis, quæ eſt accidens in agente creato, & hoc tale in Deo eſt ſubſtantia:
quòd autem ſit abſolutum patet ex communi ſententia omnium, quia actio ſignificat abſolu
tum cum reſpectu. Deceptus etiam eſt Paulus Soncinas in quæſtionibus ſuis metaphyſicali-
9. met. q. 10. bus, vbi negat actionem tranſeuntem dicere entitatem abſolutã in agente hac ratione: ſi actio
eſt entitas abſoluta acquiſita in agente, vel hæc entitas eſt cauſata ab agente, vel à paſſo, vel
ab aliqua alia cauſa: non ab agente, quia tunc tranſmutaretur, & pateretur: non à paſso, quia
ipſum eſt poſterius actione: non ab alia cauſa, quia tunc illa cauſa produceret effectum, &
non agens. Quę ratio eſt friuola, & fecit ipſum errare, quia hæc entitas abſoluta eſt ſubſtan-
tia, & eſſentia ipſius actionis tranſeuntis, & eſt perfectio, & actuatio agentis, & producitur ab
agente & paſſo diuerſimode; quia diuulgata eſt propoſitio Ariſt. in eius doctrina; quòd om-
Tex. 16. ne agens in agendo repatitur 3. phy. Hæc de tertio.

Quoad quartum arguitur contra primam concluſionem: quia eſt expreſſe contra ſenten- B
Tex. 20. tiam Ariſt. 3. phyſi. & contra ſententiam omnium philoſophorum, ponentium actionem di
cere tantum duo, ſcilicet relationem cum reſpectu; quod etiam nos ſupra docuimus: ergo
peſſime dictũ eſt in actione reperiri illa tria. Et augetur difficultas, quia actio & paſſio ſunt
vnũ & idẽ, non quoad reſpectũ: ergo quoad motum, qui eſt in mobili. Dicimus ad hãc diffi
Tex. 17. cultatẽ negando eſſe contra intentionẽ Ariſt. immo eſt eius germana doctrina in 3. phy. vbi
Actio eſt actuatio & perfectio agentis. docet actionẽ eſſe actum ipſius agentis: ſi ergo eſt actuatio & perfectio agentis, hoc non põt
eſſe quoad reſpectum tantum, nec quoad id quod eſt in paſſo: ergo quoad eſſentiam ipſius
actionis; quod declaratum eſt ex ſuo compari. ſ. paſſione, in qua inueniũtur illa tria ſæpius
repetita, ſcilicet motus, relatio inhærentiæ ipſius motus ad ſubiectum, & fundamentũ illius
relationis, quod eſt eſſentialiter paſſio, ſiue illud ſit paſſiua actuatio ſubiecti, ſiue eſſe formæ
fluentis, vt actuans ſubiectum, ſiue quodcunque aliud, & ita eſt ex parte actionis; ſed quoniã
caremus propriis vocabulis, vſus eſt Ariſt. nominibus relationum, ſcilicet propoſitionibus
ab, & in, ad ſignificãdum hoc occultum abſolutum, & ex hoc apparet, quomodo omnes dece
pti ſunt in ſoluendo illud argumentum, perfectio eſt in eo cuius eſt perfectio; ſed actio eſt C
perfectio agentis: ergo actio eſt in agente.

Queſt. 3. Reſpondet Frãciſc. Toletus vir alioqui doctiſſimus 3. phyſ. negando, quod omnis perfectio
ſit interna, præcipue quando agens non tendit ad acquirendam propriam perfectionem, ſed
ad perficiendum aliud ſubiectum. Sed hæc reſponſio (pace eius dixerim) nulla eſt; quia licet
verificetur de agente increato, in quo actio identificatur cum eo, vt ipſemet exemplificat de
Deus eſt gubernans mũdum. Deo fabricante, & gubernante mundum, qui ex hoc quòd creat aliquid de nouo, non acqui-
rit aliquam perfectionem in ſe: non tamen ſoluit argumentum de agente creato, cuius actio
eſt accidens, quod quidem debet eſſe in ipſo agente. Nec etiam valet reſponſio Benedicti
Cap. 8. Pererii Societatis Ieſu, qui vult lib. 13. de communibus omnium rerum naturalium princi-
piis & affectionibus, quòd agens denominetur ab actione denominatione extrinſeca; ſicuti
veſtitum à veſte, quę eſt extra. Hic enim in peiorem errorem incidit, quia ſequeretur actionẽ
non eſſe actum agentis, ſicuti veſtimentum non eſt actus veſtiti, nec locus actus locati, cũ ſit
Tex. 18. vltima ſuperficies corporis continentis, vt docuit Ariſt. 4. phyſi.

Deceptus etiam quoque eſt in ſolutione huius argumenti Chryſoſtomus Iauellus in 9. D
Queſt. 15. huius, vbi negat actionem eſſe perfectionem agentis, ſed dicit ſolummodo eſſe ſignum vlti-
Tex. 16. mæ perfectionis, contra Ariſt. expreſſe in textu, vbi ponit actionem eſſe finem agentis. Nos
autem de facili euadimus hanc difficultatem per doctrinam poſitam in prima concluſione.
Cap. 4. Et ſimiliter illam, quę ſumitur ab Ariſt. lib. de ſomno, & vigilia: cuius eſt potentia, eius eſt
actus; ſed potentia actiua, quæ eſt principium actionis, eſt in ipſo agente: igitur actio quoad
Com. 15. abſolutum, & reſpectum erit in agente. Huic etiam dicto conformatur Auerr. 8. phyſ. quòd
ſi Deus de nouo inciperet agere, mutaretur: quod non eſſet niſi propter nouam actionem,
quam in ſe reciperet, quicquid ſit ſecundum Theologos, qui dicerent, quòd nõ mutaretur,
quia ab ęterno ſtatuit pro hoc tempore agere. Sed ego loquor ſecundum Ariſt. in præſenti.

Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic: quia quarta concluſio videtur contrariari
Actio tranſiens quõ eſt in agente. ſecundę concluſioni: ergo altera iſtarum eſt falſa: probatur antecedens, quia in quarta con-
cluſione dicitur, quòd actio tranſiens eſt aliquid ſubiectiue in agente, & in ſecunda conclu
ſione dicitur, quòd actio tranſiens eſt in paſſo tanquam in ſubiecto. Reſpondetur negan-
do antecedens, & ad probationem dicimus, quòd iſtæ duæ concluſiones verificantur diuerſi-
mode

A mode intelligendo ipſas, quia ſecūda concluſio intelligitur ſic, actionē tranſeuntem, & prædi
camentalem quoad formam fluentem, ſiue quoad motum cauſatum ab agente tantum eſſe
ſubiectiue in patiente ſiue in mobili; quantum vero ad perfectionem, & actuationem eſſe in
agente ſubiectiue, & hoc, vt diximus ſupra, patet 3. phyſ. ex ſuo compari, ſcilicet paſſione, de Tex. 20,
qua proportionabiliter dicta ſunt illa tria.

Contra vltimam concluſionem arguitur, quia videtur expreſſe contra ſententiam Ariſto.
hic, & in 3. phyſi. vbi à textu 18. vſque ad textum 22. de actione & paſſione abunde pertra-
ctans, inquit in textu 18. manifeſtum eſſe motum, cui realiter identificantur actio & paſſio, eſ-
ſe in mobili vt in ſubiecto, quoniam & ſi motus ipſe ſit ab agente cauſatus, eſt tamen in patiē- Motus cauſa
te receptus, & ſic optime dici poteſt, quòd ſit actus motiui & mobilis: motiui quatenus ipſum tur ab agēte.
producit & cauſat; mobilis quatenus in ipſo recipitur: hoc idem docuit Philoſophus 11. hu- Cap. 8.
ius inquiens, & quòd motus eſt in mobili palam, actus eſt enim huius à motiuo non alius eſt,
oportet enim amborum eſſe actum. Auerro. etiam 3. phyſ. exponens verba Ariſt. docet, actio- Com. 20.
nem & paſſionem eſſe vnum motum, & eandem perfectionem vtriuſque, ſcilicet motoris &
B moti; non quòd mouere ſit aliud à moueri omnibus modis, ſcilicet aliquid exiſtens in eſſen-
tia motoris, quemadmodum motus eſt in eſſentia moti: & ſubdit quòd actio agentis & patiē-
tis eſt vna in ſubiecto, & duo in definitione. Eandem doctrinam docuit S. Thomas 1. p. vbi q. 45. a. 2 & 3
agit de creatione rerum, inquiens quòd actio & paſſio conueniunt in ſubſtantia motus, & dif-
ferunt ſolum ſecundum habitudines diuerſas, vt dicitur 3. phyſ. oportet quòd ſubtracto mo- Tex. 17.
tu, non remaneant niſi diuerſæ habitudines in creante & creato; hoc idem voluit in diſputatis
de potentia Dei. Et Capreolus eius fidus interpres in 2. ſententen. reſpondens ad argumen- q. 7. ar. 9.
ta Aureoli contra ſecundam concluſionem, vbi dicit; origo actiua non eſt proprie actio tran- d. 1. q. 2.
ſiens, ſed eſt relatio exiſtens in mouente; nos enim ponimus, quòd actio, & paſſio prædicamē-
talis ſunt idem motus, vel ſaltem includunt eundem motum tanquam partem ſuæ ſignifica-
tionis; ſed actio dicit motum in patiente exiſtentem in recto, & vltra hoc importat in obliquo
relationem exiſtentem ſubiectiue in ipſo mouente, paſſio vero dicit motum cum oppoſita re
latione, & multa alia ibi inuoluit, per quæ videtur innuere actionē ipſam nullum abſolutum
dicere in agente; quod vnanimiter philoſophi omnes docere videntur, vt nos etiam ſupra do
C cuimus. Ex quibus omnibus deducitur, vltimam concluſionem eſſe manifeſte falſam.

Reſpondetur ad hæc omnia, quòd ſi bene intelligantur, potius fauent concluſioni propoſi-
tæ, quàm contrarientur; quia cum dictum ſit occultum aliquid latuiſſe in 3. phyſ. de actione, Tex. 19.
expreſſum vocabulis relationum; & ſic etiam de paſſione, hinc Ariſtot. vſus eſt illis nomini-
bus motus, ab hoc, & motus in hoc, & interpretes ſuſceperunt actionem, & paſſionem ſum- Actio & paſ-
ptas pro reſpectibus non diſtingui à fluxu realiter realitate exiſtentiæ, quia actioni & paſſio- ſio poſſunt
ni ſic ſumptis nulla reſpondet realitas exiſtentiæ pręter realitatem motus, ſiue mobilis, bene capi pro flu-
tamen diſtinguuntur realiter realitate eſſentię: quia actio & paſſio, & motus ſunt in diuerſis xu & pro re-
prædicamentis, quæ differunt realiter realitate eſſentiæ quoad aliqua abſoluta, & ſic ſpectu.
etiam differunt realiter realitate eſsentiæ pro reſpectibus; iterum inter ſe differunt rea-
liter realitate eſſentiæ, quia ſunt in diuerſis prę, dicamentis, vel ipſa ſunt diuerſa præ-
dicamenta, non tamen differunt realiter realitate exiſtentiæ; quia nulla reſpondet illis reali-
tas exiſtentiæ præter illam motus; propterea dictum eſt, quòd in actione tranſeunte, neceſſa-
rio veniunt intelligenda tria, ſcilicet motus, & relatio, & eſſentia ipſius actionis, operatio autē
D ſemper eſt in agente propter aliud perficiendum, & ſic omnia conſonant. Primo dictum A-
riſto. 3. phyſ. & 11. huius, vbi vult Ariſt. actionem & paſſionem eſſe vnum motum, & non di- Tex 21.
ſtingui realiter realitate exiſtentiæ relinquens pro manifeſto diuerſificari realiter realitate eſ- Cap. 8.
ſentię, & propterea actio quoad eſſentiam ſuam eſt ſubiectiue in agente, vt docuit noſtra vl-
tima concluſio quoad motum, & formam fluxam eſt ſubiectiue in patiente, & ſic etiam in
telligitur dictum Cōmentatoris, quòd motus eſt vna eadéq; perfectio motoris & moti, quo Quomodo
ad realitatem axiſtentiæ, & formam fluxam, vt clarius oſtendunt illa verba, actio agentis, & motus eſt ea
patientis eſt vna in ſubiecto, & duo in definitione, quia actio, & paſſio dicunt vnam exiſten- dē perfectio
tiam, & duas eſsentias. Sic etiam intelliguntur omnia dicta S. Thomæ, quòd actio & paſſio motoris &
conueniunt in ſubſtantia motus, quantum videlicet ad exiſtentiam, qua ſubtracta remanent moti.
eſsentię actionis & paſſionis cum ipſis reſpectibus, Hoc etiam voluit Capreol. 2. ſenten. & d. 1. q. 2.
omnes philoſophi, niſi caligine aliqua fuerint obducti, & hoc etiam voluimus nos ſupra.
Sed quia ea, quæ manifeſte apparent in actione & paſſione, ſunt illa duo, ſcilicet motus & re-
latio: propterea communiter loquentes de actione & paſſione, non faciunt mentionem niſi
de illis duobus. De quibus omnibus vide Capreolum & Caiet. vbi ſupra.

FINIS.

DILVCIDATIO PRIMA
In Decimum Librum Metaphyſicæ.

Quare ſi quid eſt in paſsionibus, & in qualitatibus, & in quantitatibus, &c. Tex. 7.

Quæritur, quæ ſit illa ſubſtantia vna, quæ eſt prima, & menſura omnium ſubſtantiarum.

IN hac diſputatione erunt tres articuli. In primo videbimus qnid alij ſentiant de hac re, & impugnabimus eorum dicta. In ſecundo exponetur veritas iuxta mentem S Thomæ. In tertio diſſolnētur aliquæ difficultates. Qnantum ad primnm dicunt nonnulli quæſtionem iſtam eſſe dnbium literale potius, quàm difficultatē alicuius momenti, & narrant fuiſſe ſententiam cuiuſdam Expoſitoris, per qnem intelligunt S. Thomam, vt patet in margine, & etiam Commentatoris, quòd prima menſura omnium ſnbſtantiarum eſt Deus vel primus motor. Secundo arguunt contra iſtam expoſitionem, volentes eſſe nullam, tum qnia eſt expreſſe contra intentionē Ariſt. quærentis, an in ſubſtantiis ſit aliquod vnum, quod ſit menſura aliorum, & an hoc ſit ipſum vnum, & probantis ex intentione contra Platonem, quòd non ſit vnum, ſed aliquid, cui conuenit ipſum vnum; ſicut eſt in omnibus aliis generibus: ſed iuxta interpretationem ipſius expoſitoris, & Commentatoris ponendo primnm motorem, menſuram generis ſubſtantiæ, poneretur ipſum vnum eſſe menſuram, & non id, cui conuenit vnum, quod patet ex hoc: quia primus motor propter ſuam ſimplicitatem multo verius eſſet hoc ipſum vnum, quàm idea Platonis: igitur patet ſententiam iſtam eſſe contra intentionem Ariſt. in textu. Secundo arguunt, ſicut eſt in aliis generibus, ita eſt in genere ſubſtantiæ; ſed primum aliorum generū, qnod ponitur menſura eorum, eſt illins generis: quia metrum eſt vnigeneum, & in eodem prædicamento cum menſurato; ſed erroneum eſt dicere, primnm motorem eſſe de genere ſubſtantiæ; quia Deus propter ſui infinitatem non cadit in genere: igitur erronea eſt hæc expoſitio & ſententia Expoſitoris, & Commentatoris, qnòd primus motor ſit metrum, & menſura omnium ſubſtantiarum. Vltimo reſpondent ipſi ſecundum ſuam ſententiam declarando, quæ nam ſit prima menſura generis ſubſtantię, & aſſerunt eſſe aliquam primam ſubſtantiam, cui conuenit vnitas, v.g. prima intelligentia producta, quę cum ſit finita & limitata, eſt vnigenea cum aliis ſubſtantiis; idcirco poterit eſſe menſnra intrinſeca illins generis, nō autem primus motor.

C

D

Sententia Ariſt. contra Platonē de prima menſura.

Menſura eſt unigenea mēſurato.

Verum in his dictis decepti ſunt. Primo quia falſum eſt ſententiam S. Thomæ eſſe eandem

dem

A dem cum ſententia Commentatoris; quia S. Thomas nullo pacto concedit Deum eſſe in ge-
nere, vt patet ex prima parte, nec directe, nec indirecte propter ſuam infinitatem. Auerr. autē — q. 3. ar. 5.
non habet pro inconuenienti Deum eſſe in genere, cum ponat ipſum finiti vigoris, & patet
hoc etiam ex Ioanne de Ianduno ſummo Auerroiſta. 10. huius, vbi aſſerit primum principiū — queſt. 5.
efficiens extrinſecum, quod eſt Deus glorioſus, eſſe in genere per reductionem, ſicut mate- — Deus nullo
ria & forma ſunt in prędicamento ſubſtantiæ, cuius oppoſitum ex profeſſo ſcripſit S. Tho- — pacto eſt in
mas vbi ſupra, quòd Deus nec per reductionem eſt in genere; quia principium, quod redu- — genere.
citur in aliquod genus, non ſe extendit vltra illud genus: ſicut punctum non eſt principium
niſi quantitatis continuę, & vnitas quantitatis diſcretę: Deus autem eſt principium totius eſ-
ſe: vnde non continetur in aliquo genere, ſicut principium: videte quomodo decepti ſunt
iſti imponendo S. Thomæ, quod ipſe nunquam ſomniauit: immo opinionem illam: quæ
poſuit Deum in genere, ſequutus fuit Olcot, & Gregorius de Arimino, & Gabriel 1. ſentent. — diſt. 8.
qui voluerunt ſubſtantiam dici vniuoce de Deo & creaturis; propterea Deus poteſt habere — Poſitio illo-
vnum genus commune cum creaturis. Addebant, quia Deus vt pater & filius ſunt in prædi- — rum qui po-
B camento relationis, ideſt ſunt relatiua: ergo Deus ſubſtantia erit in prædicamento ſubſtan- — nunt Deum
tiæ; ſed hæc ſunt theologalia, propterea theologo ſunt relinquenda: volui tamen me dixiſſe — eſſe in gene-
hęc, vt oſtenderem quomodo manifeſte errarunt iſti in hoc ſuo primo dicto. Errarunt etiā — re.
in rationibus, quas adduxerunt contra Commētatorem; quia falſa eſt minor primę rationis,
ſcilicet quòd ipſum unum Platonicū eſſet menſura. Et ad probationem concederet Commē
tator, quòd primus motor propter ſui ſimplicitatem eſt maxime unus, ideſt natura omni-
no indiuiſibilis, cum ſit purus actus; ſed non eſt unus ſicut idea Platonis: illud enim, ut ſibi
impoſuit Ariſto. erat penitus abſtractum, itaquod ſibi non ſuberat aliqua certa natura, ſed
unum ut unum: primus autem motor de mente Commentatoris ita eſt unus, quòd eſt certę — Primus mo-
naturæ, puta una ſubſtantia æterna, immaterialis, et independens: docet ergo Auerro. non — tor quō eſt
fuiſſe intentionem Ariſt. negare unum eſſe menſuram, ſed unum imaginatum à Platone, ſi- — vnus ſecūdū
cut ergo concedit vnum primum colorem eſſe menſuram aliorum, quemadmodum albedo, — Commētator.
ſic etiam in genere ſubſtantiæ habet concedere vnam primam ſubſtantiam eſſe menſuram
aliarum: hæc autem prima ſubſtantia eſt primus motor, qui eſt perfectiſſimus. Secunda quo- — Prima ſub-
C que ratio in via Auerro. dupliciter ſolui poteſt. Primo quia cum teneat Auerr. primum mo- — ſtātia eſt mē
torem eſſe finiti vigoris, vt dictum eſt ſupra, poterit etiam concedere ipſum eſſe in prædica- — ſura aliarū.
mento ſubſtantiæ, vt multi aſſerunt de mente Ariſt. 12. huius, vbi loquens de ſubſtantia ab- — Tex. 2.
ſtracta, & principaliter de prima, quæ eſt Deus, innuit diſtinctionem entium in ſubſtantiam,
& alia prædicamenta, & vult ſubſtantiam eſſe principaliorem partem entis: ait enim ſic, ete-
nim ſi ens vt totum quoddam eſſe, ſubſtantia eſt eius prima pars, & ſic quod conſequenter, &
ita primum ſubſtantia, deinde qualitas, aut quantitas, quod exponens Commentator dicit, & — Com. 2.
intendebat Ariſt. quòd ens aut demonſtrat vnum genus, & vnam naturam, aut genera diuer-
ſa, & quodcunque ſit, manifeſtum eſt quòd ſubſtantia eſt prior pars entis, & ſtatim Philoſo-
phus probat per hoc, quod dixit, tum quia non dicuntur ſimpliciter entia; tum quia nul-
lum aliorum eſt ſeparabile. Auerro. quoque exponens hæc verba, inquit, nullum aliorum — Com. 3.
inuenitur ſimpliciter niſi ſubſtantia v.g. quia qualitas non dicit ens ſimpliciter, neq; motus,
ſed dicitur eſſe qualitas, & dicitur eſſe motus; ens igitur principaliter, & ſimpliciter eſt ſub-
ſtantia; & ſubdit, & cum dixit, quòd ſubſtantia dicitur ens ſimpliciter, & alia prædicamenta
D ſecundum comparationem, dedit cauſam in hoc, & dixit: & etiam nullum aliorum eſt abſtra
ctum, & cauſa in hoc eſt, quòd ſubſtantia eſt conſtans & ens per ſe, & alia ſunt in ſubſtantia; — Subſtantia ē
vnde manifeſtum eſt, quòd Ariſt. & Auerr. in hac parte vtuntur hoc termino, ſubſtantia, ſe- — ens per ſe.
cundum quòd eſt prædicamentum diſtinctum contra alia prædicamenta, & pro rebus, quæ
ſunt in tali prædicamento: ſed ſtatim poſt diuidit ſubſtantiam in ſenſibilem, & in inſenſibi-
lem, & in generabilem, corruptibilem, & æternam: & poſt conſiderationem de ſubſtan-
tia ſenſibili, probat eſſe ſubſtantiam inſenſibilem abſtractam & immobilē, & deinde inquit,
an hæc ſit vna tantum vel plures, & oſtendit quòd ſunt plures, inter quas eſt vna prima, quæ
eſt nobiliſſima, & finis, & perfectio aliarum, & totius vniuerſi, quam nos Deū appellamus.
Ex quibus euidenter concluditur, quòd ſecundum mentem Philoſophi, & Commentatoris — Deus eſt ue-
Deus eſt vere in prædicamento ſubſtantiæ, & ſecundum iſtam viam nihil habent Aduerſa- — re in genere
rii contra Auerro. — ſecundū ali-
quos.

Alia eſt via ſoluendi argumentum illorum contra Auerro. quam ponit Caietanus ſuper
Porphyrium: qui quidem Porphyrius dixit ſubſtantiam eſſe genus generaliſſimum ipſius — Cap. de ſpe-
primi prædicamenti, quod dictum interpretatur Auerro. fuiſſe gratia exempli, eo quia ſecū- — cie.

dum veritatem, ſubſtantia non eſt genus generaliſſimum, quoniam intelligentias in prædica A mento reponi non credit, vnde in paraph. ſuper Porphy. docet Auerr. genus generaliſsimũ prædicamenti ſubſtantiæ eſſe corpus; & in 2. cœli remouet corpus cæleſte à prædicamento, & conſequenter genus generaliſſimum; ergo apud ipſum in prædicamento ſubſtantiæ nõ eſt corpus vt ſic, ſed corpus generabile, & corruptibile; & ſecundum iſtã uiã etiam poteſt dici pro Auerroe, quòd primus motor eſt menſura extrinſeca generis ſubſtantiæ, non autem intrinſeca. Ex his patet rationes eorum eſſe nullius momenti.

Com. 49.

Vltimum dictum ipſorum: quòd prima menſura ſubſtantiarum omnium eſt aliqua ſubſtantia prima ipſius generis, non autem primus motor, reprobatur à multis, præcipue ab illis, qui dicunt menſuram ſubſtantiarum, & omnium rerũ eſſe non gradum perfectionis; quia latitudo rerum difformis attenditur penes receſſum à non gradu perfectionis, & talis latitudo difformis eſt penes ens paruum, quale eſt materia prima, infra quam nihil eſt, cum ipſa ſit media inter ens & non ens, igitur prima materia erit mẽſura ſubſtantiarũ oĩum: ergo non prima intelligentia. Alii ſunt qui dicunt menſuram ſubſtantiarum eſſe ſubſtantiam primam, de qua dixit Ariſt. quòd non eſt in ſubiecto, nec dicitur de ſubiecto: & hoc probant, B quia Ariſto. in libro prædicamentorum docet primas ſubſtantias eſſe maxime, & proprie, et principaliter ſubſtantias, eo quia illis maxime competit ratio ſubſtantię, quæ eſt ſubſtare, & docet comparare genera, & ſpecies ad illam per hoc, quòd ſpeciebus magis, quàm generibus cõpetit ratio ſubſtantię, propterea concludit maxime ſubſtantias eſſe primas, & poſt illas eſſe ſpecies, vltimas genera; ſi vero conſiderẽtur ſubſtantiæ ſi in vno communi genere ponũtur, quatenus omnes ſunt ſpecies, ſic nõ nulli dicunt humanam ſpeciem eſſe menſuram omnium ſubſtantiarum, tum quia eſt prima, & notiſſima omnibus, tum quia eſt minima, ſaltem quoad partem intellectiuam, & iſtæ ſunt conditiones ipſius menſuræ.

1 Materia prima eſt media iter ens & non ens.

Cap. de ſubſtan.

Ratio ſubſtãtię magis cõuenit ſpeciebus, quàm generibus.

Menſura debet eſſe notiſsima & minima.

Sunt etiam Aliqui, qui volunt ſubſtantias ipſas menſurari penes earum operationes, moti ex dicto Ariſt. primo cœli, vbi vult Philoſophus rerum perfectiones & virtutes menſurari per maximum in quod poſſunt. Aliqui vero negant intelligentias eſſe in prædicamento: propterea dictum ipſorum, quòd prima intelligentia, cui competit vnitas, eſt menſura intrinſeca ſubſtantiarum, non eſt vndequaque verum.

Tex. 116.

Adde etiam, quia illa prima intelligentia, cum ſit nobis ignota, ſicuti & primus motor, nõ C poteſt habere rationem primæ menſuræ; ſemper enim menſura debet eſſe notior menſuratis. Arguitur & fortius, quia totum genus ſubſtantiæ eſt menſurabile, cum totum hoc genus ſubſtantiæ ſit ſimpliciter ens; cetera vero ſunt entis; ſi ergo totum genus ſubſtantiæ eſt menſurabile: igitur per nihil ſui generis debet menſurari, & cum illa prima intelligentia de mente ipſorum ſit in prædicamento ſubſtantiæ, ſequitur quòd ipſa non poterit eſſe prima menſura illius generis. Poſtremo non poſſunt aufugere, quin hæc prima ſubſtantia ſit, aut ſpecies perfectiſſima ſubſtantiarum, aut imperfectiſſima; ſi perfectiſſima, vel erit ſpecies Angelica, vel humana, & ſic eſt certa, quod tamen negant, cum vtantur terminis ignotis; dicunt enim, illa ſubſtantia, cui conuenit vnitas, quæ eſt prima menſura, vocetur A, & ſic non eſt certa apud ipſos: ſi autem eſt imperfectiſſima, ſic vel eſt elemẽtum, vel aliquod mixtum; quodcunque dabitur, erit contra eorum ſententiam.

Menſurę proprietates.

Quoad ſecundum pro explicatione huius difficultatis ſciendum eſt primo, quòd ratio menſuræ & menſurati proprie & per ſe non conuenit niſi quantis, eoquòd de ratione menſurę eſt, vt ſit eiuſdem generis cum menſurato: quia vt dicit Alexã. vnigeneitas eſt quędã vnitas. Menſura quoque debet eſſe primum in illo genere, ſaltem quoad noſtram cognitionem ſicut in ponderibus, granum frumenti eſt primum apud omnes gentes, & notiſſimum; ſine enim ipſo nulla gens viuere poſſet, loquendo vt in pluribus, propterea dicitur notiſſimum. Debet etiam eſſe minimum ipſa menſura, quod etiam competit grano frumenti, & quamuis granum milii ſit minus grano frumenti, non tamen ſufficit variare notabiliter pondus granum milii, ſicut granum frumenti. Ratio menſuræ etiam per replicationem eſt comparabilis omnibus menſuratis; ſicuti in rebus continuis apparet, quòd per palmum ſæpius replicatum multa menſuramus, & ſic etiam per vlnam. D

Secundo ſciendum eſt, quòd ex quantitate ratio menſuræ, & menſurati transfertur ad alia entia, quandoquidem quotieſcunque transfertur ſubiectum, tunc transferuntur, & proprietates per ſe conſequentes ad illud ſubiectum: propterea ſi aliis rebus conuenit ratio menſurę, non proprie, ſed tranſumptiue, & ſimilitudinarie eis conuenire debet; & ſic in genere ſubſtantiæ ſimilitudinarie reperitur ratio menſuræ, quæ eſt prima ſubſtantia: in genere qualitatis etiam debet eſſe prima qualitas, puta albedo, & ſic in genere ſcientiarum prima menſura erit

Trãslato ſubiecto transferũtur eius proprietates.

A ra erit metaphyſica, in genere virtutum erit prudentia, & ſic de aliis.

Notandum tertio, quòd rationem menſuræ conuenire aliquibus tranſumptiue & ſimilitudinarie poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quoad impoſitionem nominis. Alio modo quoad ſignificationem ipſius nominis. Primo modo intelligitur, quòd aliis entibus conuenit ratio menſuræ ſimilitudinarie & tranſumptiue; non autem ſecundo modo; quia ratio menſuræ proprie competit primo principio; cum omnis proprietas menſuræ propriiſſime in eo reperiatur. Prima enim proprietas eſt, vt mēſura ſit vnigenea cum menſurato, hæc enim ſibi competit, non quantum ad perfectionem Dei in ſe conſideratam, quia illa eſt formaliter infinita, ſed prout eſt imitabilis, & participabilis à creaturis, non eſt infinita ſub tali ratione, quia nulla creatura poteſt participare perfectionem infinitam ſub ratione qua infinita eſt, & ad hunc ſenſum intelligo Deum eſſe vnigeneum cum mēſuratis prout eſt imitabilis à creaturis. Vnde inquit Beatus Auguſtinus 15. de Ciuitate Dei, quòd alia ratione cōditus eſt homo, & alia ratione equus. Secunda conditio ipſius menſuræ eſt, quòd ſit primum, hæc maxime Deo conuenit: & quòd ſit notiſſima, hæc etiam ſibi conuenit, quia Deum eſſe naturaliter eſt

Menſuram conuenire alicui dupliciter intelligi poteſt.

Cap 9.

B omnibus inſertum: & quòd ſit minimum, Deus autem hac conditione maxime gaudet, quia eſt actus puriſſimus, & habet maximam vniformitatem, & ſimplicitatem. Item menſura debet eſſe inuariabilis & immobilis, & quòd non dependeat à menſuratis, & quòd poſſit eſſe ſine menſuratis. Hęc autem omnia propriiſſime Deo conueniunt, non quoad impoſitionem nominis, ſed quoad eius ſignificationem, vt dictum eſt.

Deum eſſe naturaliter e omnibus inſertum.

Vltimo notandum eſt, quòd multiplex opinio fuit de Deo, num ſit in aliquo genere, vt tetigimus in reprobatione opinionis aduerſariæ: nam Gregorius Ariminenſis, Gabriel, Marſilius 1. ſentent. propriiſſime voluerunt Deum eſſe in prædicamento ſubſtantię. Secunda opinio fuit Scoti eodem libro, qui docuit omnes conceptus communes Deo, & creaturis eſſe vniuocos, vt eſſe ens bonum, &c. propterea voluit Deum eſſe in prędicamento ſubſtantię quoad aliquem conceptum. Tertia opinio fuit Ioannis Bachoni eodem libro, qui dicit Deum eſſe in genere, non abſolute loquendo, ſed cum quadam determinatione, ſcilicet ſecundum intentionem generis depuratam & illimitatam. Vnde vult Deum in multis prędicamentis reperiri, puta ſubſtantię, actionis, relationis, quia retinet formalem rationem illorum prædica-

dist. 8.

Diuerſę ſententię an Deus ſit in genere.

dist. 8.

dist. 9.

C mentorum, proprie & formaliter depurando ſubſtantiam ab imperfectione compoſitionis, & corporeitatis, & actionē ab imperfectione motus, & relationem ab eius imperfectionibus, & ſic concedit Deum eſſe in genere et extra genus. Alia opinio communis, & vera, eſt S. Thomę 1. p. quę nullo modo concedit Deum eſſe in genere neque directe, neque indirecte, licet ponatur tanquā principium continens ipſum genus, & ſic quodammodo eſt in omnibus generibus, & per appropriationem eſt in genere ſubſtantię, tanquam ſibi magis appropinquante: quamuis genus aliquando dupliciter ſumi poſſit. Vno modo proprie, vt ſumunt phyſici & logici et ſic Deus non eſt menſura homogena prædicamenti ſubſtantiæ, immo Auerr. vt dictum eſt nullam intelligentiam ponit homogeneam ſubſtantię. Alio modo ſumitur genus large, ſeu communiter pro quadam coordinatione, & ſic concedi poteſt Deum eſſe menſuram intrinſecam, & homogeneam coordinationis ſubſtantiarū, magis quàm accidentium, quia ipſe eſt ſubſtantia, & non accidens.

q. 3. ar. 5.

Genus dupliciter ſumitur.

His ſtantibus ponitur prima concluſio talis. In diuerſis entibus menſuratis diuerſę ſunt menſurę proprię: hęc concluſio eſt expreſſe ſententia Ariſto. in hoc libro; quia menſura nihil

Tex. 2.

D aliud eſt, quàm id quo quantitas rei cognoſcitur; ſed quantitas rei non cognoſcitur niſi per vnum aut per numerum: per vnum quidem ſicut dicimus vnum ſtadium vel vnum pedem: per numerum autem ſicut dicimus tria ſtadia, vel tres pedes: ergo cum in diuerſis rebus ſint diuerſę entitates propriæ, patet concluſio, in diuerſis menſuratis eſſe diuerſas menſuras proprie.

Secunda concluſio eſt. Ratio menſuræ primo reperitur in diſcretis, quàm in continuis: probatur ſic, id quod eſt primum in genere dicitur eſſe menſura poſteriorum; quia primum in vnoquoque genere eſt menſura aliorum, quod habetur in hoc libro; ſed primum in genere quantitatis eſt diſcretum, & non continuum; ergo ratio mēſurę prius reperitur in diſcretis, quàm in continuis: probatur minor, quia vnum, quod eſt principium quantitatis diſcretæ, eſt prius & magis indiuiſibile, quàm ſit punctum, quod eſt principium quantitatis continuæ; punctum enim non poteſt eſſe prius, cum addat ſupra vnitatem poſitionem: eſt enim punctum vnitas poſita.

Ratio menſuræ primo reperitur in diſcretis, quàm in continuis

Tex. 7.

Tertia concluſio. Ad hoc, quòd aliqua ſubſtantia ſit menſura omnium entium, non eſt neceſſe, vt ſit in genere proprie, licet poſſit eſſe in genere communiter: hęc concluſio

 eſt S.

q. 5. ar. 5.
Vnumquodque méſuratur p aliqđ ſui generis.

eſt. S. Thomę 1. p. vbi quęrens, num Deus ſit in aliquo genere, arguit ſic: vnumquodque menſuratur per aliquid ſui generis; ſicut longitudines per longitudinem; ſed Deus eſt menſura omnium ſubſtantiarum, vt patet per Commentatoré 10. huius ergo Deus eſt in genere ſubſtantię, & reſpondés aſſerit rationem iſtam procedere de menſura proportionata, hanc enim oportet eſſe homogeneá menſurato: Deus autem non eſt menſura proportionata alicui; dicitur tamen menſura omnium, ex eo quòd vnumquodque tantum habet de eſſe, quantum ei appropinquat: ergo patet concluſio iſta, quòd ad hoc quòd aliquid ſit menſura entium exiſtẽtium in prędicamento, non oportet quòd ſit in ipſo prędicamento. A

Deo conueniunt conditiones méſuræ.

Vltima concluſio reſpondens quæſito principali. Deus benedictus, qui eſt vt principium omnium generum tanquàm cótinens ipſa, dicitur eſſe prima menſura omnium ſubſtantiarũ improportionata: probatur, quia ipſi Deo conueniunt conditiones menſurę, vt declaratum eſt ſupra: ergo ſequitur quòd ipſe ſit menſura nedum ſubſtantiarum, ſed omnium entium. Et cõfirmatur, quia illud, per quod cognoſcuntur res perfectiſſime, uidetur eſſe earum menſura: ſed p primá cauſam cognoſcuntur res perfectiſſime: igitur prima cauſa, quæ eſt Deus, dicitur eſſe menſura perfectionis & entitatis omnium rerum: patet minor ex verbis Commentatoris 7. huius, vbi dicit, non cognoſcitur ſubſtantia demonſtrata ſenſibilis, niſi cognoſcatur prima cauſa, ipſa enim habet rationem principii, rationem vnius, rationem inuariabilis & immobilis, rationẽ vniformitatis & indiuiſibilitatis, rationem ordinis intranſitiue: quia omnia menſurata ordinantur ad ipſum, ſine quo eſſe non poſſunt, & ipſe poteſt eſſe ſine illis ergo, &c. B

Com. 13

Multę difficultates contra veritaté propoſitam.

Quoad tertium ſunt aliquæ difficultates contra hæc, quæ determinata ſunt. Et prima difficultas eſt ex eiſdem proprietatibus menſuræ, quę non conueniunt Deo; nam ſi illa dicitur menſura alicuius rei, cui conueniunt proprietates inſequentes illam menſuram, ſicut ille dr homo, cui conueniunt conditiones hominis; ſed Deo non conueniunt conditiones menſurę proprie, ſed tantum metaphorice, & ſimilitudinarie: ergo Deus non poteſt dici proprie, & vere menſura ſubſtantiarum, & omnium entium: probatur minor, quia menſura debet eſſe notior menſurato, ſed Deus eſt occultiſſimus, cum ſe habeat ad intellectum noſtrum vt lumẽ ſolis ad oculos nicticoracis. Secundo menſura aliquoties replicata reddit menſuratũ; at Deus non fit per replicationem. Tertio menſura debet eſſe homogena menſurato; at Deus non eſt homogenus cum ſuis creaturis. Quarto mẽſura debet eſſe minimum in illo genere; ſed Deus eſt maxima ſubſtantiarum: ergo non poterit eſſe proprie menſura ipſarum. C

Menſura dicitur eſſe notior menſurato.

Ad quam difficultatem reſpondendo dicimus verum eſſe, Deum eſſe menſuram tranſumptiue ſumptam, quoad impoſitionẽ nominis, non autem quoad eius ſignificationem. Et ad illam primam proprietatem, dicimus, quòd licet menſura ſimpliciter debeat eſſe notior, & prima cauſa non ſit primum nobis nota; eſt tamen notiſsima in ſe, & ideo maxime ſibi conuenit ratio menſuræ ſimpliciter. Vel dicamus, quòd cum cognitio exiſtendi Deum, naturaliter ſit omnibus inſerta, ſub quadam confuſione, hoc modo etiam Deus eſt nobis notus, & etiam quoad primum motum, qui eſt eius effectus. Secunda conditio verificatur de Deo, non per replicationem ſuæ eſſentiæ ſupra res menſuratas, ſed per acceſsum ad ipſum, & receſsum ab ipſo. Tertia etiam conditio verificatur de Deo, quoad genus communiter ſumptum, nõ autem quoad genus proprie ſumptum, de quo loquũtur phyſici, & logici. Vel dicamus, quòd verificatur illa conditio quoad perfectiones participabiles à creaturis, vt dictum eſt ſupra. Vltima etiam conditio verificatur; quia Deus dicitur eſſe minimum quoad ſimplicitatem & indiuiſibilitatem ſuæ eſſentię. D

Deus eſt notiſſimus ĩ ſe.

Secunda difficultas eſt contra veritatem propoſitam; quia cum Deus glorioſus ſit infiniti vigoris; omnes creaturę æquali diſtantia diſtabunt ab ipſo: igitur non poterit eſſe menſura creaturarum; prima conſequentia patet, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio; ſecunda conſequentia etiam patet, quia id quod diſtat ęqualiter ab aliquo, non poteſt eſſe menſura illius. Ad hoc dicerent Auerroiſtę, Deum non eſſe infiniti vigoris; quia finitas vigoris competit formę inquantum formę, finitas durationis competit formis vt ſunt in materia, vt patet ex Auerr. in libro de ſubſtantia orbis. Sed hęc reſponſio eſt falſa, & contra veram philoſophiam, cum Deus nedum ſit infinitus in duratione, ſed etiã in virtute, vt aliàs docuimus. Propterea dicendum venit, quòd Deus glorioſus eſt infiniti vigoris, & ex hoc non tollitur, quin poſsit eſſe metrum & menſura omnium entium; nam licet perfectio Dei in ſe conſiderata ſit formaliter infinita, non tamen vt eſt imitabilis, & participabilis à creaturis, vt dictũ eſt de mente Auguſtini, & ideo vt ſic poteſt habere rationem menſurę, omnia menſurantis penes receſsum & acceſsum ad ipſum: quia non omnia in æquali gradu entitatis, & perfe-

Finiti ad infinitum non ẽ proportio.

Cap. 3.

A ctionis participant, & imitantur diuinam perfectionem, vel vt dicit Caietanus in aurea illa quæſtione ſua de infinitate Dei, quòd diſtantia infinita eſt duplex. Altera ſimpliciter, quæ eſt ex parte vtriuſque extremi. Et altera infinita ſecundum quid, quę eſt ex parte vnius extremi: licet ergo ex parte Dei ad creaturas ſit infinita diſtantia, ex parte tamen creaturæ ad ipſum Deum diſtātia finitur: quoniam & ſi ex parte Dei ipſe Deus infinite diſtat à creaturis ipſæ tamen creaturæ ita ſe habent, quòd vna eſt propinquior Deo, quàm altera, cum ſit altera altera perfectior. *Diſtantia infinita eſt duplex.*

Tertia difficultas eſt; quia ſi Deus eſt menſura creaturarum omnium, quęritur, an hoc ſit quoad eſse eſsentię ipſarum, an quoad eſse exiſtentię. Ad quam difficultatem dicerent Aduerſarii, quòd vtroque modo, quia idem ſunt in creaturis eſsentia & exiſtentia iuxta eorum doctrinam. Sed in hoc placet nobis ſententia Alexandri aſserentis, Deum eſſe menſuram omnium, magis prout reſpicit ipſa ſecundum eſſe eſſentiæ, quàm exiſtentiæ; tum quia ſpecies rerū comparātur numeris ſecundum eſſe eſſentiæ, quod diſtinguitur ab eſſe exiſtentiæ iuxta ſententiā S. Thomæ; & ſpecies rerum comparantur ad Deum, tanquam ad vnitatem: tum etiā

B quia licet Deus aſpiciat res vt cauſa agens, magis tn̄ dicitur menſura vt exēplar, licet vtroque modo aſpiciat: ratio tamen exemplaritatis reſpicit eſſentiam: ratio vero agendi reſpicit exiſtentiam; & ideo Deus magis dr̄ mēſura ratione exemplaritatis, quàm agentis: & per conſequens res ipſæ magis menſurantur quantum ad eſſe eſſentiæ, quàm quantū ad eſſe exiſtētiæ. *Ratio cauſę reſpicit exiſtentiam.*

Vltima difficultas eſt, num Deus ſit menſura ipſarum ſubſtantiarum, itaquod dicantur ſubſtantiæ ipſę magis perfectæ, & minus perfectæ per approximationem ad ipſum Deum, an per remotionem ab ipſo. Reſpondetur iuxta ſententiam S. Thomæ 1. p. quòd per acceſſum, & appropinquationem ad ipſum res menſurari dicuntur; quia vnumquodque tantum habet de eſſe, quantum ei appropinquat: licet etiam perfectio rerum attendi poſſit per remotionem à non gradu perfectionis, vt voluerunt Calculatores; tamen vtroque modo per acceſſum ad Deū, & per receſſum à materia prima perfectio, & imperfectio rerum attendi poteſt. Plura alia eſſent hic examinanda, ſed quia ad theologum potius ſpectant, quàm ad metaphyſicum; propterea hæc pauca viſa ſunt nobis adducenda in præſenti. *q. 3. ar. 5.* *Perfectio & imperfectio penes quid attendantur.*

C

Opponuntur autem vnum, & multa ſecundum plures modos, &c. Tex. 9.

An vnum, & multa opponantur, & quomodo.

Dilucidatio ſecunda.

D OCCASIONE verborum Ariſt. in præſenti textu, vbi affirmat vnum, & multa non opponi contradictorie, neque relatiue, ſed contrarie, diſputār doctores, de qua contrarietate intelligat Philoſophus. Et reſpondent Aduerſarii, duo breuiter aſſerendo, quorum alterum eſt. Contraria differunt ſecundum formam ſub eodem genere, & ideo cum aliqua dicuntur eſſe contraria, quodlibet eorum ſumendum eſt, ſecundum quòd habet formā, & non ſecundū ꝙ eſt pars habentis formam. Alterum eſt. Non eſt inconueniens aliqua eſſe oppoſita vno modo, puta ſi conſiderentur ſecundum ſe, vt habent formas ſuas proprias; & alio modo, non eſſe oppoſita, ſi conſiderētur, vt alterum includitur in altero, & eſt pars alterius, ſic enim eſt pars habentis formam, & dant exemplum de corpore, quod ſecundum ſe, & vt eſt abſque anima conſideratum, vt habens aliquam formam propriam opponitur animali, ſicut inanimatum animato. Si vero conſideretur, vt eſt pars animalis, & informatum anima, non opponitur animali, ſed eſt pars materialis eius, ſic eſt de duabus ſpeciebus numeri, puta quaternario, vel ternario, nam quaternarius conſideratus ſecundum ſe, & non ſecundum ſuam formam propriam eſt diuerſa ſpecies à quinario: ſi vero conſideratur, vt includitur in quinario, & eſt pars ipſius, ſic non diſtinguitur ſpecie ab ipſo. Iſtis ſic habitis docent ipſum vnum acceptum in ſe, vt habens formam ſuam propriam opponi multitudini, quia nec vnum eſt multa, nec econuerſo; opponuntur autem non aliter, quàm *Corpus quō eſt pars animalis.*

contrarie, quia non contradictorie, non priuatiue, non relatiue per ſufficientem diuiſionem li- A
teræ; ergo contrarie; ſi vero conſideretur vnum vt quoddam incompletum, & vt includitur in
mul titudine, & eſt pars ipſius, ſic non opponitur ſibi, quia vnum contrarium non conſtituit
aliud contrarium in eſſe, ſed vnnm conſtituit multa eſſe, quia vnitas eſt pars, & principium
mulritudinis: ergo vnum & multa non opponuntur contrarie hoc modo.

Sed hi in mulris deuiant à veritate: nam fundamentnm aſſignatum de contrarijs eſt inſuf-
Cōtraria maxime diſtāt. ficiens, & contra Ariſt. qni in poſtprædicamentis declarans naturam contrariorum dixit, cō-
trarta ſuni quæ maxime diſtant ſub eodem genere, quorum alterum eſt vt malum, alterum ve
ro vt bonum, & ſi vnum exiſtit in rerum natura, non eſt neceſſarium alterum eſſe, & impoſſi-
bile eſt ambo ineſſe alicui, quorum eadem eſt materia, igitur inſufficiens eſt illud dictum,
Ca de quātitate. quòd contraria differunt ſolummodo ſecundum formam. Præterea ipſemet Philoſo-
phus in prædicamentis docet ex auctoritate communi philoſophorum, quòd maxime
circa locum videtur contrarietas, quia ponunt ſurſum eſſe contrarium deorſum, eoquòd ma-
xima diſtantia ſit inter medium, & extrema mundi, & ſurſum & deorſum non differunt ſecun
Tex. 48. dum formam, ſed tantum vt ſunt differentiæ loci, vt docuit Ariſt. 3. phyſi. ergo, &c. B

Alterum dictum illorum præſupponit vnum falſum, videlicet vnius rei eſſe plures for-
diluc. 17. mas ſubſtantiales, cuius oppoſitum oſtendimus contra ipſos 7. huius, quia cum vnum eſſe
ſubſtantiale tribuatur vni rei, & forma ſubſtantialis det eſſe ſubſtantiale: igitur vnius rei eſt
q. 7. ar. 3. tantum vna forma ſubſtantialis, vt ſcripſit S. Thom. 1. p. falſum ergo eſt illud dictum, quòd
oppoſita poſſunt conſiderari ſecundnm ſe, & vt habent formas ſuas proprias; & alio modo,
vt alterum includitur in altero, quia ſi habent formas proprias; ergo alterum non includitur
in altero, nec eſt pars illius, quia quodlibet illorum erit ens completum in ſe. Exempla
adducta non ſunt ad propoſitum, quia corpus, ut eſt pars animalis, non habet aliam formam
ab animali, ſic etiam quaternarius, vt includitur in quinario, & licet hæc doctrina cum his
exemplis videatur deſumpta à S. Thom. in expoſitione huius text. non tamen eſt deſumpta
ad intentionem eius.

Concluſio etiam principalis declarata, qnòd vnum & multa opponantur contrarie, eſt etiā
manifeſte falſa, & contra Ariſt. quia ſi vnnm, & multa opponerentur contrarie, vel ergo mul
titudo eſſet prior ratione, quàm vnum, vel ecōuerſo, aut vtrumque; ſi dicūt primum, ergo ſe- C
Multitudo componitur ex vnitatib᷒. qnitur, quòd vnum eſſet poſterius multitudine, quod eſt contra ſenſum, quia multitudo com
ponitur ex vnitatibus, ſi vero dicūt ſecundum, tunc ſequitur priuationem eſſe priorē habitu,
cum vnnm habeat rationem priuationis reſpectu diuiſionis, quæ ſaluatur in multitudine; ſi
Cap. 3. autem tertium aſſerant, tunc ſequitur dari circulum in definitionibus contra Ariſt. 1. poſter.
ergo ſeqnitur concluſionem poſitam eſſe contra rationem.

Eſt contra Ariſt. & eius Commentatorem hic, volentes vnum opponi mnltitudini, ſicut in-
diuiſibile diuiſibili; ſed indiuiſibile opponitur diuiſibili oppoſitione priuatiua: igitur vnum
Tex. 9. & multa nō contrarie, ſed priuatiue opponūtur. Et ſi dicunt, Ariſt. in tex. præſenti, & S. Th.
aſſerere vnum & multa opponi ſicut contraria; ergo non priuatiue. Reſpondetur quòd op-
poſitio, quæ eſt ſecundum priuationem & habitnm, eſt principinm oppoſitionis, qnæ eſt
ſecundum contrarietatem, propterea dicit Ariſt. in textu, & S. Thom. in expoſitione, vnum &
multa opponi, ſicut contraria, ſed non loquuntur de vera oppoſitione contraria, qua opponū-
tur duæ formæ ſpeciales, ſub eodem genere poſitæ, eidē ſubiecto viciſſim inhærentes, ab eodē
ſe mutuo expellentes, niſi altera ipſarum inſit ei à natura, vt albedo & nigredo. D

Vt ergo ſciatur veritas huius rei, ſciendum eſt primo, quòd fuit opinio Auicennæ, vt in-
Com. 5. quit Auerroes 4. huius, & in præſenti contextu, quòd idem eſſet vnum, quod conuertitur cū
Duplex eſt vnum, numerale & entitatiuum. ente, cum vno, quod eſt principium nnmeri, & tamen ſunt valde diuerſa ſecundum peripate
ticos; quandoquidem vnum, quod eſt principium numeri, eſt accidens, & eſt principium nu-
meri prædicamentalis, qui cauſatur ex diuiſione continui, & talis numerus non eſt niſi in re-
bus materialibus, & in generabilibus & corruptibilibus, quę ſunt quanta: aliud eſt
vnum, quod conuertitur cum ente; & hoc ſignificat ens indiuiſum, & non addit aliquid ſu-
pra ens, niſi negationem diuiſionis tantum, & hoc dicitur vnum tranſcendes, quod cōſtituit
q. 30. ar. 3. multitudinem trāſcendentem, vt docet etiam S. Thomas 1. p. vbi quærit, ſi termini numera-
les ponant aliquid in diuinis.

Sciendum eſt ſecundo, quòd vnum trāſcendens dupliciter poteſt accipi. Vno modo quan
tum ad entitatem, quam dicit, & ſic non opponitur multitudini, ſed eam conſtituit. Alio mo
do, quantum ad indiuiſionem, quæ ſola complet formalem rationem vnius, & quia indiuiſio
eſt pura priuatio, ideo quantum ad hoc opponitur priuatiue, ſed quia vnum non dicit tantū

indiui-

A indiuiſionem, ſed etiam id, in quo fundatur, propterea dixit S. Tho. 1. p. quòd vnum nil aliud ſignificat, quàm ens indiuiſum; vnum autem numerale dicit rationem menſuræ, vel aliquid aliud additum continuitati, ſuperaddens ei tantum indiuiſionem. Q. 11. ar. 1.

Sciendum eſt tertio, quòd de ratione multitudinis ſunt duo. Alterum, quòd habeat in ſe plura, quorum unum non ſit aliud. Alterū eſt, quòd quodlibet illorum ſit in ſe indiuiſum, nam in numero ternario lapidum ſunt tres lapides, quorum vnus non eſt alius, ſed quilibet eorū eſt in ſe indiuiſus, quia non eſt diſtinctus in multos lapides; et ſimiliter dico de multitudine rerum immaterialium; ex quo patet, quòd in qualibet multitudine eſt negatio realis, ideſt negatio vnius de alia re, quæ ſignificatur dicendo, hoc non eſt illud, ſed vnū negat in ſe eſſe huiuſmodi negationem & diuiſionem; nam dicitur lapis eſt vnus, tum quia non eſt diuiſus in multos lapides, tum etiam quia in eo non ſunt multa in actu, quorum vnum nō ſit aliud, licet enim in lapide ſint multę partes quantitatiuæ, tamen nulla earum eſt in actu; ſed omnes ſunt in potentia. De ratione multitudinis duo sūt.

Vltimo ſciendum eſt, quòd vnum & multa poſſunt multipliciter conſiderari. Primo quatenus vnum dicit defectum, & multa dicunt exceſſum. Secundo conſiderantur prout vnum dicit menſuram, & multa dicunt aliquid menſuratum. Tertio etiam perpendi poſſunt, prout vnum eſt quid indiuiſibile, & multa dicunt aliquid diuiſibile. Quarto poſſunt capi vnum, & multa, vt diuidunt ens, ſiue prædicamentaliter, ſiue tráſcendenter. Vnū & multa multipliciter cōſiderantur.

B (margin)

Iſtis ſic ſtantibus ponuntur aliquę concluſiones, quarum prima eſt. Manifeſtum eſt vnum & multa opponi; probatur quia illa dicuntur opponi, quæ maxime diſtant, & habent oppoſitas rationes; iſta propoſitio eſt manifeſta ex ſententia Ariſt. in poſt prædicamentis, vbi definit oppoſita, ſed vnum & multa habent oppoſitas rationes, & maxime diſtant: igitur concluſio vera; minor probatur, quia ratio vnius eſt ens indiuiſum; ratio multorum eſt ens diuiſum, & hæc maxime diſtant: ergo patet veritas minoris. Cap. de opposi. Ratio multorum quæ eſt.

Et ſi quis diceret contra iſtam concluſionem, quia nullum oppoſitum conſtituitur ex ſuo oppoſito; ſed vnum conſtituit multitudinem: ergo falſa eſt concluſio, & non manifeſta, quòd vnum & multa opponantur. Reſpondeo quòd hoc argumentum eſt S. Thomæ 1. p. vbi diſputat de vnitate Dei; & ſoluendo ipſum aſſerit, totum eſſe duplex. Alterum homogeneum, alterum vero etherogeneum; totum homogeneum eſt illud, quod componitur ex partibus ſimilibus: etherogeneum vero eſt illud, quod cōponitur ex diſſimilibus partibus. Primum totum conſtituitur ex partibus habentibus formam totius, ſicut quęlibet pars aquę eſt aqua, & talis eſt conſtitutio continui ex ſuis partibus. In ſecundo toto quælibet pars caret forma totius, nulla enim pars domus eſt domus, nec aliqua pars hominis eſt homo, & tale totum eſt multitudo. Inquantum ergo pars eius, non habet formam multitudinis, componitur multitudo ex vnitatibus, ſicut domus ex non domibus, non quòd vnitates conſtituant multitudinem ſecundum id, quod habent de ratione indiuiſionis, prout opponuntur multitudini, ſed ſecundum hoc, quod habent de entitate, ſicut & partes domus conſtituunt domum per hoc, quòd ſunt quædam corpora, non per hoc, quòd ſunt non domus, & loquitur S. Thomas tam de multitudine numerali, quàm tráſcendenti, quarum quælibet conſtituitur ex vnitatibus materialiter inquantum ſunt entia, vel in eſſe phyſico quoad res numeratas, vel in eſſe obiectiuo, quoad formalem multitudinem, non autem ex vnitatibus formaliter, ideſt ſub ratione indiuiſionis, & cum præciſione potentiæ ad ſuperuenientem actum, vel formam. Secunda concluſio. Vnum & multa opponuntur relatiue, hæc concluſio probatur de mente S. Tho. in 1. ſent. vbi inquit, quòd vnum quod eſt principium numeri, poteſt dupliciter cōſiderari; aut ſecundum id quod eſt, aut ſecundum id quod conſequitur ad intellectū eius, ſcilicet relationem quādam, hoc ſecundo modo vnum opponitur multitudini numerali relatiue, ſicut principium & principiatum, ſicut pars & totum; & magis proprie, ſicut menſura & menſuratum, hoc idem docet S. Tho. 1. p. vbi ſupra, quòd vnum, quod eſt principium numeri, opponitur multitudini, quæ eſt numerus, vt menſura menſurato, vnum enim habet rationem primę menſuræ, numerus autem eſt multitudo menſurata per vnum. q. 11. ar. 2. Totum eſt duplex. Domus ex quibus componitur. Diſt. 24. Principium numeri dupliciter conſideratur. q. 11. ar. 2.

C (margin) D (margin)

Et ſi quis inſtaret contra iſtam concluſionem ex verbis Ariſt. in prædicamentis, vbi aſſerit, oppoſita relatiua ſunt ſimul natura; ſed vnum non eſt ſimul cum multitudine, quia vnum ſecundum ſuam naturam eſt prius multitudine; ergo falſa eſt cōcluſio prępoſita, vnum & multa opponi relatiue. Ad quod dicimus, quòd licet verum ſit, vnum & multa, quoad ſuum formale ſignificatum, non opponi relatiue, quoniam vnum non refert multitudinem; non enim valet vnum eſt multitudinis vnum, tamen quantum ad id, quod conſequitur ſuum formale ſignificatum, quod eſt ratio menſuræ, & ratio menſurati, quæ ſequitur multa, opponuntur Cap. de rela. vnum eſt prius multitudine.

oppo-

nuntur relatiue;& uego hoc modo vnum & multa, non eſſe ſimul natura, ſi bene aſſignetur, A
Tex. 10. quia ſunt in tertio modo relatiuorum, vt ſcripſit Ariſto. 5. huius.

Tertia concluſio. Vnum,& multa formaliter ſumpta opponuntur priuatiue, hæc etiam concluſio eſt de mente S.Tho. 1. p. vbi ſupra; quia illa, quæ ſe habent ſecundum diuiſum &
Vnum dicit indiuiſionē. indiuiſum, opponuntur priuatiue, nam indiuiſum dicit carentiam, & prinationem diuiſionis, vnum autem eſt indiuiſum, quia ſumitur ab indiniſione, & multa ſunt diuiſa; quando enim aliquid intelligitur vnum, intelligitur indiuiſum, & quæ ſunt multa intelliguntur diuiſa: ergo vnum & multa quantum adhoc opponuntur priuatiue. Hæc etiam concluſio eſt de mente Alexā. exponētis præſentem literam, inquientis, vnum & multa eſſe primo contraria accipiendo contraria pro priuatiue oppoſitis. Huic etiam ſententiæ adhæret Commentator aſſerens, vnum et multa opponi ſecundum ꝙ priuatio eſt oppoſita habitui. Et ſi quis diceret
Tex. 17. contra iſtam concluſionē propter verba Ariſt. 10. huius, vbi habet, ꝙ multū opponitur pau
Cap. de enūciatione. co: igitur non opponitur vni, eò præcipue quia in 1. perhi. habetur, ꝙ vni vnū opponitur, vni enim affirmationi vna eſt oppoſita negatio. Ad quod reſpondet S. Tho. 1. p. vbi ſupra,
Multum ſumitur bifariam. quòd multum dupliciter accipitur. Vno modo abſolute, & ſic opponitur vni. Alio modo ſecundum quòd importat exceſſum quēdam, & ſic opponitur pauco; vnde primo modo, duo ſunt multa, non autem ſecundo. Si quis etiam inſtaret adhuc contra concluſionem, quia priuatio non prædicatur de habitu, immo nullum oppoſitum prædicatur de ſuo oppoſito; ſed
Cap. ult. omnis multitudo eſt quodāmodo vnū, vt docet Dionyſius lib. de diuinis nominibus, nō eſt multitudo non participans vno: igitur vnum non opponitur multo priuatiue. Ad quod dici
Priuatio ꝗd eſt. tur, quòd nulla priuatio tollit totaliter eſſe, quia priuatio eſt negatio in ſubiecto, ſed tamen omnis priuatio tollit aliquod eſſe, & ideo in ente ratione ſuę communitatis accidit, quòd priuatio entis fundetur in ente, quod non accidit in priuationibus formarum ſpecialium, vt viſus, vel albedinis, vel alicuius huiuſmodi; & ſicut eſt de ente, ita eſt de vno & bono, quod conuertitur cum ente, nam priuatio boni fundatur in aliquo bono, & ſimiliter remotio vnitatis fundatur in aliquo vno, & ex inde contingit, quòd multitudo eſt quoddam vnum, & malum eſt quoddam bonum, & non ens eſt quoddam ens, non tamen oppoſitum prædicatur de oppoſito, quia alterum horum eſt ſimpliciter, & alterum ſecundum quid, quod enim ſecundum quid eſt ens vt in potentia, eſt non ens ſimpliciter, ideſt in actu nel, quod eſt ens C
ſimpliciter in genere ſubſtantiæ, eſt non ens ſecundum quid, quantum ad aliquod eſſe accidētale: ſimiliter ergo, quod eſt bonum ſecundum quid, eſt malum ſimpliciter vel econuerſo, & ſic quod eſt vnum ſimpliciter, eſt multa ſecundum quid, & econuerſo; hoc pacto intelle-
Quō multa poſſunt dici unum. xit S. Dionyſ. vbi ſupra aſſerens, quòd illa, quæ ſunt multa partibus, ſunt vnum toto, & quæ ſunt multa accidentibus ſunt vnum ſubiecto, & quæ ſunt multa numero ſunt vnum ſpecie; & quæ ſunt multa ſpeciebus ſunt vnum genere; & quæ ſunt multa proceſſibus ſunt vnum principio.

Vltima concluſio eſt. Vnum & multa non opponuntur contrarie; hæc concluſio eſt expreſſe contra ſententiā Aduerſar. & ita probatur; contraria ſunt oppoſita, quæ ſub eodē genere poſita ſcilicet proximo, maxime diſtant à ſe inuicem diſtantia formali, & non materiali tantum, vt excludamus marem, & feminam, & eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt; ideſt apta nata ſunt in eodem ſubiecto numero ſucceſſiue recipi, à quo mutuo ſe expellunt propria actione, vel aliena, niſi alterum contrariorum inſit ſubiecto à natura, vt calor in igne, & grauitas in lapide; ſed vnum, & multa non ita ſe habent, itaquòd ſub eodē genere poſita, ſcilicet proximo, maxime à ſeinuicem diſtent &c. igitur concluſio vera, ut etiam arguimus contra Aduerſarios. D

Et ſi quis diceret contra iſtam concluſionem, quia nuda verba Ariſt. in pręſenti litera oſtēdunt oppoſitum huius concluſionis; aſſerunt enim, vnum & multa non opponi cōtradicto-
diſt. 24 q. 1. ar. 4. rie, non relatiue, non priuatiue, ſed contrarie. Idem etiam videtur ſentire. S. Thom. 1. ſentent. vbi docet, vnum & multa eſſe differentias entis conſtituentes duas ſpecies diſparatas: igitur vnum & multa contrarie opponuntur: & concluſio eſt manifeſte contra Ariſto. & S. Thom. Ad hoc dictūm eſt ſupra, arguendo contra ipſos, quia Ariſt. abuſus eſt nomine contrarietatis; ſumpſit enim contraria pro priuatiue oppoſitis, & hoc rationabiliter, quoniam contraria ſemper ad priuatiue oppoſita reducuntur, quatenus alterum contrariorum eſt imperfectius, vt pri
Cęcitas dicit purā priuationem. uatio; & alterum vt perfectius, veluti habitus; deinde vnum non dicit puram priuationem, vt cęcitas; ſed dicit ens ſuperaddens indiuiſionem; propterea non opponuntur pure contradictorie, quia contradictionis alterum oppoſitorum eſt ens, alterum vero eſt non ens; ſed extrema huius oppoſitionis ambo ſunt entia; ex his ergo patet ſenſus verborum Ariſto. & S.

Thom.

A Thom. quòd per contraria intelligunt priuatiue oppoſita, vt docuimus de mente Alexan. & Auer. cetera omnia argumenta, quę contra iſtam veritatem adduci poſſent, ex fundamentis iam iactis, & concluſionibus præpoſitis ſoluuntur.

Quare ratione prior multitudo indiuiſibili propter ſenſum, &c. Tex. 9.

Vtrum diuiſibile ſit prius indiuiſibili ſecundum rationem.

Dilucidatio tertia.

B SANCTVS Tho. exponens hæc verba Ariſt. dubitat quomodo multitudo ſit prior ratione, quàm vnum; quia vnum, cum ſit de ratione multitudinis, eo quòd multitudo nõ eſt aliud, quàm aggregatio vnitatum, ſi ipſum vnũ eſt poſterius ratione, quàm multitudo: ſequitur quòd in ratione huius vnius & multitudinis ſit quidam circulus, ita quòd neceſſe ſit per multitudinem intelligi vnitatem, & econuerſo; circulus autẽ in rõnibus rerum non ſuſcipitur, quia idẽ eſſet eodem notius & ignotius, qđ eſt impoſſibile, & eandẽ dubitationem mouẽt Aduerſarii in præſenti diſputatione, qui volentes diſſoluere ipſam ſuſcipiunt reſponſionem à S. Tho. & non ad intentionem ipſius; ſed ſuam: propterea deuiãt à veritate, ſicut fecerant in præcedenti diſputatione. Aſſerunt enim in primis, quòd nihil prohibet aliquid ſecundum rationem eſſe prius, & poſterius eodem, aliter tamen & aliter cõſideratum, multitudo igitur poteſt conſiderari, vel quantum ad illud, quod multitudo eſt, vel quantum ad ipſam diuiſionem, quam cõſequitur; ratione diuiſionis multitudo eſt prior ſecundum rationem, quàm vnum: ſi quidem vnum definitur quòd eſt illud, quod non diuidi-

Multitudo quid eſt.

C tur, ſecundum autem illud, quod eſt multitudo ſic eſt poſterius ſecundum rationem, quàm ipſum vnum; nam multitudo definitur, quòd eſt aggregatio vnitatum. Secũdo dicunt, quòd diuiſio, quæ præſupponitur rationi ſeu definitioni vnius, quod conuertitur cum ente, nõ eſt diuiſio continui, quæ præintelligitur vni, quod eſt principium numeri, ſed eſt diuiſio, quam cauſat cõtradictio, ſcilicet, quòd hoc ens & illud ens dicuntur diuiſa, eo quòd hoc ens non eſt illud ens: igitur iſte erit ordo ex natura rei, quòd in primo ſigno intelligitur ipſum ens; & in ſecundo ipſa diuiſio; & in tertio ipſum vnum, quod priuat diuiſionem; & in quarto ipſa multitudo, quæ aggregatur ex vnitatibus; licet enim ea, quæ diuiſa ſunt, multa ſint; non tamen habent rationem multorum, niſi poſtquam iſti & illi attribuitur, quòd ſit vnum: ex iſtis volunt habere ſolutionem dubitationis.

Diuiſio duplex eſt.

Sed errant errore manifeſto primo; quia, vt diximus, nec dubitationem, nec ſolutionem dubitationis ſuſcipiunt ad intentionem S. Tho. Secundo quia Ariſt. abſolute dixit, multitudinem eſſe priorem ipſo indiuiſibili propter ſenſum, & non partim ſic, & partim non, vt ipſi aſſerũt. vnde clare patet, ipſos corrumpere textum. Secundum quoq; dictum aduerſatur pri-

Aduerſarij peruertunt doctrinam S. Thom.

D mo, quia ſi vnum in ordine concipiendi eſt prius: igitur & in ordine definiendi, aliter definitio non eſſet ex his, quæ ſunt conceptione priora. Deinde iſte ordo intelligendi, quem aſſignant aduerſatur ſe ipſis 1. ſent. vbi ponunt ſpeciem ſpecialiſſimam eſſe primum cognitum, quomodo ergo cum S. Tho. conſentiunt, quòd ens ſit primũ cognitum, niſi veritate coacti? De qua veritate tu diligẽs lector lege S. Tho. in 1. p. & in opuſculo de ente, & eſſentia cum expoſitore Caietano in aurea quęſtione de primo cognito.

Diſt. 3. q. 2.

q. 85. ar. 1.

In prologo.

Pro declaratione ergo huius difficultatis, & cognitione veritatis ſciendum eſt primo, ꝙ Aliqui poſuerunt vnum naturaliter eſſe prius ipſa multitudine, quod ita probant, quia ſimplex eſt prius compoſito; præcedit enim ipſum ſicut pars totũ; ſed vnũ eſt ſimplex reſpectu multi, cum vnitas ſit naturaliter ſimplex & indiuiſa, multum autem compoſitum & diuiſum; igitur vnum naturaliter eſt prius multo, ſeu multitudine. Probant, & ſecundo ſic: quia illud, quod dependet ab alio in eſſe, & participat ipſum, eſt poſterius naturaliter, quia quod dependet ab alio, eſt eo poſterius, ſicut effectus eſt poſterior cauſa; & etiam prius non participat poſterius; ſed magis econtrario, cum multitudo dependeat ab vnitate in eſſe, & eam participet, quia multitudo cauſatur ex vnitatibus, eaſq; participat, propterea multitudo non eſt,

Multitudo ex quib' cauſatur.

niſi multæ vnitates, ergo &c. Addunt quia illud, quod eſt metrum alterius; eſt prius eo naturaliter; ſed vnum eſt metrum & menſura multitudinis: igitur vnum naturaliter eſt prius multitudine; eſt tamen poſterius ſecundum noſtram cognitionem, quia illud prius cognoſcitur à nobis, quod eſt magis ſenſibile, cum omnis noſtra cognitio incipiat à ſenſatis 1. poſter. ſed multitudo eſt magis ſenſibilis, quàm vnum: tum quia dicit plura; tum quia dicit diuiſionem & maioritatem; igitur cognitione ſenſitiua quoad nos ipſum vnũ eſt poſterius multitudine. A

Tex. 1.

Secundo eſt notandum, quòd diuiſio duplex eſt. Vna quantitatiua, qua diuiditur aliquod materiale in diuerſas partes. Alia eſt diuiſio formalis, quia diuiduntur genera per differentias vſque ad ſpeciem ſpecialiſſimam, quæ vel non amplius diuiditur, vt ſpecies Angelica, aut ſi diuiditur, partitur per diuiſionem quantitatiuam, vt ſpecies corporalis, & iſta diuiſio formalis ſemper eſt per contraria includens contradictionem, vt docet S. Thom. in quolib. vbi habet, quòd vnum, quod cum ente conuertitur, negat diuiſionem talem, quæ in omni diuiſione ſaluatur per, affirmationem ſcilicet & negationem, vt hoc non eſt hoc, & ſic negat affirmationem, & negationem ſimul; multitudo autem diuiſionem includit, taliter etiam includit negationem rei, dum vnum illorum negat, quę ſunt extrema contradictionis. B

Diuiſio formalis quæ ẽ.

quoli. 10. q. 1 ar. 1.

Tertio eſt notandum, quòd eſſe prius ratione nihil aliud eſt, quàm eſſe prius definitione; & illud dicitur eſſe prius altero definitione, quod cadit in illius definitionẽ, ſed non econtra, ſicut animal cadit in definitionẽ hominis, propterea animal dicitur prius ratione ipſo homine ſubſtantia etiam cadit in definitionem accidentis, ſed accidens non ponitur in definitione ſubſtantiæ.

Prius ratione quid eſt.

Vltimo eſt ſciendum, quòd vnum definitur multitudine, & econuerſo multitudo definitur per vnum, non tamen eſt definitio circularis, quia in ipſa multitudine duo veniunt conſiderãda. Alterũ eſt diuiſio: alterũ autẽ eſt ipſa multitudo; qñ igitur multitudo conſideratur quoad diuiſionẽ, ſic vnũ definitur per multitudinem, quia per negationẽ diuiſionis; qñ vero conſiderabitur quoad ipſam multitudinem, tunc multitudo definitur per vnum, quia multitudo eſt aggregata ex vnitatibus, & non ſunt aliqua multa, niſi cuilibet parti correſpondeat vnum.

Iſtis ſic habitis ponitur prima cõcluſio talis. Diuiſio eſt prior vnitate ſimpliciter, ideſt ſecũdum ſe in eſſe intelligibili; & ſi ipſa eſt ſentẽtia Ariſt. in textu, probatur etiam, quia affirmatio eſt prior negatione; ſed eſſe vnum eſt eſſe hoc, & non eſt eſſe illud, vbi apparet, quòd in ratione vnius clauditur negatio alterius extremi contradictionis: ergo iſta diuiſio, cum dicat affirmationẽ, naturaliter præcedit vnitatem, quæ eſt negatio; & iſta ratio eſt efficaciſſima, quæ formatur: vnum dicit negationem; ergo eſt poſterius diuiſione ſimpliciter; probatur conſequentia, quia diuiſio dicit affirmationem, primo enim dicitur eſſe homo, & in eodem priori eſt nõ homo in eſſe intelligibili, & ſic eſt diuiſio, deinde homo eſt homo, & non eſt non homo, quod eſt eſſe vnum: ideſt indiuiſum, non enim eſt diuiſum in ſe, ita vt ſit homo & non homo, quia penes priuationem huiuſmodi diuiſionis vnumquodque eſt, & dicitur vnum, ſi vnum priuatiuum nomen eſt ſecundum loquentes vt plures, nullum inconueniens eſt negationem diuiſionis eſſe priorem negatione vnitatis, quamuis impoſſibile ſit poſitionem diuiſionis in re eſſe ante poſitionem vnitatis. C

Affirmatio ẽ prior negatione.

Diuiſio quid dicat.

Secunda concluſio eſt. Diuiſio eſt poſterior vnitate ſimpliciter ideſt ſm eſſe ſimpliciter, qđ eſt eſſe in rerum natura, quia eſſe intelligibile eſt ſm quid tñ; probatur iſta concluſio ſic, quia ad hoc ꝙ ſit homo, non oportet vt intelligatur vnus, vt negatio hominis ſit in aliqua natura, puta bouina aut cæleſti, ſi enim ſolus homo eſſet, non eſſet diuiſio; ſicut ante mundi creationem Deus non diuidebatur à non Deo, creatis autem aliis poſita eſt diuiſio Dei à non Deo in rerum natura, & de hac diuiſione intelligitur, quòd non eſt prior ſimpliciter, quia ſecundo loco appræhendimus quòd hoc ens non eſt illud ens, & ſic appræhendimus diuiſionem, ex qua ratione patet hæc ſecunda concluſio. D

Ante creationem mundi non erat diuiſio.

Tertia concluſio eſt. Diuiſio quæ includitur in ratione vnius eſt habitus negatus, ſiue ſit ens obiectiuum, ſiue phyſicum: probatur. Sed pro intellectu huius nota, quòd habitus ſumitur dupliciter. Primo pro vera forma ſubtrahibili per priuationem, & ſic prior eſt priuatione ſimpliciter, & quoad nos, quia talem priuationem non intelligimus, niſi per habitum, vt malũ per bonũ. Secundo ſumitur habitus pro omni eo, qđ affirmatiue ſignificatur; & hoc modo intelligitur, quòd multitudo eſt habitus, quia in ea tria conſiderantur. Primo entitas eorũ, ex quibus conſtat ipſa multitudo. Secundo cõſideratur indiuiſio eorũ in ſe. Tertio diuiſio ipſorum ab inuicem; ſed in ipſo vno conſideratur entitas eius, & indiuiſio, ſeu priuatio diuiſionis in ſe, quòd autem diuidatur ab aliis, non intrat, ſed cõſequitur rationem eius: concluſio propoſita non intelligitur de entitate multitudinis, ſed de ipſa diuiſione, quæ eſt habitus negatus per

Habitus bifariã ſumitur.

A tus per indiuiſionem;nunc ſic,ille eſt habitus negatus,qui exprimitur per affirmationem, &
nullam formam ſubtrahibilem per priuationẽ dicit;ſed huiuſmodi eſt diuiſio clauſaiu mul-
titudine:igitur concluſio vera.

Vltima concluſio eſt. Vnum materialiter eſt prius multitudine,formaliter vero poſterius;
probatur prima pars huins concluſionis,quia vnum materialiter & entitatine componit mul
utudinem:igitur eſt prius mnltitudine:probatur ſecunda pars, quia vnum formaliter dicit
negationem multitudinis:ergo eſt poſterius multitudine.

Ex his ſoluuntur argumenta,quæ in hac materia fieri ſolent;qnando dicitur, habitus natu
raliter eſt prior priuatione;ſed diuiſio,quæ clauditur in multudine, dicit habitum;vnitas au
tem dicit priuationem:ergo multitudo eſt prior vnitate. Hoc argumentum concludit forma-
liter loquendo de multitudine,& vnitate,non autẽ materialiter. Secundũ argumentũ eſt,notifi
cans eſt prius notificato: ſed vnũ notificat multitudinẽ,quia multitudo eſt aggregata ex vnita-
tibus:igitur vnum eſt prius mnltitudine. Hoc etiam argumentum conceditur materialiter lo
quendo,ſed non formaliter. Et ex hoc ſaluatur nullum vitium committi in definitione vnius In definitio-
B & multitudinis,vt volebant aliqui,quòd committeretur circulus,quia vnum definit multi- ne unius nõ
tudinem,quando dicitur,qnòd multitudo eſt aggregatio vnitatum;& multitudo difinit vnũ, committitur
quando dicitur,quòd vnum eſt natura indiuiſa,& non multa;quia nou eodem modo multi- circulus.
tudo definit vnum,& vnum definit multitudinem; propterea nec circulus committitur, nec
vnum eſt altero poſterius & prius;qnia diuerſimode conſiderantur. Vltimo ſolet argui, illud
dicitur prius aliquo,quod prius concipitur;ſed vnum prius cõcipitur, quàm ipſa multitudo,
igitur vnum eſt prius multitudine:minor probatur ex S. Thom. 1. p. vbi ponit ordinem intel q.11.ar.2.
ligendi,& quòd intellectus noſter primo intelligit ens,ſecundo intelligit, quòd hoc ens non
eſt illud ens, tertio intelligit diuiſionem, quarto intelligit vnum, vltimo intelligit multu-
dinem: ecce quomodo vnum eſt prius multitudine. Ad hoc dicitur primo concedendo vnũ
eſſe prius multitudine materialiter,non autem formaliter,quia vnum formaliter, (vt ſæpius
dictum eſt) dicit priuationem; multitudo vero dicit habitum, & habitus naturaliter ſemper
eſt prior priuatione,& etiam quoad noſtram cognitionem habitus eſt prior priuatione, quia Habitus præ-
priuatio coguoſcitur per habitum,& hæc dilucidatio huius veritatis eſt de mente S. Thomæ cedit priua-
C in diſputatis de potentia Dei, vt clare eſt ibi videre. tionem. q.9.ar.7.

Si itaque generationes ipſi materiæ ex contrarijs fiunt,aut ex ſpecie, aut ex ſpeciei habitu &c. Tex.16.

Vtrum ſit poſſibilis tranſmutatio a priuatione ad habitum.

Dilucidatio quarta.

QVI reſpondent Neoterici faciendo tres diſtinctiones, quarum prima eſt.
Motus eſt duplex,alter acquiſitiuus,alter vero deperditiuus, vocant motũ Motus du-
D acquiſitiuum illum,per quem aliquid poſitiue acquiritur,& largo vocabu plex eſt.
lo appellant ipſam generationem, ſiue ad ſubſtantiam, vt cum generatur
ignis,vel aqua; ſiue ad accidens,vt cũ generatur album: motum autem de-
perditiuum appellant illum, per quem aliquid deperditur,& nihil acqui-
ritur poſitiue, vt motus,qui eſt ab albo in non album, & hunc motum aſ-
ſerunt eſſe corruptionem, ſiue in ſubſtantia, ſiue in accidente, & ponunt differentiam inter
hos duos motus, quantũ ad terminos,qnia in motu acquiſitiuo terminus à quo eſt priuatio,&
terminus ad quem eſt habitus,in motu autem deperditiuo eſt econuerſo;& ideo qnia motus
denominatur à termino ad quem, propterea ille dicitur acquiſitiuus, iſte vero deperditinus
Secundam diſtinctionem ponunt. Termini motus ſumuntur dupliciter, nam quidam ſunt
primi,quidam antem concomitantes primos, termini primi ſunt habitus & priuatio, & de
iſtis dicitur in 5.phyſic.quòd ſunt incompoſſibiles; termini autem coucomitantes dicuntur Tex.6.
illi qui annectũtur iſtis, vt ſunt duo contraria, vt album & nigrum, nam nigredini eſt annexa
priuatio albi, & econtra, quando ergo aliquod ſubiectum fiit de nigro album, ſi illi motus
conſi-

conſiderentur penes terminos primos, dicentur eſſe à non albo in album,& econtra, a nõ nigro in nigrum;ſi vero conſiderentur penes terminos concomitantes, dicerentur eſſe à nigro in album,& econtra. Vltimam diſtinctionem ponunt. Priuatio eſt duplex. Altera, quæ habet immediatum ordinem ad ſubiectum, nec reſpicit ſubiectum mediante forma, exemplum, tenebra reſpicit medium iſto modo. Altera eſt, quæ habet ordinem ad ſubiectum, nõ tamen, niſi mediante forma; quatenus eſt quædam corruptio illius formæ, & datur exemplũ de cæcitate, quæ reſpicit oculum iſto modo mediante viſu,& mors reſpicit corpus mediante vita; non eſt ſic de priuatione primo modo, nam dato, quòd aer nunquam fuiſſet luminoſus, nihilominus eſſet tenebroſus. A

Tenebra q̃d reſpiciat.

Iſtis diſtinctionibus factis reſpondent ad propoſitum quæſitum aſſerentes, quòd loquendo de priuatione primo modo; ſicut eſt tranſitus, vel motus ab habitu in priuationem, ſic poteſt eſſe econtra, aer enim de lucido fit tenebroſus,& lucidus de tenebroſo, ſicut materia tranſit de forma ignis ad priuationem,& à priuatione ad formam ignis; vnde dato, quòd aliquãdo nulla fuiſſet forma in materia, nihilominus materia eſſet ſuſceptiua formæ cuiuſcunq; & priuata quacunque,& ſimiliter eſt de quacunque forma, quæ poteſt acquiri per mutationẽ naturalem; loquendo autem de priuatione ſecundo modo, ſic non eſt tranſitus à priuatione in habitum, niſi forte per reſolutionem vſque ad primam materiam. B

Verum ſi quis recte conſideret, videbit iſtos falſum committere,& abuti doctrina ſui magiſtri in poſt prædicamentis, vbi ex profeſſo diſputat, vtrum à priuatione poſſit fieri regreſſus in habitum; quòd autem cõmittant falſum, patet in prima diſtinctione, quã poſuerũt de motu acquiſitiuo, & deperditiuo; nã ſtãte veritate illius diſtinctionis, ſequeretur, qđ idẽ motus eſſet ſimul acquiſitiuus,& deperditiuus; conſequentia probatur, quia ſicut præſentia nouæ formæ non poteſt eſſe ſine acquiſitione, ita priuatio non poteſt eſſe ſine deperditione: ergo ſi idem motus eſt, qui eſt de priuatione ad habitum, ſequitur, quòd infertur eſse verum, ſcilicet eundem motum eſse ſimul acquiſitiuum,& deperditiuum. Et confirmatur, quoniam ſicut in termino motus, ſcilicet ad quem priuatio non eſt ſine deperditione, propter quod dicitur motus deperditiuus, ita videtur eſse & in termino à quo. Præterea iſta diſtinctio facta videtur eſse contra Ariſt. 2. huius, & 1. de generatione, & corruptione, vbi docet ipſe Philoſophus, quòd generatio vnius eſt corruptio alterius,& econtrario in eodem motu; & per conſequens ſi acquiſitio & deperditio ſunt motus; ſequitur, quòd inferebatur, ſcilicet, quòd idẽ motus ſit acquiſitiuus & deperditiuus: aut ſi dicatur, quòd ſunt termini motuum contrariorum, ſcilicet motus, qui terminatur ad priuationem, poſt quem ſequitur motus, qui terminatur ad formam,& habitum,& pro tanto dicitur eſse motus de priuatione ad habitum, quia eſt poſt illum, qui terminatur primo ad priuationem; tunc contingeret, aut idem mobile moueri motibus cõtrariis, aut vno motu ſimul moueri ad formas contrarias; patet enim, quòd in motu, qui eſt de priuatione ad habitum, manet idem mobile ſub vtroque termino,& in termino à quo erit tranſmutatum. C

Noua forma non põt eſſe ſine materia ſine deperditione & acquiſitione.

Tex. 7.

Tex. 20.

Secunda quoque diſtinctio eorum, in qua dicitur, terminos motus quoſdam eſſe primos quoſdam concomitantes &c. eſt obſcura,& incongrue deſumpta ex dictis Ariſt. 5. phyſi. vbi Philoſophus clarius loquitur aſſerens terminos motus quoſdam eſſe immediatos, quoſdã vero mediatos. Abutuntur etiam doctrina ſua hic, quemadmodum facere ſolent in aliis ſuis dictis, occultando doctrinam S. Tho. affirmando eam eſſe ſuã,& hæc eſt germana eorũ conſuetudo, vt fecit etiam Scotus in multis controuerſiis inter ipſum & S. Thom. præcipue ſuper prædicamenta de hac materia, quam hac ratione impugnat, uidelicet priuationem dicere ordinem ad ſubiectum mediante habitu, non poteſt eſſe, niſi bifariam; aut quia ſubiectum dicit ordinem eſſendi ad priuationem mediante habitu; aut dicit ordinem recipiendi; & ſi hoc ſecundo modo, quatrifariam eſſe poteſt: aut quia ſubiectum non recipit priuationẽ, niſi prius recipiat habitum: aut quia non eſt aptum recipere priuationem, niſi prius ſit aptũ recipere habitum: aut quia non recipit priuationem, niſi prius aptum recipiat habitum: aut quia non eſt aptum recipere priuationem, niſi recipiat ipſum habitum, non enim pluribus modis imaginari poteſt, nec poterit ſubiectum dicere ordinem eſſendi mediante habitu ad priuationem ſecundum primum modum, quia nihil dicit ordinem ad ignobilius mediante re nobiliori, igitur ſubiectum non dicit ordinem ad priuationem mediante habitu, qui eſt nobilior priuatione ipſa; quòd autem nec rationem recipiendi, ſic deducit, quia non per hoc quod non recipit priuationem, niſi prius recipiat habitum, nam poteſt aliquis eſſe cęcus; qui prius numquam habuit viſum, vt patet de cæco nato; idem etiam eſt manifeſtum de ſurdo nato, poteſt enim eſſe ſurdus aliquis, qui numquam audiuit; nec per hoc erit ꝙ non ſit aptus recipere D

Tex. 15.

Priuatio dicit ordinem ad ſubiectũ.

Quis poteſt eſſe cęcus an tequã fuerit videns.

A recipere priuationem, quin ſit aptum recipere habitum, quia omnis priuatio eſſet talis, non enim aliquod ſubiectum mundi poteſt aliquam priuationem eſſe aptum recipere, quin habitum illius non ſit aptum recipere: nec per hoc quòd nõ recipit priuationem, non eſt aptum recipere habitum; nam ſic omnis priuatio eſſet talis, nullum enim ſubiectum recipit priuationem, quin prius aptum ſit recipere habitum illius, nec poteſt dici hoc eſſe, propterea quia non eſt aptum recipere priuationem, quin recipiat habitum, cum dictum ſit oculũ eſſe aptũ recipere cæcitatem, dato quòd prius non receperit viſum; immo de facto ita ſæpe accidit: igitur ſubiectum nullo modo dicere poteſt ordinem recipiendi priuationem mediante habitu; hæc eſt ratio adducta contra doctrinam S. Tho. quam quidam neoterici hic acceptarunt: ergo patet ipſos abuti doctrina ſua. Vnde etiam Gabriel Zerbus Veronenſis in quæſtionibus ſuis metaphyſicis in præſenti libro reprehendit etiam ipſos, qui non recte impugnarunt S. Tho. in hac materia. Vltra quòd ratio adducta ab eis eſt nullius momenti, quia priuatio non dicit ordinem ad ſubiectum mediante habitu, quia ſubiectum dicit ordinem ad ipſam mediante habitu, nec ſecundum eſſe, nec ſecundum recipere, non enim valet, quòd ſi homo or-
B dinatur in beatitudinem mediante virtute, quòd beatitudo ordinetur in hominem mediante virtute, & propterea dico priuationem dicere ordinem immediatum ad ſubiectum, quando poteſt recipi in ſubiecto nullo habitu ſuppoſito, vt tenebra poteſt recipi in aere, vel in aqua nullo lumine prius recepto; mors vero dicit ordinem mediatum, quia nõ poteſt recipi in ſubiecto, niſi præfuerit vita, & ſic argumentum adductum cum tot membris deductum non eſt ad propoſitum, tum quia contradicit ſibi ipſi, tum quia non intellexit mentem S. Tho.

Neoterici abutuntur propria doctrina. quæſt. 9.

Mors quem ordiné dicit ad uitam.

Pro dilucidatione ergo huius theorematis, quomodo à priuatione ad habitum poſſit, vel non poſſit fieri regreſſus, ſciendum eſt primo, quòd priuatio conſideratur à logico, & à phyſico, & à metaphyſico; logicus tractat de priuatione, prout eſt negatio formę in ſubiecto apto nato habere vtramque ordine inrregreſſibili, ſicut cęcitas eſt priuatio viſus, & mors eſt priuatio vitæ, & ſic effatus eſt Ariſt. de priuatione in poſtprædicamentis, ſed Philoſophus naturalis tractat de priuatione, inquantum neceſſario requiritur tamquam cauſa ſine qua non, ad quamlibet generationem, & ſic priuatio eſt negatio alicuius formæ in ſubiecto apto nato habere illam, vt tenebra eſt priuatio luminis, & ignorantia eſt priuatio ſcientiæ, hoc enim mo-
C do ponitur vnum principium rerum naturalium ab Ariſt. in primo phyſi. & ſic non eſt natura aliqua, neque forma, ſed formę mera abſentia, & ſemper macchinatur ad maleficium, & facit vt materia ſit poteſtate, non actu, & numquam tranſmutatur, ſed ſubiectum eius, vt ſcripſit Auerr. 4. phyſ. Metaphyſicus autem conſiderat de priuatione indagando eius naturam, quid ſit, vtrum ſit ens reale, an rationis tantum, & vtrum ſit ſubſtantia, uel accidens, & vtrum ſit idem cum ſuo ſubiecto, an aliquid ab eo diſtinctum, vt docuit Auer. in libro deſtr. deſtruc. quod priuatio ita ſe habet, quòd in ea nulla eſt poſſibilitas, ſi enim in priuatione eſſet poſſibilitas, poſſibile eſſet quòd priuatio reduceretur ad eſſe; hinc eſt, quòd non intelligitur per ſe, ſed reſpectu ſui habitus 12. huius.

Priuatio à multis conſideratur.

Cap. de oppoſitis.

Tex. 66.

Com. 62.

Diſp. 1. in ſolu. 15. dubii.

Com. 37.

Secundo eſt ſciendum, quòd S. Tho. loquens de natura priuationis. 1. p. docet, quomodo multis modis ſumi poteſt. Primo capitur, quando aliquid non habet, quod aptum eſt haberi ab alio, etiam ſi ipſum nõ ſit aptum habere illud, ſicut lapis dicitur mortuus, quia caret vita, quam animalia apta nata ſunt habere. Alio modo dicitur priuatio, quando aliquid non habet, quod aptum eſt haberi ab aliquo ſui generis; ſicut ſi talpa dicatur cęca. Tertio modo,
D quando ipſum non habet, quod aptum eſt habere pro illo tempore, vt catulus carens viſu; hanc priuationem gręci vocant ſtereſim, & dicunt dari priuationem ante rem, qualis eſt illa, quæ præcedit formam: datur quoque priuatio apud ipſos, quam vocant priuationem poſt rem, qualis eſt cæcitas poſt viſum; hanc latini appellant carentiam formæ, de qua Ariſt. 5. huius ait, quòd tribus modis dicitur; quia aut eſt priuatio pura, vt in eo qui non habet pedes omnino, aut praue, vt qui habet pedem claudum, aut debiliter, vt qui habet pedem debilem, & tanta eſt neceſſitas priuationis in vniuerſo, vt dicat lucidiſſimus Themiſtius 1. phyſicor. quòd priuatione exiſtente omnia naſci atq; oriri neceſſe eſt, nihil enim omnino fieri poteſt, niſi corruptio alicuius diſſolutioque præcederet; ipſa vero non exiſtente, omnia ſempiterna & immortalia fari oportet. Diſtingunt etiam de priuatione, quòd alia priuat habitum ſecundum actum, & ſecundum potentiam: alia priuat tantum actum, vel ſic quædam priuatio eſt cuius habitus ineſt à principio innato, cuiuſmodi eſt cæcitas, quia viſus eſt à principio intrinſeco; alia eſt priuatio cuius habitus ineſt à principio extrinſeco, vt tenebra in medio.

q. 33. ar. 4.

Priuatio multifariam dicitur.

Tex. 27.

Com. 80.

Tertio eſt notandum, quòd eſt duplex habitus: alter naturalis, qui ineſt rei ex ſui natura,

Habitus eſt duplex.

& eſt conſequens naturã rei, vt vita ineſt animali ex natura animalis, & viſus ineſt oculo, & auditus auri ex natura rei, alter dicitur habitus aduẽtitius, & eſt ille, qui aduenit rei ex propria acquiſitione, vel actione agentis extrinſeci, ita quòd res ipſa ex ſui natura, nec habitum tantũ nec priuationem habet, ſed eſt pene indifferens ad vtrumque, talis habitus eſt lumẽ reſpectu aeris, non enim ex natura ſua eſt lucidus, ſed fit lucidus illuminatione corporis luminoſi, ſimiliter ſe habet ſcientia ad intellectum humanum, qui ex natura ſua & in ſui principio eſt ſicut tabula raſa, vt ſcribitur 3. de aĩa. Vnde ſi ſenſus acquirat notitiam rerum, non eſt ſciens, & ex hoc notabili poteſt ſumi ſenſus illius propoſitionis, quòd à priuatione ad habitum non fit regreſſus, verificatur de habitu naturali, non autẽ de habitu aduẽtitio, quia videmus ignorantem fieri ſcientem, & obliuioſum fieri memorem, & aerem tenebroſum fieri lucidum. A

Tex. 14.

A priuatione ad habitum quõo fit regreſſus.

Vltimo ſciendum eſt ex Alexandro aſſerente, duplicem eſſe corruptionem. Alteram, quæ corrumpit formam, & habilitatem ad illam formam. Alteram vero, quæ corrumpit formam, ſed nõ habilitatẽ ad illam formã, & in hac poteſt fieri regreſſus, qui regreſſus nil aliud eſt, niſi quando habitus prius fuit in ſubiecto, & poſtea abiicitur, & deinde iterum aduenit in idem ſubiectum; regredi enim eſt venire ad locum, in quo prius aliquis fuit; videmus enim, quòd aliquæ formę ſunt, quæ æqualiter aſpiciuntur à materia, ſicut ſunt formę elementorum; aliæ ſunt formæ, quæ aſpiciuntur à materia ſub quodam ordine, ſicut materia numquam aſpicit formam viui, niſi prius habeat formam mixti; & in hoc genere formarum, materia nunquam tranſit ad formam extremam, niſi prius ſuſcipiat mediam anteriorem. B

Regreſſus qd eſt.

Iſtis præhabitis ponitur prima concluſio talis. Priuatio præcedit aliquo modo habitũ; probatur ſic, terminus à quo præcedit terminũ ad quẽ; ſed priuatio eſt terminus à quo, quia ſi volumus recte dicere, magis propria locutio eſt iſta, ex non albo fit album, quàm ex nigro fit album, capiendo non album priuatiue, ſicut quando dicimus, ex immuſico fit muſicum, quia vt docuit Ariſt. 1. phyſic. terminus à quo duo debet dicere: negationem termini ad quem; & aptitudinem ad illum; hoc autem magis dicit terminus priuatus, quàm contrarius, aut negatus. Ex his ergo ſequitur concluſionem eſſe veram, ꝙ priuatio aliquo modo præcedit habitũ.

Tex. 43.

Secunda concluſio eſt. Priuatio eſt in eodem genere cum habitu; patet iſta concluſio ex regula illa vniuerſali, quia oppoſita ſunt vnius generis, vnde cæcitas eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, ſicut & ipſe viſus, ſed priuatio & habitus ſunt oppoſita priuatiue: ergo manifeſta eſt concluſio præpoſita, quòd priuatio & habitus ſint in eodem genere. C

Tertia concluſio. A priuatione ad habitum impoſſibile eſt fieri regreſſum, probatur auctoritate Ariſt. in poſtprædicamentis, & in 1. de generatione, vbi habet, quòd impoſſibile eſt idem corruptum poſſe redire, patet etiam ex ratione, quia mortuum dicit priuationem, & viuum dicit habitum: ſed de mortuo ad viuum non poteſt fieri regreſſus: igitur concluſio eſt vera.

cap. de oppoſitis.

Tex. 14.

Sed attende, quòd hæc concluſio debet intelligi appoſitis duabus conditionibus. Prima eſt, ſecundum potentiam naturalem, quia ſecundum potentiam diuinam idem corpus numero reuiuiſcet in reſurrectione generali, vt ſcribit S. Thom. 4. ſenten. & in libro 4. contra gentes, & in quolib. 11. quia potens eſt Deus de lapidibus his ſuſcitare filios Abraæ. & Iob aiebat, in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, & loquitur de viſione poſt reſurrectionẽ, quod patet ex hoc, quòd præcedit in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum: ergo idem numero corpus reſurget ſecundum diuinam potentiam. Altera conditio eſt, hæc concluſio intelligi debet ſtante eodem ſuſceptibili, quia ſine his clauſulis rueret hæc tertia concluſio. Ex hac concluſione ſequitur fabuloſam eſſe opinionem Platonis volentis ſingulis quadraginta nouem millibus annorum redire naturaliter idem numero ſimpliciter, quia redit eius cælica cõſtellatio, ſicut fabuloſe ſunt opiniones illorum, qui dicebant eaſdem res infinities corrumpi, & infinities generari. D

d. 44. q. 1.
cap. 81.
ar. 6.
Cap. 19.
Idem numero redire põt

Vltima concluſio. A priuatione ad habitum poſſibilis eſt regreſſus: probatur auctoritate Ariſtotel. hic in tex. vbi vult, quòd mutationes ſunt non ſolum ex forma, ſed ex habitu formæ ad priuationem, & etiam econuerſo à priuatione ſpeciei & formæ ad habitum. Et confirmatur per eundem Ariſt. 5. phyſic. vbi vult, quòd aliqua mutatio eſt à non ſubiecto in ſubiectum, id eſt à priuatione ad habitum. Probatur etiam & ratione, quia tenebra opponitur luci priuatiue, alioquin illuminatio medii eſſet cum motu, & ſubceſſione, quod improbatur 3. de anima, ſed à tenebra ad lucem poſſibilis eſt regreſſus: ergo patet concluſio à priuatione ad habitum poſſe fieri regreſſum naturaliter, & hęc concluſio intelligitur non exiſtente eodẽ ſuſceptibili, quia non poteſt naturaliter ex mortuo immediate fieri viuũ, id eſt quòd cadauer illud manendo mutetur in viuum, licet ex mortuo multis mediis tranſmutationibus poſſit fieri viuum, puta ſi corpus illud mortuum comedatur, digeratur, conuertatur in ſemen, aut men-

Tex. 7.

Tex. 70.

Qũo ex mortuo poteſt fieri viuum.

A menſtrua,& organizetur,&c. hoc autem eſt regredi redeundo in primam materiam , & quia
in tali regreſſu non manet illudmet ſuſceptibile,quod prius habuit vitam , ſed corrumpitur
neceſſario per tot tranſmutationes , ideo patet tertia concluſio,quæ intelligebatur de priua-
tione ad habitum non eſſe regreſſum exiſtente eodem ſuſceptibili;patet & iſta vltima à priua-
tione ad habitum poſſe fieri regreſſum,non exiſtente eodem ſuſceptibili,& hoc eſt etiã quod
volunt aliqui intelligere,quòd hæc propoſitio poteſt eſſe vera ratione generis,non autem ra
tione ſpeciei,ſicut & iſta propoſitio, talpæ non repugnat videre per rationem animalis, hoc
eſt inquantum animal,repugnat tamen talpę abſolute,ſic etiam iſta propoſitio eſt vera,à pri- Talpę repugnat videre.
uatione in habitum fit regreſſus ratione generis , puta priuationis vt ſic, quoniam a tenebra
in lucem fit regreſſus , non autem erit vera ratione ſpeciei,quia à tali priuatione,puta cæcita-
te in viſum,& à morte in vitam eandem numero non poteſt fieri reditus. A tenebra ad lucem fit regreſſus.

Ex iſtis ſoluuntur modo difficultates omnes,quæ poſſunt oriri circa hanc veritatem ſic di
lucidatã. Et ſi adhuc dubitaret aliquis , ſi à priuatione ad habitũ fit regreſſus: ſequitur ꝙ ea-
dem priuatio numerica redeat,puta eadem tenebra numero, quia priuatio numeratur vel ex
B numeratione habitus,cui opponitur,vel ſubiecti,quod priuat,ſed tenebra ſequens lumen ha
bet idem ſubiectum cum tenebra præcedente, & eſt priuatio eiuſdem luminis in numero,
quia idem lumen numericum maneret,ſi tenebra non ineſſet: igitur ſtante propoſitione ſu-
perius declarata,ſequitur ꝙ eadẽ priuatio numero redeat. Hãc difficultatẽ in ſuo ſimili ſoluit
S.Thom.4.ſent.vbi quærit,vtrum peccata dimiſſa redeant in eo qui recidiuat, & recitatis opi- d.22.q.1.a.1.
nionibus diuerſorum theologorum,tandem ponit ſuam ſententiam dicens, quòd aliquid po
teſt redire dupliciter vel in ſe,& ſic peccata dimiſſa nullo modo redeunt quantum ad maculã,
& per conſequens nec quantum ad reatum: vel in ſuo effectu , & hoc modo peccata dimiſſa Peccatum dimiſſum quõ redit.
redire poſſunt,inquantũ ex dimiſſis peccatis relinquitur aliquid in ſequentibus:ex hoc enim
quòd homo offendit Deum per peccatum,poſt remiſſionem pręcedentium peccatorũ quan-
dam deformitatem ingratitudinis actus ſequentis peccati acquirit,ſic dicimus de tenebra,&
ceteris priuationibus,quòd non redeunt in ſe, ſed in ſuo effectu. Et ad probationem dicitur,
quòd ad vnitatem priuationis non ſufficit vnitas ſubiecti, & habitus oppoſiti , ſed requiritur
vnitas cõtinuitatis eiuſdem in ſubiecto eo modo, quo poteſt habere eſſe in ſubiecto, quia ad
C vnitatem negationis non ſufficit vnitas affirmationis,nam non Sortes,quod eſt negatio vnius
affirmationis numero,poteſt eſſe non ſolum plura numero, ſed in pluribus ſpecie & genere,
& tot eſſe, quot ſunt entia,quæ non ſunt Sortes , ita & priuatio poteſt eſſe eiuſdem formæ &
habitus;& tamen non eadem,poteſt etiam eſſe in eodem ſubiecto plurificata ſi ſit interruptio
ſicut & habitus eius eſſet plurificatus,ſi cum interruptione ineſſet illi ſubiecto , &c.

Sed adhuc aliquis poſſet inſtare,quęrendo vtrum priuatio ſuſcipiat magis & minus,& ap-
paret quòd ſic,quia vna tenebra poteſt eſſe maior altera, & ſic etiam cęcitas videtur maior in
vno,quàm in altero,oppoſitum tamen videtur etiam eſſe verum , quia priuatio non ſuſcipit
magis & minus,vt mors & ſic etiam tenebra,vt ſcribit S.Thom.p.2. vbi quærit,vtrum omnia
peccata ſint paria. Niſi dicamus,quòd duplex eſt genus priuationum : eſt enim quædam ſim q.73.ar.2.
plex & pura priuatio, quæ conſiſtit in eſſe corrupto, vt dictum eſt de morte, & de tenebra,
& iſta priuatio non ſuſcipit magis & minus,non enim domus eſt magis tenebroſa , ſi lucerna
ſit operta plùribus velaminibus,quàm ſi ſit operta vno ſolo velamine, totum lumen interclu-
dente. Alia eſt priuatio non ſimplex,ſed aliquid retinens de habitu oppoſito,quæ quidem
D priuatio magis conſiſtit in corrumpi,quàm incorrupto eſſe, vt ægritudo,quæ priuat debitam
commenſurationem humorum,ita tamen,quòd aliquid eius remaneat, alioquin non rema-
neret animal viuum;& ſimile eſt de turpitudine,& aliis huiuſmodi,hæ autem priuationes re-
cipiunt magis & minus ex parte eius,quod remanet de habitu contrario ; valde enim refert
ad ęgritudinem,vel turpitudinem, vtrum plus vel minus à debita commenſuratione humo-
rum,vel membrorum recedatur:& ſic dicendum eſt de vitiis & peccatis ; ſic enim in eis pri-
uatur debita commenſuratio rationis,vt non totaliter ordo rationis tollatur,alioquin malum
ſi ſit integrum deſtruit ſeipſum;propterea priuationes non ſunt pares; & ſic etiam vita & pec
cata nec paria eſſe dicuntur;ideo poſuimus priuationem ipſam ſuſcipere magis & minus.
Vel dicamus quòd priuatio omnis ſuſcipit magis & minus, non ſecundum ſe,ſed ſecundum
ſuas cauſas,& hęc ſufficiant.

A

Si vero ſunt in eodem genere media contrariorum, neceſſe ipſa componi ex his contrarijs, &c. Tex. 22.

Vtrum media ſint vere compoſita ex extremis.

Dilucidatio quinta.

IN hac dilucidatione erunt quatuor articnli. In primo ponetur opinio exterorum. In ſecundo impngnabitur. In tertio dilucidabitur veritas. In vltimo ſoluentur argumenta in contrarium. Qnantum ad primum articulum, duo principaliter dicunt, quorum alterum ſpectat ad quaſdam diſtinctiones, alterum vero ad concluſiones. B Diſtingunt enim in primis de compoſitione, quam dicunt eſſe duplicem: alteram totalem, qua componitur aliquid eſſentialiter & totaliter, vt homo componimr ex anima, & corpore. Alteram vero partialem, qua componitur aliquid quantum ad ſui partem, vt homo componitur ex carnibus, oſſibus, manibus, & pedibns. Apponunt deinde ſecundam diſtinctionem de compoſitione eſſentiali totali, quam volunt eſſet duplicem. Alteram ex partibus realiter diſtinctis, vt homo, qui componitur ex anima & corpore. Alteram vero dicunt eſſe ex partibus diſtinctis tantum formaliter, vt compoſitio ſpecies accidentis ex genere & differentia. Subdunt etiam tertiam diſtinctionem de compoſitione partiali, quam ēt volunt eſſe duplicem. Alteram homogeneam, vt caro hominis, quæ componitur ex partibus, quæ etiam ſunt carnes. Alteram vero heterogeneam, quam etiam ſubdiuidunt, quia quædam eſt ex partibus diſtinctis formaliter & ſitu, vt compoſitio manus hominis ex oſſibus, neruis, & carnibus: ſimiliter compoſitio parietis, qui eſt pars domus eſt ex cemento, & lapidibus: quædam vero eſt ex partibus diſtinctis formaliter, ſed non ſitu, vt compoſitio C elementorum in mixto: tunc enim ipſa elementa diſtinguuntur formaliter, non tamen ſitu, quia quælibet pars mixti eſt mixta, ex 1. de generatione: eaſdem diſtinctiones faciunt de ſimplicitate aſſignantes cauſam huius dicti ex Ariſt 1. topico. quia quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum; propterea innuunt, quòd duplex eſt ſimplicitas: quædam priuans compoſitionem totalem eſſentialem: & quædam priuans compoſitionem partialem, quę dici poteſt ſimplicitas partialis; exemplum primi, vt anima ſumpta ſecūdum ſe; exemplum ſecundi, ſpecies accidentis, puta albedo; cuius partes ſcilicet genus & differentia ſunt ſimpliciter ſimplices. Diſtinguūt etiam ſimplicitatem eſſentialem, quam dicunt eſſe duplicem: alteram prinans compoſitionem ex partibus realiter & eſſentialiter diſtinctis; alteram vero priuans compoſitionem ex partibus formaliter diſtinctis: primo modo ſpecies accidentis eſt forma ſimplex: ſecundo modo differentia vltima ſpecifica, quæcunque ſit, eſt etiam forma ſimplex, cum habeat conceptum ſimpliciter ſimplicem. Subdiuidunt etiam ſimplicitatem partialem, quam dicunt eſſe duplicem: alteram, quæ priuat compoſitionem ex partibus homogeneis, vt eſt vnitas, vel punctum: quædam vero, D quæ priuat compoſitionem ex partibus heterogeneis tantum, vt ignis, & alia elementa, & generaliter quodlibet totum homogeneum. Ex iſtis inferunt, quòd idem poteſt dici ſimplex, & compoſitum ſecundum diuerſos modos, vt ignis & quodlibet aliud elementum eſt corpus ſimplex ſimplicitate oppoſita mixtioni, & tamen eſt vere compoſitum ex materia & forma.

Homo componitur ex anima & corpore.

Tex. 36.

Cap. 12.

Simplicitas eſſentialis.

Ignis quō eſt ſimplex.

Alterum principale, quod aſſerunt iſti, eſt hoc; ponunt enim tres concluſiones, quarū prima eſt. Formæ mediæ contrariorum non ſunt compoſitę compoſitione eſſentiali totali, quæ eſt ex partibus realiter & eſſentialiter diſtinctis; hanc concluſionem ita probant; omne compoſitum iſto modo eſt de genere ſubſtantiæ generabile & corruptibile per ſe, nam omne tale habet materiā partem ſui, quæ poteſt eſſe & non eſſe, ex 7. huius, ſed formæ medię contrariorum non ſunt huiuſmodi, patet enim quòd non ſunt de genere ſubſtantię, nec ſunt per ſe generabiles & corruptibiles, ſicut nec ipſæ formæ extremæ, vt patet 8. hnius, ſed ſunt & non ſunt ſine generari & corrumpi: ergo tales formæ mediæ non ſunt compoſitæ iſto modo: ex hac concluſione volunt habere, quòd media contrariorum ſunt ſimplicia ſimplicitate oppoſita iſti compoſitioni.

Tex. 22.

Tex. 3.

Secundam

A Secundam concluſionem ponũt. Formæ mediæ contrariorum ſunt res compoſitæ compoſitione totali eſſentiali, quæ eſt ex partibus ſaltem formaliter diſtinctis; quam ſic probant, quicquid eſt per ſe in genere, eſt compoſitum iſto modo, cum omne tale ſit ſpecies, & per cõſequens compoſitum ex genere & differentia, quæ ſaltem ſunt formaliter diſtinctæ; ſed formę mediæ contrariorum ſunt per ſe in genere, vt patet in hoc lib. igitur erunt compoſitæ iſto modo: ex hac concluſione deducunt media contrariorum non eſſe ſimplicia ſimplicitate oppoſita iſti compoſitioni. Tex. 23.

Poſtremam concluſionem ponunt. Formæ mediæ contrariorum non ſunt compoſitæ aliquo modo quacunque compoſitione partiali: quam ita probant, omne ſic compoſitum vel eſt quantitas continua, vel habens quantitatem; ſed formæ contrariorum non ſunt huiuſmodi, quia quantitati nihil eſt contrarium, vt habetur in libro prædicamẽ. ergo tales formę mediæ non erunt compoſitæ quacunque compoſitione partiali; ex qua concluſione inferunt quoque, media contrariorum eſſe ſimplicia ſimplicitate oppoſita iſti compoſitioni, & per cõſequens formas medias non eſſe vere compoſitas ex extremis, immo eſſe ęque ſimplices, ſicut extrema, quæ non ſe habent ut genus & differentia, reſpectu mediorum. Cap. de quãtitate.

B Quo ad ſecundum dico, hæc, quæ inuenta ſunt ab his, eſſe impertinentia ad dilucidandam concluſionem Ariſt. quomodo media dicantur eſſe compoſita ex contrariis, quia ex tot tantiſque diſtinctionibus poſitis non habetur adhuc clare, ſi media cõpoſita ſint ex extremis compoſitione virtuali, vel actuali, aut formali, dato quòd non ſint compoſita compoſitione totali, vel partiali; vel eſſentiali. Adde quòd multiplex eſt opinio philoſophorum de hac re; dum aliqui ſuſtinent media eſſe compoſita ex extremis remiſſis, vel ſecundum quòd extrema ſunt in actu remiſſo; volunt enim in tepido eſſe calorem, & frigus ſub gradibus remiſſis, ſic etiam in coloribus mediis ponunt colores extremos ſub gradibus remiſſis, vnde docent colorem fuſcum differre à rubeo, quia color fuſcus eſt albus & niger remiſſi ſub quadam proportione remiſſionis. Aliqui vero diſtinguunt de medio, quod eſt duplex. Alterum eſt medium tranſitus, ſiue motus, & eſt illud per quod mobile tranſit. Alterum vero vocant medium reſultationis, & eſt forma media, quæ reſultat ex extremis remiſſis, vel ſecundum partem coalitis, vt complexio, & medium reſultationis reſultans ex primis cõtrariis, & pallidum eſt medium reſultationis ex albo & nigro emergens, & tunc aſſerunt, quòd ſi contraria poſſunt eſſe in eodem ſecũdum partes, medium reſultationis ex contrariis reſultat ſecundum partes coalitis actualiter, & formaliter. Si autem contraria non poſſunt eſſe in eodem, ſic medium reſultationis non reſultat ex contrariis ſecundum partes coalitis actualiter, vel formaliter. Alii vero dixerunt media componi ex extremis, non compoſitione actuali, ſed ſimilitudinaria, vnde dicũt, quòd tepidum comparatum ad calidum eſt ſimile frigido, & comparatum ad frigidum eſt ſimile calido, & iuxta hoc ſcribunt, quòd medium quatenus conuenit cum vno extremo, videtur contrariari alteri, & ita ſecundum ſimilitudinem videtur componi ex vtriſque & videtur contrariari vtriſque; & cum adhuc remaneat tanta diuerſitas opinionum cum diuerſis dubitationibus, ſequitur impertinentia eſſe, quæ dicta ſunt, quia ex iſta declaratione non apparet veritas quæſiti propoſiti. Compoſitio triplex eſt. Medium duplex eſt.

C Vltra quòd diſtinctiones poſitæ nec ſunt peripateticę, quia aſſerunt peripatetici, compoſitionum alteram eſſe, quæ competit alicui ratione totius; alteram vero, quæ competit alicui ratione partium, ſicuti homini ratione totius competit componi ex anima & corpore, ratione vero partis puta corporis, quod eſt altera pars hominis competit componi ex carnibus &c. Vnde ſecundum S. Tho. & ceteros veros peripateticos compoſitio, quæ competit homini ratione totius, dicitur ſubſtantialis; quia eſt in prædicamento ſubſtantiæ; illa vero, quæ competit homini ratione corporis, dicitur quantitatiua, quia eſt in prædicamento quantitatis; illam autem compoſitionem, quam vocant ſubſtantialem peripatetici, adhuc ſubdiuidũt, quia alia eſt ſecundum rem, vt compoſitio ex materia & forma: alia vero ſecundum rationem, vt compoſitio ex genere, & differentia. Docent etiam veri peripatetici compoſitionem quantitatiuã duplicem eſſe; alteram ſimilarem, vt eſt illa, quæ fit ex partibus ſimilaribus; vt caro ex partibus carneis; alia vero eſt diſſimilaris, qualis eſt compoſitio domus ex tecto & parietibus, vt docte ſcripſit. S. Tho. 1. p. Opinio peripatetica de compoſitione quæ eſt. Compoſitio quãtitatiua eſt in prædicamẽto quãtitatis. q. 11. ar. 2.

D Concluſiones etiam propoſitæ patiuntur difficultates maximas. Et primo arguo contra primam concluſionem, quia contraria ſunt inter ſe eſſentialiter, & realiter diſtincta, cũ ſint actiua & paſſiua ad inuicem: ergo quotieſcunque conueniunt in medio, ſemper retinent propriam naturam: igitur medium componitur ex illis contrariis, tanquam ex partibus realiter & eſſentialiter diſtinctis; prima conſequentia patet, quia alterum contrariorum, non

mutatur in naturam alterius. Secunda etiam patet, quia in medio dicuntur ſe tangere, & illa A
quæ ſe tangunt in medio, habent extrema ſimul; falſa ergo eſt prima concluſio poſita, quòd
Mobile participat de duplici termino. formę mediæ contrariorum non ſint compoſitæ ex partibus realiter diſtinctis. Præterea, omne mobile, cum mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem, & per conſequens ſimul participat de vtroque extremorum: igitur medium inter extrema participat realiter extrema, aliter non eſſet motus inter ea; ſed illud, quod participat de extremis contrariis, neceſſario componitur ex illis; at medium, vt deductum eſt, participat de extremis contrariis: ergo eſt compoſitum ex illis, quod etiam clare habent verba Ariſtot. 1. phyſ.
Tex. 41. Tex. 22. Cap. 3. & in 1. de gener. & corrupt. & in libro de ſenſu & ſenſato. Præterea ſi mediæ formæ non ſunt compoſitæ ex contrariis: ergo poterit eſſe motus ad tepidum tanquam ad formam tertiam, & non erit motus ad calidum, & frigidum. Item ſequeretur, quòd media eſſent æque perfecta, ſicuti extrema, quia ſunt ęque ſimplicia, quod eſt maximum inconueniens. Nec ratio, quam adducunt pro probatione huius primæ concluſionis ſuæ, aliquid valet, quia licet omne
Compoſitũ quo eſt generabile & corruptibile. compoſitum de genere ſubſtantiæ ſit generabile & corruptibile; hoc eſt verum per ſe primo, quia etiam in aliis prædicamentis proportionaliter datur compoſitum, & ſi non per ſe B
primo, tamen ſecundario.

Arguo deinde contra ſecundam concluſionem, in qua dicitur, quòd formæ mediæ contrariorum ſunt res compoſitæ compoſitione totali eſſentiali, &c. contra ſic, quia compoſitio ex genere & differentia ſimiliter inuenitur in omnibus ſpeciebus, quæ componuntur ex illis, nec eſt prioritas, nec ordo in eis; congregatiuum enim, & diſgregatiuum viſus ſimiliter inueniuntur in omnibus ſpeciebus coloris, vt aſſerit Philoſophus libro de ſenſu, & ſenſato, quare inquantum conſtituuntur ex contrariis differentiis, ſimiliter ſe habet omnes ſpecies coloris, ita enim inuenitur perfecta contrarietas, per contrarias differentias in mediis reſpectu aliarum quantum ad ſpeciem, ſicuti in extremis; ex conſequenti ratio illorum adducta pro hac ſecunda cõcluſione, eſt nullius momenti, quia probat vniuerſaliter de omnibus ſpeciebus, & non tantum de formis mediis compoſitis ex contrariis.

Contra tertiam concluſionem, in qua dicitur; quòd formæ mediæ contrariorum non ſunt compoſitæ compoſitione partiali, quia priora in vnoquoque genere ſunt componentia poſteriorum, cum ipſa poſteriora reſoluantur in ipſa priora; ſed extrema contrariorum ſunt C
priora in ſuo genere: ergo componunt formas medias ipſorum aliqua compoſitione. Nec
Totũ & pars reperiuntur in carẽtibus quantitate. eſt vera ratio ipſorum, quòd omne compoſitũ compoſitione partiali ſit quantitas continua, vel habens quantitatem continuam, quia etiam in carentibus quantitate datur pars, & totum proportionaliter, licet non proprie: ex iſtis ergo omnibus colligitur ipſos non ſatisfeciſſe quęſito propoſito.

Quo ad tertium articulum dilucidanda eſt veritas huius rei ſecundum S. Tho. & veros peripateticos. Pro cuius intellectu ſciendum eſt primo, quòd diminutio alicuius contrarii non eſt accipienda per ſubtractionem, ſicut eſt diminutio in quantitatibus, ſed per remiſſionem, ſicut eſt diminutio in qualitatibus & formis; remiſſio autem huius habilitatis eſt accipienda econtrario intenſioni ipſius: intenditur enim huiuſmodi habilitas per diſpoſitiones, quibus materia pręparatur ad actum: quæ quanto magis multiplicantur in ſubiecto, tanto habilius eſt ad recipiendam perfectionem & formam, & econtrario remittitur per diſpoſitiones contrarias, quæ quanto magis multiplicatæ ſunt in materia & magis intenſæ, tanto magis remittitur potentia ad actum: ſi igitur contrariæ diſpoſitiones in infinitum multipli D
cari & intendi non poſſunt, ſed vſque ad certum terminum, neque habilitas prędicta in infinitum diminuitur vel remittitur, ſicut patet in qualitatibus actiuis, & paſſiuis elementorũ;
Qualitates augẽtur uſq; ad certũ gradum. frigiditas enim & humiditas, per quæ diminuitur ſiue remittitur habilitas materiæ ad formam ignis, non poſſunt multiplicari in infinitum; ſi vero diſpoſitiones contrariæ in infinitum multiplicari poſſunt, & habilitas prędicta in infinitum diminuitur, vel remittitur, non tamen totaliter tollitur, quia ſemper manet in ſua radice, quæ eſt ſubſtantia ſubiecti, ſicut ſi in infinitum interponantur corpora opaca inter ſolem & aerem, in infinitum diminuetur habilitas aeris ad lumen, nunquam tamen manente aere tollitur totaliter, quia ſecundum naturam ſuam eſt diaphanus.

q. 2. ar. 2. Secundo eſt notandum ex Caietano in 1. p. S. Tho. vbi loquens contra Scotum aſſerit, oppoſitum infinitum dupliciter poſſe communicari aliis rebus ab ipſo. Vno modo ſecundum eandem rationem, ſicuti ſi ignis eſſet infinite calidus, calor enim eſt communicabilis ſecun-
Eſſe Dei eſt infinitum. dum eãdem rationem, qua eſt in igne. Alio modo, quòd ſit communicabile aliis per quandam anologiam, ſicut eſſe Dei eſt infinitum, non tamen communicabile aliis ſecundum

eandem

A eandem rationem, alioquin poſſent eſſe plures Dii, quamuis ſit participabile ab omnibus plus & minus, quando vnum oppoſitorum eſt communicabile ſecundum eandem rationem & eſt infinitum, reliquum non erit nec in eodem ſuſceptibili, nec in alio quocunque; quando vero vnum oppoſitorum eſt infinitum, & communicabile aliis ſecundum analogiam, reliquum oppoſitorum excludit formaliter tantum à ſe, ſed non ab aliis; quia agens infinitum finite participatum non excludit à participantibus totaliter ſuum oppoſitum, ſicut ſol ſi eſſet infinite calidus, & calor non eſſet communicabilis inferioribus ſecundum eandem rationẽ, ſed ſecundum quandam analogiam tantum, ſol inquantum calidus eſſet infinitum agens, finite tamen participatum, quia nõ ſecundum eandem rationem; & propterea non produceret in aliquo, niſi caloris finitam participationem; & conſequenter non excluderet omne frigus, à participantibus ipſum, quia cũ calore finito impreſſo ſtat aliquis gradus frigoris; ex quibus verbis ſubtiliſſime infert Caietanus, extrema eſſe formaliter in medio, licet ſecundũ gradum remiſſum. Extrema quo ſunt in medio.

Tertio eſt ſciendum, vt docet Auerr. 2. de genera. animalium, quòd compoſitio eſt multiplex: vna elementorum; alia ex genere & differentia, quæ eſt ſimilis compoſitioni ex re potentiali & actuali; generis enim natura nunquam reperitur ſine natura differentiæ. Tertia eſt compoſitio ex partibus corporalibus, ſicut corpus aliquod componitur ex diuerſis membris. Quarta eſt compoſitio ex cõfuſione ſeu permixtione, vt mulſum ex aqua & melle; & in hac compoſitione quicquid loco ſecernitur, nõ venit in mixtionem, quia totum & partes in eodẽ loco eſſe videntur; ſed re vera partes mixtæ ſunt, & ſic ſaluatur integritas. Quinta compoſitio eſt qua aliquid dicimus componi ex re & figura, veluti ſtatuam, vbi partes in toto cõpoſito ſaluantur, cum reſultet ex eis, & non ſunt locis & ſubiecto diſtinctę. Datur etiam compoſitio formalis, qua medium ipſum dicitur componi ex extremis, quo pacto docuit Auerr. 4. huius, quòd duo contraria habentia medium, ſunt in ipſo medio, ſicut albedo & nigredo reperiuntur in pallore: quod etiam docuit S. Thom. 3. ſentent. aſſerens in minus albo nihil eſſe nigredinis, licet ſit ibi minus albedinis. Et nota, quòd verbum illud, nihil eſt nigredinis, intelligitur denominans ſubiectum, quia non vult negare S. Thom. quòd in minus albo ſit aliquid nigredinis, quoniam contradiceret ſibi in 2. ſentent. vbi docet, quòd in remiſſione ſemper requiritur permixtio contrarii. Cap. 4. B Com. 27. d. 14. q. 1. ar. 2 d. 24. q. art. 1. C

Vltimo eſt notandum, quod docet Ariſt. 5. phyſ. medium eſſe illud, in quod aptum natum eſt primum pertingere mutans, quàm in quòd vltimum; ſed de medio eſt ardua dubitatio, an ſit diſtinctum ſpecie ab extremis, an ſit eiuſdem ſpeciei, & Franciſcus de mairon. in 1. ſent. tenet, quòd tepiditas non differt ſpecie à caliditate, quia ſicut partes lineæ ſunt eiuſdem ſpeciei cum linea, ita etiam & medium eſt eiuſdem ſpeciei cum extremis. Aliqui vero tenent media eſſe ſpecie diſtincta ab extremis, & hęc opinio eſt rationabilior, præcipue loquendo de mediis colorum, quia cum ſint in eſſe imperfecto, etiam ſunt diuerſarum ſpecierum ſecundum eſſe imperfectum. Et ſi quis philoſophus dicat, tepiditatem & caliditatem non eſſe duas formas realiter, & ſpecie diſtinctas, iſte debet intelligi ſecundum eſſe imperfectum, & in hoc ſenſu poteſt verificari hæc ſententia; non autem ſecundum eſſe perfectum, quia ſicut color rubeus, & color albus, & color niger ſunt diuerſę ſpecies colorum, ita caliditas, frigiditas, & tepiditas ſunt diuerſę formæ ſpecie diſtinctæ. De hac re vide Benedictum Pereriũ Societatis Ieſu de communibus omniũ rerum naturalium principiis, & affectionibus lib. 13. vbi neutram opinionem ſequitur, ſed aſſerit ſe propenſiorem eſſe ad iſtam ſententiã, quam nos declarauimus, quo ad hoc, colores medios ſpecie differre ab extremis, ſed quo ad principale quæſitum, an colores medii ſint compoſiti ex extremis, & quomodo, videtur trepidare timore, vbi non eſt timor. Tex. 22. d. 18. art. vlt. Cap. 8. D

Iſtis ſic habitis ponitur prima concluſio talis. Media ſunt in eodem genere cum illis, quorum ſunt media: probatur ſic, illud eſt in eodem genere cum extremis, quod comparatum vni extremorum, habet rationem alterius, quia participat naturam vtriuſque; ſed media contrariorum ſunt huiuſmodi, vt patet de rubeo, quod comparatum albo, tenet rationem nigri, & comparatum nigro, tenet rationem albi: igitur concluſio eſt vera. Et nota, quòd intelligenda eſt de medio ſecundum formam, quod ſit ex extremis commixtis: non autem de medio priuatiuo.

Secunda concluſio eſt. Media non habent in ſe perfecte actu extrema: probatur, quia ſi album & nigrũ eſſent in actu perfecto in medio, puta in fuſco, ſequeretur, quòd duo contraria eſſent in eodem actu, quod eſt contra omnem philoſophiam: igitur concluſio eſt vera. Contraria ſunt circa idem.

Tertia cõcluſio. Contraria habẽt fieri circa idem ſubiectũ; quam concluſionem ſic probo; illa

illa quæ tranſmutantur ad inuicem requirunt idem ſubiectum, in quo quando vnum expelli- A
tur alterum introducitur, aliter non tranſmutarentur ad inuicem, niſi per ſucceſſionem vnius
ad alterum in eodem, ſed contraria tranſmutantur ad inuicem; omnis enim tranſmutatio eſt
inter terminos, aut priuatiue, aut contrarie oppoſitos ex 5. phyſi. ergo habent fieri circa idẽ,
& hoc intelligendum venit ex natura contrariorum, quod dicitur propter contrarium, quod
naturaliter & inſeparabiliter alicui ineſt, vt calor in igne, & nigredo in coruo. Nam quod
vnum contrariorum non poſſit ſucceſſiue ineſſe, non eſt ex natura contrarii, ſed ex ſubiecto
determinante ſibi à natura alterum contrariorum.

Vltima concluſio. Media contrariorum, vtputa tepidum, & pallidum componuntur forma
liter ex extremis, itaquòd extrema ſunt formaliter & in actu in medio, licet nõ ſecundum eſſe
perfectum, ſed ſecundum eſſe remiſſum & refractum: iſta cõcluſio patet ex dictis, quia quod
Medium cõparatum ex- comparatur ad duo extrema, & reſpectu vnius eſt vt magis, reſpectu autem alterius eſt vt mi-
tremis quõ nus, componitur realiter & formaliter ex illis; nã magis & minus ineſſe ſupponit eſſe, ſed me-
ſe habet. dium ita ſe habet, quòd comparatum vni extremo ſe habet vt magis, & reſpectu alterius vt mi
q. 50. ar. 1. nus, veluti tepidum & magis frigidum & minus calidum, vt docet S. Thom. 1. p. diſputans, B
vtrum Angelus ſit omnino incorporeus, igitur concluſio eſt veriſſima, & contra Aduerſarios
qui in ſecunda ſua concluſione dicunt, quòd media ſunt compoſita compoſitione eſſentiali,
quæ eſt ex partibus ſaltem formaliter diſtinctis. Et in reſpondendo dicũt oppoſitũ, quia non
c oncedunt niſi quòd virtualiter componantur, & cauſaliter ſicut eſt videre apud ipſos.

Quoad vltimum articulum dubitaret aliquis contra primã concluſionem, cum heremita
ſit medium inter bonum & malum ciuile, vt dixit Auerr. in hoc libro: ſed heremita nõ eſt in
eodem genere cum extremis, quia heremita eſt in genere ſubſtantiæ, bonum & malum ſunt
in genere qualitatis: igitur falſa eſt cõcluſio priori loco poſita. Sed ſoluitur hoc dicẽdo, quòd
heremita non eſt medium formę, in quod prius fiat mutatio, quàm in extremum; de quo me
Com. 16. dio loquimur impręſentiarum, ſed potius dicitur medium propter diuerſitatem naturæ con-
Heremita non eſt bonꝰ trariorum, vt ſcripſit Auerr. aſſerens, quòd homo heremita, qui non eſt pars ciuitatis, non
nec malus. eſt bonus; aut malus, & eſt medius. Poſſet etiam contra ſecundam concluſionem dicere a-
Tex. 65. liquis, quòd prima principia reperiuntur actu in poſterioribus compoſitis, vt patet 1. phyſic.
vbi Ariſt. docuit reſoluere rationes compoſitorum in rationes ipſorum principiorum, vt mu C
ſicus homo, qui componitur ex homine & muſico, reſoluitur in hominem & muſicum; ſed
extrema ſunt prima principia reſpectu mediorum: igitur extrema perfecte & in actu comple-
to reperiuntur in mediis; falſa igitur eſt concluſio ſecunda, in qua dictum eſt extrema non
eſſe perfecte & actu in mediis. Niſi dicamus ad hoc, quòd maior illa propoſitio Ariſt. tenet,
quando prima illa principia non recipiunt magis & minus, vt materia & forma, quæ actu re-
Materia & forma nõ re periuntur in compoſitis, & propterea dicebat ibi Philoſophus, quòd materia & forma ſunt
cipiũt ma- cauſæ & principia eorum, quæ natura ſunt: ex quibus primis ſunt & fiunt, non ſecundum ac
gis & minus cidens; modo extrema contrariorum recipiunt magis & minus, refranguntur & remittuntur
in ſuis excellentiis: propterea poſſunt reperiri in mediis ſub eſse refacto & diminuto, & non
q. 76. ar. 4. ſub gradu æquali, ſed inæquali, vt docet S. Thom. 1. p. vbi negat elementa eſse actu in mixto
nec perfecte nec in actu refracto, quia non ſuſcipiunt magis & minus, ſed qualitates elemẽ-
torum, cum ſuſcipiant magis & minus, poſsunt eſse actu in mixto, licet remiſse. Contra
q. 13. & 17. quam doctrinam ſcripſit Iauellus in hoc libro in quæſtionibus ſuis; ſimiliter ſcripſit Sonci-
quæſt. 11. nas in quæſtione ſua correſpondenti huic noſtræ, & aduerſatur ſibi ipſi in 1. ſentent. in Epito- D
mate Capreoli, vbi ſuſtinet ad mentẽ S. Thom. extrema eſse in mediis ſecundum eſse re-
miſsum & formaliter; hic autem vult contineri tantum virtualiter.

Contra tertiam concluſionem poſset eſse quoddam dubium, quia ſi contraria ſunt illa,
quæ maxime diſtant; quomodo ergo poſsunt fieri circa idẽ? quia illa, quæ fiunt circa idem,
poſsunt ſimul eſse, & cum conueniant in aliquo, nõ maxime diſtant; ſed contraria conueniũt
Tex. 24. in ſubiecto: igitur non maxime diſtant. Ad quod reſpondet Ariſt. hic, quòd cum contrarietas
Contrarietas quę eſt. ſit oppoſitio eorum, quæ circa idem non ſimul ſed viciſſim exiſtunt, & mutuo ſe expellunt,
niſi alterum inſit determinate à natura, vt caliditas igni; propterea ſi conueniunt in ſubiecto
non tamen ſimul exiſtunt in eo, ſed vnũ eorum expellit alterũ, & propterea maxime diſtãt.

Aduerſus vltimam concluſionem ſunt multa argumenta, quæ ſoluit Capreolus ſatis eru-
d. 17. q. 1. dite in 1. ſent. vbi diſputat de augumento charitatis, & gratię: propterea non oportet multipli-
c. de commu care argumenta & reſponſiones diuerſorum hic; tantummodo ſoluas illud, quod naſcitur ex
nita. verbis Porphyrii in prædicabilib. qui docet duas ſpecies non poſse conſtituere tertiam ſpe-
ciem, quia in hoc differt ſpecies à differentia; ſed extrema contrariorum ſunt duę ſpecies,

ſicut

A ſicut caliditas, frigiditas, albedo, & nigredo: ergo non poſſunt conſtituere tertiam, puta tepidum & rubeum. Sed ſi quis recte perpendat verba Porphyrii, nullum habebit ex eius verbis ſcrupulum, quia loquitur Porphyrius de duabus ſpeciebus manentibus ſub vltimis perfectionibus, & quæ non ordinantur ad aliquam tertiam naturam, iſtæ enim nunquam poſſunt conſtituere aliquod tertium; ſed extrema contrariorum cum ordinentur ad aliquam tertiam naturam, & ſuſcipiant magis & minus, poſſunt illam conſtituere in eſſe refracto, & remiſſo vt dictum eſt.

Dico enim genus differentiam diuerſitatem, quæ diuerſum facit hoc ipſum, & c. Tex. 24.

An formalis repugnantia, quæ eſt inter formas ſubſtantiales ſit repugnantia contrarietatis.

B

Dilucidatio ſexta.

HVic dubitationi, & quæſtioni reſpondent Aduerſarii ponendo vnam diſtinctionem, & duas concluſiones: docent in primis contrarietatem eſſe duplicem: alteram ſtricte ſumptam: alteram vero large acceptam; contrarietatem ſtricte ſumptam aſſerunt habere ſex conditiones: quarum prima eſt, quòd ſit oppoſitio diſtinctorum ſpecie, eorundem autem genere, maxime diſtantium. Secunda conditio eſt, quòd ambo extrema ſint poſitiua, & non alterum poſitiuum, & alterum priuatiuum; vel ambo priuatiua, propterea inter cæcum & ſurdum non eſt contrarietas; nec inter cæcum & videntem. Tertia conditio eſt, quòd contrarietas ſit maxima diſtantia, vt docet Philoſophus in hoc libro. Quarta conditio, quæ ſequitur ex tertia, quòd vnum vni contrarietur ſolum. Quinta eſt, quòd C contrarietas ſit oppoſitio eorum, quę circa idem ſuſceptibile non ſimul, ſed viciſſim exiſtũt, & mutuo ſe expellunt, niſi alterum inſit determinate à natura, vt caliditas igni. Vltima eſt, quòd in contrariis habentibus medium non peruenitur ab extremo in extremum, niſi tranſeundo per omnia media. Contrarietatem large acceptam volunt eſſe illam, cui deficit aliqua ex iſtis conditionibus; & hoc modo in ſubſtantia eſt contrarietas, quia eſt ibi repugnantia, quæ tamen non eſt contradictio, nec ſecundum priuationem, nec ſecundum habitum, nec ſecundũ relationem; & ideo neceſſario habet reduci ad oppoſitionem contrarietatis, ſi diuiſio ſpecierum oppoſitionis, quam ponit Philoſophus, eſt ſufficiens.

Contrarietas duplex eſt.

Tex. 13.

Ponunt deinde duas concluſiones, quarum prima eſt. Repugnantia formarum ſubſtantialium non eſt repugnantia contrarietatis ſtricte acceptæ, quam concluſionem arbitrantur ſe demonſtrare ſic; illa oppoſitio non eſt contrarietas ſtricte accepta, cui deficit aliqua conditio de prædictis; ſed oppoſitio ſeu repugnantia formarum ſubſtantialium eſt huiuſmodi: ergo &c. minorem probant diſcurrendo per ſingulas conditiones, quia prima vel ſecunda non deficit, quandoquidem duæ formæ ſubſtantiales repugnantes poſſunt accipi ſub eodem genere D proximo, & vtraque dicit aliquid poſitiuum; deficit tamen tertia & quarta, non enim eſt accipere duas formas ſubſtantiales ſub eodem genere, quæ maxime diſtent, itaquòd claudant in medio omnes alias eiuſdem generis, quia ſicut arguit Ariſto. tantum vnum vni contrariatur, quod eſt falſum in propoſito, quandoquidem cum omnis generatio ſit ex contrariis, vel mediis, ex 1. phyſ. & ex terra generetur ignis, aqua, & aer, & etiam econuerſo: ſequitur quòd terræ contrarientur iſta tria, & econuerſo, & omnia elementa, & omnia generabilia, & corruptibilia contrarientur ſibi inuicem iſto modo, & ſic multa vni, quia igitur quarta conditio ſequitur ex tertia, cui non ineſt quarta, nec tertia ad deſtructionem conſequentis, quinta autem conditio competit formis ſubſtantialibus vno modo: alio modo non, nam ſi identitas ſubſceptiui accipiatur pro identitate ſimpliciter, etiam entis in actu perfecto, ſibi non competit, quia materia non habet idem eſſe perfectum ſub diuerſis formis, ſi autem accipiatur pro idẽtitate ſubſtantiali, quocunque modo competit ſic, quia materia vna numero in eſſentia manet ſucceſſiue ſub vtraque forma: ſexta autem conditio, ſi formæ ſubſtantiales habent medium, non competit eis, quia vt arguebatur, materia exuta vna forma immediate poteſt informari quacunque alia, nec oportet tranſire per media.

Forma ſubſtantialis dicit poſitiuũ.

Tex. 47.

Secun-

Secundam concluſionem ponunt. Repugnantia formarum ſubſtantialium eſt repugnantia contrarietatis largo modo ſumptę; quam concluſionem ita nituntur oſtendere, quia Ariſt. A
Tex. 49. 2. de generatione, vbi probat omnia elementa concurrere ad generationẽ mixti, aſſerit, quòd aer & ignis ſunt contraria terræ & aquæ, terra autem aeri, aqua vero igni contraria eſt, vt con
Tex. 56. ungit ſubſtantiam ſubſtantiæ eſſe contrariam. Præterea habetur 1. phyſ. quòd in genere
Tex. 14. ſubſtantię eſt vna prima contrarietas, ad quam omnes reducuntur. Item in hoc libro Philoſophus probat ex intentione, quòd differentia ſecundum ſpeciem eſt differentia contrarietatis; & ſi quis vellet gloſsare hęc dicta Ariſt. quòd ſint intelligenda de contrarietate habitus, & priuationis, quatenus vna forma habet rationẽ imperfecti, & priuationis reſpectu alterius.
Priuatio nihil eſt formaliter. arguũt contra, quia priuatio nihil eſt formaliter; ſed duę formæ ſunt formaliter aliquid poſitiuum: ergo cum formaliter opponantur, oportet, quòd aliter formæ opponantur, quàm priuatio & habitus; licet enim vna forma includat priuationem alterius, non tamen præciſe. Et confirmãt, quia hoc etiam modo omnia oppoſita ſe habent, vt habitus & priuatio, & vt cõtradictoria, quatenus vnum extremum includit priuationem alterius. Item principaliter arguunt ſic; duæ formæ ſubſtantiales opponuntur: ergo aliqua ſpecie oppoſitionis; ſed vt appa B
ret diſcurrendo, nulla alia ſpecie oppoſitionis opponuntur, niſi contrarietatis: ergo concluſio propoſita eſt veriſſima, quòd opponantur contrarie.

Et ſi quis diceret, quòd iſtę formæ non opponuntur contrarie, ſed potius diſparate: arguunt contra, quia vel ſunt diſparatę; vt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, vel vt diſparatę diuerſarum ſpecierum, vel diuerſorum generum: non primum, quia nullus philoſophus diceret, quin plus opponatur forma ignis & forma aquæ, quàm Sortes & Plato: nec ſecundum, quia plus opponuntur duæ formæ, quàm Sortes & Brunellus: nec tertium, quia plus opponũtur, quàm lapis & albedo. Item arguunt ſic, contrariorum motuum ſeu mutationum ſunt contrarii termini; ſed generatio & corruptio ſunt contraria: ergo & eorum termini, qui ſunt

Duo indiuidua quomodo ſunt diſparata.

Tex. 48. formæ ſubſtantiales generandæ & corrumpendę; hæc ratio habetur 5. phyſ. Poſtremo contra
Tex. 56. riorum ſunt contrariæ cauſæ ex 2. de generatione; ſed calor & frigiditas ſunt contraria: ergo, & earum cauſæ, quæ ſunt formæ ſubſtantiales, nam materia cum forma eſt cauſa om-
Tex. 80. nium accidentium ex 1. phyſ.

Verum hi deficiunt primo in diſtinctione poſita: ſecundo committunt falſum in concluſionibus, & quòd deficiant in diſtinctione patet, quia conceſſa prima conditione ſuperfluit ſecunda, quoniam prima conditio eſt, quòd differant ſpecie, & conueniant genere, ſed quæ differunt ſpecie & conueniunt genere, ſemper ſunt ambo poſitiua; non enim poſſunt differre & conuenire, niſi ambo ſint, & propterea neceſſe eſt vt ambo ſint poſitiua: ergo ſuperfluit addere, quòd ambo ſint poſitiua, conceſſa prima conditione. Præterea poſitis conditionibus illis, quas priori & ſecundo loco dixerunt, ſuperfluit illa, quam docuerũt tertio loco; quia illa, quæ ſunt poſitiua, differunt ſpecie, & maxime diſtant ſub eodem genere. Vltra quòd poſſet quæri ab eis, quid velint per maxime diſtare; aut ſecundum omnes gradus, & ſic ſolum album, vt octo, & nigrum vt octo maxime diſtarent; & ſic contraria ſecundum partes poſſent eſſe in eodem, & ita medium poſſet eſſe ex extremis: quod tamen negant; vel intelligunt ea. maxime diſtare, quæ ſub eodem genere, non numero, ſed ſpecie differunt; & tunc hęc conditio intelligitur in prima & ſecunda; ergo ſuperfluit prima: vel hęc tertia. Item conceſſa prima, & tertia ſuperfluit quinta, quandoquidem illa, quæ maxime diſtant, & differunt ſpecie, non poſſunt fieri ſimul circa idem ſubiectum, ſed ſucceſſiue; ergo ſuperfluit illa quinta conditio: ſexta etiam eſt falſa, quia non eſt neceſſe, vt tranſlatio in extremis ſit ſuper omnia media: ergo dato, quòd inter ſubſtantias eſſent plura media, non oportet vt per omnia illa tranſeatur, quemadmodum licet inter album & nigrum plura interſint media, non tamen oportet id, quod de albo tranſit in nigrum, per omnia media tranſire. Nec exempla adducta ab ipſis tam in ſonis, quàm in coloribus ſunt ad propoſitum; ſed potius contra ipſoſmet, quia (vt dictum eſt) vltima conditio cõtrarietatis eſt manifeſte falſa, & patet ad ſenſum, quia non oportet vt ſubiectum, ſi debet ab extremo in extremum peruenire, pertranſeat omnia media. C D

Contraria poſſunt eſſe in eodem.

Quantum ad concluſiones, quas ponũt, dico illam primam eſſe impertinentem, cum manifeſtum ſit omnibus contrarietatem ſtricte acceptam (vtendo verbis eorum) non reperiri inter formas ſubſtantiales, ſed tantum inter accidentia, quia maxima diſtantia ſub vno genere eorum, quæ nata ſunt ab eodem ſuſceptibili ſe continue expellere, non eſt niſi inter formas accidentales, qualis eſt inter calidum & frigidum, album & nigrum; duę enim ſubſtantiæ, & ſi in eodem genere maxime diſtantes ſint, puta homo & imperfectiſſimum cõchylium

Cõtrarietas in quibus reperitur.

in gene-

A in genere animalis, non tamen circa vnum aliquod nata ſunt ſuſcipi, quoniam in nullo ſuſci
pi poſſunt, cum dicat Ariſt. in prædicamentis, cõmune eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non Cap. de ſubſtantia.
eſſe; falſa quoque eſt doctrina tradita ab eis in probatione illius primę cõcluſionis, quòd ter
ræ contrarietur ignis, aqua, & aer, & quòd omnia elementa, & omnia generabilia, & corru-
ptibilia contrarientur ſibi inuicem, quia elementa & ſubſtantiæ omnes in ſua nuditate, &
ſecundum ſe ipſas conſideratæ ab intellectu, carent omni contrario, & ſi in rerum natura ſic
nudæ non inueniantur, tamen intellectus eſt, qui ſic eas contemplatur & perpendit; quòd ſi
Ariſt. dicat 2. de generatione, aquam eſſe contrariam igni, & ecõtra, vt contingit ſubſtantiam Tex. 49.
ſubſtantiæ eſſe contrariam; loquitur de ſubſtantiis quatenus veſtitæ ſunt ſuis accidentibus,
puta calore & frigore; ſic enim ſubſtãtia eſt contraria ſubſtantię ratione ſuarum qualitatum,
non autem prout conſiderantur in ſua nuditate.

Arguitur deinde contra ſecundam concluſionem, quia ſtante veritate illius concluſionis,
quòd repugnantia contrarietatis in formis ſubſtantialibus talis reperiatur, qualis ſufficiat ad
motum, vt aſſerunt; ſequerentur multa inconuenientia; & primo, quòd cum mobile maneat
B idem in toto motu, ſub vtroque termino formarum ſubſtantialium erit ens demonſtratum
per vtranque formam, quia in altero extremorum non poteſt moueri, & per conſequens vnũ
numero erit diuerſa numero; immo etiam ſpecie, quod eſt manifeſte falſum. Secundo etiã
ſequitur, quòd motus componatur ex indiuiſibilibus, ex quo ſecundum ipſos formæ ſubſtan
tiales non habent medium; idcirco erit motus in extremis; & quia manifeſtum eſt omnibus,
quòd extrema ſunt indiuiſibilia ex quo ſunt vltima, & tanto magis, quia ſunt formæ ſubſtan Extrema ſũt
tiales, quæ ſunt indiuiſibiles. Et ex hoc deducitur aliud inconueniens, quòd erit motus de indiuiſibilia.
extremo ad extremum, & non per medium, quod patet ex eorum doctrina, quia formæ ſub-
ſtantiales ſunt contraria immediata.

Deinde ſequitur ad ipſos maius inconueniens, quòd erit motus per vacuum, & per conſe
quẽs, quòd in nulla parte motus erit velocius, aut tardius mobile, quàm in alia, & quòd nun-
quam erunt duo motus æquales, & multa alia inconuenientia deduci poſſent, poſita illa do-
ctrina, quam docent iſti, quòd ſit motus inter formas ſubſtantiales, ſicut inter contra-
ria: ſi vero volunt dicere, quòd non eſt transmutatio ad vnam formam ſubſtantialem, niſi
C priori corrupta: ergo ſequitur, quòd non erit motus inter ipſas, tanquam inter contraria, ſed
erit de vno contradictorio ad aliud, & iſta tranſmutatio non eſt motus, quæ ſcilicet eſt inter
contradictoria, ſed eſt generatio, vel corruptio; ex his ſequitur quòd tranſmutatio, quæ eſt
per motum in formis ſubſtantialibus, aut non eſt, niſi per viam oppoſitionis, quæ eſt ſecundũ
generationem & corruptionem, reperta inter contradictoria: aut ſecundum oppoſitionem
excellentiæ & defectus contra ipſos.

Nec rationes concludunt aliquid, quia prima ratio, qua arbitrabantur ſe demonſtrare, non
concludit aliud, niſi quòd elementa ſunt contraria ratione qualitatum, non autem ſecundũ
ſe accepta. Secunda etiam ratio, quæ fundabatur ſupra dicto Ariſt. 1. phyſ. quòd in genere Tex. 56.
ſubſtantię eſt vna prima contrarietas, ſoluitur à S. Tho. ibidem dicente, quòd ſi accipiatur ip
ſum quod eſt ſubſtantia, nihil eſt ei contrarium; ſi vero accipiantur formales differentiæ in Subſtantiæ
genere ſubſtantiæ, contrarietas in eis inuenitur, quæ differentiæ ita ſe habent, quòd vna dicit nihil eſt cõ-
excellentiam & ſuperabundantiam; & altera defectum: iſta enim cõtrarietas eſt contrarietas trarium.
habitus & priuationis, peruerſe igitur ipſi intellexerunt textum Ariſt. Sic etiam exponitur
litera præſens Philoſophi, in qua probat per inductionẽ & ſyllogiſmum, differentiam ſecun
D dum ſpeciem eſſe differentiam contrarietatis, ſcilicet habitus & priuationis, non quòd vna
illarum ſit pura priuatio, ſed ſe habet vt priuatio reſpectu alterius.

Nec valet replica, duas formas eſſe formaliter entia poſitiua, quia nõ oportet, vt ſint in æ-
quali gradu, ſed ſemper ſunt impares & inæquales in perfectione, & ideo vna ipſarum eſt no
bilior altera, cum ſpecies rerum ſint veluti numeri, vt ſcripſit Ariſt. 8. huius. Sic etiam dici- Tex. 10.
mus formas non eſſe entia diſparata, ſed contraria contrarietate excellentiæ & defectus, vt
ſæpius dictũ eſt. Soluitur quoque ratio deſumpta ex 5. phyſ. de terminis mutationũ, quia Tex. 7.
ſemper terminus à quo eſt vt priuatio; & terminus ad quẽ vt habitus. Soluitur, & vltima ra
tio, in qua dicitur, contrariorũ ſunt cõtrariæ cauſę, &c. Hanc rationẽ ſumpſerunt ex S. Tho.
5. phyſ. diſputante contra Alexandrum, & Auerroem, & adducitur hęc ratio, quę valet tantũ Com. 10.
de contrarietate differentiarum, quæ eſt in omnibus generibus; & attenditur ſecundum cõ-
munem radicem contrarietatis, quæ quidem eſt excellentia & defectus; ad quam oppoſitio- Radix con-
nem omnia contraria reducuntur; omnes enim differentiæ diuidentes aliquod genus hoc trarietatis
modo ſe habent, quòd vna earum eſt vt abundans, & alia vt deficiens reſpectu alterius; pro- quę eſt.

Tex. 9 pterea ſcripſit Ariſt. 8. huius, ꝙ definitiones rerũ ſunt veluti numeri, quorũ ſpecies variantur A
per additionem & ſubtractionem vnitatis; cum ergo opinio ipſorum in hac parte ſtare non
poſſit, vt patet ex præmiſſis. Veniendum igitur eſt ad explicandam veritatem.

Com. 105. Et pro intellectu huius veritatis ſciendum eſt primo, quòd Auerr. 1. libro de cælo & mun-
do narrat qualiter Alexander, cum audiſſet ab Ariſtot. in prædicamentis, quòd ſubſtantiæ ni-
hil eſt contrarium, voluit intelligere illud dictum de ſubſtantia compoſita ex materia & for-
Tex. 22. ma; & cum audiſſet etiam in 2. de generatione & corruptione, quòd igni eſt contraria aqua,
terræ autem aer, voluit hoc dictum debere intelligi de ſubſtantia ſimplici, ideſt de forma,
quia forma ignis contrariatur formæ aquę, & forma aeris contrariatur formę terrę, quia ſu-
ſpicatus eſt, vt ſibi imponit Auerr. quòd qualitates propriæ in elementis eſſent formę ſubſtã-
tiales elementorum, vt calor reſpectu ignis, & frigus reſpectu aquæ. Quę opinio ſtare non
poteſt, quia in his, quæ vniuoce dicuntur, quod vni eſt accidens, alteri non poteſt eſſe ſubſtan-
tia; aut econuerſo; nunc autem caliditas, & vniuerſaliter qualitates primę inuentę in elemen-
tis & in mixtis corporibus ſunt vnius & eiuſdem rationis vniuoce, quia rectus iudex de quali
Tex. 107. tatibus tangibilibus eſt ſenſus tactus, vt dicitur in 2. de anima; tactus autem vniformiter im- B
mutatur à calore ignis & à calore mixti ſine aliquo diſcrimine: ſequitur ergo, quòd ſi calidi-
tas in mixto eſt qualitas, in igne non ſit ſubſtantia, Rurſus ſi calor in igne eſt ſubſtantia
Calor i igne tunc corpus mixtum calidum, cum componatur ex ſubſtantia & qualitate, haberet definitio-
eſt accidens. nem ignis; præſertim cum ſit eiuſdem rationis vniuoce calor ignis & corporis mixti. Vnde
ſi in igne eſſet ſubſtantia, & in mixto qualitas, tunc non diceretur vniuoce, quod tamen eſt
falſum, ut dictum eſt ſupra.

Secundo eſt notandum, differentias ita ſe habere, quòd vna illarum eſt veluti priuatio al-
terius, non tamen intelligas tu, quòd ſit vere & proprie priuatio, quia (vt ſuperius diximus)
priuatio proprie accepta eſt negatio in ſubiecto apto nato, itaquòd nihil addit negatio ſupra
priuationem, niſi quòd requirit naturam aptam, in qua ſit priuatio, non ita ſe habet vna diffe-
rentia reſpectu alterius. Vnde corporeum & incorporeum ſunt differentię oppoſitæ, ſic etiam
Corporeum rationale & irrationale, attamen corporeum non eſt pura priuatio, nec etiam irrationale, quia
non eſt pura pura priuatio cognoſci habet per habitum, vt docuit Auerr. 3. de anima, & 8. phyſ. vbi Ariſt.
priuatio. definiuit, quid ſit mouens per ſe per negationem motoris per accidens, licet non ſemper ve- C
com. 25. rificetur, quòd priuatio cognoſcatur per abſentiam formę, ſed vt in pluribus, quia aliquando
com. 27. accidit priuationem notiorem eſſe forma, tunc per negationem priuationis deducimur in co-
Cap. 1. gnitionem formarum, & ſic dicit Dionyſius in libro de diuin. nomini. de Deo magis cogno-
Tex. 1. ſcimus quid non ſit, quàm quid ſit; nam, vt ſcribitur 2. huius, ſicut ſe habet oculus noctuæ ad
lucẽ diei, ſic ſe habet intellectus animę noſtræ ad ea, quę manifeſtiſſima ſunt in natura; & pro
pterea rationale & irrationale, & ceteræ differentiæ, cum nõ ſint proprie priuationes, poſſunt
ducere in cognitionem rerum conſtitutarum ab ipſis; nec oportet, vt vna differentia cognoſca
tur neceſſario per aliam, ſed cum non ſint pares & æquales inter ſe, & ſemper vna ſit altera
excellentior, ideo ſe habent vt priuatio, & habitus.

Tertio notandum eſt, quòd aliter diuerſificatur materia per formam, & aliter genus per
Materia & ge differentias; forma enim non eſt hoc ipſum quod eſt materia, ſed facit compoſitionem cum
nus quo di- ea; unde materia non eſt ipſum compoſitum, ſed aliquid eius; differentia vero additur gene-
ſcriminantur ri, non quaſi pars parti, ſed quaſi totum toti, vnde genus eſt hoc ipſum quod eſt ſpecies, &
non ſolum aliquid eius, ſi autem eſſet pars, non prędicaretur de ea. D

Vltimo conſiderandum eſt, quòd illa, quorum cauſę ſunt contrarię, non oportet ſemper
proprie & formaliter loquendo eſſe contraria, nam in ſimili, licet genus ſemper diuidatur per
contrarias differentias, non tamen ſemper diuiditur in contrarias ſpecies, licet illud poſſit
Genus aliqñ quandoque contingere: dicimus enim, quòd animal diuiditur per rationale & irrationale
diuiditur in tanquam per differentias contrarias, & tamen homo & aſinus, quæ ſunt ſpecies, non ſunt con
cõtrarias ſpe traria: ex aduerſo autem color diuiditur per congregatiuum, & per diſgregatiuum viſus
cies. tanquam per contrarias & oppoſitas differentias, & ſpecies conſtitutę per illas ſunt etiã cõ-
trariæ, videlicet albedo & nigredo, & ſic debes tenere in ſimili; vnde ſtat, quòd proprietates
contrariæ proueniant quandoque à contrariis cauſis formaliter, vt rarefacere & condenſare;
quę ſunt proprietates contrariæ proueniunt à calore & frigore, quæ ſunt cauſæ formaliter
Lect. 5. contrarię; ſic enim contrariorum effectuum ſunt contrarię cauſæ, vt docet S. Thom. 5. phyſi.
vbi ſupra, vel cauſę agentes contraria poſſunt eſſe diuerſæ, vel contrariæ formaliter, vel vir-
tualiter, ut patet de ſole.

Iſtis ſic iactis ponitur prima concluſio talis contra Alexandrum. Qualitates elemento-

rum

A rum non ſunt formæ ſubſtantiales ipſorum, ſed accidentia propria: patet iſta ex primo notabili, quia ſi nobis ſunt accidentia: igitur non poſſunt eſſe formę ſubſtantiales in elementis. Præterea ſequeretur, quòd calor diceretur ęquiuoce de calore ignis,& de calore mixti, ſtante opinione Alexandri, quod eſt abſurdum dicere.

Et ſiquis inſtaret pro Alexandro dicens, illud ad cuius ablationem au fertur ſubſtantia, eſt ſubſtantia; ſed ad ablationem caliditatis ab igne ſequitur ablatio ignis: igitur caliditas in igne eſt ſubſtantia ignis,& ſic de frigiditate reſpectu aquę,& ſiccitate reſpectu terræ, & humiditate reſpectu aeris. Sed dicimus nos limitando illam propoſitionem, quòd illud, ad cuius ablationem primo & per ſe aufertur ſubſtantia, eſt ſubſtantia; vnde licet ignis auferatur per ablationem caloris, non tamen aufertur primo & per ſe, ſed mediante ablatione formæ ignis, ſicut quando aufertur riſibilitas, aufertur homo, non primo, ſed mediante ablatione rationabilitatis,& ſic patet opinionem Alexandri manere in ſua falſitate. Defenſio Alexand. Limitatio propoſ. Alexan.

Secunda concluſio eſt. Formæ ſubſtantiales cauſatæ ex oppoſitis differentiis licet ſint poſitiuæ, non tamen ſunt in ęquali gradu perfectionis: probatur, quia ſemper vna illarum differentiarum includit priuationem alterius, & eſt ſententia Ariſtot. 8. huius, vbi docuit ſpecies te- Tex.10.
B rum eſſe veluti numeros, qui variantur per additionem & ſubtractionem vnitatis. Ex hac concluſione apparet deceptio Pauli Soncinatis in quæſtionibus ſuis huius libri, vbi voluit ſcotizare putans opinionem S. Thom. non diſcordare ab opinione Scoti in hac materia, cuius oppoſitum oſtendimus de mente Ariſt. S. Thom.& rationis. Quæſt. 14.

Tertia concluſio eſt. Prima contrarietas eſt priuationis & formæ, & hæc inuenitur in primo genere, quod eſt ſubſtantia; iſta concluſio eſt expreſſa ſententia S. Thom. 1. phyſi. vbi exponit dictum Ariſt. quòd cum omnes contrarietates reduci habeant ad hanc primam, quæ eſt per excellentiam & defectum, hæc autem contrarietas eſt habitus & priuatio; propterea cum diuidatur contrariis differentiis, iſtæ differentię contrariæ dicuntur opponi contrarietate habitus & priuationis, contra Chryſ. Iauellum in quęſtionibus ſuis huius decimi, vbi voluit ſpecies & differentias generis ſubſtantię eſſe oppoſitas oppoſitione contraria, expreſſe contra magiſtrum ſuum S. Thom. tenentem differētias diuiſiuas generis ſubſtantiæ opponi oppoſitione priuatiua; ſic etiam expoſuit Commentator 1. phyſ. quòd prima contraria in vnoquoque genere Tex.56. quæſt. 18. Com.56.
C ſunt oppoſita ſecundum eſſe & non eſſe, quod eſt dicere ſecundum habitum & priuationem: hanc quoque veritatem docuerunt omnes Græci de mente Ariſt. vt patet apud Simpl.& Themiſt. in ſua paraphraſi ſuper primum phyſ.

Vltima concluſio reſpondens quæſito. Formalis repugnantia, quę eſt inter formas ſubſtantiales, non eſt repugnantia contrarietatis: probatur, quia vbi eſt contrarietas, ibi eſt motus de neceſſitate, vt patet ex Ariſtot. 5. phyſ. ſed inter formas ſubſtantiales non eſt motus, quia motus eſt de ſubiecto in ſubiectum, ſubiectum autem formæ ſubſtantialis non eſt ens demonſtratum: igitur formalis repugnantia, quæ eſt inter formas ſubſtantiales, non eſt repugnantia contrarietatis. Tex. 10. Inter formas ſubſtantiales non eſt mo.

Et ſi quis diceret contra iſtam concluſionem, quia omne, quod corrumpitur, à ſuo contrario corrũpitur, ex 1. de generat. & corrupt. ſed inter formas ſubſtantiales eſt vera corruptio: ergo erit vera contrarietas. Et confirmatur, quia cum forma corrumpenda à materia expellatur, quæritur, à quo expellitur; non à ſe, nec ab aliquo ſimili: ergo relinquitur, quòd à ſuo cõtrario. Tertio, hoc probat ex profeſſo Ariſt. hic inductione,& ſyllogiſmo, ꝙ differentia ſecun- Tex. 10. Tex.14.
D dum ſpeciem eſt differentia contrarietatis, quia cum non ſit contradictio, nec ſecundum priuationem & habitum, nec ſecundum relationem: ergo à ſufficienti enumeratione eſt contrarietas. Ratio Ariſt. eſt, quia ad differentiam ſecundum ſpeciem requiritur identitas generis,& diuerſificatio generis per diuerſas ſpecies; ſed vtrunque eorum reperitur in contrarietate, quandoquidem (vt alias dictum eſt) contraria ſunt in eodem genere, & contrarietas eſt maxima & perfecta differentia: igitur diuerſitas ſecundum ſpeciem eſt contrarietas,& nõ oppoſitio ſecundum habitum & priuationem. Sed hęc facile ſoluuntur, quia formę non per ſe & primo corrumpuntur, ſicuti nec per ſe & primo generantur; illud enim, quod per ſe primo generatur & corrumpitur, eſt compoſitum; formę autem dicuntur generari & corrumpi per accidens; pręcipue vt ſunt formę materiales,& animę brutorum animalium, quæ non ſunt per ſe ſubſiſtentes: propterea corrumpuntur & generantur corruptis & generatis corporibus, vt docet S. Tho. 1. p. loquens de animę ęternitate. Adde, quia aliud eſt ſubſtantiam habere in ſe contrarium,& aliud eſt habere ſibi contrarium; nam primum eſt recipere in ſe formam, cui eſt alia forma contraria, vt recipere calorem, cui contrarietur frigiditas, & poſt calorem eſſe aptam recipere frigiditatem,& hoc pacto ſubſtantia habet in ſe contrarium, vt do- Quid eſt illud quod per ſe primo generatur. q.75.ar.6.

cuit Ariſt. in prædicam. quòd ſubſtantia eadem numero manens ſucceſſiue & non ſimul, & A
per mutationem ſui, & non ſolum per mutationem alterius, eſt apta nata in ſe recipere contraria, & ſi non omnia ſaltem aliqua, ſecundum autem eſt eſſe talis naturæ, quòd alia natura ſibi contrarietur, vt dulcedo dicitur habere ſibi contrarium; quoniam eſt talis naturę, quòd ei amaritudo contrarietur, & hoc pacto contrarietas non eſt in ſubſtantia: ex his patet ſolutio ad primum dubium. Ad confirmationem dicitur, quòd forma corrumpenda nō expellitur à materia, nec à ſe nec à ſuo ſimili, ſed à contrario illo, à quo corrumpitur compoſitum per ſe primo; ad cuius compoſiti corruptionem forma expellitur à materia. Ad id, quod tertio loco dubitabatur ex Ariſt. dicitur, quòd licet inductione & ratione probet differentiam ſecundū ſpeciem eſſe contrarietatem; per ipſam tamen contrarietatem intelligit oppoſitionem priuatiuam.

In ſubſtantia nō eſt cōtrarietas.

Sed dices tu, hoc eſſe expreſſe contra verba Ariſtot. qui aſſerit non eſſe priuatiuam oppoſitionem. Reſpondetur, quòd priuatio eſt duplex. Altera quæ dicit puram negationem in ſubiecto apto nato, & nullum poſitiuum importat. Altera vero priuatio eſt, quæ quantum eſt in ſe, eſt poſitiuum, ſed quia eſt imperfectum reſpectu alterius, propterea dicitur priuatio, B
exemplum primi, vt cæcitas reſpectu viſionis, & ſurditas reſpectu auditus; exemplum ſecundi, vt irrationale reſpectu rationalis, & omnis differentia imperfecta reſpectu differentiarū perfectarum; ſenſus verborum Ariſt. eſt, quòd differentia, quæ eſt inter formas ſubſtantiales, non eſt repugnantia & contrarietas priuatiua, intelligendo de contrarietate priuatiua, quę eſt inter puram priuationem & habitum, ſicuti inter viſionem & cæcitatē: hoc enim modo patet expreſſe formas ſubſtantiales non repugnari ſibi inuicem; ſed non excluſit, quin ſint formę ipſę ſubſtantiales ſibi inuicē repugnantes oppoſitione priuatiua, quæ eſt inter perfectum & imperfectum. Vel aliter dici poteſt, quòd repugnantia, quę eſt inter formas ſubſtantiales eſt repugnantia, non contradictoria, nec priuatiua proprie, nec relatiua; ſed contraria, ſcilicet metaphyſica, non autem phyſica, quia talis eſt per motum, & in ſubſtantia (vt dictum eſt) non eſt motus: ex his patet dilucidatio quæſiti, & ſolutio omnium eorum, quę contra veritatem ſic dilucidatam adduci poſſent.

Priuatio duplex eſt.

Contrarietas metaphyſica qualis ſit.

Quoniam vero contraria diuerſa ſpecie, corruptibile autem & incorruptibile contraria, &c, Tex. 26. C

Vtrum corruptibile & incorruptibile differant genere.

Dilucidatio ſeptima.

AD quam controuerſiam reſpondēt Auerroiſtę, varia ſentiētes, dum Aliqui eorū volunt corruptibile & incorruptibile differre genere tantūmodo in ſubſtātiis, quia reperitur diuerſa materia in eis; in accidentibus autē docēt hoc non poſſe verificari, quia accidēs æternū, & accidens corruptibile reponuntur ſub eodem genere, ſicuti eſt quantitas cæli, & quantitas elementi, D
lux cęli, & lux elementi, motus cæli, & motus elementi, & in aliis id genus Aliqui vero dicunt, quòd vel loquimur de differentia poſitiua, & ſic quæcunque differunt genere, ſunt in aliquo genere, & hoc pacto corruptibile & incorruptibile non differunt genere, eo quòd incorruptibile non eſt in aliquo genere, quia non habet materiam, vel ſi habet, illa eſt alterius rationis, aut loquimur de differentia negatiua, & ſic tam in ſubſtantiis, quàm in accidentibus corruptibile & incorruptibile aſſerūt differre genere, quia genus ſumitur à potentia, vel ab aliquo potentiali, differentia vero ſumitur ab actu, vel ab aliquo actuali, hęc autem tam in ſubſtantiis, quàm in accidentibus reperiuntur, quia incorruptibile ſiue ſit ſubſtantia, ſiue ſit accidens, nullo pacto eſt in genere; corruptibile autem ſemper eſt in genere, præcipue quia ſubſtantia generabilis & corruptibilis dicitur eſſe genus generaliſſimum prędicamenti ſubſtantiæ.

Differentia duplex eſt.

Aliqui vero aſſerunt abſolute corruptibile & incorruptibile differre genere logico; & dicunt hāc fuiſſe mentē Ari. qui dicit corruptibile & incorruptibile differre genere, & pluſquā ſpecie; quia ſi loqueretur Philoſoph. de genere phyſico tm, & nō de genere logico, tunc nō

valeret

A valeret ratio quam adducit contra Platonem. Plato enim dicebat, quòd idea hominis, &
homines particulares non differunt ſpecie, immo nec genere: & quæ differunt genere plus
differunt, quàm ſpecie, & ſic Plato concederet Ariſtoteli, quòd idea & indiuidua differunt
genere naturali; quia idea non habet materiã, ſed indiuidua hominis habent materiam; vn-
de iſta ſunt eadem; & ſic non ſequeretur, iſta differunt genere naturali; ergo differunt in ſpe
cie logica, quia bene concederet, iſta differre genere naturali, & tamen conuenire in ſpecie
ſpecialiſſima; ſed oportet ſi conſequentia eſt bona & contra Platonem, quòd loquatur de ge
nere logico & vniuoco, quia corruptibile & incorruptibile differunt genere logico & vniuo
co; ergo differunt ſpecie, tunc eſt bona conſequentia & contra Platonem.

Propterea ſi Ariſt. vteretur genere naturali, in hac ratione peteret principium, quia ſume-
ret, quod deberet probare. Præterea Auer. in hoc libro aſſerit, quòd corruptibile & incorru- Com. 26.
ptibile ſunt differentię contrariæ; & illud, quod congregat illa, eſt nomen æquiuocum, im-
mo corpus, quod dicitur de corruptibili & de incorruptibili, eſt æquiuocum; & Porphyrius
qui poſuit ſubſtantiam eſſe genus generaliſſimum prædicamenti ſubſtantiæ, fuit opinionis
B Platonis; nobis autem plus credendum eſt Ariſt. & Auerr. quàm Porphyrio. Præterea & ter- Cap. de ſubſtantia.
tio Boetius quoque eſt opinionis Auerr. qui in prædicamentis aſſerit Philoſophum determi
nare de ſubſtantia compoſita media relictis extremis: ergo genus generaliſſimum prædica-
menti ſubſtantiæ eſt aliquod compoſitum ex materia & forma. Hoc idem docet Alexander
volens duo eſſe principia generis ſubſtantiæ, videlicet materiam & formã; & hoc quia quod-
cunque eſt in genere ſubſtantię, eſt compoſitum ex materia & forma. Hanc veritatem maxi
me etiam docet Simplicius ſummus peripateticus ponens differentiam inter Platonem & Diſcrimẽ inter Plato. & Ariſt.
Ariſt. & ait Platonem velle ſubſtantiam communem corporeis & incorporeis eſſe genus ge-
neraliſſimum; Ariſt. autem non ſubſtantiam, ſed corpus corruptibile eſſe genus generaliſſi-
mum. Sic etiam Auerr. in ſua paraphraſi aſſerit, non omne corpus eſſe generaliſſimum, ſed
corpus corruptibile: & ratio eorum eſt, quia nihil vniuoce dicitur de corruptibili & in-
corruptibili.

Vltimo adeſt ratio, qua vtitur Auerr. 2. cęli contra Auicenam; docuerat enim Auicen. or- Com. 49.
bes eſſe eiuſdem generis, & differre ſpecie: contra arguit Auerr. quia ſi orbes ſunt eiuſdem
C generis, tunc eſſent compoſiti ex materia & forma, & ſi ſic, tunc eſſent generabiles & corru-
ptibiles, quę conſequentiæ nullæ eſſent, niſi quia Auerr. ſupponit differentiam ſpecificam ſu
mi à forma; genericam autem à materia, eo quia ſpecies & forma eſt actus, genus autem eſt
quoddam potentiale; omne autem potentiale ſumitur à materia: igitur quæ differunt poten- Potentia ſumitur à materia.
tialitate, differunt quoque genere: ex his patet poſitio Auerroiſtarum in hac diſputatione.

Sed mirum eſt de tot viris illuſtribus, quomodo in præſenti diſputatione adeo manifeſte
defecerint, & à veritatis tramite deuiauerint, & in re tam manifeſta fuerint diſcordes & præ-
ſertim cum Ioannes Bachonus Auerroiſtarum Princeps Theologus celeberrimus, ac canoni
ſta præcipuus, teneat in 1. ſenten. ne dum corpora incorruptibilia, & corpora mixta eſſe eiuſ- Diſt. 9.
dem generis, ſed etiam Deum ipſum glorioſum, menteſq. illas diuinas, & feculenta hæc om Opinio Bachon. de Deo an ſit in genere.
nia ſub eodem genere reponi, & probat de Deo, quòd ſit in genere; quia cui conuenit forma
lis ratio generis, ita quòd illa ratio formalis ſit prædicabilis, illud eſt in genere, ſed Deus glo-
rioſus eſt huiuſmodi: igitur Deus eſt in genere: maior patet; & minor probatur, quia & ſi nõ
omne commune habens coordinationem prædicabilium ſit genus vel in genere, vt patet de
D ente & aliis tranſcendentibus, tamen ſi eſt commune, quod habeat coordinationẽ prędica-
bilium ſecundum formalem rationem prædicamentalem determinati prædicamenti, & non
per modum prædicabilis tranſcendentis; illud eſt genus vel in genere; ſed de Deo dicuntur
aliqua prædicamenta, non modo trãſcendenti, ſed ſecundum modum determinatum pro-
prium determinatorum prædicamentorum & coordinatæ, quia in Deo eſt ſubſtantia, relatio
& actio: ergo ſequitur Deum eſſe in genere & eſſe æternum, & cum etiam hæc caduca ſint in
genere, patet corruptibilia & incorruptibilia conuenire in genere; ſed non naturali & phyſi
co: ergo logico. Præterea licet non omne contentum ſub communi ſit in genere, vt conti-
netur ſub illo communi, tamen illud commune vt contrahitur in ſua contenta per differen-
tias, eſt in genere, vt per oppoſitũ modum, quo arguit Ariſt. quòd ens non eſt genus 3. huius Tex. 10.
quia licet ſit commune, non tamen habet differentias extra ſuum conceptum; ſed ſubſtantia
deſcendit per ſuas differentias, puta per corporeum & incorporeum, & rationale & irratio-
nale in inferiora, quod conuenit Deo & nobis, vt docuit Porphyr. in prędicab. ergo ſecun- Cap. de differentia.
dum eum & vt communiter intelligitur, tam prima intelligentia, quàm omnes alię, quæ vocã
tur Dii, ſunt in genere.

Et ſi quis diceret, inconueniens eſſe Deum ponere in genere: reſpondet Bachonus, quòd A
licet eſſet inconueniens Deum eſſe in genere abſolute loquendo, tamen non eſt inconueniẽs
Deum eſſe in genere cum determinatione, ſcilicet ſecundum intentionem generis depuratã,
& illimitatam. Et ſi quis etiam inſtaret aſſerens, quòd talis depuratio ponit Deum extra ge
nus: reſpõdet adhuc, quòd illa depuratio aut illimitatio non ponit Deum extra genus, quia
eadem ratione Deus eſſet extra formalem rationem generis relationis, quod eſt contra om-
nes theologos, qui vnanimiter concedunt, Deo competere formalem rationem relationis, li-
cet non omnes concedant Deum eſſe in genere, ſed depuratio poteſt eſſe duplex; vna qua po-
ſita, illud à quo depuratur, non poteſt ſibi cõpetere: niſi metaphorice, quẽadmodũ dicimus
Deum eſſe vbiq;, tñ eſſe vbiq; ita depuratur ab eſſe vbi, quod eſt prædicamentum, vt tale vbi
non competat ſibi, niſi metaphorice: proprie autem vbi ſolis corporibus competit, ideo nul-
lus concedit Deum eſſe in genere vbi. Alia eſt depuratio, qua poſita illud, à quo depuratur,
poteſt ſibi competere proprie & formaliter, exempli gratia, licet concedamus Angelos eſſe
in genere ſubſtantiæ, tamen depuramus eos ab intentione ſubſtantiæ compoſitæ & corpora-
lis, quia tamen eis poteſt competere formalis ratio ſubſtantiæ, quæ eſt ſubſiſtere; ideo conce B
dimus Angelos eſſe in genere ſubſtantiæ, ſic in propoſito cum ponimus Deum in aliquo prę
dicamento ſecundum intentionem depuratam; retinemus ſibi rationem formalem illius præ
dicamenti proprie & formaliter; quantuncunque enim depuremus relationem ab imperfe-
ctionibus, cõcedimus tamẽ in Deo formaliter & proprie eſſe relationem, propterea non con
cedimus abſolute Deum eſſe in genere, ſed cum iſta locutione determinante exceſſum eius
ſuper alia, quæ collocantur in genere v.g. & ſi concederetur, quòd Deus ſit in genere, quia
aliquod genus prædicatur de eo, ſicut ſuperius de ſuo inferiori, quod habet differentiam
propriam ſub ſuperiori per prædicationem; vt quando ſubſtantia prædicatur de Deo, ta-
men prædicatio ſubſtantiæ de Deo ſolum exprimit hoc quod ſubſtantia prædicatur, ſicut ſu
perius de inferiori habente differentiam ſub eo; & non imponit entitati diuinæ, nec inue-
nit in ea finitatem aut limitationem, ſicut in creaturis.

Genus põt depurari.

Depuratio eſt duplex.

Relatio eſt formaliter ĩ Deo.

Et ſi quis adhuc diceret contra; quia illud, quod debet eſſe in genere, eſt ens poſſibile; ſed
Deus non eſt ens poſſibile: ergo Deus non eſt in genere. Dicitur quòd quodlibet genus di-
uiditur per duas differentias, quarum vna ſe habet vt priuatio, & alia vt habitus; illa C
quæ ſe habet per modum priuationis communiter exprimit rem vt imperfectam, veluti
inanimatum; ſed aliquando exprimit rem perfectiorem, vt immortale & incorruptibile, de
quibus Porphyr. dixit, immortale additum Diis ſeparat Deos à nobis; vnde illa differẽtia,
quæ conuenit rei & determinat rem, ſecundũ quòd res eſt perfecta, conuenit rei ſecundũ q
eſt in actu; ſed differentia priuatiua, quę eſt immortale, independens, increatum, & huiuſ-
modi, exprimit rem vt eſt perfecta: ergo differentia, quæ conuenit Deo contento in-
fra ambitum ſubſtantię, conuenit ei ſecundum quòd eſt in actu; & vt ſibi conuenit deter-
minari per differentiam, ſic ipſe eſſet res generis ſubſtantiæ ſecundum quòd eſt in actu,
non ſecundum quòd eſt in potentia; & propterea eſt falſa maior aſſumpta in argumento.

Genus diuiditur differẽtiis.

Cap. de differentia.

Si etiam diceres; quia Deus, cum ſit ens infinitum, & infinitum non ſit in genere: ergo
male ponitur Deum eſſe in genere. Reſpondetur ad hoc, quia illimitatio & infinitas non ex-
cludunt aliquem à genere ſimpliciter; quandoquidem illud non ponit aliquid extra genus
ſimpliciter, quo poſito, adhuc res remanet in genere eodem, ſed poſita infinitatione & illimi
tatione in aliquo, propter hoc non excluditur à proprio genere, in quo collocatur cum mul D
tis aliis finitis, verbi gratia ſi linea poneretur infinita, adhuc eſſet in eodem genere cum cor-
pore & ſuperficie finitis, quod patet, quia reciperet prædicationem quantitatis eſſentialiter.
Nec valet dicere, quòd licet quantitas infinita ſit in genere quantitatis, non ſequitur, ergo
Deus infinitus eſt in genere ſubſtantiæ, quia quantitas illa non diceret entitatem totalem &
infinitam; ſed præciſe quantitatem infinitam, Deus autem dicit entitatem infinitam totalem
omnium generum, ideo oportet concedere, quòd quantitas infinita non effugit genus quan
titatis, quia recipit eſſentialem prædicationem quantitatis tanquam concretum per aliam dif
ferentiam quantitatis; ſed quamuis Deus dicat totalem entitatem infinitam, tamen quando
dicitur quòd eſt ſubſtantia, recipit prædicationem eſſentialem ſubſtantię, ſicut quando dici-
mus, quòd in Deo eſt ſapientia, & relatio, & ſic de aliis; ſed remota limitatione & imperfe-
ctione ponitur in Deo ratio generis relationis. Quare etiam non poteſt poni in ipſo Deo ra-
tio generis ſubſtantię remota limitatione & imperfectione, non poteſt aſſignari alia ratio, ni-
ſi quia limitatio & imperfectio ſunt de ratione generis; ſed hoc eſt falſum, quia poteſt quæ-
cunque ratio generis concipi depurata, non conſiderando imperfectiones eorum, quæ ſub

Infinitum poteſt eſſe in genere ſecũdũ aliquos.

Quantitas infinita eſt ĩ genere quãtitatis.

genere

A genere continentur,quoad imperfectionem, ſicut humanitas & equinitas poteſt concipi,quòd nihil ſit niſi humanitas & equinitas tantum, vt docet Auicen.1. ſuæ metaphyſicæ. Cap.5.

Nec valet ratio illa, quam aliqui aſsignant ad probandum Deum non eſſe in genere, quia genus debet eſſe vniuocum ſuis contentis;ſed nihil eſt vniuocum Deo & creaturis: ergo Deus non poterit eſſe in genere. Soluit Bachonus princeps Auerroiſtarum,quòd iſta ratio forte nõ excluderet Deum eſſe in genere phyſico, quia vt ſcripſit Ariſtot. 7. phyſ. in genere multę latent æquiuocationes.Deinde ſoluit aliter,quòd nec excluderet iſta ratio Deum eſſe in genere metaphyſico,quia non oportet tale genus eſſe vniuocum, vt patet ex 4.huius, quòd ens dicitur multipliciter multiplicitate analogię,propterea multi voluerunt ens eſſe genus. Tex.31. Tex.2.

Et ſi dicis,quia hoc eſt contra Ariſt.3.huius,vbi probat ens non eſſe genus,quia non habet differentias,quæ neceſſario debent eſſe extra conceptum generis. Ad hoc poſſet dici, quòd Ariſt.probat ibi ens non eſſe genus vniuocum,ſed poterit eſſe genus analogum. Diceret etiã forſan aliquis,ex verbis Ariſt.hic;corruptibile & incorruptibile differunt pluſquam genere, ſed Deus eſt incorruptibilis;creaturæ autem corruptibiles:ergo Deus & creaturæ nõ poſſunt B conuenire,neque in genere logico,neque metaphyſico. Reſpondet Bachonus gloſſando hęc verba Ariſt.quæ intelligenda ſunt de genere proximo, non autem de genere generaliſſimo, cuiuſmodi eſt ſubſtantia,relatio,& actio. Tex.10. Tex.16. Senſus uerborum Ariſ. ſm Bachon.

Adde,quòd vniuocatio, vt diximus, non impedit quin Deus poſsit eſſe ſub genere logico,quia Ariſt.in principio prædicamen.diſtinguit ſolum nomina in vniuoca & pure æquiuoca,vt canis & homo mortuus;ſed ſub vniuoco ſic accepto continetur analogum: ergo nomina,quæ ponuntur ibi in prædicamento,poterunt eſſe analoga; ſed certum eſt, quòd Deus & creatura habent aliquid commune analogum:ergo vniuocatio nõ expellit Deum à genere logico. Rurſus communiter à philoſophis genus ſubſtantię diuiditur per corporeum & incorporeum;& rationale competit nobis & Diis,mortale vero diſiungit nos à Diis;ſed hæc nõ eſſet bona diuiſio,ſi vniuocatio vt diſtinguitur contra analogiam, neceſſario requireretur ad hoc, ut aliquid eſſet in genere logico aut metaphyſico;Deus enim & nos non habemus aliquid vniuocum, ſic preſſius acceptum, ergo &c. Rurſus etiam,vnitas analogiæ eſt tenuiſsima & latiſſima,cõſimiliter vnitas generis generaliſsimi eſt tenuiſsima & latiſſima,licet ergo C genus proximum logicum requirat vniuocationem propriã,tamen generaliſsimũ logicum & metaphyſicum non videtur requirere: ex his concludimus Deum ceteraſque intelligentias de mente Auerr.poſſe eſſe in genere;quod etiam oſtendimus in principio huius libri:decepti igitur ſunt præfati Auerroiſtæ in expoſitione huius literę. Vnitas analogię ſecundum Bach. qualis eſt. Dilu.1.

De corpore etiam cæleſti incorruptibili, & corpore mixto corruptibili patet reponi ſub eodem genere generaliſsimo,quia ſi non repugnat Deum & intelligentias conuenire cum rebus hiſce caducis ſub eodem genere,minus repugnabit corpori cęleſti ęterno, & corpori caduco ſub eodẽ genere logico collocari,quia cuicunq; cõuenit ratio generis ſubſtãtię,eſt in genere ſubſtãtię,ſed corpori æterno cõuenit ratio generis ſubſtãtiæ,q̃ eſt per ſe exiſtere:ergo neceſſario corpus illud eſt in genere ſubſtãtię.Rurſus,omne,quod prædicatur de alio in eo quod quid,& eſt in plus,ſe habet veluti genus, ſed ſubſtãtia prędicatur de corpore ęterno & caduco in eo quod quid,quatenus ſunt ſubſtantiæ:ergo corpus ęternũ & caducum ſub eodem genere collocantur,ſcilicet ſubſtantię & etiam quantitatis, vt ſunt quanta;quia omne quod definitur, oportet vt ſit in genere; ſed tam corpus caducum, quàm ęternum definitur, vt pa- D tet ex Ariſto.1.cęli,vbi aſſerit corpus eſſe perfectam magnitudinem; quia habet in ſe trinam dimenſionem:ergo etiam in genere quantitatis prout ſunt quanta collocanda veniunt; & ſic etiam dicendum eſt de accidente æterno, & caduco,vt lux ſolis & mixti, ſeu elementi. Corpus ęternum eſt in genere. Tex.1.

Nec rationes adductæ aliquid cõcludũt, & pręſertim prima,quę eſt ipſius Ioannis de Ianduno,quia ſi Ariſt.loqueretur in pręſenti litera de genere naturali, & non de genere logico, tunc ratio ſua non concluderet,neganda eſt ergo conſequentia. Et ad probationem, quando aſſerit,quòd Plato volebat ideam hominis, & hominem particularem eſſe eiuſdem ſpeciei; dicimus,quòd ex hoc concludit ratio Philoſophi, quia ſi idea hominis eſt incorruptibilis, & homo particularis corruptibilis:igitur differunt ſpecie,quia corruptibile & incorruptibile differunt genere naturali: ergo non ſunt eiuſdem ſpeciei;& ſic tenet ratio Ariſto.contra Platonem,& ſtat corruptibile & incorruptibile conuenire in genere logico, & metaphyſico. Ratio Ariſt. quo eſt valida cõtra Platonem.

Ad aliam rationem etiam negamus,quòd Ariſt.petat principium; immo eſt efficaciſsima ratio,& demonſtratiua contra Platonem. Ad tertiam rationem,qua vtitur Auerr. aſſerens,ꝙ corruptibile & incorruptibile ſunt differentiæ contrarię &c. Concedimus reſpectu generis phyſici & naturalis;non autem logici & metaphyſici,& quando addit,quòd ponere ſubſtan-

tiam eſſe genus generaliſſimum pertinet ad doctrinam Platonis; negatur, immo dicimus eſ- A
Tex.19 ſe germanam mentem Ariſt. & Auerr. vt latius oſtendit Bachonus, & patet ex 12. huius, vbi
Ariſt. poſuit omnium prædicamentorum eſſe eadem principia, vt docuimus in principio
diluc. 1 queſt. 3. huius libri, immo Ioannes in hoc libro ponit Deum eſſe in genere ſubſtantię, ſaltem per re-
ductionem: quod alias demonſtrauimus eſſe falſum de mente S. Thom. Ad dictum Boetii
dicimus, quòd relictis extremis tractat Porphyrius de ſubſtātia cōpoſita, & hoc eſt veriſſimū,
Exiſtens in recta linea ƥdicamentali quid eſt. quia omnis ſubſtantia, quæ eſt in recta linea prædicamentali, eſt aliquo pacto compoſita vel
ex materia & forma, vel ex eſſe & eſſentia; prima eſt ſubſtantia corporalis; ſecunda autem eſt
incorporalis.

Ad Alexandrū dicimus fuiſſe locutū vel de genere phyſico, vel de materia & forma cōiter
ſumptis, quia eſſentia ſe habet vt materia, & eſſe ſe habet vt actus, ꝑpterea intelligētias aliquā-
do voluit S. Tho. eſſe cōpoſitas ex materia & forma, ſed æquiuoce & impropriè, vt patet in li-
Cap. 5. bello de ente & eſſentia. Ad Simplicium dicimus, quòd loquitur vel de genere phyſico, quia
poſuit Plato quaſdam ſubſtantias incorporeas corruptibiles, vt patet in Timeo, vbi dixit lo-
quens de quibuſdam ſubſtantiis incorporeis, ô Dii Deorum, quorum opifex idem pater que B
ego, vos ſi quidem mea opera diſſolubilia natura, & ſi aliqui intelligant hęc verba de corpo-
Cęlum componitur ex elementis ſm Plat. ribus cæleſtibus, quæ voluerint eſſe compoſita ex elementis, tamen Simplicius ipſe tenet hoc
fuiſſe de mente Ariſt. verum deceptus eſt, ſicuti & in multis aliis.

Ad Auerroem in paraphraſi, vbi voluit corpus corruptibile eſſe genus generaliſſimum, di-
co, hoc dictum verificari in genere phyſico, non autem logico vel metaphyſico; & ratio ſua
de vniuocatione nihil concludit, vt oſtendimus ſupra. Nec etiam ratio, quam adduxit contra
Com. 49 Auicennam 2. cęli, aliquid concludit; quia ſupponit vnum falſum, omne compoſitum ex ma-
teria & forma eſſe generabile & corruptibile, iſta propoſitio non poteſt verificari niſi de
materia, cuius appetitus non ſatiatur forma, quā habet, non autē valet de materia cęli, cuius
appetitus iā ſatiatur forma ſua, & ſi aliter in dictis ſuis Auerr. intellexerat, non eſt ſibi conſtās.

Nunc eſt dilucidanda veritas, huius diſputationis ex vera doctrina Ariſtotelis & S.
Thomæ. Pro cuius notitia ſciendum eſt primo, vt notat Alexander hic, quòd duobus
modis poſſumus venari veritatem huius rei. Primo ſcire, quæ differentia ſit inter ge-
nus & ſpeciem; genus enim ſumitur à potentia, & ſpecies ab actu, quę ergo ſpecie C
differunt dicuntur differre ſecundum formas, & tamen dicuntur conuenire in potentia ſeu
in genere, quia ſunt infra ipſam potentiam, & quę ſunt infra duas potentias, ſunt infra duo
Quę contraria ſunt quę differunt potentia genera, & ſic imaginandum eſt, quòd contraria, quæ differunt ſpecie tantum & non gene-
re, pro tanto non dicuntur differre potentia, quia ex vno poteſt deueniri ad aliud; per ea au-
tem, quæ ſunt infra duo genera, pro tanto differunt genere & potentia, quia ex vno non deue-
nitur in aliud, niſi forte ꝑ accidēs, ſicut ex albo in ſapidū, & ſic habemus de corruptibili & in-
corruptibili, quia ex corruptibili nō deuenitur ad incorruptibile nec per ſe nec per accidens.
Secūda via eſt ad hoc inueſtigandum, ꝙ Philoſophus non intendit hic dicere, ꝙ corruptibile
& incorruptibile non ſint infra vnum genus logicum, ſed quia non ſunt infra vnum genus
naturę; propterea dicendum eſt, quòd iſta ſunt infra vnum genus logicum, quia ſunt infra
vnum conceptum poſſibilem, qui poteſt trahi ad diuerſas ſpecies: illa autem ſunt infra vnū
genus, quæ ſunt infra poſſibilitatem vnius naturæ, ſicut homo vel leo conueniunt in natura
animalis, & quia corruptibile & incorruptibile non conueniunt in aliqua vna natura; propte-
rea optime dixit Philoſophus, quòd ſunt diuerſa genere, ſcilicet naturæ, & plus diſtant quàm D
ſpecie, quia homo & leo licet differant ſpecie, conueniunt tamen in genere, & in natura
animalis.

Secundo eſt notandum, genus eſſe duplex: alterum logicum; alterum vero phyſicum; dici-
tur genus logicum, quod ſumitur ab vnitate alicuius intentionis, cui correſpondet natura di-
uiſibilis differentiis formalibus; intellectus enim noſter primo actu apprehendens rationē
ſubſtantiæ, & poſtea formans alium conceptum actu reflexo, quo conceptu apprehendit na-
turam ſubſtantię vniformiter dici de omnibus ſubſtantiis, quia omnes vniformiter per ſe
ſubſiſtunt, cum nulla ſit in alio, ſicut in ſubiecto, dicit omnes ſubſtantias eſſe eiuſdem gene-
ris: ſimiliter apprehendit, quòd omnis linea eſt lōgitudo ſine latitudine, cuius extrema ſunt
duo puncta; & quòd hæc ratio conuenit omnibus lineis ęqualiter, ideo dicit omnes lineas
eſſe eiuſdem generis, ſiue ſint corruptibiles, ſiue incorruptibiles; & propterea hoc genus dici-
Genus naturale quid eſt. tur prædicabile de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid; genus autem naturale ſeu
phyſicum ſumitur ex vnitate potentiæ aut materiæ; & quia omnibus formis generabilibus
& corruptibilibus correſpondet eadem potentia, ſcilicet materia ſubiecta priuationi, ideo

omnes

A omnes formę generabiles & corruptibiles ſunt eiuſdem generis, vt docet Ariſt. in hoc libro: Tex. 24.
nec eſt neceſſe impræſentiarum alia ſignificata generis exprimere, cum manifeſte ſit apud Porphyrium genus aliquando ſumi pro collectione multorum quodammodo ſe habentium Cap. de genere.
ad vnum aliquod & ad ſe inuicem, vt genus Romanorum: aliquando pro principio vnius cuiuſque generationis, vt pater, & patria; ſed hæc non faciunt ad propoſitum noſtrum.

Tertio ſciendum eſt, quòd ea dicuntur eſſe diuerſorum generum, quorum potentiæ non reducuntur ad aliquem vnum modum potentialitatis, quia ſicut à potentiali ſumitur genus, ita à diuerſis potentialitatibus oportet accipere diuerſa genera; ſed ſubſtantiæ corruptibiles reducuntur ad vnam potentiam, quæ nullo modo eſt actus, & eſt ſemper coniuncta priuatio ni alicuius formę, quam eſt nata recipere; corpora vero incorruptibilia reducuntur in vnam potentiam, quæ ſimiliter de ſe non eſt actualitas nec coniuncta priuationi; ſubſtantiæ vero abſtractę habēt vnum modum potentialitatis, ſcilicet eſſe quidditatem ſubſiſtentem & ſimplicem potentialē reſpectu eſſe, & hæc ratio vniformiter dicitur de omnibus, quia eſſe non eſt magis de ratione vnius illarum quidditatum, quàm de ratione alterius; ſed æqualiter dici Quę potentia eſt in abſtractis.
B tur eſſe extra omnem quidditatem illarum ſubſtantiarum; & ſic omnes ſubſtantiæ abſtractę ſunt diuerſi generis à corruptibilibus & corporibus cęleſtibus, loquendo de genere naturę; tamen hæc omnia conueniunt in genere logico, vt clare eſt videre apud S. Tho. 1. p. & etiam in 2. ſentent. q. 50. ar. 4. diſt. 30. q. 1. ar. 4.

Vltimo ſciendum eſt, quòd vniuerſalitas conuenit tā generibus, quàm ſpeciebus; aliqua tamen differentia eſt quantum ad eorum vnitatem; aliquod enim genus eſt tantummodo logicum & non phyſicum, quia nomen ipſum ſignificans non dicit vnam naturam, cui conueniat eſſe vnius rationis, ſed tantum dicit vnam rationem ex parte intellectus; ſed natura correſpōdens huic rōni habet eſſe diuerſarū rōnum in re, & hoc mō corpus eſt genus ad corruptibilia & incorruptibilia; ſed corporeitas in corporibus mixtis habet eſſe corruptibile, in cęlo autem habet eſſe incorruptibile: & ideo metaphyſicus, qui conſiderat naturas rerum, aſſerit & docet corruptibile & incorruptibile differre genere & ſpecie, quia ſunt diuerſarum naturarum & potentiarū, phyſicus quoque docet iuxta genera latere æquinocationes; vt habetur in 7. phyſ. logicus aūt qui format tā de corporibus mixtis, quàm de corporibus cęleſti Corpus quo eſt genus. Tex. 31.
C bus vnum conceptum, ſcilicet eſſe ſubiectum trinæ dimenſionis, in quo conceptu vniformiter conueniunt omnia corpora; dicit corpus eſſe genus, quia ſecundum hanc rationem vniuoce prædicatur; ſed hoc non poterit eſſe genus phyſicum, quia tale non ſolum dicit vnam rationem formatam ab intellectu, ſed etiam vnam naturam, ſeu potentialitatem aptam natam reperiri in multis ſpeciebus, cum illa natura ſit diuiſibilis per differentias formales.

Iſtis ſic habitis, ponitur prima concluſio talis. Quæ differunt genere phyſico, differunt materia: probatur, quia genus phyſicum ſumitur à materia, vt docet Ariſt. in hoc libro, & Tex. 10.
propterea iſta propoſitio conuertitur; quæ non habent vnitatem generis phyſici, non habēt vnitatem materiæ, & econtra; ſed cælum & inferiora non habent vnitatem generis, vt aperte docent verba Ariſt. hic, corruptibile & incorruptibile genere diſtinguuntur: igitur cęlum & iſta inferiora non habent vnitatem materiæ; ergo ſequitur quòd genere diſtinguantur. Et ex hoc poteſt haberi argumentum potiſſimum contra Egidium, qui tenuit omnium rerum corporalium eſſe vnam materiā, quia quæritur ab Egidio, de quo genere loquatur hic Philoſophus, aut de genere phyſico, aut logico; ſi primo, habetur propoſitum, quoniam hoc eſt Cœlum & hęc inferiora non conueniunt ſub una materia.
D materia: ſi ſecundo, hoc eſt contra ipſum Egidium & rationem, vt docte ſatis deducit Arcangelus mercenarius à Monte ſancto in ſuis dilucidationibus: ergo &c. Mercenarius laudat hic.

Secunda concluſio. Eſſe idem in genere logico non repugnat diuerſitati in genere phyſico: probatur, quia genus logicum ſumitur à conceptu; genus autem phyſicum à materia; & ſtat quòd cum diuerſitate phyſica ſit vniuocatio & vnitas logica, ergo &c. Hanc concluſionē etiā docuit S. Th. 1. p. vbi quęrit, nū vna ſit materia informis omniū corporaliū, & arguebat q. 66. ar. 1.
ex Ariſt. 5. huius; illa, quę ſunt vnum in genere, ſunt vnum in materia; ſed omnia corporalia Tex. 16.
conueniunt in genere corporis: ergo omnium corporalium eſt vna materia. Et reſpondebat, quòd ſi genus conſideretur phyſice, corruptibilia & incorruptibilia non ſunt in eodem genere propter diuerſum modum potentię in eis: ſecundum autem logicam conſiderationem eſt vnum genus omnium corporum propter vnam rationem corporeitatis. Item eodem libro q. 88. ar. 2.
quęrens, ſi intellectus noſter per cognitionem rerum materialium poſſit peruenire ad intelligendum ſubſtantias immateriales; arguebat, quòd illa ſola cauſa per ſuos effectus comprehendi non poteſt, quę in infinitum diſtat à ſuis effectibus; hoc autem ſolius Dei eſt proprium: ergo alię ſubſtantię immateriales creatę intelligi poſſunt à nobis per res materiales.

Et te-

Immaterialles & materiales ſubſtãtiæ in quo genere cõueniunt.

Et reſpondebat, quòd ſubſtantiæ immateriales creatæ in genere quidem naturali non conue- A
niunt cum ſubſtantiis materialibus, quia non eſt in eis eadem ratio potentię & materiæ; cõ
ueniunt tamen cum eis in genere logico, quia etiam ſubſtantiæ immateriales ſunt in prædica
mento ſubſtantiæ, cum earum quidditas non ſit earum eſſe: ſed Deus non conuenit cum re-
bus materialibus, neque ſecundum genus naturale, neque ſecundum genus logicum, quia
Deus nullo modo eſt in genere: ex his patet veritas concluſionis, quòd eſſe idem in genere
logico non repugnat diuerſitati in genere phyſico, & patet falſitas Marci Antonii Zimarę
Theo.61. in theorema ſuis, vbi male interpretatus eſt auctoritatẽ Ariſt. de diuerſitate corruptibilis, &
incorruptibilis.

Tertia concluſio. Corruptibile & incorruptibile differunt genere phyſico: hanc concluſio
dist.3.q.1. ar.1. nem docuit S. Tho. 2. ſent. vbi diſputat, num Angelus ſit compoſitus ex materia, & forma:
& argumentatur in contrarium; quia illa, quæ ſunt in aliquo genere vno, communicant vni-
formiter in principiis illius generis; ſed principia generis ſubſtantiæ ſunt materia & forma:
ergo corpora, quæ ſunt in genere ſubſtantiæ, communicant in iſtis principiis, ita quòd ex eis
componuntur, & ſic etiam Angelus, qui eſt in eodem genere, componitur ex materia & for- B
ma. Et reſpondendo dicit, quòd aliqua ſunt vnius generis logice loquendo, quæ naturaliter
non ſunt vnius generis, ſicut illa, quę communicant in intentione generis, quam logicus in-
Tex. 26. ſpicit, & habent diuerſum modum eſſendi, vnde 10. huius dicitur, quòd de corruptibilibus
& incorruptibilibus nihil commune dicitur, niſi communitate nominis; & ideo non oportet
Angelos cum corporibus in eiſdem principiis communicare, niſi ſecundum intentionem
tantum, prout in omnibus inuenitur potentia & actus, analogice tamen. Rurſus eodem lib.
dist.12.q.1. ar.1. docet S. Tho. quòd corporeitas ſecundũ intentionem logicam vniuoce inuenitur in omni-
bus corporibus, ſed ſecundũ eſſe cõſiderata nõ põt eſſe vnius rationis in re corruptibili & in
corruptibili, quia non ſimiliter ſe habent in potentia eſſendi, cum vnũ ſit poſſibile ad eſſe &
Tex.26. nõ eſſe, & alterũ non: & per iſtum modũ dicit Philoſophus in 10. huius quòd corruptibili &
incorruptibili nihil cõmune dicitur, niſi cõmunitate nominis, & per hoc Commentator ſol-
uit illam rationem, quorumcunque eſt forma vnius rationis, eorum eſt vna materia commu
Tex. 26. nis, eo quòd proprius actus ſit in propria potentia, vt docet Ariſt. 2. de anima; ſed corporei-
Corporeitas eſt eiuſdem rõnis in cunctis corporibus. tas eſt vnius rationis in omnibus corporibus: ergo videtur quòd vna ſit materia ſuperiorum C
& inferiorum corporum. Poteſt etiam & tali ratione probari ſupradicta concluſio, illa di-
cuntur eſſe eadem in genere phyſico, quę habent eandem materiam, circa quam poteſt fieri
mutua tranſmutatio; ſed corruptibile & incorruptibile non ſunt huiuſmodi: ergo differunt
in genere phyſico: minor patet, quia incorruptibilia vel non habent materiam, vt ſunt ſubſtã
tiæ intellectuales, vel ſi habent, vt corpora cęleſtia, illa eſt diuerſę rationis à materia horum
Diſputat. 8. quæſt. 12. inferiorum: ex hac conluſione patet defectus, tum Sueſſani, tũ Ioannis de Ianduno in quæſt.
ſuis huius decimi.

Vltima concluſio. Corruptibile & incorruptibile non differunt genere logico: iſta con-
Ar.14. cluſio eſt S. Tho. in diſputatis de anima, vbi diſputat de immortalitate animæ humanæ; &
Tex.26. arguit, corruptibile & incorruptibile differunt ſecundum genus, vt dicitur in hoc libro, ſed
anima humana & anima iumentorum non differunt ſecundum genus, quia nec homo à iu-
mentis genere differt: ergo anima hominis, & anima iumentorum non differunt ſecundum
corruptibile & incorruptibile: ſed anima iumentorum eſt corruptibilis: ergo anima huma-
Animæ non per ſe collocantur in genere. na non eſt incorruptibilis. Et reſpondet, quòd ſi anima humana, & anima iumentorum per D
ſe collocarẽtur in genere, ſequeretur, quòd diuerſorum generum eſſent ſecundum naturalem
generis conſiderationem; ſic enim corruptibile & incorruptibile neceſſe eſt genere differre,
licet in aliqua ratione communi poſſent conuenire; ex quo & in vno genere poſſunt eſſe ſe-
cundum logicam conſiderationem; nunc autem anima non eſt in genere, ſicut ſpecies, ſed
ſicut pars ſpeciei; vtrunque autem compoſitum corruptibile eſt tam illud, cuius pars eſt ani-
ma humana, quàm illud, cuius pars eſt anima iumentorum; & propter hoc nihil prohibet ea
eſſe vnius generis. Poteſt etiam ita probari per rationem; quia corruptibile & incorruptibile
habent aliquod commune prædicabile de eis in quid, puta ſubſtantiã: ergo ſunt idem in ge-
nere logico. Eſſent modo multæ difficultates ſoluendæ: verum ex his concluſionibus facile
ſolui poſſunt, cum omnes, quas Aduerſarij adducunt contra hanc veritatem dilucidatam, de
genere logico, non autem phyſico concludere videantur.

FINIS.

DILVCIDATIO VNICA

In Vndecimum Librum Metaphyſicæ.

Quoniam autem omnis motus permutatio quædam, permutationes autem tres dicta, &c. Ex lectione XI. S. Thom.

C

An generatio & corruptio ſint mutationes ſucceſsiuæ.

CIRCA hunc librum vndecimum pauca occurrunt dubitanda, cũ Ariſtot. reaſſumat dubitationes, de quibus in 3. libro habitus eſt ſermo; hinc Auerr. pertranſiuit hunc librum nullamque in eo ſpeculationem ex ſuis ſcriptis habemus; verum, quia Aliqui mouẽt hoc quæſitum hic, an generatio & corruptio ſint mutationes ſucceſſiuę: ideo hanc ſolam ſpeculationem contenti ſumus ventilare; circa quam ita procedemus. Primo proponemus ſententias Aliorum. Secundo eas confutabimus. Tertio dilucidabimus veritatem ipſam ex fonte doctrinæ S. Tho. Vltimo diſſoluemus quæ poſſunt impedire veritatem ſic declaratam.

Quantum ad primum ſunt Aliqui, qui dicũt nullam generationem eſſe mutationem continuam, & formas ſubſtantiales elementorum eſſe intenſibiles & remiſſibiles; generationem D vero formarum mixtorum non eſſe gradualiter ſucceſſiuam, ſed omnem eſſe generationem ſimpliciter ſiue poſitiuam, ſiue abſolutam; quoniam tales formæ non ſunt gradualiter diuiſibiles. Hæc poſitio appropriatur Auerroi, vt docet Zimara in ſuis theorematibus declarando propoſitionem illam (vltimæ differentiæ rerum non recipiunt magis & minus) quam propoſitionem docet habere veritatem in ſubſtantiis perfectis, non autem in accidentibus, nec in formis elementaribus, quæ ſecundum mentem Auerr. 3. cæli & mundi intenduntur, & remittuntur, & ſunt quaſi medię inter ſubſtantiam & accidentia, quia ſunt valde propinquę materiæ primæ.

Generatio non eſt mutatio continua.

Theor. 54.

Com. 67.

Aliqui ſunt, qui ſubtilius diſputant de hoc negotio, quorum diſputatio conſiſtit in tribus punctis. Primum punctum eſt, in quo aſſerunt formam ſubſtantialem habere gradus intrinſecos eſſentiales, ſecundum quos forma ipſa ſuſcipit magis & minus, & intrinſecam diuiſionem: ad quod probandum adducunt rationes aliquas, quas exiſtimant eſſe demonſtrationes; prima ergo ratio eſt, calidum intenditur & remittitur: ergo & ignis, patet aſſumptum, quia ſenſu hoc videtur; conſequentia probatur, cauſa naturali ſimiliter ſe habente cauſatum ſimiliter ſe habet; ſed calor in diuerſis indiuiduis ipſius ignis non ſimiliter ſe habet, nam vnus ca

lor eſt intenſior alio: ergo & ignis, qui eſt cauſa naturalis caloris non ſimiliter ſe habet, ſed A
Cauſa naturalis agit inquantum poteſt. vnus eſt intenſior alio: probatur maior, quia omnis cauſa naturalis agit inquantum poteſt,
& ſecundum vltimum potentiæ, & ſic omnis cauſa æque perfecta cauſabit effectum æque
perfectum: ergo ad destructionem conſequentis, effectu naturali non æque perfecte & non
ſimiliter ſe habente, nec cauſa naturalis ſimiliter ſe habebit. Nec valet ſi dicatur ad iſtam rationem
quòd diuerſitas caloris cauſati accidit propter contrarium agens impediens; nam ip
ſe ignis quantum eſt de ſe ſemper cauſaret calorem æque intenſum; ſed impeditur per con-
Quare ignis non ſemper eodẽ modo cauſat calorem. traria, ideo quandoque intenſum, quandoque remiſſum cauſat; modo excludatur omne con
trarium, patet quòd indiuidua ignis ſibi derelicta non ſunt æque calida, quia maior ignis ca
lidior eſt paruo igne ceteris paribus. Nec etiam valet, ſi quis negaret maiorem rationis factæ
dicendo, quia calor non cauſatur ab igne effectiue; ſed ignis eſt in ſola potentia paſſiua reſpe
ctu caloris; maior autem rationis habet veritatem de cauſis naturalibus effectiuis, quia om-
Tex. 17. nis potentia paſſiua materiæ eſt contradictionis 9. huius; ſed ignis non eſt potentia contradi-
ctionis ad formam caloris; aliter enim poſset eſſe calidus & non calidus: ergo non eſt poten
tia materię paſſiua ad calorẽ: ergo erit cauſa eius effectiua; et ſic patet efficacia hujus rõnis. B

Secunda ratio eſt ſumpta ex qualitate propria comparata ad aliud ſubiectum ſic, in altera
tione præcedente corruptionem aquæ in ignem introducitur calor; ergo & forma ignis non
perfecta; ergo remiſſa, & ſic habetur propoſitum. Antecedens etiam patet, & conſequentia
Accidẽs proprium nõ eſt ſine propria forma. probatur dupliciter: primo quia nullum proprium accidens eſt ſine propria forma ſui ſubie
cti, vnde corpora in aqua vel aere non tangunt ſe immediate, quia humiditas aeris non eſt ſi-
ne aere, nec aquæ ſine aqua ex 2. de anima ſed calor eſt proprium accidens ignis, & maxime
Tex. 113. calor generatus in alteratione facta ab igne. Secundo, quia eadem ratione totus calor igneus
poſſet eſſe in aqua ſine forma ignis, quod videtur omnino extra rationem; conſequẽtia prin-
cipalis probatur, quia formę ſpecifice repugnantes impoſſibile eſt, quòd ſint in eadem mate
ria ſecundum eſſe intenſum; ergo habent ibi eſse ſecundum eſse remiſsum, puta forma aquę
& forma ignis.

Tertia ratio eſt; omne quod mutatur partim eſt in termino à quo, & partim eſt in termi-
Tex. 32. no ad quem, vt docet Ariſt. 6. phyſi. ubi gloſsat Auer. hoc verificari in quatuor generibus;
Quod mouetur eſt diuiſibile. & per conſequens in mutatione ſubſtantiali, aliter non eſset niſi in tribus; tunc quærit ly, par C
tim & partim, aut accipitur pro diuiſibilitate formę, ſecundum quam eſt motus, aut pro di-
uiſibilitate ſubiecti, quod mouetur; ſi conceditur primum, aſserit ſe habere propoſitum, ꝙ
forma ſubſtantialis eſt diuiſibilis; ſi autem ſecundum, tunc dicit propoſitionem Philoſophi
eſse falſam, quia illa pars mobilis ſit. A. puta pedalis, illud A. permutatur, & tamen ſecundũ
rem non eſt partim ſub utroque termino, ſed in altero ſolum; tum quia contingit aliquod
Tex. 23. totum ſimul alterari ex 8. phyſi. igitur in tali alteratione partim & partim non poſsunt ac-
cipi ex parte mobilis. Addit, quia tunc Ariſt. peteret principiũ, vult enim ibi probare, quòd
omne mobile ſit diuiſibile; nã ſi mobile habet partim & partim, ergo eſt diuiſibile. Vltima rõ
pro hoc puncto eſt iſta, omnis perfectio, quæ poteſt numerari in pluribus, maiorem perfe-
Cap. 1. ctionem dicit in pluribus, quàm in vno, ſecundum Auguſt. 4. de trini. ſed forma ignis eſt nu
merabilis in pluribus indiuiduis: ergo &c. ſi igitur duo ignes iungantur & fiant vnus,
quis deberet ambigere, quòd ille vnus ignis perfectiorem & intenſiorem formam ha-
beat, quàm duo, nam duo perfecta perfectius aliquid ponunt, quàm vnum tantum ceteris
paribus. D

Secundum punctum, quod iſti dicunt eſt hoc, forma ſubſtantialis naturalis eſt actu exten
ſa habens partem extra partem; quod ita probant, omnis forma, quæ non reſpicit materiam
indiuiſibiliter, extenditur ad extenſionẽ materię & habet partẽ extra partẽ; ſed quædã forma
ſubſtantialis naturalis eſt huiuſmodi: ergo &c. maior patet, quia de anima brutorum, de qui-
Tex. 20. bus forte minus videtur, dixit Ariſt. 2. de anima, ꝙ diuiditur ad diuiſionem corporis, ſicut in
Proprietas animalis anuloſi quæ eſt. ducit in animalibus anuloſis, quæ diuiſa in partes ſentiunt, & mouentur, & per conſequens
anima diuiditur in eis, & dicũt hoc punctũ intelligi debere de forma ſubſtantiali naturali, q̃
eſt educibilis per naturam de ſinu materiæ ad excludendam animam rationalem, quia illa nõ
eſt extenſa, nec diuiſibilis in eſſentia.

Vltimum punctum eſt hoc; generatio formæ ſubſtantialis eſt ſucceſſiua, hoc deducunt ex
prædictis, quia cum forma ſubſtantialis habeat gradus, & ſit extenſa habens partem extra
Tex. 6. partem, non poteſt induci in inſtanti. Addunt etiam ex definitione motus data ab Ariſt. 3.
Generatio quid eſt. phyſi. vbi exemplificatur de generatione & corruptione, quia ſcilicet generatio eſt actus ge-
nerabilis inquantum generabile; & corruptio actus corruptibilis inquantum corruptibile;

nunc

A nunc ſic, omnis motus eſt ſucceſſiua tranſmutatio; ſed generatio eſt motus, ex 3. phyſi. ergo eſt ſucceſſiua tam generatio, quàm etiam corruptio. Et ſi quis diceret ad iſtam ratioñe, quòd Ariſt. locutus eſt. 3. phyſi. de motu communiter ſumpto pro omni mutatione, ſed in 5. phyſ. diuiſit eũ in ſpecies, & ibi ſeparauit generationem à motu, probans, quòd generatio, quę eſt à non ſubiecto in ſubiectum, non eſt motus, qui eſt à ſubiecto in ſubiectum. Arguunt contra, quia ſtante hac reſponſione ſequitur, quòd vſque ad locum illum, vbi diuidit mutationem in ſuas ſpecies, loquatur de mutatione communiter; ſed prius ante illam diuiſionem in principio 5. lib. phyſi. & etiam in hoc libro aſſerit Philoſophus, quòd in omni motu requiritur tempus: ergo in omni mutatione, & ſic omnis mutatio erit ſucceſſiua & temporanea. Tex. 7. Motus fit in tempore.

Quoad ſecundum arguo opiniones iſtas non poſſe ſtare, & primo contra opinionem Auerr. probando falſum eſſe, formas elementorũ gradualiter diuidi, quia ſi formæ elemẽtorũ intenduntur & remittuntur; quæro, ant eſt alia & alia numero, aut ſemper eſt eadẽ numero forma ignis, quando intenditur & remittitur, ſi alia & alia numero, tunc indiuiduum ſubſtantiæ non duraret, niſi per inſtans, quod eſt contra Ariſt. 8. phyſi. ſi autem ſit eadem nu- Tex. 65.
B mero ſemper, tunc ſecundus gradus materiæ ipſi ſuperueniens nõ daret illi eſſe ſimpliciter; & ſic nõ eſſet ſubſtantia: ſimiliter per generationem nihil noui acciperetur, quod eſt falſum. Pręterea ſi formæ elementorum intenderentur & remitterentur: tunc haberent gradum & gradum; ſed hoc eſt falſum: igitur falſa eſt poſitio iſtorum: probatur falſitas, quia vel ambo gradus eidem puncto materię darent eſſe ſimpliciter idẽ omnino, vel quilibet daret ſuũ eſſe ſimpliciter, & aliud & aliud; nõ idem eſſe ſimpliciter, quia tunc dũ materia perderet vnum gradum, ſimul perderet omnes; ſi autem aliud atque aliud, tunc materia per vnam formam elementi ſemper haberet multiplex eſſe ſimpliciter. Deinde, ſi formæ elementorum eſſent intenſibiles & remiſſibiles: igitur & earum priuationes eſſent intenſibiles & remiſſibiles, quod eſt abſurdum dicere. Rurſus ſi generationes elementorum eſſent gradualiter diuiſibiles, tunc vnum & idem elementum poſſet dici magis vel minus elementum ſecundum ſuã formam. Poſtremo ſequeretur purũ elementum in ſua ſphæra non eſſe ſimpliciter graue, vel leue; conſequentia deducitur, quia elementum in ſua ſphæra continue à ſuo vicino in primis qualitatibus remittitur, & ita ignis in ſua ſphęra poſſet eſſe non ſimpliciter leuis, & Formę elementorũ nõ habent gradus. Elementum in propria ſphęra eſt purum.
C terra non erit ſimpliciter granis.

Contra illud aliud, quod aſſerit Zimara de mente Auerr. quòd formę elementorum ſunt mediæ inter ſubſtantiam & accidens: arguitur ſic, inter affirmationem & negationem nullo pacto poteſt inueniri mediũ, vt ſcribit Ariſt. 1. poſter. ſed ſnbſtantia & accidens ſe habent vt affirmatio & negatio: igitur nnllum datur medium inter ſubſtantiam & accidens; omnis enim ſubſtantia ſiue ſit perfecta ſiue imperfecta, non eſt in ſubiecto: ergo ſequitur formas elementorum nnn eſſe medias inter ſubſtantias & accidentia. Præterea & fortius argumentatur; nam medium debet eſſe inter extrema, quæ ſint eiuſdem generis; ſed ſubſtantia & ipſum accidens non ſunt eiuſdem generis: ergo vanum eſt dicere dari formas ſubſtantiales medias inter ſubſtantiam & accidens. Nec valet ſi dicatur, qnòd hæc ratio concludit de medio per participationem, non autem de medio per aſſimilationem, qno pacto ſnnt formę elementorum; quia hæc reſponſio contradicit Auerr. 3. cęli, vbi vult formas elemẽtorũ eſſe diminutas & miſceri ad inuicem: propterea ex eis fit forma mixti, vnde miſcentur ſicuti albedo & nigredo, ex quibus fiunt colores medii, qui dicuntur medii per participationem, Arguitur Zimara. Tex. 5. Medium duplex eſt. Com. 67.
D ita etiam formę elementorum dicuntur media per participationem, & non per aſſimilationem, vt perperam imaginati ſunt Auerroiſtæ.

Contra ſecundã opinionẽ, quæ eſt cuiuſdã Recentioris arguo ſic, primo contra primũ pũctũ, in quo dicebat formam ſubſtãtialẽ habere gradus &c. quia oĩs forma ſuſcipiens gradus, qui ſunt modi intrinſeci, vt docuit ipſe 8. hnius, ſuſcipit magis & minus; ſed nulla forma põt ſuſcipere magis & minus, vt docuit Auctor ſex principiorũ, & etiam Ariſto. in prædicamentis: igitur falſum eſt primum punctum ipſius. Nec valet reſpnnſio diſtinguens de forma, quam dupliciter dicit poſſe conſiderari. Vno modo ſecundum eſſe ſpecificum, & ſic abſtrahit ab omni gradu, & hoc pacto gloſſat Auctorem in librn de cauſis, & Ariſt. in prædicamentis: Alio modo aſſerit formam poſſe perpendi ſecundnm eſſe indiniduale, & ſic vult ipſam habere gradus indiuiduales & eſſentiales, ſecundum quos dicit intrinſece participari. Quæſt. 3. Cap. de ſubſtantia. Forma dupliciter conſideratur.

Contra iſtam reſponſionem arguitur ſic, quia Philoſophus 8. huius ponit differentiam inter formã ſubſtantialem & accidentalem, nam forma ſubſtantialis non poteſt intendi & remitti, ſeu habere gradus; forma antem accidentalis poteſt habere gradus; hęc differentia non poteſt intelligi quãtum ad eſſe ſpecificum, quia in hoc conueniunt: ergo debet intelligi quo- Tex. 5.

ad

A quo dictum eſt, ſcilicet ratione diſpoſitionum, conceditur, ſi autem intendat ratione formæ ſubſtantialis, non acceptamus ſuum dictum, cum ſit contra Alexandrum, & alios illuſtres expoſitores in 6. phyſic. & ſic non ſequitur Ariſt. petere principium. Tex. 91.

Ad vltimam rationem in qua dicebatur, omnis perfectio, &c. dicimus non concludere formam ſubſtantialem intendi & remitti, ſed tantum vnam eſſe perfectiorem altera, ſicuti etiam perdocte aſſerit Arcangelus Mercenarius in ſuis dilucidationibus, vbi ſoluit hanc rationem: & probat formam ſubſtantialem ſiue perfectam ſiue imperfectam non habere gradus eſſentiales, quia eſt contra Ariſt. aſſerentem ſubſtantiam non ſuſcipere magis & minus: & impugnat reſponſionem gloſſantis Ariſt. volentis intelligi dictum eius ſecundum eſſe ſpecificum & quidditatiuum, quia hoc eſſe non poteſt, nam ea in parte Philoſophus contradiſtinguit ſubſtantiam à natura accidentali penes ſuſcipere magis & minus, quia natura accidentis ſuſcipit magis & minus, natura ſubſtantiæ ſecundum totam latitudinem ſuam, ſiue ſit perfecta, ſiue imperfecta contra Auerr. ſiue ſit ſpecifica, ſiue indiuidua, nullo pacto intenditur, cum quælibet conſiſtat in indiuiſibili, & hanc veritatem S. Thom. Auicen. & Porphy. cognouerunt, licet operatio formæ ſubſtantialis intēdatur & remittatur, ſed id prouenit ratione materiæ, in qua operatur, & ratione inſtrumenti ſibi inſeruientis, & in hoc bene dicit Arcangelus. Sed decipitur in recitando rationem S. Thom. quam adducit contra Auerr. ſuper 1. de generatione; vtitur enim S. Thom. hac ratione ibi, ſi formæ elementorum intenderentur & remitterentur: igitur ſucceſſiue acquirerentur: ergo per motum, igitur ad ſubſtantiam eſſet motus contra Philoſophum 5. phyſi. vbi negauit ad ſubſtantiam eſſe motum. Reſpondet Arcangelus huic rationi S. Thom. dicens, quòd non concludit, ſed peccat per fallaciam conſequentis, quia ad conſtituendam rationem motus, non ſufficit ſucceſſio, ſed requiritur ſubiectum in actu. Bone Deus et quis non videt, quòd multa requiruntur ad motum? & terminus à quo, & terminus ad quem, & mobile, & mouens, & agens, & ſpatium, & tempus, vt latius ſcripſit Ariſt. 5. phyſi. nihilominus vbicunque eſt ſucceſſio, ibi neceſſario ſunt omnia iſta, propterea S. Thom. non curauit de annexis: & ratio eſt demonſtratiua contra Auerr. propterea in hac ſolutione (pace ſua dixerim) valde allucinatus eſt ipſe Arcangelus.

Laudatur Mercenari⁹

B Tota natura ſubſtātię cōſiſtit in indiuiſibili.

Tex. 24.

Tex. 10.

Tex. 8.

Efficacia rationis contra Auerr.

Contra ſecundum punctum in quo habēt, quòd forma ſubſtantialis naturalis, &c. hoc videtur eſſe irrationabilius quàm opinio Auerro. de formis elementorum, quia ipſe ponit formas ſubſtantiales perfectas excepta anima rationali ſuſcipere magis & minus; & habere partem poſt partem, cum Ariſtot. 1. de anima probās intellectum eſſe ſubſtantiam, & non corrumpi, dicat, quòd ſi corrumperetur, maxime corrumperetur ab ea debilitate, quæ eſt in ſenio, hoc autem, inquit, non contingit, ſed ſibi accidit, ſicut virtuti ſentienti & potentiæ viſiuæ, quæ quidem in ſenio ſecundum ſubſtantiam non imminuitur neque remittitur, ſed ſi quippiam patitur, ita vt deterius operetur hic, ſibi contingit ratione organi male diſpoſiti; vnde inquit, ſi ſenex acciperet oculum, & organum iuuenis, videret vt iuuenis, qua in parte ſatis aperte oſtendit Philoſophus, quòd ſicut anima rationalis conſiſtit in indiuiſibili, & ſecundum ſubſtantiam non intenditur, neque remittitur, ita etiam anima ſenſitiua, quòd ſi anima ſenſitiua intenderetur & remitteretur, vt docent exteri, tunc anima ſenſitiua non ita ſe haberet, ſicut anima intellectiua, quoad intendi & remitti, quia anima intellectiua in indiuiſibili conſiſteret, & non intenderetur, & remitteretur; virtus autem ſenſitiua intenderetur & remitteretur, Adde quòd falſum eſſet, quod inquit Philoſophus, quòd ſi ſenex acciperet oculum & organū iuuenis, videret vt iuuenis, quia ſi continue remittitur; etiam ſi ſenex acciperet organum iuuenis non eam operationem exerceret, nec ita videret, ſicut potentia viſiua iuuenis, quæ intenſior eſt, itaque non ſolum anima rationalis in indiuiſibili conſiſtit, nec intenſionem & remiſſionem ſubiit, ſed vnaquæque forma ſubſtantialis perfecta contra doctrinam exterorum.

C Tex. 65.

Si ſenex haberet oculū iuuenis quid faceret.

D

Præterea ſi forma ſubſtantialis, ſiue perfecta ſiue imperfecta ſuſciperet magis & minus, ſequeretur ipſam eſſe minoris entitatis & perfectionis, quàm figura, quę eſt qualitas ipſius ſubſtantię; ſed hoc eſt irrationabile dictum; igitur & irrationabile eſt punctum hoc ſecundum poſitum ab ipſis: conſequentia probatur, quia illud quod intenditur & remittitur, habet multum vicinari naturæ materiæ, vt ſcripſit Auerr. 8. phyſi. ſi ergo figura non intenditur neque remittitur: ergo ipſa erit magis eleuata à natura materiæ & ab imperfectione; & per conſequens ſequitur formam ſubſtantialem eſſe minoris entitatis & perfectionis, quàm ſit figura. Hoc etiam inconueniens ſequitur ad doctrinam Auer. circa formas elementorum. Nec valet reſponſio Zimarę in theorematibus ſuis aſſerentis, figuram aſſociari ſeu aſſimilari formis ſubſtantialibus perfectis in hoc, quia ſicuti illæ non recipiunt diuiſionem ſecundum magis & minus, ita nec figura; nam ego arguo contra; quia formę elementorum magis aſſimilantur

Nulla forma ſubſtantialis ſuſcipit magis & minus.

Com. 78.

formis ſubſtantialibus perfectis, cum reponantur in eodem prædicamento, quàm figuræ, quę A
Figuræ non recipiũt magis & minus
ſunt diuerſi prædicamenti à formis ſubſtantialibus; ſed figuræ non recipiunt magis & minus, ergo à fortiori nec formæ elementares; aliter, vt dictũ eſt, figura eſſet perfectius & magis ens, quàm forma elementaris. Et ex iſtis ſoluitur argumentum, quod adducebant exteri pro hoc ſecundo puncto, quia maior propoſitio, quæ dicebat, omnis forma, quæ non reſpicit materiam, &c. cum ſit vniuerſalis eſt falſa; quandoquidem quantitas dimenſiua in introductione formæ ſubſtantialis, in qua fit reſolutio vſque ad materiam primam, introducitur in materia vltimate diſpoſita in inſtanti, & non ſucceſſiue, & tamen talis forma eſt extenſa: minor etiam illius rationis quæ erat; ſed quædam forma ſubſtantialis &c. eſt falſa; quia diuiſibilitas extenſionis alicuius formæ non arguit diuiſibilitatem gradualem intenſionis, quandoquidem licet vna quantitas ſit maior altera, non tamen eſt magis quantitas; aliud enim eſt ſuſcipere maius & minus extenſiue, & aliud eſt ſuſcipere magis & minus intenſiue: propterea hęc ratio non
Gigans non eſt magis q̃ Pygmeus.
valet, Cæſar eſt maior homo, quàm Pygmeus, non tñ ſequitur, ergo eſt magis homo. Et ad dictum Ariſt. in 2. de anima de animali anuloſo, dicitur, quòd licet talis forma ſit extenſa, tamẽ
Tex. 10.
non dicitur intenſior vel remiſſior in vna parte, quàm in altera. Et quando ſubdit, quòd diuiſo tali animali, tunc diuiditur anima, tanquam in partes integrales, dicimus hoc non eſſe verum, quia in corpore talis animalis eſt vna anima in actu: & ſunt plures animæ in potentia, quæ potentia poteſt reduci in actũ per vnicum actum diuidentis, ſi debite fiat diuiſio, ſicut ſi potteſtur vna aqua in actu in vno magno vaſe, quę ſit magnæ quantitatis, erit actu vna forma ſubſtantialis in tali aqua, ſed ſi vna pars aquæ ſeparetur à tota aqua, erit ibi vna noua forma ſubſtantialis in illa aqua in actu, quæ prius erat in potentia, ſed nõ eſt pars formę totalis aquę, B
Diſcrimẽ inter Animalia perfecta & imperfecta.
& inde eſt quòd in animalibus imperfectis poteſt fieri reductio potentiæ ad actum per vnicũ actum, non autem in animalibus perfectis, quia animalia perfecta requirunt debitam, proportionatam, & maiorem organizationem, vt introducatur anima. Adde, quòd poſito animã animalis anuloſi eſſe diuiſibilem in partes, non ſequitur, ergo quælibet forma ſubſtantialis
Fallacia conſequentis quæ ſit.
naturalis animalis eſt diuiſibilis, ſeu habet partem & partem; committitur in hac ratione fallacia conſequentis, arguendo ab inferiori ad ſuum ſuperius cum diſtributione ſuperioris, vt ſi argueretur hoc pacto; homo currit; ergo quilibet homo currit: hic enim modus arguendi eſt deriſibilis. C

Contra tertium punctum, in quo dicitur, generationem formæ ſubſtantialis eſſe ſucceſſiuã, arguitur ſic; ſi generatio eſſet ſucceſſiua; aut talis ſucceſſio eſſet ex parte materiæ; aut ex parte formę; ſed neutro modo eſſe poteſt: ergo falſum eſt punctum propoſitum ab ipſis: probatur minor, primo ex parte materiæ, quę ſubiicitur in generatione, quia ipſa eſt indiuiſibilis; ſecundo ex parte formæ, quæ per talẽ generationem acquiritur, quia ipſa quoque eſt inuariabilis, & ſimpliciſſima iuxta decretum Auctoris libri ſex principiorum, forma etiam ſe habet
Tex. 10.
veluti vnitas in numeris; ſicut ergo in numeris, vt ſcribitur 8. huius, non poteſt aliquid addi vel minui, niſi varietur ſpecies numeri, ita neque formæ ſubſtantiali poteſt ſucceſſiue aliquid addi vel remoueri remanente eadem ſpecie. Nec valet reſponſio exterorum aſſerentium, ſucceſſionem poſſe eſſe ex parte vtriuſque, & cum dicitur de materia, quòd eſt indiuiſibilis, cõcedunt verum eſſe quantum eſt de ſe, tamen dicunt eſſe diuiſibilem per accidens ratione quãtitatis. De forma quoque diſtingunt, quæ ſecundum eſſe ſpecificum dicitur ſimplex & indiuiſibilis; & ſic intelligunt Ariſt. & Auctor in libro de cauſis. Alio modo conſideratur forma ſecundum eſſe indiuiduale, & ſic habet gradus indiuiduales eſſentiales, ſecundum quos poteſt D
Debilitatur hic doctrina exterorum.
intrinſece participari. Sed argumentor, ipſos valde allucinari in hac reſponſione; nam talis quantitas ratione cuius materia dicitur per accidens diuiſibilis, aut in primo ſigno introductionis formæ remanet eadem in numero indiuiduali, aut non; ſi primũ, ſequitur, quòd forma ſubſtantialis adueniat enti in actu, & ſic erit forma accidentalis, ſequitur etiam, quòd compoſitio ſecunda, quę dicitur accidentalis, pręcederet compoſitionem primam, quę dicitur ſubſtantialis, & ſic ex introductione formæ ſubſtantialis non fieret vnum per ſe, quod eſt
Tex. 4.
contra Ariſt. 2. de anima; ſi autem dicatur ſecundum, quòd talis quantitas in illo ſigno non remanet eadem in numero indiuiduali, ſed corrumpatur; ſequitur quòd in tali ſigno materia nõ ſit diuiſibilis ratione quãtitatis: de forma autẽ ſubſtantiali, ſiue perfecta, ſiue imperfecta, ſiue ſecundum ſe, & ſecundum eſſe ſpecificum, ſiue vt indiuidua conſideretur, dictum eſt, ꝙ nullo pacto intenditur, & remittitur, ſed quælibet conſiſtit in indiuiſibili, & in hoc diſtinguitur à natura accidentali, quę habet latitudinem graduum, ſecundum quos à ſubiecto ſecundũ
Com. 71.
eſſe intenſius & remiſſius participatur. Pręterea arguitur ex Auerr. 4. phyſ. vbi docet ſucceſſionem in motu eſſe vel ex reſiſtentia mobilis ad motorem, vel medii ad mobile; ſed in gene-

A generatione, ſecundum quòd diſtinguitur contra alterationem præuiam, aut concomitantẽ,
non poteſt dari talis ſucceſsio: ergo eſt inſtantanea: probatur minor, qui non poteſt eſſe pri-
mum, cum mobile ſit ipſa materia, quæ de ſe non habet vnde reſiſtat, cum forma vniatur ma
teriæ ſumme & vltimo diſpoſitæ: neque etiam poteſt dari ſecundum, quia nullum eſt mediũ
in generatione; tum quia forma immediate vnitur materiæ ex 2. de anima, vbi dicitur, quòd Tex. 4.
non oportet quęrere cauſam vnionis formę cum materia, neque quęrenda eſt cauſa, quare ex
ipſis fiat vnum; tum etiam quia termini generationis ſunt cõtradictorii, vt ſcribitur 5 ph ſ. Tex. 8.
ſi ergo talis ſucceſsio eſſet ex parte medii, tunc inter contradictoria eſſet dare medium con-
tra Ariſt. 10. huius: ergo in generatione nullo pacto datur ſucceſsio, Tex. 15.

Nec eſt ad propoſitum reſponſio aſſerentium talem ſucceſſionem prouenire ratione vtri-
uſque, quia licet materia ſecundum ſe non habeat vnde reſiſtat, tamen, vt eſt ſub forma & di Reſiſtentia
ſpoſitione contraria formæ introducendę, poteſt reſiſtere generanti, & ſic eſt ibi reſiſtentia duplex eſt.
mobilis ad motorem; eſt etiam ibi reſiſtentia medii ad mobile, pro vt diſpoſitio contraria te
net locum medii: & licet forma vniatur materiæ immediate corrupta prima forma, tamen
B prius ex natura rei corrumpitur prima, quàm ſecunda introducatur, & tale prius mediat in
ter formam & formam, termini etiam generationis non ſunt contradictorii, ſed priuatiuę
oppoſiti: Ariſt. autem per eſſe & non eſſe intelligit priuationem & habitum. Hæc enim
reſponſio, vt diximus, non eſt ad propoſitum, quia quando fit generatio, accipiendo genera
tionem ſecundum quòd diſtinguitur contra alterationem præuiam, aut concomitantem, vt
hic diſputamus, materia eſt diſpoſita vltima diſpoſitione ad introductionem formæ, quæ
exiſtens ſub tali diſpoſitione non reſiſtit generanti, immo talis diſpoſitio neceſſitat, vt for-
ma introducatur; inde eſt, quòd talis diſpoſitio vltima vocatur neceſſitas; non enim contra-
riatur formæ, ſed eſt via ad ipſam; vnde in ipſo generari nulla eſt reſiſtentia ex parte materię
ſic diſpoſitæ: talis etiam diſpoſitio non tenet locum medii, quia non contrariatur formę in-
troducendæ, & quia aſſerunt, quòd forma vnitur materiæ immediate corrupta forma præ- Generatio &
uia, ideo habetur intẽtum, quia hic diſputamus de generatione pro introductione formę in introductio
materia vltimo diſpoſita, ſed talis introductio non fit, niſi corrupta prima forma: ergo ſe- formę in ma
quitur, quòd ibi nullum ſit medium. teria.

C Et quando etiam dicunt, quòd prius ex natura rei corrumpitur, &c. hoc dictum eſt con-
tra Philoſophum 6. phyſico. vbi docet, quòd inter prius quodcunque & poſterius in motu Tex. 2.
mediat motus, ſicut etiam inter prius quodcũque, & poſterius in tpe mediat tempus; nam
inter quæcunque duo nunc ſemper datur tempus medium; ſi ergo forma abiicienda prius
corrumpitur, & poſtea ſecluſa quacunque operatione intellectus ex natura rei & phyſice
loquendo generetur forma introducenda, ſequitur, quòd in illo tempore medio, materia
erit abſque forma naturaliter, quod eſt contra omnem philoſophiam. Quando etiam ſub-
dunt, quòd illud prius mediat inter formam & formã, quæritur, quid ſit illud prius; ſi enim
nihil eſt, tunc ibi nullum erit medium; ſi autem eſt aliquid, aut eſt ſubſtantia, aut eſt accidẽs:
ſed primum ipſi negant; ſi concedunt ſecundum, quęritur, illud accidens, in quo ſit ſubiecti-
ue, & quid ſit illud, ratione cuius ipſum prius, quod ipſi ponunt eſſe medium, reſiſtit mobi
li, vel motori; neſciunt aliquid aſſignare, ergo &c. medium etiam eſt in quod primo permu-
tatur, quàm in extremum, vt diximus ſupra: ergo oportebit illud quod generatur, prius per-
mutari ad ipſum prius, quod iſti volunt eſſe medium. Sequitur etiam, prius quòd ipſum
D medium participet ambo extrema, ſcilicet formam & formam, quia medium inter extrema
participat aliquid de vtroque extremorum, vt ſupra docuimus. Quãdo ſubdunt adhuc fal- Medium per
ſum eſſe dicere terminos generationis eſſe contradictorios. In hoc contradicũt Ariſt. Cõm. participatio
rationi, & toti philoſophiæ peripateticę, quia 1. phyſic. & 5. & 1. de generatione, & in omni nem quid ẽ.
fere doctrina Ariſtotelica habemus, terminos generationis eſſe contradictorios, nempe eſſe Tex. 58.
& non eſſe; ex his ergo omnibus concludendum eſt generationem proprie ſumptam, non Tex. 7.
eſſe motum ſucceſſiuum, vt aſſerunt ipſi, ſed mutationem inſtantaneam. Tex. 23.

Vltimo argumentor ſic, introductio luminis in aere ſecundum eos eſt generatio inſtanta
nea: ergo à fortiori introductio formæ ſubſtantialis in materia prima: ergo generatio non
eſt ſucceſſiua, vt ipſi imaginantur. Sed nituntur reſpondere ad hanc rationem dicentes, ae-
rẽ de ſe eſſe diſpoſitum ad ſuſceptionem luminis, materiam autem de ſe non eſſe diſpoſitã
ad ſuſceptionem formæ ſubſtantialis; ſed requiri diſpoſitionem, quæ eſt ſucceſſiua, propterea
dicunt hanc rationem non concludere, introductio luminis eſt inſtantanea: ergo & genera-
tio ſubſtantialis. Sed contra iſtam reſponſionem ita argumentor, quia talis diſpoſitio fit per
alterationem, vt patet 1. de generatione, quæ alteratio eſt motus phyſicus, & ſucceſſiuus: ſed Tex. 14.

generatio in præſenti diſputatione accipitur pro introductione formæ in materia totaliter A
diſpoſita vltima diſpoſitione, ſecundum quòd generatio diſtinguitur contra alterationem: igitur reſponſio data eſt nulla, quia tam generatio ſubſtantialis, quàm etiam introductio luminis preſupponit alterationem. Nec valet ratio ipſorum fundata ſupra definitionem

Tex. 6.

motus traditam ab Ariſt. 3. phyſi. quia ibi locutus eſt Philoſophus de motu in communi, ſecundum quòd ſe extendit ad mutationem inſtantaneam & motum temporalem. Nec etiam valet replica facta contra iſtam reſponſionem, quòd in omni mutatione requiratur tempus, modo generatio eſt mutatio: ergo fit in tempore, & ſic eſt ſucceſsiua, quia dicimus quòd tam

Mutatio quę fit in tẽpore qualis eſt. Cap. 5.

in 5. phyſi. quàm hic, & vbique locorũ, quando Philoſophus dicit, in mutatione requiritur tempus, loquitur de illa mutatione quę dicitur motus phyſicus ſuceſſiuus, & non de mutatione, quæ eſt generatio & corruptio. Diuiditur enim mutatio in mutationem & motum, ſicut in 1. topi. proprium diuiditur in proprium & definitionem, & ſimiliter quantum diuiditur in quantum & quotum, & eſt vniuerſalis regula topica, quòd quando vni membrorum diuidentium non eſt nomen impoſitum, tunc nominatur nomine diuiſi. Poſſumus etiam dicere, quòd Ariſt. accipit ibi tempus, non ſolum pro menſura durationis rei temporalis, ſed B
etiam vt ſe extendit ad principium temporis, videlicet ad ipſum inſtans, ſiue ad ipſum nunc; & hoc modo concedimus generationem fieri in tempore, ideſt in principio temporis. Nec

Nunc aliquando vocatur tẽpus.

eſt mirum, ſi ipſum nunc dicimus vocari aliquando tempus, quia eſt commune dictum philoſophourm, de tempore non habemus niſi nunc.

Quoad tertium reiectis opinionibus Aduerſariorum in hac materia; ſolutiſque eorum rationibus, dilucidanda eſt veritas huius negocij. Pro cuius intelligentia ſciendum eſt primo, quòd motus ſumitur dupliciter. Primo pro omni actione tranſeunte, ſiue ſit ſucceſſiua, ſiue inſtantanea, quæ eſt terminus ſucceſſiue mutationis; & dicitur motus communiter ſiue vniuerſaliter, vnde in hoc ſenſu, & generatio & corruptio dicuntur motus; quo pacto contẽ-

Tex. 6.

platus eſt ipſum definitiue Ariſt. 3. phyſi. Secundo ſumitur motus pro tranſmutatione ſucceſſiua, cuius ſubiectum eſt ens actu, & terminus eſt diuiſibiliter acquiſibilis & dicitur motus

Motus præſſius quid ẽ.

proprie & contracte, ſeu præſſius; & in hoc ſenſu diſtinguit Philoſophus 5. phyſi. mutationem in generationem, corruptionem, & motum, tanquam in ſpecies oppoſitas; & differt motus ſic acceptus à generatione non ſolum ex ſubiecto nec ſolum ex termino, quia ſcilicet C
ſubiectum generationis eſt ens in potentia, & ſubiectum motus eſt ens actu, & terminus generationis eſt ſubſtantia, terminus autem motus eſt accidens, ſed quia terminus generationis eſt indiuiſibilis & indiuiſibiliter acquiritur, & ex conſequenti non ſucceſsiue; terminus autem motus eſt diuiſibilis & ſucceſsiue acquiſibilis; & ex hoc habet ipſe motus, quòd diſtinguatur tanquam ſucceſsiuam ab inſtantaneo à generatione ipſa.

Secundo eſt notandum, quòd generatio præcipue formæ ſubſtantialis tripliciter accipi

Generatio tripliciter accipitur.

poteſt. Primo modo præſſius pro introductione formæ inſtãtanea, qua in materiá ſumme diſpoſitam introducitur ipſa forma. Secundo modo pro tota alteratione præcedente talem introductionem formæ, quæ eſt in animali, quouſque ipſum ſit perfecte conſtitutum in ſua ſpecie. Tertio & vltimo communiſsime capitur ipſa generatio pro tota alteratione animalis inchoante à tempore in quo recipitur ſperma à matrice, donec fœtus ipſe inde genitus pariatur.

Varię ſentẽtiæ de intenſione & remiſsione formarum.

Tertio ſciendum eſt, quòd circa intenſionem & remisſionem formarum fuerunt quatuor opiniones apud philoſophos, vt narrat Simplicius in cõmento prædicamẽ. Plotinus enim & D
Alii Platonici ponebant ipſas qualitates ſuſcipere magis & minus, propter hoc, quòd erant materiales; & ex hoc habebãt indeterminationem quandam propter materiæ infinitatem. Alii vero in contrarium ponebant, quòd ipſæ qualitates & etiam habitus ſecundum ſe non recipiebant magis & minus; ſed qualia dicuntur magis, & minus ſecundum diuerſam participationem, puta quòd iuſtitia non dicatur magis & minus, ſed inſtum: & hanc opionem tá-

Cap. de qualitate.

git Ariſt. in prædica. Tertia fuit opinio Stoicorum media inter has; poſuerunt enim, quòd aliquæ formæ & habitus ſecundum ſe recipiãt magis & minus ſicuti artes; quædam autem non, ſicut virtutes. Quarta opinio fuit quorundam dicentium, qualitates & formas immateriales non recipere magis & minus, materiales autem recipere.

Inter modernos adhuc eſt diſcordia circa augmentum formarum & habituum, quia Sco-

diſt. 17. q. 5. q. 5. & 7.

tus 1. ſentẽ. voluit augmentum fieri per aduentum nouæ qualitatis, corrupta priori minus intenſa, quam opinionem ſequutus eſt etiam Durandus eodem libro. Secunda opinio fuit Nominalium Pariſienſium, qui aſſerebant intenſionem fieri per additionem formæ ad formam præcedentem & per additionem gradus ad gradum, itaque ſi ſit aliqua forma acciden-

taria,

A tatia, vt calor in aqua intenditur per hoc, quòd alia forma vel alius calor inducitur, qui facit vnum cum calore prius exiſtẽte in eadem parte ſubiecti; & remiſſio fit oppoſito modo. Tertia opinio eſt, quam ego ſequor, iſtam intenſionem fieri per maiorem radicationem formę in ſubiecto, vel per hoc, quòd à ſubiecto magis participatur; aut per hoc, quia dat perfectius eſſe ipſi ſubiecto. Sententia authoris.

Vltimo ſciendum eſt, quòd tam formæ accidentales, quàm habitus ſcientifici dicuntur augeri intenſiue & extenſiue; intenſiue, quando magis perficiuntur & confirmantur circa idẽ; extenſiue, quando ad plures effectus ſe extendunt, & ſic augeſcunt per additionem, nõ quòd fiat additio formę ad formam, aut luminis ad lumen, ſed quia fit additio obiecti ad obiectũ. Et ſi quis inſtaret contra iſtam opinionem, quærendo de igne intendente in calore, vel aliquid efficit, vel nihil; ſi primo modo, ergo producit nouum calorẽ, & ſic fit additio graduũ, ſi nihil efficit, hoc eſt incredibile, quòd perficiat calorem, nihil efficiendo. Sed ad hoc argumentum ſunt aliqui, qui dicunt, in his qualitatibus inexiſtentiam diſtingui ab eſſentia, atque inhærentiã magis ac magis perfici qualitate permanente inuariabili. Alij vero dicunt B iſtam inhærentiam corrumpi, & aliam de nouo produci magis perfectam, quando augetur qualitas. Sed vera ſolutio eſt, ignem aliquid efficere cum intendit calorẽ, & non quidem producere nouũ calorem, ſed facere calorem magis inhęrere, & magis radicari in ſubiecto, & hic eſt ſtatus, & finis controuerſię: ſicut enim eſſe album nil aliud eſt, quàm albedinem informare ſubiectum, ita eſſe magis album nil aliud eſſe, quàm albedinem magis informare ſubiectum.

Iſtis ſic ſtantibus ponitur prima concluſio talis. Diuiſibilitas extenſionis in forma ſubſtantiali non arguit diuiſibilitatem gradualem; iſta concluſio eſt contra exteros, non diſtinguentes inter vnum & alterum; licet enim forma animalis anuloſi ſit extẽſa, ſicut forma albedinis in ſubiecto, tamen non dicitur intenſior & remiſſior in vno, quàm in altero; & nõ quęlibet diuiſio ſtat cum ſubſtantia ipſa, ſed ſi diuidatur in latus, & non in tranſuerſum & in lõgum, tunc temporis in tali diuiſione non ſaluaretur forma vitalis propter corruptionem partium, quæ ſunt loco cordis; & tamen Scotici indifferenter loquuntur de omnibus animalibus brutis, quod tamen non eſt verum; quia in perfectioribus manifeſtum eſt ad eorum diC uiſionem ſequi corruptionem, & hoc eſt, quia tales animæ requirunt maiorem organizationem. Non quælibet diuiſio ſaluat formã animalis.

Secunda concluſio eſt. Forma ſubſtantialis non acquiritur per motum: probatur, quia in motu ſemper eſt forma fluens; ſed forma ſubſtantialis non poteſt eſſe fluens; cum non ſuſcipiat magis & minus, vt declaratum eſt ſupra: igitur concluſio vera. Forma ſubſtantialis nõ eſt fluens.

Tertia concluſio. Nulla forma ſubſtantialis eſt intenſibilis intenſione proprie dicta: probatur, quia ad intenſionem proprie dictam tria requiruntur. Primo, ꝙ res ſortiatur ſpeciem à tali forma. Secundo, ꝙ illamet forma numero ſit apta diuerſimode actuare ſuum ſubiectũ, ſcilicet modo imperfecto, deinde perfectiori & perfectiori, ſecundum quod ab agente magis & magis reducitur de potentia ad actum. Tertio, quòd ſit diuiſibiliter acquiſibilis per motum; ſed quælibet forma ſubſtantialis conſtituit id cuius eſt forma in propria ſpecie, nec eſt apta diuerſimode actuare materiam; cum non habeat gradus intrinſecos eſſentiales, nec eſt acquiſibilis per motum, ſed per inſtantaneam tranſmutationem ſubſtantialem: ergo ſequitur, nullam formam ſubſtantialem eſſe intenſibilem intenſione proprie dicta. Ex hac D concluſione ſequitur corollarium. Non inconuenit formas ſubſtantiales intendi & remitti intenſione communiter dicta, ad hunc videlicet ſenſum, quòd inter formas ſubſtantiales eiuſdem ſpeciei vna ſit perfectior alia, quia per operationes iudicandum eſt de ſubſtantiis rerum; ergo penes diuerſitatem qualitatum & operationum iudicandum erit de diuerſitate vel qualitate ſubſtantiæ; ſed hominum operationes ſunt valde diuerſæ, quia multis perfectiſſimę, aliis autem imperfectiſſimę operationes inſunt: ergo ſic erit de animabus, alię animæ hominum erunt perfectiores quibuſdam animabus aliorum hominum. Hanc veritatem cognouit Ariſt. 2. de anima, vbi ponit virtutes miniſtrantes intellectui non eſſe æque diſpoſitas in omnibus, & quorum melior eſt diſpoſitio, horũ maiorẽ eſſe vim ad opus intellectus; ex conſequenti ad animam ipſam intellectiuam. Hanc quoque veritatem docuit S. Auguſtinus 83. quæſt. Eandem docuit S. Tho. 1. p. & etiam in 2. ſenten. vbi ponit diuerſitatem & diſtinctionem graduum in animabus cauſari ex diuerſitate corporis, vt quanto corpus melius complexionatum fuerit, nobiliorem animam ſortiatur; cum omne, quod in aliquo recipitur per modum recipientis ſit receptum; hinc eſt commune prouerbium, Formarum ſubſtãtialiũ altera altera perfectior eſſe poteſt. Tex. 155. quæſt. 5. q. 85. ar. 7. diſt. 32. q. 2. ar. 3.

quod docuit Ariſt. eos, qui ſunt boni tactus & molles caroe, eſſe aptos mente; eandem ſenten A
Com. 53. tiam docnit Auer. 1. de anima, quia diuerſitas materiæ ex diuerſitate formę procedit, & quia
io hominibus ex parte corporis videmus magnam diuerſitatem, ſecundum quam vnus alio
ad bonum & malum promptior eſt, & ſic oportet etiam inæqualitatem animarum in eis re-
Quæſt. 15. periri. Hoc etiam voluit Gerard. de Carme. doct. grauiſsimus in prolixa quæſtione quarti
quolibeti, vbi reprobatis variis & diuerſis modis de cauſa intenſionis & remiſſionis in for-
Articulus Pariſiẽſis de nobilitate animę Chriſti. mis, tandem deuenit ad iſtam ſententiam, quam confirmat auctoritate Epiſcopi Pariſienſis,
qui determinauit errorem eſſe dicere, animam Chriſti non eſſe nobiliorem, & ſuperiorem
anima Iudæ. Hanc etiam ſeutentiam tenuerunt & tenent illuſtriores Thomiſtæ. Vnde Caie
tanus in 1. p. S. Tho. illos, qui contrariam ſenteotiam ſubſtineut, cęcos, & aberrantes à verita
Quæſt. 85. ar. 7. te appellat; propterea non eſt audiendus Quidam Neotericus, qui in quęſtionibus ſuis ha-
bitis ſuper tertium de anima, auſus eſt dicere ſententiam Caietani eſſe periculoſam, & nullo
Quęſt. 18. modo ſubſtioendam. Hoc autem dictum non eſt dignum tanto viro, veritatem derelictam
nobis à tot Patribus, non eſſe ſubſtinendam, & eſſe periculoſam; ſed puto eum noo vidiſ-
Diſt. 32. q. 1. ſe Capreolum 2. ſent. vbi efficaciſſimis rationibus, & auctoritatibus docet hanc veritatem cõ B
tra Durandum, & Bernardum de Gãnaco. Et ex hoc reprehendendus etiam eſt Marcus An-
Theore. 54. tonius Zimara in theorema. ſuis, vbi voluit docere hanc veritatem non eſſe peripateticam, &
tamen nos oſtendimus eſſe de meute Ariſt. & Auer. quia animæ vniuotur corporibus, vt eo-
rum formæ proportionatæ, actus enim actiuorum ſuot in patieote bene diſpoſito; hęc enim
eſt doctrina peripatetica, quam tñ negat ipſe; nam ſi verum eſt animas indiuiduari ex reſpe
ctu tranſcendentali; quem habent ad corpora, quæ informant; & corpora informata quæ-
dam eſſe aliis perfectiora ſubſtãtialiter, habetur intentũ, quia etſi ſubſtantia ſpecifica ſit voa,
indiuidualiter tamen corpus vnius præſtat alteri io perfectiooe, nempe ex ſenſus viuaci-
tate, & ex complexionis maiori temperamento; quocirca animæ quoque ipſæ erunt indi-
uidualiter aliæ aliis magis perfectæ; nam diuerſa ſubſtantialis indiuiduatio corporum pariet
quoque diuerſam indiuidualem & ſubſtantialem animarum perfectionem.

Hanc veritatem cum eſſem lector in cœnobio Ciuitatis Capuanæ eamque exponens di-
ſcipulis meis, adfuit inter eos vnus præſtantiſſimo ingeoio præditus nomine Angelus de
Magiſter Angelus de Andronicis. Andronicis Venetus, qui modo in Almo Patauii Gymnaſio publice metaphy. profitetur, cor C
roborando concluſionem propoſitam citauit Ariſt. in ſect. 30. problema. vbi ſcribit ipſe Phi
loſophus melancholicos fuiſſe philoſophos clariſſimos Reipub. adminiſtratores dexterri-
mos, poetaſque nobiliſſimos: ex hoc ſequitur non omnes animas eſſe ęquales; quia illæ, quę
non potiuntur hac complexione, non poſſunt tantis dotibus fulgere. Adduxit quoque &
Cap. 8. auctoritatem ſapientiæ, cum eſſet eruditiſsimus & præſtantiſsimus in vtraque philoſophia:
dicit enim ibi ſapientiſsimus Salamoo. Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum ani-
mam bonam; & cum eſſem magis bonus, veni ad corpus iocoioquinatum; ex quibus ver-
bis etiam apparet manifeſte quoſdam ſortiri præſtantiores animas aliis, & ſic non oẽs animæ
Cap. 7. ſunt æquales ex natura indiuiduali. Et 7. polit. quoq; docet Ariſt. Æuropeos non tanto pol-
lere ingenio, quanto Aſiaticos; & Æuropeos oihilominus præpollere viribus exceptis græ-
Cap. 3. cis, qui etiam excellunt ingenii acrimonia. Et Commẽ. Auer. lib. 4. de gener. animalium
docet Corduhenſes Bęticos omues ſuperare viribus ingenii.

Diſt. 32. q. 3. Quod etiam Magiſter ſentent. 2. lib. confirmat, vt dicemus infra, licet Duran. valde laboret
vt poſſit eum adducere ad ſenſum ſuum, aſſerens, nulli eſſe dubium animas omnes inæquales D
eſſe ab origine quoad potentias ſenſitiuas & vegetatiuas, quia vnus perfectius, & clarius videt
& acutius audit, quàm alius: ſed difficile eſt videre, quomodo vna aĩa ſit perfectior altera
quoad intellectum & voluntatem, & non pooere inter eas inæqualitatem quoad earum ſub-
ſtantiam, quia huiuſmodi potentię reſpiciunt eſſentiam animæ, tanquam proprium & per ſe
ſubiectum, cui inſunt inſeparabiliter; vnde ſunt in anima ſeparata ſicut in coniuncta; & ideo
non videtur, quòd in talibus potentiis poſſit eſſe inæqualitas, niſi etiam in ipſis animabus
Opinio Caiet. eſt rationabilis. quoad earum eſſentiam acceptetur inæqualitas. Et ideo hæc opioio Caietani reprobari non
poteſt, cum ſit omni ex parte rationabilis iuxta veram theologiam; quandoquidem æqualitas
vel inæqualitas animarum attendi poteſt ſecundum dona gratuita, & ſecundum dona natura-
lia, iuxta primum ſenſum quis negabit animas omnes eſſe inæquales ab earum origine? nam
dona illa gratuita, cum dependeant ex ſola diuina liberalitate, quæ communicat illa qui-
buſdam, quibuſdam vero non, vt placet, & quibus communicat, communicat æqualiter, vel
inæqualiter ſecundum ſuum beneplacitum; & per hunc modum anima Chriſti ab origine
exceſsit

A exceſſit omnes alias animas in donis gratuitis, quia ab inſtanti ſuæ creationis fuit perfecta
donis gratiæ & gloriæ, quod nulli alij cōceſſum eſt. Hoc etiam modo animę Adæ & Euæ, quę
creatæ ſunt cum originali iuſtitia, fuerunt perfectiores animabus omnium poſterorū; ſi er-
go lex iſta in donis gratuitis reperitur; ergo & in donis quoque naturalibus conueniens eſt,
vt ipſa inueniatur, quòd vna anima iuxta ſententiam Caiet. ſit nobilior altera & perfectior.
Hinc diſſidium quoddam naturaliter videmus eſſe inter duos genitos ex eodem partu, ſi-
cuti inter Iacob & Eſau, qui colluctabantur in aluo ſuæ matris Rebeccæ, vt ſcribitur Geneſ. Cap. 15.
Hanc opinionem quoque confirmat Ricardus de Mediauilla 2. lib. ſentent. motus tum d. 32. q. 1.
quia videmus homines habentes corpora viliora, & peioris complexionis, alijs præſtare
in naturali diſcretione, & naturali affectione, & quantum ad alias bonas inclinationes natu-
rales, quod eſſe non poſſet, niſi illorum animæ nobiliores haberent proprietates natu-
rales, tum quia illa anima, quæ eſt in gratuitis nobilior quocunque Angelo, eſt etiam in
naturalibus nobilior; ſed anima Chriſti eſt nobilior in gratuitis quocunque Angelo, quia ma-
iori capacitati gratiæ maior nobilitas naturę reſpōdet: ergo in naturalibus anima Chriſti ex-
B cedit alias animas. Propterea Dominus Stephanus Epiſcopus Pariſienſis excommunicauit Epiſcopus pariſienſis.
dicentes, animam Chriſti non eſſe nobiliorem alijs animabus; licet hæc ratio non conceda-
tur in doctrina S. Thomæ; quia animabus non dantur gratuita iuxta earum naturalia; ſed tā-
tum Angelis, vt dicemus infra; ſed adduximus ipſam potius pro auctoritate tanti viri, qui
confirmat opinionem Caietani, quàm vt aliquid concludat. Sicuti etiam S. Bonauentura eo- diſt. 32. ſuper literam.
dem lib. confirmat eandem veritatem aſſerens, vnam animam præcellere alterā non ratione
principii ex quo, cum ſit ex nihilo, ſed ratione ſapientiæ conditoris, qui producit omnia ſe-
cundū ordinem debitum; non eſt tamen negandum, quin multum faciat corpus ad exer-
citium illarum habilitatum, quæ animæ in ſui creatione inſunt, vnde bona diſpoſitio corpo-
ris valde expeut, ſicut econtrario mala impedit, propter hoc iudicantur cholerici boni in-
genii, quia anima quantum ad curſum illius habilitatis iuuatur per conuenientem diſpoſi-
tionem ex parte corporis, non tamen eſt ratio principalis hæc ipſius boni ingenii, quia vide-
mus aliquādo homines contrarię complexionis eſſe ingenioſos, & ad diuerſa exercitia aptos:
quoſdam enim ad artes mechanicas; quoſdam ad liberales; alios ad mathematicam; alios ve- Diuerſi homines ad diuerſas artes ſunt inclinati.
C ro ad metaphyſicam; nonnullos ad naturalia; & quoſdam ad rationalia. Et ſi quis quęrat ra-
tionem huius rei, diceret theologus, quòd eſt ex diſtributione donorum Dei, à quo non tan-
tum procedunt gratuita, ſed etiam dona naturalia. Philoſophus vero diceret, hoc eſſe ex di-
uerſa diſpoſitione, & ex parte corporis, complexionis, organizationis, habilitatis, ſingillatio-
nis, coaptationis, & inęqualitatis ipſarum animarum: & hę ſunt rationes, quas adduxit Caie
tanus pro veritate declarata, perperam ergo reprobatur à Recētioribus hęc opinio, quę tot tā-
tiſque rationibus & auctoritatibus doctorum eſt vallata: valeat ergo Michael de Palatio Do-
ctor Granaten. cum ſuis ratiunculis, quas 2. ſentent. contra tantum virum adduxit. Diſt. 32 d. 1.
Vltima concluſio. Generatio & corruptio non ſunt mutationes ſucceſſiuę, ſed inſtātanę:
probatur, ſubiectum mutationis ſucceſſiuæ mouetur & eſt ens in actu; ſed ſubiectum genera- Subiectū generationis nō eſt ens ī actu.
tionis non mouetur, quia non eſt ens in actu: ergo generatio non eſt mutatio ſucceſsiua &
temporanea, ſed inſtantanea: probatur minor, nam licet non ens in actu & ens ſimpliciter
poſsit moueri, tamen non ens ſimpliciter, quod dicitur ſubiectum generationis non contin-
git moueri, quia omne quod mouetur per ſe, eſt in aliquo loco; ſed non ens ſimpliciter ideſt
D ſecundum ſubſtantiam, nuſquam eſt; quia locus ſoli corpori debetur: ergo non ens ſimplici-
ter non poteſt moueri motu phyſico; & ſic patet generationem non eſſe motum & mutatio-
nem ſucceſsiuam; quòd autem ſit mutatio inſtantanea probatur ſic, quia non ens generatur, Generatio eſt mutatio inſtantanea.
eſt enim generatio progreſſus de non ente ad ens: ergo generatio eſt mutatio inſtanta-
nea, quia motus eſt de ſubiecto in ſubiectum; generatio de non ſubiecto in ſubiectum, ideſt
de non eſſe ad eſſe: & corruptio de ſubiecto in non ſubiectum; & per hęc diſtinguuntur ſpe-
cies motus, vt patet 5. phyſ. motus enim fit in tempore, generatio autem & corruptio in inſtā- Tex. 10.
ti, intelligendo de generatione pro ſubitanea introductione formę in materia diſpoſita, vt
dictum eſt ſupra.
Quoad quartum diſſoluendæ ſunt difficultates, quę contra hanc veritatem moueri poſ-
ſunt: & prima eſt contra iſtā concluſionem vltimam; quia nullum agens, cuius ſubſtantia eſt in
tēpore, agit in non tēpore, vt dr in penultima propoſitione de cauſis; ſed ſubſtantia generātis
eſt in tēpore: ergo agit in tempore, & per cōſequens generatio menſuratur tēpore: ergo erit
ſucceſſiua. Sed allucinatus eſt arguens in hac ſua ratiuncula; quia maior propoſitio, in qua
dicitur, nullum agens, &c. tenet in actione proprie, ſcilicet quæ fit cum tranſmutatione natu-
rali,

tali,non tamen eſt inconueniens, quòd agat in non tempore,ſecundum quòd tempus diſtin A
Tempus diſtinguit cõtra inſtans. guitur contra inſtans temporis,accipiendo actionem communiter,ideſt nõ pro actione,quę
eſt cum tranſmutatione materię,ſed pro quacunque introductione formæ,vt patet de illumi
natione aeris ſereni à ſole.Sunt & alię difficultates contra iſtam concluſionem,quæ ſolui poſ
ſunt ex his,quæ ſupra determinata ſunt.

Sed contra corollarium deductum ex tertia concluſione ſunt argumenta Neoterici in
Quæſt. 18. Tex. 11. quæſt.ſuis 3.de anima,vbi ſemel arguit ex Ariſto.3.huius,qui dubitat,quare ſpecies cum prę
dicatur in quid de multis pnta indiuiduis,non dicatur genus. Et reſpondet, quia in genere
eſt prius & poſterius,ideſt vnum eſt altero perfectius eorum,quæ ſub ipſo continentur; ſed
in ſpecie non eſt prius & poſterius;ſunt enim omnia indiuidua æqualis perfectionis ſubſtan
tialis. Vnde manifeſta eſt ſenten. Ariſto.contra illud corollarium à nobis poſitum,quod etiã
Tex. 31 7. phyſi.docuit in genere latere ęquiuocationes,hoc eſt diuerſæ perfectionis ſpecies; ſed ſi
ſub ſpecie eſſent etiam indiuidua diuerſæ perfectionis, etiam ſub ſpecie laterent æquiuoca-
d. 32 q. 1 a. 3 tiones,ergo &c Sed ſolutionem huius argnmenti tradit S. Tho.in 2.ſent. vbi formaliter re-
Diuerſitas formalis eſt duplex citat præfatum argumentum;& ita diſſoluit,quòd diuerſitas formalis eſt duplex. Quædam, B
quæ eſt formæ per ſe ſecundum,id quod ad rationem formæ pertinet, & talis diuerſitas for-
mę inducit diuerſitatem ſpeciei. Eſt autem quędam diuerſitas formæ non per ſe, ſed per ac-
cidens reſultãs ex diuerſitate materię,ſm quòd in materia melius diſpoſita dignius forma
participatur,& talis diuerſitas non diuerſificat ſpeciem,& hæc eſt diuerſitas animarum: vn-
de formaliter ad ſententiam Ariſt.dicimus indiuidua omnia eſſe æqualis perfectionis ſpeci-
ficę,cum hoc tamen ſtat,quòd vna anima intellectiua ſit perfectior altera,ex qua perfectio-
Sub ſpecie latent ęquiuocationes ſm quid ne non ſequitur latere ęquiuocationes ſub ſpecie,niſi ſecundum quid: vnde patet argumen-
tum eſſe nullius roboris,& ſolutũ fuiſſe antequam auctor ipſum formaret.

Secundo arguit,ſi in ſubſtantia animæ huius eſt aliquis gradus, qualis non eſt in ſubſtan-
tia alterius: ergo iſtæ duæ animæ differunt ſpecie,probat conſequentiam, quia ex recta me-
taphyſica,non eſt alia differentia ſpecifica quàm hæc, quæ gradum perfectionis ſubſtantia-
lis addit,ex hoc enim probatur,quòd homo differt ſpecie ab equo, quamuis enim vterque
ſit animal,tamen in ſubſtantia hominis eſt aliquid,quod non eſt in equo: eodem ergo mo-
do erit in animabus, differrentque ſicut duo Angeli diuerſę ſpeciei. Sed hoc eſt falſiſſimum C
in philoſophia,quòd ſpecie differant,& in fide error, nam ita etiam homines eſſent diuerſę
ſpeciei,quia ex diuerſę ſpeciei animabus conſtarent, ſunt igitur animę æqualis ſubſtantialis
perfectionis. Sed nos dicimus argumentum hoc, ſicuti & cetera alia quę ibi adducit, eſſe
nullius efficacię,quia neganda eſt conſequentia. Et ad probationem negatur etiam, quòd
non ſit alia differentia ſpecifica,quàm hęc,quę gradum perfectionis ſubſtantialis addit,quia
tribus modis poteſt intelligi,duas animas differre ab inuicem. Primo quòd differant ſeipſis,
Animas differre ab inuicem trifariã intelligi põt ſicuti duo Angeli ſeipſis differre noſcuntur,& iſta differentia eſt ſpecifica; & hoc pacto non
dicimus nos animas differre, quia ſic concluderet argumentum. Secundo modo poſſunt
duę animę differre per ſuas aptitudines & commenſurationes ſubſtantiales; & hęc differen-
tia non eſt ſpecifica,ſed indiuidualis,& ſecundum hanc differentiam ſubſtantialiter vna ani-
ma poteſt eſſe perfectior altera;& non intelligere hanc veritatẽ fuit cauſa erroris, putat enim
animas non differre numero per diuerſas commenſurationes ad diuerſa corpora, quod eſt
Cap. 81 falſum,& contra S. Thom. 2. contra Gentiles. Tertio duę animę dicuntur differre numero
non formaliter, ſed tantum conditionaliter, ideſt tanquam per conditionem ſine qua non, D
& hoc per actualem vnionem ad corpus.

Et ſi quis diceret contra hanc veritatem; anima non educitur ex potentia materię,nec ha-
bet eſſe à materia pendens omnino,ſed eſt ſubſiſtens creata à Deo,& illud,quod prius natu-
ra eſt in ſe,quàm in aliquo, non poteſt indiuiduari ad illius indiuiduationem, ſed anima
prius natura eſt in ſe,per creationẽ,quàm in materia: ergo prius natura eſt indiuidua, quàm
ſit in materia: non ergo per illam commenſurationem ad hanc materiam indiuiduatur,tunc
enim oporteret,quòd ex tali materia educeretur. Et confirmari poteſt hoc,quia ſimul eſſet
natura & informaret, tamen non accipit eſſe & ſubſtantiam ſuam à corpore vel ab infor-
matione,quę eſt effectus huius formalis. Confirmatur ſecundo,quia ſi indiuiduaretur ani-
ma per commẽſurationem ad hanc materiam, maxime ad illam materiam, in qua primo in-
troducitur in embrione;ſed accidit aut totã prorſus illã materiã abiici,aut fere totam deperdi
q. 66. ar. 2. ſucceſſu temporis, vt fatetur S. Thom. in tractatu de formis: ergo impoſſibile eſt intrinſecę p
aptitudinem ad illam indiuiduari, tunc enim non eſſet eadem numero anima. Confirma-
q. 76. a. 3. & 4 tur tertio ex doctrina S. Tho. 1. p. qui fatetur, quòd anima immediate vnitur materię, ita vt
prius

A prius ipſa informet materiam, & poſterius natura conſequantur accidentia; ex hoc arguit, corpus nunquam eſt corpus nec hoc corpus, niſi per accidentia; ſed anima prius natura vnitur materiæ, quàm accidentia: ergo prius eſt in materia, quàm materia ſit hoc corpus; non ergo indiuiduatur per hoc corpus; eſt enim indiuidua cum primum eſt in materia, cum iam ſit producta. Confirmatur quarto, quia illa commenſuratio eſt eadem cũ ſubſtantia animæ, immo eſt ſubſtantia huius aĩæ; nunc ſic arguitur, animę ſunt inæqualis perfectionis; ergo & illæ commenſurationes: ſed hæ ſunt ſubſtantię animæ: ergo iam ſubſtantię animarum ſunt inæquales, Cõmenſuratio animæ ẽ eadem cum ſubſtãtia animę.

Sed iſtæ rationes ex falſo fundamento oriuntur; propterea non eſt mirum ſi ipſę quoque ſunt falſę; ideo reſpondendum eſt ſingillatim ad hęc: ſed prius declaremus fundamentum falſum, ſupra quo fundantur; Arbitratur enim hic arguens quòd anima prius ſit per ſe ſubſiſtens, & deinde vniatur corpori organico; quæ doctrina videtur multum appropinquari doctrinæ Rabinorum Maſſachem, & Barbanellæ, & Aliorum, qui docent Iudæos hunc errorem, quòd Deus creauit animas in quodam palatio, & quando diſponitur aliquod corpus, tunc vna illarum animarum exit, & vnitur corpori illi, & tamdiu durabit mundus, donec finiatur numerus illarum animarum; & ſic ſecundum iſtam opinionem animæ prius creantur, quàm vniantur corporibus: videtur igitur quòd hic talis arguens alludat ad illum errorem Iudęorum; licet diſcrepet de prioritate durationis, quia prætendit, animas prius natura, & non duratione fuiſſe creatas, quàm corporibus vnitas, & tamẽ proclamat S. Auguſt. lib. de eccleſiaſt. dogmat. quòd Deus creando animas infundit corporibus, & infundendo creat; propterea formaliter reſpondendo ad obiectionem dicimus verũ eſſe, animam non dependere à materia in eſſe, dependere tamen à materia in fieri. Et ad confirmationem primam negamus, hanc animam ſimul natura non eſſe cum ſua commenſuratione, quia Deus dum creat hanc animam reſpicit hoc corpus, & proportionaliter terminat eam ad talem gradum eſſendi. Doctrina Rabinorũ quæ eſt. B Cap. 5. Anima quõ dependet à materia.

Ad ſecundam, in qua vult concludere, animam debere indiuiduari per illam commenſurationem materiæ, in qua primo introducitur, dicimus, quòd ſi illa materia eſſet proportionata ipſi animæ, per illam indiuiduaretur; ſi autem non eſt proportionata, nõ indiuiduatur, C ſi quidem iuxta doctrinam peripateticam, adueniente anima intellectiua abiicitur ſenſitiua, vt docet S. Th. 1. p. q 76. ar. 3. & 4.

Ad tertiam confirmationem dicimus, animam non indiuiduari formaliter per actualem vnionem, ſed per aptitudinem ſubſtantialem & ſingillationem ipſius animę ad hoc corpus; & ſic anima licet poſſit dici prior natura actuali vnione ad corpus, non tamen erit prior natura aptitudinali commenſuratione, & ſingillatione. Ad vltimam, in qua aſſerit commẽſurationem huius animę ad hoc corpus eſſe ſubſtantiam ipſius animę, concedimus eſſe ſubſtã tiã animæ: & quando concludit: ergo ſubſtantiæ animarum ſunt inęquales, gratis conceditur, loquendo de iſtis commenſurationibus & ſingillationibus, quibus animę ipſę indiuidualiter diſtinguuntur; non autem ſpecifice. Cõmenſurationes aĩarũ ſunt inęquales.

Tertio arguit contra principale intentum, probando omnes animas intellectiuas in ſubſtantia ſua eſſe æqualis perfectionis, quia ſi anima eſſet perfectior pro perfectione corporis, ſequeretur, eãdem animam mutari & modo minus, poſtea vero magis eſſe perfectam eſſentialiter & ſubſtantialiter, quod eſt impoſſibile: conſequentiam probat, quia corporis perfe-D ctio mutatur, eſt enim imperfectiſſimum, cum anima inducitur, poſtea magis & magis perficitur, & accidit mutari complexiones, & diſpoſitiones: oportet ergo animam etiam mutari, quia ipſa iuxta corpus perficitur. Nos autem reſpondentes dicimus, argumentum hoc eſſe nullius valoris, quia cum anima hæc ſit creata à Deo per coaptationẽ ſubſtantialẽ ad hoc corpus, quam prius natura dicimus competere ipſi, quàm actualem vnionem, propterea poſſumus dicere animam mutari per accidens, quantum ad illam aptualem vnionem, ſubſtantialiter tamen eſſe immutabilem quoad illam coaptationẽ aptitudinalẽ; & ſic nihil concludit argumentum. Dicimus etiam corpus quoad indiuiduationem animę, vt eſt conditio ſine qua non, non mutari ſubſtantialiter, ſed accidentaliter. Vnio duplex eſt aptitudinalis, & actualis.

Quarto arguit, ſi iuxta corpus magis perfectũ anima eſſet perfectior, ſequeretur, corpus dare eſſe animæ, & ex potentia ipſius educi; non enim aliter poſſet cauſare animam perfectiorem; ſed hoc eſt falſum, immo anima in ſe prius natura habet eſſe per creationem, quàm ſit in corpore, & dato ꝙ ſimul natura infunderetur, tamen à ſolo Deo efficienter producitur: non ergo ſumit ſubſtantialem perfectionem à corpore. Et ſi quis reſpondendo ad hoc argumentum diceret, Deum eſſe qui pro corpore perfectiori creat animam perfectiorem.

Contra

Contra iſtam reſponſionē arguit ſic,quia vel Deus creat animā perfectiorē propter corpus A
perfectius,vel facit corpus perfectius propter animam perfectiorem: non primum, quia illud eſſet ordinare iam cauſam ad inſtrumentum, & perfectius ad imperfectins, quod non decet,non enim eſt ſcriba propter calamum, ſed calamus propter ſcribam: non ſecundum, quia corpus pręparat per cauſas ſecundas neceſſarias,& cócurrir cum ipſis ad modum ipſarum;ſed animas libere creat,ergo &c. Reſpondetur negando,corpus dare eſſe animæ,niſi occaſionaliter,vt dictū eſt ſupra. Deinde reſpōſio ab ipſo recitata,quòd Deus pro corpore perfectiori producit animā perfectiorem,eſt bona & acceptatur à nobis,& ad replicā factam contra ipſam dicimus,Deum creare animam perfectiorem propter corpus perfectius, non principaliter, ſed occaſionaliter; & ſic ſtando in exemplo ſuo de ſcriba & calamo, quod ſcriba eſt propter calamum non principaliter,ſed occaſionaliter,quia niſi haberet calamum optime diſpoſitum & temperatum,non potuiſſet charateres perfectiores producere & formare: corpus quoque licet pæparetur à ſecundis cauſis neceſſariis, & Deus libere creet animam,tamen neceſſario producit neceſſitate immutabilitatis,quia ita ſtatuit ſecundum legē ſuam indiſſolubilem, vt perfectiori corpori & meliori meliorem animam & perfectiorem B
largiatur iuxta commenſurationem ipſorum corporum.

Corpus non ē cauſa principalis animę ſed occaſionalis.

Deus libere creat animas & neceſſario

Quinto arguit ratione theologica, quia multæ animæ hominū,qui ignoranres fuerunt in hoc ſeculo,& imperfectæ temperiei, fuerunt minus perfectę in ſubſtantia, & excedenr in gloria alias animas,quæ habuerunt corpora optime diſpoſita,& tēperata & perfectiora,ideo erunt perfectiores in ſubſtantia, hoc autem dicere, videtur inconueniens, nam potius deberent habere hunc ordinem, vt perfectiores natura eſſent in maiori gratia,& gloria,ſicut Angeli;ſequitur ergo omnes animas ęquales eſſe in ſubſtantia. Sed hoc argumentum prouenit ex imperitia doctrinæ theologicæ,quia putat gratiam & gloriam dari iuxta naturalia in hominibus,ſicuti in Angelis,qđ non concedit S.Thom.1.p.quia gratia & gloria dantur in hominibus iuxta merita ipſorum hominum,& propterea in vita beata vnus beatus perfectius videbit Deum alio beato, vt dicit Apoſtolus 1. ad Corint. ſtella differt à ſtella in claritate, hinc docuit S. Thomas 1. p. facultatem videndi Deum non competere homini ſecundum ſuam naturam,ſed per lumen glorię,quod conſtituit intellectum in quadam deiformitate,vnde intellectus plus participans de lumine gloriæ, perfectius Deum videbit, plus autē C
participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de charitate, quia vbi eſt maior charitas, ibi eſt maius deſiderū, & deſideriū quodāmodo facit deſiderantē aptū & paratū ad ſuſceptionē deſiderati;& ideo formaliter reſpondendo ad argumentum dicimus,non eſſe inconueniēs animas illorum hominum,qui fuerunt ignorantes in hoc ſeculo,habere maiorem gratiam & gloriam in cælo,quàm animæ illæ, quæ fuerunt nobiliores in ſubſtantia, quia gratia & gloria (vt dictum eſt) non dantur inxta nobilitatem naturę: vnde eſt vulgatum illud dictum Auguſtini 3. lib. retract. ſurgunt indocti & rapiunt nobis cælum, & nos cum omnibus noſtris doctrinis trahimur ad inferna.

q.62.ar.7.

Gratia datur Angelis iuxta naturalia nō hominibus.

Cap.15

q.12.ar.6.

Cap.5.

Sexto arguit, ſi inæqualitatem ſubſtantialem in animabus hominum aliquis concedit: ergo idem deberet concedere in omnibus formis omnium ſpecierum, cum eadem ſit ratio de vtriſq; vnde fieret vt forma ignis ſubſtātialiter eſſet perfectior altera,& ſic etiam in omnibus aliis mixtis animatis, & inanimatis, immo etiam in accidentibus numero ſub eadem ſpecie differentibus: alterum altero eſſet perfectius ſubſtātialiter,eſſentialiter,& intrinſece; vt vna albedo æque intenſa eſſet ipſa perfectior v.g. duæ albedines,duę nigredines vt tria; duo colores vt tria, ſiquidē ex ſola indiuiduali differētia & numerice ſub eadē ſpecie colligitē diuerſa ſubſtātialis & intrinſeca perfectio,aut ſi hoc non,cū ſit abſurdū,ergo nec in ſpecie animarum rationalium. Ad hoc reſpondendo dicimus,negando eſſe abſurdum, duo ignes ratione diuerſarum materiarum in quibus ſunt,non excedere in perfectione,qnia forma ſubſtātialis vnius ignis erit magis radicata in materia,quàm altera; & ſic vna albedo in vna materia erit perfectior altera,& ſic etiam de formis mixorum, quarum alrera poteſt eſſe alrera perfectior,quia magis participatur à ſua materia,vt docet S.Tho.2.2. Septimo,quia ſi ex diſpoſitione corporis licet colligere maiorem vel minorem perfectionem ſubſtantialem indiuiduorum animæ; & ideo aliqnis habeat animam ingenioſiorem & melioris intellectus altero; ſequitur, quòd cum aliqui à natura naſcantur ſtulti & fatui,illi habeant animam ſtultam & fatuam; immo cum nunquam per totam vitam vtantut, nec vti poſſint ratione,ſeqnitur,ꝙ habeant aīam impotentem ratione vti,& plane irrationalem,quod eſt error; & preterea cum nunquam vtantur ratione,ita etiam nec libertate, quæ ex electione & deliberatione rationis pendet: vnde ſequeretur animam etiam illam carere libero arbitrio, quod aſſerere D

Vnus ignis eſt perfectior altero.

quęſt.24.

Aliqui oriūtur ſtulti.

eſt

A eſt etiam impium & error, Ad quod dicimus, ſtultitiam, fatuitatem, & alias imperfectiones, quas videmus in hominibus, non prouenire ex ſubſtantia animarum, ſicuti etiam nec macula peccati originalis; ſed ex infectione & indiſpoſitione corporũ: vnde ꝙ aliquis hõ ſit ſanus, aut infirmus, aut freneticus, aut pacificus, & iratus, iuuenis, adoleſcens, ſenex, & decrepitus, hoc non prouenit, quòd ſubſtantia animæ ſit ſana, aut infirma &c. ſed propter diuerſitatem & naturalem indiſpoſitionẽ organorum corporis: hinc prouenit quòd anima pueri non poteſt diſcurrere; hoc enim non eſt, quòd illa anima non ſit rationalis, ſed quia non habet adhuc corpus diſpoſitum, & aptum ad exercendas operationes, & cum hoc ſtat, quòd animæ ſint inæquales inter ſe, ne dum quoad earum ſubſtantiam, ſed etiam quoad potẽtias, tum organicas, tum inorganicas. *Fatuitas unde prouenit.*

Octauo, ſi vna anima ſuperaret aliam in perfectione ſubſtantiali: ergo etiam in potentijs, & ita vnus homo haberet perfectiorem potentiam altero, puta intellectum & voluntatem, & ſic etiam perfectius liberum arbitrium, quod eſt abſurdum. Reſpondetur ad hoc argumentum, quod ſumpſit arguens ex Durando 2. ſenten. non eſſe inconueniens liberum *dist. 32. q. 3.*
B arbitriũ nobiliori modo eſſe in vna anima, quàm in altera, ſicut & iudiciũ intellectus prout eſt res quædam, vt ait S. Tho. 1. p. tamen ipſa libertas ſecundum quòd in ea conſideratur quædam remotio coactionis, non eſt perfectior in vna anima quàm in altera, quia priuationes & negationes non dicuntur perfectiores & imperfectiores per ſe, ſed ſolum per ſuam cauſam, vel ſecundum aliquam affirmationem adiunctam. *q. 59. ar. 3.*

Vltimo arguit à poſteriori probans, vnam animam ſubſtantialiter & intrinſece non eſſe perfectiorem altera; quia omnis differentia, quæ reperitur in diuerſis hominibus quantumuis maxima contingat, & reperiatur in eodemmet homine ex ſola corporali diſpoſitione contingit, vt idemmet homo, nunc valeat ingenio, & memoria, intellectus acumine, vel iudicio: paulopoſt ex morbo vel aliquo accidente amittat ingenium, memoriam, & iudicium, & fiat hebes omnino, & tardiſsimus; item vt nunc ſit rationis cõpos & prudens, poſtea fiat amens & rationis expers, nunc bonus, poſtea malus, nunc aptus, poſtea ineptus, & econtra; quare manifeſte colligitur ex diuerſa hac diſpoſitione corporis & organorum prouenire. Niſi velles ſtultiſſime dicere etiam in eodemmet mutari animæ ſubſtantialem perfectionem, quod eſt *Homines ex morbo aliquo efficiuntur hebetes.*
C impoſſibile, aut quotidie pro diſpoſitione corporis infundi meliores vel peiores animas in eodem homine, quod eſt pluſquàm ridiculum & error ſtultiſſimus: eſt ergo temeraria & periculoſa talis aſſertio animarum rationalium, quòd perfectione differant ſubſtantialiter & intrinſece.

Reſpondetur, doctrinam hanc de inæqualitate animarum eſſe traditam à Magiſtro ſenten. in 2. libro, vbi ex profeſſo quærit, an omnes animæ ex creatione æquales ſint, an aliæ excellentiores, cum videamus alias aliis excellere in naturalibus donis, vt in eſſentia alias aliis eſſe ſubtiliores, & ad intelligendũ & memorandum habiliores vt pote acutiori ingenio & perſpicaciori intellectu præditas, & aſſimilat ipſas animas Angelis, in quibus manifeſte reperitur inæqualitas: ergo etiam in ipſis animabus inæqualitas affirmari debet. Diximus etiam ſupra, hanc doctrinam fuiſſe multorum doctorum illuſtrium: & præſertim S. Tho. in 2. ſent. vbi docet omnem perfectionem infundi materiæ ſecundum capacitatem ſuam; natura in animæ etiam infundi diuerſis corporibus non ſecundum eandem nobilitatem & puritatem. Item 2. ſent. etiam docet diuerſitatem & diſtinctionem gradus in animabus cauſa- *Dist. 32.* *d. 8. q. 5. ar. 2* *dist. 32. q. 2.*
D ri ex diuerſitate corporis, vt quãto corpus melius complexionatũ fuerit, tanto nobilior animam ſortiatur. Item 1. p. & etiam in 2. de anima: non ergo eſt ſani capitis vocare iſtam doctrinam temerariam & periculoſam. Et argumentum ſuum eſt nullius momenti, cum ſæpius ſolutum ſit à nobis, diuerſas operationes animarum prouenire ex diuerſitate, & varietate, ac diſpoſitione corporis organorũ. Arguit deinde contra eandem concluſionem Durandus multis argumentis, quę omnia ſoluit Capreo. 2. ſent. & ſimiliter argumenta Henrici, & Bernardi de Gannaco: propterea nolo ipſa recitare, cum ſint bene & optime ſoluta: & ſi hic vir vidiſſet ſolutiones Capreoli, non ita inſipienter loquutus eſſet, vt dictum eſt ſupra. *ar. 3.* *q. 85. ar 8.* *Tex. 94.* *Dist. 32.*

Tantummodo adducam vnum argumentũ cuiuſdam viri, qui dixit non poſſe ſubſtineri, nec in via peripatetica, nec in ſchola theologorũ poſitionẽ hãc de inęqualitate animarũ; propterea Recentiores amplectuntur ſententiam Durandi, qui optime declarauit iſtam veritatẽ, & quòd animę omnes intellectiuæ ſunt æqualis perfectionis in ſubſtantia ſua, & quòd differunt numero intrinſece, non per reſpectum ad aliud, ſed ſeipſis, quia aliter ſubſtantia ſuſciperet magis & minus, cum participatio vnius formę ſecundum ſpeciem, ſecundum diuerſos gradus, ſit proprie comparatio ſecundum magis & minus; & ideo ſi vna anima eſſet perfe- *Recentiores ſequũtur Duran. in hac materia.*

ctior

ctior altera, tunc ſubſtantia ſuſciperet magis & minus, quòd eſt contra doctrinam peripateticam: Etiam ſi daretur inæqualitas animarum, ſequeretur vnum hominem eſſe magis ad ſimilitudinem Dei, quàm aliū hominē, quod eſt contra omnes theologos: conſequentia probatur quia homo dicitur eſſe ad ſimilitudinem Dei ſecundum animam, non ſecundū corpus. Sed reſpondetur argumētum huius viri, non ſequi, quia ex hoc quòd vna anima eſt perfectior altera ſiue eiuſdem ſpeciei ſiue alterius, non ſequitur, quòd ſuſcipiat magis & minus; nūquā enim dicitur aliquid ſuſcipere magis & minus, niſi in eo poſſit eſſe motus, aut mutatio de magis in minus, aut econuerſo: hoc autem non conuenit animę intellectiuæ, quoniam commē ſurationem illam, quam ſemel accepit, impartibiliter ſortita eſt, quia eſt idem realiter, quòd ſubſtantia ſua, quę eſt ingenerabilis & incorruptibilis. Ad illud, quod dicitur, animas rationales differre numero intrinſece ſeipſis; dicimus, hoc eſſe manifeſte falſum, quia ſequeretur animas differre differentia formali, & ſic differre ſpecifice eo modo, quo Angeli differunt ſeipſis: ſed dicuntur differre, vt dictum eſt, per commenſurationes ad corpora. A

Angeli differunt ſpecie ſeipſis.

Nec te moueat argumentum cuiuſdam Neoterici dicentis, ſumo duos ignes ęquales, & quęro deinde, quomodo differunt formę eorum, ſi dicis, quòd differunt per ſuas materias; B iterum quęro, quare iſtę duæ materię ſunt indiuiduę: & ſi dicis, quòd per quantitates, quibus ſunt diuiſæ: iterum quæro, quare quantitates ſunt hę? & ſi dicis, quòd ſe ipſis; tunc concludo, ergo ſiſtendum eſt in aliquo ſe ipſo indiuiſo. Sed nos dicimus hoc argumentum nō cōcludere, quia ipſę quantitates non differunt ſe ipſis, ſed ſuis ſitibus; & ſic etiam animæ differunt numero ſuis commenſurationibus, quibus reſpiciunt corpora, non autem ſeipſis. Ad id quod dicit eſſe contra theologos, quia ſequeretur, vnum hominem eſſe magis ad imaginem Dei, quàm alius; negatur conſequentia, quia hoc nō ſequitur, ſed bene ſequitur, vnum hominem poſſe magis accedere ad imaginatum, quàm alterum; ſicut Deus omnibus promittit beatitudinem, & tamen vnus perfectius eam conſequitur, quàm alter. Non contentus reſpōſione data inſtabat dicendo, hanc opinionem de inæqualitate animarum ex corpore ſapere hęreſim Origenis, vt ſcribit Aug. 10. de gen. ad literam: Ponebat enim ipſe Orig. omnes animas ex natura ſua eſſe æquales, ſortiri vero differentiam ex corporis temperatura. propterea in lib. 8. 3. quæſt. docet Aug. animas rationales ex ſua natura eſſe ęquales: diſcrimen tamē habere ex diuerſitate ſtudiorum: ergo non ex corpore. C

Beatitudo nō eſt æqualis in omnibus.

Cap. 7.

Quęſt. 40.

Hæreſis Orig. de inæqualitate animarum.

Sed dicebam ei flaccido argumento argumentari, & nimis audacter, & non intelligere opinionem Origenis, qui volens excludere poſitionem Manichæorum aſſerentium diſtinctionē in rebus ex contrarietate principiorum boni & mali; poſuit à Deo à principio omnia creata eſſe æqualia: dicebat enim Deum primo creaſſe creaturas rationales tantum, æqualeſque omnes, in quibus deinde exorta eſt inæqualitas ex libero arbitrio quibuſdam conuerſis in Deū ſecundum magis & minus, quibuſdam etiam ſecundum magis & minus à Deo auerſis: illæ igitur rōnales creaturæ, quę ad Deū per liberū arbitriū conuerſę ſunt, promotę ſunt ad diuerſos ordines Angelorū pro diuerſitate meritorum: illæ aūt, q̄ auerſę ſunt à Deo, ſunt corporibus alligatæ diuerſis ſecundū diuerſitatē peccati; & hanc cauſam dicit eſſe creationis & diuerſitatis corporū. Hæc eſt opinio Orig. ad quā ſequeretur, ꝙ vniuerſitas corporaliū creaturarū non eſſet propter bonitatem Dei cōicandam creaturis, ſed ad puniendum peccatum, quod eſt contra illud Geneſ. Vidit Deus cūcta quæ fecerat, & erant valde bona: & ideo Auguſt. impugnat eam dicens, quid ſtultius dici poteſt, quàm iſtum ſolē, ut in vno mundo vnus eſſet, nō decori pulchritudinis vel ſaluti rerum corporalium conſuluiſſe artificem Deum? ſed hoc potius eueniſſe, quia vna anima ſic peccauerat, ac per hoc ſi centum animæ peccaſſent, centum D ſoles haberet hic mūdus, Opinio ergo noſtra eſt lōge à falſitate Orige. & declarata eſt ab Aug. & amplexa ab omnibus recte ſentientibus. Quis enim vnquam negare poterit, vnam animā temperantius corpus adipiſci, quàm altera? & quia corpus vnum ſubſtantialiter & indiuidualiter differt à corpore alterius, ideo ēt una anima ſubſtantialiter & indiuidualiter differt ab altera; ſed non ſpecifice: propterea conſulto B. Auguſt. dicit animas rationales ex natura ſua ſpecifica eſſe æquales, ſed non ex differentiis indiuidualibus; quia ſic ait ſapientiſſimus Salamon lib. Eccl. quare dies ſuperat diem, & iterum lux lucem, & annus annum, ſol ſolem, à Domini ſapientia ſeparata ſunt; ſic ergo patet diuinam ſapientiam eſſe principalē cauſam diſtinctionis & inæqualitatis rerum omniū materiam autē occaſionalē; & non intelligētibus hanc veritatem dicamus cum Caietano noſtro eos eſſe omittendos tanquam cęcos, & à veritatis tramite aberrantes, & nos à grauiora negotia dirigamus aciem noſtram.

Cap. 1.

Tex. 33.

FINIS.

DILVCIDATIO PRIMA

In Duodecimum Librum Metaphyſicæ.

Poſtea quæcunq; ex uniuoco fit ſubſtantia, nam & quæ natura ſunt ſubſtantia, & alia, &c. Tex. 13.

Num productio cuiuſcunque formæ ſit vniuoca.

IN hac dilucidatione more ſolito tria breuiter faciam. Primo recitabo quid exteri dicant, eoſque impugnabo. Secundo alias ſententias philoſophorum in medium adducam, Vltimo iuxta decreta S.Thom. rem ipſam aperiam. Quantum ad primum tria
C breuiter aſſerunt illi, ponunt enim tres diſtinctiones, docendo ſimilitudinem realem eſſe duplicem. Alteram formalem; alteram autem virtualem: dicunt primam eſſe, quando agens habent formam, quam producit formaliter in ſe, vt homo generat hominē & equus generat equum. Secundam volunt eſſe, quando agens habet formam, quam producit in ſe virtualiter, non autem formaliter, vt cum ſol generat calorem in medio. Aſſerunt ſecundam diſtinctionem, quòd ſimilitudo formalis eſt duplex: quædam ſecundum ſpeciem: quædam ſecundum aliquid cōmunius, exemplum primi, homo generat hominem; exemplum ſecundi, cum equus generat mulum, quibus forte eſt aliquod genus commune, puta iumentum, vel aliquod tale, in quo conueniunt. Tertiam diſtinctionem ponunt, quòd ſimilitudo ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam eſt duplex: quædam in forma, & modo eſſendi formæ: quædam in forma ſolum, & non in modo eſſendi formæ, exemplum primi, homo generat hominem; exemplum ſecundi, artifex producit arcam, nam licet forma arcæ ſit in vtroque, tamen in artifice exiſtit ſecū-
D dum modum intentionalem, in arca vero ſecundum modum realem.

Formalis ſimilitudo duplex eſt

In ſecundo dicto deducunt ex diſtinctionibus ſupradictis quatuor gradus in ſimilitudine & generatione vniuoca. Primus eſt perfectiſſimus, quando ſcilicet ſimilitudo eſt inter generans & genitum in forma & modo eſſendi formæ. Secundus aliquantulum deficit à primo, quando ſcilicet eſt ſimilitudo in forma, non autem in modo eſſendi formæ. Tertius quando eſt ſimilitudo in forma, non ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam, ſed ſecundum aliquid communius. Quartus eſt quādo eſt tantum ſimilitudo virtualis, & nullo modo formalis; & talis vniuocatio eſt impropriiſſime dicta, & ſecundum quid.

Gradus ſimilitudinis ſecundum cæteros.

Vltimo concludunt duo, quorum alterum eſt, quòd aliqua productio eſt vniuoca ſecundū vnum gradum, & tamen æquiuoca ſecundum alium gradum inquantum deficit ab alio; aſſignant rationem, quia quando inter duo extrema ponuntur plura media, quanto medium recedit ab vno extremo, tanto accedit ad alterum; & econuerſo; nunc autē vniuocatio & æquiuocatio ſtricte ſumpta ſunt quædam extrema, inter quæ cadunt prædicti gradus vniuocationis vt media, & ideo quanto aliquis gradus recedit ab vniuocatione ſtricte ſumpta, quæ eſt

Generatio muli ex equo qualis ſ

ſecũdum primum gradum; tanto accedit ad ęquiuocationem, quæ eſt ſecundum vltimum A gradum; & ideo generatio muli ex equo poteſt dici æquiuoca, ſi comparetur ad generationẽ hominis ex homine: poteſt etiam dici vniuoca, ſi comparetur ad generationem planctæ ex uirtute ſolis. Alterum vero, quod aſſerunt tanquam deciſiuum diſputationis, & intentum à Philoſopho eſt, quòd omnis productio cuiuſcunque formæ eſt uniuoca, accipiendo large uniuocationem ſecundum aliquem gradum prædictorum.

Humanitas filii qũo pẽdet ab eius patre.

Sed opinio iſtorum ſic declarata in multis peccat: & primo in diſtinctionibus, quæ ſunt impertinentes ad hoc propoſitũ: præſertim prima q̃ ne dũ impertinẽs, ſed falſa; quia nullũ agens reperitur unquam in rerum natura, quod producat aliquam formam formaliter vel uirtualiter in ſe, ut dicit hæc opinio in prima diſtinctione, quia forma effectus formaliter nõ dependet à forma cauſæ formaliter & per ſe, ſed tñ materialiter & per accidens; non enim humanitas, quæ eſt in Sorte formaliter ſumpta dependet in eſſe aut in fieri ab humanitate Platonis patris, ſed humanitas Sortis, quia eſt hæc, ideo depẽdet à patre; & cõſequenter humanitas, quæ eſt fundamentum ſimilitudinis inter patrem & filium, non poteſt dici quid productum: propterea propoſitio poſita in prima diſtinctione, quòd agens producit forma- B liter formam, quam habet in ſe eſt falſiſſima.

quæſt. 12

Peccat, & ſecundo hæc opinio in enumeratione tot graduum ſimilitudinis, quia non ſunt ad propoſitum textus Ariſt. qui tantum vult habere vnunquodq; generari à ſuo ſimili, ſiue fiat ab arte, ſiue à natura. Peccat & tertio, cum aduerſetur Scoto in quolib. vbi docuit inter æquiuocum & uniuocum nullum dari medium; hic autem ponit gradus vniuocationis, veluti quædam media inter ęquiuocum & uniuocum, unde ibi adducebat talem rationem ad probandũ inter ęquiuocum & vniuocum non dari medium, quia inter eſſe vnum ſpecie & non eſſe vnum ſpecie nihil eſt medium, cuiuſmodi ſe habent producens, & productum in generatione vniuoca, & tamen hic ponit medium inter vniuocum & æquiuocum: ergo vel iſti falſum docent vel Scotus.

Sententia Plat. de generatione.

Pręterea ex his, quæ dicit hæc opinio ſequeretur, oẽm generationem eſſe vniuocã, & ecõtrario, quod eſt contra illud, quod intendit Ariſt. contra Plat. qui Plato vt ſcribitur in libro Parmenidis de vno principio rerum oĩum, docuit omnẽ generationem eſſe vniuocam, quia poſuit cuiuſlibet formæ generabilis dari aliquã formam ſeparatã ſuę ſpeciei, quę eſſet agẽs C formas ſibi ſimiles in ſpecie in materia; & hanc opinionem intendit deſtruere Ariſt. pluribus in locis ſuæ doctrinæ, & ex eiſdẽ principiis Platonis, in quibus habebatur hoc tanquã axioma, ꝙ forma illa ſeparata erat alterius ſpeciei, & quia incorruptibile & corruptibile differunt pluſquam genere; vnde ſequebatur, quòd aſſerendo generationem eſſe vniuocam propter ideas ſeparatas, negaret neceſſario generationem eſſe vniuocam, quia ideæ ſeparatæ ſunt alterius ſpeciei ab iſtis inferioribus, quandoquidem ea, quę ſunt compoſita ex materia & forma, non debent fieri ex formis ſimplicibus, quia tunc generatio non eſſet eductio formę de potentia materiæ, ſed potius inductio; ſeu creatio quędam: ſi ergo de mente iſtorum omnis productio cuiuſcunq; formæ eſt uniuoca, ſequitur Ariſt. nihil habere contra Platonem. Adde quia ad iſtos etiam ſequitur, nullam generationem eſſe ſimpliciter ęquiuocam; probatur quia omnis generatio ſimpliciter eſſet à ſibi ſimili, aut in forma & modo eſſendi formę, aut in forma tñ, aut in virtute, & ſic omnis eſſet dicenda ſimpliciter vniuoca, qđ eſt contra oẽs expoſitores tam Gręcos, quàm Latinos docentes, duplicem eſſe generationẽ; alterã vniuocã:

Generatio duplex eſt.

alteram uero æquiuocam. Poſitio etiã iſtorũ eſt contra Them. qui perpendendo hanc aſſer- D tionem Ariſt. docet habere veritatem appoſitis tribus conditionibus. Prima eſt, ut intelligat uerificari in agente principali, & non in agente inſtrumentali; & hoc pp corrigiã, quæ cauſat dolorem, & ſerrã quæ agit ſciſſionẽ, & tñ corrigia non aſſimilatur dolori, nec ſerra diuiſioni, quia ſunt agentia non principalia, ſed inſtrumenta uerberantis & diuidentis, nam uerberans per dolorem mentalẽ, & diuidẽs per diuiſionem mentalẽ agunt illa; & ſic non inſtrumentis, ſed agentibus dicuntur eſſe ſimilia. Secunda conditio eſt, ut ſit in agente propinquo & non remoto, & hoc pp primũ principium, quod cuncta agit, & tñ eis non aſſimilatur. Tertia conditio eſt, ut ſit agens eſſentiale, & non accidentale, & hoc pp animalia genita caſu, & fortuito, ſiue propter animalia genita ex materia putri; non ergo poteſt ſtare hæc poſitio.

Comm. 15.
Comm. 42.

Quoad ſecũdũ fuit poſitio Auerr. in hoc lib. ubi gloſſat iſtam propoſitionẽ debere uerificari tm̃ in ſubſtantiis; quod etiã oſtendit 2. cæli & mundi. Verũ multi opponunt ſibi argumẽtum de igne, qui eſt ſubſtantia & tamẽ generatur à motu. Propterea quidã Auerroici reſpondentes dicunt, ignem principaliter generari à ferro, & lapide, quæ ſunt ſubſtantiæ, à motu autẽ diſpoſitiue, quam reſponſionem multi Auerroiſtæ improbant, quia cõtradicit Auerroi

A 7.huius,ubi diſputans contra Auicen.docet, quòd idem eſt agens diſponens materiam & inducens formam,nam inter alias rationes,quæ mouerunt Auicénam in ponendo datorem formarum,fuit illud de motu generante ignem, quia dicebat quòd motus,cum ſit accidens, non poteſt generare ſubſtantiam; & propterea uoluit agens materiale ſolum diſponere materiam, & agens ſeparatum largiri formam. Contra arguit Auerroes, quia ex hac poſitione ſequeretur, generatum non eſſe vnum ens in actu, ſi aliud eſt alterans & aliud generans; propterea dicunt mentem Auerrois fuiſſe, nullam ſpeciem in genere ſubſtãtię eſſe à caſu,& ob hoc aſſeruit propoſitionem Ariſt.valere in ſubſtantiis, & non in accidentibus,quia tales ſunt per ſe intentæ à natura;nam ſi quæ ſubſtãtiæ eſſent à caſu, maxime eſſent animalia & plantæ,quæ ex putri materia generantur;& tamen iſtæ non ſunt à caſu,quia habent ordinem & cauſas determinatas, itaquòd fiunt in certis temporibus determinatis, & in locis determinatis, propter quod ſcripſit Themiſt. 2.de anima, quòd in Egipto ex putri materia generantur mures,& in noſtro hemiſphærio vermes,& locuſtæ.

Comm.32.

Nulla species eſt caſu ſecundũ Auer.

Cap.24.

Sed iſti decipiuntur in hac parte,quia licet reſpectu virtutis cęleſtis regitiuę,genita ex putri non dicantur fieri à caſu,

B tamen reſpectu caloris putredinalis, qui habet rationem agentis particularis,dicuntur fieri à caſu,quandoquidem,ſicut ſanitas cauſata per cõfricationem ſe habet,ita animalia genita per putreſactionem; ſed ſanitas cauſata per confricationem eſt caſualis:& non per ſe cauſata;nam reſpectu confricantis eſt caſualis, non enim principaliter intendit ſanitatem,ſed depellere pruritum;ſi autem comparetur ad virtutem regitiuam animalis,ſic fit per ſe à virtute regitiua,quia confricatio excitat calorem, & calor eſt pars ſanitatis;ita dicendum eſt de animalibus genitis ex putri materia, quoniam ſi comparentur ad calorem putredinalem,dicuntur fieri à caſu,quia ille calor extrahendo humidum non intẽdit generationem animalis;ſi autem comparentur ad virtutem cæli, quæ eſt regitiua totius vniuerſi,ſic producuntur per ſe,quia virtus cæleſtis intendit producere omnes formas,quæ ſunt in potentia materiæ:& ideo illas formas,quas poteſt per ſe ſolam producere, producit per ſe; ſed quia materię quorundam animalium veluti perfectorum,indigent maiori diſpoſitione,quàm virtus cæleſtis poſſit facere:ideo non immediate producit formas illorum animalium perfectorum;& hæc eſt doctrina Ariſt. 7.huius,& S.Thom. ibi exponentis: vnde

Sanitas p cõfricationẽ ẽ caſualis.

Tex.22.

Com.28.

C non eſt mirum ſi Auerr.fuerit varius hic,& in 7.huius, hic enim voluit propoſitionem verificari tantum in ſubſtantiis:in 7.autem docuit habere veritatem in his, quæ generantur ex patre & matre generatione actuali,ideſt non ceſſabili propter generationem muli. Nec etiã eſt mirum,ſi inter Auerroiſtas eſt diſcordia de veritate huius rei. Nam alia fuit poſitio Alexandri aſſerentis propoſitionem Ariſt.vnumquodque generari à ſuo ſimili,& cõueniens fieri à conuenienti,debere intelligi in his,quæ vere generantur propter illa, quę caſu & fortuna dicũtur oriri. Vel debemus intelligere propoſitionẽ de uniuocatione in forma,vel in virtute; & ſic genita ex putri fiunt à conuenienti,ſaltem in virtute. Deinde vniuerſalizat vlterius,iſtam propoſitionem poſſe verificari in omnibus, dummodo conuenientia & ſimilitudo ſit in genere,vt ſi eſt ens naturale,fiat ab ente naturali,& ſi eſt artificiale fiat ab arte: & ſi caſuale fiat à caſu. Rurſus docet etiam propoſitionem poſſe intelligi de vniuocatione in ſpecie ſpecialiſſima, vel ſubalterna,& in vere genitis, ad excludendum quæ fiunt ex putri, vt dictum eſt. Fuit adhuc opinio Alberti in hoc libro tractatu 1.propoſitionem ſeu theorema hoc intelligi debere vel formaliter,vel virtualiter.

Generatio non ceſſabilis quæ eſt,

Sententia Alberti Magni.

D Sed iſtis omnibus derelictis veniamus ad declarandam ſinceram, & veram opinionem S.Thom.pro cuius intelligentia ſciendum eſt primo,fuiſſe mirabilem opinionẽ Auicennę, qui poſuit hominẽ ſine humano ſemine naturaliter poſſe ꝓcreari, vt patet in lib.quẽ ſcripſit de diluuio,licet à quibuſdã tribuatur etiam Alberto; quam ſententiam videtur innui ab Ariſt.in 2.politi.vbi reprehenduntur priſci legumlatores,qui dicebant homines vel ex corrupto ſemine, vel ex terra natos fuiſſe homines, ut etiam Philopo. videtur tangere horum opinionem 3.de gen.animalium,aſſerens,nonnullos fuiſſe,qui dicebant poſt diluuium homines fuiſſe renatos ex putri materia, & hi fortaſſe ſumpſerunt occaſionẽ huius opinionis ex his quæ continentur in ſacris literis, vel de formatione Adæ, qui ex limo terrę à Deo factus eſt,vel de generali diluuio. Secundum iſtos apparet nullam generationem etiam rerũ perfectarum fieri ab vniuoco,contra Platonem,qui poſuit omnia ab vniuoco fieri, vt patet in libro Parmenidis, vbi dicebat ex Diis ſecundis omnia fieri,quibus Deus Deorum dedit ſementem generationis. Dii autem ſecundi ſunt ſtellę & orbes cęleſtium,mouentes materiã ad productionem omnium generabilium.

Cap.11.

Cap.6.

Cap.8.

Adam eſt ex limo terræ.

Sed cum opinio Ariſt.ſit media inter has extremas opiniones, propterea ſciendum eſt,

quòd in hoc præſenti textu vult probare Philoſophus formam & materiam non generari, A & aſſumpſit hanc vniuerſalem tanquam veriſſimam, & probatam in 7. huius contra Platonem, qui in hac re erat varius; omnis ſubſtātia ſiue ſit naturalis, ſiue artificialis fit ab vniuoco; ſed materia & forma non fiunt ab vniuoco: ergo nec materia nec forma generantur; probat maiorem, quia homo fit ab homine in natura: in arte uero etiam probat: quia domus in re fit à domo in mente.

Tex. 22.

Forma non generat' nec materia.

Tertio ſciendum, quòd iſta propoſitio vniuerſaliter verificatur. Omne agens agit ſibi ſimile, addita tamen hac particula, inquantum poteſt: quia videmus quòd ſi agens vniuocum fuerit vehementis virtutis, facit ſibi ſimile non ſolum quoad formam, ſed quoad indiuiduales conditiones: mas enim fortis generat marem, & iracundus iracundum, vt ſcribitur in 7. ethicorum: quia ſi attendimus ad modum procedendi ex parte cauſæ, vniuerſaliter verificatur, quòd proceſſio eſt ſimilis modo exiſtendi in cauſa: quia eſt illius modus prius effectus in genere cauſæ efficientis, itaquòd ſicut forma procedens eſt à forma in cauſa, & propterea ſimilis illi, ita modus procedendi ex partæ cauſæ eſt à modo præexiſtendi in cauſa, & conſequenter ſimilis illi: ſi autem attendamus modum procedendi ex parte effectus, ſic propo- B ſitio iſta non vniuerſaliter verificatur. Omne quod fit, fit ab vniuoco, quia iſte modus, proprie loquẽdo, magis eſt modus participãdi, vel ſuſcipiẽdi cãm, quàm procedẽdi ab ea. Hinc fit, ꝙ domus procedit ab arte intelligibiliter; qm̃ à prohæreſi, vt habetur 9. huius, tñ ſuſcipitur in materia ſenſibiliter, & fit per organa; effectus etiam corporũ cęleſtium procedunt incorruptibiliter & vniuerſaliter iuxta modum formarum, quibus agunt, quia procedunt per actiones eorum æternas, & commenſuratas eis, quamuis participatio eorum apud ſphæram generabilium & corruptibilium ſit plena corruptionis, & dearticulationis: quia paſſio non ęquatur actioni. Ex his poteſt haberi ſenſus huius maximæ propoſitionis; omne quod, fit, fit ab vniuoco, ex parte ſcilicet cauſæ, non ex parte recipiendi cauſam, ſeu modum ipſius cauſæ: quia omne agens agit ſibi ſimile inquantum poteſt, vt dictum eſt.

Cap. 4.

Tex. 20.

Secundo poteſt gloſſari ad mentem S. Thom. iſta propoſitio in cauſis per ſe, non autem in cauſis per accidens, vt eſt fortuna & caſus, quæ ſunt quaſi defectus & priuationes naturę & artis; quia fortuna eſt intellectus agens præter intentionem, & caſus eſt natura agens præter intentionem: & propterea illa, quę fiunt à fortuna & caſu, non aſſimilantur ſuis agẽtibus, C cum non ſint cauſę per ſe; ſed per accidens: ſed cauſæ per ſe, vt eſt homo generans, & ædificator, producunt ſibi ſimilia. Hinc eſt, quòd ſoluitur, quod poteſt adduci de animalibus, quę generantur ex putrefactione, quia hæc non fiunt ex ſibi ſimilibus ſecundum ſpeciem; quia talia videntur fieri caſu, & præter intentionem, cum non habeant cauſam determinatã agentem in iſtis inferioribus: ſed ſolum cauſam agentem ſuperiorem.

Omne quod fit ab vniuoco fit.

Tertio poteſt gloſſari iſta propoſitio ad mentem S. Thomę, quòd omnis ſubſtantia ſiue naturalis, ſiue artificialis fit ab vniuoco vel ſecundum prędicatum ſpecificum, vel ſecundum prædicatũ genericũ. De qua re poteris videre S. Tho. in ſcripto ſuo ſuper Diony. de diuinis nominibus, & in quæſtionibus diſputatis de potentia Dei, & in 1. parte ſummę ſuę Theologię, & in 2. lib. ſentent. & etiam in 3. ſent. vbi inquit, omne procedens naturaliter ab aliquo eſt ei ſimile, & ęquale in natura, niſi ſit defectus agentis vel materię.

Lect. 3. q. 7. ar. 1. q. 15. ar. 1. di. 1. q. 2. a. 2. d. 11. q. 1. a. 1

Et ex hac gloſſa ſoluuntur multa argumenta; præſertim illud, quod fieri ſolet: maſculus generat aliquando fęminam; ſed talis generatio non poteſt eſſe vniuoca, cum ſpecie differãt ex 10. huius: ergo non omne quod fit, fit ab vniuoco, licet enim maſculus & fęmina differãt D ſpecie naturaliter, non tamen formaliter, quę eſt ſolutio communis. Sed ſecundũ hanc gloſſam ultimo datam poſſumus dicere, quòd licet maſculus & fæmina non ſint uniuoca quoad aliquod prædicatum, quod eſt eſſe maſculinum, uel fæmininum; ſunt tamen uniuoca quoad hęc prædicata nempe, quòd tam maſculus, quàm fæmina ſunt homo, animal, & ſubſtantia: propterea bene habet alia tranſlatio huius textus, ſcilicet quòd conueniens fit à conueniẽti.

Tex. 25.

Et ſi quis quærat, præſertim propter id, quod dictum eſt in prima gloſſa, ꝙ omne agens agit ſibi ſimile inquantum poteſt ex parte agentis; quia agens diuiditur communiter in uniuocum, & æquiuocum, utrum hoc ueritatem habeat in genere cauſæ efficientis tantummodo, uel etiam in omnibus aliis. Ad quam dubitationem dicimus, quòd uniuocatio & æquiuocatio non uidentur denominare aliquam cauſarum, ut concurrũt ad productioné, niſi ratione productionis, quam immediate diuidunt: productio autem importat habitudinem mediam inter producens & productum; & ideo proprie diuiſio agentis in uniuocum & æquiuocum uerificatur in genere cauſæ efficientis.

Omne agẽs agit ſibi ſimile.

Si autem

A *Si autem aliquid poſterius permanet conſiderandum eſt, in quibuſdam enim nihil prohibet, &c. Tex. 17.*

An ex verbis huius textus poßit ſumi, animam eſſe immortalem.

Dilucidatio ſecunda.

DOMINVS ſit illuminatio mea. Quia inter arduas & difficiles quæſtiones, quæ in Ariſtot. doctrina examinari ſolent, illa mihi ſemper difficilis viſa fuit, quæ eſt de animorum immortalitate; & præteritis ſeculis omnes fere illuſtres Philoſophi in hoc laborarunt, vt huius difficultatis veritatem
B oſtenderent, Ariſtotelisque ſententiā explanarent: verum quia varii varia dixerunt; propterea non erit inutile nobis occaſione huius contextus oſtendere, quid Ariſtot. ſentiat, & quid etiam rei veritas ſit, & vt ordinate proficiſcamur. Primo diuerſas ſententias tum priſcorum, tum modernorum recitabimus de ipſa anima. Secundo quid tenendū ſit de mente Ariſt. Tertio declarabitur veritas ex principiis philoſophiæ abſolute. Quarto difficultates quæ oriri ſolent pro viribus diſſoluemus.

Quantum ad primum ſciendum eſt antiquos philoſophos diuiſos fuiſſe in duas claſſes: ſiquidem aliqui eorum venati ſunt animam via motus, de quorum numero fuit Democritus qui poſuit animam eſſe compoſitam ex atomis, ſiue deciſionibus igneis, quæ ſunt figuræ rotundæ, & corpora valde parua, & virtuoſa; quia cum ignis inter omnia elementa ſit maxime actiuus & formalior cunctis elementis, & cum anima habeat rationem formæ, & rationē motiui, & actiui reſpectu corporis, ſi debet componi ex atomis; rationi conſentaneum eſt vt ex actiuioribus, & formalioribus atomis componatur, cuiuſmodi ſunt atomi naturæ igneæ, & rurſus, cum vita conſiſtat in calido, & anima det vitam corpori, neceſſe eſt animam
C eſſe de natura ipſius ignis, & figuræ rotundæ, vt ſit apta moueri ad omnem differentiam motus. *Opinio illorum qui via motus venati ſunt animam.*

Leucippus quoq; qui fuit collega & ſocius ipſius Democriti, arbitratus eſt animam cōponi ex huiuſmodi atomis rotūdis, quę penetrare poſſint per omnia loca, & moueri ad omnem differentiam ſitus, & addebat Leucippus, propterea animal indigere reſpiratione, quia aer exterior continens huiuſmodi atomos cum attrahitur per reſpirationem extendit, & immittit alias atomos extenſiores, quę comprimunt atomos, ex quibus componitur anima, ne diſſoluatur, & ſic continuatur vita: quia tamdiu viuit animal, quàmdiu poteſt reſpirare.

Hippus fuit alterius opinionis, quòd anima erat quędam aqua ex ſemine, ex quo generantur animalia, & quia ipſum ſemen omnium animalium eſt humidum: propterea anima ipſa non igneę naturę exiſtit, ſed potius humidę.

Crixias opinatus eſt animam eſſe ſanguinem: quia ſentire ineſt animalibus propter naturam ſanguinis: hinc partes carentes ſanguine, cuiuſmodi ſunt vngues, oſſa, & capilli, non ſentiunt, & remoto ſanguine ab animali illico perit: ſignum ergo manifeſtum eſt, animam
D eſſe ſanguinem. *Sententia illorum qui dixerūt animā eſſe ſanguinem.*

Pythagoras voluit animam ipſam eſſe virtutem quandam, quę mouet illa corpora indiuiſibilia & mobilia, & hanc opinionem fuiſſe ipſius Pythagorę aſſerit quidam Philoſophus nomine Archelaus, qui fuit magiſter Socratis, vt docet S. Auguſt. 10. lib. de Ciu. Dei: poſuit quoque illam fatuitatem fabuloſam, ſcilicet tranſmigrationem animarum de corpore in corpus. *Cap. 6.*

Anaxagoras docuit animam eſſe virtutē quandam mouentem omnia, vt expreſſe teſtantur verba Ariſt. 3. de anima, neceſſe itaque, quoniā omnia intelligit intellectum eſſe immixtū ſicut dicit Anaxagoras, ad hoc vt imperet. Ex qua opinione ortus fuit error quorundam, animam eſſe de ſubſtantia Dei, ut docet S. Auguſt. in lib. de origine animę, & S. Thom. in 1. p. *Tex. 4.* *q. 90. ar. 1.* Thales Mileſius, qui ſolum inter ſeptem ſapiētes Grecię ſe occupauit in ſcientia ſpeculatiua in conſiderandis rerum principiis, poſuit animam eſſe de natura ipſius aquę: quia ſpermata omnium animalium ſunt humida: primum autem principium humidorum eſt aqua. Diogenes, qui fuit diſcipulus Anaximenis cū poſuiſſet primū principiū omniū rerum eſſe aerē dixit etiam animam eſſe ventum, ſeu aerem quendam. Heraclitus non multum differens ab opi-

ab opinione ipſius Diogenis poſuit animam eſſe quendam vaporem; quod aliqui voluerunt confirmare ex verbis ſacrę ſcripturę: formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ & factus eſt homo, &c. Alcimeon docuit animam eſſe quandã ſubſtantiam incorporalem de natura cæli: quia poſuit etiam Deum eſse quoddam corpus, quod iudicabat eſse principium aliorum corporum, vt narrat S. Thom. vbi ſupra. Hi fuerũt qui via motus venati ſunt naturam ipſius animæ. A

Opinio illorum qui venati ſunt animam via ſenſus.

In alia claſse fuerunt plures Philoſophi, qui uia ſenſus & cognitionis venerunt in cognitionem ipſius animæ, de numero quorum fuit Empedocles, qui poſuit ſex principia rerum: quatuor materialia, ſcilicet terram, aquam, aerem, & ignem; & duo actiua & paſſiua, ſcilicet litem, & amicitiam: & ideo ex quo ponebat animam omnia cognoſcere, dixit animam eſse ex huiuſmodi principiis, quæ ponebat: ſecundum enim, quòd eſt ex terra, terram cognoſcit; & ſecundum quòd eſt ex aere, aerem; & ſic de aliis, & per concordiam cognoſcit concordiã & ex diſcordia diſcordiam. Diuinus autem Plato poſuit etiam animam conſtitutam eſse ex principiis, nempe ex eodem, & diuerſo; ex quibus principiis cognoſcebat omnia: quia cum ſit de natura identitatis, cognoſcit omnia ſimplicia, & cum ſit de natura diuerſitatis cognoſcit omnia materialia: poſuit etiam ipſam animam eſse conſtantem ex numeris, vt narrat Ariſt 1. de anima. B

Tex. 16.

Quas opiniones omnes reicit ipſe Philoſophus multis argumentis per totum fere primum librum de anima, & tandem ipſe docet, animam eſse ſubſtantiam ſicut ſpeciem corporis phyſici potentia vitam habentis: nihilominus poſt ipſum Philoſophum adhuc fuerunt diuerſæ ſententiæ de anima.

Opinio Galeni de anima.

Galenus medicus loquens de ipſa anima, voluit ipſam eſse quandam complexionẽ, quia videbat ex diuerſis complexionibus cauſari in nobis diuerſas paſſiones, quæ attribuuntur animæ: vnde habentes complexionẽ cholericam facile iraſcuntur; & habentes complexionem malencholicam de facili triſtantur, &c. Alexander vero voluit animam noſtram etiam eſse quandam virtutem in nobis, ut ſic definitio communis de anima aſſignata ab Ariſtotel. poſſit ſibi conuenire; quia non poterat intelligere aliquam ſubſtantiam intellectualem eſse formam corporis; ob hoc poſuit prędictam uirtutem non eſse fundatam in aliqua ſubſtantia intellectuali; ſed eſse conſequentem commixtionem elementorum in corpore humano; & in hoc decepti ſunt plurimi non potentes intelligere, quomodo anima intellectiua poſſit ſimul habere hæc tria, nempe quòd ſit forma, & quòd ſit immortalis, & quòd plurificetur ad numerum corporum, & ex hoc ortæ ſunt etiam uariæ ſententiæ. Plotinus, & & Philoponus, & multi alii poſuerunt animam uniri corpori tanquam nautam naui, & in hoc ſecuti ſunt Platonẽ in Alcibiade, ubi poſuit animam eſse ſubſtantiam corpore utentem, ideſt homine corporeo, & ſenſibili; & hoc aſseritur, quia apud Platonem eſt triplex homo. Vnus intellectilis ideſt idealis, ut colligitur ex Parmenide, qui eſt ueriſſimus homo. Quidam eſt intelligibilis, qui eſt ipſa anima rationalis, ut patet in Alcibiade, qui eſt homo uerus. Quidam rurſus eſt homo ſenſibilis, qui apellatur animal humanum in Phedro; homo autem ſenſibilis eſt idolũ hominis intelligibilis, & homo intelligibilis & ſimulachrũ hominis intellectibilis. C

Com. 5.

Auempace præceptor Auerrois, & Abumacher referente ipſo Auerr. in 3. de anima uoluerunt animam hominis eſse quandã mixturã uel complexionem, aut uirtutẽ in mixtura, vel complexione cõſtitutam, factam quidem naturæ neceſſitate: fingunt enim patrem, & matrem miniſtrare materiam, ſcilicet ſemen, quod cum in matrice recipitur, in illa putreſcit, quæ putredo uirtute ſolis ac ſtellarum eſt quædam mirabilis complexio, quæ humana anima eſt, uel quam conſequitur humana anima, quæ eſt ultima perfectio, ad quam peruenit natura ipſa, huius animæ uirtus illa nobiliſſima, qua hęc anima cognoſcit, & ſapit, ratiocinatur & exiſtimat, uocatur intellectus poſſibilis, & eſt generabilis & corruptibilis. Ponunt etiam alium intellectum agentem, qui eſt intellectus in actu, & iſte eſt ęternus, & immortalis. In hac declaratione uidentur, quòd iſti ſequuti fuerint Alexandrum. D

Sententia Theophraſt. d anima hominis.

Theophraſtus, & Themiſtius dixerunt duplicem eſse hominis animam. Alteram extrinſecus manentem, quę eſt quaſi ſol illuminans. Alteram quaſi illuminationem, quę eſt uita ac hominis animatio, anima quidem, quę eſt ut ſol, hæc eadem eſt mundi anima & hominis, eſt mundi forma & hominis, non quidem ab inanimando anima, nec ab informando forma; ſed ab animando ac formando quatenus animationem creat & perfectionem hominis, quę eſt hominis uita, format, efficitque, ac producit, & hæc mundi anima dicitur anima mundi ac forma, non quòd animet, aut formet mundum, ſed quia animat omnia animata, quæ in mundo ſunt, & format formas omnium rerum, quæ ſunt in mundo, ipſius uero hominis eſt anima, & intellectus: anima quidem, à qua proficiſcitur uita hominis veluti à ſole emanat

A nat lumen; intellectus vero, quatenus homo per illam intelligit; ex quibus deducunt eſſe duplicẽ hominis animam: alteram propriam, & internam: alteram vero externam; & ſic euã duplicem intellectum hominis: alterum ſeparatum & externum: qui eſt anima mundi, & de hoc puto Varronem intellexiſſe, Deum eſſe animam mundi: alterum vero coniunctum, qui eſt virtus illius animæ, quæ eſt vita hominis atque interna perfectio.

Opinio Auerro. de anima diuerſimode narratur.

De opinione Auerrois diuerſi diuerſa ſentiunt: ſi quidem Gannauenſis inter Anerroiſtas non mediocris ſectator illius, aſſerit animam intellectiuam eſſe immortalem & eſſe formã ſubſtantialem humani corporis, implicare contradictionem; quia ſecundum eum hæc conſequentia eſt neceſſaria, intellectiua anima ſiue intellectus eſt ſubſtantialis forma humani corporis: ergo eſt genita & corrupubilis: propterea aſſerit animam intellectiuam eſſe formam aſſiſtentem & non informantem, vnirique corpori ſecundum operationem & non ſecundũ eſſe, ſicuti agens & patiens ſunt vnum in operatione; & ſicut artifex vnitur instrumento, ita hæc anima vnitur homini, & ſicut motor vnitur mobili, ita intellectus vnitur homini mediantibus phantaſmatibus: vnde ex intellectu & homine fit vnum ſecundnm operationem; B & hunc modum fictum impugnauit S. Tho. 1. p. & Albertus, & Egidius.

q. 76. ar. 1.

Opinio Caſertani ad mentem Auerr.

Qnidam alii Anerroiſtæ, de numero quorum eſt Caſertanus Epiſcopus, volnerunt ad mẽtem Auerro. animam intellectiuam eſſe ſubſtantialem formam hominis; quæ conſtituit hominem in ſpecie; quia imaginantur formam eſſe duplicem. Alteram, quæ conſtituit ſnbiectum, & ab eo conſtituitur, & hęc vocatur forma materialis, quę dependet in eſſe & conſeruari à ſubiecto, & incipit & deſinit cum eo, qualis eſt forma mixtorum, & vegetabilinm anima, atqne animalium. Alteram autem, quæ ſubiectum quidem conſtituit, & ab eo non conſtituitur: quia ab ipſo non pendet nec in eſſe, nec in conſeruari, ſicuti ſunt animæ cælorum, & hoc pacto aſſerũt eſſe animam humanam, quam volunt nobis copulari bifariam. Vno modo per naturam, quatenus à principio noſtri ortus ſua natura & hominis diſpoſitione cæpit eſſe naturalis forma, nobis dans eſſe quo reponimur in humana ſpecie, & nomen & rationem, qua ſumns & homines & animalia rationalia. Alio modo copulatur nobis per voluntatem, qnatenus volnntarie ſpeculamur phantaſmata, quibus mediantibus intellectus nobis vnitur vt principium intelligendi.

Opinio Viltonienſis.

C Alii vero Auerroiſtæ, de numero quorum eſt Viltonienſis, volnerunt intellectum eſſe formã ſnbſtantialem hominis, quia natura humana cõis oĩbus hominibus eſt ſubiectum per ſe primo perfectibile ipſius intellectus; ex conſequenti ſicuti hæc natura communis eſt vna numero, ita & ipſe intellectus ſeu anima intellectiua: aliorum autem hominum ſingularium & indiuiduorum eſt forma, non tanqnam per ſe primo perfectibilium: propterea non numeratur ad numerationem illorum: & ideo reſtat vt ſit vna nnmero, & dat exemplum de anima ſecundum opinionem S. Auguſt. & ſecundum rei veritatem, quæ per ſe primo perficit totum hominem: ſecundario vero ſingulas partes hominis: propterea eſt vna in toto, & in ſingulis partibus, ſic intellectus; quia per ſe primo perficit naturam communem hominum; ſecũdario vero ſingula eius indiuidua: propterea poterit eſſe vnus numero omnium hominum.

Opin. Bach. diſt. 20. q. unica.

Ioannes verò Bachonitanus optimus etiam Auerroiſta opinatur ad mentem Auerr. 2. ſent. intellectum copulari nobis dupliciter. Vno modo ſecundum virtutem, vel potentiam .ſ. quatenus fit noſtra potentia, per quam intelligimus, quam qnidem copulationem ſpiritualem aſſerit, quia hac communicat ſe nobis & facit ſe noſtram potentiam, qua poſſumus intelligere; & hęc dicitur copulatio ſpiritualis, non autem realis: quia ſecundum hanc copula- D tionem intellectus non eſt forma informans humanum corpus, nec illi dans eſſe, quia tunc eſſet copulatio realis. Alia eſt copulatio intellectus ad phantaſmata tanquam ad obiecta, quorum intenſiones recipit actu immateriales virtute intellectus agentis, & per hanc potius intelligit phantaſiabilia, quàm qnòd nos per ipſum intelligamus, & dat exemplum de ſenſu communi, qui copulatur ſenſibilibus, quæ inſunt nobis; & copulatur etiam nobis; ſenſibilibus quidem tanquã obiectis, ex quibus recipit ſpecies: nobis autem velnti potẽtia & virtus, qua poſſęmus moueri à ſenſibilibus; ſic aſſerit de intellectu, qui dupliciter nobis copulatur. Vno modo tanquam ſpiritus & potentia ad intelligendum. Alio modo phantaſmatibus tanquam obiectis. Verum quomodocunque declarent opinionem Auerrois, ſemper apud omnes recte intelligentes, talis opinio ne dum in ſe eſt falſiſſima, verum inintelligibilis, & monſtruoſa, & ab Ariſto. prorſus aliena, quia nullus vnquam exiſtimauit, quòd tanta fatuitas fuerit ab Ariſt. ne dum credita, verum nec excogitata.

Opinio Alexandri.

Quidam alii tenuerunt ad mentem Alexandri, animam noſtram eſſe ortui & occaſui obnoxiam, de numero quorum eſt Plutarchus 5. de placitis Philoſophorum. Theodoretus primo

mo grecanicarum affectionum. Diuus Iuſtinus Martir in exortatorio ad gentes. Gregori us A
Niſenus in libro ſuo de anima, quos ſequuti ſunt Pomponacius Mantuanus lib. de immor-
Iacob' Martæ Neapolitanus. tal. animę. Simon Portius Neapolitanus in libello quodam de mente humana, contra quem
eruditiſſimus Iacobus Antonius Martæ philoſophus excellentiſſimus Neapolitanus in qua
dam ſua apologia de immortalitate animę erudite ſatis diſſoluit ſexaginta ſex rationes col-
lectas tum ab ipſo Portio, tum ab Aliis, qui nituntur probare animam eſſe mortalem. Tho-
Cap. 2. mas de Vio Cardinalis Caietanus 3. de anima, vbi explanans opinionem Ariſto. aſſerit non
eſſe intentionis ſuæ dicere aut ſubſtinere velle, intellectum poſſibilem eſſe generabilem, &
corruptibilem ſecundum philoſophię principia: quoniam hæc poſitio eſt falſiſſima: quia ex
principiis philoſophiæ vt pote veris non deducitur recte niſi verum: hoc autem conſtat ex
fide eſſe falſum: igitur non poteſt ex principiis philoſophiæ ſequi, vnde neque vt verum, ne-
que vt conſonum, neque vt probabile philoſophię fatetur hęc ſcripſiſſe; ſed tantum vt expo
nens opinionem ipſius Græci; quam conatur oſtendere eſſe falſam ſecundum principia phi-
Cap. 9. loſophię: propterea in expoſitione epiſtolę ad Romanos dixit ſe neſcire animam immorta-
lem, ſicut neſcit, verbum caro factum eſt, & myſteria prædeſtinationis, & reprobationis. Sed B
IM Mortalitas animæ fide tenetur ſecundum Caie. hęc omnia tenet ſub fide, quia ad mentem ipſius Ariſt. non poſſumus aliter dicere, niſi intel-
lectum eſſe duplicem. Vnum mortalem, qui vocatur intellectus poſſibilis, & dianoeticus,
ſcientificus, & opinatiuus. Alter vero intellectus agens, qui eſt prima cauſa, de quo 3. de ani
Tex. 19. ma dicitur, quòd eſt ſubſtantia actu ens; primus eſt mortalis, ſecundus autē immortalis.

Quidam alii inter Latinos, de numero quorum fuit Herueus Natalis Britonus Magiſter
Queſt. 11. Generalis Ordinis Prædicatorum, qui in primo quolib. ſuorum declarans opinionem Ariſt.
præſertim in præſenti litera aſſerit, quòd non habetur expreſſa ſententia eius affirmatiua aut
negatiua, vtrum anima maneat poſt corruptionem compoſiti vel non, ſed ſub dubio ipſam
reliquit: primo etiā de anima dicens, vtrum anima realiter ſeparetur à corpore, an ſolum ſit
Tex. 13. ſeparabilis ſecundum ſolam potentiam intellectiuam, & operationem eius, ponit exem-
plum de ænea ſphæra, cui conuenit tangere planum in puncto non in eo quòd ænea, ſed in
eo quòd ſphæra.

d. 43. q. 2. Hanc quoque opinionem ſequutus eſt Ioannes Scotus, qui fuit coetaneus Heruei in 4.
ſentent. vbi aſſerit, quòd dubium eſt, quid Philoſophus circa hoc ſenſerit. varia enim loqui- C
tur in diuerſis locis, & habuit diuerſa principia, ex quorum aliquibus videtur ſequi vnum
oppoſitum; ex aliis aliud: vnde probabile eſt, quòd in illa concluſione ſemper fuerit dubius,
& nunc magis accedere ad vnam partem, nunc ad aliam iuxta hoc, quòd tractabat materiam
conſonam vni parti, magis quàm alteri; & licet hæc opinio communiter tribuatur Scoto:
Scoto tribui tur aliquid nō attribuē- dum. primus tamen inuentor non fuit ipſe, ſed Herueus: tribuitur tamen Scoto, quia ſub ipſo ma-
gis præualuit, ſicuti tribuitur Manichęo ponenti duo eſſe principia rerum: ſummum bonum
à quo omnia bona; & ſummum malum, à quo omnia mala, tamen auctor huius hæreſis pri
Cap. 6. & 21. mus non fuit Manichæus, ſed fuerunt Gnoſtici, & Cerdon, vt docet Auguſt. lib. de hęreſibus
ita etiam factum eſt de hac opinione Scoti, & Heruei circa animæ immortalitatem ad men-
tem Ariſto. Hę ſunt opiniones variæ circa naturam ipſius animę, ac eius indeficientiam.

Sequitur modo ſecundo loco videre quæ fuerit germana mens Ariſt. quam poſſumus col
ligere ex hoc pręſenti textu, in quo manifeſte ponit has tres propoſitiones. Quarum prima
Diſcrimen inter cauſas agētes & formales. eſt. Anima eſt forma ſubſtantialis humani corporis: hęc propoſitio patet ex diſcrimine, quod
ponit inter cauſas mouentes ſeu agentes & cauſas formales; aſſerens, cauſas mouentes & D
agentes præxiſtere rebus factis, quod patet ex hoc, quia cauſæ mouentes ſunt principia mo-
tus, qui terminatur ad rem factam: ſed cauſa formalis ſimul incipit eſſe cum re; cuius eſt cau
ſa formalis; & ponit duplex exemplum: alterum de ſanitate, qua homo ſanatur: non enim ſa
nitas antecedit hominem ſanum, ſed ſimul eſt cum homine ſano: alterum exemplum eſt de
ſphæricitate, quę ſimul eſt cum ipſa ſphæra ęnea: vnde tanquam rem manifeſtam accipit, ani
mam eſſe formam corporis humani, vt patet ex verbis ſequentibus, in quibus inquirit, ſi au-
tem aliquid remanet, poſterius perſcrutandum eſt; in quibuſdam enim nihil prohibet, vt ſi
anima eſt talis diſpoſitionis, non omnis, ſed intellectus; omne nāque impoſſibile eſt; & hoc
cōfirmatur ex expoſitione Auer. narrantis opinionē Alexandri, Theophraſti; & Themiſtij
& tandē dicit ipſe, Ariſt. in hoc textu cōparare cauſam materialē ad cauſam mouentē, quæ in
hoc diſtinguuntur, quòd mouens cauſa præcedit effectum; cauſa vero formalis non pręce-
Tex. 1. dit; ſed eſt ſimul, & quòd hęc fuerit mens Ariſto. patet ex 2. de anima, vbi inquirit, quę nam
Tex. 2. ſit communiſſima ratio animæ, & diuidit ſubſtantiam in materiam, formam, & compoſitū
Tex. 5. & in ſucceſſu verborum concludit animam eſſe actum corporis, non ſicut conſiderare, ſed

ſicut

A ſicut ſcientia, at ſcientia eſt actus primus ſcientis: ergo & anima eſt actus primus corporis
phyſici potentia vitam habentis: talis autem actus eſt forma ſubſtantialis, & inferius quoque Tex. 7.
concludit: vniuerſaliter quidem igitur dictum eſt, quid ſit anima; eſt enim ſubſtantia, quæ
ſecundum rationem hoc autem eſt quod quid erat eſſe huiuſmodi corporis. hæc enim verba
ſubdit Ariſt. ne quis diceret hanc definitionem animæ non conuenire animæ intellectiuæ,
ſed tantum vegetatiuæ aut ſenſitiuæ; luce meridiana clarius hoc oſtendit inferius per plu- A text. 21.
res contextus, vbi facit hanc demonſtrationem: quo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelli- uſq. ad 26.
gimus primo eſt ratio, & ſpecies ſeu forma, & non vt materia & ſubiectum; ſed anima intelle
ctiua eſt huiuſmodi: igitur anima intellectiua de mente Ariſt. in hoc proceſſu eſt forma ſub-
ſtantialis corporis humani: maiorem ita probat, quia quo viuimus, & ſentimus, dupliciter Quo viuim' bifariam dicitur.
eſt, ſicut & quo ſcimus, nempe vt ſcientia & anima, & quo ſanamur vt ſanitate, & corpore,
vel parte; ſed ſcientia & ſanitas eſt forma & ſpecies, & ratio vt actus ſcientifici, & ſanabilis,
quia actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito: & ſic concludit de anima, quòd cum
ſubſtantia non ſit niſi triplex, materia, forma, & compoſitum; & anima non ſit materia, nec
B compoſitum: ergo erit forma. Eandem veritatem docuit Ariſt. 2. lib. de gener. animalium; Cap. 3.
vbi quærit, à quo eſt vltima forma hominis, qua homo eſt homo, & loquitur de anima intel-
lectiua, quam aſſerit deforis aduenire, vnde cum in illo loco ſit ſermo de anima vegetatiua,
ſenſitiua, & intellectiua, & omnes doceat eſſe formas: non oportet dubitare de iſta propoſitio
ne in doctrina Ariſto. & præſertim quia 4. libro de partibus animalium eandem veritatem Cap. 9.
docet, animam eſſe formam conſtituentem hominem in eſſe hominis, & lib. 9. ethic. docet Cap. 8.
potiſſimum in homine non eſſe ab eo ſeparatum. 8. etiam libro huius docet, differentiam ſu Tex. 6.
mi à forma; ſed differentia conſtitutiua hominis eſt rationale, quod dicitur de homine ratio
ne principii intellectiui: ergo intellectiuum principium, quod eſt anima, eſt forma hominis.
Ad corroborandam iſtam veritatem adducit S. Thomas plurimas rationes, 1. p. & 2. libro cō- q. 76. ar. 1.
tra gentiles, & in opuſculo 3. cōtra Auerroiſtas, & in quæſt. diſputatis, de ſpiritualibus creatu Cap. 56.
ris: & etiam quæſtionibus de anima, & in quolibeto 12. quas rationes poteris videre diligens Cap. 8.
lector in locis ſupra citatis: mihi autem ſufficit oſtendere veritatem huius propoſitionis de Art. 2.
mente Ariſto. Art. 19. Art. 10.

C Secunda propoſitio habetur implicite in hoc contextu, nempe quòd anima intellectiua
multiplicetur numeraliter in diuerſis hominibus: quia ſuppoſita veritate primæ propoſitio-
nis, quæ eſt manifeſta, quòd anima intellectiua ſit forma informans, ſequitur neceſſario, quod
ad multiplicationem perfectibilium, multiplicetur & ipſa forma, ſeu perfectio; quia ſi om-
nis forma, quæ eſt in materia dat ei eſſe, cū effectus formalis ſit inſeparabilis à forma exiſtente
in receptiuo, & anima intellectiua ſit forma in materia, & det eſſe ei: ergo ad multiplicatio-
nem materiarum oportet & ipſam multiplicari: minor probatur ex doctrina Auerro. in hoc
12. & etiam 1. phy. & 2. quoque phy. vbi docet, quòd omnis forma conſiderata à philoſopho Com. 35.
naturali eſt in materia; ſed anima intellectiua pertinet ad naturalem ex ipſomet Comment. Com. ulti.
3. de anima: ergo à primo ad vltimum neceſſe eſt animam ipſam multiplicari ad multiplica- Com 18.
tionē hominum. Et confirmatur, quia omne compoſitum eſt hoc aliquid per ſuam formam Com. 17.
ſubſtantialem, quæ eſt ſua prima perfectio; ſi ergo homo eſt hoc aliquid, ideſt ſingularis ho- Anima eſt forma hominis.
mo diſtinctus numero ab alio homine: ergo forma eius eſt diſtincta à forma alterius ſimpli-
citer; ſed forma eius eſt anima intellectiua per veritatem propoſitionis præcedentis: ergo ani
ma intellectiua plurificatur ad plurificationem indiuiduorum, & hoc voluit Ariſto. 7. huius Tex. 28.
D contra Platonem, vbi docebat particularium rerum eſſe particularia principia; cum ergo ani
ma intellectiua ſit formale principium huius hominis: ergo oportet vt ſit ſingularis, & par-
ticularis, & diſtincta in hoc, & illo homine: & 2. phy. docuit etiam Ariſt. eandem eſſe rationē Tex. 26.
materiæ & formæ, quippe quæ cū ſint relatiua, ad multiplicationē vnius neceſſario multipli-
catur & alterum: & 2. de anima ſcripſit, vnuſquiſque actus eſt in propria materia, & non in Tex. 24.
multis materiis, immo inquit, vno variato variatur & alterum, & eodem libro etiam poſuit Tex. 7.
quòd vnitas & diſtinctio, & eſſe rei ſumitur ab actu et forma, & vbique locorum in ſua do-
ctrina, præſertim 7. huius fatetur, impoſſibile eſſe, vt idem numero ſit multorum ſingulorū Tex. 15.
ratio ac ſubſtantia. Sequuntur etiam infinita inconuenientia: ſi negetur iſta propoſitio, in-
ter alia, quæ communiter adduci ſolēt; hoc eſt vnum, ſcilicet quòd Sortes eſſet per eſſe Plato
nis, & Plato per eſſe Sortis, quod eſt abſurdum magnum: conſequentia eſt euidens, quia ani
ma intellectiua eſt prima perfectio, ideſt forma informans quēlibet hominem, ſi non eſſet
multiplicata, ſed tantum vna numero: ergo Sortes & Plato haberent vnicam formam ſubſtā-
tialem numero; & per conſequens haberent vnicum eſſe exiſtentiæ, & ſic vnus eſſet per eſſe
alterius.

alterius. Rurſus ſequeretur Sortem fuiſſe ante ſui generationem, quia tunc eſt res quęlibet, A

Anima intellectiua eſt multiplicabilis.

quando eſt propria forma illius, ſed ſi anima intellectiua non eſſet multiplicata ad multiplicationem hominum, ſed eſſet vna numero, tũc eſſet ęterna à parte ante, & ſic antequam Sortes fuiſſet generatus, eſſet anima ſua: ſed hoc eſt inconueniens, quòd Sortes fuerit antequã eſſet. Rurſus ſequeretur etiam, quòd Sortes non eſſet corruptibilis inquantum homo: probatur conſequentia, quia ipſe eſt homo per animam intellectiuam: quæ inquantum eſt forma non eſt corruptibilis, nec per ſe, nec per accidens ſecundum nullum eſſe, quod dat Sorti. Et rurſus ſequitur inde, quòd ego acquirerem ſcientiam, quam tu acquiris, & econuerſo perderẽ ſcientiam, quam tu perdis, cũ ſcientia non acquiratur niſi in intellectu, qui eſt poteſtas animæ intellectiuæ, quę per Aduerſarios eſt vna numero in omnibus: ſed impoſſibile eſt idẽ ſecundum idem acquirere ſcientiam, & ſimiliter perdere, ergo. &c. & infinita alia inconuenientia ſequerentur, non poſita veritate huius propoſitionis, vt deducit S. Tho. 1. p. & in 2. contra gentes per plura capita, & in opuſculo de vnitate intellectus contra Auerroiſtas, & de ſpiritualibus creaturis. Sunt etiam plurima alia argumenta, quæ adducit Albertus Magnus. 1. p. ſummæ ſuæ de admirabili ſcientia Dei.

q. 76. ar. 2. A ca. 73. vſq; ad 79. ar. 9.

Verum breuitati ſtudens nolo alias rationes multiplicare, cum oppoſitum huius propoſitionis deſtruat omnes leges, & Iudęorũ & Turcarũ: & reſpublicas: quia ſi vnica eſſet anima intellectiua in omnibus: igitur omnes homines haberent eaſdem animę potentias, eundem numero intellectum, voluntatem, & memoriam, eaſdem operationes, & accidentia ſpiritualia eadem numero, vt pote in eadem numero anima, quod eſt ridiculum dicere: quia ſequeretur eandem animam in vno eſſe fatuam, & in alio ſapientem; in vno prudentem & in alio imprudentem; in vno iuſtam & in alio peccatricem; in vno beatã & in alio miſerã, & ſic illamet anima numero in eodem tempore ſimul & ſemel eſſet ſapiens & inſipiens, iuſta & iniuſta, miſera & beata, immo & damnata in inferno poſt mortem ſcilicet impiorum, & in gloria poſt mortem ſcilicet ſanctorum, & piorum: & q; ſtultus homo & ſceleratus haberet animã optimã, & ſapientiſſimam, & q; ſapiens & virtutibus ornatus haberet animã inſipientiſſimã, & ſceleratiſſimã, & hoc manifeſte ſequitur; quia poſito quòd ſit vnamet numero anima in vtriſque, oportet quòd habeat ſua bona, vel mala ſpritualia in ſe, quę immediate inhęrent ipſi animæ, & maculas ac reatus peccatorum, & bonorum operum merita; quę fuit vel in hoc vel in illo homine: nam vere ea operata eſt & fecit; quamuis in diuerſis locis & in diuerſis corporibus; & præterea ſequeretur inde, quòd vna et eadem res numero naturaliter poſſet eſſe in diuerſis locis, & quidem diſtinctis et ſeparatis inter ſe; et quòd peius adhuc, vna numero pars in multis diſtinctis totis, & vnum inhęſiue in multis ſubiectis. Quæ omnia abhorret ne dum intellectus, ſed tota natura: quia ſi erit vna anima numero in tota humana ſpecie, poſſet quis facile dicere, in aliis ſpeciebus animalium hoc idem reperiri, immo facilius poſſet hoc ſecundum defendi, quàm primum: quia pauciora abſurda ſequerẽtur ad hoc ſecundum, quàm ad primum: nam ad hoc ſecundum nõ ſequeretur hoc abſurdum, animam rationalem Saluatoris noſtri & Iudæ eſſe eandem numero, ſicut ſequitur ad primum, & plurima alia inconuenientia, vt deductum eſt, &c.

B

Anima rõnalis una numero nõ põt eſſe ſimul iuſta & peccatrix.

C

Anima boni & mali non eſt eadẽ numero.

Propterea videnda eſt veritas tertię propoſitionis: quæ eſt principaliter intenta in hac diſputatione, quę eſt iſta; anima intellectiua, quam diximus eſſe formã informantem, & multiplicatam ad multiplicationem indiuiduorum humanę ſpeciei, eſt incorruptiblis & immortalis, ita quòd nec per ſe nec per accidens poteſt corrumpi: quam propoſitionem ponit Ariſt. in hoc contextu, vbi docet, quòd quamuis formæ non præxiſtant ſubſtantiis compoſitis, perſcrutandum tamen eſt, ſi aliqua forma remaneat poſterius, corrupta ſubſtantia compoſita, & ſubdit in quibuſdam formis nihil prohibere, quòd remaneant poſt ſubſtantiam compoſitã, puta ſi dicamus animam eſſe talem; non tamen omnis anima, ſed ſolus intellectus, forſitan enim impoſſibile eſt omnem animam eſse talem, vt remaneat corrupto corpore: quia aliæ partes animę non habent operationem ſine organis corporeis; intellectus autem non operatur per organum. D

Anima per ſe & per accidẽs eſt incorruptibilis.

Et ſi quis diceret, quòd hic Ariſtote. loquitur dubitatine, quia vtitur illo aduerbio, forſan. Dicimus ad hoc, quòd ideo vſus eſt illo aduerbio Ariſt. quia non erat præſentis intentionis hoc demonſtrare, ſed pertinebat ad libros de anima, vbi hoc apertiſſimis verbis oſtendit, & ſine aliqua dubitatione. Et incipiẽdo à primo libro de anima, aſserit, amare & odire, cum ſint paſſiones coniuncti, marceſcunt, & deſtruuntur. Subſequens poſtmodũ de intellectu aſserit, intellectus autem dignus eſt, vt ſit aliquod diuinum & impaſſibile, vbi Auerro. exponit quòd neque eſsentialiter neque accidentaliter eſt paſſibilis; quia non eſt

Tex. 66.

A tranſmutabilis cum materia. In 2. vero lib. de anima docet manifeſte quòd intellectus & per- Tex. 12.
ſpectiua potentia, ſeu contemplatiua eſt alterum genus animæ ſcilicet à vegetatiua & ſenſiti-
ua, & hoc ſolum contingit ſeparari, ſicut perpetuum à corruptibili: quia eſt ſeparatum ab
organo corporeo. Deſcendens poſtmodum ad tertium librum de anima, poſtquam dedit cō Tex. 20.
ditiones vtriuſque intellectus poſſibilis nēpe & agentis; quia intellectus poſſibilis eſt ſepara
bilis, impaſſibilis, & immixtus, hoc eſt abiunctus ab oī organo corporali; intellectus vero Diſcrimen
agens vltra hæc tria habet hoc quartū; per quod differt ab intellectu poſſibili, ꝙ eſt in actu ſe- inter agentē
cundum ſuam ſubſtantiam, cum omnia faciat. Subdit deinde de tota parte intellectiua, ꝙ & poſſibilē
eſt immortalis & perpetua; quę verba ſunt conformia his, quę dicta ſunt in 2. de anima, ꝙ intellectum.
hoc genus animę ſeparatur ab aliis, ſicut perpetuum à corruptibili: & etiam conformia ver-
bis huius textus, quòd forma nunquam eſt ante materiam, ſed poſterius remanet anima non
omnis, ſed intellectus. In eodem 3. libro de anima mouet quæſtionem, an intellectus exi- Tex. 36.
ſtens coniunctus corpori intelligat aliquod ſeparatorum, & limitat ipſum ad ſtatum coniun
ctionis, & præſupponit eum habere alium ſtatum, nempe ſeparationis alioquin inutilis fo-
B ret illa limitatio, & conſequenter ſuperflua. Ruſus in 2. lib. de genera. animalium propo- Cap. 3.
nit quæſtionem de anima rationali, quæ eſt forma hominis, à quo agente, & in quo tempore
& quomodo inſit homini genito, & tandem determinat, quòd intellectus ex trinſecus acce-
dit, quia ſubſiſtit & habet actionem independentem à corpore. Nec valet illud quod dicit Si-
mon Portius Neapolitanus, quòd intelligitur reſpectu obiecti, quia tunc ratio Ariſto. nihil
valeret, vt clare eſt videre ibi. Et primo lib. de partibus docet expreſſe, non pertinere ad phi- Cap. 11
loſophum naturalem tractare de omni anima, vnde non tractat de anima intellectiua, quia
eſt ſeparata, hoc eſt quia non pendet à corpore, cū ſit æterna & immortalis. Et 2. lib. de gener. Cap. 49.
animalium dicit expreſſe, animam non eſſe corpus, ſed ſpiritum ſeparatum, vt interpretatur
Michael Epheſius. In aliis etiam locis ſuæ doctrinę manifeſte hoc docet Philoſophus, prę-
ſertim. 1. ethic. vbi ſcribit, quòd ea, quæ accidunt in mundo parum mortuos tangunt, quia Cap. 11.
nec ſufficiunt facere beatos eos, qui non ſunt, nec eos qui ſunt beati non beatos facere, vnde
concludit animas remanere poſt mortem, alioquin vana foret quæſtio, nec digna tanto Phi
loſopho. Et quòd plus eſt, in ſequentibus docet, quòd defunctus dubium eſt an ſit particeps Cap. 14 &
C boni vel mali. Et lib. 7. docet delectationem humanam non eſſe perpetuam, quia natura hu 15.
mana eſt compoſita, & ſecundum partem eſt corruptibilis, præſupponens ſecundum alterā Cap. 14.
partem nempe animam intellectiuam eſſe incorruptibilem. Et libro 9. reddit rationem, cur Cap. 10.
homo non reminiſcitur poſt mortem, quod etiam 3. de anima docuit; non reminiſcimur au- Tex. 20.
tem quia intellectus corruptibilis eſt loquens de cogitatiua, quæ dicitur rationalis, quia par-
ticipat rationem ei obediendo; ergo præſupponit aperte animam remanere poſt mortem,
alioquin vana foret quæſtio de non reminiſcendo poſt hanc vitam. Et 9. huius quoque mo Tex. ulti.
uet quæſtionem de ſubſtantiis ſimplicibus, & abſtractis, num humanus intellectus corpori
coniunctus poſſit quidditatiue intelligere, & aſſerit circa ipſas non eſſe deceptionem neque
ignorantiam, qualis ignorantia eſt cæcitas, quia cęcitas eſt, quando aliquis non habet poten- Cęcitas quid
tiam viſiuam; ſed intellectus habet vim ad attingendum ſimplices ſubſtantias: ergo manife- eſt.
ſte ponit etiam in hoc loco alium ſtatum vltra ſtatum coniunctionis. Et 7. poli. aſsignat in- Cap. 3.
ſulas fortunatas pro loco ipſis beatis, licet conditionaliter loquatur, tamen abſolute ponit
beatitudinem Heroum poſt mortem; & conſequenter immortalitatem animarum; immo ait
D ſacrificandum eſſe Heroibus, hoc eſt animabus excellentium virorum.

Sunt & plurima alia loca in doctrina Ariſt. quæ hoc oſtendunt; licet non ita habeantur au
tentica; propterea derelinquo. Vt eſt illud, quod adducit Themi. 3. de anima ex illo libro, Com. 37.
quem fecerat Ariſt. cuius titulus vocatur eudemus, in quo immortalitatem animæ, & ipſius
plurificationem poſuit, & etiam illud Galeni de hiſtoria philoſophorum, vbi dicit Ariſt. ſen
tiſſe animæ immortalitatem; & etiā illud de miſtica theologia, vbi aperte confitetur, animam
eſſe immortalem, & plurificatam ad hominum plurificationem. Et ſi quis diceret lib. hunc Liber de mi
nō eſſe Ariſt. ego dicam contra, ex auct. S. Thomæ in opuſc. de vnitate intellectus cōtra Auer ſtica Theolo
roiſtas, vbi dicit ſe vidiſſe theologiam miſticam Ariſt. quod etiam Aulus Gelius idem ſenti- gia eſt Ariſt.
re videtur; immo Ariſt. 1. de cęlo citat hunc librum, vbi dicit, ſicuti dictum eſt in externis ſer Tex. 100.
monibus, quos accepi ab Ægipiiis, vnde his ſapientiſsimis viris maxima eſt fides habenda:
& ſi publice non confeſſus eſt animæ immortalitatem ipſe Ariſt. non ideo negandum eſt ip
ſum non ſenſiſſe animam eſſe immortalem; quia hoc vt dicunt nonnulli ideo fecit, ne pate-
retur aliquam perſecutionem, ſicut paſſus fuit à Hierofante de mundi æternitate teſte Laer-
tio, & ideo noluit peculiarem tractatum de hac re edere, licet vt volunt alii in libro de pomo
& morte

& morte aperte id docuerit: tamē hæc q̄ adducta ſunt videntur eſſe aperta & manifeſta; & hoc A
eſt rationi conſentaneum, quòd Ariſt. ſenſerit ſine aliqua hęſitatione, animam eſſe immorta
lem, quia tempore ſuo ita docebant omnes ſapiētes, & præſertim ſuus Magiſter Plato, qui in
apologia Socratis docet, mortem nō eſſe timendam, quia anima eſt omnino immortalis,
& in phedone adducuntur quinque rationes ad probandam hanc veritatem, & in gorgia do
cet conſtitutas eſſe pęnas animis iniuſtis poſt mortem, iuſtis autem decreta præmia: & 10. le
gum tulit legem punientē hos, qui hæc negauerint; hinc Cleombrotus Ambraciota philoſo-
Cap. 22. phus, vt refert Aug. 1. de Ciuit. Dei: & Lactantius 3. diuin. inſtitutio. qui ſe de pariete pr[illegible]pi
Cap. 8 tem dedit ſe ipſumq; interfecit, refert hęc verba, multi ex his, qui ęternas animas eſſe [illegible]ſpi-
cabātur, tanquam in cęlum migraturi eſſent, ſibiipſis manus intulerunt, vt Cleātes, Criſippus,
Zeno, Empedocles &c. hoc etiam docebat Homerus in odiſſea, atque illiade, hoc doce-
bat etiam Seneca in epiſtola ad Martiam, & in opuſculo de prouidentia. Vnde non eſt pu-
tandum Ariſt. ſenſiſſe contra tot ſapientes Philoſophos, & contra omnes leges populorum,
quę hoc fatebantur, & docebant.

Sed dices non ne ſunt plurimę auctoritates Ariſto. ad probandam mortalitatem animæ, B
Tex. 13. quàm ad ſuadendam immortalitatem? vt eſt auctoritas 1. de anima, vbi comparat animā ad
corpus quoad ſeparationem; ſicut comparatur ænea ſphæra quoad cōtactum ſecundum pū
ctum; & aſſerit ſi vero nullum eſt proprium ipſius hoc eſt opus animæ, non erit vtique ſepa-
Recto quid accidat. rabilis, ſed ſicut recto inquantum rectum multa accidunt, vt tangere æneam ſphęram ſecun-
dum punctum, non tamen tanget ab hoc ſeparatum, inſeparabile enim, ſiquidem ſem-
per cum aliquo corpore eſt: ex quibus verbis patet Ariſto. non fuiſſe certum de immortali ta
Tex. 12. te ipſius animæ, cum conditionaliter videamus ipſum fuiſſe loquutum. Et in eodem libro
poſuit illud fundamentum; ſi anima habet operationem propriam eſt ſeparabilis & ſi non;
nō, ſed Ariſtot. non inuenit operationem propriā animæ, quandoquidem in omni ſua ope-
ratione, etiam in ipſo intelligere admiſcetur corpus: nam ſiue ſit phantaſia, ſiue non ſit ſi-
ne phantaſia, patet quòd corpus concurrit & per conſequens intelligere non eſt operatio pro
pria animę, ſed communis animæ & corpori: & patet Ariſt. non inueniſſe aliquod intellige-
re, in quo non concurrat phantaſia: ergo non potuit ponere pro certo animam eſſe immor-
talem, quia non inuenit ſuum proprium opus. C

Niſi dicamus ad hęc, quòd Ariſt. in 1. lib. de anima vt eſt communis ſententia omnium in-
terpretum propoſuit tantum difficultates, quæ tempore ſuo diſputabantur de anima, & in-
ter alias formauit hanc conditionalem cum duabus partibus, ſi intelligere eſt phantaſia, aut
Text. 3. non eſt ſine phantaſia, & nullam earum affirmauit, nec deſtruxit in 1. lib. in 2. autem libro
Tex. 155. longo progreſſu contra Antiquos deſtruxit illam primam partem, ſcilicet intelligere eſt phā
taſia; quia probauit intellectum non eſſe ſenſum, & intelligere non eſſe ſentire; modo phan-
Tex. 8. taſia eſt ſenſus organicus. Et in 3. lib. probauit intellectum non eſſe organicum. Remanſe-
rat ſecunda pars illius conditionalis deſtruenda, ſcilicet quòd licet intelligere non ſit phan-
taſia, tamen non eſt ſine phantaſia: quia anima nihil intelligit ſine phantaſmate: oportet
Tex. 30. enim intelligentem phantaſmata ſpeculari, ex 3. libro. Sed dicimus hanc ſecundam partem
etiam non fauere mortalitati, quia Ariſt. non conſiderauit in iſtis libris animam ipſam niſi
phyſice, prout eſt forma informans corpus, & ſecundū pręſentem ſtatum, in quo intelligere
animæ pēdet ab ipſo phantaſmate obiectiue, & miniſterialiter, vnde ex hoc non ſequitur in-
Intelligere ē propriū opus animæ. telligere non eſſe proprium opus animæ; ſicut nec ſequitur, videre pendet à colorato tan- D
quam ab obiecto: ergo videre non eſt proprium opus ipſius potentiæ viſiuę: vnde hoc argu
q. 75. ar. 6. mentum ſoluit S. Thomas 1. p. aſſerens intelligere cum phantaſmate eſſe propriam opera-
tionem animæ, ſecundū quòd eſt corpori vnita, ſeparata autem à corpore habebit alium
modum intelligendi, ſimilem aliis ſubſtantiis ſeparatis. Quòd autem Ariſt. cognouerit
Tex. 36. alium ſtatum, iam probauimus ſupra ex duobus locis, nempe ex 3. de anima & ex 9.
Text. 22. huius.

Sed dices, ſi nos percurrimus omnes libros phyſicorum manifeſte reperimus vbicunque
Tex. 83. Ariſt. loquutus eſt de anima, aperte poſuiſſe eam eſſe mortalem; vnde in 1. phyſicorū loquens
de formis phyſicis, vocat ipſas omnes generabiles & corruptibiles, & inter formas phyſi-
cas clarum eſt reperiri animam: igitur pro comperto habuit ipſam eſſe corruptibilem. Et in
Tex. 12. 2. phyſicorum dixit, formam eſſe naturam, & non poſſe ſeparari à materia, niſi ratione tan-
tum; anima ergo cum ſit forma & actus corporis; non poteſt ab eo ſeparari, præſertim cum
Tex. 17. per ipſum definiatur. Et in 4. phyſi. probat formam non eſſe locum, quia locus ſeparatur
à re, non tamen forma; ſi ergo anima eſt forma informans, vt dictum eſt in prima propoſi-
tione;

A tione, ſequitur ipſam eſſe inſeparabilem. 8. etiam phyſi. dixit, principia quæ ſe mouent per Tex. 51.
accidens, eſſe corruptibilia; ſed anima mouet ſe per accidens, dum mouet corpus: ergo eſt
corruptibilis. Verũ dicimus etiã has auctoritates adductas nihil concludere: quia iſta anima
non eſt ſicuti anima ſenſitiua, & vegetatiua, & aliæ formæ materiales, quæ conſtituuntur per
materiam, & ideo corrumpuntur corruptis corporibus: quia anima humana eſt per ſe ſubſi- Anima humana eſt per ſe ſubſiſtens.
ſtens, ex cõſequẽti habet eſſe per ſe: propterea nec generatur nec corrũpitur per accidẽs, hoc
eſt corrupto corpore, ſi debuiſſet generari & corrũpi, debuiſſet hoc eſſe p ſe, ſed nec hoc eſſe
põt, quia cum ei per ſe cõueniat eſſe, eſt ab ipſa inſeparabile, vt probat S. Tho. vbi ſupra. Et
dictũ illud primi phy. intelligẽdũ eſt vt in pluribus; quia cũ loquatur Ariſt. de toto genere for
marum, ſequitur formas aliquas naturales eſſe generabiles, & corruptibiles non tñ aĩa, niſi
quantum ad hoc, quia ceſſat actu informare. Dictum etiam 2. phyſi. intelligitur de forma,
quę eſt pura natura, non autem de anima, quę non dum eſt natura, cum ſit principium motus,
ſed etiam eſt quid ſeparatum, cum exerceat operationes aliquas præter motum, nempe intel
lectionem. Illud ẽt 4. phyſi. nihil concludit, quia forma non ſeparatur à re, manente re, ſic
B etiam anima non ſeparatur ab homine manente homine, quod gratis concedimus; locus
autem ſeparatur à corpore manente corpore. Verba etiam 8. phyſi. faciunt pro nobis; quia Tex. 51.
ibi docet Philoſophus, quòd principia, quæ ſe per accidens mouent, ſunt in corporibus cor-
ruptibilibus, quod etiam nos fatemur: quia omnes animę inſunt corporibus corruptibili-
bus & generabilibus, quibus tamen corruptis, aĩas non manere inde nullo pacto colligitur.

Sed dices adhuc, in libris de anima ſunt multa verba manifeſta, ex quibus colligitur, ani-
mam eſſe mortalem, vltra illa loca, quæ adducta ſunt. Et in primis eſt auctoritas Ariſt. in
1. de anima; dicere animam iraſci ſimile eſt ac ſi aliquis dicat, eam texere vel ædificare: & in- Tex. 64.
ferius, ſi. n. accipiat ſenior oculũ iuuenis, videbit ſicut & iuuenis: intelligere igitur & cõſide Tex. 65.
rare marceſcũt, alio quodã interius corrupto: ipſum aũt impaſſibile eſt. Et in 2. de anima do Tex. 8.
cet, animam eſſe quodquid eſt, & rationem corporis phyſici. Et in 3. eiuſdem expreſſe dicit Text. 20.
non reminiſcimur autem, quia paſſiuus intellectus corruptibilis eſt, & ſine hoc nihil intelli-
git anima. Sed hęc nihil concludunt, quia alias dictum eſt, quòd omnia illa, quæ Philoſo-
phus ponit in 1. de anima non per modum determinationis, ſed per modum diſputationis Dicta Ariſt. in 1. de aĩa quõ ſunt accipienda.
C obiiciendo & ſoluendo rationes antiquorum proponit: ibi enim arguit contra Antiquos di-
centes, animam moueri tanquam ſubiectum; & oſtendit animam non eſſe ſubiectum motus,
ſed potius principium motus: Vnde non anima iraſcitur, aut texit, vel ędificat; ſed homo per
animam: & ſimiliter quando dicit, intelligere corrumpi, & marceſci, loquitur ſupponendo
opinionem Antiquorum ponentium intellectum habere determinatum organum corpora-
le; quo corrupto nulli dubium eſt ipſum intellectum corrumpi, & marceſci. Ad illud 2. de Anima eſt quodquid & corporis.
anima dicimus vtique animam ipſam eſſe formam, & quod quid erat eſſe, & rationem corpo
ris phyſici, quia ponitur ipſum corpus phyſicum in definitione ipſius animę, quæ anima nõ
pendet à corpore phyſico, nec conſtituitur per ipſum: & ideo non deſinit eſſe corrupto cor-
pore, ſicuti forma naturalis, quæ pendet ex gremio, & ſinu materię. Illud autem dictum 3.
de anima intelligitur de illa parte animę, quę ſpectat ad ſenſitiuam, ſicut eſt cogitatiua, & nõ
de intellectu proprie dicto: & vocatur cogitatiua paſſiuus intellectus, quia participat ratiõẽ Cap. ultimo
ſequendo motum eius, vt ſcribitur in 1. ethicorum, & quia hęc cogitatiua habet organũ cor-
porale determinatum, quo deſtructo deſtruitur reminiſcentia ſenſitiua, & ideo anima non
D reminiſcitur ſecundum iſtam reminiſcentiam; ſed ex hoc nõ ſequitur ipſam corrumpi. Sed
diceret quis quòd ſunt verba expreſſa Ariſt. 1. cæli, quòd omne genitum eſt corruptibile, ſed Tex. 116.
ſtante veritate primę propoſitionis declaratæ, quòd anima ſit forma dans eſſe homini, eſt ge-
nita, quia iam incępit eſſe, cum non fuerit ante illud cuius eſt: igitur erit corruptibilis. Dici-
mus Ariſt. ibi loqui cõtra Platonem, & per genitum intelligere illud quod producitur gene-
ratione naturali, & per motum: & omne tale eſt generabile, & corruptibile, & per ingenitum
intelligit Philoſophus illud quod non eſt productum per generationem naturalem, & per Omne genitum eſt corruptibile.
motum; quia autem anima non eſt ſic genita generatione naturali, cum non ſit educta de po
tentia materiæ: ſequitur ipſam eſſe ingenitam, & incorruptibilem. Adde etiam quòd
Philoſophus loquitur de his, quæ ſunt compoſita ex elementis, quia ſic Plato poſuit cæ-
lum eſſe genitum, & omne tale genitum cum incipiat eſſe: ſequitur ipſum eſſe ortui, &
occaſui obnoxium: anima autem licet ſit genita, non tamen eſt compoſita ex elementis, cũ ſit
forma per ſe ſubſiſtẽs: idcirco auctoritas hęc adducta in nullo fauet parti aduerſę. Sed adhuc Text. ulti.
potuiſſet quis ambigere propter verba, quæ poſuit Ariſto. 7. huius quòd partes, quę deſtru-
cto toto manent, ſunt partes materiales, & elementares; ſi ergo aĩa intellectiua manet deſtru-

ēto toto, tunc non erit forma, ſed pars materialis, & ſic in homine erit aliqua alia forma præ A
Tex.39. ter ipſam. Adeſt etiam alia auctoritas Ariſto. in hoc præſenti libro, vbi loquens de felicita-
Deus eſt perpetuo beat'. te, dicit, quòd Deo ineſt felicitas, & beatitudo perpetuo tempore, nobis autem paruo tempo-
re: ſi ergo anima eſſet immortalis, tunc perpetuo etiam nobis ineſſet beatitudo, & non paruo
tempore, vt ipſe poſuit. Ad quæ dicimus materiam, & formam, ſi ad totum compoſitū com-
parare volumus, vocari ipſius elementa; quia totum comprehendit illas, tanquam forma to-
tius, & propterea Ariſto. vocauit illas partes materiales: ſed ſi vna pars comparetur alteri,
tunc vna forma vocatur & altera materia; & ſic anima intellectiua vocatur forma hominis,
& remanet corrupto corpore, cum anima non ſit forma totius, nec pars materia[illegible]s. Et adde
Tex.vltimo. quòd intentio Ariſt. 7. huius erat oſtendere totum diſtingui à partibus. Illa etiam auctoritas
adducta ex hoc libro nihil etiam iuuat; quia loquitur Philoſophus de fœlicitate, quæ ineſt ho-
mini, & toti coniuncto, non autem de felicitate, quæ conuenit ſoli animæ, & illa parum du-
rat, quia cito deficit, cum homo in præſenti ſtatu in multis diſtrahatur à ſpeculatione, & ideo
paruo tempore durat. Deus autem ſemper exiſtit in deductione optima. Poſſet etiam aliquis
Cap. 12. adducere verba Ariſt. 1. ethicorum, vbi poſuit hominem felicitari ſecundum quid, & nō ſim- B
Cap. 6. pliciter: ſi ergo anima eſſet immortalis, tunc eſſet ſimpliciter felix. 3. ethicorum quoque, ait
quòd fortis in periculo mortis timet, quia vltimum terribilium eſt mors, & mortuo nihil bo
ni, vel mali accidere videtur: ſi ergo anima eſſet immortalis, tunc fortis non timeret mori. Ad
Intentio Ariſt. in libro moralib[illegible] quę eſt. quæ etiam reſpondendo dicimus Ariſt. in omnibus libris moralium loqui de homine pro
præſenti ſtatu: propterea poſuit ipſum fœlicitari ſcd̃m quid, & nō ſimpliciter, an cognouerit
alium ſtatum, de hoc dubium eſt, cum ille ſtatus, quem nos ponimus, non poſſit haberi niſi
ex fide, & reuelatione: ſat tamen fuit philoſopho animā ſeparari à corpore, tanquam perpe-
tuum à corruptibili. Ad illud tertii ethicorum dicitur, quòd fortis timet non quòd anima nō
maneat, tunc enim non eſſet timendum potius: ſed quia nihil boni illi videtur poſſe accide-
re, quia ceſſat ſua operatio, nec amplius fortitudinem ſuam excercere poteſt.

Quo ad tertiū ponēda ſunt ea, quæ ex principiis philoſophiæ abſolute dicũtur de anima,
& primū tenendū eſt animam nō eſſe ex ſubſtantia, & natura Dei, vt oſtendit S. Thomas cō
q. 90. ar. 1. tra multos Hæreticos. 1. p. & S. Auguſt. lib. de origine animæ; & Leo primus epiſtola. 91. &
Cap. 5. Cap. 5. Concilium Bracarē. primum determinans. ſi quis animas, aut Angelos credit ex Dei ſubſtan C
tia extitiſſe, ſicut Manichęus, & Priſcilianus dixerunt anathema ſit. Vnde Ireneus lib. 1. aduer
Cap. 24. ſus Hęreſes refert auctorē huius hæreſis fuiſſe Carpocratem, quam etiam hęreſim ſequtus eſt
Philo Iudæus aſſerens animam eſſe portiunculam diuinæ animæ.

Secundum, anima non fuit creata ante corpus, ſed ſimul à Deo creatur, & infunditur cor-
q. 47. ar. 2. pori, vt oſtendit S. Thomas. 1. p. contra Origenem, qui poſuit à principio omnes creaturas ra
tionales creatas ęquales, factas autem inęquales pro diuerſitate meritorum; quam etiam opi-
Cap. 5. nionem deridet S. Auguſt. 2. de Ciuitate Dei dicens, quid ſtultius dici poteſt, quam iſtum
ſolem vt in vno mundo vnum eſſe non decori pulchritudinis, vel ſaluti rerum corporalium
conſuluiſſe artificem Deum: ſed hoc potius eueniſſe, quia vna anima ſic peccauerat, ac per
hoc ſi centum animæ peccaſsent centum ſoles haberet hic mundus, quem errorem etiam
Cap. 7. Hieronymus in epiſtola ad Parmachium tribuit Origeni lib. 1. periarchō. & Leo primus dā-
nauit ipſum in epiſtola. 71. contra errores Priſcilianiſtarum: ſed lege tu S. Tho. vbi ſupra.

Tertium dictum. Anima rationalis eſt incorporea, & non eſt corpus, neque cōflata ex cor
Cap. 23. poribus, & dicitur ſpiritus, vt ſcribitur Lucę, in manus tuas Domine comendo ſpiritum meū, D
Cap. 5. & Apoſtolus ad Galatas, ait caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c. Eccleſiaſtes, & ſpiritus
Cap. 12. redeat ad Deum, qui dedit illum; hanc veritatem docet S. Thomas 1. p. contra Antiquos Phi
q. 75. ar. 1. loſophos, qui dixerunt animam eſse corpus, & licet ſecunda Nycæna Synodus in cuius quin
ta actione approbet verba Ioannis Theſalonicen. tenentis Angelos animaſque noſtras
corporeas, etſi non compoſitas ex quatuor elementis, & craſsa illa materia quod etiam
Cap. 2. Caietanus in commentariis ad Epheſios dixit, Demones eſse aereos ſpiritus, quod etiam S.
Cap. 17. Augſt. lib. 2. de Geneſi ad literam tradit Angelos tam bonos, quàm malos, & à fortiori ani-
mas noſtras habere ſubtilia corpora: tamen S. Thomas in quęſtionibus diſputatis docet Au-
guſt. hæc protuliſse non ita ſentiendo, ſed aliorum opinionem referendo, propterea videtur
quod hęc veritas poſtea fuerit definita in Lateranenſi Concilio primo ſub Innocentio 3. vbi
dicitur. Deus ab initio vtranque de nihilo condidit creaturam corporalem, & ſpiritualem,
Angelicam .ſ. & mundanam, &c.

q. 55. ar. 5. Quartum dictum. Anima rationalis eſt à ſolo Deo creata, & non mediantibus cauſis ſecū
art. 4. dis: quam veritatem docet S. Tho. 1. p. & B. Auguſt. 3. de trinitate vbi habet, quòd neq; boni

neque

A neque mali Angeli poſſunt eſſe creatores alicuius rei, & hoc contra Meſſalianos,qui dicebant animas factas fuiſse ab Angelis. Erraoit etiã in hoc Philo Iudæus in libro de profugis, quem in ſeſtumdecimum Geneſeos capitulum edidit,obiter expſicaos illud,Faciamus hominem ad imaginem,& ſimilitudinem ooſtram,&c.

Quintum. Anima rationalis ſecundum ſe & ſuam ſubſtantiam eſt forma corporis, & informat materiam,cum qua facit per ſe vnum;hanc veritatem docuit S.Thomas in 1.p.contra Platonem,& Auerroem,alioſque oppoſitum ſentientes,& hoc dictum videtur fuiſse determinatum in Concilio Viéoenſi, & de ſumma trinitate,& fide catholica, quod etiã approbauit Leo X.in Concilio Lateraneoſi,vbi dicitur. Quiſqnis deinceps aſserere,defendere,ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit, quòd anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani per ſe,& eſsentialiter,tanquam hæreticus ſit cenſendus. Quam veritatem docuit etiã ipſe Ariſt.2.de anima, vt pulchre deduxit diſertiſſimus philoſophus Alex. Butrius qui publice naturalẽ philoſophiã i almo vrbis Gymnaſio ꝓfitetur; exponẽs verba illa Ariſt. voiuerſaliter igitur dictum eſt quid ſit aĩa, hoc ſapientiſſimo diſcurſu colligebat ipſam eſſe B formam, quia anima cum ſit ſubſtantia, & non ſit materia neque compoſitum: igitur neceſſario eſt forma humani corporis; veram certe philoſophiam hic docuit diſcipulos ſuos, cũ ipſe ſit doctrina & pietate inſignis. q.76.ar.1. Cap. unico Seſſ. 8. Tex.8. Alexan. Butrius.

Sextum dictum. Anima rationalis,& intellectiua multiplicatur ad multiplicationem homioum, hoc etiam ſcribit S. Thomas 1.p.& in quodam peculiari opuſculo contra Auerroiſtas de vnitate intellectus:& ſecundo contra geotiles per plura capita.quod dictum determinatur in Concilio Lateraoenſi ſub Leone X. vbi dicitur. Cnm diebus noſtris nonnulli auſi ſint dicere de natura animę rationalis, quòd vnica ſit in cunctis hominibus ſacro approbãte concilio damnamus,& reprobamus omnes ſic aſſerentes,&c. q.76.ar.1. Cap.73. Seſſ. 8.

Septimum. In vnoquoque homine vnica tantum eſt anima, & ooo plures: hoc docuit S. Thomas 1.p.& B. Auguſt.de Eccleſiaſticis dogm. vbi inquit,nec duas animas eſſe in homine vnam animalem,qua animetur corpus,& immixta ſit ſanguini,alteram ſpiritualem, quæ rationi miniſtret; Sed dicimus vnam & eandem eſſe animam in homine, quę corpus ſua ſocietate viuificet,& ſemetipſam ſua ratione diſponat:quod videtur fuiſſe ſancitum in 8. ſyno C do generali act.10. vbi dicitur.Apparet quoſdam hoc tempore in tãtum impietatis veniſſe, vt duas in homine animas impudenter dogmatizeni;quos omnes,& ſimilia ſeotieotes, cum vetus nounmque teſtamentum,omneſque Eccleſiæ patres vnam animam rationalem io homine aſſeuerent,ſanta & vniuerſalis Synodus anathematizat. Et licet aliquis dicere poſſet,ſy nodum oon intelligere de anima ſenſitiua,quia multi Catholici etiam inter theologos ſuſtinent,in homine eſſe plures animas,nempe vegetatiuam,ſenſitiuam,& intellectiuam: docet ergo ſynodus duas animas rationales diſtinctas non eſſe in homine. Licet hæc reſponſio videatur effugere determinationem huius concilii, nihilominus non eſt omni ex parte tuta, & certa,cum loquatur in genere,& teſtimonia ſanctorũ patrũ nõ patiantur hanc gloſſam, cũ ſint aperta & manifeſta. Ratio quoque adeſt efficaciſſima de aĩa ſenſitiua noſtri Redemptoris,de qua in morte quid actum eſſet,non eſt facile aſſignare;quia aut fuit mortua, aut manſit in ſepulchro;aut deſcendit ad limbum;quodlibet iſtorum ſine errore dici non poteſt,pteſertim cum S. Auguſt.10.ſuper Geneſim ad literam aſſerat fuiſſe ſententiam Manichæorum, duas animas eſſe in homine;alteram ſenſitiuam;& alteram intellectiuam;& eodem libro re D fert hoc idem tenuiſſe quendam nomine Didymum, quod etiam docuit Philo Iudæus in opuſculo inſcripto, quod deterius potiori inſidietur,& contra iſtos videtur fuiſſe loqnutam Synodum. q.76.ar.4. Cap.15. Cap. 11. Opinio ponens in homine duas aĩas non eſt ſecura. Cap. 14. Cap. 14.

Octauum,quod eſt principale intentum. Anima rationalis eſt immortalis & ęterna, nec corrumpitur corpore corrupto; hoc oſtendit S.Tho.1.p.ex deſiderio naturali,quod non poteſt eſſe fruſtra:& S.Dionyſius libro de diui. nomini.habet, quòd animæ humanæ ſortiuntur ex diuina bonitate,quòd ſiot iotellectuales,& quòd habeant ſubſtantialem vitam inconſumptibilem contra Hæreſim Saducęorũ,quos reprehendit Saluator noſter apud Matthęũ, nolite timere eos,qui occidunt corpus,animam autem occidere non poſſunt. Hoc etiam dictum ſancitum,& determinatum eſt in Concilio Lateraoenſi ſub Leone X. vbi citat verba Saluatoris noſtri dicentis, qui odit animam ſuam in hoc mundo,&c.& promittentis ęterna ſupplicia, & vitam ęternam pro merito operum;addendo,quia aliàs incarnatio,& alia Chriſti myſteria nobis minime profuiſſeot,nec reſurrectio expectãda foret, ac ſancti & iuſti miſerabiliores eſsent iuxta ueritatẽ omnibus homioibus. queſt. 75. Cap. 4. Cap. 10. Matth. 25.

Nonum. Licet animæ maneant corruptis corporibus,non tamen tranſmigrant de corpo-

Com. 13. re in corpus, vt docet S. Thomas in expoſitione primi de anima de fabulis Pythagoricis docē A
tibus, ꝙ quęlibet aīa in quodlibet corpus ingrediatur; & aliquádo caſu contingit in corpus
Elephantis introire animam muſcæ; quod eſt erroneum dicere, cum vnumquodque corpo-
rum, & maxime animalium habeat propriam formam, & propriam ſpeciem, & propriū mo
uens, & proprium motum, & multum differat corpus vermis à corpore canis, & corpus ele-
phantis à corpore culicis. Hunc errorem biberunt quidam Hęretici dicti Albanenſes, & Albi
Error Albigenſium. genſes, contra quos Athanaſius libro 6. de beatitudine filii Dei docet eſse cōtra ſacras literas:
& quia hic eſt error manifeſtus, nedum in fide, ſed etiam in philoſophia, vt docet Ariſt. 1. de
Tex. 53. anima; propterea pro viribus omnes philoſophātes ipſum excludere debēt, vt facit S. Th. 1. p.

Decimum. Erroneum eſt aſtruere animę immortalitatem naturali ratione demonſtrari nō
Cap. 78. poſſe: hoc docuit S. Thom. 2. libro contra gentiles, vbi plurimas rationes ad hoc confirman-
dum adducit; ſi enim naturam habet incorruptibilem, huius rei vel à priori, vel à poſteriori
ratio aliqua demonſtratiua erit; nulla ſiquidem propoſitio ex natura rei, & cōnexione termi-
norum per ſe ac neceſſaria eſt, quin vel ex effectu, vel ex proprietate, vel ex definitione, vel ex
cauſa ſubiecti oſtendi neceſſario queat. Hinc deceptus eſt ille Doctor, qui docuit in expoſi- B
Cap. 9. tione epiſtolę ad Roma. ſe neſcire animā immortalem, ſicut verbum caro factum eſt, & reli-
qua myſteria fidei, quę omnia ſub fide ſe tenere ſcribit: hoc enim nō videtur rationi conſen
taneum, cū aliquid ſit demōſtrabile apud ſapientes, quod non eſt demōſtrabile apud omnes,
vt docuit Plato in phędro, & Boetius in hebdomatibus: nec demonſtratur hoc dictum, ſicut
quadratura circuli eſt demōſtrabilis, quia non in omnibus acribologia mathematica perqui
rēda eſt: propterea diuerſi diuerſis vijs vſi ſūt, vt oſtēdimus in additionibus noſtris in 3. lib.
de anima, dum quidam via beatitudinis voluerunt animam eſſe immortalem; quia cum ipſa
Diuerſę vię oſtendentes animi immortalitatē. ſit capax felicitatis, quę conſiſtit in cognitione abſtractorum, hanc conſequi nō poteſt, niſi
ſit immortalis. Quidam via virtutis. Quidam via remunerationis. Quidam via vindictę.
Alij via legū. Alij via apparentię. Alij via libertatis. Alii via ſimplicitatis. Alii uia operatio-
nis, ut eſt uidere loco ſupra citato. Vnde Chryſoſtomus homelia de prouidentia docet, illos
philoſophos de animæ immortalitate dubitare, qui dubij ſunt an in meridie ſit dies. Item,
qui animum eſſe mortalem ait, is negat Deum omnium humanarum rerum eſſe, & procu-
ratorem, & iudicem, & prouiſorem. C

Vndecimum. Omnia argumenta, quę adducuntur à philoſophis ad probandam animam
q. 75. ar. 6. eſſe mortalem ſunt ſolubilia: hoc docet S. Thomas & in 1. p. & in quęſt. diſputatis de anima,
ar. 14. & in 2. ſentē. & 2. contra gentes: & in quolib. ubi innumera argumenta Aduerſariorum diſ-
diſt. 19. ſoluit, & hoc dictum habetur in Concilio Lateranenſi, ubi ſcribitur: Inſuper omnibus & ſin-
cap. 79. quęſt. 10. gulis philoſophis in uniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publice legentibus di-
Præceptum de immortalitate alæ. ſtricte pręcipimus, ut cum philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus à recta fi-
de deuiare noſcūtur auditoribus ſuis legerint, ſeu explicauerint, quale hoc de immortalitate
animę, aut unitate, & mundi æternitate, ac alia huiuſmodi, teneantur eiſdem ueritatem Reli-
gionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni
ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumenta, cum omnia ſolubilia exiſtant, pro uiribus ex-
cludere, atque reſoluere.

Duodecimum. Manifeſtum eſt quoſdam philoſophos, naturę ratione duce, animorum
Art. 14. immortalitatem inueſtigaſse, & inueniſse: hoc docet S. Thomas in diſputatis de anima: hoc
etiam docet Themiſtius in procemio phyſicorum, vbi aſserit: quòd phyſiologia eſt vtilis ad
Cap. 28. immortalitatē animi demonſtrandā, & lib. 1. poſter. dicit, ꝙ immortalitas animi eſt demon-
ſtrabilis demonſtratione quia: & Boetius lib. de conſolatione philoſophiæ aſserit, ꝙ immor D
talitas animi certis rationibus in philoſophia demōſtrata eſt; & Diuinus Plato in phædro rō-
nem immortalitatis animorum dicit eſse demōſtrationem. & in 10. de Republica rationes,
quibus probauit animam eſse immortalem, vocat demonſtratiuas, & in Gorgia cogentes.

Tertiumdecimum. Anima rationalis cum Angelis non cōuenit in ſpecie, ſed differt ſpe-
q. 75. ar. 7. cifice ab eis; hoc docuit S. Thomas. 1. p. & pręſertim 2. ſententiarum, vbi contra multas opi-
Diſt. 3. q. 1. niones ponit non nullas differentias inter Angelum & animam intellectiuam; præſertim cō
tra Origenem, quia licet vltimę differentiæ ipſarum ſint nobis incognitæ, tamen videmus
animam eſse coaptatam corpori tanquàm eius formam, quod Angelis non conuenit; non. n.
ſunt vnibiles corporibus vt formę, cum ſint ſubſtantiæ completæ: ex hoc ſequitur Angelos
dici intellectuales, animas verò noſtras rationales; Angelos non poſse proprie loqui per vo-
cem corporalem, quod tamen faciunt noſtrę animę, propterea Io. Damaſcenus 2. lib. fidei or
Cap. 3. todoxæ poſuit, Angelos & animas differre ſecūdum virtutem interpretatiuam, quod etiam

A Diuus Dionyſius ſcripſit in libro de diuinis nominibus, Angelos & animas differre propter diuerſas operationes naturales,& quoad eſſe vnibiles corporibus,& non vnibiles. Cap. 4.

Quartumdecimum. Animas noſtras inter ſe certum eſt eſſe inæquales: hoc etiam ſcripſit S.Thomas 1.p.& in 2.ſentent. quod defendit ſubtiliter Caietanus, quia ſicut anima in communi eſt coaptata corpori organico phyſico, &c.& anima humana corpori reducto ad æqualitatem tangibilium, ita oportet hanc animam eſſe ſubſtantialiter coaptatam,& commenſuratam corpori ad talem gradum æqualitatis reducto, quia non conſiſtit in indiuiſibili æqualitas complexionis ad corpus humanum: propterea Alii præſtant Aliis bonitate tactus, alii ſubtilitate viſus, Alii excellentia auditus,&c. & quia anima humana non cauſatur ex corpore: ſed in ſuo tantum fieri dependet ex corpore: non vt cauſa, ſed vt occaſione, conſequens eſt quòd hæc anima cum ſit, ſortiatur commenſurationem ſubſtantialem ad corpus ſic complexionatũ, vt inuenitur in illo initio, eam ſemper retineat neceſſe eſt, quia eſt ſubſtantiæ intranſmutabilis: & hoc eſt rationi conſentaneum, cum abſurdum ſit dicere animam Chriſti,& animam ruſtici eſſe æqualis perfectionis ſubſtantialis. Et hoc eſt ſancitum in quo- q.85.ar.7. diſt.32.

B dam articulo Pariſienſi, quòd ſit error dicere animam Chriſti non eſſe nobiliorem anima Iudæ etiam in naturalibus: & hoc tenet Bonauentura, & Alexander de Ales, vt refert Symphorianus Campegius. ſumens ex 2.p. Alex. vbi diſputat de ordine quem aĩa rationalis obtinet in vniuerſo. In naturalibus enim Chriſtus dominus habuit meliorẽ intellectum & voluntatem, quàm ceteri homines,& melius lumen naturæ, meliorem ſynderesim,& ſolertiam, & ingenii perſpicacitatem,& appetitum ſenſitiuum, melioreſque ſenſus, tum interiores, tum exteriores. Nec valet reſponſio cuiuſdam recentioris articulum illum Pariſienſem non tranſire vltra ſequanam, quod eſt flumen ipſorum Pariſiorum, quia hæc reſponſio potius eſt fuga & deriſibilis quàm aliquid veritatis contineat, quandoquidem etiam quòd nunquam fuerit confectus ille articulus, adſunt plures rationes, & auctoritates Patrum, quæ oſtendunt illam veritatem ita debere eſſe, vt 1 t. huius latius docuimus; hinc male intellexit. S. Thomam doctor Bartholomeus Caſſanæus Burgũnius in catalogo gloriæ mundi, vbi tribuit S.Thomæ oppoſitum huius dicti. q.62.mẽb.6. Diluc.vnica. par. 12. conſidera. 3.

Vltimum. Anima ſeparata cognoſcit ſe,& alias intelligentias, alias quoque animas ſepa-

C ratas: hoc ponit S.Thomas 1.p.& videtur eſſe de fide, quia diues in inferno poſitus vidit Lazarum,& Abraham; intelligit etiam ea, quæ in corpore cognouit: nam ſpecies intelligibiles rerum, quas in corpore habebat, non pereunt; quia erant in ipſa anima ſola, ſicut nec pereũt habitus ipſius, vt ſcribit etiam S.Thomas 2. contra gentiles de mente Beati Gregorii; diſcamus in terris, quorum ſcientia perſeuerat nobis in cælo,&c. q.89.ar.1. Cap.81.

Quoad quartum ſoluenda ſunt principalia argumenta, quæ fieri ſolent contra tres illas propoſitiones, quas diximus de mente Ariſto. & contra primam, probatur quòd non ſit forma corporis, quia ſi anima intellectiua eſſet forma informans corpus organicum, cum ſit indiuiſibilis, ſequeretur quòd pes intelligeret: probatur conſequentia, quia pes eſt quoddam compoſitum ex anima intellectiua, & corpore, & cum ſit tota in toto corpore & tota in qualibet parte corporis; ſequitur totam eſſe in pede, & ſic pes intelliget. Et ſequitur etiam idem indiuiſibile moueri & quieſcere; quia quieſcente vna manu, poteſt alia moueri; & cum anima ſit tota in ambabus manibus, tunc in vna mouetur neceſſario, & in alia quieſcit. Sed hoc argumentum non eſt alicuius momenti, cum à ſimili illud ſoluat S.Thomas. 1. p. propterea Pes non intelligit. q.76.ar.8.

D neganda eſt conſequentia: & ad probationem dicimus, pedem non eſſe per ſe primo perfectibile proportionatum animæ intellectiuæ: propterea pes non intelligit, ſed totum compoſitum, quod eſt homo; ipſe enim pes ſecundario perficitur ab anima. Nec etiam ſequitur moueri ad motum manus etiam per accidens, niſi moueatur totum corpus, in quo eſt, ipſa enim anima non eſt in loco circumſcriptiue, ſed tantum diffinitiue & informatiue,& ſic eſt in toto corpore, propterea ad motum totius mouetur per accidens, ſed ad motum partium corporis nec mouetur nec quieſcit per accidens. Anima quõ mouetur per accidens.

Sed dices ſecundo, ſi anima intellectiua eſt forma informans corpus organicum; ergo erit figurata ſaltem per accidens; conſequentia patet, quia ſubiectum figuræ eſt homo compoſitus ex materia & anima intellectiua; & ſic poſſemus dicere animam habere figurã, quod eſt abſurdum. Ad quod dicimus negando conſequentiam, & ad probationem concedimus ſubiectum figuræ eſſe hominem compoſitum ex materia prima & ſola anima intellectiua; ſed homo nec anima eſt nec materia etiam ſimul ſumptæ, ſed eſt tertia quædam ſubſtantia reſultans ex illis, vt docuit Ariſtot.7. huius, de hac ſyllaba. ba. quæ neque eſt .a. neque .b. ſed quoddam compoſitum, quod dicitur. ba. ſic homo nec eſt anima nec corpus, ſed quid tertiũ, Tex.vltimo

 & hoc

Anima intellectiua cõtinet inferiores virtualiter.

& hoc dicitur eſſe ſubiectum figuræ. Adde etiam quòd anima intellectiua virtualiter continet quicquid formaliter habent ceteræ formæ inferiores, puta forma corporeitatis, anima vegetatiua, & ſenſitiua, & ſic facit totum illud;, quod faciunt illæ formæ, retenta tamen ſua ſimplicitate & indiuiſibilitate, cum eminentius operetur omnia opera illarum, & ideo poteſt dare eſſe corporeum, diuiſibile, quantum, extenſum, & figuratum; ſed hæc omnia in ea non reperiuntur formaliter, ſed tantum virtualiter, & hoc ſufficit, quemadmodum trigonum non eſt in tetragono formaliter, ſed tantum virtualiter. A

Sed dices tu adhuc non quietus, vnio ſecundum eſſe animæ intellectiuæ ad corpus non eſt ſubſtantia nec accidens; non ſubſtantia, quia aliter corrupto corpore, cum corrumpatur illa vnio, tunc deſineret eſſe ſubſtantia animæ, nec etiam illa vnio poteſt dici accidens, quia tunc eſſet vnio accidentalis: ergo nullo pacto eſt concedenda iſta propoſitio in philoſophia Ariſt. quòd anima intellectiua ſit forma informans corpus humanum: quia in via Ariſto. omnis forma eſt vnita ſecundum eſſe ei cuius eſt forma.

Vnio formę cũ materia bifariam ſumitur.

Reſpondemus hoc argumentum deficere in hoc, quia vnio formæ cum materia dupliciter ſumi poteſt: vno modo formaliter, & ſic nil aliud eſt, niſi relatio quædam: alio modo ſumitur fundamentaliter, & ſic non ſignificat vnam rem ſimplicem, vt arguens imaginatur; ſed ſignificat materiam eſſe actualiter ſub forma, & formam informare materiam: hæc autem important ipſas cauſas, ſcilicet materialẽ & formalem cum ſuis cauſalitatibus; vnde talis vnio nihil eſt medium inter formam & materiam, ſed dicit vtramque ſimul: dicit etiam compoſitum reſultans, quod in ſubſtantiis eſt ſubſtantia: quæ corrumpitur, in accidentibus vero eſt accidens: quando ergo dicitur, quòd vnio animæ ad corpus non eſt ſubſtantia nec accidens; negatur vnionem fundamentalem non eſſe ſubſtantiam, licet non vnam ſubſtantiam ſed duas concurrentes ſimul in vnam ſubſtantiam compoſitam tertiam conſtantem ex illis, cuius eſt generari, & corrumpi, non enim oportet quærere, quomodo ex anima & corpore fiat vnum, ſicuti neque ex cera & figura, vt ſcripſit Ariſt. 2. de anima. B

Vnio animę cum corpore qualis eſt.

Tex. 4.

Sed dices adhuc non contentus: omnis forma in doctrina peripatetica requirit determinatas diſpoſitiones in materia ad ſui exiſtentiam, quibus deſtructis deſtruitur, & ipſa, ſed anima rationalis eſt forma informans per primam propoſitionem: ergo requirit determinatas diſpoſitiones in materia ad ſui exiſtentiam: quibus corruptis neceſſario corrumpitur anima rationalis contra tertiam propoſitionem. C

Anima requirit diſpoſitiones in materia.

Dicimus hoc argumentum eſſe debiliſſimum; quia concludit de formis, quæ educuntur de potentia materiæ, quæ requirunt determinatas diſpoſitiones ad ſuam exiſtentiam abſolute & in materia: anima vero rationalis licet requirat determinatas diſpoſitiones ad ſuam exiſtentiam in materia, non tamen ad ſuam exiſtentiam abſolute; & ideo ceſſantibus illis diſpoſitionibus, ceſſat anima rationalis exiſtere in materia, ſed non ceſſat abſolute, ſicuti illæ formæ, quę eductæ ſunt de potentia materiæ. Sunt & plurima alia argumenta, quæ facile ſoluuntur ex ſolutione eorum, quę diximus: propterea conſulto relinquimus, & præſertim cũ ea diſſoluat S. Thomas 1. p. & in diſputatis de ſpiritualibus creaturis, & de anima.

q 16. a 1.

Contra ſecundam propoſitionem potuiſſet aliquis dubitare, quòd anima non multiplicetur ad multiplicationem hominum; cum dicat Ariſt. 1. de anima, intellectum eſſe quid melius, & quid antiquius, & nobiliſſimum, & diuinum ſecundum naturã, & 2. de anima ponat non eſſe manifeſtum, vtrum anima intellectiua ſit actus corporis, ſicut nauta nauis, & in 3. de anima dicat intellectum eſſe immixtum, & ſeparatum, & 2. de generatione animalium dicat, animam deforis aduenire; 2. quoque de anima teneat animã ipſam non eſſe materiam, neque compoſitum: modo omne, quod plurificatur numero materiam habet, vt docuit Ariſt. in hoc libro: ſi ergo anima non habet materiam: ergo non multiplicatur ſecundum numerum, & ſic erit vna in omnibus hominibus. D

Tex. 81. Tex. 11. Tex. 5. Cap. 3. Tex. 2. Tex. 49.

Ad quæ reſpondentes dicimus, illud primi de anima non concludere, quia loquitur ibi Philoſophus contra Empedoclem ponentem, animam eſſe compoſitam ex elementis: & tũc quærit Ariſto. quid eſt illud, quod eſt continens illa elementa: quia ſi eſſet intellectus, tunc eſſet prior illis, nec etiam aliquid valet dictum illud 2. de anima: quia loquitur ibi Philoſophus contra Platonem ponentem animam non eſſe formam corporis, ſed tantum motorẽ, & ex hac opinione ſequitur non eſſe manifeſtum, ſi anima eſt actus corporis, vel ſicut forma vel ſicut motor, quemadmodum nauta eſt actus ipſius nauis, vt motor, & non vt forma.

Anima non eſt ex elemẽtis.

Tex. 11.

Dictum etiam 3. de anima non eſt ad propoſitum; quia intellectus dicitur ſeparatus, & immixtus, inextenſus, & immaterialis; quia non vtitur organo corporali in ſua operatione, ſicut ſenſus. Dictum autem ſecundi de generatione animalium nihil concludit; quia docet ibi Philoſophus, animam extrinſecus aduenire, non quòd ſit vna in omnibus hominibus, & præ-

Tex. 5.

Cap. 3.

cedat

A cedat ipſos, ſed quia non educitur de potẽtia materiæ.

Et ſi dicis, ergo ſecundum iſtam expoſitionem datur creatio in doctrina Ariſto. quod eſt contra ipſum 8. Phyſ. vbi poſuit mundum æternum: conſequentia deducitur, quia ſi anima extrinſecus aduenit, & non educitur de potentia materię: ergo creatur. Ad quod reſpondentes concedimus animam creari à ſolo Deo, nec aduerſatur doctrinæ Ariſto. hoc; quia Ariſt. negauit creationem in rebus completis in ſpecie: anima autẽ eſt pars ſpeciei non tota ſpecies cõpleta. Adde etiam quòd licet Ariſto. expreſſe non poſuerit creationem, implicitè tamen poſuit, vt patet in hac auctoritate adducta, & in 1. Phyſ. circa finem, vt erudite ſatis deducit. S. Thomas, ibi & in multis locis ſuæ doctrinæ.

Tex. 5.

Ariſt. poſuit creationem.

Ex his etiam ſoluitur vltimum dictum, in quo dicebatur, animam non habere materiam, & propterea non poſſe plurificari: nam licet non habeat materiam ex qua fiat, habet tamen materiam, in qua producitur. Quam veritatem latius & elegantiſſime docuit Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominus Pater, & Amator omnium virtutum & bonarum artium Philippus Mocenicus Archiepiſcopus Nicoſienſis Regni Cypri lib. ſuo vniuerſalium inſtitutionũ ad

B hominum perfectionem, parte prima tertiæ contemplationis, vbi oſtendit plures eſſe intellectus iuxta numerum humanorum corporum, & impoſſibile indicat unicum intellectũ omnibus corporibus adaptari, & in hoc nedum ueritatem ipſam catholicam docuit, ſed etiam peripateticã, quia veluti alter Philippus Rex Macedonum Pater Alexãdri omni pietate & ſcientiarum genere fulget.

Illuſtriſſ. Archiepiſcopus Nicoſienſis. Cap. 19.

Sed diceret quis licet benè ſoluta ſint hæc dicta, tamen dictum illud tertij de anima, quòd intellectus eſt ſeparatus, & hoc ſolum immortale, & perpetuum, ſolui non poteſt: quia vel loquitur de tota anima, vt videtur exponere. S. Thomas; vel loquitur de intellectu agente, & ſic quocunq; modo dixeris, ſequitur ipſam animam non poſſe multiplicari ad multiplicationem indiuiduorum. Ad quod dicimus veram eſſe interpretationem S. Thomæ non loqui ibi philoſophũ neque de intellectu agente, neque de intellectu poſſibili tantum, ſed de tota parte intellectiua, quæ quidem dicitur ſeparata ex hoc, quòd habet operationem ſuam ſine organo corporali, & propterea hæc ſola pars animę eſt incorruptibilis, & perpetua.

Tex. 10.

Anima operatur ſine corpore.

Et ſi dicis, nulla potentia poteſt eſſe abſtractior & ſeparatior eſſentia, cuius eſt potentia;

C ſi ergo anima intellectiua eſt actus corporis: ergo tàm intellectus agens, quàm poſſibilis erũt etiam actus corporis, & ſic erunt organici: conſequentia deducitur, quia cum potentia oriatur à ſubſtantia ipſius animæ, tunc uel eſt eadem cum ipſa, uel diſtinguitur ab ipſa; ſi eadem, habetur intentum: ſi non eadem, quomodo effectus erit nobilior ſua cauſa? Dicimus; quòd hæc ratio decepit multos non animaduertendo eſſe fallaciam figurę dictionis: quia anima eſt abſtracta à corpore, & intellectus quoq; eſt abſtractus à corpore: ſed diuerſo modo abſtractionis: anima enim dicitur abſtracta à corpore, quia ſubſiſtit in ſuo eſſe, & non pendet à corpore, cuius tamen eſt forma: intellectus autem dicitur abſtractus, quia non actuat corpus, ſicuti anima; ſed quia non vtitur organo corporali, & totam nobilitatem, quam habet recognoſcit ab ipſa anima: anima autem non recognoſcit ab aliqua cauſa proxima ſuam abſtractionem; ſed habet illam ex natura ſua; & ideo ſemper anima eſt nobilior ſua potentia, pręſertim cum anima ſit ſubſtantia & potentia ſua ſit accidens in ſecunda ſpecie qualitatis, & ob id diſtinguitur ab ea: ſoluitur ergo formaliter argumentum negando intellectum eſſe abſtractiorem eſſentia animæ, & ad probationem dicitur quòd mutatur modus abſtractionis in maiorem abſtractionem, & in hoc committitur fallacia.

Aĩa & intellectus dicuntur abſtracta a corpore.

Intellectus non eſt abſtractior anima.

D Sed dices, ſi anima intellectiua non eſt vna numero, ſed multiplicatur ad multiplicationẽ hominum: ergo recipit indiuidualiter, & ſic vel non intelligit, vel eius intellectio recipitur in corpore: conſequentia deducitur, quia quicquid recipitur in eo, quod recipitur in corpore: ipſum quoq; neceſſe eſt in corpore recipi, licet mediatè, ſicut color recipitur immediatè in ſuperficie, in ſubſtantia tamen, quæ eſt ſubiectum ſuperficiei, neceſſe eſt recipi mediate.

Ad quod reſpondentes negamus conſequentiam, & ad probationem dicendum eſt, illam propoſitionem non verificari niſi in ſubſtinentibus, & ſubſtentatis, ita quòd exiſtentibus tribus, quorum primum ſubſtinet ſecundum, & ſecundum tertium, benè ſequitur, tertium dicitur eſſe in ſecundò, ergo & in primo; ſed ſi tertium ſubſtinetur in ſecũdo, ſecundum autem non ſubſtinetur in primo, quamuis ſit in ipſo primo, non tamen ſequitur, tertium eſt in ſecũdo, ergo eſt in primo, quia poteſt eſſe in ſecundo, & non ſubſtẽtetur à primo: & ſic eſt in præſenti ratione: nam intelligere, & intellectus eſt in anima intellectiua, & ſubſtinetur ab illa; ipſa autem anima, licet ſit in corpore, non tamen ſubſtinetur à corpore, quia ſecundum eſſe non dependet ab eo, unde patet rationem iſtam nihil concludere.

Anima non ſubſtinetur a corpore.

Et

Et ſi dicis adhuc, ergo nou poteris ſubterfugere ſaltem per accidens intelligere recipi in A corpore. Dicimus concedendo intelligere per accidens eſſe in corpore adhunc ſenſum, uid o

Intelligere quomo lo ē in corpore. Tex. 5 licet non quòd eſſe in corpore perueniat ad ipſum intellectum & intelligere: ſed quia id in qno eſt intellectus & intelligere participatur à corpore, cum ſit eius forma; & hoc non eſt inconueniens: ſed eſt iuxta doctrinam Ariſt. 8. Phy. vbi concedit animam cæli moueri per accidens, non quia ad ipſam perueniat motus per accidens; ſed qnia orbis motus ab ea mouetur ad motum alterius. Sunt & plurima alia argumenta aduerſus hanc propoſitionem ſecundam, quæ relinquimns, cum à diuerſis ſint ſoluta in 3. de anima.

Supereſt diſſoluere aliqua argumenta, quæ fiunt contra tertiam concluſionem. & primo eſt ratio efficaciſſima quia deſtructa ratione eſſendi alicuins rei deſtruitur & illa res; ſed ratio eſſendi animæ intellectiuæ eſt vt ſit actus corporis, & id, quo Sortes intelligit, viuit, & mouetur: ergo ceſſante ipſo Sorte ceſſat ratio eſſendi animæ intellectiuæ eius: ergo deſtruitur ipſa anima Et confirmatur, quia anima dicitur ab animando, cum ergo ceſſet animare, non eſt amplius anima.

Ad quam rationem reſpōdētes dicimns, quòd cum anima ſit actus corporis non eductus B de potentia materię, habet vt ſit id quo Sortes intelligit, ſentit, & mouetur: ſed non præciſe habet tantum hoc, ſicuti cæteræ formæ, puta vegetatiua & ſenſitiua, quæ ſunt tantum id, quo

Anima Sortis nō eſt tātū quo Sort. intelligit. aliquid eſt, & ideo ipſæ deſtruuntur ad deſtructionem illorum, quorum ſunt formæ: anima autem intellectiua, cum ne dum ſit id, quo aliquid eſt: ſed etiam ſubſiſtat in ſe ipſa, idcirco ad deſtructionem illius, cuins eſt forma, non deſtruitur, & licet ceſſet actu informare, & animare; non tamen ceſſat aptitudine.

Contra, ſi remanet anima rationalis extra corpns, & cum aptitudine ad ipſum animandum: ergo vel iſte appetitus, quem naturaliter habet anima, erit otioſus, aut reſurrectio erit naturalis, & non articulus fidei, aut daretur violentum perpetuum: quia violentum erit animæ exiſtere extra corpus; quodlibet iſtorum eſt inconueniens dicere, ergo &c.

Non eſt uiolentum animæ ut ſit extra corpus. Dicimus ad hoc iuxta principia Ariſto. quòd anima ſtabit in æternum extra corpus, & vterq; ſtatus eſt ei naturalis, ſicuti vnicuiq; animali perfecto eſt ſtatus naturalis, vt exiſtat in vtero materno per aliqnod ſpatium temporis, & deinde extra vterum; ſic etiam naturale eſt animæ per aliqnod ſpatium temporis, vt ſit forma corporis, & naturale eſt etiam ei, vt exiſtat C extra corpus.

Tertio dubitaret aliquis, quia poſita immortalitate ipſius animæ, & poſito deinde alio principio in doctrina Ariſt. ſcilicet mundi æternitate, de neceſſitate ſequitur dari actu infini-

Tex. 41. tum, cuius contrarium vult Ariſt. 3. phyſi. conſequentia deducitur, quia ſi mundns eſt æternus, ex 8. phyſi. ergo infiniti homines deceſſerunt, & ſic infinitæ animæ ſunt ſeparatæ, & ſic dabitur actu infinitum. Sed dicitur ad hoc. Primo quòd Ariſto. probauit 3. phy. non dari infinitum in rebus ſenſibilibus, & etiam contra Pithagoram non dari infinitum in quantis ſeparatis à materia ſenſibili: quòd autem dentur infinitæ animæ in actu, hoc non eſt contra pe

q. 7. ar. 4. ripateticam doctrinam. Sed dices, non ne eſt contra S. Thomam. 1. p.? vbi probat nullo pacto dari infinitum ſecundum multitudinem, etiam in rebus incorporeis; qnomodo ergo animæ humanę numeratæ ſecundum numerum corporum poſſunt eſſe immortales?

q. 46. ar. 2. Hoc ſoluit S. Thomas 1. p. quòd licet mundus potuiſſet eſſe ab æterno, hoc non eſt niſi quoad ſubſtantiam conſtantem ex quinque corporibns ſimplicibus, & quoad motum cęli, & generationes alias præter humanam animam; nec ſequitur mundum eſſe imperfectum, ni D ſi tantum ſecundario. Sed dices adhuc; ergo poſtquam Deus creauit ipſam animam immortalem & coniunxit eam corpori: eſſet iniuſtus, impotens, improuidens, inimicuſque animæ rationalis; qnodlibet iſtorum eſt abſurdum magnum dicere, vt patet: ergo non creauit ipſam immortalem: conſequentia probatur quoad ſingulas partes. Primo quòd ſit iniuſtus, quia homo eſt animal calamitoſum infinitis malis ſubditum, & ſic iniuſte coniunxit animā tali corpori. Secundo, qnòd ſit impotens; qnia non ſubiecit ei corpus immortale. Tertio, q fuerit improuidens, cum dediſſet ei ineptum corpus & inutile ad exercendas operationes ſubſtantiæ tam nobiliſſimæ. Quarto, quòd fuerit inimicus eius, cum alligauerit eam ipſi corpori, tanquam carceri affligenti.

Ad quam rationem reſpondendo negamus conſeqnentiam, & ad probationem dicimus

Animā uniri corpori nō eſt ei malum. quòd neceſſarium erat, animam vniri tali corpori mortali & organico, quia hoc non cadit in malum animæ, ſed in bonum, cum natura eius requirat, vt ſi vult exercere ſuas operationes, vtatur ſenſibus & aliis partibus integrantibus ipſum corpus humanum. Deinde hoc cadit in vtilitatem mundi inferioris, in vtilitatem intellectus poſſibilis, qui ſinè phantaſmatibus in-

telligere

A telligere nequit,& in vtilitatem intellectus agentis,qui illuſtrat ipſa phantaſmata:magna er
go & incredibili ſapientia, & prouidentia Deus benedictus animam immortalem corpori
mortali coniunxit,quia cum ſumma iuſtitia, potentia, prouidentia, & infinito amore hoc
operatus eſt,& operatur quotidie.

Sed adhuc dubitaret aliquis de loco animæ,quia ſi ſeparatur à corpore & exiſteret immor
talis,quæritur vbi exiſtit,aut extra cęlum,aut intra:non primo, quia tunc eſſet æqualis in no
bilitate loci cum ipſis intelligentiis:non ſecundo,quia aut in ipſomet cęlo,& hoc non, quia
nec propter ſe ipſam,nec propter ipſum cęlum , ibi eſt neceſſaria, vel eſt ſeparata à cęlo , &
erit in regione ignea,vel aerea:& hoc etiam eſſe non poteſt propter eandem rationem, quia
cum nihil ibi operetur ad perfectionem vniuerſi , tunc eſſet otioſa,& ſic etiam ſi eſſet in ele-
mento aquæ,vel terræ.Nec poteſt quis dicere,quòd anima nullibi ſit ; quoniam cum ſit fini-
tæ eſſentiæ & virtutis,oportet ipſam in aliquo loco reperiri.

Ad hoc argumentum reſpondet Albertus, quòd anima eſt in loco non circumſcriptiue — Ad quem locum tendit anima ſeparata à corpore.
ſed definitiue,& ſecũdum Ariſt. oportet dicere animã ſeparatam eſſe in ſtella compari,ſicut
B anima Iouialis in ſtella Iouiali, & Solaris in ſolari,& ſic de aliis: nec eſt ibi otioſa,ſed ꝓpter
ſimilitudinem loci,quam tenuit ibi,intelligit ſuam perfectionem. Sed ſecundum veritatem
dicendum eſt,animam ſeparatam à corpore totaliter conuerſam ad Deum,eſſe in cęlo empy
reo & eam frui Deo ut ſua beatitudine , conuerſam autem ad terrena luere pœnas ſuorum
peccatorum,& priuatam eſſe diuina viſione,aut in æternum,vt illa anima quę eſt in inferno,
aut ad tempus,vt illa,quæ eſt in purgatorio: hanc tamen veritatem non cognouit ipſe Ariſt.

Sed dices,ego quęro modo in doctrina Ariſt. præſertim,quia 1. lib. huius dixit,quòd om — Tex. 31.
nis ſubſtantia,quæ eſt forma eſſentialis compoſiti corruptibilis,eſt corruptibilis;& hanc prò
poſitionem ſumpſit Philoſophus contra ponentes ideas;quam etiam docuit 1. libro de cęlo — Tex. 107.
contra Anaxagoram:ſed anima rationalis cum ſit forma ſubſtantialis hominis,vt dicitur 2. — Tex 4.
de anima:& homo ipſe ſit corruptibilis:ergo non poterit vllo pacto dici , animam ſeparari
à corpore,& proficiſci ad ſtellas,vt dixit Albertus. Deinde ſi proficiſcitur, quo motu moue
tur ? vel motu inſtantaneo,vel temporali:non eſt facile aſſignare veritatẽ huius rei. Ad hoc
dicimus quòd illud dictum aſſumpſit Ariſt.contra ideas interpretatas à Xenocrate dicente,
C ſolas conſtituere ſingularia generabilia,& corruptibilia,& ſic Ariſt. dixit nullam ſubſtantiam
incorruptibilem, completam videlicet,eſse formam ſubſtantialem compoſiti corruptibilis : — Idea incorruptibilis non eſt forma rei corruptibilis.
modo anima intellectiua non eſt ſubſtantia completa in ſpecie ſua,ſicuti erant ideæ, de qui-
bus habebat diſceptatio: idcirco nihil concludit: ſcire modo quo motu moueatur, hoc non
eſt officium philoſophi; ſed theologi , vt docet S. Th. 1. p. quia motus animarum eſt veluti — quæſt. 53.
motus Angelorum:Angeli autem nõ mouentur in inſtanti,ſed in tempore: ſic etiam & ani-
mas ipſas neceſse eſt in tempore moueri.

Sed adhuc quis interrogare poſset: ſi anima rõnalis eſset immortalis apud Ariſt.& rema- — Tex. 48.
neret ſeparata à corpore:ergo male numerauit in hoc libro ſubſtantias ſeparatas ad numerũ
motuum cæleſtium,dicens,non eſse plures neque pauciores illis, quę mouent orbes , quas
voluit eſſe quinquaginta, vel quatragintaquinque ſecundum diuerſas Aſtrologorum opinio
nes:quia nulla ſubſtantia optima debet eſſe otioſa in vniuerſo;ſed habere aliquam operatio-
nem vtilem ad bonum eius;modo ſi tot tantæque ſunt animæ ſeparatæ à corporibus, & non
ſunt motrices alicuius orbis:ſequitur plures eſſe illis,quas enumerauit in hoc libro, & inuti-
les ad bonum vniuerſi. Ad quod dicimus Ariſt. in hoc libro inueſtigaſse numerum ſubſtan-
D tiarum ſeparatarum exceptis animabus,de quibus dixit in hoc pręſenti textu,conſiderandũ
eſſe poſterius: quia ſpectabat hæc conſideratio ad libros de anima. Vnde concluſio Philoſo-
phi de numero ſubſtantiarum ſeparatarum non fuit ſimpliciter,ſed tantum illarũ,quæ ſunt — Subſtantiæ ſeparatę sũt motrices cęlorum.
motrices cęlorum inueſtigatæ per motum, vt patet ex ratione adducta in hòc libro , quia tot
ſunt ſubſtantiæ abſtractæ motrices cęlorum , quot ſunt motus ipſorum , ſed motus cęlorum
non ſunt niſi quinquaginta,vel quatragintaquinque &c. ergo & ſubſtantiæ abſtractæ erunt
etiam in hoc numero collocandæ,& ſic patet quomodo argumentum hoc nihil concludit de
animabus,cum nõ ſint attributæ lationibus cęlorum, nec influentiis ſtellarum , & ſint extra
cælum, vt dictum eſt,licet hoc non cognouerit Philoſophus,quia etiam de numero ſubſtan
tiarum ſeparatarum dubitauit,& non ita exacte loquutus eſt,ſed reliquit fortioribus & potẽ
tioribus ad hoc inueniendum,quàm ipſe eſſet,propterea recitauit opinionem Eudoxii , &
Calippi de pluralitate ſphærarum in hoc libro. Sed nolo prætermittere quandam dubita-
tionem cuiuſdam iunioris philoſophi,quam in publica quadam diſputatione adduxit , fa-
ciensque in ea magnam vim,aſſerens ex hac poſitione euerti totum quartum librum phyſi.

Ariſt.

Ariſt.aſſerentis nihil eſſe in loco niſi corpus;ſi ergo anima ſeparatur à corpore,& eſt immor A
talis:ergo nullibi eſt. Deinde cum ipſa ſit indiuiſibilis ſubſtantia,& nullum indiuiſibile mo
ueatur apud Ariſt.quomodo igitur ipſa erit immortalis? Ad quam difficultatem diximus ſu
perius animam ſeparatam ire ad ſtellam ſibi comparem ſecundum doctrinam Ariſto.ſecun
dum veritatem vel ad Deum glorificatorem,vel ad inferos,vel ad purgatorium iuxta diuer-
ſam diſpoſitionem,quam ipſa retinet,cum à corpore diſſoluitur vt docuimus 4. ſent. Nec
Diſt.49. euertitur doctrina Ariſt.4.phyſi.de loco,quia anima non eſt in loco circumſcriptiue, ſicuti
Tex. 1. corpora;ſed definitiue, ſicuti Angeli dicuntur locari;nec eſt indiuiſibilis, ſicuti punctum in
genere quantitatis,quod probabat philoſophus 6.phyſi.non poſſe moueri, ſed eſt indiuiſi-
Tex.31. bilis in genere ſubſtantiæ: propterea dicitur moueri vt anima Saluatoris noſtri,quæ localiter
mouebatur deſcendendo ad inferos;& ſicuti æquiuoce dicuntur anima & corpus eſſe in lo-
co,quandoquidem corpus circumſcriptiue,& anima definitiue, ita etiam æquiuoce dicun-
tur moueri,quia corpus mouetur motu continuo & phyſico, anima autem mouetur eo mo-
tu,quo mouentur & ipſi Angeli;quorum motus eſt contactus virtualis ſucceſſiue diuerſorũ
q.53.ar.1. locorum,vt ſcribit S.Tho.1.p. B
Cap.4. Sed adhuc inſtabat ex verbis Ariſt.2.de gener.animalium, aſſerẽtis in generatione homi-
Dil.2. nis marem præbere animam,fœminam vero corpus,quia mas actiue,fœmina vero paſſiue cõ
currit,vt diximus 8.huius:igitur non poterit à corpore ſeparari & moueri motu Angelorũ.
Ad quam replicam dicebamus primo,illud dictum debere intelligi de anima ſenſitiua,quia
ſic mas præbet ſemen,in quo continetur anima ſenſitiua,quæ educitur de potentia materiæ
expectans animam intellectiuam, quæ deforis venit. Secundo dicebamus, marem præbere
etiam animam intellectiuam quoad ineſſe,ſeu vnionem,quia ſic eſt proprius terminus actio
nis ſeminis humani,& ab eo effectiue cauſatur per ſe & directe, quoniam propria actio hu-
Anima eſt termin' creationis. mani ſeminis terminatur ad hoc,quòd materia ſubſit animæ intellectiuæ deforis aduenienti;
quia proprie ipſa anima intellectiua quoad eſſe eſt terminus creationis; vnio autem eius &
corporis eſt terminus generationis humanæ,ex qua vnione reſultat tertia entitas, quæ eſt cõ
poſitum,quod eſt homo; quo fit, vt mas mediante ſuo ſemine cauſet actiue coniunctionem
animæ intellectiuæ cum materia corporali;& per hanc declarationem habetur veritas illius
maximę,quòd homo proprie generat hominem,quamuis neutram partem producat.Eſſent C
& plurima alia argumenta diſſoluenda, verum quia à diuerſis ſcribentibus ſuper hanc mate
riam ſoluuntur;præſertim ab excellentiſſimo philoſopho Iulio Caſtellano Fauentino publi
ce philoſophiam profitente in almo Vrbis Gymnaſio in tribus libris de humano intellectu,
Hieronym' Fracheta. & ab eruditiſſimo viro Domino Hyeronimo Fracheta Rhodigino philoſophiæ & ſacrę theo
logiæ doctore in ſuo etiam lib.de animi immortalitate;idcirco iure dimittenda indicaui.

Mouet autem vt amatum, motu vero alia mouentur ſiquidem igitur,&c. Tex. 37.

An primum cælum immediate moueatur à primo principio, quod eſt Deus.

D

Dilucidatio tertia.

RESPONDENT Aliqui de mente cuiuſdam expoſitoris, quem volunt
eſſe S.Thomam, quòd primum cęlum immediate mouetur ab ipſo Deo
ſecundum ſententiam Ariſto. ſed impugnant hanc opinionem; quia de
mente Ariſt.primum mouens, in hoc libro mouet primum cælum in ra-
Tex.36. tione amati:ergo oportet vt ſit aliquod mouens aliud à Deo, quod mo-
Tex. 39. ueat ipſum primum cęlum in ratione amantis,de quo loquens ipſe Philo
ſophus in hocmet libro dicebat, quòd hoc tale mouens habet maximam
delectationem ex hoc,quòd intelligit & amat primum principium;vnde hoc mouens in ra-
tione amantis eſt intelligentia ſecunda,quæ vocatur anima cæli,non in ratione informantis,
ſed in ratione mouentis, & hæc eſt opinio Auerrois aſſignantis primo cęlo duplex mouens;
Com. 79. vnum coniunctum;& aliud ſeparatum,vt patet 8.phyſi.& in eodem libro hoc docuit Ariſt.
quòd potentia infinita non poteſt mouere corpus in tempore,quia ſic alia potẽtia finita poſ-
ſet

A ſet mouere in æquali tempore, eo quòd augumentata virtute motiua minuitur tempus, in
quo mouet, & iuxta hanc veritatem habetur, quòd Deus non poteſt immediate cauſare mo-
tum proprie dictum quia cum ſit ſucceſſiuus, neceſſario erit in tempore ob hoc poſuit duo
mouentia ordinata, quorum primum mouet mediate, quia dat virtutem ſecundo: & quia
perpetuo dat iſtam virtutem: ideo eſt cauſa perpetuitatis in motu: finitas autem virtutis rece
ptæ ſi finita ſit, quando non eſt aliud à natura intelligentiæ, quæ eſt ſecundũ mouens, eſt cau
ſa ſucceſſionis in motu, quia illi virtuti ſi potentia finita poteſt eſſe aliqua reſiſtentia in mobi
li, quæ non poſſet eſſe reſpectu virtutis infinitæ, & licet hoc ſit intentum ab Ariſto. tamen ip-
ſe videtur accipere vtrunque mouens pro vno tantum mouẽte: & illud prætermittere in com
putatione ſubſtantiarum immaterialium, quarum numerus accipitur ſecundum numerum
mobilium cæleſtium orbium.

Omnis motus fit in tẽpore.

Sed iſti imponunt vnum falſum S. Thomæ ex hoc, quòd non legerunt ipſum in aliis locis
ſuæ doctrinæ, præſertim in 1. lib. contra Gentiles, vbi adducit rationes Ariſt. quibus probat Cap. 13.
Deum eſſe, & loquens de motoribus orbium inferiorum, aſſerit, ipſos moueri per accidẽs ra
B tione ſuorum mobilium, quæ ſequũtur motum ſuperioris orbis: loquens autem de Deo di
cit expreſſe, quia Deus non eſt pars alicuius mouentis ſeipſum. Ariſto. in ſua metaphyſica vi
delicet in hoc libro inueſtigat ex motore, qui eſt pars mouentis ſe ipſum, alium motorem ſe Tex. 36.
paratum omnino, qui eſt Deus: cum enim omne mouens ſe ipſum moueatur per appetitum
oportet, quòd motor, qui eſt pars mouentis ſe ipſum, moueat propter appetitum alicuius ap
petibilis, quod eſt eo ſuperius in mouendo: nam appetens eſt quodammodo mouens motũ:
appetibile autem eſt mouens omnino non motum; oportet igitur eſſe primum motorem ſe-
paratum omnino immobilem, qui eſt Deus. Ecce quomodo expreſſe docet S. Thomas Deũ
mouere primum cælum mediate: ergo intentio ſua non eſt, quòd moueat immediate: vt iſti
imponunt. In quæſtionibus etiam diſputatis de ſpiritualibus creaturis clarius narrans opi- ar. 6. ad 10.
nionem Auerrois de hac re, dicit, ipſum varie fuiſſe locutum: quia in libro de ſubſtantia or- Cap. 2.
bis docuit idem eſſe quod mouet corpora cæleſtia vt agens, & finis: & in hoc libro 12. docet Com. 41.
duos eſſe motores. Vnum coniunctum: quem vocat animam cęli: & alium ſeparatum, qui
mouet vt finis: Ecce quomodo Auerroes varie eſt locutus: tamen S. Tho. docet, quòd cũ bo
C num deſideratum, quod mouet vt finis, ſit aliud à deſiderante, quod mouet vt agens, tenen-
dum eſt Deum mouere primum cælum mediate. Item S. Thomas in hoc præſenti libro do- Com. 52.
cet iuxta doctrinam Ariſto. Deum eſſe vniuerſale bonum, ad quod reſpiciunt & ordinantur
omnes partes vniuerſi, & eſt abſolutum primum, & vniuerſale regens, ad quod vt ad nobi-
lius ceteræ intelligentiæ reſpiciunt: ex quibus verbis habetur manifeſte, Deum non mouere
primum cęlum immediate. Rurſus in hoc met libro docens modum, quo primum mouens, Com. 36.
quod eſt Deus mouet; aſſerit mouere vt appetibile, & deſiderabile, quia motus cęli eſt pro-
pter ſeipſum, ſicut propter finem cauſatus ab aliquo proximo mouente, quod mouet propter
primum mouens immobile, vt aſſimilet ſe ei. Sed manifeſtum eſt apud S. Thomam nihil aſſi
milari ſibi ipſi, quoniam aſſimilatio importat relationem realem, quæ requirit extrema di-
ſtincta realiter; ſed motor mouens primum cælum immediate mouet, vt aſſimilet ſe Deo mò
uenti per modum appetibilis: ergo Deus in doctrina S. Thomæ non mouet primum cælum
immediate, ſed mediante intelligentia, quæ eſt applicata ipſi primo cælo.

Deus mouet ut amatus & deſideratus.

Sed pro veritate huius rei ſciendum eſt primo, quòd primus motor eſt ille, cuius motus
D inter omnes motus eſt vnus, ſimplex, & ſempiternus, & hic eſt motus, quem vocant diurnũ,
qui non dicitur vnus & ſimplex, quia non habet partes, ſed quia eſt vniformis, & æqualis
per totum: dicitur primus, quia eſt cauſa omnium aliorum, & ſuus motor eſt prima cauſa vni
uerſi entis in mouendo ab alio non dependens, coincidens in idem numero cũ primo prin-
cipio appetibili, & intelligibili. Notandum ſecundo, quòd Ariſt. in hoc libro inueſtigans nu
merum ſubſtantiarum ſeparatarum non inueſtigat niſi intelligentias applicatas; per motum
autem metaphyſicum, qui eſt motus deſiderii, inueſtigauit primum motorem, vt finem vni-
uerſalem, & optimum deſideratum; ſicut ergo eſt duplex motus; alter phyſicus: alter vero me
taphyſicus, ita etiam eſt duplex inueſtigatio motoris: per motum phyſicum inueſtigauit Ari-
ſto. motores applicatos: per motũ vero metaphyſicum inueſtigauit motorem omnino ſepa-
ratum, qui eſt princeps, & caput totius vniuerſi. Notandum tertio, quòd alius eſt motor ille,
quem inueſtigauit Philoſophus 8. phyſi. quando dixit, in mouentibus & motis non eſt pro- Tex. 33.
greſſus in infinitum: ergo neceſſe eſt deuenire ad primum motum, ad primum mobile, & ad
primum motorem; & alius eſt primus motor, quem inueſtigauit in hoc libro. Et ſi dicis, quòd
eaſdem conditiones attribuit Philoſophus vtrique motori, quòd ſit purus actus, & moueat

Motus diurnus eſt vniformis.

tempore

tempore infinito &c. Dicimus qnòd licet verum ſit, tamen hoc fecit Ariſt. alludendo ad opinionem antiquorum, qui tenebant primum motorem applicatum eſſe Deum; alludens igitur A
Motus inueſtigatus in hoc libro eſt alius ab illo de quo ē ſermo 8. phyſi. Ariſt. eorum opinioni, motori inueſtigato ab ipſo in 8. phyſi. attribuit eadem prædicata, quæ attribuit motori, inueſtigato per motum metaphyſicum: tamen in doctrina ſua non eſt idem ille & iſte, vt dictum eſt.

His ſtantibus ponuntur duæ conclnſiones, quarum prima eſt. Motor inueſtigatus in hoc præſenti libro non mouet primum cælum immediate immediatione ſuppoſiti: probatur, quia omne illud, quod mouet immediate immediatione ſuppoſiti aliquod corpus cæleſte,
Tex. 64. mouet propter nobilius ſe, vt ſcripſit Ariſtot. 2. cæli, vbi dicit, quòd actio conſiſtit ſemper in duobus, cuius gratia, & quòd huiuſmodi gratia, & fine, & agente propter finem; ſed motor ille, quem Ariſto. in hoc libro inueſtigauit motu metaphyſico, non poteſt agere, & mouere propter aliquod nobilius ſe, cum ſit optimum eorum, quę in natura ſunt: igitur concluſio vera.

Et ſi dicis, hanc concluſionem non poſſe eſſe ad mentem S. Thomæ: quandoquidē in hoc
Com. 44. libro reprehendit opinionem Auicennæ repugnantem opinioni Ariſt. de ordine intelligentiarum, & aſſerit, quòd primum cælum mouetur immediate à prima cauſa, vt ſit congruens B
connexio ſubſtantiarum corporalium, & ſpiritualium, ita qnòd primum corpus moueatur à prima ſubſtantia ſeparata, & ſecundum à ſecunda, & ſic de aliis: ergo intentio S. Thomæ eſt primnm cælum moueri immediate ab ipſo motore, qui eſt Deus. Reſpondetur, quòd hoc dictum non contradicit concluſioni propoſitæ, quia Deus vtique mouet primum cælum immediate, non immediatione ſuppoſiti, ſed immediatione virtutis.

Et ſi dicis, quòd non poteſt eſſe hic ſenſus verborum S. Tho. quia Deus mouet omnia corpora cæleſtia, immo omnes creaturas immediate immediatione virtutis. Reſpondetur, licet hoc verū ſit, tamen quia excellentiori modo virtus ipſius primæ cauſæ recipitur in intelligentia primi cæli, & vniuerſalius & perfectius, cum ſit nobilior inter ceteras intelligentias: propterea magis dicitur, quòd Deus moueat primum cælum immediate immediatione virtutis, quàm alia corpora cæleſtia; & præſertim cum in motu primi cęli excellentius manifeſtetur ſua virtus: hinc theologi licet pro manifeſto habeant, Deum eſſe in omnibus rebus
Deus quare dicitur eſſe ī cælo: per præſentiam, potentiam, & eſſentiam; tamen principaliter dicunt Deum eſſe in cælo iuxta ſcripturam; cælum mihi ſedes eſt, quia in cælo magis manifeſtātur opera Dei. C

Secunda concluſio eſt. Licet prima intelligentia, quæ immediate mouet immediatione ſuppoſiti ipſum primum cęlum, ſit ei applicata; ex ipſa tamen & cælo non fit vnum per informationem, ſed tantum per applicationem mouentis ad mobile: & ſic eſt etiam intelligendū de omnibus aliis intelligentiis applicatis; hæc concluſio eſt manifeſta; quia nulla ſubſtantia completa poteſt informare aliquod corpus, aut materiam: qnoniam omnis forma conſtitutiua alicuius compoſiti eſt pars illius; ſed quælibet intelligentia applicata orbibus eſt ſubſtantia completa: ergo non poteſt ex ipſa & orbe conſtitui vnum per informationem, ſed tantū
q. 70. ar. 3. per applicationem mouentis ad mobile: minor eſt manifeſta ex ſe, & declarat ipſam S. Tho.
q. 6. ar. 6. ar. 6. 1. p. & in quæſtio. diſputatis de potentia Dei. & de ſpiritualibus creaturis &c. Argumenta omnia, quæ fieri ſolent contra hanc veritatem ſic declaratam facile ſoluuntur ex dictis, idcirco conſulto dimittuntur. Dicta etiam Commentatoris, cum ſint varia, non eſt curandum de
Art. 6. ad 10. eis, ſicuti docuit S. Thomas de ſpiritualibus creaturis.

Nam infinito tempore mouet, nihil vero finitum infinitam potentiam habet, &c. Tex. 41. D

An intelligentię ſint infinitæ virtutis ſecundum Ariſt.

Dilucidatio quarta.

HVIC dubitationi reſpondent aliqui ſoluendo ipſam duabus concluſionibus, quarum prima eſt. Intelligentiæ aliæ à prima non ſunt potentiæ infinitæ, & poteſt demonſtrari: quia impoſſibile eſt eſſe plures Deos: igitur impoſſibile eſt eſſe plures naturas ſimpliciter infinitas: ſupponitur antecedens, quia inferius demonſtrabitur: conſequentia patet, quia quilibet Deus, ſi eſſent plures, haberet potentiam infinitam. Sed contra, quia in hoc errant dupliciter. Primo in concluſione,

quæ

A quæ eſt ambigua; quandoquidem, cum infinitum ſit multiplex, non exprimunt de quo infinito concluſio intelligatur. Eſt enim infinitum aliquod in entitate, nempe quòd perfectionem in ſe habet illimitatam, & perfectionem totius entis comprehendit, oppoſito vero modo finitum eſt quod habet perfectionem, & eſſentiam limitatam, & coarctatã ad aliquod genus: primum ſoli Deo conuenit. Aliud dicitur infinitum in vigore, & eſt illud, quod habet potentiam infinitam operandi. Tertium eſt infinitum in duratione, id nempe quod durat tempore infinito, ſicut motus, tempus, & cęlũ. Quartum dicitur infinitum per indeterminationem ad recipiendum, ſicut potentia materiæ dicitur infinita, quia eſt indeterminata ad formas ſine limite. Errant & ſecundo quia hæc ratio, quam adducunt, non eſt demonſtratio, quandoquidẽ demõſtratio eſt ex primis, veris, immediatis, & cauſis concluſionis, vt docuit Ariſt. 1. poſte. at demonſtratio iſtorum non eſt ita, ergo &c. Tex. 25.

Secunda concluſio, quam ponunt, eſt iſta. Non eſſe plures Deos, ſeu plures ſubſtantias potentiæ infinitæ eſt verum conceſſum ex intentione Philoſophi: quam concluſionem conantur oſtendere quadrupliciter. Primo, quia Philoſophus in hoc libro docet, omnia entia habere inter ſe ordinẽ ad vnum primum; ſed infinitum non eſt ſubordinatum eſſentialiter alicui alteri nec ſicut ad finem, quia bonum infinitum nõ eſt propter aliud; ſed bonũ totius vniuerſi vtroque modo ſe habet, ſcilicet & in ordine entium inter ſe, & in ordine eorum ad optimum ſeparatum; & ſic concludunt non poſſe eſſe plura infinita. Sed dico rationem iſtam non concludere; quia poſſet aliquis dicere eſſe plura infinita ordinata hoc modo, ꝙ vnum illorum eſt primum; alterum ſecundum; & ſic de aliis: quemadmodũ eſt in collegio aliquorum Doctorum, qui omnes ſunt æquales in dignitate doctoratus, licet Decanus teneat primum locum: ſicut etiam eſt in Collegio Cardinalium. Secundam rationem adducunt ex intentione Ariſto. 8. phyſi. vbi probat quòd mouens potentiæ infinitæ non põt immediate mouere cælum: ergo mouetur immediate ab aliquo mouẽte finito; illud eſt intelligentia propria motrix: ergo intelligentia eſt potentiæ finitæ. Hæc etiam ratio nihil concludit, præſertim apud tenentes primum principium non eſſe vigoris infiniti intẽſiue, quia nõ poteſt conuinci ex manifeſtis ſenſui, & tunc ſermo eſt verus, vt ſcripſit Auerro. 8. phy. quãdo conformatur ſenſatis: ſed primum principium eſſe vigoris infiniti non poteſt conuinci ex ſenſu ex parte ſubſtantiæ eius: quia ſubſtantia eius nõ eſt ſenſibilis, nec ex parte effectus: quia nullus effectus eſt infinitus: ergo hæc ratio adducta ab iſtis nõ concludit. Adde, quòd illa propoſitio aſſumpta pro maiori; mouens potentiæ infinitæ non poteſt immediate mouere cælum; non eſt ab omnibus conceſſa, ergo &c. Tertiam rationem adducunt de mẽte Cõmen. lib. de ſubſtantia orbis, vbi docet, ꝙ corpus cæleſte non indiget tantum virtute mouente in loco; ſed etiam virtute largiente in ſe, & in ſua ſubſtantia permanentiam æternam: ex quibus verbis concludunt de mente Auerr. Deum eſſe cauſam eſſe & ſubſtantiæ ipſius intelligentiæ: & ſic intelligentia, cum ſit cauſata, non erit infinitæ potentiæ. Hęc quoque ratio non acceptatur ab ipſis Auerroiſtis, vt docet Ioannes Bachonus. 2. ſent. vbi dicit, intelligentias & cælum non eſſe à Deo efficienter: ſed ſolum tanquam à fine: & ponit exemplũ de principe in ciuitate, qui non eſt cauſa ciuium nec ciuitatis efficienter, ſed tantum finaliter: ſic Deus ex hoc quòd intelligit diuerſimode ſe eſſe finem omnium æternorum; omnia æterna reſultant in eo per dependentiam ad ipſum, ſicut ad finem; quod clarius oſtendit Auerr. in hoc libro: verba autem adducta ex libro de ſubſtantia orbis intelliguntur quoad conſeruationem, non autem quoad eſſe efficienter. Vltimo probant de mente Auicennæ 9. metaphy. vbi vult ex intentione, ꝙ omnis intelligentia creata ſit à prima, ſed ſecundum quendam ordinem: nam ſecundam intelligentiam dicit eſſe cauſatam à prima, & tertiam à ſecunda, & ſic de aliis. Et in hoc non ſolum non contradicit Philoſopho, ſed explicat illud de modo, & ordine productionis, quod Ariſt. non explicat, ex quibus patet Auicennam voluiſse intelligentias non eſse infinitæ potentiæ.

Tex. 51. — B (beside "bere inter ſe ordinẽ…"); In collegio doctorũ omnes ſunt æquales. Tex. 56. Com. 22. — C (beside "ex ſenſu ex parte ſubſtantiæ eius"); Cap. 1. dist. 1. ar. 1. Princeps nõ eſt cauſa ciuium. Com. 54. — D (beside "conſeruationem"); Cap. 4.

Sed hæc vltima ratio contradicit auctori ſuperioris rationis, vt patet in hoc libro, vbi recitat opinionem Auicennæ dicentis, ꝙ Deus intelligendo ſe produxit intelligentiam primam, in qua quia non eſt ſuum eſse, ex neceſſitate incidit compoſitio potentiæ & actus: & ſic prima intelligentia producta in quantum intelligebat primam cauſam, produxit ſecũdã intelligentiam: ſed intelligendo ſe ipſam quantum ad id, quod habebat de potentia, producebat corpus cęli, quod mouet: intelligendo vero ſeipſam ſecundum illud, quod habet de actu producebat animam cæli; ergo &c. Hanc imaginationem Auerr. impugnat tanquam ſermonem phantaſticum, aſſerens, in illis non eſse prouentũ ſeu conſecutionẽ neq. actionem, itaquod dicamus, quòd vna actio ſequatur vnum agentem tantũ: ſed eſt in illis cauſa

Com. 44. Imaginatio Auicenn. de productione intelligentiarum.

&cauſatum ſecundum quòd dicimus intellectũ eſſe cauſam intelligentis: ſed intellectum A
in doctrina Auerr. eſt per ſe ſolũ cauſa finalis reſpectu intelligentis, vt docet Bachonus vbi
ſupra: ergo quarta ratio & tertia pugnant adinuicem: quia auctores illarum habent contra-
rias opiniones in hoc. Adde etiam, quòd hoc non poteſt eſſe de mente Ariſt. qui poſuit
Tex. 4. omnes intelligentias eſſe immediate productas à prima, vt patet 2. huius, vbi docet primum
ens, & primum verum, quod eſt Deus, eſſe cauſam omnium entium poſteriorũ, ſicut ignis
calidiſſimus eſt cauſa omnis caloris. Adde & ſecundo, quòd hoc eſt contra fidem, & veri-
tatem; quia ea, quæ non poſſunt cauſari niſi per creationem, à ſolo Deo producuntur, cuius
Creatio eſt à ſolo Deo. proprium eſt creare, vt ſcribit S. Thom. 1. p.
q. 45. ar. 5. Pro dilucidatione ergo huius veritatis ſciendum eſt primo, in intelligentiis aliis à prima
ſemper & neceſſario eſſe cõpoſitionẽ ſaltem ex poſitiuo & priuatiuo, vt eſt intentio Auer.
Com. 5. 3. de anima, vbi dicit, nullam formam liberatam eſſe à potentia, niſi primam: & per conſe-
quens in omnibus intelligentiis citra primam eſt aliqua potentia, quam potentiam dicunt
Auerroiſtæ non eſſe phyſicam, ſed logicam: quia intelligentiã citra primam dupliciter con-
Intelligẽtiæ citra primã bifariam cõſiderantur. ſiderari poſſe aſſerunt, ſub ratione generis, & ſub ratione ſpeciei, puta intelligentia Saturni B
poteſt concipi, & inquantum ens, & inquantum tale ens. Primo modo non repugnat ſibi, ꝙ
habeat maiorem perfectionem, quàm ſit illa, quam actu poſſidet: quia ſi ſibi latitudo ma-
ioris perfectionis repugnaret inquantum ens, ita quòd ratio formalis entitatis eſſet præci-
ſa cauſa iſtius repugnantiæ; tunc cuilibet enti iſtud repugnaret, & per conſequens primo en
ti; quod eſt falſum, vt ſi talpæ repugnaret viſio inquantum animal, tunc cuilibet animali re-
pugnaret, & ideo ſub ratione generis ſecunda intelligentia potentiam & priuationem ali-
quam includit; quæ tamen nihil reale dicit, ſed ſolum non repugnantiam: ſi autem conſide-
rata fuerit ſub ratione ſpeciei inquantum ſcilicet eſt tale ens in tali gradu entitatis ordina-
tum: ſic omnis perfectio apta nata ſibi competere ſub ratione qua talis ab æterno ſibi ineſt:
& iuxta hunc ſenſum docent Philoſophi in æternis non differre potentiam ab actu: & quia
ſola prima intelligẽtia habet omnem perfectionem poſſibilem reperiri in ambitu entis, cũ
Prima intelligentia rectius eſt entitas quàm ens. ſit rectius entitas, quàm ens: inde eſt ꝙ in ea nulla eſt potẽtia, nec rõne generis, nec ratione
ſpeciei; omnes autem citra primam priuatæ ſunt gradu aliquo entitatis & bonitatis ſub ra-
tione entis, nulla autem ſub ratione talis entis potentiam aliquam habet, vt dictum eſt ſu- C
pra; idcirco omnes intelligẽtiæ præter primam dicuntur componi ex priuatiuo, & poſitiuo
Theor. 40. de mente Auer. vt docet Zimara in theorema. ſuis, quod confirmare nititur ex ſacris elo-
quiis apud Eſaiam dicẽtem, in Angelis ſuis reperit prauitatẽ, & male, quia hoc dictum nõ
intelligitur de priuatiuo, ex quo Angeli ſint compoſiti, ſed de malo culpæ, vt docet. S. Tho.
q. 63. ar. 1. 1. p. Adde etiam quòd nec Eſaias habet illud dictum; ſed Iob. Reperitur etiam compoſi-
Cap. 40. tio in intelligentiis aliis à prima ex actu, & potentia tanquam ex poſitiuo, & poſitiuo, vt do-
q. 3. ar. 7. cet S. Thomas 1. p. & Caietanus contra Scotum.
Secundo eſt ſciendum, quòd cum potentia actiua ſequatur actum, quantitas potentiæ ſe-
quitur quantitatem actus: vnumquodque enim tantũ abundat in virtute agendi, quantũ eſt
in actu. Deus autẽ eſt actus infinitus; quod patet ex hoc, ꝙ actus non finitur niſi dupliciter.
Actus dupliciter ſumit. Vno modo ex parte agentis, ſicut ex voluntate artificis pulchritudo domus recipit quanti-
tatẽ, & terminũ. Alio modo ex parte recipientis, ſicut calor in lignis terminatur, & quãtita-
tẽ recipit ſecundum diſpoſitionem lignorum: ipſe autem diuinus actus nõ finitur ex aliquo
agente: quia non eſt ab alio; ſed à ſeipſo: neque finitur ex alio recipiente, quia cum nihil po D
tentiæ paſſiuæ ei admiſceatur: ipſe eſt actus purus non receptus in aliquo; eſt enim prima
intelligẽtia ipſum eſſe ſuũ in nullo receptũ, & ſic neceſſario infinita: eſſe aũt hominis eſt ter
minatum ad ſpeciẽ hominis; quia eſt receptũ in natura ſpeciei humanæ, & ſimile eſt de eſſe
intelligentiæ Saturni, Iouis, & aliarũ, & ex hoc principio naſcitur finitas, vel infinitas pōæ.
Tertio eſt notandum, ꝙ ſicut in quantitatibus poteſt conſiderari infinitum ſecundum
Linea quõ poſſit eſſe infinita. vnam dimenſionem, & non ſecundum aliam, vt linea eſt infinita ſecundum longitudinem,
non autem ſecundum latitudinem. Et iterum datur aliquod infinitum ſecundum omnẽ di-
menſionem vt corpus; ſic etiam eſt in aliis rebus, quia poſſibile eſt aliquam creaturam poſ-
ſe producere effectus infinitos quantũ eſt de ſe ſecundum aliquid, vtpote ſecũdum nume-
rum in eadem ſpecie: & ſic omnium illorum effectuum natura eſt finita ſimpliciter; quia
eſt determinata ad vnam ſpeciem, vt ſi accipiamus homines, vel leones infinitos, tunc natu-
ra omniũ hominum, & leonum erit infinita ſecundum quid: quia non eſt poſſibile quòd
ſit aliqua creatura, quæ poſſit in effectus infinitos omnibus modis & ſecundum numerum,
& ſecundum ſpecies: hoc enim ſolummodo prima intelligentia habet: & ideo ſola illa, quæ
eſt Deus

A eſt Deus,eſt ſimpliciter infinita: ceterę autem intelligentiæ ſunt finitæ ſimpliciter, & limitæ ad naturam aliquam: verùm cum ſint immateriales non receptę in aliquo dicuntur infinitæ ſecundum quid: ſicut ſi diceremus albedinem ſeparatam exiſtentem eſſe infinitam quantum ad rationem albedinis;quia non contrahitur ad aliquod ſubiectum: eſſe tamen eius eſſet finitum,quia determinatur ad aliquam naturam ſpecialem : & propter hoc dicitur in libro de cauſis,quòd intelligentia eſt finita ſuperius,inquantum ſcilicet recepit eſſe à ſuo ſuperiori,ſed eſt infinita inferius inquantum non recipitur in aliqua materia.

Intelligẽtiæ citra primã q̃ō poſſint dici infinitę

Iſtis ſic habitis ponuntur tres concluſiones,quarum prima eſt. Omnes intelligentiæ ſunt infinitę infinitate durationis. iſta eſt ſecundum Ariſto. & ſecundum veritatem. Ariſto.enim in hoc libro ponit plures ſubſtantias ſempiternas, immobiles, inalterabiles ſecundum ſe, & ſine magnitudine: ſed quod eſt ſempiternum,immobile, & inalterabile neceſſe eſt eſſe infinitum duratione: ergo cõcluſio eſt vera ad mentẽ Ariſt.Eſt etiã vera ſecundũ fidem,vt docet S.Thomas 1.p.de mente Dionyſii libro de diuin.nomin.quòd ſubſtãtiæ intellectuales ſunt immutabiles, & inuariabiles ſecundum eſſe,ſunt entia neceſſaria realia ab intrinſeco, licet
B ſint entia poſſibilia per potentiam in alio & ab extrinſeco; vt ſcribit Caietanus contra Scotũ, & Pariſienſes. Deinde ex fundamentis poſitis intelligentię mouent tempore infinito ſuos orbes: ergo ſunt infinitæ in duratione.

Infinitũ duratione quid eſt.
q.9.ar.2.
Cap.1
q.9.ar.8

Secunda concluſio eſt. Intelligentiæ aliæ à prima ſunt infinitę in vigore non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: quòd non ſimpliciter probatur:quia ſunt compoſitę vel ex poſitiuo, & priuatiuo ſecundũ aliquos; vel ex potentia & actu, ex quo eſt & quod eſt; vel ex eſſe,& eſſentia,vt docet Boetius libro de hegdomat.igitur non poſſunt eſſe infinitæ ſimpliciter. Quòd autem ſint infinitæ ſecundum quid patet, quia eſſe earum non eſt receptum in aliquo receptiuo: vnde cum ſint inreceptæ in materia dicuntur infinitæ ſecundum quid, vt docet Caietanus contra Scotum in 1.p.S.Thomæ.

q.7.ar.1.

Tertia concluſio. Prima intelligentia,quæ eſt Deus benedictus, eſt ſimpliciter infinita,& in eſſentia,& in ſapientia,& in potentia,& quantum ad omnia quæ in ipſa ſunt, vnde dicitur infiniti vigoris intenſiue: hanc oſtendit Ariſt. 8. phyſicorum, vbi probat nullum corpus aut virtutem in corpore eſſe infinitam: quia virtus infinita aut eſſet in corpore infinito, & hoc
C non poteſt eſſe vt probatum eſt 3.phyſicorum; quia non datur, aut in corporę finito, & hoc eſt impoſſibile,ſed prima intelligentia eſt infinita; quam ita probat,quia mouet tempore infinito ex ſe:igitur erit virtutis infinitæ ſimpliciter. Ceteræ intelligentiæ licet etiam moueant tempore infinito,tamen quia hoc non habent à ſe ſed recognoſcunt à prima; propterea non dicuntur infinitæ ſimpliciter, ſed ſecundum quid quatenus vnaquæque ipſarum conſtituit vnam ſpeciem per ſe, nec poteſt dici ad hanc rationem quòd concludat de infinitate durationis,& non vigoris intenſiue, quia ex hac reſponſione ſequeretur rationem Ariſt. eſſe falſam: quandoquidem in magnitudine finita poteſt eſſe virtus infinita actiua in duratione, vt magnitudo ſolis eſt finitæ magnitudinis,& tamen virtus eius actiua eſt infinita in duratione, quia per lumen infinito tempore agit: ex quo patet non poſſe intelligi virtutem Dei eſſe infinitã tantum duratione,ſed vigoris infiniti intenſiue, præſertim cum ipſemet Auerr. dicat in hoc libro infinitum vigorem importare virtutem actiuam non limitatam ad terminatam velocitatem,ſed quacunque data poteſt in maiorem: vnde dicitur infinitas in qualitate actionis,& finitus vigor per oppoſitum importat virtutem actiuam limitatam ad certam veloci-
D tatem,itaquòd non poteſt in maiorem. Secundo probatur ex modo agendi ipſius Dei, quòd ſit vigoris infiniti intenſiue;quia qualis eſt proportio nullius potentiæ ad potentiam paſſiuam,talis eſt proportio potentiæ actiuę agentis ex nulla potentia ad actiuam agentis ex aliqua potentia: ſed nullius potentiæ ad aliquam potentiam eſt infinita proportio,cum ens, & non ens diſtent in infinitum: ergo potentia agens ex nulla potentia paſſiua præſuppoſita cuiuſmodi eſt potentia creatiua diſtat in infinitum à potentia creata, quæ agit ex aliqua potentia pręſuppoſita,& ſic oportet habere vigorem infinitum intenſiue, aliter potentia agens ex nihilo,& potentia agens ex aliquo eſſent proportionabiles,quod eſt abſurdum : & hęc ratio concludit ſiue ponatur virtus creatiua rerum ab ęterno, vt Plato & Ariſto. poſuerunt,ſiue in tempore,vt fides Chriſtiana determinat. Tertio probatur ex parte voluntatis, quia ſi primus motor non eſſet infiniti uigoris intenſiue, tunc voluntas non appeteret ipſum,& delectaretur in amando ipſum: ſed hoc eſt falſum,quia voluntas appetit, & delectatur in amando primum motorem: conſequentia eſt manifeſta, quia nulla potentia delectatur,& appetit illud, quod repugnat ſuo nobiliſſimo obiecto & fini, ſicuti auditus non delectatur in inconſonantia ſonorũ,quę repugnat conſonantijs,quę ſunt in ſonis: modo ſi in pri

Tex.79
Tex.48
Quomodo in magnitudine finita põt eſſe virtus infinita.
Com.41
Creatura agit ſuppoſita materia

mo motore non eſſet hæc iofinitas intenſiua, volnntas oon appeteret ipſum, taoquam opti- A
mum, & vltimum finem in natura, ergo &c. Quarto probatur ratiooe entitatis, quia infi-
nitas uigoris non repugnat enti inquantum ens: ergo deber repooi in primo ente: antecedẽs
Tex.5. patet 4. huius, quia finitum, & infinitum ſuot paſſiones entis: conſequentia probatur, quia
infinitas uigoris, cum dicat perfectionem ſimpliciter, non ineſt tali enti limitato: ergo eſt in
ente infinito, quod eſt Deus. Vltimo probatur ratione identitatis: quia quando aliqua ſunt
eadem eſſentialiter, ſi unum eſt infinitum: ergo & reliquum; ſed eſſentia Dei & uigor ſunt
idem eſſentialiter, & eſſentia Dei eſt infinita, cum ſit ſuum eſse omnino formaliſſimum & in-
receptũ: ergo & potẽtia uigoris, cum conſequatur quantitatem actus, erit infinita ſimpliciter.

Ratio efficax duplex eſt. Sed dices, hę rationes noo ſunt demonſtratiuæ, & efficaces, igitur non conclndunt. Re-
ſpondetur, quòd ratio efficax dupliciter capi poteſt. Vno modo pro demonſtratione ex ap-
parentibus euidenter concludente; & ſic fateor rationes adductas oon eſse ſic efficaces. Alio
modo poteſt capi ratio efficax pro ratione, quę pluribus ſapiẽtibus vr apta ad concludendã
aliquam concluſionem, & reprobandam oppoſitam, & ſic dico rõnes iſtas eſse efficaces. Sed
contra primã concluſionẽ aliquis potuiſſet dubitare, quia entia mutabilia, & poſſibilia oon B
ſant iofinita infinitate durationis, ſed intelligẽtiæ citra primam ſunt hniuſmodi, vt docuit
Cap.5. Auguſt. in libro de oatura boni, ſolus Deus immutabilis eſt, quæ autem ſecit, quia ex nihilo
ſunt, mutabilia ſunt. Sunt etiam entia poſſibilia, quia tantum eſt vnum neceſſe eſſe. Sed re-
ſpondetur intelligentias eſſe mutabiles non per aliquam potentiam paſſiuam, quæ eſt in eis,
Intelligẽtiæ quõ ſunt mutabiles. ſed per potentiam actiuam, quæ eſt in ipſo Deo, ex cuius voluntate fuerunt productæ in eſſe,
& ex voluntate eius pendet vt conſerueotur: quia ſi ſuam actionem ab eis ſubtraheret, in ni-
hilum redigerentur, dicuntur igitur immutabiles conſiderata natura ipſarum ab intrinſeco:
dicuntur etiam entia neceſſaria pbyſice, quia non eſt in eis aliquod principinm, per qnod
poſſint corrumpi, vocantur entia poſſibilia logicè, quia non implicat contradictionem ipſas
non eſſe: vnde non eſt falſum dari plura neceſſaria phyſicè, ſed tantum eſt vnum neceſſe eſſe
Magiſt. Tho. ſimpliciter, & abſolute, quod eſt primnm principinm. Vt latius & erudite ſatis docuit Ma-
giſter licẽtiatus Thomas Capuanus in annotationibus ſnis aduerſus Chryſoſtomum Iauellũ
Canapitium.

Contra ſecundam concluſionem quis dnbitare poſſet ex verbis Ariſt. in hoc libro, io qno C
Tex.29. docet intelligentias omnes eſſe ſimplices actus & immateriales, aliter contingeret eas non
Tex.44. mouere; ſicuti ergo prima intelligentia eſt vigoris infiniti, ita oportet dicere de omnibus; &
in hoc eodem libro concludit numerum ipſarum dicens. (Palam itaque quod tot ſubſtantias
eſſe neceſse eſt naturas ſempiternas, & immobiles ſecundnm ſe, & ſioe magnitudine pro-
pter prædictam cauſam, quia mouent tempore infinito) Si ergo erit vera hæc propoſitio
mouens tempore infinito eſt vigoris infiniti intenſiue, cum omnes intelligentię ita moueãt,
ſequitur omnes æquali infinitate gaudere. Sed ad primam dubitationem dico, quòd mate-
Materia trifariam ſumitur. ria tripliciter ſumitur. Vno modo pro potentia tranſmutationis ad eſse, & non eſse. Se-
cundo pro potentia motus ad motum, & quietem, quæ dicitur materia ad vbi. Tertio pro
imperfectione, & ſic omnis imperfectio dicitur materia reſpectu perfecti: nunc dico, quòd
nulla intelligentiarum eſt mixta materiæ primo vel ſecundo modo; & hoc modo intellexit
Ariſt. in illis verbis, quando poſuit omnes intelligentias eſse ſimplices actus, & immateria-
les, & inalterabiles, & impaſsibiles; quia ſi haberent aliquo modo potentiam paſsiuam de-
ſumptam à materia primo vel ſecundo modo dicta, contigeret eas oon mouere, tameo ha- D
bent potentiam tertio modo dictam, excepta prima quæ eſt liberata ab omoi potentia; &
propterea cum quælibet iotelligentiarum citra primam ſit naturæ limitatæ haber perfectio-
nem omnem illius naturę, ſed non in ratione eotitatis, quia hoc eſt proprium tantum pri-
mæ intelligeotiæ. Ad alia verba Ariſto. dicendum eſt omnes intelligentias eſse æternas, im-
materiales, inalterabiles, impaſsibiles ſioe magnitudine, & mouere tempore infinito, ſed
non æquali ratione, quia prima intelligentia ex ſe, per ſe, & independenter mouet, dans vir-
tutem omnibus: ceteræ verò intelligentiæ licet moueãt per ſe tempore infinito, non tamen
ex ſe, & independeoter, vnde ſunt applicatę orbibns, & dicuntur animæ cælorum: illa verba
(propter prædictã cauſam) intelliguntur, quia mouent tempore infinito: ſed non æquali ra-
tione vt dictum eſt: ſunt etiam omoes infinitæ, ſed non ęquali iofinitate.

Contra tertiam concluſionem poſset qnis dubitare propter rationes Auerrois, qui tenet
Com.30. partem cootrariam multis in locis ſuæ doctrinę, præſertim 2. cęli, vbi dicit quòd ſi potentia
motoris eſt infinita motus eſset in inſtanti, ſed hoc eſt falſum, ergo falſa eſt concluſio po-
Com.79. ſita. 8. phyſic. etiam docet dupliciter potentias motiuas poſse dici infinitas, aut quia actio

earum

A earum nunquam ceſſat, aut quia motio earum eſt tantæ velocitatis, quòd non inuenitur magis, ſcilicet quòd illud, quod ab eis mouetur, velocius moueatur omni mobili, quòd autē aliqua potentia ſit infinitę motionis ſecundum hunc modum, impoſsibile eſt, ſicut impoſsibile eſt motum inueniri in inſtanti, ex quibus verbis patet negare in motoribus virtutem infinitam intenſiue. Et in hocmet libro docet orbem habere duos motores, quorum vnus eſt finitus, alter vero infinitus: & dicunt Auerroiſtę, quòd iſti motores non ſunt diſtincti ſecundum ſubſtantiam, ſed tantum ſecundum rationem, & ſic vult intelligere Auerro. quòd quilibet motor cuiuſlibet orbis eſt finitus intenſiue, ſed eſt infinitus ſecundum durationem. & 2. cæli exponens verba Ariſt. ſi adderetur ſtella orbi erratico, tūc motor illius orbis moueret cum labore: ſignum ergo eſt manifeſtum primum motorem eſſe finitum intenſiue, & 4. phyſic. docuit motorem, & mobile eſſe relatiua: ſi ergo impoſſibile eſt reperiri aliquod mobile, quod moueatur velocitate infinita, impoſſibile etiā eſt, eſſe motorē infinitū intēſiue: ſed iam manifeſte patet nullum mobile in rerum natura reperiri, quod moueatur infinita velocitate: ergo impoſſibile eſt etiam dari motorem talem in rerum natura: conſequentia patet,
B quia omni potentiæ actiuæ in natura debet correſpondere ſua paſsiua ex 1. cęli. Ad quæ reſpondentes dicimus Auerroem ſibiipſi contradicere in hac materia, & propterea ex Auerroiſtis aliqui tenent Deum eſſe infinitum intenſiue, aliqui vero oppoſitum. Nos autem ſequentes veritatem iuxta determinationē ſuperius habitam, negamus omnes Auerroicas auctoritates. Et ad rationem primam dicimus illam concludere de corpore, quod ſi haberet potentiam infinitam, moueret aliud corpus in non tempore, ſeu in inſtanti, & ratio eſt; quia corpus mouens aliud corpus eſt agens vniuocum, ſed Deus glorioſus eſt motor incorporeus & agens non vniuocum, vnde non oportet, quòd tota virtus eius manifeſtetur in motu itaquòd moueat in non tempore, & præſertim quia mouet ſecundum diſpoſitionem ſuæ uoluntatis, & non vtitur tota virtute ſua ad mouendum, nec hoc eſt ex defectu ſuæ virtutis, aut volūtatis, ſed quia hoc nō eſt factibile, vtitur tamen tota ſua virtute per ſe cauſando ſempiternitatem motus, & producendo entia ex nihilo, ex quibus effectibus habetur infinitas vigoris primi motoris. Ad ſecundam rationem, quòd ſi adderetur ſtella, &c. dicitur primo, quòd non loquitur de primo motore, qui eſt Deus infinitus intenſiue, ſed de motore appropriato,
C qui eſt anima cæli, hic enim eſt finitus intēſiue, & infinitus ſecundum durationem. Secundo dicitur, quòd loquitur de orbe toto mouente alium orbē: ſi enim adderetur ſtella orbi erratico dicit Philoſophus, quòd hic orbis moueret cum labore. Tertio dicitur, quòd hic labor non prouenit ex defectu potentiæ primi motoris, ſed ex ordine eſſentiali, qui reperitur inter cauſas, & effectus. Ad tertiam, quę eſt de proportione potentiæ actiuę ad paſsiuam dicitur primo, quòd potentiæ actiuæ infinitę in vigore correſpondet ſempiterna duratio ipſius motus: quę per ſe non poteſt eſſe niſi à motore infinito intenſiue, vnde effectus manifeſtans hūc vigorem infinitum eſt infinita duratio tum motus, tum temporis, & ſic formaliter reſpondendo neganda eſt conſequentia, & ad probationem dictum eſt quid reſpondeat potentię actiuę, & quid non.

Et ſi iterum dicis, natura primi motoris eſt finita, igitur & potentia primi motoris erit finita, conſequentia patet, quia non poteſt eſſe potentia infinita in habente naturam finitam, antecedens probatur per iſtā proportionem, res, quę eſt in hoc loco, & non alibi, eſt determinata & finita ſecundum locum, ergo res, quę ita eſt hoc, quod non illud, eſt finita ſecundum
D naturam, & ſubſtantiam ſuam, ſed primus motor eſt hoc & non eſt illud puta lapis, vel lignum, igitur primus motor erit finitus ſecundum ſuam ſubſtantiam, & naturam. Sed dicimus ad hoc negando antecedens, & ad probationem dicimus, quòd natura primi motoris eſt ſuum eſſe per ſe ſubſiſtens non recepta in aliquo, & ideo dicitur infinita, & diſtincta ab omnibus aliis, & alia remouentur ab ea, ſicuti ſi albedo eſſet per ſe ſubſiſtens, ex hoc ipſo quòd non eſſet in alio, differret ab omni albedine exiſtente in ſubiecto, & ſic natura primi motoris ſeipſa eſt diſtincta ab omnibus rebus creatis, licet ipſas contineat eminenter. Sed dices, non ne finis pertinet ad nobilitatem? ſi ergo omne pertinens ad nobilitatem primo motori eſt attribuendum, & infinitas dicit imperfectionem, finis autem perfectionem, igitur primus motor cum ſit perfectiſsimus, finitus & non infinitus dici debet. Ad quod dicimus vtique finem perfectionem dicere, & primo motori nobiliſsimo modo attribui, vt ſcilicet ipſe eſſentialiter ſit finis omnium, non tamen denominatiue finitus, illa autem infinitas, quę imperfectionem dicit, eſt infinitas ex parte materię, quę primo motori non conuenit, ſed gaudet illa infinitate, quæ dicitur ex parte formę, & hęc dicit perfectionem.

Sed dices iterum, ſi primus motor de mente Ariſt. eſt infinitus intenſiue; quomodo ergo

Com. 41.

Com. 71. Si ſtella adderetur orbi quid eſſet.

Com. 131.

Tex. 154.

Primus motor non vtitur tota virtute ſua ad mouendum.

Infinitę pōt Dei quid reſpondeat.

Infinitas duplex eſt.

Primus motor eſt menſura ſubſtantiarum.

poterit eſſe prima menſura omnium;hanc enim propoſitionem omnes Philoſophi confiten tur quòd primus motor ſit menſura omnium ſubſtantiarum, & quòd perfectio ipſarum attendatur penes acceſſum ad ſummum: poſita ergo infinitate in primo motore: ſequitur ſubſtantias omnes æqualiter diſtare à primo motore,quia in infinitum diſtant,& ſic vna ſubſtãtia non eſſet perfectior altera: ex conſequenti primus motor nõ erit menſura omnium,quod clarius patet exemplo calidorum; ſi enim omnia calida ęqualiter diſtarent à ſummo calido itaquòd vnum non eſſet propinquius calidiſſimo,omnia eſſent in æquali gradu caloris,quia tunc vnum dicitur calidius altero,quando eſt propinquius calidiſſimo. Ad hoc reſpondent aliqui,quòd ſtat primum motorem eſſe infiniti vigoris, & ex hoc non tolli quin ſit metrum, & menſura omnium entium, vt vulgata propoſitio habet,quæ extrahitur de mente Philoſophi 10.huius:quia licet perfectio primi motoris in ſe conſiderata ſit formaliter infinita, tamen vt eſt imitabilis,& participabilis à creaturis non eſt infinita ſub tali ratione: quia nulla creatura poteſt participare perfectionem infinitam ſub ratione qua infinita eſt:& ideo eſt mẽſura creaturarum vt imitabilis à creaturis. Quam reſponſionem confirmant ex dicto B. Auguſt.docentis, quòd alia ratione cõditus eſt homo, & alia equus,& ideo vt ſic poteſt habere rationem menſuræ omnia menſurantis penes acceſſum,& receſſum ad ipſum,quia non omnia in æquali gradu entitatis & perfectionis participant, & imitantur diuinam perfectionẽ.

Tex.7.

A

B

Reprobatur reſponſio Zimarę.

Sed hæc reſponſio non placet,quia adhuc ſtat vis argumenti,quòd omnia entia creata quoad entitatem,& nobilitatem eſſent ęqualia,patet quia ęqualiter diſtant ab entitate primi motoris,cum diſtent diſtantia infinita. Nec eſt ad propoſitum dictum B. Augu. quia ipſe loquitur de rationibus idealibus,quibus Deus cognoſcit creaturas. Propterea melius dicendum eſt, quòd infinita diſtantia eſt duplex,altera ſimpliciter, quæ eſt ex parte vtriuſque extremi, & altera dicitur ſecundum quid,quæ eſt ex parte vnius extremi tantum: argumentum concluderet ſi creaturę diſtarent ab ipſo creatore ſecundum primam diſtantiam, quod eſſent æqualis perfectionis, ſed dicuntur diſtare iuxta membrum ſecundum diſtinctionis:quemadmodum patet in hoc exemplo ſcilicet quòd ſinguli anni,& menſes,& dies diſtãt in infinitum ab ęterno tempore præterito,tamen inter annos, annus præteritus propinquior eſt æterno tempori quàm annus præſens,& quàm annus futurus, alioquin mũdus nõ eſſet maioris durationis, nec aliquid antiquius altero ſimpliciter. quæ omnia ſunt contra ſenſum, & ſic de menſibus, ſeptimanis,& diebus dici poteſt, & hoc modo creaturas dicimus diſtare in infinitum ex parte Dei, & penes hãc diſtantiam non attendi menſurationem ipſarum creaturarum, ſed bene ex parte alterius extremi,nempe comparando creaturam creaturæ, & ſic vna dicitur propinquior altera primo enti infinito,& ſic primus motor etiam dicitur menſura ipſarum creaturarum. Sunt multa alia argumenta contra hanc materiam,quæ tamen omnia facile diſſoluũtur ex dictis,propterea conſulto dimittimus.

C

Quõ creaturę diſtant à Deo.

Et vt magis reſolute habeatur hoc negotium,retineas in memoria tua has propoſitiones, quarum prima eſt. Primus motor non eſt infinitus ſecundum quantitatem molis continuam vel diſcretam,quia eſt incorporeus. Secunda eſt,primus motor non eſt infinitus priuatiue, quia non eſt aptus natus habere finem, cum non ſit quantus. Tertia eſt,virtus primi motoris eſt infinita negatiue, quia eius nullus eſt terminus. Quarta eſt,natura primi motoris eſt infinita, & omnia etiam quæ ei conueniunt ſunt infinita, quia eſſe illius naturę eſt irreceptum,ex conſequenti infinitum. Quinta,potentia primi motoris habet quendã modum infinitatis,quem non habet eius natura, quia potentia dicit infinitatẽ in ordine ad obiecta,quam non dicit natura. Sexta,infinitas primi motoris poteſt concludi ex creatione rerum ex nihilo,vt habes ex S.Tho.1.p. Septima, ſuppoſita ęternitatæ primi motus poteſt cõcludi infinitas diuinę virtutis, vt habes à S.Tho.1.contra gentes: nec ex hoc argui poteſt primum motorem infinitum in vigore,& motorem finitum æquali tempore mouere, eſſe aliquod inconueniens:quia primus motor mouet iuxta capacitatem mobilis, & non tota ſua virtute,quia ſi ſic moueret,ex ſe potuiſſet mouere in inſtanti,verum quia hoc repugnat motui,& mobili,propterea motus non fit in inſtanti;cognoſcitur etiã ab intellectu noſtro infinitas intenſiua primi motoris ex effectu ſenſato, qui eſt motus infinitus duratione: hic enim effectus non poteſt eſſe niſi ab habente virtutem infinitam intenſiue. Octaua, infinitas primi motoris argui poteſt,& concludi ex actiuitate intellectus noſtri, quia quolibet finito poteſt intellectus noſter aliquid maius cogitare,vt habes à S.Tho.1.contra gentes. Nona, Deus poteſt facere aliquam formam,tam ſubſtantialem,quàm accidentalem infinitam ſecundum rationem ſuæ ſpeciei,non tamen poteſt facere effectum ſimpliciter infinitum,hanc habes à S. Thoma.1.p. Vltima ſit,Deus non poteſt facere magnitudinem actu infinitam,nec etiã multitudinem;quam etiam habes vbi ſupra.

D

q.25.ar.5.

Cap. 43.

Cap. 43.

q.7.ar.2.

Etenim

A

Etenim non videre quidem quadam dignius eſt, quàm videre, vt ſit optimum, &c. Tex. 51.

Vtrum intellectus primi motoris intelligat aliud à ſe?

Dilucidatio quinta.

EX Verbis huius contextus expoſitores diuerſa ſentiũt circa intellectionem
primi motoris. Nam Auerroes vult primum motorem cognoſcere omnia
ſecundum quòd communicant in eſſe, vt exponit ſuus diſcipulus Io. de Ian
B duno in hoc libro aſſerens de mente eius quòd ipſe Deus intelligit natu- quæſt. 21.
ram entis ſimpliciter inquantum ens, quia ipſemet eſt ens ſimpliciter, &
cognoſcit ſe ſcientia in eſſe ſecundum quòd eſt cauſa entium, & ex hoc ſciẽ
tia ſua differt à ſcientia noſtra, quia ſua ſcientia eſt cauſa entium, ſed noſtra
eſt cauſata ab entibus, & ex hoc ſequitur, quòd non ignorat alia, & ponit exemplum, ſi ali-
quis cognoſcit calorem ignis ſimpliciter, quia eſt cauſa aliorum, nõ ignorat calorem in aliis,
ergo cum Deus ſit ens ſimpliciter, & primum, & cognoſcat ſe ipſum, non ignorat alia; & hoc
habet Auer. contra Themiſt. Auguſt. Sueſſanus in hoc etiam libro aſſerit Auerroem va- diſp. ultima.
rium inueniri in hac materia, quia aliquando videtur dicere Deum intelligere tantum ſe for-
maliter, ſed quia ipſe eſt quoddam ens eminenter continens omnes perfectiones in rebus re
pertas, hac de cauſa dicitur cuncta eminenter cognoſcere quatenus cognoſcit id, quod emi-
nenter eſt continens omnia, tamen 2. phyſicorum, & 2. de anima videtur velle Deum omnia Com. 36.
diſtincte cognoſcere, & etiam in hoc libro aſſerit idem, dum docet Deum habere curam cir- Com. 34.
ca omnia entia: etiam indiuidua. Et Marcus Antonius Zimara in tabula verbo Deus, vult, no Com. 37.
C ſtros Theologos cõcordare cum Auerroe in intellectione creaturarũ, quia Deus non intelli-
git creaturas ſicut nos, quorum intellectus mouetur ab obiectis, & hoc colligit ex libro de-
ſtruct. deſtruct. in ſolutione 18. dubij. Quidam alii vt Algazel diſputãtes de hac quæſtione, Diſput. 3.
quæ eſt nobiliſſima omnium, quę ſunt de Deo, ſ. ſcire quid intelligat, & eſt deſiderata ab om
nibus naturaliter, & quia Caldęi maxime circa eam inſudarunt, ideo Philoſophus narrat Caldęi laborarunt circa cognitionẽ Dei.
eam eſſe ſententiam paternam, docuerunt Deum per vnum cognoſcere multa, vtentes qui-
buſdam exemplis, puta ſi centrũ cognoſceret ſeipſum, cognoſceret omnes lineas, & ſi lux co
gnoſceret ſe ipſam, cognoſceret omnes colores ab ea progredientes.

Inter Theologos quoque eſt diuerſa ſententia de modo quo Deus cognoſcit alia à ſe; Diſt. 35.
de numero quorum Scotus in 1. ſent. docet diuinam cognitionem terminari non ſolum ad
eſſentiam ſuam, ſed etiam ad creaturas omnes ab æterno, quia vult in primo inſtanti diuinũ
intellectum abſolute intelligere ſuam eſſentiam; in ſecundo per eam producere creaturas in-
telligibiliter, & ſic eas intelligit; in tertio inſurgere relationẽ ipſarum creaturarũ ad diuinum
intellectum. Gabriel etiam Scotiſta 1. ſent. & Ocham ibidem, & Gregorius Ariminẽſis volũt, diſt. 35. q. 2. & 3.
D quòd quanquam diuina eſſentia perfectione, & dignitate ſit prius obiectum diuini intelle-
ctus, quàm creatura in ratione nobilitatis & perfectionis, tamẽ in ratione cogniti nõ eſt prius
origine, ſed ęque ſimul & primo hęc omnia à Deo intelliguntur; ratio eſt quia vnica, ac ſim
pliciſſima intellectione ab eo concipiuntur; ergo impoſſibile eſt ibi dari prius & poſterius,
& negant ordinem inſtantium poſitum à Scoto, & relationes illas creaturarum in eſſe pro-
ducto ab ęterno, quia de facto eſt quoddam chimericum, cum ens rationis diſtinctum con-
tra ens reale ſufficienter euacuetur per negationem, & relationem: ſed conſtat tale eſſe crea-
turarum productum à Deo intelligibiliter ab ęterno non eſſe reale: igitur rationis: ergo ne-
gatiuum, aut relatiuum; quod autem non ſit ens reale patet, quia non bene ſonat apud fide-
les dicere, quòd Deus naturali neceſſitate, & non libere produxerit extra ſe creaturas aliquas Deus nihil extra ſe producit de neceſſitate.
in eſſe reali, nec etiam apud Philoſophos ponentes Deum nihil obiectiue extra ſe intellige-
re, ſed omnia intueri per ſuam propriam eſſentiam. Alii, de numero quorum fuit Franci-
ſcus de Mayronis 1. ſent. volunt Deum intelligere alia extra ſe dupliciter conſiderari poſſe diſt. 35.
primo tanquam cognitione intuitiua in ſe ipſo: ſecundo tanquam cognitione abſtractiua in
rationibus ęternis, & ſic vtroque modo Deus cognoſcit creaturas intuitiue, quia omnia pręfuerunt

fuerũt ab æterno ſecundum eſſe obiectiuũ, abſtractiue vero per rationes æternas, quæ diſtin A
Pluralitas non eſt ponenda ſine neceſsitate. guũtur ex natura rei inter ſe. Quæ poſitio parum differt à ſententia Scoti ſuperius improbata: propterea & hęc improbanda venit, quia non eſt pluralitas ſine neceſſitate ponẽda: ſed omnia optime ſaluantur abſque illo eſſe reali obiectiuo creaturarum, & abſque diſtinctione illarum rationum ęternarum ex natura rei: ergo fruſtra eſt excogitatus talis modus ponẽdi creaturas cognoſci à Deo. Adde quia tales rationes diſtingui ex natura rei inter ſe, & ab eſſentia videtur erroneum, quia tollit ſummam Dei ſimplicitatem: nam Deus eſt ſumme ſimplex, quo ſimplicius excogitari non poteſt; ſed poſitis iſtis rationibus diſtinctis ex natura rei in ipſo Deo, aliquid ſimplicius eſſet excogitabile: ſimpliciter enim eſſet res illa ſine diſtinctione rationum, quàm cum tali diſtinctione: igitur &c. Rurſus ablatis his diſtinctionibus adhuc Deus poſſet creaturas intelligere: ergo fruſtra ponuntur tales diſtinctiones rationum ex natura rei.

Diſt. 35. Alij vero, de numero quorum apparet fuiſſe Aureolũ & Thomam de Argentina eodem libro ſenten. docuerunt creaturas intelligi à Deo æquipollenter tantummodo: quia diuina eſſentia æquiualet omnibus creaturis: quia nulla potentia attingit id, quod non participat ra B
tionem formalem ſui obiecti: ſed creaturę non participant rationem formalem diuinæ eſſentiæ: ergo Deus non intelligit creaturas in ſe ipſis, ſed tantum prout diuina eſſentia ęquipollet creaturis ipſis. Quæ opinio eſt diminuta; quia licet creatura non participet diuinã eſſentiam, ſicut homo participat animal: tamen participat ipſam per ſimilitudinem, ſicuti effectus dicitur participare cauſam. Quidam alii ſcripſerunt Deum intelligere creaturas per plures rationes intelligendi & diſtinctas, nõ quidem diſtinctione exiſtente in Deo, vel in eius eſſentia, ſed diſtinctione exiſtente in ipſis rebus, quæ intelligũtur. Quam poſitionem ſequutus eſt
diſt. 35. Ioannes de Ripa 1. ſentẽ. eamque declarat per quoddam ſimile de dextro, & ſiniſtro in columna, quæ diſtinguũtur diſtinctione exiſtente in membris animalis, & non diſtinctione exiſtente in ipſa columna, ſic rationes intelligendi poſſunt intelligi diſtingui diſtinctione exiſtẽte in rebus intellectis, & non in ipſo intelligente: igitur poſſunt in Deo eſſe plures rationes propriæ, & diſtinctæ rerũ, quibus proprie & diſtincte res cognoſcat, quæ quidem diſtinguũtur diſtinctione rerum, quæ intelliguntur: non aũt diſtinctione exiſtente in ipſo intelligente. Sed nec poſitio iſta ſtare poteſt; quia eadem ratio eſſet de diuinis attributis, quæ diſtingue C
rent non diſtinctione exiſtente in Deo ſecundum ipſos, & ſic eſſent ſynonima: quod acerrime
q. 13. ar. 4. impugnat S. Thomas. 1. p. quia rationes horum attributorum, cum non ſint caſſæ, & vanæ, oportet eis correſpondere vnum quid ſimplex multipliciter, & imperfecte repreſentatũ.

diſt. 35. q. 2. Alii, vt Durandus eodem libro ſent. 1. docent, diuinam eſſentiam eſſe pręciſam rationem cognoſcendi creaturas cauſatas ab ea, quia eſt earũ cauſa ſiue mediate ſiue immediate, quandoquidem cum Deus cognoſcat ſeipſum: igitur cognoſcit diſtincte illud, quod immediate eſt cauſatum ab ipſo; & rurſus per illud tãquam per cauſam cognitam cognoſcit tertium cauſatum, & per tertium tanquam cauſam cognoſcit quartum, & ſic vſque ad vltimum effectum:
Deus habet diſtinctã cognitionẽ de rebus. ergo ſiue Deus producat res omnes immediate, ſiue mediate, ſemper ſequitur, quòd habeat de eis diſtinctam cognitionem, & cauſa eſt, quia res creatæ diſtincte repræſentantur intellectui diuino non per hoc, quòd eſſentia diuina habeat eas in ſe, ſicut ſenarius habet numeros intra ſe contentos, vel quemadmodum ſpeculum habet imagines: hoc aſſerit Durandus contra S. Thomam, quia nihil horum eſt in diuina eſſentia reſpectu rerum creatarum, nec ſicut exemplar repræſentat exemplata, ſed quia diuina eſſentia eſt cauſa omnium &c. Sed cõ D
tra iſtam poſitionem arguitur hac tantum ratione: quia poſito per poſſibile vel impoſſibile quòd Deus non eſſet cauſa creaturarum, adhuc Deus per ſuam eſſentiam cognoſceret creaturas: igitur præciſa ratio, qua Deus creaturas cognoſcit, non eſt quia ſit earum cauſa contra Durandum, ergo &c.

diſt. 39. q. 2. Ioannes Bachonus Carmelita 1. ſentent. arguens contra Aureolum tenentem Deum cognoſcere creaturas denominatiue, eminenter, & æquipollenter, explanans opinionem ſuam, dicit primo, quòd Deus cognoſcit creaturas appræhenſiue. Secundo vult, quòd vnũquodq; creatum habeat in intelligentia diuina ſuum eſſe cognitũ formaliter, itaquòd lapis ab æterno habuit eſſe cognitum, & intentionale proprium, & formale, & diſtinctum in intelligentia diuina ſecundum ſuum eſſe actuale, ſeu aptitudinale. Et huic opinioni videtur concor
Opinio Ricardi. dare Ricardus de Mediauilla, vt recitat ipſe Ioannes, quia volens Ricardus probare beatum cognoſcere eſſentiam diuinã, & creaturas in ea, docet vnũ ſolum eſſe obiectum terminans ſpeculatum ab ipſo beato; & hoc eſt diuina eſſentia in ratione mouentis, & terminantis, vnde creaturæ nullo modo terminant intellectionem Dei. Contra quam opinionem arguit

A guit Soucinas in hoc libro probans, creaturas quoqne terminare diuinam intellectionem, licet non primo, ſed ſecundario: quia omnis actus terminatur ad ea, quæ capiunt eſse per ipſum: ſed res productæ à prima cauſa capinnt eſse per eius intellectionem & volitionem: ergo diuina intellectio terminatur ad eas, & per conſequens diuinus intellectus cognoſcit eas terminatiue: maior patet ex terminis, quia impoſſibile eſt, quòd productio non terminetur ad productum. Adde qnòd diuinns intellectus, cum cognoſcat res alias à ſe eſſe variabiles, & corruptibiles, & nõ eſſe corruptibiles, vt ſunt in Deo, ſed ſolum vt ſunt extra ipſum: igitur terminatur eius intellectio ad creaturas exiſtentes extra ſe.

quæſt. 65.

Nunc veniendum eſt ad explicationem ipſius veritatis. Et primo notandũ eſt, qnòd Deus continer omnia entia poſſibilia, & infinita; quia eſt cauſa efficiens omnium, canſa enim continet effectum: & quia agit per actnm virtutis, idcirco hac virtute omnia amplectitur, quæ effici præſtantiori modo, quàm quæcunque alia res alia à Deo contineat ſuos effectus, quãdoquidem ceteræ canſæ non habet vim producendi totum effectum, ſed ſupponunt materiá quæ eſt pars rei; Deus antem cum ſit prima cauſa omninm, & pręſtantiſſima, nihil ſupponit B in actione ſua. Secundo aliæ cauſæ à Deo non agunt immediate ſe ipſis, ſed per qnalitates, & inſtrumenta diſtincta à ſe. Dens autem cum ſit actus purus operatur ſe ipſo. Tertio alię cauſæ ad operandnm indigent cælo, & aliis agentibus: propterea nulla ſola cauſa integre & perfecte continet ſuos effectus. Deus autem nullius eſt indigens ad cauſandum. Quarto virtus aliarum cauſarum eſt finita, & ideo habet reſiſtentiam in actione: virtus autem Dei eſt infinita in vigore, vt dictum eſt ſupra, & nullam reſiſtentiam habet in ſua operatione. Qninto aliæ cauſę non poſſunt operari ex mera fęcunditate, vt ſcilicet ſe ſolum communicent, ſed etiam vt aliquid acquirant; & propterea non tantum intendunt perfectionem effectus, ſed etiam ſuam: Deus autem nullam perfectionem intrinſecam acquirit ex productione effectuũ ſed tantum extrinſecam, & extenſiuam declarantem ipſum, quia cum ſit cauſa æquiuoca ac vniuerſalis omnium vnitiſſime, ac ſimpliciſſime, & eminenter omnia continet, vt patet per exempla: nam qualitates elementares continentur in vnico lumine ſolis, & potentiæ cognoſcitiuæ inferiores continentur in intellectu, & prudentię aliorum animalium continentur in prudentia hominis: hęc enim exempla diminute oſtendunt continentiam creaturarum in C Deo, propterea inepte Aureolus: Durandus, & Scotus ac cęteri nominales laborant in confutandis hiſce exemplis.

Deus eſt præſtantiſsima cauſa.

Secundo eſt notandum, duobus modis aliquid cognoſci poſſe. Vno modo in ſe ipſo, quando cognoſcitur per propriam ſpeciem adæquatam ipſi cognoſcibili, ſicuti quando oculus meus videt parietem vel librum per ſpeciem ipſorum. Alio modo cognoſcitur aliquid per ſpeciem continentis, vt quando cognoſcitur pars per ſpeciem totius, vel quando homo videtur in ſpeculo per ſpeciem ipſius ſpeculi: Deus benedictus cognoſcit ſe ipſum in ſe ipſo intelligendo ſe per ſuam eſſentiam: alia vero omnia, quæ ſunt extra ipſum, cognoſcit vtiq;, ſed non in ſe ipſis, hoc eſt per eorum propriam ſpeciem, ſed in ſe ipſo, pront ſua eſſentia continet ſimilitudinem aliorum, & eſt excedens omnia alia creata, & poteſt accipi vt propria ratio vniuſcuiuſque, ſecundum quòd diuerſimode eſt participabilis, vel imitabilis à diuerſis entibus creatis; quæ quidem entia, licet contineantur in diuina eſſentia tanquam in ratione omnia excedente, non tamen continentur ſicut imagines rerum in ſpeculo; quia illa, quæ continentur in ſpeculo, ſunt diſtincta & multiplicia, realiter inter ſe diſtinctionem habentia; effectns autem producti à Deo non continentur diuiſim & multipliciter in ipſo, vt ſcri- D bunt nominales: ſed continentur ſicut effectus in cauſa per vnicam virtutem producente omnia, in qua virtute effectus non diuiſim, & multipliciter, ſed vnite omnes eminenter continẽtur, ita quòd omnes ſunt ipſa virtus indiuiſibilis & ſimplex, non ſolum quantum ad id quod eſt commnne omnibus, ſed etiam quantum ad ea ſecundum quæ entia ipſa creata diſtinguũtur. Vnde ipſe Deus comparatur ad entia ipſa cauſata, non ſicut vnitas ad numeros, vel centrum ad lineas, vt aliqui dixerunt, quia hoc eſſet tanquam commune ad propria, ſed comparatur ſicut perfectus actus ad imperfectos, veluti homo ad animal, aut ſenarius numerus, qui eſt perfectus ad numeros imperfectos ſnb ipſo contentos, & quia per actum perfectum cognoſcuntur actus imperfecti, non ſolum in communi, ſed etiam propria cognitione, ſicuti qui cognoſcit hominem cognoſcit animal propria cognitione, & qui cognoſcit ſenarium cognoſcit ternarium propria cognitione; hoc pacto Deus cognoſcendo ſe, qui eſt actus perfectiſſimns, cognoſcit omnia alia à ſe propria cognitione, non tantum ſecundum ea, in quibus conueninnt, ſed etiam ſecundnm ea, in quibus diſtinguũtur.

Bifariam aliquid agnoſcitur.

Deus quô cõparatur ad creaturas;

Tertio ſciendum, quòd cum Deus ſit natura intellectualis, & cauſa vniuerſaliſſima, &

prima

Aduerbium ſic duo importat.

prima, ſic dicit cognoſcere alia à ſe, prout ſunt in ipſo, ſed illud aduerbiũ, ſic, duo importare A
poteſt. Alterum, quod dicitur modus cognitionis ex parte ipſorum cognitorum, & ſic nõ
verificatur, itaquòd Deus cognoſcat tantum modum aliorum à ſe, prout ſunt in ipſo, quia
non ſemper cognoſcens cognoſcit cognitum ſecundum illud eſſe, quod habet in cognoſcen
te: oculus enim non cognoſcit librum, & tabulam ſecundum eſſe quod habent in oculo, ſed
per ſpeciem ipſorum cognoſcit ea ſecundum illud eſſe naturale, & materiale, quod habent
extra oculum; & licet aliquis cognoſcens cognoſcat res cognitas ſecundum eſſe quod habẽt
in cognoſcente: tamen cognoſcit etiam ipſas ſecundum eſſe quod habent extra cognoſcen-
tem, ſicut intellectus noſter cognoſcit naturam hominis, & leonis ſecundum eſſe intelligibi
le, quod habet in intellectu inquantum cognoſcit ſe intelligere, ſed nihil hominus cogno-
ſcit etiam ipſas in propriis naturis. Alterum verò, quod importare poteſt aduerbium illud,
ſic, eſt modus ex parte cognoſcentis, & hoc modo verum eſt, quòd cognoſcens ſic & ita, ſo-
lummodo cognoſcit res cognitas prout ſunt in ipſo cognoſcente; quia quanto perfectius co
gnitum eſt in cognoſcente, tanto perfectior erit modus cognitionis, & hoc pacto Deus non
ſolum cognoſcit res eſſe in ſeipſo, ſed per id, quod in ſeipſo continet res, cognoſcit illas in
propriis naturis, & tãto perfectius, quanto perfectius reperiuntur in ipſo, itaquòd quando
dicimus, res cognoſcuntur à Deo ſecundum eſſe quod habent in ipſo, non debemus intelli-
gere cum dictione excluſiua ſcilicet, tantum, quia res uidentur ab ipſo Deo & cognoſcun-
tur, non tantum ſecundum illud eſſe eminentiſſimum & cauſale, ſed etiam ſecundum om-
ne eſſe, & proprietates in ſuis cauſis remotis, & propinquis tam effectiua, quàm formali, &
finali, & materiali, & vt vnico verbo dicam, ſecundum omnes modos eſſendi non ſolum ſi-
bi ipſis actu conuenientes, ſed etiam poſſibiles. Deus enim cognoſcendo me, & Sortem, &
Platonem in ſeipſo tantum, cognoſcit me, & Sortem, & Platonem ſecundum modos eſſen-
di, quos ego Sortes, & Plato habemus, & habuimus antequam eſſemus, & habebimus etiam
in futurum.

Deus perfecte cognoſcit omnia.

Quibus ſtantibus, vt hæc materia clarior habeatur, per aliquas concluſiones eam explica
re conabimur. Sit igitur prima concluſio hæc. Primus motor, qui eſt Deus benedictus,
eſt ſumme ſe ipſum intelligens per ſe ipſum; hæc enim expreſſe habetur ex verbis Ariſt. in
hoc contextu, & etiam Auerrois in commento, vbi docet, ſubſtantiam primi motoris eſſe C
ſuum intellectum, & intelligere ſui ipſius. Aliqui ita probant, omne agens per ſe agit pro-
Tex. 91. pter finem ex 2. phyſi. vbi Philoſophus probat de natura, de qua minus videtur: ſed primũ
agens per ſe agit, alioquin non eſſet primum, quia omnis cauſa per accidens eſt prior aliqua
Tex. 66. cauſa per ſe ex eodem libro phyſi. ergo agit propter finem; nunc ſic, omne agens propter fi-
nem vel cognoſcit finem, vel ab alio determinatur ad finem; ſed primum agens non poteſt
determinari ad finem ab aliquo: quia illud determinans eſſet prius, & nobilius eo: ergo ip-
ſum erit intelligens. Et confirmant, quia primum efficiens dirigit effectum ſuum ad fi-
nem: ergo vel naturaliter dirigit non cognoſcens vt ignis, vel cognoſcendo finem: non pri-
mo modo, quia non cognoſcens non dirigit niſi virtute cognoſcentis, quia ſapientis eſt alia
ordinare: ſed primum efficiens in nullius virtute dirigit, ſicut nec cauſat, quia aliter non eſ-
ſet primum: ergo dirigit cognoſcens, & intelligens finem ipſum. Sed iſta ratio cum ſua
confirmatione (pace eorum dixerim) non concludit: quia nil aliud probat, niſi quòd pri-
mum mouens eſt intelligens, & cognoſcens, ſicuti etiam homo eſt intelligens & cognoſcens
quia agit propter finem, & dirigit in finem: ſed non probat, quòd ſit ſumme intelligens ſe D
Immaterialitas eſt ratio cognoſcẽdi. ipſum per ſeipſum, vt propoſita concluſio habet; & ideo ratio efficax ad probandam hanc
concluſionem eſt iſta: immaterialitas eſt ratio quòd aliquid ſit cognoſcitiuum, & ſecundum
Tex. 121. modum immaterialitatis eſt modus cognitionis: patet iſta propoſitio ex 2. de anima, ubi
Ariſto. vult plantas non cognoſcere propter ſuam materialitatem; ſenſus cognoſcit, quia eſt
aliquo modo immaterialis: recipit enim ſpecies ſine materia, intellectus magis cognoſcit,
quia eſt magis ſeparatus, & immixtus materię; & ſic immaterialitas eſt ratio, quòd aliquid
ſit cognoſcitiuum &c. ſed primum mouẽs eſt in ſummo gradu immaterialitatis, vt ſcripſit
Tex. 39. Philoſophus in hoc libro: ergo eſt in ſummo gradu cognoſcẽdi, & ſic intelligit ſe ipſum p
ſeipſum; quia cũ ſit actus purus in eo idem eſt intellectus, ſpecies intelligibilis, intellectũ,
& ipſum intelligere: quia tanta eſt virtus Dei in cognoſcendo, quanta eſt actualitas eius in
exiſtendo; propterea ſi eſt pura actualitas: ergo purus intellectus, pura res intellecta, purum
intelligere: & ſic eſt intelligens ſe ipſum per ſe ipſum perfectiſſimo modo: & hoc habet
Ariſt. in textu aſſerens, quòd ſi non eſſet ita; tunc primum mouens non eſſet optima ſubſtã-
tia, quod eſt abſurdum dicerę: conſequentia patet, quia per intelligere ipſum primum mo-
uens

A ens eſt venerabile,& honorabile: vnde ſua vltima perfectio debet eſſe in actu ſecundo: ſi er
go aliquid aliud à ſubſtantia ſua eſſet intelligere & intellectum, illud eſſet optimum, & ſic
patet à primo ad vltimum, quòd primum mouens non eſſet optime ſubſtantia. Adde, quòd
continuatio intellectionis ipſius primi mouentis eſſet laborioſa: quia potentia ſolum rece-
ptiua eſt potentia contradictionis, ex 9. huius: ad potentiam autem contradictionis manife Tex. 17.
ſte ſequitur labor.

Et ſi dicis, omne intelligere eſt aliquid intelligere: cum ergo primum mouens intelligat
ſe, & ipſum non ſit aliud, quàm ſuum intelligere, ergo intelligit ſe intelligere, & iſtud etiam
intelligere intelligeret adhuc ſe intelligere, & ſic daretur progreſſus in infinitum, non ergo
intelligere primi mouentis erit eius ſubſtantia. Sed hoc nihil eſt, nam intelligere primi mo Intelligere
uentis eſt quoddam ſubſiſtens in ſe ipſo, & non inhęrens alicui alteri, propterea eſt ſui ip- Dei quale
ſius, & non alicuius alterius; hinc eſt quòd non oportet procedere in infinitum. ſit.

Et ſi dicis adhuc, nulla res mouetur, vel patitur, aut perficitur à ſe ipſa, neque eſt ſimilitu-
do ſibi ipſi; ſed intelligere eſt quoddam pati, & moueri, & perfici, quia ſcitum eſt perfectio
B ſcientis, & aſſimilari cum ſcientia eſt aſſimilatio ad rem ſcitam: ſi ergo primum mouens eſt
intelligens ſe ipſum per ſe ipſum, tunc moueretur, pateretur, perficeretur à ſe ipſo, & eſſet
ſimilitudo ſibi ipſi: quod eſt abſurdum dicere. Ad quod reſpondemus argumentum hoc
concludere de intellectu in potentia, non autem de intellectu primi mouentis, qui eſt puriſ-
ſimus actus, & ſua pura perfectio, & ſuum purum intelligere: vnde Ariſto. 3. de anima do- Text. 7.
cuit, moueri & pati æquiuoce ſumi, prout dicitur de intelligere, & de ipſo motu: quia intel-
ligere non eſt motus, qui eſt actus ipſius mobilis imperfecti, quod ab alio in aliud mouetur:
ſed eſt actus perfecti exiſtens in ipſo agente: ſimiliter etiam, quòd intellectus perficiatur ab
intelligibili, vel aſſimiletur ei, hoc conuenit intellectui noſtro, qui eſt in potentia, per quam
differt ab intelligibili, & aſſimilatur ei per ſpeciem intelligibilem, quæ eſt ſimilitudo rei in-
tellectæ, & perficitur per ipſam, ſicut potentia per actum: vnde patet argumentum hoc eſ-
ſe nullius roboris, & valoris.

Secunda concluſio eſt. Primum mouens, quod eſt Deus, intelligit omnia alia extra ſe, &
quoad eorum exiſtentiam, & eſſentiam: non tamen in ſe ipſis, ſed in ſui eſſentia: quę conclu
C ſio poteſt haberi facile ex multis locis Ariſt. pręſertim 1. de anima, vbi repręhendens Empe Tex. 80.
doclem aſſerentem Deum ignorare diſcordiã, dicit quòd ſi vera eſſet opinio Empedoclis,
accideret Deum eſſe inſipientiſſimum omnium animalium; ſed diſcordia eſt extra ipſum
Deum: igitur Deus cognoſcit ea vt ſunt extra ipſum. 3. etiam huius ſcribit, quòd ſi Deus Tex. 15.
non cognoſceret elementa, odium, & amorem, ſequeretur ipſum eſſe minus prudentem ho
minibus; quod eſt abſurdum magnum, igitur Deus cognoſcit ea quę ſunt extra ſe. Et in hoc Tex. 52.
libro docet ordinem rerum cognoſci à Deo; & 10. ethicorum ſcribit ſapientes eſſe Deo cha Cap. 6.
riſſimos, & illis ab eo multa communicari; & in poeticis aſſerit eſſe omnium axioma, Deũ
omnia videre; & in 3. de anima commendat Anaxagoram, qui poſuit intellectum immixtũ Tex. 4.
non vt imperet, ſed vt omnia cognoſcat: ſed intellectus diuinus eſt maxime immixtus & pu
rus: igitur omnia intuetur, & libro 2. magnorũ moralium docet pro meritis bona ac mala Cap. 9.
ipſis hominibus à Deo promanare & 1. rethoricorum ſcribit, Deum ſubuenire iniuria vexa Cap. 2.
tis. & 7. politicorum docet prægnantibus, quæ lãgueſcunt Deum auxiliari. & 2. de genera- Cap. 18. Tex. 50.
tione ait Deum compleuiſſe vniuerſum ſua ęternitate. & in libello de bona fortuna vult in-
D ſtinctum fortunatorum eſſe à Deo omnia vidente. Auerro. quoque ipſa veritate coactus li-
bro de ſomno & vigilia ait, ad cuiuslibet rei generationem, quę non eſt à caſu pręter cauſas
immediatas & cœleſtes, concurrere intelligentiam agentem, & vt cauſis ſecundis, ſicut ar-
tifex vtitur inſtrumentis. & primo cęli docet aliquando fuiſſe dubium circa ea, quę ſcribe-
bat, & Deus mouit ipſum in cognitionem veritatis: igitur ſignum eſt Deum ipſum cogno-
uiſſe. & 3. de anima ipſe Auerroes, Alexander, Themiſtius, & Simplicius fatentur Deum eſ- Com. 5.
ſe intellectum agentem, qui infundit nobis ſpecies: ergo cognoſcit nos & illas: immo om-
nes interpretes Ariſto. excepto Mirandulano lib. ſuo contra Aſtro. fatentur Deum aliquid Cap. 27.
extra ſe cognoſcere, ſaltem quę immediate ab eo manant. Alij omnia, iſte ſolus vult Deum
nil aliud præter ſe cognoſcere, quia perficeretur ab alio: & quia intellectio Dei non eſſet in
telligens, & intellectum. Quę videtur opinio Epicuri, qui priuauit Deum omni cognitio-
ne, vt narrat Cicero primo de natura Deorum, & Lucretius, & Diogenes in vita eius; Stoici Opinio Stoi
tamen rerum humanarum cognitionem omnium Deo tribuerunt, vt patet ex Diogene in corum de co
vita Zenonis, & ex Cicerone 2. libro de natura Deorum. Plato quoque libro de Republ. in- gnitiõe Dei.
nuit Deum quęque minima cognoſcere: de Pytagora, & Plotino, & Iamblico res eſt certa.

Ad

Adſunt deinde plurimæ rationes, quas S. Thomas in pluribus locis ſuæ doctrinæ ad probandam concluſionem hanc adducit, & etiam plurimi alii doctores, præſertim Io. Bachonus libro 1. ſentent. & Michael de Palatio Granatenſis philoſophus & theologus, inter quas hęc eſt vna potiſſima: comprehendens cauſam exẽplarem, & perfectionalẽ continentẽ perfectionaliter omnem perfectionem, eodem actu quo cognoſcit ſe, cognoſcit omnia perfectionaliter contenta ſecundum quodlibet eſſe ſuum, tam particulare, quàm vniuerſale, aliter enim non comprehenderet cauſam perfectionaliter continentem, & ſe ipſum, qui eſt exemplar omnium exemplatorum, da enim, quòd cognoſcat ſe ſolum per ſe, & abſolute vel vt pelagus in ſe infinitum, & non in ordine ad contenta ſecundum quodlibet ſui eſſe: ſequitur, quòd non comprehendat ſe, quia comprehenſio eſt quando nihil latet cognoſcentem, ſed Deus cognoſcit ſe vt cauſam perfectionalem, & exemplarem, & effectricem omnium etiam viliſſimorum; quia magis repugnat Deo facere vilia, quàm cognoſcere: igitur omnia diſtinctiſſime, etiam vilia cognoſcit. A

Diſt. 35.

Tex. 32: Et ſi quis diceret, quia Ariſt. in hoc libro probat primum mouens tantum ſe ipſum cognoſcere: ſed tantum idem eſt quod non cum alio: igitur mens Philoſophi eſt, quòd primũ mouens alia à ſe nõ cognoſcat: quod etiam S. Auguſt. libro 83. quæſt. affirmare videtur, vbi docet, quòd Deus nec quicquam extra ſe ipſum intuetur: igitur Deus non cognoſcit alia à ſe; quibus auctoritatibus ſuffragatur ratio, quia intellectum eſt perfectio intelligentis: ſi ergo primum mouens intelligit aliquid aliud à ſe, tunc illud erit perfectio primi mouentis, & eo nobilius, quod eſt impoſſibile. Et confirmatur, quia intellectum facit delectationẽ in ipſo intelligente, vt ſcripſit etiam Philoſophus 1. huius, quòd omnes homines natura ſcire deſiderant; ſi ergo primum mouens aliquid aliud à ſe cognoſceret, illud aliud eſſet cauſa delectationis in ipſo, quod abſurdum eſt affirmare. B

Quæſt, 33.

Intellectum & delectatio intelligẽtis.

Sed hæc facile ſoluuntur diſtinguendo, quòd aliquid dupliciter poteſt à cognoſcente cognoſci. Vno modo in ſe ipſo, quando ſcilicet ex ipſa re intellecta formatur acies intuentis, & ſic Deus tantum ſe ipſum in ſe ipſo cognoſcit. Alio modo cognoſcitur aliquid in altero, & ſic cognoſcit creaturas videlicet nõ in ſe ipſis creaturis, ſed in ipſo Deo, vt dictum eſt: & ſic intelligit Ariſt. & B. Auguſt. quòd Deus nihil extra ſe intuetur tanquàm obiectum terminans, & mouens ſuum intellectum, ſed cognoſcit ea quæ ſunt extra in ſui eſſentia, & natura, quæ eſt obiectum ſui intellectus. Vel dicẽdum, quòd nihil intelligit extra ſe ſcilicet immediate acquirendo ſcientiam ab eis, quia tunc vileſceret eius intellectus & tranſmutaretur ab illis. C

Ad rationem adductam dicimus in nullo ſuffragari; quia intellectum eſt perfectio intelligentis, non quidem ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſed ſecundum ſuam ſpeciem, ſecundum quam eſt in intellectu, vt forma, & perfectio eius: lapis enim non eſt in anima, ſed ſpecies eius, vt ſcribitur 3. de anima: ea vero, quæ ſunt alia à Deo, intelliguntur ab ipſo inquantum ſua eſſentia continet eorum ſpecies; & ſic non ſequitur, quòd aliquid aliud ſit perfectio diuini intellectus, quàm ſua puriſſima eſſentia. Ad confirmationem dicimus delectationẽ intellectus eſſe ex operatione conuenienti; & quia Deus vna & ſimplici operatione gaudet; propterea hac eadem delectatione fruitur: intelligibile eſt cauſa delectationis in intellectu noſtro à rebus, quia deducit ipſum de potentia ad actum, Deus autem eſt puriſſimus actus; & ideo puriſſima fruictio, & delectatio non cauſata ab aliquo, ſed per ſe ipſam exiſtens.

Tex. 38.

Et ſi dicis, ſi primum mouens cognoſcit alia à ſe cognoſcendo ſe ipſum: quæro aut eadẽ ratione cognoſcit ſe ipſum, & alia, aut diuerſis rationibus: ſi primo, ſequitur quòd cum cognoſcat ſe ipſum per ſuam eſſentiam, cognoſcat etiam alia à ſe per eorum eſſentiam: ſi autẽ ſecundo modo videlicet diuerſis rationibus, ſequitur in diuina cognitione reperiri multiplicitatem & diuerſitatem: & ſic nullo modo poterit dici Deum alia à ſe cognoſcere. Ad quod reſpondentes dicimus, primum mouens eadem ratione cognoſcere ſe, & alia, tũ quia eſt idem cognoſcens, tum quia idem actus cognitionis, tum quia idem medium cognoſcendi: propterea ex parte cognoſcentis eadem eſt ratio cognitionis: ex parte vero rerum cognitarum non eadem ratione cognoſcit ſe & alia; quia non eſt eadem habitudo ſui & aliorum ad medium, quo cognoſcit: quandoquidem ipſe illi medio eſt idem per eſſentiam: alia vero à ſe ſunt eadem illi medio per aſſimilationem; & ideo ſeipſum cognoſcit per eſſentiam: alia vero per ſimilitudinem. attamen idem eſt quod eſt eius eſſentia, & aliorum ſimilitudo. D

Deus eſt ſua delectatio.

Quomodo Deus cognoſcit ſeipſum.

Secunda concluſio eſt. Primum mouens cognoſcit alia à ſe tanquam obiecta ſecundaria, non terminatiue, ſed conſequntiue: hanc ponit S. Tho. 1. contra gentes, vbi animaduerte, quòd ex hac concluſione non ſequitur, quòd ſit aliquis ordo in diuina cognitione ſecundũ

Cap. 49.

ſe, ſed

A ſe,ſed tantum inter cognita: quandoquidem quicunque cognoſcit perfecte,& pleniſsime, & cnmprehænſiue aliquam rem, perſecte etiam cognoſcit omnia, quæ de illa re vere dici poſsunt;& quæ conueniunt ei ſecundum naturam;ſed primnm mouens,vt dictum eſt,perfectiſſime cognoſcit ſeipſum,& comprehenſiue: ergo cognoſcit ſe eſse cauſam,& exemplar & ſimilitudinem aliorum ab ipſo: igitur cognoſcit alia à ſe;aliter non perfecte cognoſceret ſe eſse cauſam aliorum. Quam veritatem expreſse tradit Dinnyſius libro de diuinis nominibus dicens, non ſecundum viſionem ſingulis ſe immittit, ſed ſecundum continentiam cauſæ ſcit omnia,cognoſcendo ſe ipſum: quod etiam ſacrę literæ exprimunt aſserentes, proſpexit de excelſo ſancto ſuo dominus de cęlo in terram aſpexit,quaſi de ſe ipſo excelſo alia videns,quòd non terminatiue probatur ſic,quia poſito, quòd alia à ſe non exiſterent, tunc primum mouens illa non cognoſceret;probatur conſequentia,quia alia à ſe tunc temporis non terminarent ſuam cognitionem: & propterea licet cognoſcat alia à ſe vt obiecta ſecundaria, non tamen in ratione terminantium & mouentium.

Deus eſt exemplar omniū. *Cap. 7.* *Pſal. 101.*

Ex hac concluſione reprehændendus venit Paulus Soncin. qui oppoſitum docuit in hoc libro his rõnibus; prima eſt, ea oĩa cognoſcit Deus terminatiue, ad quę terminat eius intellectio;ſed diuina intellectio terminatur ad res,quæ non ſunt Deus: ergo &c. maior patet ex terminis: minorem ita probat; quicqnid eſt aliquo modn obiectnm alicuius intellectionis, aliquo modo etiam ipſam terminat;quia eſſe obiectum intellectionis eſt ei obiici, & eã terminare;ſed ea,quæ non ſunt Deus,ſunt nbiecta ſecundaria dininæ intellectionis, cũ Deus omnia intelligat: igitur ea,qnę nnn ſunt Deus,terminant diuinam intellectionem. Sed hæc ratio eſt falſa, quia ſequeretur ex ea aliquid eſſe prius, & nobilius Deo; qnia terminus eſt nobilior eo,quod terminat, vnde hæc eſt doctrina Scotica dicere res creatas terminare actũ diuini intellectus: nec aliquo pacto concludit,quia minor eſt falſa: & ad probationem dicitur, quòd cõcludit de obiecto primario,& adęquato, vel de illo obiecto,quod mouet intellectum, vt eſt obiectum noſtri intellectus: modo alia à Deo neque ſunt obiectum primarium diuini intellectus,neque ipſum mouent neque ab eis recipit ſcientiam.

Quæſt. 66. B *Obiectũ duplex eſt.*

Secunda ratio fuit illa, quam adducebat contra Ioannem Bachnnum & Ricardum de mediauilla: quicquid capit eſſe qnoquo modo per aliquam nperatinnem eſt terminus illius; C ſed ea,quæ non ſunt Dens,capiunt eſſe ſaltem cognitum: ergo ipſam terminant. Addebat, quia res,quę non ſunt Deus,terminant dininam volitionem: ergo diuinam intellectionem: antecedens patet;nam Deus vnlt cęlum eſſe,& vult Sortem currere dnm currit: conſequentia patet ex hoc, qnòd actus voluntatis circa aliquòd obiectum pręſupponit actum intellectus circa idem obiectum. Ad quam dicimns,quòd licet ea, quæ non ſunt Dens, capiant eſſe ſaltem cognitum per diuinam intellectionem;tamen illud eſſe cognoſcitur à Deo in ſui eſſentia,quæ eſt vere obiectum terminatiuum ſuę intellectionis; non antem in eſſentia illorum,quæ non ſunt Deus; quoniam cum ſint variabilia & corruptibilia non poſſunt determinate diuinam intellectionem. Ad id autem,quod addebat,qnòd res,qnę nõ ſunt Deus, terminant diuinam volitionem: ergo & diuinam intellectionem &c. neganda eſt conſequẽtia;qnia diuinum ſcire habet neceſſariam habitudinem ad ſcita, non autem diuinum uelle ad volita,quod ideo eſt: quia ſcientia habetur de rebus ſecndum qnòd ſunt in ſciente: voluntas autem comparatur ad res ſecundum quòd ſunt in ſeipſis,& ideo non eſt par ratio de rebns in ordine ad diuinam volitionem, & in ordine ad diuinam intellectionem.

Diſcrimen inter uelle & ſcire Dei.

D Tertia concluſio. Primum mnuens cognoſcit futura contingentia infallibiliter. Circa hanc conclnſionem eſt dnplex difficultas; prima circa ipſam in ſe. Secunda circa modũ, quo Deus cognoſcit futnra contingentia. Quantum ad primam difficultatem quidam volentes iudicare de diuina ſcientia ad modum ſcientiæ noſtrę, dixerunt Deum non cognoſcere futura contingentia. Alij vero docuerunt Deum habere cognitionem omnium futurorum, ſed cuncta ex neceſſitate euenire, ne ſcientia Dei de ipſis falleretur. Quoad ſecundam difficultatem Scotus in 1. ſentent. excogitault duos modos, quibus Deus cognoſcit futura contingentia; quorum primus eſt, quòd intellectus diuinus videt determinate hanc exiſtentiã, & non illam, quia diuina voluntas determinat hanc & non illam fore; & cum ſit immntabilis,& impediri nequeat, diuinus intellectus videt voluntatem determinantem in productione huius,& non illius exiſtentiæ. Secundus modus eſt, quòd diuinus intellectus in primo inſtanti in ſui eſſentia cognoſcit omnes terminos ſimplices,& omnes complexiones illorũ: in ſecundo vero inſtanti offert volũtati hęc omnia, quę eligit ac determinat, vt hęc ſint alijs excluſis,& tunc ex illa determinatione voluntatis ſequitur veritas omnium particularium, quę futura ſunt, & in eodem inſtanti intellectus diuinus in ipſa diuina eſſentia cognoſcit


d. 39. q. 1.

dist. 38. q. 3. hæc omnia naturaliter, ſicut cognoſcit ſeipſum. Durandus in eodem libro arbitratur Deũ per cognitionem cauſarum, quas videt in eſſentia, cognoſcere omnia ſingularia, & contingentia, & libera: Ocham, Gabriel, & Gregorius Ariminẽſis diſputantes de hac re volunt Deũ cognoſcere ſingularia per illud eſſe obiectiuum productum à Deo, vt ſuperius dictum eſt. A

q. 14 ar. 13. S. Thomas pluribus locis ſuæ doctrinæ, præſertim. 1. p. docet hanc concluſionem propoſitam eſſe veriſſimam, ſublata omni formidine; quam ita declarare poſſumus, ſi imaginemur totum tempus reale, quod conſequitur motum cæli & infinitum tempus imaginarium præceſſiſſe hoc, tunc oritur in cõceptu noſtro infinita duratio & æterna ante, & poſt; quia certum eſt quòd hæc æterna duratio attingit totum motum cęli ſecundum ſententiã Ariſt. ex quo oriuntur præterita, præſentia, & futura; & quia diuina æternitas, quæ eſt interminabilis vitæ, tota ſimul, & perfecta poſſeſſio, vt docuit Boetius 5. de cõſolatione philoſophica æquiualet huic imaginariæ durationi, attingens totum tempus infinitum cæli, ſingulas eius partes, & ſingula inſtantia temporis, quibus coexiſtit, & cum iſta æternitas ſit ipſemet Deus conſtitutus in hac arce ęternitatis, ſequitur ipſum cognoſcere omnia, & præſentia, & præterita, & futura, quibus coexiſtit, ſicut ſi aliquis homo eſſet in ſummitate turris conſtitutus, videret oẽs hoĩes tranſeuntes iuxta radicẽ ipſius turris, & ante & poſt, & ſi eſſet aliquis oculus eleuatus in aere videret in diuerſis locis coexiſtẽtibus ſibi, quod facere nõ poſſet ille, qui eſſet tantum in vno loco, quia non poſset videre niſi ea, quæ ibi ſunt: & ſi centrum eſset cognoſcitiuum coexiſteret ſingulis lineis eductis ab eo ad circumferentiam, quemadmodum etiã anima noſtra rationalis eſt tota in toto corpore, & tota in ſingulis eius partibus. Sic etiam Deus glorioſus exiſtens in ſua æternitate videt omnia, quæ ſunt in tempore creato, videt. n. ſimul Adam pro eo tempore quo fuit, coexiſtentem ſuę ęternitati, & me in hoc tempore, pręſenti etiam coexiſtentem illi æternitati, & Antichriſtum pro eo tempore, quo erit coexiſtentẽ etiã ęternitati illi, & ſic de omnibus aliis rebus, & hic eſt modus, quo Deus cognoſcit futura cõtingentia, & vt clarior ſit hęc materia proponitur ante oculos huiuſcemodi figura. B

Infinita duratio omnia attingit.

Oĩa coexiſtunt Deo.



D

Quibus ſtantibus probatur concluſio quoad primam partem; Deus cognoſcit omnia non ſolum quæ actu ſunt, ſed etiam quę actu ſunt in potentia ſua vel creaturę, ſed inter iſta ſunt quędam contingentia nobis futura: ergo Deus cognoſcit futura contingentia. Quoad ſecundam partem probatur ſic: illa infallibiliter cognoſcuntur ab aliquo, quę ſubduntur ſuo conſpectui ſm ſuã pręſentialitatẽ; ſed oĩa futura contingẽtia cõparata ſuis cauſis coexiſtunt proportionaliter diuino cõſpectui ſm ſuã pręſẽtialitatẽ: ergo infallibiliter à Deo cognoſcũt.

Et ſi

A Et ſi dicis, omne ſcitum eſt neceſſarium; ſed futura contingentia nõ ſunt neceſſaria: ergo non ſunt ſcita. Reſpondetur, ꝙ neceſſarium eſt duplex. Alterũ conſequentis; alterum vero conſequentiæ, concludit argumentũ de neceſsitate conſequentiæ, non autem conſequentis: quo pacto futura contingentia non ſunt neceſsaria. Vel dicendum, vt dicunt Theologi, ꝙ omne ſcitum eſt neceſsarium in ſenſu compoſito, non autem in ſenſu diuiſo: res enim in ſe licet ſit contingens, tamen vt ſcita & cognita eſt neceſsaria, ſicut Sortes licet contingẽter currat, tamen dum currit neceſſario currit.

Si etiã dices Ariſt. 1. perhier. ait, ꝙ in cõtingentibus ſingularibus, & futuris, nõ eſt determinata veritas; ſed nihil poteſt ſciri niſi verum, vt etiã habetur 1. poſteriorum, ſcientia eſt verorum: ergo Deus non poteſt ſcientiam habere de futuris ſingularibus contingentibus. Reſpondetur quòd Ariſt. loquitur reſpectu illius intellectus, & virtutis cognoſcitiuę, ad quem aliquid eſt futurum, quia contingens futurum, cum non ſit determinatum, non poteſt infallibiliter ſciri: tamen reſpectu diuini intellectus nihil eſt futurũ, ſed oĩa ſibi coexiſtunt, propterea infallibiliter ipſe ea cognoſcere poteſt, ſicuti viſus meus non fallitur dum

B actu video Socratem ſcribere, quamuis quòd Socrates ſcribat ſit quoddam contingens. Deo nihil eſt futurum.

Quinta concluſio. Deus cognoſcit mala & peccata, iſta concluſio eſt de mente Ariſt. 5. huius, vbi docet Deo nullum bonum deeſſe, ſed cognitio malorum eſt bona, quia per eam vitantur mala: ergo Deus habet ſciẽtiã de malis. Adde, quòd Deus perfecte cognoſcit oĩa bona, vt dictum eſt ſupra: ergo cognoſcit oĩa, quę poſſunt quibuſcunq. illorũ accidere, ex conſequenti cognoſcit mala, & peccata: conſequentia probatur, quia ſunt quædam bona, quibus põt accidere, vt per mala corrumpantur, vt patet tam de bono naturali, puta animali per morbos, quàm de bono morali, vt eſt virtus per vitium. Adde etiã illud, quod dicebat Philoſophus 4. huius, quicunque non intelligit aliquod vnum, nihil intelligit, per hoc autem eſt aliquid vnum, quod eſt in ſe indiuiſum, & ab aliis diſtinctum, vnde quicunq. cognoſcit aliquid, oportet vt ſciat diſtinctionem eius ab aliis, ſed prima ratio diſtinctionis cõſiſtit in affirmatione & negatione, ideo oportet, ꝙ quicũq. ſcit affirmationẽ, cognoſcat negationem, & quia priuatio nil aliud eſt, quàm negatio in ſubiecto apto nato, vt habetur in poſtprędic. & alterum contrariorum ſemper eſt priuatio, vt ſcribitur in 1. phyſ. & inde eſt,

C ꝙ ex hoc ipſo ꝙ cognoſcitur aliquid cognoſcitur eius priuatio, & eius contrariũ: vnde cum Deus habeat propriam cognitionẽ de omnibus ſuis effectibus, oportet vt cognoſcat omnes negationes, & priuationes oppoſitas, & omnes contrarietates in eis repertas: propterea cum malum ſit priuatio boni, neceſſario ſequitur ex hoc ipſo ꝙ cognoſcit quodlibet bonum, & diſtinctionem vnius ab altero, ꝙ etiam agnoſcat quodlibet malum.

Tex. 21. Tex. 10. Cap. de opp. Tex. 48.

Et ſi dicis contra, quia Auerroes 3. de aĩa aſſerit, ꝙ intellectus, qui ſemper eſt in actu, nõ cognoſcit priuationem; ſed intellectus primi mouentis ſemper eſt in actu: ergo non cognoſcit priuationem: ex conſequenti nec malum & peccatum, cum peccatum ſit priuatio boni. Ad quod dicimus opinionem Auer. fuiſſe, ꝙ primum mouens cognoſcendo ſuam eſſentiã non determinate cognoſceret ſingulos effectus prout ſunt in propria natura diſtincti; ſed ſolũmodo cognoſceret naturã eſſendi, quę in omnibus inuenitur, vt dictum eſt ſupra: malũ autẽ non opponitur enti vniuerſali, ſed enti particulari, & ſic ſequitur ex hac poſitione primũ mouens non cognuſcere mala. Quam poſitionẽ reprobauimus tanquã falſam, & impiã quia ſi neſciret culpas malorum, nec merita bonorũ: igitur non poterit punire malos pro

D culpis, nec bonos præmiare pro meritis, quod eſt erroneum. Et ſi dicis, ꝙ intentio Auerr. illo in loco 3. de aĩa eſt expreſsa ſententia Ariſt. Reſpondetur ꝙ Ariſt. intelligit ſic, intellectus, qui non eſt in põa, non cognoſcit priuationẽ per priuationẽ in ipſo exiſtentẽ, & hoc congruit cum eo, quod ſupradixerat, ꝙ punctũ, & omne indiuiſibile per priuationem diuiſionis cognoſcitur, quod contingit ex hoc, quia formæ ſimplices & indiuiſibiles non ſunt in intellectu noſtro, ſed in põa tantummodo ſi eſſent actu in noſtro intellectu, non cognoſcerẽt per priuationem. Deus autem cum ſit in actu non cognoſcit mala per priuationem in ſe exiſtentem, ſed per bonum oppoſitum.

Com. 14. Malum non opponit enti vniuerſali. Tex. 14.

Et ſi adhuc inſtares propter verba Ariſt. 2. huius; vnumquodque ſicuti ſe habet ad eſſe, ita ad verum, ex conſequenti ad cognoſci, ſed malum non eſt aliquud ens: ergo nec verum, ex cõſequenti nec cognoſci poteſt. Reſpondetur concedendo malum eſſe non ens, quia opponitur enti particulari, & ex hoc ipſo, quòd ei opponitur, habet rationem cognoſcibilis. Sed contra, quia ille, qui ſcit grammaticam, eſt grammaticus, & qui ſcit metaphy. metaphyſicus: ergo qui ſcit mala malus eſt; ſed primum mouens malum eſſe non poteſt, cum ſit ſummum bonum: igitur primum mouens mala cognoſcere non poterit. Reſpondeo; quòd non eſt

Tex. 4. Neceſſarium duplex eſt.

par ratio, quia grammatica, & metaphyſica ſciuntur in habendo ipſas; mala autem ſciri poſſunt in non habendo ipſa. Sed contra adhuc, quia omne, quod cognoſcitur, vel cognoſcitur per ſui ſimilitudinem, vel per ſui eſſentiam, vel per ſuum oppoſitum; ſed primum mouens non poteſt cognoſcere mala per eorum ſimilitudinem, cum non habeant ipſam in ipſo Deo, nec per eorum eſſentiam, quia ſunt non entia, nec per eorum oppoſitum, quia cum Deus quicquid cognoſcit, cognoſcat per ſuam eſſentiam, cui nihil contrariari poteſt, vt docet Auguſt. 12. de Ciuit. Dei: ergo nullo pacto Deus mala cognoſcere poteſt. Reſpondetur, quòd licet malum non opponatur diuinæ eſſentiæ, quæ non eſt corruptibilis per malum, opponitur tamen effectibus Dei, quos per ſui eſſentiã cognoſcit; & tunc formaliter ad argumẽtum dicitur, quòd Deus nec per ſimilitudinem malorum, nec per eorum eſſentiã cognoſcit, ſed cognoſcendo eſsentiam ſuam cognoſcit bona creata, quibus opponuntur mala, & hoc pacto ea cognoſcit. vel dicamus, quòd non eſt inconueniens malum opponi Deo ſecundum quandam rationem communem; vt ſolemus dicere bonum, & malum ſunt oppoſita: ſed non ſecundum rationem ſpecialem, prout dicimus, hoc album opponitur huic nigro; hoc enim pacto malum dicitur opponi bono tanquam eius nociuum. A Cap 9.

Sexta concluſio. Deus licet bona, & mala præterita, præſentia, & futura, neceſsaria, & contingentia cognoſcat, non tamen diſcurrendo aliquo pacto ipſa agnoſcit: probatur ſic, ſi diſcurrendo ipſa cognoſceret, vel hoc eſſet per diſcurſum ſucceſſionis, vel cauſalitatis, ſed nullo iſtorum diſcurſuum Deus alia à ſe agnoſcit: ergo omnia non diſcurrendo cognoſcit; declaratur maior in primis; quia nos cognoſcendo duplici diſcurſu indigemus; altero, qui vocatur ſucceſſionis tantum, ſicuti poſtquam intelligimus aliquam naturam puta humanã, conuertimus nos ipſos ad cognoſcendam aliam naturam, nempe leoninam, & ſic de aliis. Altero vero diſcurſu indigemus, qui vocatur cauſalitatis, ſicut quãdo per principia peruenimus in cognitionem concluſionum: probatur modo minor ſic; Deus non indiget diſcurſu ſucceſſionis, quia omnia ſimul & non ſucceſſiue intuendo ſui eſſentiam cognoſcit, vt patet ex dictis; nec indiget diſcurſu cauſalitatis, ſicut nos, qui procedimus de noto ad ignotum, & ex cauſis ad effectus, Deus autem in cognoſcẽdo non procedit de noto ad ignotum, ſed ſimul in ſeipſo tanquam in prima cauſa omnia intuetur. Hanc concluſionem docuit Beatus Auguſt. 3 de trinitate aſserens, quòd Deus non particulatim, vel ſingillatim omnia videt, velut alternante conceptu hinc, illuc, inde, huc, ſed omnia videt ſimul. Et ſi diceres, cognoſcere effectum per cauſam eſt ſcire & cognoſcere diſcurrendo; ſed primus motor cognoſcit omnia alia ab ipſo per ſe ipſum, veluti effectũ per cãm: ergo primus motor, qui eſt Deus, cognoſcit diſcurrẽdo. Sed huic ſcrupulo facile reſpõdet dicẽdo primũ motorẽ non cognoſcere aliã à ſe per cauſam quaſi prius cognitam; ſed omnia intueri in ſe tanquam in cauſa. B

Diſcurſus duplex eſt.

Cap. 8. C

Septima concluſio. Primus motor cognoſcit non entia, hęc eſt de fide, vt ſcribitur ad Rom. vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt: & probatur etiam, quia Deus ſcit omnia, quę ſunt quocunque modo: igitur omnia, quæ poſſunt per potentiam tam ſuam, quàm creaturę fieri, cogitari, & dici: hæc autem non ſunt entia in actu; ergo primus motor, qui eſt Deus, habet ſcientiam non entium, viſionis ſcilicet illorum, quæ modo non ſunt, tamen fuerunt, vel erunt, ſimplicis autem intelligentiæ reſpectu eorum, quæ ſunt in põa ſua, vel creaturę, quæ tamen nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt. Cap. 4.

Octaua concluſio. Primus motor, qui eſt Deus cognoſcit ſingularia: patet hæc ex lib. prouerb. omnes viæ hominum patent oculis eius; & probatur etiam, quia omnes perfectiones inuentæ in creaturis præexiſtunt in Deo altiori modo; ſed cognitio ſingularium eſt perfectio in hominibus; ergo præexiſtit altiori modo in Deo. Cap. 16. D

Nona concluſio. Primus motor cognoſcit infinita, etiam ſcientia viſionis: probatur, quia cognitio ſe extendit ſecundum extenſionem formæ, quæ eſt principium cognitionis; igitur cognitio primi motoris eſt ſecundum extenſionem ſuę eſſentiæ; & ſic ſe extendit ad infinita; patet quia eſſentia primi motoris ſe extendit repræſentando ad omnia, quæ ſunt, & eſſe poſſunt non ſolum quoad principia communia, ſed propria cuiuſcunque rei; & non cognoſcit illa infinita numerando partem poſt partem ſucceſſiue; ſed omnia ſimul vnico intuitu.

Vltima concluſio. Primus motor de ſeipſo habet ſcientiam ſpeculatiuam tãtum, de aliis à ſe ſpeculatiuam & practicam: probatur quoad primam partem, quia ipſe primus motor non eſt operabilis; ergo habet ſcientiam ſpeculatiuam de ſe, contra Scotũ 1. ſent. aſſerentẽ ſcientiam primi motoris de ſeipſo eſſe ſimpliciter practicam, aut nihil ſibi deeſſe, quin ſit practica, niſi quòd eius voluntas non eſt bona ex regula, ſed naturaliter ex ſeipſa. In prologo.

Sed

A Sed hæc opinio Scoti videtur ridicula, quia quis non rideret audiendo Deum eſſe operabilē ſciētia ſua practica? quādoquidē, vt docet Auerr. in diſputatione 12. deſtruc. deſtruc. in ſolutione ſecundi dubii, ſcientia practica ſonat cauſam, vel operationis, vel effectus, & etiam 9. huius Ariſt. hoc idem inſinuauit loquens de artibus, & factiuis ſcientiis: ſi ergo Deus nullo pacto poterit ſeipſum cauſare, quomodo eſt operabilis à ſeipſo? & ideo ſtat ſolida prima pars concluſionis. Quoad ſecundam partem probatur ſic; omne quod eſt nobilius, Deo eſt attribuendum; ſed ſcientia ſpeculatiua eſt nobilior, quàm practica, vt patet ex 1. huius: igitur Deo debet attribui ſcientia ſpeculatiua reſpectu aliorum à ſe: quandoquidem omnia illa, quæ nos de rebus ipſius ſpeculatiue cognoſcimus definiendo, & diuidēdo, ipſamet Deus multo perfectius nouit: igitur de aliis à ſe habet ſcientiam ſpeculatiuam quātum ad modum. Tertia particula, ꝙ habeat ſcientiam practicam, ita probatur: ſcientia practica eſt cauſa rerum; ſed cognitio ipſius Dei præſertim illa, quæ habet adiunctam volūtatem, eſt cauſa rerum ad differentiam illius cognitionis, quæ dicitur ſimplicis intelligētiæ: ergo Deus habet cognitionem practicam de aliis à ſe, præſertim de illis, q̄ actu cauſat: eorū B autem, quæ poteſt facere tamen nunquam fiunt, habet etiam ſcientiam practicā in virtute.

Tex. 4.

Nobilius eſt Deo attribuendum.

Etſi dicis quærendo, quomodo cognitio, quam habet de malis, & peccatis vocari debet. Reſpondetur, quòd appellatur cognitio practica; quia licet mala ab eo non ſint operabilia, tamen cadunt ſub cognitione practica ipſius, ſicut & bona inquantum permittit, vel impedit, vel ordinat ea, ſicut & ægritudines cadunt ſub practica ſcientia medici inquantum per artem ſuam eas curat. Et ſi inſtas ſcientia practica eſt cauſa rerum vt patet ex dictis: ſed cognitio Dei non eſt cauſa malorum: ergo non habebit de eis practicam cognitionem nec etiam ſpeculatiuam habere poterit, quia cognitio ſpeculatiua eſt per abſtractionem à rebus, ſed Deus non capit cognitionem à malis, ergo ſpeculatiuam cognitionem de malis non habet. Sed reſpondetur quòd licet cognitio Dei non ſit cauſa malorum, tamen quia ipſa curat, & eſt cauſa bonorum quibus opponūtur mala ideo cognitionem practicam de eis habet. Speculatiuam ſcientiam accipi a rebus nō per ſe ei conuenit ſed per accidens inquantum eſt humana.

Deus practice cognoſcit mala.

C *Entia vero nolunt male diſponi, nec bonum pluralitas principatum, vnus ergo princeps, &c. Tex. 52.*

An principatui vniuerſi præſit tantum vnus princeps Deus.

Dilucidatio ſeptima.

HVIC arduæ difficultati reſpondent non nulli Recentiores 1. ſententiarum aſſerentes concluſionem iſtam eſſe certam, & poſſe ſex viis demonſtrari. Eſt ergo concluſio talis. Deum eſſe vnum, eſt propoſitio demonſtrabilis. & prima via qua vtuntur ad ipſam demonſtrandam eſt ex parte intellectus infiniti Dei, & arguunt ſic: non eſt tantum vnus Deus, da D oppoſitum quòd ſint duo, & vocentur .a. & .b. nunc arguitur ſic, duo ſunt dii: ergo intellectus infinitus non intelligit omne intelligibile inquantum intelligibile eſt: conſequens eſt falſum: ergo & antecedens: falſitas conſequentis patet, quia intellectus infinitus cognoſcit quodcūque perfectiſſime quantum in ſe intelligibile eſt, alias non eſſet intellectus perfectus & infinitus: conſequentia probatur, quia ipſum A. intelligit B. ergo per eſſentiā ipſius B. vel non: ſi non, ergo cū B. ſit intelligibile per eſſentiā ipſum A. nō cognoſcit perfectiſſime ipſum B quod tamen eſt cognoſcibile, nihil .n. intelligibile per eſſentiam perfectiſſime cognoſcitur niſi cognoſcatur per eſſentiam, vel per aliquid perfectius, in quo ſua eſſentia includatur perfectius, quàm ipſa ſit in ſe; eſſentia aūt ipſius B. in nullo includitur perfectius quàm in B. alioquin non erit Deus: ſi aūt cognoſcit B. per eſſentiam ipſius B. ergo actus intelligēdi ipſius A. erit poſterior naturaliter eſſentia ipſius B. quia actus cognoſcendi, qui non eſt idē obiecto, eſt poſterior obiecto, nō eñ eſt prior neq. ſimul natura cum tali obiecto: quia tunc poſſet actus intelligi ſine obiecto ſicut econtra: ſequitur ergo ꝙ ipſum. A. non eſt Deus; quia ſuus actus intelligendi cum ſit idē ſimpliciter ipſi A. ſi ille actus eſt poſterior. B. & ipſū. A. eſt poſterius; & per cōſequēs nō eſt Deus.

diſt. 1.

Intellectus īfinitus quō cognoſcit.

Dices quòd intelligit ipſum B. per eſſentiam ipſius. A. quæ ſimilis eſt ipſi B. aut, quòd. A. intelligit .B. in ratione ſpeciei communis ipſi .A. & B. Contra, quia cognitio alicuius ſiue in ſingulari tantum, ſiue in vniuerſali nõ eſt cognitio perfectiſſima, quia nõ eſt intuitiua ipſius rei in ſe, & ita. A. non cognoſceret .B. intuitiue, nec perfectiſsime: neutra ergo reſponſio ſaluat, quòd .A. intelligat perfectiſsime ipſum .B. & ſic habetur propoſitum. Præterea arguunt ex eadem via ſic: duo ſunt dij: ergo vnius actus intelligendi duo ſunt obiecta adęquata: conſequens eſt falſum: ergo & antecedens, falſitas conſequentis patet: quia tunc actus adęquaretur alicui obiecto ſub aliqua ratione, qua ſubtracta non minus adęquaretur, quia adhuc remaneret aliquod obiectum adæquatum ſuo intellectui, cum ſit infinitum intelligibile, & .B. eſt obiectum adæquatum eidem intellectui, ſi .A. poſſet ſimul intelligere ipſum .B. impoſsibile eſt ergo quòd intelligat vnica intellectione ſimul . A. & .B. perfecte. Et ſi quis diceret ad hanc rationem, quòd .A. habet intellectiones duas realiter diſtinctas, itaquòd alia intellectione intelligat ſe, & alia intelligat ipſum .B. Contra quia tunc .A. non eſſet Deus: quia impoſsibile eſt dari in Deo duas intellectiones diſtinctas realiter, cum non poſſint ſtare cum ſumma intellectione. A B

Sed mirum eſt de iſtis, qui dicunt omnia ſe demonſtrare, cum tamen Ariſto. nullas aut paucas demonſtrationes fecerit, & iſti tot & tantas componunt. Quòd autem ratio adducta non demonſtret, patet ex multiplici eius defectu. Et primus defectus eſt: quia in iſta ratione aſſumitur vna propoſitio credita, & non probata videlicet, quòd intellectus Dei ſit infinitus. Multi enim negant infinitatem intenſiuam in ipſo Deo, vt latius ſuperius eſt oſtenſum. Secundus defectus eſt; quia poſſet aliquis dicere, quòd ipſum .A. nihil intelligit de ipſo .B. nec .B. aliquid intelligit de .A. quia Deus nihil cognoſcit extra ſe.

Reprobatio ſupradictę rationis.

diſt. 5.

Tertius defectus, ꝙ illa propoſitio aſſumpta, (nihil cognoſcitur perfectiſsime niſi cognoſcatur per eſſentiam ſuam, vel per aliquid perfectius includens eſſentiam ſuam, quàm ipſa ſit in ſe) non eſt vera; quia ipſa intelligentia ſuperior ita perfecte cognoſcit eſſentiam intelligentiæ inferioris, ſicuti ipſamet inferior intelligentia, & tamen non cognoſcit ipſam per eſſentiam propriam, ſed per aliqam ſpeciem, quæ ſpecies non eſt perfectior eſſentia inferioris intelligentiæ, cum ſit accidens.

Quartus eſt, quòd etiam illa propoſitio aſſumpta in demonſtratione iſtorum, (cognitio alicuius non eſt perfectiſsima, niſi ſit per eſſentiam ſuam, vel per aliquid perfectius) etiam eſt falſa; quia poterit eſſe tanta rei ſimilitudo, quantum ipſa res eſt intelligibilis, & ita perfecte cognoſceretur res ipſa per ſui ſimilitudinem, ſicut per ſeipſam, alioquin Deus non perfectiſsime cognoſceret creaturas. C

Quintus defectus eſt in illa propoſitione, in qua dicitur .A. cognoſcere .B. per eſſentiã B. quia hæc dictio, per, duo dicere poteſt; vnum quod erit circumſtantia obiecti cogniti per talem cognitionem, ſic intelligendo, quòd .B. eſt obiectum cognitionis ipſius .A. ſiue terminans huiuſmodi cognitionem; & in hoc conceditur. Alterum, quod poteſt dicere dictio illa per eſſentiam, erit circumſtantia cauſę efficientis, & hoc modo eſt falſum, quòd B. poſsit cauſare huiuſmodi cognitionem in intellectu .A. & ſi talis cognitio cauſaretur cõcedit ꝙ ſit poſterior ipſo. B. ex his ergo defectibus incluſis in hac prima via, qua vtũtur iſti ex parte intellectus infiniti, patet quòd non concludit demonſtrando vnitatem Dei, vt ipſi arbitrantur.

Dictio per, duo dicit.

Nec etiam ratio ſecunda deſumpta ex eadem via de duobus obiectis adæquatis, & duobus actibus intelligendi, concludit; quia licet idem actus non poſsit habere duo obiecta adæquata ſecundum prædicationem: poteſt tamen habere duo obiecta adęquata ſecundum perfectionẽ; & ſic eſset in propoſito, ꝙ huiuſmodi obiecta ſufficienter quietarent. Deinde poteſt etiam dici, quòd nullus eorũ eſt obiectũ adęquatum, ſed ambo, vel aliquid cõmune eis; ſicut multi dicunt, quòd aliquid commune Deo & creaturis eſt obiectum ipſius Dei. D

Sed ueniamus ad ſecundam viam, quę eſt ex parte voluntatis infinitę, num & ipſa aliquid concludat; arguunt igitur ſic, duo ſunt Dij: ergo voluntas infinita non diligit omne diligibile inquantum diligibile eſt; conſequens eſt falſum: ergo & antecedẽs: falſitas conſequentis patet, quia volũtas infinita eſt recta: ergo diligit quodlibet diligibile quãtum diligibile eſt: probatur conſequentia; ſi .A. eſt vnus Deus, & .B. eſt alius Deus: ergo .B. eſt diligendum in infinitum, cum ſit obiectum infinitum à voluntate potente diligere in infinitum, qualis eſt voluntas ipſius .A., ſed hoc eſt impoſsibile; quia .A. naturaliter plus diligit ſe, quàm. B. probatio huius, quia vnumquodque naturaliter plus diligit eſſe ſuum, quàm eſſe alterius, cuius non eſt pars vel effectus; ratione primi

Obiectum Dei quod eſt ſecundum aliquos.

dicitur

A dicitur, quòd pars naturaliter plus diligit totum, quàm ſeipſam; nam pro ſalute ip-
ſius totius, cuius eſt pars exponit ſe periculo; ratione ſecundi, creatura plus debet etiam
naturaliter diligere Deum, quàm ſe ipſam; ſed A. nihil eſt ipſius B. nec pars, nec effectus: er
go plus diligit ſe, quàm ipſum B. ſed, voluntas libera, quando eſt recta, conformatur volun-
tati naturali, alioquin voluntas naturalis non eſſet ſemper recta: ergo ſi habet voluntatem li
beram rectam, plus diligit ſe actu elicito, quàm ipſum B. ergo non diligit B. infinite, & per
conſequens non quantum diligibile eſt.

Sed hęc via patitur ſimiles defectus, quos ſupra diximus, & etiam alios: Nam in primis
quòd vnus Deus diligat alium in infinitum, quia eſt infinitum bonum, hoc eſt dubium, &
demonſtrari non poteſt demonſtratione oſtenſiua, propterea nec vnitas concluſa ex iſta in-
finitate demonſtratur. Deinde illa propoſitio (natura perfectiſſima naturaliter plus dili-
git eſſe ſuum, quàm eſſe alterius) eſt falſa: quia in ſtatu beatifico propter eius perfectionem
tantum gaudet quilibet beatus de bono alterius, quantum de proprio, & per conſequens tā- Beatus perfe
tum diligit ipſum. Tertio, iſta etiam propoſitio non eſt nota naturaliter, quòd Deus dili- cte diligit.
B gat aliquid extra ſe. Quarto, nec etiam demonſtratum eſt ab iſtis, quòd vnus Deus diligat
infinite alium Deum, quia non poteſt demonſtrari, quòd vterque ſit infinitus intenſiue.
Quinto, cum Deus libere diligat alia à ſe, & contingenter, vt dicunt ipſi, poterit ſecundum
magis & minus diligere: ergo non infinite. ex iſtis patet viam iſtam non concludere. Ad-
de quòd in hac ratione contradicunt ſibiipſis in 3. ſentent. vbi arguentes contra S. Thomam dist. 27. q. 1.
negant partem naturaliter plus diligere totum, quàm ſe ipſam, & tamen hic dicunt oppoſi-
tum aſſerētes vnumquodque naturaliter plus diligere eſſe ſuum, quàm eſſe alterius, cuius
non eſt pars &c. Deinde contradicunt etiam ſibiipſis in 2. ſent. vbi docent, quòd voluntas dist. 6. q. 2.
recta & libera ad hoc vt ſit recta, oportet in multis agere contra ſuum appetitum naturalem
& velle contrarium naturali inclinationi, vt patet in multis: hic autem aſſerūt quòd volun
tas libera quando eſt recta conformatur voluntati naturali: ergo non eſt mirum, ſi ratio hæc
non concludit.

Arguſit ex tertia via ſcilicet ex infinitate boni ſic, Duo ſunt Dij; ergo bonum infinitum
non poteſt quietare perfecte voluntatem noſtram: conſequens eſt falſum, quia hoc eſt con-
C tra rationem infiniti, quòd non ſit quietatiuū cuiuſcunque voluntatis: probant conſequen-
tiam ſic: quia voluntas ordinata poteſt appetere maius bonum; ſed plura bona infinita ſi ſint
poſſibilia plus includunt bonitatis, quàm vnum infinitum: ergo voluntas poſſet ordinate
plus amare plura bona infinita, quàm vnum bonum infinitum; & per conſequens vnum bo
num infinitum non poſſet quietare ipſam voluntatem. Sed dico primo neq; iſtam viam eſ-
ſe demonſtratiuam, vt ipſi putant: quia quando dicunt bonum infinitum non poteſt quieta
re &c. aliquis reſponderet vt eſt Auerroes, negando quod detur bonum infinitum intenſi- Deus eſt infi
ue; quia erit tantum infinitum extenſiue, & cum hoc non poſſit aliqua demonſtratione de- nitus exten-
monſtrari: ſequitur quòd nec vnitas, quæ concluditur ex iſta infinitate demonſtrabitur. ſiue ſecundū
Adde etiam, ꝙ potuiſſet quis dicere, ꝙ vnus Deus eſſet limitatus ad vnam ſpeciem, & alter Auer.
ad alteram, & ſic non ſunt adæquati; quia ſemper altera ſpecierum abundat alteri, puta ꝙ
vnus Deus eſſet reſpectu materialium, & intelligentiarum, quæ habent operationem circa
materialia: alter vero circa intelligentias puras, quæ non habent comparationem, nec ope-
rationem circa materialia; & ſic vnuſquiſque quietaretur circa ſuum principatum, & ſuam
D bonitatem, & etiam vnuſquiſque ipſorum ſecundum bonitatem, quam habet, poſſet quieta
re noſtram voluntatem.

Quarta via, qua vtuntur eſt iſta: Duo ſunt Dii: ergo eiuſdem effectus ſunt duæ cauſæ to-
tales in eodem ordine cauſę; conſequens eſt falſum: ergo & antecedens: falſitas conſequē
tis probatur, quia tunc aliquid poſſet eſſe ſemper cauſa alicuius, à quo non ſemper depende
ret; nihil enim eſſentialiter dependet ab aliquo, quo nō exiſtente nihilominus erit: ſi igitur
C. habet duas totales cauſas, ſcilicet A. & B. in eodem genere, & ordine, tunc deſtructo A.
nihilominus erit ipſum C. ab ipſo B. & ſimiliter deſtructo B. ipſum C. erit ab ipſo A. ex quo
vtrumque ponitur cauſa totalis eius: conſequentiam probant; quia potentia infinita eſt cau-
ſa totalis reſpectu cuiuſcunque effectus: ſi ergo A. & B. ſunt Dii, quilibet eſt potentiæ infini-
tæ, & per conſequens cauſa totalis cuiuſcunque effectus, & ſic neceſſario erunt duæ cauſæ
totales in eodem ordine cauſę. Sed dico nec iſtam quartam viam eſſe demonſtratiuam, cū
fundetur ſuper eodem fundamento, quod Auerro. negaret, ſcilicet ꝙ quilibet Deus ſit po-
tentiæ infinitæ intenſiue; ex conſequenti ruit hæc via ſicuti, & ceteræ; quæ omnes fundan Cauſa tota-
tur ſupra hoc fundamento. Adde, quòd cauſa totalis poteſt dupliciter intelligi. Primo vt lis bifariam
eſſe poteſt.

illa dicatur cauſa totalis,qua poſita omni alia circumſcripta poteſt effectus ſufficienter produci,& hoc modo cauſa totalis,& cauſa ſufficiens coincidunt. Altero modo dicitur cauſa totalis illa,quę poteſt aliquem effectum ſufficienter producere,& ſine qua non poteſt talis effectus produci:& hoc modo cauſa totalis,& cauſa pręciſa idem ſunt;qua diſtinctione poſita dico,non eſſe inconueniens effectum eundem ſimul poſſe à duabus cauſis totalibus primo modo produci, vt patet de eodem calore numero,(qui ſimul producitur à ſole, & ab vno igne, vel à duobus ignibus: eſſet autem inconueniens iuxta ſecundum membrum diſtinctionis. A

Quinta eſt: Duo ſunt Dij, ergo per neceſſitatem ſunt infiniti numero; conſequens eſt euidenter falſum,ergo & antecedens: conſequentiam probant, quia ſpecies multiplicabiles,ſiue plurificabiles indiuiduis non determinatur ex ſe ad certum numerum indiuiduorum: ſed quantum eſt ex ſe,non repugnat ſibi eſſe in infinitis indiuiduis,ſicut patet de ſpecie humana & de aliis omnibus corruptibilium ſpeciebus: ergo ſi ratio ipſius deitatis ſit plurificabilis in indiuiduis non determinat ſe ad certum numerum, ſed quantum eſt ex ſe compatitur ſecum infinitatē;ſed ſi poſſunt eſſe infinita neceſſe eſſe, neceſſario ſunt infinita, B alias non eſſent neceſſe eſſe,ſed poſſibilia eſſe: ergo erunt infiniti Dii, quorum quilibet eſt

Quare multiplicantur indiuidua. neceſſe eſſe. Ad hanc viam primo dicere poſſumus,quòd multiplicatio indiuiduorū ſub vna & eadem ſpecie prouenit,quia illa ſpecies non poteſt perpetuari ſecundum vnum indiuiduum: propterea neceſſario requiritur ſucceſſiua multiplicatio indiuiduorum; ſed tunc dicerem,quòd quilibet illorum Deorum haberet naturam in vno indiuiduo perfectam nō multiplicabilem per alia indiuidua,vt patet de natura ſolis, & aliorum planetarum, & hoc

Com. 34. expreſſe ſentit Auerro.2.de anima,vbi docet,quòd ſollicitudo diuina,cum non potuerit facere generabile & corruptibile permanere ſecundum indiuiduum, miſerta eſt dando ei virtutem qua permanere poſſit in ſpecie. Adde, quòd poſito illos duos Deos eſſe diuerſæ ſpeciei,nec argumentū concludit,quia tunc illa,quę ſunt diuerſæ ſpeciei, poſſunt terminari ad certum numerum; quia (vt dictum eſt)vnus Deus nullo modo ſe intromitteret de alio, nec de principatu eius; ſed vnus Deus eſſet prima cauſa, & perfecta reſpectu ſui principatus;& alter reſpectu ſui:poſito etiam,quòd eſſent eiuſdem ſpeciei, tunc ꝙ natura eſſet plurificabilis,& non determinata ad certum numerum,eſt verum,quando plurificatur per continuam generationem:ſed quando eſt plurificata in ſe ipſa,puta per duo vel tria,non per continuam generationem, tunc nunquam erunt plura,quàm primus numerus terminatus,puta duo vel tria,& ſic in propoſito erit &c. C

Nec concludit confirmatio, quam ſumūt ex eadem via de neceſſe eſse arguētes ſic:ſi ſunt plura neceſse eſse oportet ꝙ aliquibus perfectionibus realibus diſtinguantur, aut ergo iſtę rationes,quibus diſtinguuntur,ſunt formaliter neceſse eſse;aut non,ſi non;ergo aliquid eſt per ſe primo neceſse eſse, & tamen includit aliquid, quod non eſt formaliter neceſse eſse, quod eſt impoſſibile, quia nullum neceſse eſse includit aliquam entitatem non neceſsariā: ſi vero illi duo Dii diſtincti ſunt formaliter neceſse eſse, & nihil includunt nō neceſsarium ergo in aliquo conueniunt,& in aliquo differunt:ergo vterque Deus habet in ſe duas rationes,quarum vtraque eſt neceſse eſse; ſed hoc eſt impoſſibile,quia neutra iſtarum includit alteram: ergo vtraque circumſcripta,Deus ille eſset neceſse eſse per reliquam, & ſic aliquid eſset formaliter neceſse eſse per aliquam rationem, qua circumſcripta nihilominus eſset neceſse eſse,quod eſt impoſſibile.

Gentiles tenent plures eſſe Deos. Sed dico nec hanc confirmationem aliquid demonſtratiue cōcludere;quia Aduerſarius, & Gentilis tenens pluralitatem Deorum poſset dicere, rationem iſtam procedere ex falſa imaginatione, quaſi ꝙ iſti Dii diſtinguerentur aliquibus differentiis additis ſuæ eſsentię, quę vel eſsent quædam entia neceſse eſse,vel non neceſse eſse, immo ſi diſtinguerentur iſti Dii,vt gentilis ponit in eis diſtinctionem,eſsent diſtincti ſuis propriis,& intrinſecis neceſſitatibus eſſendi,prout vterque eſſet hic; ſicuti duę animæ intellectiuę numero ſunt diſtinctę propriis accidentibus trāſcendentalibus,loquendo de animabus ſeparatis inquantum vnaquæque ipſarum eſt hæc, & non per aliquid additum,ex quo patet hanc viam peccare falſa imaginatione. D

Vltima via eſt ex parte omnipotentię,ſic, omnipotens eſt qui ſuo velle poteſt quodcunq; poſsibile facere eſſe, uel non eſse, ita ꝙ ſuo velle poteſt producere omne poſſibile, & ſuo velle poteſt impedire omne poſſibile,vel deſtruere, ſi iam haberet eſse; nunc ſic, duo ſunt Dii;ergo nullus iſtorum eſt omnipotens, conſequens eſt euidenter falſum: ergo & antecedens:conſequentiam ita probant:quia A. poteſt ſuo velle producere omnia in eſſe, ex quo

ponitur

A ponitur omnipotens, ſed nõ eſt neceſſe, ꝙ B. velit omnia illa eſſe, quæ velit A. quia voluntas ipſius B. contingenter ſe habet ad illa, ſicut voluntas ipſius A. ex quo Deus eſt: ergo B. poteſt nolle illa eſſe, & per conſequens nullum iſtorum erit, ergo ſi duo ſunt omnipotentes, vterque faceret alium nullipotentem, prohibẽdo ſcilicet per ſuum velle quicquid alius eſſe vellet.

Et ſi quis diceret ad hanc rationem, quòd ambo concordant in voluntate ſua, licet non de neceſſitate, ſed quaſi conuenientes in aliquo pacto, vt quicquid velit vnus, velit & alter. Arguunt contra, quia illud pactum non eſt neceſſarium, & per conſequens poteſt ſe aliter habere, vt ſcilicet dirumpatur, & tunc ſequitur ratio. Addunt, ꝙ poſito illo pacto, adhuc ſequitur neutrum eorum eſſe omnipotentem; quia ſi A. eſt omnipotens, tunc poterit producere ſuo velle omne poſſibile: & B. ſimiliter, quod eſt abſurdum contra illud, impoſſibile eſt duas cauſas totales producere eundem effectum, & ſic ſemper ſequitur ratio. Sed dico hanc etiam nihil concludere demonſtratiue, quia poſſet gentilis dicere illos duos eſſe in eſſendo, non tamen in cauſando: quia conuenirent in vna prima cauſa totali, poſito ꝙ ſint B eiuſdem ſpeciei, & hoc non ex pacto aliquo, ſed ex intrinſeca, & naturali concordia, quam haberent inter ſe, quemadmodum ſecundum fidem noſtram ſunt tres perſonæ in eſſe perſonali realiter diſtinctæ; tamen in creando ſunt vnum principium creaturę, inquantum ex natura rei ſunt concordes reſpectu factionis & regiminis creaturarum: eodem modo in propoſito diceret gentilis, ꝙ licet ſint plures Dii, & omnes omnipotentes; concordant tamen in voluntate non ex pacto aliquo, ſed ex naturali concordia: nec ſequitur plures cauſas totales producere eundem effectum; quia licet ſint plures in eſſẽdo; ſunt tamẽ vnum in cauſando; ex his ergo patet rationes Scoticas non eſſe demonſtratiuas, ſed facile ſolubiles. Tres pſonæ diuinæ ſunt vnum principium creaturæ.

Sunt & Aliqui, qui alias rationes adducunt ad iſtam concluſionẽ probandam, & primo vtuntur ratione Ariſt. 8. phyſi. ꝙ in mouentibus & motis non eſt procedere in infinitum: ergo eſt dare vnum primum motorem; ſed primus motor eſt Deus: ergo &c. Sed nec iſta ratio probat, Deum eſſe vnum infinitum intenſiue in perfectione, quia poſſet aliquis dicere, hunc primum motorem, quem inuenit Ariſto. eſſe aliquam intelligentiam æternam finitæ perfectionis: hæc autem intelligentia non eſt Deus. Tex. 34.

C Secundo aliqui probant ex dicto Ariſto. 1. ethic. ꝙ non poteſt eſſe niſi vnum optimum; quia ſi eſſent duo, neutrum eſſet optimum; ſed ſecundum omnes leges Deus eſt optimus: ergo Deus eſt tantum vnus. Sed facile hanc rationem quis ſoluere poſſet, dicendo, non eſſe inconueniens eſſe duo optima eiuſdem ſpeciei; quia poſſibile eſt reperiri duos homines, quorum vterque participaret magnitudinem ſecundum eſſe perfectiſſimum, quod poſſet competere homini, & ſic eſſent duo Dii, verum duo optima differentia ſecundum ſpeciem reperiri eſt impoſſibile; quia ex quo differunt ſpecie, vnum neceſſario excederet aliud, & illud excedens neceſſario eſſet optimum: ſed reperiri duo optima eiuſdem ſpeciei non eſt inconueniens. Adde etiam, ꝙ hęc ratio ſolui poteſt per hoc, ꝙ infinitas Dei intenſiue in perfectione non eſt demonſtrata: & ideo eſſent plura optima, ſed non infinita intẽſiue. Hãc reſponſionem, cum eſſem Patauii, aſſerebat illuſtris dominus Ioannes Campanilis doctrina & ingenio pollens rector in almo ſtudio Patauino, qui modo ſua prudentia & virtute inter excellentiſſimos medicos Neapolitanos numeratur. Aliqui ita probant ex Ariſt. in hoc libro, vbi vult, ꝙ in eadem ſpecie non ſunt diuerſa, niſi propter materiam; ſed Deus eſt ſine D oĩ materia, quia eſt actus purus ex hoc met libro: igitur non poſſunt eſſe plures Dii; quod etiam habet Philoſophus in præſenti textu, vbi docet, omnia ordinari in Deum vt in finem, ſed de ratione finis eſt vnitas: igitur tantum eſt vnus Deus: quod etiam haberi poteſt ex 5. huius, vbi Philoſophus docuit Deum eſſe primum ens, cui omnia tribuuntur: modo quæritur, aut illud, cui omnia attribuuntur, eſt vnum, aut plura: ſi vnum, habetur propoſitum, quòd ſit tantum vnum primum ens, quod eſt Deus: ſi plura, tunc ens dictum de illis habet aliam vnitatẽ non generis, nec ſpeciei, quia ens nec eſt genus nec ſpecies 3. huius, quia nulla differentia poteſt eſſe extra conceptum entis: ergo dictum de illis habet vnitatem attributionis, & tunc iterum erit quæſtio, ſi attributio fiat ad vnum, vel ad plura: & arguitur vt in principio in infinitum. Ex eodem 5. libro argui poteſt, quia neceſſe eſſe ex ſe determinatur ad eſſe, ſed quod ex ſe determinatur ad eſſe, habet ſingulare eſſe: ergo omne neceſſe eſſe habet ſingulare eſſe; & per conſequens tantum eſt vnum neceſſe eſſe. Arguunt etiam de mente Proculi, quia multitudo non poteſt eſſe primum in entibus, vt docet ipſe Proculus in propoſitione quinta, ꝙ multitudo eſt ſecunda ab vno, cum non pręcedat vnitatem, ſed ſequatur quia omnis multitudo participat vno; ſed quod ſequitur aliud ſic, quòd participat ſuum eſſe ab

Cap. 1. Oẽs leges fatentur Deum eſſe optimum. Campanilis. Tex. 49. Tex. 38. Tex. 52. Tex. 5. Tex. 10. Tex. 5. Multitudo ſequitur vnitatem.

ſe ab illo, ipſum ab illo procedit: ergo omnis multitudo erit ab vno, & ſic eſt vnum primũ. A
Cap. 5. Addunt etiam ſecundum Dionyſium libro de diui. nomi. quia omnis multitudo participat
vno, ſi ergo ſunt duo, haberent aliam vnitatem non ſubiectiuam, quia illa ſolum accidenti
bus conuenit, nec generis, nec ſpeciei, quia Deus non eſt in genere, nec in ſpecie, nec analo-
giæ, quia tali vnitate vniuerſaliter vnum eſt perfectius, & reliquum imperfectius, & ita vnus
Deus eſſet imperfectus; nec dicunt plures vnitates niſi numerales: igitur ambo erunt vnus
Deus numero. Rurſus argumentãtur, quia ſi eſſent duo Dij, in aliquo conuenirent, & in
aliquo differrẽt & non ſecundum idem: igitur erit compoſitio in eis: ergo neceſſe eſt pone-
re tantum vnum. Item, vel alter erit inſufficiens, vel alter ſuperflueret, quia ſi vnus haberet
omnes perfectiones; alter ſuperflueret, & ſi vnus non haberet omnes perfectiones, eſſet in-
ſufficiens: ex iſtis rationibus concludunt iſti demonſtratiua ratione poſſe demonſtrari
Dei vnitatem.

Sed (pace eorum dixerim) rationes iſtæ non demonſtrant, quia ad primam poſſet aliquis
dicere, ꝙ non eſt demonſtratum, non poſſe eſſe duos Deos indiuiduos, vel quæcunque alia
indiuidua, niſi propter materiã; quia potuiſſent eſſe multa in eadem ſpecie ſine materia, vt B
Opinio Nominaliũ de Angelis. tenent nominales de Angelis, qui ſunt ſine materia, & tamen multiplicantur ſub eadem ſpe
cie: ſic etiam diceretur ad dictum Ariſt. in præſenti textu, ꝙ licet omnia ordinentur in Deũ
vt in finem, quando illa ita ſe habent, ꝙ alterum dependet ab altero, ſed quando ſunt diuer-
ſi ordines rerum, & vnus ab altero non dependet, vt dixit Pythagoras de magnitudinibus
& animabus, tunc non eſt neceſſe omnia ordinari ad vnum tanquam ad finem: ſed ea, quæ
pendent ab vno, ordinantur ad illud, illa autem, quæ non pendent, ordinantur ad aliud. Ad
Tex. 5. tertiam rationem, quę erat deſumpta ex 5. huius, ꝙ Deus eſt primum ens, poſſet aliquis dice
re, ꝙ iſti plures Dii non haberent vnitatem in ente niſi vocis tantum: non autem generis, nec
ſpeciei, nec analogiæ, nec vnionis, quia ſe totis differunt. Ad quartam, quæ erat de neceſſe
eſſe, diceret gentilis, quòd licet neceſſe eſſe determinetur ad eſſe neceſſarium, tamen non
determinatur ad eſſe ſingulare neceſſarium, quin poſſet eſſe cum alio; & ita poterunt
eſſe multa neceſſe eſſe. Ad quintam de Proculo diceret Pythagoras, quòd quanquam
de facto omnia vni attribuantur, tamen non eſt demonſtratum, quin de poſſibili poſ-
ſint eſſe Dii multi ſine attributione vnius ad alterum: poſitis enim duobus Diis, (ſi eſ- C
ſent) naturaliter eſſent concordes, & æqualiter naturaliter ſine attributione in inuicem
adhuc ſaluaretur bona diſpoſitio entium, & principatuum. Ad ſextam, quæ erat ſecundum
Dionyſium diceret etiam ille, qui tenet opinionem contrariam, quòd cum probatur multi-
Multitudo duplex. tudinem non poſſe eſſe primum in aliquibus, verum eſt de multitudine cauſata ſecundum
ꝙ omnis multitudo cauſatur ab vno; non tamen eſt verum de multitudine incauſata: vnde
diceretur, ꝙ ſicut ſunt duo Dii, ſi eſſent per ſe entia, & neuter cauſaretur ab alio, ita multi-
tudo eorum eſſet per ſe, & talis multitudo non cauſata poſſet dici quoddam primum in en-
tibus. Ad ſeptimam diceret gentilis illos Deos conuenire in ipſo ente ſecundum vocem
tantum, & differre ſe ipſis: vnde non ſequitur in eis reperiri compoſitionem. Ad vltimam
diceret etiam gentilis, ꝙ alter non ſuperflueret; quia ſicuti iuxta fidem noſtram ponimus
tres perſonas diuinas diſtinctas, & tamen ſancti Patres concedunt, ꝙ ſi eſſet vna ſola perſo-
na tanquam ſuppoſitum abſolutum, puta ſolus pater, adhuc eſſet omnipotens, & poſſet
omnia, quæ poſſunt omnes ſimul; & tamen non dicitur, ꝙ illa trinitas ſuperfluat, & reddi-
tur ratio à Sanctis, quia licet vnum ſuppoſitum ſit per ſe omnipotens; tamen aliunde ſcili- D
Iucunda poſſeſſio non eſt ſine conſortio. cet propter intrinſecam beatitudinem neceſſe eſt talis emanatio; quia nullius rei ſine con-
ſortio iucunda eſt poſſeſſio: eodem modo diceretur in propoſito, ſi eſſent duo Dii indiui-
dui, ꝙ vterque eſſet omnipotens, tamen illa pluralitas requireretur propter beatitudinem;
quia beatitudo non pōt eſſe ſine pari, & ſocio; ex his ergo apparet manifeſte rationes iſtorũ
non eſſe demonſtratiuas, vt ipſi arbitrabantur, propterea aliqui dixerunt concluſionem iſtã
Cap. 6. non eſſe demonſtrabilem, ſed tantum acceptam per fidem, vt ſcripſit Rabi Moyſes libro 3.
Cap. 6. de myſteriis Egiptiorum, ꝙ vnitas Dei accepta eſt à lege Deuteronom. audi Iſrael, dominus
Cap. 3. deus tuus unus eſt, & Eſaiæ, extra me non eſt Deus.

Quo circa vt habeatur veritas huius rei ſciendum eſt primo, fuiſſe opinionem Pythagori
corum ponentium plura principia, quorum alterum non dependebat ex altero, aſſerebant
enim primo eſſe ordinem numerorum, & hi omnes habebant ſuum principium. Secun-
do dicebant eſſe ordinem magnitudinum, & hæ omnes etiam habebant ſuum principium
quod non conueniebat cum principio numerorum. Tertio ſtatuebant ordinem animarũ,
quibus adhuc aliud præferebant principium. Quarto etiam dicebant eſſe ſenſibilia, qui-
bus

A bus præterat principium,& vnum iſtorum principiorum (vt dictum eſt) non dependebat ab alio:immo quodlibet principiorum vocabant Deum,& ita pouebant multitudinem primorum entium, ſiue Deorum; quod etiam ſentiebat Empedocles, qui ſimul cum Pythagora multitudinem Deorum docebat:& ſic etiam gentiles,vt ſcripſit Apoſtolus 1.ad Corin.ſi qui dem ſunt Dii multi,& domini multi:nobis autem &c.contra quam poſitionem Phythagori corum arguit Philoſophus in præſenti textu, quòd ſi daretur pluralitas primorum principiorum,ſequeretur vniuerſum eſſe inconnexum &c. Cap. 8.

Secundo ſciendum eſt, quòd fuerunt quidam, qui appellabantur Gnoſtici, quos ſecutus eſt Apelles, de quo ſcribit Euſebius libro 5.hiſtoriæ Eccleſiaſticę,Hi enim dixerunt duos eſſe Deos,vnum bonum;& alterum malum:& hos imitatus eſt Manichæus, ſub quo magis præualuit,quàm ſub Gnoſticis hic error: propterea ab eo nomen accepit, vt dicatur error Manichęorum. Alii etiam Hæretici fuerunt ponentes duos Deos, quorum pater fuit quidã nomine Cerdon,hic enim,vt docet B.Auguſtinus libro de hæreſibus, poſuit duo principia ſibi aduerſantia,& Deum legis, ac Prophetarum non eſſe Patrem Chriſti,nec eſſe bonum, B nec iuſtum:Alium vero Deum eſſe Patrem Chriſti,& hunc eſſe bonum. Fuerunt etiam quidam Platonici,de numero quorum extitit quidam Hęreticus nomine Valentinus, qui ſectã Platonis religioni Chriſtianę miſcens, figmenta multa & fabuloſa docuit: hic enim aſſerebat duo omnium rerum principia tantum eſſe,quę appellauit profundum & ſilentium:profundum dicebat eſſe patrem,& ex coniugio profundi & ſilentii proceſſiſſe intellectum,& ex intellectu proceſſiſſe verbum,& ex verbo hominem; quę omnia ſunt mere figmenta & mere fabuloſa,vt docet Tertullianus libro de hæreſibus. Cap. 13. Capr 21. Hæreſis Valentini.

Tertio ſciendum eſt,quòd inter omnia,quæ debent credere fideles,hoc eſt primum,ſcilicet quòd ſit vnus Deus,quia quatuor fuerunt illa,ex quibus homines inducti ſunt ad ponẽdum plures Deos. Primum eſt imbecillitas humani intellectus, non valens tranſcendere corporalia,& non credens aliquid eſſe vltra naturam corporum ſenſibiliũ: & ideo quæ pulchriora,& digniora inter ea videbantur,eis attribuebat,& impendebat diuinum cultum, & huiuſmodi ſunt corpora cæleſtia,ſcilicet ſol,& luna,& ſtellæ &c. Secundo prouenit poſitio, de pluralitate Deorum ex adulatione hominum; nam aliqui volentes adulari dominis & re C gibus,honorem Deo debitum,eis exhibebant,obediendo eis,& etiã eis ſe ſubiiciendo,quare & aliquos poſt mortem fecerunt Deos,aliquos autem in vita dixerunt eſſe Deos. Tertio prouenit ex carnali affectu ad filios,& conſanguineos: nam aliqui propter nimium amorem quem ad ſuos habebant,faciebant ſtatuas poſt eorum mortem;& illis ſtatuis diuinum cultũ impẽdebant. Quarto ex malitia Diaboli: ipſe enim ab initio voluit ſe æquiparare Deo,& totus ſuus conatus in hoc exiſtit,vt faciat ſe ab hominibus adorari,& ſacrificia ſibi offerri,nõ quòd delectetur in vno cane vel cato,qui ei offertur, ſed in hoc, quòd ei impendatur reuerentia,ſicut Deo:propterea accepta eſt hæc propoſitio ſub fide, licet oppoſitum huius dicat S. Thomas in expoſitione Epiſtolæ ad Hæbreos,vbi dicit,ꝙ iſta propoſitio, Deus eſt vnus, eſt nota ipſis Philoſophis,& non cadit ſub fide. Adulatio q̄ malum inducit. Cap. 11.

Poſtremo ſciendum eſt,quòd demonſtratio eſt duplex:altera ſimpliciter:& altera ſecundum quid;demonſtratio ſimpliciter adhuc duplex eſt: altera per quam ſcitur eſſe, & cauſa ipſius rei; quemadmodum quando per demonſtrationem aliquis cognoſcit hominem eſſe riſibilem,dicendo,omne rationale eſt riſibile; homo eſt rationalis: ergo eſt riſibilis: hæc D demonſtratio facit ſcire eſſe & cauſam ipſius riſibilis, & vocatur demonſtratio ſimpliciter potiſſima. Demonſtratio vero altera dicitur per quam cognoſcitur cauſa rei, ſed non eſſe, quia videlicet eſſe rei eſt notum: ſed non cauſa, quemadmodum ſi quis videat lunã eclipſari,& ignorat cauſam,& demonſtretur ſibi, ꝙ luna eclipſatur propter interpoſitionem terræ inter ſolem,& ipſam lunam; talis demonſtratio dicitur propter quid dans cauſam tantum, ſed non eſſe:prima dicitur ſimpliciter potiſſima,quia dat cauſam,& eſſe ſimul; demonſtratio autem,quæ ſecundum quid dicitur,vel ſigni,vel quia, vel per effectum, vt quando quis demonſtrat ſtellas fixas eſſe remotas, quia ſcintillant, vel mulieres peperiſſe, quia habent lac in mammillis. Demonſtratio duplex eſt.

Iſtis ſic ſtantibus ponuntur tres concluſiones:quarum prima eſt. Iſta propoſitio, Deus eſt vnus,ſimpliciter cadit ſub fide: probatur, quia non omnes fideles ſciunt ipſam demonſtrare: ergo ſimpliciter inter credenda numerari debet; & hoc eſt quod dicit S. Thomas in opuſculis. Opuſ. 6.

Secunda concluſio. Iſta propoſitio,Deus eſt vnus,reſpectu vnius & eiuſdem non poteſt ſimul eſſe credita & ſcita:probatur,quia de eodem ſecundum idem non poteſt eſſe ſimul in

vno

vno homine ſcientia,& fides: impoſſibile enim eſt idem ſecundum idem formaliter loquẽ A
do eſſe ſcitum,& creditum; quia ſcitum eſt viſum,& creditum eſt non viſum: licet ab vno,
Fides & ſcia & eodem poſſit haberi fides,& ſciẽtia de eadẽ re ſecundum quid, nõ tamẽ ſimpliciter,& ſe
qũo ſtent ſi- cundum idem,formaliter loquendo: quia poteſt eſſe, ꝙ de vna & eadem re aliquis ſciat ali-
mul. quid,& aliquid aliud credat: quẽadmodũ de Deo poterit aliquis doctus Philoſophus ſcire
demonſtratiue,quòd ſit vnus,& credere ꝙ ſit trinus; & hoc pacto S.Tho. ſcripſit ſuper epi
Cap. 11. ſtolam ad Hebręos vbi ſupra,quòd iſta propoſitio, Deus eſt vnus, non cadit ſub fide, quia
eſt cognita à Philoſophis.

Tertia concluſio eſt. Deus eſt vnus,eſt propoſitio demonſtrabilis, non quocunque gene-
re demonſtrationis,ſed demonſtratione ſecundum quid: probatur ex rationibus, quas ad-
q.11.ar.3. ducit S.Tho. in 1.p. quarum prima eſt ab vnitate mundi; quia omnia, quæ ſunt in vniuerſo,
inueniuntur eſſe ordinata ad inuicem, dum quædam deſeruiunt quibuſdam, vt patet ad ſen
ſum,quæ autem diuerſa ſunt in vnum ordinem non conuenirent,niſi ab aliquo vno ordina
rentur,& quia melius eſt multa reduci in vnum ordinem per vnum ordinantem, quàm per B
Multa qũo multos,quia per ſe vnius vnum eſt cauſa, multa enim non ſunt cauſa vnius,niſi per accidens
ſint vnius inquantum ſcilicet ſunt aliquo modo vnum;ſed cum primum mouens, quod eſt Deus, ſit
cauſa. perfectiſſimum per ſe,& non per accidens: ergo oportet quòd hoc primum mouens redu-
cens omnia in vnum ordinem, ſit tantum vnum; & ſic tantum eſt vnus Deus.

Sed aduerte,quòd iſta propoſitio, tantum eſt vnus Deus, poteſt tripliciter exponi. Primo
gratia infinitatis,ſic,vnus eſt Deus & nihil non vnum eſt Deus: ergo tantum eſt vnus Deus.
Secundo gratia alietatis hoc modo, vnus eſt Deus, & nil aliud ab vno eſt Deus: ergo Deus
Senſus rõnũ eſt tantũ vnus. Tertio gratia excluſionis pluralitatis Deorum ſic, vnus eſt Deus,& non ſunt
S.Thom. plures Dii: ergo tantum eſt vnus Deus: & hoc pacto concludunt rationes S. Thomę, inter
quas hęc eſt ſecunda,quæ ſumitur ex infinitate eius perfectionis: quia Deus comprehendit
in ſe totam perfectionem eſſendi, vt eſt communis animi conceptio: ſi ergo eſſent plures
Dii, oporteret eos differre; aliquid ergo conueniret vni, quod non conueniret alteri; & ſic
ille,in quo eſſet priuatio, non eſſet ſimpliciter perfectus, & ſic alicui eorum deeſſet aliqua
perfectio: hoc autem eſt impoſſibile: ergo impoſſibile eſt eſſe plures Deos. C

Tertia ratio ſumitur ex eius ſimplicitate; quia illud, vnde aliquod ſingulare eſt hoc ali-
quid,nullo modo eſt multis communicabile; ſed illud, vnde Sortes eſt homo, multis com-
municari poteſt: illud autem vnde eſt hic homo non poteſt communicari niſi vni tantum: ſi
ergo Sortes per id eſſet homo, per quod eſt hic homo,ſicut nõ poſſunt eſſe plures Sortes,ita
non poſſent eſſe plures homines: hoc autem conuenit Deo,qui eſt ipſamet ſua natura & eſ-
ſentia,ex quibus habetur, ꝙ ſecundum idem eſt Deus,& hic Deus: ergo tantũ eſt vnus Deus
Pluralitas & ſic impoſsibile eſt eſſe plures.

principatuũ Quarta ratio poteſt ſumi ex hoc textu; quia pluralitas principatuum non eſt bona; ſed ſi
mala eſt. eſſent plures Dii, eſſet pluralitas principatuum,quia vnus Deus non eſt ſub alio: ergo non
Cap. 10. ſunt plures Dii. Quinta deſumitur ex 8.ethic. vbi docet Philoſophus, regnum eſſe opti-
mam politiam,in quo melius eſt eſſe vnũ principẽ, quàm plures: ſed vniuerſum eſt quod-
dam regnum,& quædam politia: ergo in ipſo melius eſt ponere vnum principẽ, ideſt Deũ,
quàm plures. Sexta,illud,quod dicitur per ſuperabundantiam, in vno tantum inuenitur;
ſed Deus dicitur per ſuperabundantiam,quòd ſit ſummum bonum, quia impoſſibile eſt eſ- D
ſe duo ſumme bona; igitur Deus eſt tantum vnus. Septima,quod ſufficienter fit vno poſito
melius eſt per vnum fieri, quàm per multa; ſed ordo rerum meliorari non poteſt, non
enim potentia primi agentis deeſt potentiæ, quæ eſt in rebus ad perfectionem: ſufficienter
autem oĩa complentur per vnum primũ principium: ergo fruſtra erit ponere plura prima
principia,& ſic tantum eſt vnus Deus. Octaua, primus motus continuus eſt vnus: ergo pri
mus motor,qui eſt Deus,eſt tantum vnus: antecedens patet; conſequentia probatur, quia
Motus regu- impoſſibile eſt vnum motum continuũ, & ſingula regulantem à pluribus motoribus eſſe: ſi
laris eſt ab enim ſimul mouerent, tunc vterque eſſet imperfectus motor, quod non conuenit primo
uno motore. motori,cum perfectum ſit prius imperfecto; ſi autem non ſimul mouerent, quilibet eo-
rũm quandoque moueret, & quandoque non,& ſic non eſſet vnus motus continuus, & re-
gularis; tum quia vnus motus continuus eſt ab vno motore, & ideo ſi non eſſet ſemper vnus
motor, motus non eſſet vnus; tum quia motor, qui non ſemper mouet, irregulariter inueni-
tur mouere; vt patet in motibus violentis,& naturalibus, vbi motus aliquando eſt velocior,
aliquando tardior.

Nona, primum mouens, quod eſt Deus,eſt omnino abſtractum; ergo eſt tantum vnum;

quia

A quia abſtractum non multiplicatur, quemadmodum ſi daretur albedo ſeparata, illa eſſet tan tum vna, quia multiplicatio non eſt niſi ex recipiente. Decima, proprium cuiuſlibet rei eſt tantum vnum; ſed Deus eſt ſuum eſſe proprium: igitur Deus eſt tantum vnus. Vndecima, primum mouens, quod eſt Deus, potiſſime habet eſſe: igitur eſt maxime vnus, adeo ꝙ in plures diuidi non poteſt: conſequentia probatur, quia eo modo vnaquæq. res habet eſſe, quo poſſidet vnitatem; ideo ſuæ diuiſioni totis viribus repugnat; quia per diuiſionem tēdit in non eſſe. Duodecima, quorumcunque in aliquo genere inuenitur conuenientia, oportet quòd omnia ab illo vno dependeant: videmus enim in quolibet genere inueniri vnū, quod eſt menſura aliorum, & ſic multitudinem ab vnitate procedere; ſed omnia conueniūt in eſſe: ergo oportet vt ſit vnum, quod ſit principium omnium: hoc autem eſt Deus: ergo eſt tantum vnus Deus. Tertiadecima, quod eſt incircumſcriptum eſt vbique, & ſi loca eſſent infinita vbique eſſet; ſed Deus eſt incircumſcriptus: igitur vbique eſt: poſito quòd ſint plures Dii, oporteret vnum eſſe in alio, & ita vnum penetrari ab alio: ſed quod penetratur ab alio non eſt actus purus: quod eſt contra rationem primi entis, ergo non ſunt plures Dii; ſed vnus tantum. Quartadecima, illud, quod eſt tota entitas eminenter ſubſiſtens, eſt nume-

Abſtractum non multiplicatur.

B ro tantum vnum, quia da oppoſitum, tunc non eſſet tota entitas eminenter; ſed primum mo uens eſt huiuſmodi, cum ſit independens: igitur eſt tantum vnum, & hoc concludit Ariſt. in hoc vltimo textu: entia nolunt male diſponi, &c. & loquitur de toto ente etiam increato, de quo ſpecialiter diſputat in hoc libro; & dicit, ꝙ pluralitas principatuum eſt mala, & ideo cōcludit, vnus ergo princeps, & loquitur de vnitate numerali, quia principatus ſpectat ad perſonam, & non ad ſpeciem.

In Deo ſunt omnia eminenter vel formaliter.

Vltima ratio ſit, Deus eſt quo magis cogitari non poteſt; ſed ſi eſſent plures Dij quolibet illorū aliquid maius cogitari poſſet, quia illi plures ſimul aliquid maius eſſent, quàm vous tantum: igitur Deus eſt tantum vous: & hoc pacto concludunt rationes, quas adducit Seneca libro de unitate Dei, quas gratia breuitatis omitto. Sunt etiam & aliæ rationes, quas adducit Cicero libro de natura Deorum, & in Academ. quæſtionib. Plures etiam rationes ſunt, quas adducit Iuſtinus libro de monarchia, & in exortat. ad gentes; ſed quia res eſt manifeſta, propterea illas prætermitto.

Seneca egit de vnitate Dei.

C Et ſi quis diceret, quòd in Deo ponendum eſt omne illud, quod eſt melius ad gubernandum vniuerſum; ſed melius eſt plures Deos eſſe, quàm vnum, quia plura bona paucioribus magis ſunt eligenda, vt docet Philoſophus 3. topicorum: ergo videtur, quòd ſint plures Dii. Ad quod dicendum eſt, quòd verbum Philoſophi debet intelligi de pluribus bonis præſuppoſita æqualitate bonitatis in quolibet bonorum plurium & in quolibet bonorum paucorum, quæ ſunt limitata, modo bonum infinitum, quod eſt Deus, eſt tota bonitas; ex conſequenti impoſſibile eſt eſſe niſi vnum; quia hoc æquiualet omnibus bonis limitatis, & finitis, immo excedit ipſa. Sed contra hanc reſponſionem, quia vnumquodq. tunc perfectum eſt, cum poteſt producere ſibi ſimile, 4. meteo. ſed Deus eſt ens perfectiſſimum & infinitum bonum, per reſponſionem datam: ergo producit alium Deum ſibi ſimilem, & ſic ſunt plures Dii. Reſpondetur, quòd propoſitio Philoſophi intelligenda eſt in rebus iſtis corporalibus generabilibus & corruptibilibus, non autem in æternis: non enim debemus iudicare intelligentiam eſſe imperfectam ex hoc, quòd non generat aliam ſibi ſimilem. Sed contra, quia lux ſpiritualis eſt potentior luce corporali; ſed lux corporalis po teſt lucem ſibi ſimilem producere: ergo à fortiori lux ſpiritualis, quæ eſt Deus, & ſi poteſt,

Cap. 3.

Cap. 1.

D ergo produxit, quia in æternis non differt eſſe & poſſe, vt ſcribit Ariſt. 3. phyſicorum, & acceptatur à Theologis.

Tex. 33.

Sed reſpondetur verum eſſe lucem ſpiritualem eſſe nobiliorem corporali, tamen poteſt eſſe aliquid, quod in natura inferiori dicat perfectionem, & nobilitatem, quod tamen poſitum in natura ſuperiori potius imperfectionem & ignobilitatem diceret, quàm aliquā perfectionem; quemadmodum eſſe iracundū eſt quid nobilitatis, & perfectionis in cane, in homine uero minime: ſed vitium & ignobilitatem poneret, ſic etiam lucem creatam producere ſibi ſimilem dicit perfectionem in ipſa, & hoc pacto in oībus iſtis generabilibus, & corruptibilibus perfectionem dicit in rebus perfectis generare ſibi ſimile, tamen in luce increata, quæ eſt Deus, dicit imperfectionem, quia eſſet contra rationem ſuæ ſummæ ſimplicitatis, & ſuæ infinitæ perfectionis. Hinc non ſequitur eſſe plures Deos,

Perfectio in vno poterit eſſe vitium in alio.

Sed contra; quia omnis perſona diuina eſt Deus; ſed tres ſunt perſonæ diuinæ: ergo tres ſunt Dii. Ad quod dicimus imprimis, hic loqui naturaliter, quia fides Chriſtiana ponit in Deo generationem, quę eſt viuentis à viuente coniuncto ſecundum ſimilitudinem eiuſ-

Generatio diuina qualis eſt.

dem naturę, quæ eſt vna numero, licet perſonæ multiplicentur; ſed iſta generatio tantum fide tenetur, de qua ſcribitur, generationem eius quis enarrabit? Deinde Theologus etiam reſpondet ad hoc argumentum, quòd nomina ſignificantia diuinam eſſentiam ſubſtantiue, ſingulariter, & non pluraliter prædicantur de tribus perſonis; illa autem nomina, quæ dicuntur adiectiue, dicuntur prædicari pluraliter; hinc dicimus vnum Deum, vnum increatum, immenſum, & æternũ: & propterea quia Deus dicitur ſubſtantiue, Theologi dicunt Deum eſſe vnum, licet tres ſint perſonæ habentes deitatem; non tamen ſequitur, quòd ſint tres Dii, vt docet S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 3. A

Sed adhuc non quieſcit animus humanus; quia omnis forma vniuerſalis poteſt communicari pluribus; ſed natura ipſius Dei eſt forma vniuerſalis: ergo pluribus Diis communicari poteſt. Sed dicimus ad hoc, negando maiorem, quia non tenet niſi in illis, in quibus diſtinguitur ſuppoſitum & natura; modo in Deo eſt idem ſuppoſitum & natura, eſſe & exiſtentia, & per idem eſt Deus, & hic Deus: propterea repugnat ei, vt ſua natura multiplicetur. (Eodem Deus eſt Deus, & hic Deus.) Sed contra, quia hæc reſponſio deſtruit totam doctrinam huius libri, in quo Philoſophus quæſiuit de numero ſubſtantiarum ſeparatarum, an ſit ponenda vna, vel plures: & docuit plures eſſe tales ſubſtantias æternas, infinitás, &c. & hę ſubſtantiæ ſunt Dii: ergo plures reperiuntur Dii. B Sed ad hoc argumentum reſpondimus ſupra, diſputantes de infinitate Dei, quia Ariſtot. licet poſuerit plures ſubſtantias ſeparatas, ſimplices, & ęternas, & infinitas extenſiue, immateriales, & mouentes; non tamen poſuit omnes in eadem perfectione exiſtentes, ſed tantum primum mouens voluit eſſe infinitum intenſiue, à quo ceterę intelligentiæ recognoſcunt eſſe, & perfectum eſſe, & ſic primum mouens eſt tantum vnum, quod eſt Deus. (Infinitũ extẽſiue ẽ multiplex.)

Sed contra, quia ſi Deus eſt vnus, aut erit vnus vnitate quæ eſt principium numeri, & hoc non; vt de ſe patet; aut vnitate, quę conuertitur cum ente, & nec etiam hoc eſſe poteſt, quia tale importat priuationem, quę Deo non conuenit: igitur Deus nullo modo poteſt dici vnus. Sed dicimus ad hoc, verum eſſe, vnum ſecundum quòd eſt principium numeri, non dici de Deo, ſed ſolum de his, quę habent eſſe in materia: vnum autem, quod conuertitur cum ente, eſt quoddam metaphyſicum, quod ſecundum eſſe non dependet à materia, & ſic Deus dicitur vnus, idest indiuiſus actu, & potentia, & licet in Deo non ſit aliqua priuatio, tamen ſecundum modum appręhenſionis noſtrę non cognoſcitur à nobis, niſi per modum priuationis, & remotionis; & hoc modo non eſt inconueniens aliqua nomina priuatiua dici de Deo, vt eſt incorporeum, infinitum, & eſſe vnum. (Deus quo agnoſcitur à nobis.) C

Sed contra adhuc, quia ſi hoc modo Deus eſt vnus, pro tanto dicitur prout eſt vnus per ſuam eſſentiam; ſed hoc verificatur de omni ente: quia omne ens eſt vnum per ſuam eſſentiam; ergo hoc non erit proprium ipſius Dei, quòd ſcilicet ſit vnus. Ad quod reſpondetes dicimus, quòd licet omne ens ſit vnum per ſuam eſſentiam, ſeu ſubſtantiam, quia non per rem additam, vt docuimus 4. huius, non tamen ęqualiter ſe habet ſubſtantia quælibet ad vnitatem, quia aliqua ſubſtantia vel eſt compoſita, vel eſt componibilis cum altero, ſolus Deus eſt ille, in quo nulla inuenitur compoſitio, & propterea dicitur vnus. (Dilucid. 1.)

Sed cõtra, quia ſi vnus eſt, cũ ſit princeps totius vniuerſi, q̃ritur, aut principatur principatu deſpotico, vel politico; ſed neutro modo principari põt rebus vniuerſi, non principatu deſpotico, quia iſte eſt ſeruorum, & tunc ſequeretur nullam rem vniuerſi eſſe liberam, quod eſt falſum, quia homo eſt liberi arbitrii, nec principari poteſt principatu politico, quia in illo licitum eſt ſubditis reſiſtere principanti, & contraire ſuę voluntati, & cum res vniuerſi poſſit reſiſtere ipſi Deo: ſequitur quòd nec hoc principatu principari poteſt, & ſic non vnus, ſed plures principes in vniuerſo eſſe debent. (Principatus duplex eſt.) D

Ad quod reſpondentes dicimus Deum principari vniuerſo deſpotico principatu, ſecundum ſimilitudinẽ, ſicut anima principatur corpori, quia non licet corpori reſiſtere animę, ſic etiam nulli rei licet reſiſtere Deo, nec ſequitur ullam rem eſſe liberam, quia ſicut Deus vult rem vnamquanque operari, ita operatur, & quia ſeruire Deo eſt regnare: vnde ſubiici ſummo principi eſt maxima libertas, ſicut etiam ſeruire philoſophię eſt libertas. Sed contra quia in minori mundo, qui eſt homo, ſunt plures principes ęque primi, vt Imperator, & Sũmus Pontifex ergo in maiori mundo per conuenientem ſimilitudinem plures principes principari debent æque primi. Reſpondetur ad hoc argumentum, quòd in homine, qui minor mundus dicitur ab Ariſtotel. 8. phyſicor. etiam tantum vnus princeps dominatur, qui eſt Summus Pontifex, cui omnes Reges, & Imperatores ſubiiciuntur in ſpiritualibus, & temporalibus, & in virtute. (Homo ẽ minor mundus. Tex. 17.)

Sed

A Sed dices,contra,quia hæc reſponſio non eſt vniuerſalis,ſed tãtum in lege Chriſtianorum. Reſpondetur,quòd de iure naturæ omnes homines cuiuſcunque moris, & legis debent eſſe ſub lege Chriſtianorum, ex conſequenti ſub poteſtate ſummi Pontificis,qui modo eſt Gregorius XIII. & licet de facto nõ ſint,de iure tamen & debito debuiſſent eſſe; & propterea errant,& à ratione deficiunt ſi non faciunt:eſt igitur vnus princeps in minori mundo, & in maiori,qui eſt Deus Benedictus in ſęcula. Omnes ſubiciuntur Põtifici maximo.

Entia uero nolunt male diſponi,nec bonum pluralitas principatuum, &c. Tex. 52.

An Deus habeat prouidentiam rerum omnium.

B

Dilucidatio vltima.

SANCTVS Thomas exponens hæc verba aſſerit de mente Ariſto. totum vniuerſum eſſe veluti vnum principatum,& vnum regimen,& ideo oportet ipſum ordinari ab vno gubernante: propterea non immerito quæritur hic à nobis,ſi hic vnus gubernans,qui dicitur Deus, cunctis rebus prouideat, ipſaſque incomprehenſibili ſua ſcientia gubernet,& vt ordinate quęſitum hoc pertractemus,quatuor diſputanda pręmittimus iuxta doctrinã Ariſt. 2.poſteriorum;an ſit prouidentia, quid ſit, quia eſt, & propter quid Tex.1. eſt:illa enim quæruntur,quę ſunt æqualia numero iis,quæ ſcimus. Et inchoando à primo quæſito,an ſit diuina prouidẽtia, dicimus circa ipſum fuiſſe varios errores,& primus fuit il-
C lorum,qui dixerunt omnia prorſus caſu,temerè,ac contingenter euenire nullo excepto,qui error tribuitur Epicuro: tum etiam Empedocli ab Ariſt. 2.phyſi.ac Democrito,& Leucippo, Tex.43. vt habetur 1. huius, cuius ſententiæ denique fuerunt omnes illi Antiqui, qui nullum aliud In prologo. principium præter materiale cognouerunt,ſimiliter & Athei, vt Protagoras, cuius illud fuit argumentum ex Boetio 1.de conſol.philoſ.quòd ſi Deus eſſet,ac prouidentia nullum prorſus eſſet malum: quo deinde ſeducti multi idiotæ ea ntebantur ratione, ſi Deus eſſet,omnia profa.4. poſſet,& niuem facere albam,ac nigram,& ſimul eundem ſedere,& non ſedere;ſed cum hęc ſint impoſſibilia,impoſſibile eſt Deum eſſe & prouidentiam:ita dicebant Critias, & Prodigus,Chius,Hippon,Atheus,Theodorus,Cireneus,& multi alii,de quibus Poeta, & faciunt homines ſimiles formidine diuum. Hunc errorem confutat Cicero lib.1. de nat. Deorum, & Lactantius libro 1. de ira Dei.

Secundus error fuit illorum,qui omnia ſubiiciebant neceſſitati, ita vt aliter euenire non poſſent,& in hoc errore fuit Deodorus præceptor Zenonis;qui hac vtebatur ratione: duarũ propoſitionum contrariarum ſingularium neceſſe eſt alteram eſſe veram,alteram falſam, vt
D nauale bellum futurum,vel non:ex quo deducebat omnia de neceſſitate euenire, cuius erroris etiam fuit Criſippus,qui dicebat nihil fieri ſine cauſa, quam cauſam dicebat eſſe fatũ, Nihil fit ſine cauſa ſm Criſip. licet diuinus Plato hanc neceſſitatem docuiſſet eſſe ſolam diuinam voluntatem, non autem aliquam cauſam inferiorem,& illam appellabat legem ineuitabilem omnium teſte Apuleio in libro de doctrina Platonis. Caldei vero dicebant ſatum eſſe motum ſtellarum omnia neceſſario facientem,vt habetur ex Philone Iudæo libro de migratione Abraæ. Aſtrologi etiã referunt omnem neceſſitatem in ipſos cælorum motus. Alii vero dicunt cauſam neceſſitatis rerum eſse connexionem omnium cauſarum ſimul,& ſuperiorum & inferiorum; ita vt ſi omnes ſimul ſumantur, neceſsario omnia fiant. Alii in quædam oracula, & auguria referebant,vnde variæ artes excogitatę,& inuentę ſunt à demone, vt decipiantur homines circa geomantiam, & alias conſimiles, quem errorem confutat Sanctus Thomas 3. libro contra gentiles. Cap.94.

Tertius error ſuit ipſius Ariſtot. vt aliqui ei imponunt,& quamuis ex verbis eius haberi non poſsit,vt ſcribit S.Thomas 3. contra gentiles: tamen Iuſtinus Martir, & Clemens Cap.75. Alexandrinus 5. ſtromatum, & Gregorius Nazianzenus in diſputatione aduerſus Euno-

mium, & Ambroſius libro 1. de officiis dicant hanc fuiſſe ſententiam Ariſt. Deum habere A
prouidentiam tantum de æternis, & hæc inferiora deridere tanquam caduca, & vilia: ex
Cap. 22. cuius perſona habetur Iob: circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat; Ezechie-
Cap. 9. lis, dereliquit dominus terram, dominus non videt; & Dauidis, dominus in cælo miſericor-
dia tua, & veritas tua vſque ad nubes; quem errorem ſiue ſit Ariſt. ſiue cuiuſcunque alterius
Cap. 75. acerrimis rationibus improbat S. Thomas 3. contra gent.

Cap. 4. Quartus error tribuitur Alexandro 1. libro quęſtionum naturalium, & etiam Auerroi
Com. 37. in hoc libro: quem errorem ſequutus eſt Pomponacius libro 2. de prouidentia, quòd Deus
habet vtique prouidentiam rerum iſtarum ſublunarium, non in particulari, ſed in ſpe-
cie, quia res iſtæ ſublunares dupliciter accipi poſſunt. Vno modo quoad prædicata commu
nia, & competentia eis communiter, & ſic Deus curat illas. Alio modo ſecundum quòd dif
ferunt, hoc eſt ſecundum differentias indiuiduales, & hoc modo non curat, & dicunt hanc
fuiſſe ſententiam Ariſt. nempe Deum intelligere ſingulares res, & curare ipſas ſub ratione
vniuerſali, non autem ſub ratione particulari, ſic etiam exponit Sueſſanus in præſenti libro,
Com. 37. quem errorem adhuc impugnat S. Thom. 1. p. B
q. 22. ar. 1.

Quintus error fuit ipſius Rabi Moyſi, qui in libro de myſteriis Egiptiorum voluit ani-
malia bruta & alia particularia generabilia & corruptibilia non gubernari aliqua prouidē-
tia, niſi inquantum participant naturam ſpeciei, quæ eſt à Deo prouiſa, & ordinata: vnde in
hoc ſequutus eſt opinionem Auerr. & ſic gloſabat auctoritates, quas habemus ex ſacris li-
Pſal. 103. teris de animalib. brutis: qui dat iumentis eſcam ipſorum, &c. & iterum catuli leonum ru-
gientes, &c. de hominibus autem aſſerebat Deum in particulari ipſos agnoſcere, & curare,
& hoc propter ſplendorem intellectus, quo bruta animalia carent, de quibus dicitur, num-
Cap. 9. quid Deo cura eſt de bobus, vt habetur primæ Corinth. Sed hic error etiam maximus eſt,
& contra veritatem, & ſcripturas, quas ipſe profitetur: ſcribitur enim ſapientiæ, attingit à fi-
Cap. 8. ne vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.

Prouidentia triplex eſt ſecundum Platonem.

Sextus error fuit Platonis, qui poſuit (vt narrat Gregorius Niſſenus) triplicem prouiden-
tiam; quarum prima dicebatur ſummi Dei, qui primo & principaliter prouidet rebus in-
tellectualibus, & toti mundo, quantũ ad genera & ſpecies & vniuerſales cauſas, quæ ſunt
corpora cæleſtia. Secunda prouidentia erat, quam habebant Dii, qui circumeunt cælum, C
& hac prouidebant ſingularibus animalium, & planctarum, & rerum generabilium & cor-
ruptibilium, quantum ad eorum generationem, & corruptionem, ceteraſque alias mutatio-
nes. Tertiam prouidentiam habebant quidam demones exiſtentes circa terram, & cuſto-
dientes humanas actiones; hac enim prouidentia prouidentur omnia pertinentia ad huma
nam vitam. Hic enim error intollerabilis etiam eſt, quia remouet à Deo prouidentiam par
ticularium: ſi enim habet immediatam cognitionem ipſorum non ſolum ſecundum quòd
conueniunt in aliquo communi; ſed etiam prout in ſeipſis diſtinguũtur: ſequitur quòd im-
mediate etiam ipſis prouideat.

Et quia omnes iſti errores recitati negant diuinam prouidentiam, licet aliqui ipſorum
ex toto, aliqui vero ex parte: propterea longum eſſet ſingillatim ipſos excludere. Idcirco bre
uitati conſulentes exiſtimauimus veritatem ipſam declarare ex principiis philoſophiæ non
adhærendo doctrinæ Ariſt. aut Plat. ſed explicando abſolute quid tenendum ſit ſecundum
Tex. 51. rei veritatem, vtendo exēplo, quo vtitur Ariſt. in hoc libro de patrefamilias, qui dupliciter
Paterfamilias bifariã prouidet rebus. rebus prouidet, aliquibus propter ſe, aliquibus vero propter alia: ſicut in domo ꝑpter ſe ab
eo prouidentur ea, in quibus eſſentialiter conſiſtit bonum ipſius domus, vt ſunt filii & poſ- D
ſeſſiones, & cetera talia: alia vero prouidentur ad eorum vtilitatem, vt vaſa, animalia, & alia
huiuſmodi; ſic in vniuerſo illa propter ſe à Deo prouidentur, in quibus eſſentialiter conſi-
ſtit perfectio vniuerſi: & hæc habent perpetuitatem, ſicuti & vniuerſum perpetuum eſt: quę
vero non ſunt perpetua non prouidentur niſi propter aliud, & ideo ſubſtantiæ ſpirituales,
animæ noſtræ, & corpora cæleſtia, quæ ſunt perpetua & ſecundum ſpeciem, & ſecũdum in-
diuiduum, ſunt prouiſa à Deo propter ſe, & in ſpecie, & in indiuiduo: ſed res ſublunares, q̃
ſunt generabiles, & corruptibiles non poſſunt habere perpetuitatem niſi in ſpecie, & ideo
Sublunaria perpetuãtur in ſpecie. ipſę ſpecies ſunt prouiſæ propter ſe, at indiuidua eorum non ſunt prouiſa niſi propter con-
ſeruandum perpetuum eſſe ſpeciei, & ex hoc ſaluari poteſt opinio Ariſt. & Auer. & Alex.
qui dixerunt ad huiuſmodi corruptibilia non ſe extendere diuinam prouidentiam niſi ſm
quod participant naturam ſpeciei; hoc enim verum eſt, ſi intelligatur de prouidētia, qua ali-
Tex. 52. qua ꝑꝑ ſe ꝓuidentur, vnde Philoſop. in hoc lib. poſuit exemplũ de exercitu in quo inueni
mus duplicē ordinē, vnũ quo exercitus partes ordinantur ad inuicē; aliũ, quo ordinantur ad
bonum

A bonum exterius .ſ.ad bonum Ducis,& ordo ille,quo ordinantur partes exercitus adinuicē,
eſt propter illũ ordinē,quo totus exercitus ordinatur ad Ducē: vnde ſi nō eſſet ordo ad Ducē
nō eſſet ordo partiũ exercitus adinuicē: quãtuncũq.ergo multitudinē inueniamus ordinatã
ad inuicē oportet eam ordinari ad exterius principium, partes autem vniuerſi corruptibi-
les,& incorruptibiles ſunt adinuicem ordinatæ non per accidens,ſed per ſe; videmus.n. ex
corporibus cæleſtibus vtilitates prouenire in corporibus corruptibilibus, vt ſemper vel in
maiori parte ſecundum eundem modum:ergo oportet omnia corruptibilia,& incorrupti-
bilia eſſe in vno ordine prouidentiæ exterioris principii,quod eſt extra vniuerſum: hinc A-
riſt.concludit,neceſſe eſt ponere in vniuerſo vnum principatum,& non plures,quia prouidē
tia Dei,qua res gubernat,eſt ſimilis prouidentię regis in ciuitate,aut regno, & patrifamilias Prouidentia
in ſua domo,in quibus gubernationibus hoc eſt commune,quòd bonum gentis eſt eminen Dei cui aſſimilatur.
tius,quàm ciuitatis,vel familiæ,vel perſonę,vt ſcribitur 1.ethicorum. Cap.1.

Stante hoc fundamento pono duas concluſiones, per quas fit ſatis huic primo quæſito,
quarum prima eſt. Deus non habet prouidentiam reſpectu ſui ipſius, probatur, quia nihil
B exiſtens in Deo eſt ordinabile ad aliquem finem: ſed ipſe dicitur eſſe finis aliorũ, ergo &c. Prouiſor eſt
antecedens probatur,quia dupliciter poſſumus intelligere aliquem eſſe prouiſorem; vel, duplex.
ſui, vel aliorum. Primo modo aliquis dicitur habere prouidentiam,cum ordinat actus ſuos
in finem vitę ſuę,quo modo Deus nihil ſui ordinat in aliquem finem. Secundo modo,cum
ordinat res ſuas in finem earum,ſiue talis finis rerũ ſit ipſe ordinans,ſiue alius ab ordinãte.

Secunda concluſio eſt. Deus habet prouidentiam de cunctis aliis rebus à ſe: probatur ſic,
præcogitans medium,quo res aliquæ deducuntur in finem præuolitum ab ipſo excogitan-
te,habet prouidentiam de rebus illis; ſed Deus glorioſus pręcogitat medium, quo res om-
nes deducuntur in finem præuolitum ab ipſo: igitur Deus habet cunctarum rerum à ſe ꝓui
dentiam: maiorem declarabimus in ſecundo quęſito: probatur minor; pro cuius probatio-
nis intellectu pręmitto,quòd in qualibet re eſt duplex bonitas,vel perfectio: vna,quę eſt ip- Bonitas rei eſt duplex.
ſum eſſe ſubſtantiale,quo res ipſa ſimpliciter ſubſiſtit in natura: altera dicitur eſſe ordo il-
lius rei in finem,qui ordo aliquando ſumitur pro ipſa relatione, quę neque perfectionem
neque imperfectionem dicit: aliquando pro fundamento,& ſic dicit medium, quo res de-
C ducitur in finem ſuum,nunc ſic,Deus cum ſit cauſa effectiua vtriuſque bonitatis,ergo præ-
cogitat medium: quo res deducuntur in finem vltimum: ergo habet prouidentiam de ipſis
rebus: quòd autem pręcogitet medium,patet,quia eſt agens primum intellectuale produ-
cens res ipſas cum omni earum bonitate,tam prima quàm ſecunda. Probatur ſecundo ſic,
quęcunq. ſunt quomodolibet producta à Deo,ſunt ab ipſo ordinata ad aliquē finē; ſed oĩa
alia à Deo ſunt ab ipſo producta: quia ſolus ipſe eſt ens per eſſentiam, cetera ſunt entia per
participationem: igitur oĩa alia à Deo ſunt ordinata & directa in finem: ex conſequenti ꝓ-
uiſa: Tertio probatur,quòd hęc concluſio ſit de mente Ariſt.& licet aliqui oppoſitũ dicant,
tamen neſcio quomodo poſſint effugere hoc, cum Ariſtot. in pręſenti libro expręſſe teneat Tex.52.
ordinem & diſpoſitionem totius vniuerſi eſſe à Deo: igitur totum vniuerſum erit ab
eo prouiſum: ꝙ autē hęc ſit vera & germana ſententia Ariſt. habetur manifeſte ex verbis
eius docentibus naturam Dei: ait enim,Deus eſt à quo cęlum & natura pendet. Et ſi quis Tex.56.
diceret ad hanc auctoritatem,verum eſſe entia pendere à Deo tanquam ordinata ad finem,
ſed non in genere cauſę efficientis. Contra arguitur ex mutua connexione cauſę finalis &
D efficientis; quia ad quęcunq. ſe extendit cauſalitas finis,ad eadem ſe extendit cauſalitas ef-
ficientis,cum ſint eiusdē ambitus: ſi ergo Deus eſt finis totius cęli,& naturę, igitur efficiēs,
licet non per tranſmutationem,ſed per ſimplicem emanationem,vt alias docuimus. Adde Tex.51.
quòd hic Ariſt.acceptat auctoritatem Homeri aſſerentis: entia nolunt male diſponi: propte
terea eſt vnus princeps,qui eſt Deus: ſi ergo hic princeps diſponit oĩa entia: ergo curam ha
bet de ipſis,aliter ea non diſponeret. Et deinde 1.cęli docuit, ꝙ Deus & natura nihil fru- Tex.32.
ſtra faciunt: ſicut ergo natura ordinate facit res ſuas ꝓpter finem,vt patet 2.phy.ergo à for- Tex.8.
tiori Deus,qui eſt ſapientiſſimus,.Et 1.huius ſcripſit Philoſophus, ſapientis eſt ordinare; le In prologo.
gimus quoq. Ariſt.arguentem contra Empedoclem 1.de aĩa,& 3.huius: quòd niſi Deus co- Tex.80
gnoſceret odium & litem, eſſet minus prudens aliis: ergo de mente Ariſtotel. neceſſe Tex.15.
eſt fateri Deum eſſe feliciſſimum, prudentiſſimum, & ſapientiſſimum: ex conſequen-
ti habere prouidentiam de omnibus: vnde 1.meteoror. docuit mundum hunc inferiorem Cap.2.
lationibus ſuperioribus contiguũ eſſe,vt inde omnis virtus gubernetur, & 2. cæli dixit Deũ Tex.21.
multiplicaſſe motus pp ſalutem mortaliũ: ergo pp finem ordinauit motus; eodē quoq. li- Tex.56.
bro arguēs contra Pythagoram ponentē ſonum in cælis,dixit ꝙ ſi hoc eſſet,mundus non ſer

naretur;& ideo bene natura prouidet,&c. ſi ergo ponit naturam prouidentē:ergo à fortio A
ri ipſe Deus erit prouidens non ſui ipſius per primā concluſionē, cum non ſit ordinabilis
Cap.10. ad aliquem finem:ergo aliorū à ſe. Et 1.lib.ethic.quærit,an felicitas poſſit acquiri per diſci
plinam,vel per aſſuetudinem,vel per exercitium,vel aliquo alio modo, puta ſorte vel for-
tuna,& concludit felicitatē eſſe donū Dei:ſi ergo Deus dat felicitatē hominibus: igitur cu-
Cap.10. ram,& prouidentiā habet de ipſis:& 10.ethi.dicit ꝙ ſi Dii curā habent humanarum rerum,
vt exiſtimatur & creditur,rationabile eſt gaudere optimo,& cognatiſſimo,&c.quid clarius?
Cap.3. & 5.eth.docet,orandos eſſe Deos vt nobis tribuāt bona,ad quid igitur doceret eſſe orandos
Cap.5. Deos,niſi ipſi nobis prouiderēt?Et 1.lib.œconom.laudat coniūctionē maris & feminæ,quā
matrimoniū nūcupamus,quia præordinata eſt ab ipſo Deo,vt ſeruetur humana ſpecies. Ex
his ergo patet intentionē Ariſt. fuiſſe Deum habere ꝓuidentiam de cūctis rebus; & illi qui
imponunt ſibi oppoſitū,intelligendi ſunt in hoc ſenſu,ꝙ non Ariſtot.ſed ſuus Comment.
Auerr.docuit Deū non habere ꝓuidentiam de iſtis rebus particularibus generabilibus &
corruptibilibus,vt ſcribit S.Tho.1.ſent. Et ſi dicis, oīs ꝓuidentia eſt cū labore & faſtidio;
diſt. 39.q.2. art.2. ſed hæc ſunt à Deo remouenda:igitur prouidentia non eſt in Deo. Reſpondetur,ꝙ hoc cō B
cludit de prouidentia humana,qua homo prudens ordinat actus ſuos ad finē vitæ ſuæ, ſine
reſpectu aliorū ſibi ſubiectorū in familia,vel ciuitate,vel regno.Et ſic etiam ſoluitur alia dif-
Cap.4. ficultas,quę oriri pōt ex verbis Ariſt.6.ethic. nam prouidentia eſt pars prudētiæ,quæ eſt cō-
ſiliatiua,hęc autem Deo competere non pōt,qui nullum dubium habet,vnde conſiliari o-
Deo cōſiliū non conuenit. porteat:& propterea ꝓuidentia Deo conuenire non pōt:concludit vtrinq. hæc ratio; ꝙ Deo
non conuenit ꝓuidentia humana,q̄ eſt cum ſollicitudine,cum diſcurſu,& conſilio,& inqui
ſitione de rebus dubiis, ſed ꝓuidentia conueniēs Deo glorioſo eſt alterius rationis ab iſta.
Nicolaus Pacca. Vt erudite ſatis docet excellētiſſimus dñs Nicolaus Anellus Pacca Neapolitanus philoſoph⁹
eruditiſſimus,qui modo lecturam metaphyſicę diſciplinæ in almo Neapolitano Gymnaſio
publice profitetur, aſſerens in ſua prima endixi,quod in naui gubernator eſt, quod in curru
agitator,quod in choro præcentor,qđ deniq. lex in ciuitate, & dux in exercitu, hoc Deus
eſt in mundo,niſi hoc intereſt,ꝙ labor & motus multiplex illos exercet,& curæ angunt va-
riæ,cum huic elaborata ſuccedant oīa,omnis moleſtiæ expertia,citraq.corporis infirmitatē,
quippe cui in loco ſtabili imotoque collocato oīa mouere, & circumagere pro arbitratu li- C
ceat,quo libitum eſt,cumque,& qmo libitum,idque diuerſis in formis atque naturis.

Inueſtigādū eſt modo de ſcđo q̄ſito,quid eſt: hoc aūt q̄ſitū quid eſt pōt eſſe duplex.ſ.quid
nōis,& quid rei. Quoad quid nominis ꝓuidentia dicitur à ꝓuideo ꝓuides quaſi procul vi-
dens:vnde Boetius 5.de conſol.philo. dicebat, ꝙ prouidentia dr̄ eo qđ porro à rebus infi-
mis conſtituta quaſi ab excelſo rerū cacumine ꝓſpiciat. Quoad quid rei eo modo quo ꝓui-
dentia ipsū habere poteſt 4.de conſ.philo.idē Boetius dicit,ꝙ prouidentia eſt ipſa diuina ra
quæſt.13. tio in ſummo oīum principe conſtituta,q̄ cuncta diſponit. Beatus Auguſt.lib. 83. q̄ſtionū
docuit,ꝙ ꝓuidentia eſt lex incōmutabilis,q̄ oīa mutabilia pulcherrima gubernatione mo-
deratur. Damaſcenus 2.lib.fidei orthodoxę dixit, prouidentiā eſſe Dei voluntatē, per quā
Cap.5. q.1.art.1. oīa,q̄ ſunt,conuenientē diſpoſitionē ſuſcipiunt. S.Thom. 1. p. aſſerit ꝓuidentiam eſſe ra-
tionem rerum ordinandarum in finem. Sed magiſtralis definitio ipſius prouidentię pote-
rit eſſe hęc.ſ. prouidentia eſt excogitatio modi, quo res aliqua commode aſſequi poteſt finē
pręuolitum ab ipſo excogitante.

Modus agentis volūtarii. Prouidus qs dici debeat. Pro maiori intelligentia huius rei ſciendū eſt primo,ꝙ agens voluntarium primo per in D
tellectum appręhendit finem aliquem puta ſanitatem. Secundo per voluntatem acceptat, a-
mat,& deſiderat illum finē. Tertio voluntas imperat intellectui, vt cogitet modum opor-
tunum ad conſequendum finem illum,prę ſertim quando ille finis eſt abſens. Quarto in-
tellectus obedit imperio voluntatis excogitando modū illum opportunū,quo haberi poteſt
ille finis. Quinto voluntas acceptat illum modum ſic excogitatum. Sexto imperat poten-
tiis motiuis,vt incipiāt agere conformiter illi modo excogitato ab intellectu. Septimo de-
nique agens operatur,inter hęc oīa quartum dicitur eſſe proprie, & formaliter prouidētia:
quia ſic eſt cōis vſus loquentiū,vt ille dicatur prouidus,qui bene cōiecturat de mediis con-
ferentibus ad habendum aliquem finē,vnde dicimus in aliqua ciuitate factā eſſe prouiſio-
nem bonam,quando collata ſunt omnia requiſita ad defenſionem ciuitatis, volumus enim
defenſionem ciuitatis tanquam finem excogitando quæ ſunt vtilia ad ipſam conſequen-
dā:& excludendo omnia,quæ impedire poſſunt. Vltimo incipimus operari ad ea,q̄ excogi
tata ſunt. Ex his ergo apparet quid ſpectet ad prouidentiam & quid non: vnde Cice-
Cap.vltimo. ro 2.lib. Retho. voluit prouidentiā eſſe qua vnuſquiſq. cognoſcit futurū antequā eueniat.

Secun-

A Secundo ſciendum eſt quòd ea, quæ dicuntur de Deo propter imbecillitatem, & infirmitatem noſtri intellectus cognoſcere non poſſumus, niſi ex his quæ apud nos ſunt: & propterea vt perfectius cognoſcatur quid ſit prouidentia Dei, videndum eſt, quid ſit pronidentia quæ eſt in nobis: de qua loquens Cicero 2. libro veteris Rethoricæ ait, prouidentiam noſtram eſſe partem prudentiæ, quaſi eius completiuam, quia aliæ duæ partes, ſcilicet memoria præteritorum, & intelligentia præſentium non ſunt niſi quædam præparationes ad actū prudentiæ, quæ prudentia eſt recta ratio agibilium à nobis, quæ agibilia dicuntur actiones, quæ non progrediuntur extra agentem, ſed actus ſunt perficientes ipſum: ſicut caſte viuere, patienter ſe habere, & huiuſmodi, & recta ratio iſtorum dicitur prudentia.

Prouidentia ſecundū Ciceronē quæ eſt.

Tertio conſiderandum eſt, quòd in iſtis agibilibus duo occurrunt contemplanda, ſcilicet finis & id quod eſt ad finem: prudentia preciſe dirigit in ea, quæ ſunt ad finem, ex hoc.n. dicitur aliquis prudens, quia eſt bene conſiliatiuus: conſilium autem non eſt de fine, ſed de his, quæ ſunt ad finem: ſed finis agibilium dupliciter præexiſtit in nobis, ſcilicet per cognitionem naturalem de fine hominis, quæ quidem naturalis cognitio pertinet ad intel-

Finis bifariā præexiſtit ī agente.

B lectum. Alio modo quantum ad affectionem, & ſic finis agibilium eſt in nobis per virtutes morales, per quas homo afficitur ad iuſte viuendum, vel fortiter, vel temperate, quod eſt quaſi finis proximus agibilium: ſimiliter etiam ad ea, quæ ſunt ad finem perficimur & quātum ad cognitionem per conſilium, & quantum ad appetitum per electionem, & in his dirigimur per prudentiam; ſpectat igitur ad prudentiam aliqua ordinate diſponere ad finem; & iſta diſpoſitio eſt per modum cuiuſdam ratiocinationis, cuius principia ſunt fines.

Quarto eſt notandum, quòd ex his trahitur tota ratio prędicti ordinis in omnibus operabilibus, vt patet manifeſte in artificiatis, & ideo ad hoc vt aliquis ſit prudens requiritur ꝙ bene ſe habeat circa ipſos fines: nō enim poteſt eſſe recta ratio niſi principia rationis ſaluentur; & ideo ad prudentiam requiritur & intellectus finium, & virtutes morales, quibus affectus recte collocatur in fine; & propter hoc oportet omnem prudentem eſſe virtuoſum, & quia in omnibus viribus, & actibus animæ ordinatis hoc eſt commune, vt virtus primi ſaluetur in omnibus ſequentibus, & propterea in ipſa prudentia quodammodo includitur & volūtas q̄ eſt de fine, & intellectus, qui eſt cognitio finis: per hæc videtur aliquā-

Prudentia q̄ requirit.

C tulum nota prouidentia Dei, quia ſcientia communiter ſe habet ad cognitionem finis, & eorum, quæ ſunt ad finem: per ſcientiam enim ipſe Deus cognoſcit ſe & creaturas: ſed prouidentia pertinet tantum ad cognitionem eorum, quæ ſunt ad finem ſecundum quod ordinātur in ipſum: & ideo prouidentia Dei includit ſcientiam & voluntatem, tamen eſſentialiter manet in cognitione non quidem ſpeculatiua, ſed practica: & hinc eſt quòd voluntas ſe habet vt imperans, intellectus vt dirigens, potentia vero vt exequens: quod manifeſtius exprimi pōt per hoc exemplum de principe alicuius ciuitatis, qui intendit ordinare per cōuenientia media, & leges optimas, ſubditos ſuos in debitum finem, vt ſcilicet operentur in ciuitate, & pacifice viuant, &c. poſtquam ſic ordinauit & diſpoſuit in mente ſua, conſtituit ſuper ſubditos ſuos particulares gubernatores, & officiales, quibus tradit ordinatas leges, vt faciant eas à ſubditis obſeruari. Sic Deus glorioſus vt ſummus Princeps ordinauit in mente ſua quòd omnes res per conuenientia media tendāt in ſuum finem, & operentur ſecundum conuenientiam naturę ſuę, puta quòd ignis aſcendat, quòd graue tendat deorſum, quòd vnumquodque animal generet ſibi ſimile, &c. & hęc ordinatio dicitur

Voluntas e cauſa imperans.

D diuina prouidentia, vnde ſic definitur. Prouidentia eſt ordinatio rerum in finem per conuenientia media in mente ſummi principis, id eſt Dei conſtituta: hanc ordinationem obſeruandam tradit Deus ſecundis cauſis dominantibus his rebus corruptibilibus, vt Rethoribus & Gubernatoribus: iſtę cauſæ ſecundę dominantes in mundo inferiori ſunt planetæ & alia ſydera, quę vario ſuo influxu, & motu, & coniunctione, & aſpectu cauſant hęc inferiora corruptibilia: hęc igitur ordinatio vt committitur cauſis cęleſtibus obſeruanda & exequanda dicitur fatum: verbi gratia Deus ordinauit in mente ſua Socratem naſciturū, tanto tempore victurum, talē artē executurum, excogitatio huius ordinis eſt prouidentia: quòd vero naſcatur Socrates, & tanto tēpore viuat, & ad talē artē inclinetur, hoc eſt impoſitū corporibus cęleſtibus tanquam cauſis ſecundis, vt exequantur huiuſcemodi ordinem; & hęc executio uocatur fatum, vnde ita definiri ſolet, fatum eſt executio diuinę prouidentię corporibus cęleſtibus inſerta, per quam res ſublunares mouentur in ſuos fines præordinatos, & ſic prouidētia differt ab ipſo fato: ſemper enim ratio, modus, & conditio rei ordinatę ad aliquid, ſumitur ex illo ad quod ordinatur: vnde quia calamus ordinat' ad ſcribēdū, idcirco dicimus calamū habere talē cōditionē, vt poſſit deſeruire ſcriptori, & quia actus ꝓuidentię

Prouidentia quid ſit.

Fatum eſt executio prouidentię.

eſt ex-

eſt excogitare promouentia in finem optatum: idcirco ad ipſam ſpectabit iudicare de conditione earum rerum, vt ipſę poſſint promoueri in finem, & iudicabit media habere inter ſe talem ordinem vel proportionem, vt ſint apta promotioni ipſius finis, & remotioni impedimentorum: ſed talis ordo ſeu proportio mediorum inter ſe proprie dicitur diſpoſitio, ſicuti ſolemus dicere, ars ſcribendi diſponit calamum ad recte ſcribendum, & hic modus lo- A

Tex. 22.

quendi poſitus eſt ab Ariſt. 2. phyſic. vbi dicitur quod ars vſualis iudicat de arte factiua, & ars factiua de arte diſpoſitiua materiæ, & ratio vtriuſque eſt, quia ex vſu rei cognoſcitur qualis debeat eſſe eius forma, & ex forma cõſpicitur qualis debeat eſſe materia: & propterea recte dictum eſt, quòd prouidentia in Deo nominatur ratio ordinis rerum in finem; ſed hęc ra-

Ratio ordinis cui competat.

tio eſt excogitatio illius modi, quod ita probari poteſt: completiuum rationis formalis prudentiæ eſt excogitatio mediorum, quibus commode conſequimur finem, ſed prouidentia in nobis eſt vltimum completiuum rationis prudentię; igitur abſolute prouidentia

Cap. 6.

eſt excogitatio talium mediorum: maior patet ex Ariſtot. 7. ethicorum volente proprium eſſe ipſius prudentiæ conſiliari de conferentibus ad finem: minor etiam fuit manifeſtata

Cap. vltimo.

ſuperius ex definitione tradita à Cicerone 2. Rethori. B

Ex his colligendæ ſunt modo aliquæ veritates: quarum prima eſt. Prouidentia pertinet ad intellectum: probatur quia eſt ratio, ſeu præconceptio, ſiue excogitatio: ſed hæc omnia ſũt actus ipſius intellectus: ergo prouidẽtia formaliter loquẽdo ſpectat ad ipſum intellectũ.

Secunda veritas eſt. Prouidentia eſt cognitio practica. probatur quia eſt rectificatiua operis exterioris, & executionis potentiæ motiuę, vt patet ex dictis. igitur prouidentia eſt practica cognitio.

Tertia eſt. Prouidentia diſtinguitur à diſpoſitione. probatur quia ars principalis diſtinguitur ab arte vſuali, & factiua ipſius materię: ſed prouidentia eſt veluti ars principalis, diſpoſitio veluti ars vſualis: igitur prouidentia diſtinguitur à diſpoſitione.

Quarta eſt. Prouidentia diſtinguitur à fato. probatur quia fatum eſt diſpoſitio inhę-

Differentia quadruplex inter fatum & prouidẽtiã

rens rebus mobilibus, per quam prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus, vt ait Boetius 4. de conſolat. philoſophię, ex qua definitione quadruplex differentia ſumitur inter fatum, & prouidentiam: prima ex parte ſubiecti in quo eſt: eſt enim prouidentia in Deo, fatum autem in cauſis ſecundis. Secunda ex parte cauſalitatis, quia fatum dependet ex prouidentia, C & in ipſam reducitur, & non econuerſo. Tertia ex parte durationis, quia prouidentia eſt æterna, fatum autem temporale, quod enim Deus ab ęterno diſpoſuit & prouidit fato temporaliter ſubminiſtrat. Quarta ex parte ſubiectionis, quia non omnia ſubduntur fato, vt ſunt illa, quę immediate à Deo procedunt abſque ordine cauſarum ſecundarum, & generaliter quanto aliqua ſunt viciniora Deo, tanto minus ſubduntur fato, attamen omnia ſubdũtur Diuinę prouidentię.

Vltima veritas, quę deducitur ex dictis. Prouidentia nedum dicit ordinem medio-

Peruẽtio ad finem a quo eſt.

rum ad finem, ſed etiam conſecutionem ipſius finis, ſeu peruentionem ad finem; & hoc loquendo de ipſa prouidentia ſecundũ ea, quę pręſupponit; ſupponit enim volitionem efficacem finis: nam ille, qui ordinat media in finem, pręſupponit velle efficaciter ipſum finẽ, & ſub hac ratione prouidentia in Deo importat conſecutionẽ finis, non tamen in nobis quia in nobis efficax volitio finis poteſt fruſtrari nõ perueniendo ad finẽ, tñ in Deo infallibiliter ſubſequitur effectus per volitionem efficacem finis; & hac de cauſa prouidentia in ſpeciali, quę realiter eſt prędeſtinatio, dicunt Theologi, quòd non ſolum importat ordinationem mediorum ad finem, ſed etiam ipſam conſecutionem finis, & hoc voluit expreſſe D

q. 22. art. 1.

Caietanus in 1. p. Sancti Thomę, quia prouidentia pertinet ad uoluntatem conſequentem: ſed voluntas conſequens dicit conſecutionem finis: ergo prouidentia importat conſecutionem finis. Deinde prouidentia Dei eſt efficax & infallibilis, & non poteſt fruſtrari: ergo dicit conſecutionem finis: probatur conſequens, quia in hoc diſtinguitur prouidẽtia humana à diuina, quòd humana eſt fallibilis, & quandoque applicando media non cõſequitur finem, ſed fruſtratur; tamen prouidentia diuina nunquam fruſtratur: ergo non ſolum importat ordinationem mediorum, ſed etiam conſecutionem ipſius finis. Et hoc

Cap. 24.
q. 22. art. 2. & 4.
q. 6. art. 1.

etiam voluit S. Thom. 2. contra gentes; & 1. p. ſi autem loquamur de ipſa prouidentia ſecundum ea, quę formaliter, & directe importat, tantummodo dicit ordinationem mediorum in finem, ſiue finis ſubſequatur ſiue non: & hoc etiam voluit S. Thomas in diſputatis de veritate, vbi dicebat prouidentiam diſtingui à prędeſtinatione, quia prouidentia dicit ordinationem mediorum in finem, vnde ſe extendit ad omnia, quę à Deo in finem aliquẽ ordinantur: prędeſtinatio autem nedum reſpicit ipſum ordinem mediorum, ſed etiam exi-

tum, &

A tum, & euentum ordinis, cum non ſit niſi eorum, qui gloriam conſequũtur: & hãc veritatẽ ſecutus eſt etiam Durandus in 1. ſent. & de facto ita res ſe habet, quia in nobis prouidentia ſolum dicit applicationem mediorum ad finem: ergo & in ipſo Deo: antecedens probatur, quia ſi aliquis nomo applicaret media & ordinaret ad ipſum finẽ, diceretur prouidus, licet finis non ſequatur: ergo prouidentia formaliter & directe importat tantum ordinem mediorum ad finem, & non exitum vel euentum ipſius ordinis. Adde ſpecialiter de prouidẽtia Dei, per quam homines omnes ordinantur ad beatitudinem, & ita Deus omnibus prouidet, & tamen non omnes conſequũtur ipſam beatitudinem: ergo prouidentia diuina non dicit conſecutionem finis; quod patet etiam ex his, quæ communiter ei conueniunt; conuenit enim prouidentiæ, vt ſit pars prudentiæ; ſed prudentia ſolum verſatur circa media: ergo & prouidentia tantummodo dicit ordinem mediorum ad finem.

dist. 40. q. 1. ar. 2.

Deus oĩbus prouidet.

Et ſi quis diceret, ex hac veritate ſequitur prouidentiam eſſe formaliter in volũtate, quod eſt contra illud, quod dictum eſt in prima veritate collecta ex dictis: ibi enim dicebatur prouidentiam pertinere ad intellectum: conſequentia probatur, quia ordinare media ad finem B & velle efficaciter ipſum finem & conſequi ipſum: ſpectat ad voluntatem: igitur & prouidẽtia ipſa ad voluntatem attinebit. Reſpondetur ꝙ ad actum prouidentiæ & voluntas & intellectus concurrunt: amore enim finis, quem volumus vel nobis vel alteri monemur ad excogitandum media, quibus in finem illum peruenire poſſimus: vnde ſequitur quòd talis excogitatio ſit effectus intellectus vt obiicientis ipſam prouidentiam; eſt etiam effectus voluntatis vt applicantis intellectum ad talem actum: non ergo ſequitur prouidentiam eſſe tantummodo in voluntate, nec tantummodo in intellectu, cum ſit effectus vtriuſque diuerſimode, vt dictum eſt.

Excogitatio cuius eſt effectus.

Quoad tertium quæſitum, quia eſt, manifeſtandę ſunt proprietates ipſius diuinę prouidentiæ, inter quas hæc eſt prima. Deus immediate prouidet omnibus quoad rationem ordinis: quantum vero ad executionem non immediate, ſed per aliqua media: probatur quia Deus habet in ſuo intellectu rationem omnium etiam minimorum; & ſic per ſe ipſum prouidet omnibus quoad rationem ſtatuti ordinis: ꝙ autem per aliqua etiam media exequatur hunc ordinem, probatur, quia inferiora gubernat per ſuperiora non propter defectum ſuæ C virtutis, ſed propter abundantiam ſuæ bonitatis, vt dignitatem cauſalitatis etiam creaturis communicet, & ex hac proprietate ſoluitur illa difficultas; quam aliqui mouere ſolent. quicquid dignitatis & perfectionis eſt, Deo eſt attribuendum: ſed ad dignitatem alicuius Regis pertinet habere miniſtros, quibus mediantibus ſubditis ſuis prouideat: ergo multo magis Deus non immediate rebus omnibus prouidet. Ad quam dicimus verum eſſe, ꝙ habere miniſtros exequtores ſuæ prouidentiæ pertinet ad dignitatem Regis, ſed non habere rationem eorum, quæ per eos agenda ſunt, eſt ex defectu ipſius: omnis enim ſcientia operatiua tanto perfectior eſt, quanto magis particularia conſiderat in quibus eſt actus: vnde quoad aliquid verum dicit; videlicet quoad executionem ſtatuti ordinis: quoad rationem autem ipſius ordinis falſum dicit.

Cur Deus p ſuperiora gubernat inferiora.

Secunda proprietas eſt Deus per ſuam prouidentiam non excludit malum naturalis defectus, pœnę, & culpæ: patet hoc, qui Deus ſua prouidentia non excludit operationẽ cauſarum ſecundarum; contingit autem prouenire defectũ in effectu pp defectũ cauſæ ſecundæ agentis abſq; eo ꝙ ſit defectus in primo agente, ſicut cũ in effectu artificis habentis perfecte D artem contingit aliquis defectus propter defectum inſtrumenti, & ſicut hominem cuius vis motiua eſt fortis, contingit claudicare non propter defectum virtutis motiuæ, ſed propter curuitatem tibiæ, & ſic in his, quæ aguntur, & gubernantur à Deo contingit aliquem defectum, & aliquod malum inueniri propter defectum ſecundarum cauſarũ, licet in ipſo Deo nullus ſit defectus; & hoc cadit in bonum totius vniuerſi, quia corruptio vnius eſt generatio alterius, per quam conſeruatur ſpecies, & nec eſſet vita leonis niſi fuiſſet occiſio ouium; de malo culpæ etiam patet, quòd permiſſio eius eſt intenta propter integritatem, & perfectionem vniuerſi, licet malum culpę in ſe non ſit intentum à Deo, nec per ſe nec per accidẽs ſed permiſſio eius eſt ab eo intenta, & hoc propter ſuauem diſpoſitionem creaturarum intellectualium: Et ex hoc ſoluitur difficultas illa maxima, qua aliqui conati ſunt ſubtrahere prouidentiam horum inferiorum à Deo; quia omnis ſapiens prouiſor excludit defectũ & malum quantum poteſt à rebus, quibus prouidet: ſed in rebus iſtis ſublunaribus videmus contingere multa mala: ergo aut Deus non poteſt ipſa impedire, & ſic non eſſet infinitus: aut rebus iſtis non prouidet. Hęc enim ratio concludit vtique de illo, qui prouidet rebus particularibus; hic enim excludit defectum ab eo, quod eius curę ſubditur quantum poteſt;

Defectus ex qua cã prouenit.

Culpa nec p ſe nec p accidens eſt à Deo.

ſed

ſed non concludit de prouiſore vniuerſali, qui eſt Deus: hic enim permittit quoſdam defe- A
ctus eſſe in particularibus rebus ne impediatur pulchritudo & perfectio totius vniuerſi: vn
de eſt diuulgatum dictum Auguſtini in Enchirid. q Deus omnipotens nullo modo ſineret
Ex malo eli- malum aliquod eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotens & bonus, vt benefa
citur bonũ. ceret etiam de malo.

Tertia proprietas eſt. Deus ſua prouidentia non excludit contingentiam, nec neceſſita-
tem à rebus: probatur, quia ad diuinam prouidtẽiam pertinet vt gradus entium, qui poſſi
biles ſunt, adimpleantur: eus autem diuiditur per contingens & neceſſarium, & eſt
Tex. 13. per ſe diuiſio entis, vt habetur 5. huius: ſi ergo diuina prouidentia excluderet contin-
gentiam aut neceſſitatem, non omnes gradus entium conſeruarentur. Adde quia in his, quæ
prouidentia debite reguntur, non debet eſſe aliquid fruſtra, cum igitur manifeſtum ſit cau-
Cauſa cõtin ſas aliquas eſſe contingentes ex eo quod impediri poſſunt, vt non producant ſuos effectus
gens põt im patet q contra rationem prouidentiæ eſſet omnia ex neceſſitate prouenire, & ſic diuina pro
pediri. uidentia non imponit neceſſitatem rebus excludendo contingentiã, quia ipſa ſubtracta ſub
traheretur omnis motus, & omnis generatio & corruptio. Et ex hac proprietate ſoluitur B
id, quo aliqui detencti dicebant neceſſariorum non eſſe prouidentiam, quia cum prouidẽ
tia ſit pars prudentiæ, illorum non eſt prouidentia, quorum non eſt prudentia: ſed neceſſa-
riorum non eſt prudentia, quæ eſt ſolum de contingentibus, de quibus eſt conſilium & ele-
Cap. 4. ctio, vt patet ex 6. ethicorum: cum igitur in entibus multa ſint neceſſaria: ſequitur eorum nõ
eſſe prouidentiam. Sed reſpondetur q prudentia humana non ſe extendit niſi ad contin-
gentia, nec ad illa omnino, ſed ſolum ad illa quæ poſſunt per hominem fieri vel impediri,
Homo non & quia homo non eſt factor rerum naturalium, & neceſſariarũ, propterea ad ipſa non ſe ex-
eſt factor ne tendit humana prouidentia; Deus autem cum ſit factor rerum, quas neceſſarias dicimus, li-
ceſſariorum. cet libere & non neceſſario productæ ſint à Deo; ideo res neceſſarię ſubſunt diuinæ proui-
dentiæ inquantum eis ſciens, & libere volens contulit ea, quę ſunt expedientia ad conſecu-
tionem ſui finis.

Soluitur etiam & aliud quo aliqui nitebantur excludere contingentiam à rebus: hi enim
ſic argumentabantur: omnis effectus, qui habet aliquam cauſam per ſe, quæ iam eſt vel fuit,
Tex. 6. ad quam de neceſſitate ſequitur, prouenit neceſſario, vt habetur 6. huius: ſed prouidentia C
Prouidentia Dei cum ſit æterna præexiſtit, & ad eam ſequitur effectus neceſſario, quia non poteſt diuina
Dei non fru prouidentia fruſtari: ergo diuina prouidentia neceſſitatem imponit rebus, & ſic nulla eſt cõ-
ſtratur. tingentia. Ad quod reſpondet S. Thomas, quòd effectus diuinę prouidentiæ non ſolum
eſt aliquid euenire quocunque modo, ſed aliquid euenire vel contingenter, vel neceſſario, et
ideo euenit infallibiliter, & neceſſario, quod diuina prouidentia diſpoſuit euenire infallibi
liter & neceſſario; & euenit contingenter quod ratio diuinæ Prouidentię habet vt contingẽ
ter eueniat; vnde quibuſdam effectibus præparauit cauſas neceſſarias, vt neceſſario eueni-
rent: quibuſdam vero cauſas contingentes, vt euenirent contingenter ſecundum conditio-
nem proximarum cauſarum. Sed hęc reſponſio adhuc patitur difficultatem, quia omne
prouiſum à Deo neceſſe eſt eſſe: ſed nullum contingens futurum eſt neceſſe eſſe: ergo
nullum contingens futurum eſt prouiſum à Deo. Ad quod reſpondendo dicimus, quòd
Prouiſa à ea, quæ ſunt prouiſa à Deo eſſe neceſſaria contingit dupliciter. Vno modo in ſe ipſis. Alio
Deo bifariã modo vt ſubſunt diuinę ſciẽtię, primo modo negandum eſt omnia eſſe neceſſaria prout cõ
conſideran- ſiderantur in ſe ipſis, & in propriis naturis, quod aliqui dicunt de re, & in ſenſu diuiſo. ſed D
tur. ſecundo modo, vt ſubſunt diuinæ prouidentię & ſcientiæ, qđ aliqui dicunt de dicto & in
ſenſu compoſito dicendo, hoc dictum à Deo & prouiſum eſt neceſſarium, concedimus oĩa
eſſe neceſſaria vt prouiſa non neceſſitate conſequentis, ſed neceſsitate conſequentiæ; & hæc
reſponſio eſt realiſsima, quia aliquid tribui poteſt lapidi in ſe, quod non tribuitur lapidi vt
eſt à me intellectus; dicimus enim has propoſitiones ambas eſſe veras, lapis ĩ ſe eſt materia-
De una re lis, & lapis intellectus à me eſt immaterialis; ſic etiam, Sortes legit, eſt propoſitio cõtingẽs,
cõtraria enũ ſed Sortes modo legens prouiſus à Deo vt legat in præſenti tempore, eſt propoſitio neceſſa
ciari poſsũt. ria: non ergo eſt inconueniens, vt dicunt Theologi, aliquid eſſe in ſe contingens, & in ordi-
ne ad diuinam prouidentiam eſſe neceſſarium.

Quarta proprietas. Diuina prouidentia non excludit à rebus caſum & fortunam: pro-
batur, illud non excluditur à rebus, quod prouenit ex concurſu diuerſarũ cauſarũ particula
rium: ſed caſus & fortuna proueniunt ex concurſu duarũ vel pluriũ particularium cãrum:
igitur proprietas vera; probatur minor ſuppoſita diſpoſitione cauſarum oportet vnam alte
ri quandoque concurrere, per quam impediatur vel iuuetur ad producendum ſuum effe-
ctum.

A ctum,& ex hoc contingit aliquid caſualiter euenire, dum finis non intentus prouenit ex cōcurſu alicuius cauſæ;ſicut inuentio debitoris ab eo, qui ibat ad forum cauſa emendi aliquid prouenit ex hoc,quòd debitor etiam ad forum venit, ꝙ autem debitor ibat ad forum nō hac intentione iuit vt eſſet inuentus à creditore,ſed vt aliquid emeret ; inuentio igitur debitoris à creditore fuit caſualis per comparationem ad ipſum debitorem,quia pręter eius intentionem venit;cum ergo diuina prouidentia hæc non excludat:ſequitur ꝙ non excludat caſum & fortunam ; Et confirmatur quia prouidentia non tollit cauſas per accidens ab vniuerſo: ergo nec caſualia & fortuita:antecedens patet:conſequentia probatur, quia caſualia , & fortuita proueniunt ex cauſis per accidens. Et ex hac proprietate ſoluitur ratio illorum , qui ſubtrahebant à diuina prouidētia iſta corruptibilia , qui ita ratiocinabātur:nullū prouiſum eſt caſuale,ſed ſtante iſta veritate,ꝙ oīa ſunt prouiſa à Deo ; tunc nihil erit fortuitum, & caſuale;& non animaduertebant diſcrimen, quod reperitur inter cauſam vniuerſalem & particularem:quia ordinem cauſæ particularis aliquid exire poteſt, ſed non ordinem cauſę vniuerſalis:non enim ſubducitur aliquid ab ordine cauſę particularis , niſi per aliquam aliam

Caſuale quo eueniat.

Diſcrimē inter uniuerſalem & particularem cauſam.

B cauſam particularem impedientem ; ſicut lignum impeditur à combuſtione per actionem aquæ: vnde cum omnes cauſæ particulares concludantur ſub vniuerſali cauſa ; impoſſibile eſt aliquem effectum effugere ordinem cauſæ vniuerſalis: inquantum igitur aliquis effectus effugit ordinem cauſę particularis , dicitur eſſe caſualis vel fortuitus reſpectu illius cauſæ , ſed reſpectu cauſæ vniuerſalis,à cuius ordine ſubtrahi non poteſt , dicitur eſſe prouiſus : ſicut concurſus duorum ſeruorum licet ſit caſualis quantum ad eos;eſt tamen prouiſus à domino,qui eos ſic ad vnum locum mittit , vt vnus de alio neſciat : vnde cum tam fortuitum, quàm cauſale ſit quoddam relatiuum: propterea non oportet , vt id , quod in ſe & ſimpliciter eſt fortuitum,ſit reſpectu cuiuſcunque cauſæ fortuitum;& hinc eſt ꝙ res dicuntur fortuitę vel caſuales in ordine ad naturam & intentionem creatam tanquam ad cauſam particularem: ſed in ordine ad diuinam intentionem non fortuitæ aut caſuales dicuntur, ſed per ſe intentæ & prouiſæ.ex his ergo patet dubitationē adductam eſſe fallacem: quia caſus & fortuna non ſunt reſpectu Dei, ſed reſpectu cauſæ particularis creatæ.

Apud Deum nihil eſt fortuitum.

Quinta proprietas eſt. Diuina prouidentia non tollit libertatē arbitrij:probatur ſic, quod
C perfectionis eſt, magis conſeruandum eſt per diuinam prouidentiam, quàm id quod eſt imperfectionis & defectus: ſed in rebus inanimatis contingentia cauſarum eſt ex imperfectione & defectu,ꝙ autem voluntas ſit contingens prouenit ex perfectione : igitur magis pertinet ad diuinam prouidentiam conſeruare libertatem voluntatis ,quàm contingentiā in cauſis naturalibus: ſicuti ergo diuina prouidentia ſtat cum contingentia rerū , ita à fortiori ſtat cū libertate arbitrij: maior patet,quia gubernatio prouidētis ordinatur ad perfectionem rerum gubernatarum vel ad adipiſcendam, vel augendam , vel conſeruandam : minor probatur quoad primam partem,ꝙ contingentia proueniat ex imperfectione, quia res inanimata ſecundum ſuam naturam determinata eſt ad vnum effectum,qui ſemper ſequitur: niſi adſit impedimentum vel ex debilitate virtutis,vel ex aliquo exteriori agente , vel ex materiæ indiſpoſitione;& propter hoc cauſæ naturales agentes non ſunt ad vtrunque,ſed vt frequentius eodem modo producunt ſuum effectum,deficiunt autem raro . Quoad ſecundam partem probatur ſic,ſcilicet ꝙ libertas voluntatis proueniat ex perfectione ipſius, quia non habet virtutem limitatam ad vnum , ſed habet in ſui poteſtate producere hunc vel illum effe-

Prouidentia ſtat cum libertate.

D ctum;& ideo dicitur libera ipſa voluntas : patet ergo à primo ad vltimum,quòd ſi diuina prouidentia non tollit contingentiam à rebus,à fortiori nec libertatem . Ex determinatione huius proprietatis poteſt haberi ſolutio illius grauiſſimæ difficultatis, ꝙ omne immutabile eſt neceſſarium,ſed omnia prouiſa à Deo immutabiliter ſeu infallibiliter eueniunt: ergo nulla eſt libertas: homo enim ſua voluntate non poteſt impedire diuinam prouidentiā, quæ,cum ſit determinata ab æterno,neceſſario omnia producit,& ſic nulla erit libertas. Solutio ergo aliquorum fuit,quòd nulla propoſitio de futuro habet veritatem determinatam ad differentiam propoſitionis de præſenti & de pręterito,quę eſt determinate vera vel falſa ex Ariſt.1.perhier. Aliqui vero confugiunt ad communem ſolutionem de ſenſu diuiſo & compoſito, & de neceſſitate conſequentis , & conſequentię , quam ſupra declarauimus. Aliqui vero dicunt diuinam prouidentiam eſſe infallibilem,& effectus nihilominus eſſe cōtingentes,& liberos, & euitabiles non ſolum in ſenſu diuiſo ſed etiam compoſito, quia Deus prouidit ab ęterno pro hoc inſtanti, vt noſtra voluntas eſſet libera & indifferens ad eligendum hunc actum puta ſcribendi , vel oppoſitum ſcilicet non ſcribendi : vnde voluntas ex ſe determinatur ad eligendum indifferenter hunc vel illum actum : & ſic diuina proui-

Propoſitio de futuro, qualis eſt. Cap. ult.

dentia

dentia non eſt determinata antequam determinetur voluntas ad præparandum,ſed prouidit A illum actum ; quē voluntas ex ſe elicit: & reſponſiones iſtas afferebat doctiſſimus Thomas Capuanus Baccalaureus & magiſter licentiatus in quadam publica diſputatione tenaciſſima memoria & ingenio pollens. Verum alii dicebant difficile eſſe concordare diuinam prouidentiam cum libertate humana. Alii volunt omnia eſſe determinata reſpectu Dei,non autem reſpectu noſtri. Quidam,dicunt quòd prius voluntas noſtra ſe determinat,& poſtea Deus videt illam determinationem. Alii vero dicunt difficile eſſe concordare diuinam prouidentiam cum libertate humana, ita vt ſuperet captum humani ingenii, & propterea myſterium de prouidentia potius eſt credendum,quàm de eo diſputandum. Reſpondendo tamen ad difficultatem motam dicunt,quòd ex hoc,quòd aliquid ſit prouiſum à Deo nō ſequitur aliquid eſſe ineuitabile & infallibile,ſed bene aliquid eminentius euitabili & ineuitabili:illud autem nos latet;ſicuti non ſequitur,hoc eſt prouiſum:ergo eſt neceſſarium aut contingens,quia poteſt eſſe aliquid eminentius neceſſario & contingenti. Alii aſſerunt optime ſtare libertatem cum diuina prouidentia,quia cum omnia ſint præſentia Deo, propterea non admittunt præteritionem aut futuritionem, cum menſurentur æternitate, & ideo B Deus videt illa in ſe ipſis infallibiliter,& ſic ſimul eſt libertas voluntatis,quatenus Deus per ſuam viſionem non mutat,neque variat naturas ipſarum rerum; ſicuti quādo ego video Sortem ſcribentem infallibiliter & certiſſime ipſum cognoſco,tamen libere ipſe ſcribit,& nullam neceſsitatem ei ſcribendi infero, ſic etiam Deus videt præſentialiter nos libere operantes,& certiſsime & infallibiliter in ſua æternitate nos intuetur, nullam tamen neceſsitatem actionibus noſtris liberis infert,quia res omnes ſubiiciuntur ſibi nedum quoad earum naturas,ſed etiam quantum ad earum operationes & modos operandi, ſiue libere, ſiue contingēter,ſiue neceſſario.& ex hac doctrina ſoluitur difficultas ſatis ſubtiliter,quia non eſt neceſſarium,vt prouiſum à Deo ineuitabiliter eueniat reſpectu creaturæ, cum illud libere à creatura ipſa producatur. & hanc ſolutionem ſequi poſſumus meo iudicio, quia eſt conformior doctrinæ S.Tho.præſertim primo contra genti.

Thom. Capuanus.

Deus non admittit præteritum.

Res q̄ſo ſubiiciuntur Deo.

Cap. 67.

Quoad vltimum quæſitum propter quid,dicendum eſt effectus diuinæ prouidentiæ in particulari eſſe innumerabiles, ſed in generali aliquos aſſignari poſſe, inter quos primus eſt conſeruatio creaturarum ne in eſſe vel ab eſſe deficiant,quia ſicut ſe habet motio corporis viuentis ad moueri rerum factarum ab ipſo corpore viuente,ita ſe habet prouidētia Dei ad permanentiam eſſe creaturarum: ſed impoſsibile eſt res ipſas factas à corpore viuente moueri ceſsante motione & virtute illius viuentis in mouēdo: ergo ſimiliter eſt impoſſibile vt creaturæ conſeruentur in eſſe, niſi per operationē diuinæ prouidētię, & hoc eſt quod dicebat B. Auguſti. 4.ſuper Geneſ.ad literam,q̄ omnia in nihilum tenderent,niſi manus Dei omnipotentis manuteneret; quia quemadmodum ſe habet lumen ſolis ad aerem, ita actio diuinæ prouidentiæ ad conſeruationem creaturarum: ſed ſicut homine præſente aer fit lucidus & ſolis lumine abſente aer efficitur continuo tenebroſus, ita actione diuinę prouidentiæ creaturæ omnes conſeruantur in eſſe,& ipſa ceſsante ceſsat permanentia & conſeruatio ipſarum. C

Cap. 6.

Actio Dei q̄uo ſe habet ad creaturas.

Secundus effectus diuinæ prouidentiæ eſt ordinatio creaturarum omnium,vt attingant ſuum finem;quia ordo ipſarum creaturarum attēditur ex hoc,quòd vna res mouetur ab alia & hoc eſt ex Dei prouidentia,ſicut ſagitta mouetur ad ſignum directa à ſaggitante, qui cognoſcit illud ſignum : vnde ſicut motus ſagittæ ad determinatum finem aperte oſtendit, q̄ ſagitta dirigitur ab aliquo cognoſcente illum finem ; ita curſus vel motus rerum cognitione carentium declarat mundum aliqua ratione gubernari: & ſicut etiam percuſſio illa, quæ fit per ſagittam non dicitur opus ſagittę, ſed proiicientis, ita etiam opus naturę vocatur à Philoſophis opus intelligentiæ,& ſic oportet vt procedat ex intentione finis per prouidentiam illius intellectus,qui ordinem prędictum,quo mundus gubernatur, prouidet. D

Opus naturæ eſt opus intelligētiæ.

Tertius effectus diuinę prouidentię eſt creaturarum omnium in finem debitum inclinatio,directio, & productio; quia finis, ad quem Dei prouidētia creaturam omnem inclinat & dirigit,eſt participatio diuinæ ſimilitudinis: vnde ſicut ſagitta mota & directa ad ſignum ſapientiam & prouidentiā ſaggittantis arguit;ita aſſimilatio diuinæ bonitatis, ad quā Deus creaturas ſicut ad finem mouet;arguit diuinam prouidentiā.

Quartus effectus eſt gubernatio creaturarum omnium,vt habeant ea, quæ ipſis ſunt neceſſaria & vtilia;quia prouidentia, qua Deus mundum gubernat aſſimilatur prouidentię œconomicę,qua quis gubernat familiam,& prouidētię politicæ,qua quis gubernat Ciuitatem;& prouidentię regię,qua quis Regnum gubernat: ſed iſti prouiſores præbent omnia neceſſa-

A neceſſaria & vtilia rebus prouiſis,& excludunt ab eis omnia nociua ad conſequendum finẽ: igitur Dei prouidentia hęc omnia fortius operatur.

Quintus effectus eſt gubernatio ignobilium creaturarum per nobiliores : patet hic effectus,quia in vniuerſo eſt aliquid rectum,& non regens,ſicuti ſunt vltima corpora,& eſt etiã aliquid non rectum,ſed tantũ regens ſcilicet Deus :ergo neceſſe eſt vt ſit aliquid aliud quod ſit regens & rectum,quod eſt medium inter vtraque,& ſic Deus mediantibus creaturis nobilioribus regit,& gubernat inferiores : aſſimilatur enim Deus ipſe benedictus animæ noſtrę, quæ aliquas operationes immediate exercet vt intelligere & velle;aliquas vero mediantibus corporeis,inſtrumentis ſicut operationes animę ſenſibilis & vegetabilis;ſic ipſe Deus quaſdam operationes exercet immediate,ſicut beatificare animas,& in dies alias creare ; aliquas vero operationes operatur in infimis creaturis mediantibus ſupremis: & hanc veritatẽ docuit B. Aug. lib.83.quæſtionũ,ꝙ Deus quędam facit per ſe ipſum, ſicut illuminare animas illaſque beatificare : quædam autem per ſeruientem ſibi creaturam integertimis legibus pro meritis ordinatam vſque ad paſſerum adminiſtrationem,& vſque ad fœni odorem , & vſq; Regens tñ qđ eſt. Queſt.13.

B ad numerum capillorum noſtrorum diuina prouidentia procedente . Et ſi obiicis Auguſtino dictum B.Gregorii ſuper Iob aſſerentis,mundum quippe per ſe ipſum regit,quem per ſe ipſum fabricatus eſt vel condidit;& dictum Ioannis Damaſceni 2.lib.fidei Ortodoxæ docẽtis non eſſe conueniens alium eſſe factorem,& alium gubernatorem : ſi ergo ſolus Deus eſſet immediate factor omnium creaturarum etiam vilium : igitur & ipſe immediate cunctas gubernaret. Dicendum eſt,ꝙ eſt regula Philoſophorum,nunquam dictionem excluſiuam excludere inſtrumentum ab operatione , ſed tantum agens principale vt quãdo dicimus ſolus Sortes ſcribit non excluditur operatio ipſius calami;ſed alterius ſcribentis ; ita etiam quando dicitur ꝙ Deus per ſe ſolum mundum gubernat non excluditur operatio inferiorum cauſarum,quibus Deus quaſi inſtrumentis agit & operatur,ſed excludit alium principalem regentem & gubernantem: vnde optime dicebat B.Gregorius in nihilo contradicens B.Auguſtino: dictum etiam Ioannis Damaſceni ita intelligi debet, ꝙ rei gubernatio pertinet ad ordinem eius in finem, ſed ordo rei ad finem prę̃ſupponit eſſe eius , eſſe autem nihil aliud prę̃ſupponit,& propterea creatio,ſecundum quam res deductæ ſunt ad eſſe, eſt ſolius illius cau- Cap.34. Cap. 6. Dictio excluſiua quid excludit.

C ſæ,quæ nullam aliam præſupponit: ſed gubernatio poteſt eſſe illarum cauſarum , quæ alias prę̃ſupponunt,& ideo non oportet ꝙ Deus mediantibus aliquibus creauerit, quibus mediãtibus gubernet: vnde B. Auguſt.3.de trinitate docuit corpora infirmiora & craſſiora , & inferiora,per potentiora,& ſubtiliora quodam ordine regi. Cap.8.

Sextus effectus diuinæ prouidentię eſt diſpoſitio ſublunarium per corpora cæleſtia : patet hic effectus.ex his etiam quæ Philoſophi docuerunt: vnde Ariſt.2.huius voluit primum in aliquo genere eſſe cauſam illorum,quæ ſunt poſt in illo genere; ſed corpora cæleſtia ſunt prima in genere corporum,& motus eorum ſunt primi inter motus alios corporales : ergo ſunt cauſa omnium ſublunarium , quę hic aguntur ; quod etiam docuit 2. de generatione, vbi dixit ꝙ motus ſolis in circulo obliquo eſt cauſa generationis & corruptionis in his inferioribus: vnde & generationes & corruptiones menſurantur per illum motum,& 2.libro de animalibus etiam dicebat omnes diuerſitates,quæ ſunt in conceptionibus eſſe ex corporibus cęleſtibus : ergo eis mediantibus hæc ſublunaria diſponuntur: quod pulcherrimo exẽplo oſtendit Rabi Moiſes in libro de myſteriis Egyptiorum, vbi dixit quòd cęlum eſt in mũ- Tex.4. Tex.52. Cap.5. Cap.6.

D do ſicut cor in animali: ſed omnia alia membra animalis gubernantur mediante corde: ergo omnia alia corpora regi,diſponi,& gubernari debent à Deo mediante cælo. Et ſi dicis poſita cauſa ponitur effectus: ergo eſſe cauſæ erit ſicut antecedẽs ad eſſe effectus ; ſed ſi antecedens eſt neceſſarium,etiam & conſequens erit neceſſarium : ſic etiam ſi cauſa eſt neceſſaria & effectus erit neceſſarius : ſed in his ſublunaribus multi effectus non ſunt neceſſarij,ſed contingentes : igitur non poſſunt cauſari à motu cæli, qui eſt neceſſarius & naturalis. Ad quod reſpondendum eſt effectum non ſequi ex cauſa prima niſi poſita cauſa ſecunda : propterea neceſſitas cauſæ primę nõ inducit neceſſitatem aut contingentiam in effectu niſi poſita neceſſitate aut contingentia in cauſa ſecunda. Qualitas cõſequẽtia ſequit ad qualitatem antecedentis.

Septimus effectus diuinæ prouidentię eſt diuerſitas attingendi homines : ad quos duobus modis ſe extendit;primo quatenus à Deo prouidentur . Secundo prout ipſi ſiunt prouidentes: ex hoc autem quòd prouidendo deficiunt, vel rectitudinem ſeruant, dicuntur boni vel mali,ſed ex hoc quòd prouidentur à Deo prę̃ſtantur eis bona vel mala,& ſecundum quòd ipſi diuerſimode ſe habẽt in prouidendo,ſic etiam prouidetur eis ab ipſo Deo : vnde ſi ſeruant rectum ordinem in prouidendo,& in eis diuina prouidentia ordinem congruum Prouidentia Dei quõ ſe extendit ad homines.

humanę

humanę dignitati ſeruat, vt.ſ.nihil eueniat eis, quod non cadat in eorum bonũ, & quòd om- A
Cap. 8. nia, quæ eis proueniunt, eos in bonum promoueant iuxta dictum Apoſtoli ad Romanos, di-
ligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; ſi aũt prouidẽdo non ſeruant ordinẽ, qui
congruit creaturæ rationali, ſed prouident ſecũdum modum brutorum animalium, & diui-
na prouidentia de eis ordinabit ſecundum ordinem, qui brutis competit, vt ſcilicet ea, quę in
eis vel bona vel mala ſunt, non ordinentur in proprium bonum ipſorum, ſed in bonum alio-
Pſal. 48. rum iuxta illud, quod habetur in pſal. Homo cum in honore eſſet non intellexit &c. ex hoc
patet, quòd altiori modo diuina prouidentia gubernat bonos quàm malos; boni enim dicũ-
Prouidentia duplex. tur prouideri prouidentia promotionis, mali autem conceſſionis & derelictionis: verum
dum ab vno ordine prouidentiæ exeunt non faciendo & exequendo Dei voluntatem miſe-
ricorditer gratiam largientem, in alium ordinem nempe diuinæ iuſtitiæ dilabuntur. Et ex
hac declaratione ſoluitur illa difficultas, quam aliqui facere ſolent; illud, quod dimittitur ſi-
bi ipſi, non gubernatur ab aliquo: ſed Deus dimittit hominem in manu conſilii ſui, vt ſcribi-
Cap. 15. tur apud Eccl. ergo homo non regitur aliqua prouidentia. Reſpondetur negando maiorẽ,
& ad minorem dicendo, hoc, quod dicitur Deum hominem ſibi ipſi reliquiſſe, non exclu- B
dere ipſum à Diuina prouidentia; ſed oſtenditur virtutem operatiuam non eſſe pręfixam &
determinatam ad vnum, ſicut eſt in rebus naturalibus, quæ aguntur tantum quaſi ab altero
directe in finem, & non agunt ita vt ſe ipſas dirigant in finem: ſed creaturæ rationales per li-
berum arbitrium quo conſiliantur & eligunt, dicuntur eſſe prouidentes, & non prouiſæ tan-
Homines ſunt prouiſores ſuorum actuum. tum; & propterea dicitur Deum dimiſiſſe hominem in poteſtate ſui arbitrii quatenus con-
ſtituit eum prouiſorem propriorum actuum; attamen huiuſmodi prouidentia hominis de
ſuis actibus non excludit diuinam prouidentiam de eiſdẽ: ſicuti neque virtutes actiuę crea-
turarum excludunt virtutem actiuam diuinam. Soluitur etiam alia difficultas, quæ orta eſt
Pſal. 80. ex verbis pſal. dimiſit eos ſecũdum deſideria cordis eorum, quæ verba intelliguntur de pec-
catoribus & malis hominibus, qui mali ſibi ipſis relinquũtur à Deo: igitur per diuinam pro-
uidentiam non gubernantur: verum ſi hęc verba iuxta ſanum ſenſum intelligantur, nullam
difficultatẽ faciunt, quia Deus dicitur relinquere malos & peccatores ſecundum deſideria
cordis eorum, non ꝙ omnino ſint alieni à Dei prouidentia; ſed quia eorum actus Deus non
ordinat in eorum promotionem, præſertim quantum ad reprobos, quos gubernat prouidẽ- C
tia derelictionis, & conceſſionis; non autem promotionis, quia nullus iuſte puniat illos,
qui non ſunt de ſuo regimine: ſed Deus glorioſus iuſte punit peccatores & malos pro his
Deus iuſte punit peccatores. in quibus peccant: ergo peccatores ipſi neceſſario diuino regimini ſubduntur.
Vltimus effectus diuinæ prouidentię eſt gubernatio brutorum & eorum actuum, quia cũ
omnia entia etiam viliſſima cadant ſub diuina prouidentia: ſequitur etiam quòd & ipſa bru-
Cap. 10. ta animalia, quæ ſunt digniora in ſenſibilibus creaturis: vnde ſcribitur apud Matth. non ne
duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? & ve-
Quæſt. 22. ſtri capilli capitis omnes numerati ſunt? Cuius dicti aſſignat rationem S.Tho. validiſſimã
1.p. dicens, ꝙ prouidentia diuina eſt cauſa altiſſima, & vniuerſaliſſima; ſi autem vniuerſaliſ-
ſima eſt, oportet vt habeat aſpectum ſupra totum ens, & ſupra quemlibet modum entis; ſi
autem aſpectum habet ſupra totum ens, & ſupra quemlibet modum entis, oportet vt nihil
exeat aſpectum eius, & ſic nihil erit pręter intentionem eius, nec per accidens reſpectu il-
lius: videmus enim ꝙ prouidentia quanto ſe extendit ad plura, tanto perfectior eſt, & ſoler-
tior; vnde ſi præuiſio, vel prouidentia alicuius ſolum ſe extenderet ad vniuerſalia, & non ad D
particularia imperfectiſſima eſſet, & quanto ad plura particularia ſe extenderet, tanto eſſet
perfectior; illa ergo quę eſt perfectiſſima vltimato gradu perfectionis, oportet quòd ſe extẽ-
dat ad ens, & ad quemlibet modum entis; & ſic omnia reducuntur ad diuinam prouidentiã,
ſicuti in cauſam per ſe.
Com. 8. Hanc quoque rationem formaliter, & quaſi eiſdem verbis aſſignat Alex. Alenſis 6. huius;
Commen. in metaphy. q̃ attribuũtur Alex. Alenſi nõ ſunt ſua. ex quo manifeſtum argumentum habemus commentaria illa, quę ſub nomine Alexan. de
Ales in manibus hominum verſantur, non eſſe ſua, ſed potius cuiuſdam Alex. de Alexan-
dria Ordinis Minorum, qui claruit 1310. tum quia originale ipſorum eſt Venetiis in biblio-
techa Clariſſimi D. Franciſci Venerii, qui illud oſtẽdit R.P. Fratri Thomæ Peregrino Meta-
phyſico Patauino. Nec eſt dicendum, ꝙ S. Thomas furatus fuerit hanc rationem ex illis
commentariis, vt quidam male ſenſerunt, qui in initio illorum commentariorum, quaſi
paruipendentes ingenium S. Thomæ, ita ſcribunt, ex his homines facile deprehendent,
quid in exponendis eiſdem Ariſt. metaphyſicis ex propria officina addiderit D. Thomas
Aquinas; quia cum commentaria illa habeant meliorem textum, quàm ſit ille, quem expo-
nit S.

A nit S.Tho. ſi furatus fuiſſet hāc rationem, & cetera omnia, vt iſti arbitrantur, furatus quoq; certe fuiſſet & textum, cuius tamen oppoſitum expreſſe patet; nam etiam quia nullus bibliothecarius tribuit Alexā. Aleſi φ ſcripſerit ſuper metaph. ſed bene Alex. de Alexādria: & ſpeciatim quidā auctor tribuit i bibliotheca ſua hæc cōmentaria huic Alex. qui claruit, vt dictū eſt 1310. Alexander vero Alenſis claruit 1228. & S.Tho. uolauit ad cęlū 1270. hęc volui me dixiſſe, vt appareat deceptio hominum in hoc negotio, & vt cognoſcant potius ipſum Alexandrum furatum fuiſſe ſuam doctrinam ex commen. S. Tho. quàm econtra, vt patet ex multis locis illorū cōmentatorum, quę de verbo ad verbū ſumpta ſunt ex doctrina S. Tho.

Alexan Aleſis nō ſcripſit ſuper Metaphyſi.

Sed redeamus ad noſtrum inſtitutum; omnia ergo, & res ipſæ inſenſibiles, & bruta animalia non ſubiiciuntur diuinæ prouidentię eo modo quo homines, vt dictū eſt; quia homines prouidentur propter ſe, at bruta & cetera entia inſenſibilia dicuntur prouideri non propter ſe, ſed propter aliud, & hinc eſt φ malum, quod accidit, eis dicitur ordinari in bonum ipſorum, ſed in bonum alterius: vnde mors ouis ordinatur in bonum Leonis & Lupi: ſed occiſio hominis qui à Leone occiditur non ſolum ad hoc ordinatur, ſed principalius

B ad pœnam eius vel augumentum meriti, quod per patientiam creſcit: aliquando etiam peccatum hominis ordinatur à Deo in eius bonum, vt cum poſt peccatum reſurgens humilior redditur, vel ſaltem reſurget ad aliquod bonum, quod per diuinam iuſtitiam fit dum pro peccato punitur; & quamuis videatur nobis φ omnia ęqualiter bonis, & malis accidant ex hoc quod neſcimus qua de cauſa diuina prouidentia ſingula diſpenſet: non eſt tamen dubiū quin in omnibus bonis & malis, quæ eueniunt ſiue bonis ſiue malis ſit recta ratio ſecundum quam diuina prouidentia omnia ordinat, & quia eam ignoramus, propterea videtur nobis φ inordinate & irrationabiliter eueniant; quemadmodum ſi aliquis intraret officinam alicuius fabri videretur ei φ inſtrumenta fabrilia eſſent inutiliter multiplicata, ſi neſciret rationem vtendi vnoquoque ipſorum: quorum tamen multiplicatio ex cauſa rationabili apparet ei, qui virtutem artis intuetur, nullus ergo audeat reprehendere diuinam prouidentiam ex hoc quod videt impios exaltari in hoc mundo, & bonos ac pios homines deprimi & flagellari, præſertim cum omnium creaturarum ipſe Deus ſit finis: ſed diuerſimode, quia aliquarum creaturarum dicitur eſſe finis in quantum participant aliquid de Dei ſimilitudine, &

Ignorantia eſt cauſa falſi iudicij.

Egregium exemplum.

Deus eſt finis omnium diuerſimode.

C hoc eſt commune omnibus creaturis, quarundam vero eſt finis hoc modo φ ipſę creaturæ pertingunt ad ipſum Deum per ſuam operationem, & hoc eſt ſolum creaturarum rationalium, quę poſſunt ipſum Deum cognoſcere & amare in quo earum beatitudo conſiſtit quā Deus Opti. Max. pro ſua miſericordia dignetᷓ nobis concedere meritis B. Thomę de Aquino, cuius doctrinam in his & in omnibus aliis meis dictis ſecutus ſum; quandoquidem eā omnibus philoſophis atque theologis nō iniuria præponendam eſſe arbitror.

Cū Innoc. Papa v. in ſermone quodā, qui incipit. Ecce pluſquā Salamō &c. hæc verba de doctrina S.Tho. proferat. Huius Doctoris ſapiētia præ cęteris excepta canonica proprietatē habet verborum, modum dicendorum, veritatem ſententiarum, itaquòd nunquam qui eū tenuit inueniatur à tramite veritatis deuiaſſe, & qui eam impugnauit, ſemper fuit de veritate ſuſpectus.

Innocentius Papa v.

Et Vrbanus Papa V I. in quadam bulla Apoſtolica iniungit Doctoribus vniuerſitatis Tholoſanę anno Domini 1379. vt B.Thomę de Aquino doctrinam tanquam veridicam, & catholicam ſectentur, eamque ſtudeant totis viribus ampliare, corpuſque eius benigne &

Vrbanus Papa V I.

D honorifice venerari.

Et Ioannes Papa XXII. idē fere habet in bulla Canonizationis S. Thomæ Anno Domini 1323. 18. die Iulii.

Et Reuerendiſſimus Epiſcopus Pariſienſis Stephanus in quadam epiſtola ſua in laudem, defenſionem, & fauorem doctrinæ S. Thomæ ita ait. Vniuerſis pręſentes literas inſpecturis Stephanus permiſſione diuina Pariſienſis Epiſcopus ſalutem in omnium Saluatore &c. reuocat omnes articulos condemnatos per vniuerſitatē Pariſienſem, prout tangunt doctrinam S. Thomæ &c.

Et vniuerſitas Pariſiēſis de hac doctrina ita ſancinit. Quia ſacroſ. Rom. Eccleſia mr̄ oīm fideliū & magiſtra fidei, & veritatis S.Tho. doctorē oīum & venerabilē, cuius doctrina fulget eccleſia vt ſol & luna, nuper ſanctorū catalogo aſcribēdū decreuit, diligenti diſcuſſione & examinatione habita ſuper vita ſancta, & doctrina clara ipſius, ipſumque quoad vitam puram & doctrinam ſalubrem orbi terrarum dignum & commendabilem prædicauit, cupientes & deſiderantes veſtigia ſancta imitari, dictumque doctorem glorioſum feliciter in cælis regnātem apud Terrigenas deuotius & celebrius honorari; pręſertim cum fuerit vniuerſalis Ec-

Vniuerſitas Pariſienſis.

S.Tho. quis eſt. lis Eccleſię lumen pręfulgidum, gemma radians clericorum, fons doctorum, vniuerſitatis noſtræ Pariſienſis ſpeculum clariſſimum, & candelabrum inſigne, & lucens, per quod omnes qui veram doctrinam ingrediũtur, vident: ideo ipſam S. Tho. ſanam doctrinã profitemur, amplectimur, & docemus, atque hoc mãdato vniuerſis doctoribus præcipimus eam ſequi atq; amplecti, cum quilibet noſtrũ in ea, veluti in nitido & perſpicuo fonte, vt agnus ambulare, & vt elephas natare potuerit: nam ſiue argnra argumenta logicalia, ſiue rerum naturalium intimas proprietates aliave metaphy. ſpeculabilia, arcanorumque cæleſtium veritatem perquirat, in hac doctrina omnia ampliſſime inueniet, in ipſa enim peripateticæ diſciplinæ verus ſenſus & ſententiæ apparent, vitiorum atque uirtutum omnium cognitio habetur, namque omnia quæ hic S. Doctor pertractauit ita accurate & diligenter diſputa- A

Perfectio doctrinę s. Thomæ. uit, vt ijs nihil addi, nihilque ſubtrahi poſſe uideatur. Errores autem Hæreticorum & Gentilium, atque eorum omnium, qui ſuis peſtiferis dogmatibus Petri Nauiculam obruere conati ſunt, ita elidit, & eliminat, ita dirimit, & exterminat, vt ea quę dixit non tam humano deprõpta ingenio, quàm diuinę digito dextrę exarata eſſe nideantur: ſtilum & caratherem habet clarum, atque facilem, nulla barbarie reſperſum, & ſuos ita conceptus exprimit, vt altæ profundæque materiæ quaſi ſenſim percipi poſſint, &c. B

Et quia iamdiu eſt, quòd ſaxum hoc dilucidationum metaphyſicalium voluimus, tẽpus iam eſt receptui canere Deo glorioſo gratias exhibẽtes, qui nos ad finem illarum ſuo cęleſti perduxit munere, ĩ quibus omnibus hoc in ſummis habemus votis illud Apoſtolicũ, quod à Paulo Tito ſcribente memoriæ proditum eſt, implere præceptum, vt verbum noſtrum ſit ſanũ & irreprehenſibile, quod ſi ab hac Apoſtolica admonitione vel trãſuerſum diſceſſimus vnguem, ſiue in dilucidationibus iſtis metaphyſicalibus, ſiue in quibuſuis aliis ſcriptis noſtris, quę hactenus memorię prodidimus aut olim erunt memoriæ mandanda, illud ſane retractamus iam modo, & pro retractato habemus, cũctaque noſtra ſubdimus cẽſurę ſinceriſſimę ſacroſanctæ Matris Romanę Eccleſiæ & illorum, quibus huiuſmodi corrigendi ſcripta munus ab ipſa delegatum fuerit. Datum Romę apud Aedes S. Nicolai de campo Martio, die 20. Maii 1584.

Admonitio Pauli Apoſtoli. Cap. 2.

Imprimatur ſi videbitur R. P. Magiſtro Sacri Palatij.
Pyrrhus Viceg.

Frater Sixtus Fabri Luceñ. Sacri Palatij Magiſter.
Manu propria.

F I N I S.

Index rerum notabilium.

Abſolutũ dicitur illud, quod ab omni alio eſt ſolutũ, nullum reſpectum includens. 307 B
Abſtractum non multiplicatur. 589 A
Accidẽs poteſt ſeparari à ſubiecto quoad eſſe exiſtentiæ per diuinam potentiam. 351 C
Accidens commune non habet ſubiectum determinatum, ſed bene indeterminatum. 360 A
Accidens habet vnum modum eſſendi, ſed intelligendi duos. 453 C
Accidens eſt perfectius ſubſtantia, & ſubſtantia perfectior accidente, quomodo intelligatur. 455 B
Accidentia Euchariſtiæ quomodo ſint ſingularia, & per ſe exiſtentia. 34 D
Accidentia non ſunt entia ſimpliciter, quomodo intelligatur. 358 D
Accidentia non ſunt compoſita ex natura & ſuppoſito, neque ex eſſe & eſſentia. 454 B
Accidentia nõ ſunt compoſita ex materia & forma, ſed quadam compoſitione modali, & cum his. 454 B
Actio duo requirit, principiũ quod, & quo. 272 A
Actio duplex tranſiens, & immanens. 488 A
Actio tranſiens tria requirit. 489 A
Actio tranſiens præter motum & relationẽ dicit aliquid ſubiectiue in agente. 489 C D
Actio Dei quomodo ſe extẽdat ad creaturas. 600 C
Actus eſt ratio intelligendi & cognoſcendi, ſed non omnis actus. 72 D
Actus quadruplex, hypoſtaticus, medius, entitatiuus, & formalis. 72 D
Actus duplex directus & reflexus. 345 A
Actus entitatiuus aut exiſtentiæ nullus datur in materia prima. 364 D
Actus in doctrina peripatetica non eſt niſi primus & ſecundus. 368 D
Actus capitur multis modis, pro forma, operatione, entitate, exiſtere, et natura media. 482 C
Actus eſt prior potentia, non eſt propoſitio, vniuoca, ſed multiplex. 482 D
Adam factus ex limo terræ, & mulier ex viro ſunt eiuſdem ſpeciei. 378 B
Aduerbium, ſic, duo importare poteſt. 574 A
Aequiuocum duplex à caſu, vt Cæſar, & à conſilio, vt homo pictus. 186 C
Aequiuocum reducitur ad vniuocum, quomodo intelligatur. 188 D
Aeternitas eſt tota ſimul, perfecta poſſeſſio, vitæ interminabilis. 176 A. 356 A
Aeternum bifariam capitur, poſitiue, & negatiue. 33 D
Aeuum differt à tempore, & ab æternitate. 176 A
Agens duplex, per motũ, & ſimplicem emanationem, quomodo in doctrina Auerr. agnoſcatur. 96 C
Agens omne agit ſibi ſimile quomodo intelligatur. 544 B
Alcoranus Machumeti quis & qualis ſit. 120 A B
Alexander de Ales non ſcripſit ſuper metaphy. ſed bene Alexander de Alexandria Franciſcanus. 602 D
Alchimiſtæ pro certo habent verum aurum ſua arte poſſe produci. 379. D
Alteratio diſponens ad introductionem formæ ſubſtantialis dupliciter conſideratur. 430 C
Alteratio duplex eſt, corruptiua, & perfectiua. 430 A
Analogata bifariam ſumuntur, determinatæ habitudinis vnius ad alterum, & proportionalitatis. 187 C D
Analogia triplex eſt, ad ſubiectum, finem, & agens. 187 B
Analogum trifariam dicitur, ſecundum intentionem, eſſe, & vtroque modo ſimul. 196 B C
Anaxagoras paſſus eſt perſecutionem in ponendo cælos eſſe inanimatos. 444 C
Angeli dicuntur partes Dei. 367 D
Angeli differunt ſecundum diuerſos gradus eiuſdem naturæ inter ſe. 380 D
Angeli communicant cum corporibus ſecundum intentionẽ tantum. 524 B
Angeli differunt ſeipſis ſecundum ſpeciem. 540 D
Angeli differunt ſpecie ab animabus. 556 D
Angeli plures non poſſunt eſſe ſimul in eodẽ loco formali, licet materiali. 244 D
Angelus quomodo repleat locum, & ſit in eo per operationem. 67 D
Angelus viribus proprijs non intelligit obiectum diuini intellectus 81 A
Angelus non eſt in loco vt commenſuratus & contentus, ſed vt continens. 142 B
Angelus & anima beata quomodo moueantur localiter. 142 A
Angelus quomodo dicatur corporeus, & quomodo incorporeus. 186 D
Angelus, anima noſtra, & cælum ſunt entia neceſſaria, & habent cauſam effectiuã, & finalem. 259 C
Angelus eſt prope Deum. 450 A
Angelus intelligit ſe ipſum per ſuã eſſentiã. 474 B
Anima ſeparata cognoſcit eo modo, quo ceteræ ſubſtantiæ ſeparatæ ſuum obiectum. 83 B
Anima Chriſti non cognoſcit infinita ſecundum S. Thom. quomodo intelligatur. 118 A

Anima mutatur de contrario in cõtrarium ſine alteratione. 232 A

Anima vna non poteſt eſſe in plu-ibus viuẽtibus. 441 C

Anima humana, & iumentorum non per ſe collocantur in genere. 524 D

Anima non pendet à materia in eſſe, ſed in fieri. 37 B

Anima quomodo indiuidnatur per cõmenſurationem materię, & per aptitudinẽ ſubſtantialem. 537 C D

Anima ſubſtantialiter, & indiuidnaliter, & inęqualiter differt ab altera, nõ autem ſpecifice. 540 D

Anima eſt forma ſnbſtantialis humani corporis ſecundnm Ariſt. 548 D

Anima intellectiua mnltiplicatur in diuerſis hominibus ſecundum Ariſt. 549 C D

Anima intellectiua nec per ſe, nec per accidens eſt corruptibilis & mortalis. 550 C

Anima ſenſitiua, & vegetatiua conſtituuntur per materiã, et ideo ſunt corrnptibiles. 553 A

Anima eſt quod quid eſt corporis, quomodo intelligitur. 553 C

Anima rationalis non eſt corporea, neq; corpus, ſed à Deo creata, & dicitur ſpiritus. 554 D

Anima ſeparata cognoſcit ſe & alias intelligentias. 557 C

Anima mouetur per accidens. 557 D

Anima intellectiua continet virtualiter in ſe cęteras formas inferiores. 558 A

Animal quare dicatur eſſe vnũ formaliter. 416 C

Animam eſſe extra corpus, & corpori coniũctam, quo eſt ſibi naturale, & violentum. 560 B D

Animas differre ab inuicem trifariam poteſt intelligi, vel ſe ipſis; vel aptitudinaliter, vel conditionaliter. 536 C D

Animas eſſe inęquales ex doctrina multorum patrum haberi poteſt. 139 C D

Antichriſtus quomodo cognoſcitur à Deo quoad ſuum ortum, vitę curſum, & finẽ. 178 D

Appetitns triplex eſt, naturalis, ſenſitiuus, & intellectiuus. 14 A

Aqua calefacta retinet calorẽ ceſſante actione ignis. 247 C

Arcangelus Mercenarius à Monteſancto cõmendatur. 129 A. 123 D

Archiepiſcopus Nicoſienſis aperit veritatem de vnitate intellectus. 559 A

Argumenta facta à philoſophis de animæ mortalitate ſunt omnia ſolubilia. 556 C

Ariſt. lumine naturę non cognouit accidens poſſe eſſe actu ſine ſubiecto. 350 D

Ars & ſciẽtia quomodo generentur ex experimento. 29 B

Articulus Pariſienſis de nobilitate animæ Chriſti. 534 A

Auempaca opinio de cognitione abſtractorũ. 87 C

Auguſtinus fuit dubius de animatione cœli. 445 A

B

BAlneũ habet duplicem formam in anima, & extra animam. 141 C D

Beatitudo conſiſtit in actu ſecundo. 239 A

Beatitudo eſt tota merces conſiſtens in actu intellectus. 48 D

Beatitudo non eſt ęqualis in omnibus. 540 B

Beatus corporaliter non eſt in rebus per illapſum. 156 D

Bonitas prima cauſat omnem bonitatem. 176 D

Bonitas rei dnplex, eſſentialis & accidentalis. 593 B

Bonum conſiſtit in quodam ordine. 143 A

Bonum conuertitur cum ente capto participialiter, non autem nominaliter. 144 A

Bonum in quo differt ab ente 134 A

Bonũ triplex vtile, honeſtũ, & delectabile. 49 D. 50 A

Brnta æqualiter ſe habent circa finem, & media. 22 B

Bruta quare non diſcurrant. 23 B

Bruta ſunt ad obſequium hominum. 52 D

C

CAlor nõ pro quolibet gradu eſt propriũ accidens ignis. 528 C

Calor triplex eſt, cęleſtis, animalis, & elementaris. 434 B C

Caſuale quo eueniat alicui præter intentionẽ. 599 A

Cauſa contingens poteſt impediri ne producat ſuos effectus. 598 A

Cauſa extrinſeca & nõ intrinſeca aſſignatur, cur ex materia & forma fiat vnum. 466 C

Cauſa finalis eſt cauſa cauſalitatis efficientis, & ideo habet rationem propter quid. 240 D

Cauſa in actu habet effectum in actu. 250 B

Cauſa libertatis potentię eſt immaterialitas & actiuitas. 480 C

Cauſa naturalis neceſſario operatur deducto impedimento. 249 A

Cauſa non recipiendi primas propõnes eſt diminutio in natura & pauca exercitatio. 232 D

Cauſa peccati duplex eſt, vel ipſum peccans, vel faciens alium peccare. 59 B

Cauſa prima prius attingit effectum, quàm ſecunda quomodo intelligatur. 341 B. 259 B

Cauſalitas agentis habet rationem efficiendi, quę eſt ars, & conditionẽ efficientis, quę eſt exiſtere. 239 C

Cauſalitas primę cauſæ tẽperatur in ſecũda. 258 D

Cauſæ plures completę & vnius ordinis immediate non poſſunt eſſe vnius effectus. 243 C

Cauſarum alię eiuſdem ordinis, alię vero diuerſi. 244 A B

Cauſatum eſt nouum, quomodo intelligatur. 256 C

Cęcus de coloribus quid nominis non autem quid rei cognoſcere poterit. 17 C

Cęlum circũſcripto motore non eſt aĩatum. 447 A

Cælum componitur ex elementis ſecundum Platonem. 522 B

Cęlum eſt compoſitũ ex materia & forma. 446 C

Cęlũ eſt ſenſibile, quia percipitur ſenſu viſus. 443 D
Cælum eſt vniuerſale in cauſando. 33 C
Cęlum habet materiam ſecundum Ariſt. 443 C
Cęlum non eſt animatũ circũſcripto motore. 447 A
Cęlum quomodo dici poſſit animatum. 448 B
Certitudo eſt determinatus modus rationis ad vnam partem contradictionis. 5 D
Certitudo duplex, euidẽtiæ & perfectionis. 30 D
Charitas augetur ſecundum eſſentiam. 462 B
Chriſtus reſurrexit clauſo ſepulchro. 153 A
Cleombrotus Ambratiota philoſophus quomodo ſe interfecerit. 552 A
Cognitio quidditatiua eſt reſpectu omniũ prędicatorum eſſentialium. 78 D
Cognitio quidditatiua eſt triplex, per eſſentiam, ſpeciem, & effectum adęquatum. 82 C
Cognoſcẽs eſt multiplex, et quid vnũquodq;. 45 C
Cõparatio ſupponit diſtinctionẽ extremorum. 367 B
Compoſitio eſt multiplex, ex partibus corporeis, ex materia & forma, ex genere & differentia. 453 A B
Compoſitio eſt quintuplex, ex genere & differentia, ex diuerſis mẽbris, ex confuſione, ex potentia, & actu, & ex are & figura. 511 B
Compoſitio multiplex, materię & formæ clementaris, corporalis, æris & figurę. 163 C D
Compoſitio multiplex. ſpeciei ex cauſis, generis ex ſpeciebus, totius ex partibus, tum quantitatiuis, tum eſſentialibus. 424 A
Compoſitio ſubſtantialis eſt multiplex. 446 D
Conceptio tria requirit, formationem, actionem principalem, & concomitantem. 434 B C
Conceptus duplex, formalis, & obiectalis. 404 B. 187 B. 6 A.
Conceptus entis non eſt prior nec poſterior ipſo Deo. 6 D
Conceptus ſex modis accipi poteſt. 8 B
Cõditiones primi principij quę, et quales ſint. 228 B
Conditiones ſenſus non errantis quæ, & quales ſint. 232 D
Concluſio in ſyllogiſmis ſemper ſequitur debiliorem partem. 340 D
Conſilium Deo conuenirę non poteſt. 594 B
Contraria actu perfecto, & completo in eodem ſimul eſſe non poſſunt. 107 B
Contrarietas eſt oppoſitio corũ, quæ circa idẽ, non ſimul, ſed viciſſim exiſtunt, & mutuo ſe expellunt. 512 D
Cornelius Centurio qua via obtinuerit reuelationem viæ ſalutis. 120 B
Corpora cæleſtia agunt in iſta inferiora virtute intelligentiarum. 448 C D
Corpora grauia & leuia mouentur per ſe à generante, & etiã à remouente prohibẽs. 474 A
Corporeitas eſt vnius rationis in cunctis corporibus. 524 C
Corporeum, & irrationale non dicunt purã priuationem. 116 B
Corpus Chriſti nõ eſt in altari localiter, & dimenſiue, ſed ſacramentaliter. 155 C
Corpus glorioſum cum non glorioſo ſimul eſſe poteſt. 156 B
Corruptibile & incorruptibile conueniunt ſub modo eſſendi viſibilis. 80 C
Corruptibile & incorruptibile differunt genere phyſico. 524 A
Corruptibile ſumitur dupliciter ſicut & generabile, per ſe & per accidens. 454 D
Corruptio duplex eſt ſecundum Alex. corrũpens formam, & habilitatem, & formam & non habilitatem. 506 A
Corruptio duplex eſt ſimpliciter, & ſecundum quid. 440 A
Creatio bifariam ſumitur, actiue, & ſic eſt ens illimitatũ, & paſſiue & ſic eſt in prædicamento. 321 B
Creatio eſt actio tranſiens non phyſice, ſed ſimilitudinarie. 97 C
Creatio paſſiua non differt à ſubſtantia creaturę, quomodo intelligatur. 97 B

D

DEfinitio diuerſimode conſideratur à metaphyſico & à logico. 147 C D
Definitio duplex quid rei, & quid nominis. 115 D
Definitio eſt duplex, abſoluta, & reſpectiua. 357 B
Definitio eſt demonſtratio ſola poſitione differens. 147 B
Definitio eſt multiplex, cauſalis, materialis, & accidentalis; multas habens proprietates. 146. per totam.
Definitio & definitum ſunt idem realiter. 376 C
Definitio eſt terminus cognitionis proprię; dicitur autem terminus rei metaphorice. 145 D
Definitio rei duplex eſt; altera per propriam ſpeciem ipſius rei cognita; altera vero per ſpeciem alterius. 84 D
Demonſtratio affirmatiua, negatiua, & ducẽs ad impoſſibile, particularis, & vniuerſalis, quomodo differant. 134. per totam.
Demonſtratio duplex, ſimpliciter & ſecundum quid. 187 D
Demonſtratio eſt multiplex, vniuerſalis, particularis, cathegorica, priuatiua, oſtenſiua, ducens ad impoſſibile. 147 C D
Demonſtratio quia & propter quid quales ſint, & quomodo differant. 132 A B
Demõſtratio quia, multis modis nũcupatur. 133 A
Denominatio triplex eſt ſecundum rem, vocem, & vtroque modo. 161 A B
Deus ab æterno fuit cauſa in actu & non in potentia reſpectu rerum ab extra. 149 D
Deus ab extra libere operatur & neceſſario neceſſitate ſuppoſitionis. 96 D
Deus cognoſcit futura contingentia. 578 D
Deus cognoſcit mala & peccata. 179 B
Deus cognoſcit non entia. 180 B
Deus cognoſcit omnia ſecundũ omnes modos eſſendi. 174 B

Deus cognoſcit ſingularia, & infinita ſcientia viſionis. 580 D
Deus cognoſcitur a nobis per negationes, quo modo intelligatur. 86 A
Deus comparatur ad creaturas, vt vnitas ad numeros, vel centrum ad lineas. 573 D
Deus creando non immutatur à ſuo ſtatu, ſicuti nec immutatus eſt inuniendo ſibi carnem. 98 B
Deus cum creatura non eſt perfectior ſe ipſo ſolo. 365 A. 13 A
Deus eadem ratione cognoſcit ſe & alia. 576 D
Deus eſt exemplar omnium rerum. 577 A
Deus eſt infinitus in duratione & in virtute. 496 D
Deus eſt finis omnium rerum diuerſimode. 603 B C
Deus eſt in prædicamento vt principium. pag. 524 A. 483 D. 356 A
Deus eſt in triplici genere ſubſtantiæ, actionis, & relationis ſecundum Bachonum. 495 C
Deus eſt perpetuo felix & beatus. 554 A
Deus eſt prima menſura improportionata omnium ſubſtantiarum. 496 A B
Deus eſt quoddam totum reſpectu mundi, & eſt pars numerica ipſius mundi. 365 A
Deus eſt ſimpliciter infinitus infinitate formæ. 566 D
Deus eſt totus in oībus rebus, & in ſingulis. 68 B
Deus eſt vnus, quomodo eſt propoſitio credita, & quomodo ſcita. 587 D
Deus & creatura diſtant infinite. 184 C
Deus & materia prima nō differunt. 450 A. 370 D
Deus & ſi libere cauſat, dato quòd ageret neceſſario, adhuc tamen eſſent contingētia. 341 A
Deus habet prouidentiam de cunctis alijs rebus à ſe. 593 B C
Deus habet ſcientiam ſpeculatiuam de ſe ipſo. & non praticam contra Scotum. 580 D
Deus in quolibet inſtanti poteſt creare Angelum, non tamen infinitos Angelos creat. 104 D
Deus libere creat animas & neceſſitate immutabilitatis. 538 A
Deus manutenere pōt accidens ſine ſubiecto. 156 B
Deus mouet vt amatus & deſideratus. 563 C
Deus neque directe neque indirecte eſt in genere ſed tanquā principiū cōtinens ipſum. 495 C
Deus nihil cognoſcit extra ſe ipſum. 576 A B
Deus non cadit in definitionem creaturarum ſecundum doctrinam S. Tho. 187 D
Deus non cognoſcit per ideas ſecundum Dionyſium Areopagitam. 386 C
Deus non habet prouidentiam de ſe ipſo. 523 B
Deus non tpe, ſed æternitate menſuratur. 356 A
Deus omnibus prouidet iuxta eorū naturā. 597 A
Deus quomodo cognoſcatur à nobis. 590 B C
Deus quomodo concurrat ad actum peccati, & non peccet. 61 A
Deus quomodo dicatur replere locū, & quomodo ſit vbique. 67 D
Deus quomodo ſit finis et quomodo non diſtet à ſe. 141 C
Deus ſolus eſt liberatus à potentia paſſiua. 255 C
Diabolus quomodo ſit cauſa peccati per modum conſiliantis & diſponentis. 60 B
Dictio, per. duo dicere poteſt, circumſtantiam ſubiecti, & cauſę efficientis. 582 D
Differentia ſpecifica habet tres actus, diuidere ſuperius, conſtituere inferius, & diſtinguere. 269 C
Differentiæ accidentium ſumuntur ex eorum principijs, vel effectibus. 453 D
Difficile triſariam dicitur propter reſiſtentiam, laborem, & inclinationem ad oppoſitum. 74 A
Diluuium non negatur apud philoſophos. 23 D
Diſcurſus eſt duplex ſucceſſionis & cauſalitatis. 580 B
Diſtantia duplex dimenſiua, & formalis; quę adhuc duplex poſitiua & priuatiua. 257 B
Diſtantia eſt quadruplex, ſitualis, naturalis, virtualis, & ſuppoſitalis. 66 B
Diſtantia infinita duplex ſimpliciter & ſecundum quid. 497 A
Diſtinctio actuum quomodo cauſatur ex diſtinctione obiectorum. 406 B
Diſtinctio duplex eſt poſitiua, & negatiua. 205 A
Diſtinctio duplex ſecundum rationem, & ſecundum rem; & hęc adhuc ſubdiſtinguitur dupliciter. 375 D
Diſtinctio realis duplex, vel realitate eſſentię, vel exiſtentiæ. 319 C
Diuerſa genera rerum poſſunt conuenire ſub vna ratione ſcibilis. 331 B
Diuerſitas formalis duplex per ſe et per accidens. 536 A
Diuiſibile duobus modis ſumitur, pro potentia, & pro principio, vnde fluit illa potentia. 292 D
Diuiſibilitas dicit reſpectū non prędicamentalem, ſed tranſcendentem. 292 C
Diuiſio duplex eſt quātitatiua, & formalis. 502 A
Diuiſio eſt prior vnitate ſimpliciter. 502 B
Dubitatio eſt indeterminatus modus rationis ad vtranque partem contradictionis. 5 D
Duo corpora non poſse eſſe ſimul in eodem loco quomodo verificetur. 117 A. 155 D

E

Effectus non adęquatus cauſæ, non cauſat illius cognitionem adęquate & plene. 77 D
Efficiens duplex, per motum, & ſimilitudinem. 256 A
Egidiani coguntur fateri cœlum eſſe corruptibile ratione materię. 445 D
Elementa dupliciter contemplantur, primo vt ſunt principia rerum mobilium, ſecundo vt ſunt principia ſubſtantiarum per ſe exiſtentium. 252 B

Elemēta nō ſunt actu in mixto contra Auic. 441 A
Elementa ſunt in mixto virtualiter. 441 B
Elementum bifariam ſumitur, proprie, & tranſumptiue, proprie adhuc quatuor mo dis, tranſumptiue vero duobus modis. 252 C
Elementū multipliciter definitur ab Iſaac, à Galeno, & ab Alexandro. 252 D
Elephantis natura qualis ſit, & quomodo ce teris animalibus præſtet. 21 D
Ens analogice dicitur de ente in re, & de ente in mente ſecundum veriorē opinionē. 190 A
Ens commune Deo & creaturis, enti per ſe & enti per accidens, enti reali & enti rationis, eſt ſubiectum in metaphy. 8 D
Ens conſtituit vnitatem ſcientię non generice & ſpecifice, ſed analogice. 185 D
Ens duplex rei, & rationis. 139 C D
Ens dupliciter ſumitur, nominaliter, & participialiter. 218 A
Ens enti comparatū eſt idem vel diuerſum. 306 A
Ens eſt obiectum voluntatis & intellectus, ſed diuerſo modo. 346 B
Ens & vniuocum, & analogum, & ęquiuocum aliquando dicitur. 187 A
Ens & vnum conuertuntur proportionaliter. 205 D
Ens per accidens quomodo ſit ſcibile. 337 D
Ens rationis non vniuerſaliter ſumptum, ſed vt ſequitur ad operationes intellectus eſt ſubiectum in logica. 224 C D
Ens rationis vt eſt inſtrumentum intellectus habet quaſdam proprietates. 226 C
Ens rationis poteſt pendere aliquando ab ipſa voluntate. 226 D
Ens ſumitur quatuor modis, pro ſubſtantia, pro accidente, pro via ad corruptionē, & pro ente rationis. 187 B
Entia ſunt duplicis ordinis, ſucceſſiuorum, et permanentium. 106 C
Entia tripliciter diuidūtur ſecundum Alex. ideo tres efficiuntur doctrinæ, phyſica, mathematica, & metaphyſica. 314 D
Entia omnia coexiſtunt Dei ęternitati. 578 B C
Entitas tertia dupliciter conſideratur, in ſe formaliter & conſtitutiue. 427 A
Error Martini Lutheri circa libertatem arbitrij. 56 B
Error Abbatis Ioachim circa diuinam generationem. 172 B
Error Arcāgeli Mercenarij de materia cæli. 370 D
Error Alex. Achillini Bononienſis de materia. 370 D
Error Auer. de dimentionibus interminatis. 370 B
Error Alberti de materia. 370 B
Error Egidij de materia. 370 C
Error Aug. Sueſſani de principio indiuiduationis. 371 B
Error Ioannis de Ianduno de potentia materia. 371 B
Error Origenis de inęqualitate animarum. 540 C
Errorés de prouidentia. 561. per totam
Eſſe Dei ſecundū ſe & abſolute eſt proprius terminus quęſtionis quid eſt, non autem quæſtionis an eſt. 85 D
Eſſe duplex, ſimpliciter, & ſecundum quid. 236 D
Ex, quam cauſam dicat, efficientem, an inſtrumentalem. 26 D
Exemplum cathegoricum quando haberi poteſt, contemnitur hypotheticum. 254 B
Exiſtentia, & eſſentia realiter diſtinguuntur in creaturis ſecundum S. Tho. 216 D
Exiſtentia & eſſentia in ſolo Deo ſunt idem intrinſece & extrinſece. 216 B
Experimentum quare dicatur fallax per accidens. 28 D

F

Fabula illorum, qui apud Heroas in Sardo dormierunt. 301 D
Fatuitas prouenit ex infectione & indiſpoſitione corporum. 539 A
Febris ethica eſt maior tertiana. 462 D
Felicitas hominis eſt duplex, perfecta, & imperfecta. 16 C
Felix eſt Deo chariſſimus. 76 D
Fides & ſcientia quomodo ſimul eſſe poſſunt & quomodo non. 588 A
Fides ponens mundum incæpiſſe ponit primū inſtans temporis & vltimum. 100 D
Figura non recipit magis & minus. 530 A
Finis humanus quomodo differat à fine brutorum. 22 D
Finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria. 106 B
Finis eſt triplex, vltimus, remotus, & propinquus. 239 B
Finis eſt propter quem cetera agunt & ſunt, & habet rationem principij. 239 D
Finis non eſt cauſa ſecundum eſſe, quod habet in anima tantum, neque in rerum natura tantum, ſed vtroque modo. 240 B
Finis eſt cauſa nobiliſſima omnium cauſarū 241 D
Finis duplex, cui, & gratia cuius aliqua expetuntur. 367 D
Finis, terminus, vltimum, & id gratia cuius aliquid fit, ſunt idem. 384 B
Finis dupliciter præexiſtit in agente per cognitionem naturalem, & per virtutes morales. 525 B
Forma eſt multiplex, ſubſtantialis, exemplaris, & accidentalis. 364 A
Forma vna numero non poteſt eſſe in pluribus materijs. 245 A
Forma & materia ſunt relatiua ex Ariſt. 364 A
Forma dicitur eſſe quoddam totum continēs, ſeu contentiuum reſpectu compoſiti. 365 A
Forma eſt præſtantior compoſito ſecundum Alexan. & Auer. 365 D

Forma generatur vt terminus, materia autē vt ſubiectum. 385 A B
Forma ſubſtantialis vnica eſt in vna re. 407 D
Forma ſuperior pręhabet in virtute omnes alias formas inferiores. 471 D
Forma corporeitatis non eſt eadem in genito & corrupto. 422 A
Forma totius non eſt forma informans, ſed ipſa tota natura. 434 C
Forma dicitur quidditas, quia eſt principalior eius pars. 427 B
Forma cęli eſt imperfectior anima intellectiua. 445 D
Forma intenditur & remittitur ſecundum diſpoſitionem ſubiecti, in quo eſt. 461 B
Forma ſubſtantialis non acquiritur per motū. 533 C
Forma ſubſtantialis non eſt intenſibilis intenſione proprie dicta. 533 C
Formalitas eſt triplex, cōmuniſſima, communis, & propria. 192 A
Formalitas abſtrahit ab ente poſitiuo & negatiuo, ſicut ſubiectum metaphy. 194 D
Formæ eiuſdem generis nō poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. 286 B
Fundamentum relationis multiplex eſſe poteſt, nō immediate, ſed habens quendā ordinem. 308 B

G

Gallina eſt prior ouo. 484 D
Generabilium & corruptibiliū eſt ſcientia per propoſitiones vniuerſales, & in eſſe eſſentię, non autem exiſtentię. 412 A
Generatio vnius eſt corruptio alterius. 107 B C
Generatio hominis quō libera, et quomodo naturalis eſſe poſſit. 378 B
Generatio eſt terminus alterationis. 429 C D
Generatio duplex per ſe, & per accidens, ſeu ſimpliciter & ſecundum quid. 439 B
Generatio tripliciter ſumitur, pro introductione formę inſtantanea, alteratione pręcedente, & tota alteratione. 532 C
Generatio duplex vniuoca, & ęquiuoca. 542 D
Generatio non ceſſabilis quæ nam ſit. 543 C
Generatio diuina eſt emanatio viuentis à viuente coniuncto ſecundum ſimilitudinem eiuſdem naturæ. 589 D
Genera cauſarum ſunt quatuor, materiale, formale, efficiens, & finale. 244 A
Generaliſſima ſunt ęque prima genera ſimpliciter, ſecus autem ſecundum quid. 241 A
Generaliſſimum non habet definitionē formalem, ſed conceptum ſeu deſcriptionem formalem. 293 C
Generis, ſpeciei, & differentiarū cauſalitas eadem, conceptus vero obiectalis non. 406 D
Genita ex ſemine & ex putri materia ſunt eiuſdem ſpeciei. 379 D
Genus per ſe non prędicatur de differentia ſecundum modos perſeitatis primi poſterior. 182 D. 158 A B C
Genus dupliciter ſumitur, vel per modum partis, vel totius. 158 D
Genus duplex vniuocum & analogum. 356 A
Genus ſpecies, & differentia tripliciter ſumuntur, pro re ſignificata primæ intentionis, conceptu formali; & re ſignificata ſecundæ intentionis. 405 C D
Genus & differentia ſumuntur ab eadem forma habente diuerſos gradus. 408 A B
Genus dupliciter ſumitur, proprie, & communiter. 495 C
Genus priuationum eſt duplex ſimplex, & non ſimplex. 507 C
Genus & materia quomodo diſcriminentur. 116 C
Genus ſemper diuiditur per contrarias differentias, non tamen in contrarias ſpecies. 116 D
Genus, ſpecies, & differentiæ diſtinguuntur ratione, non autem re. 404 D
Genus non eſt prætcr ſpecies, nec vniuerſale præter ſingulare. 404 B
Genus prædicatur de differentia denominatiue, non autem per accidens. 409 B
Genus & differentia dicunt totam ſubſtantiā rei, diuerſimode. 410 A
Genus duplex logicum, & phyſicum. 522 D 523 C
Georgius Buſtus Vercellenſis. 11 C
Gigans eſt maior homo quàm pygmeus, nō tamen magis. 530 A
Gilbertus Porrectanus Epiſcopus errauit circa diuinas relationes. 359 B
Gradus formarum ſunt diuerſi modi ipſarum in ſubiecto. 459 D
Grammaticam eſſe ſcientiam, quomodo verificetur. 129 D
Gratia tam in ſtatu innocentiæ quàm in ſtatu naturę deſtitutę, & reſtitutę eſt maior & minor in diuerſis. 460 A
Gratia & gloria dantur Angelis ſecundum eorum naturalia. 538 B
Gratia & gloria dātur hominibus ſecundum merita ipſorum. 538 B

H

Habere plures fines totales bifariam cōtingit. 245 C
Habitum ſcientificum eſſentialiter eſſe in prima ſpecie qualitatis, quō verificetur. 333 A
Habitus pręcedit priuationem. 503 B C
Habitus duplex, naturalis, & aduentitius. 506 A
Habitus ſcientifici dicuntur augeri intenſiue & extenſiue. 533 A B
Habitus eſt qualitas ſimplex. 332 A
Habitus generantur ex actibus. 482 D
Habituum diſtinctorum non eſt eadem ſpeculatio. 336 C

Hæc-

Haccceitas, q̃ ab alijs dicitur materia totius, eſt quid fictitium, & impertinens ad philoſophiam. 265 D
Hęcceitas eſt idem cum indiuiduatione. 261 B
Henrici ſententia do principio indiuiduationis. 265 B
Hareſis Philippi Melanctonis circa liberum arbitrium. 56 C
Hęreſis Albigentium, & Albanenſium de anima, contra quos arguit Athanaſius. 556 A
Hareſis Valentini de principijs rerum. 587 B
Hęreſis Gnoſticorum de pluralitate Deorum. 587 C
Heruei opinio de diſtinctione relationis, & fundamenti. 318 A
Hic Deus non habet omnes conditiones perſonę completę. 38 C
Hieronymus Fragheta Rhodiginus de animi immortalitate. 562 C
Hippocrates didicit medicinam ſine logica. 129 B
Hippus quid ſenſerit de anima. 545 C
Hiſtoria Auer. de illa muliere, qua conceperat in balneo. 434 A
Homines diuerſi ad diuerſas ſcientias inclinātur. 535 C
Homines qui delectantur hiſtorijs quales ſint. 124 B C
Homo eſt liberi arbitrij. 52 C
Homo duplex eſt interior & exterior. 397 A
Homo non eſt ex animali & rationali. 405 C
Homo non eſt animal, neque rationalis. 408 C
Homo qua ratione poſſit cognoſcere falſitatem legis in qua nutritus eſt. 119 A
Homo dupliciter diligit Deum, explicite, & implicite. 131 C
Homo eſt minor mundus. 590 D
Homo nominatur à parte principaliori ſcilicet anima. 397 A
Humanitas, quę eſt fundamentum ſimilitudinis inter patrem & filiū, an ſit producta à patre. 542 A

I

IDea dicitur forma, exemplar, principium cognitionis, & multis alijs modis. 386 A
Ideę in mente diuina nec generāt, nec generantur. 387 D
Identitas realis eſt duplex, altera realitate exiſtentię, altera vero eſſentia. 197 C D
Ignis productus à pluribus non eſt vnus numero, ſed per aggregationem. 245 B
Ignis per accidens frigefacit. 479 A
Ignis principaliter generatur à ferro & à lapide, à motu vero diſpoſitiue. 542 D
Imago eſt triplex, naturę, gratia, & glorię. 480 D
Immaterialitas eſt ratio, propter quam aliquid eſt cognoſcens. 574 D
Immortalitas animę ratione naturali inueſtigari & inueniri poteſt. 556 C D
Indiuiſibile duplex, ſecundum quantitatem vt punctum, & ſecundum ſubſtantiam, vt Angelus, & anima noſtra. 170 D
Infinitas Dei quibus medijs cognoſci poſſit. 111 D
Infinitas duplex, altera ex parte materię, altera vero ex parte forma. 569 D
Infidelis non ſemper culpabiliter operatur. 121 B
Infinitum duplex, cathegorematice, & ſincathegorematice. 104 C
Infinitum dupliciter pōt cōmunicari rebus. 510 D
In intellectu tribus modis aliquid eſſe poteſt, ſubiectiue, obiectiue tantū, et obiectiue conſequenter. 214 B
Inhærentia actualis ſecundum rei veritatem non eſt idem cum accidente. 351 D
Inquantum capitur dupliciter, ſpecificatiue, & reduplicatiue. 4 A
Inſtans dupliciter ſumitur, & ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum eſſe. 173 D
Inſtans temporis duplex eſt, extrinſecum, & intrinſecum. 174 C
Intellectiuum, ſenſitiuum, & vegetatiuum tripliciter conſiderantur, pro potētijs, pro principijs operationis, & pro eſſentia. 421 A
Intellectus agens quam operationem habeat circa entia. 71 B
Intellectus humanus, naturaliter non poteſt obiectum Angelici intellectus quidditatiue cognoſcere. 81 A
Intellectus multa cognoſcit, ad qua ſenſus peruenire nequit. 98 A
Intellectus noſter dupliciter conſideratur in ſe, et ut coniunctus ſenſibus. 399 B
Intellectus directe vniuerſalia cognoſcit, indirecte vero ſingularia. 399 D
Intellectus plus participans de lumine glorię perfectius Deum videbit. 538 C
Intellectus agens quō differat à poſſibili. 551 A
Intelligentia prima rectius dicitur entitas quàm ens. 566 C
Intelligentia prima eſt infinita in eſſentia, in potentia, & in ceteris ſuis. 567 C
Intelligentia citra primā bifariā cōſiderātur ſub ratione generis, & ſub ratione ſpeciei. 566 C
Intelligentiæ citra primā dicuntur ſimpliciter finitę, infinita autem ſecundū quid. 567 A
Intelligentiæ aliæ à prima dicuntur finitę in vigore. 567 B
Intelligere quō dicatur eſſe opus ipſius alę. 552 C D
Intelligere primi motoris nō eſt aliquod inhęrens ſed ſubſiſtens in ſe ipſo. 575 A B
Ioſeph Angles in floribus theologicarū queſt. incpte locutus eſt de philoſophia. 422 C
Inuidia quę ſit, & quomodo procul ſit à diuino choro. 58 C
Iulius Caſtellanus Fauētinus de humano intellectu. 562

L

LEGES omnes fatētur Deum eſſe optimum. 585 C
Leo eſt perfectior homine ſecundum quid. 1 D
Lex Machumetana continet multa falſa. 119 B
Libertas eſt duplex, vel quoad ſpecificationem actus, vel quoad exercitium. 480 B
Libertas eſt triplex, naturæ, gratiæ, & gloriæ. 55 A
Liber de mixtica philoſophia eſt Ariſt. 551 D
Liberum bifariam dicitur, vel quoad ſpecificationem actus, vel quoad exercitium illius actus. 15 B
Liberum arbitrium eſt potentia appetitiua. 54 C
Liberum quō dicatur eſſe cauſa ſui. 57 B
Liberum arbitrium nobiliori modo eſt in vna anima, quàm in altera. 539 A B
Liberum arbitrium eſt cauſa peccati non vt motum à Deo, ſed vt deficiens. 62 D
Linea componitur ex punctis compoſitione eſſentiali impropriè dicta. 164 C D
Linea bifariam dicitur eſſe in potentia ad diuiſionem. 165 B
Linea quomodo poſſit dici finita vel infinita. 566 D
Litera bifariam diuiditur in tempora, vel vt totum in partes, vel vt ſubiectum in accidentia. 254 B
Locus eſt terminus corporis, & habet rationem formæ. 116 D
Locus bifariam ſumitur, entitatiue & menſuratiue. 295 D
Locus circumſcriptiue conuenit rebus ratione quantitatis. 167 A
Locus eſt menſura extrinſeca, ſuperficies vero intrinſeca. 293 B
Locus menſurat locatum extenſiue, ſuperficies autem intenſiue. 295 D
Locus animarum ſeparatarum ſecundū Ariſtotelem eſt ſtella comparis, ſecundum autem rei veritatem eſt vel cęlum empyreū, vel purgatorium, vel infernus. 161 A B
Logica duplex eſt, naturalis, & artificialis. pag. 27 D. 128 C
Logica duplex docens, & vtens. 47 D. 128 D
Logica non eſt ſpeculatiua nec practica. 48 B
Logica quare aliquando dicatur dialectica. 127 D
Logica potentia eſt non repugnantia terminorum. 98 D
Logicus & metaphyſicus verſantur circa idem, diuerſa tamen ratione. 293 C
Logos tria ſignificat, ſermonem, diſcurſum, & argumentationem. 127 D

M

MAgni notabiliter & longi cur non ſint apti ad ſciendum. 124 D
Mater concurrit aliquo modo actiue ad generationem prolis. 435 C
Maſculus & fœmina, quō ſint vniuoca. 534 D
Materia, quæ eſt in potentia ad infinitas formas, quomodo reducatur in actum. 104 C
Materia ſecundum ſe non habet partes. 168 A
Materia prima non habet omnes conditiones elementi. 253 C
Materia ſignata addit ſuper materiam vt ſic, capacitatem huius quantitatis, ita ut non illius. 269 D
Materia ſignata qualis ſit, et quomodo intelligi valeat. 270 A
Materiam non poſſe exiſtere ſine forma tanquam impoſſibile probatur. 368 B
Materia duplex prima, & ſecunda. 371 B
Materia eſt cauſa corruptibilitatis in rebus. 395 A
Materia eſt pars quidditatis. 393 B
Materia duplex, altera particularis, altera communis. 393 C
Materia cęli differt à materia horum inferiorum contra Egidium. 414 A
Materia cur dicatur eſſe in potentia contradictionis. 446 A
Materia prima eſt una numero. 449 D
Materia triplex eſt, ex qua, vt lapides reſpectu domus, in qua, & circa quam. 453 B
Materia intelligibilis & ſenſibilis quæ & qualis ſit. 454 D
Materia trifariam ſumitur pro potentia trāſmutationis, motus, & pro imperfectione. 568 C
Mathematica non ſunt bona, neque habēt finem. 143 C D
Mathematicus abſtrahit ab omni genere cauſarum per motum. 142 D
Memoria duplex, ſenſitiua, & intellectiua. 491 D
Menſura duplex, quantitatiua, & entitatiua. 188 B C
Menſura duplex per reduplicationē, & per cognitionem. 296 B
Menſura & menſuratum dupliciter ſumuntur, quantitatiue, & eſſentialiter. 312 B
Metaphyſica quomodo ſit ſuprema, & libera ſcientia. 57 C
Metaphyſica quomodo conſideret omnia genera cauſarum. 138 D
Metaphyſicus quomodo conſideret entia rationis. 225 A
Metaphora excluduntur à ſcientijs ſecundum Auerr. 354 C
Mobile eſt nomen æquiuocum ad aptitudinem, & eius fundamentum. 42 C
Mobile bifariam capitur, ſecundum ſe, & quoad ſuum mutatum eſſe. 173 D
Mobile menſuratur multiplici menſura, ſubſtantię, eſſe, & operationis. 176 A
Modus prædicationis analogiæ eſt duplex. 7 B
Modus prædicandi in accidente duplex eſt reſpectu ſubſtantię, & reſpectu inferioris accidentis. 379 D

Modus

Modus cognoſcendi res eſt duplex, per eſſentiam, & per ſimilitudinem. 382 A
Modi prædicandi fundantur ſupra modos intelligendi, & modi intelligendi ſupra modos eſſendi. 278 D
Modi relatiuorum ſufficienter ſunt poſiti iux ta quantitatem, actionem & paſſionem, in dicans & indicatum. 303 C
Mollicies carnis non omnis reddit homines aptos ad ſciendum. 125 D
Moralis ſcientia eſt nobilior logica, & mathe matica & philoſophia naturali quoad ali qua. 328 D
Motus & tẽpus quomodo difficilia, & quomodo facilia ſint. 74 D
Motor primus non vtitur tota ſua virtute in mouendo. 569
Motus Angelorum eſt contactus virtualis diuerſorum locorum ſucceſſiue, differens à motu phyſico. 142 B
Motus bifariam ſumitur, pro fluxu, & pro forma fluente ſecundum Auer. 297 B
Motus capitur dupliciter, communiter, & proprie. 471 A
Motus & terminus motus ſunt idem realiter. 488 D
Motus dupliciter ſumitur. 232 B
Moueri per ſe non eſt idem quod primo moueri. 472 A
Multa poſſe dici vnum quomodo intelligatur. 500 C
Multiplicitas æquiuocationis quę ſit. 484 A
Multitudo duo dicit pluralitatem entiũ, & indiuiſionem illorum. 499 A
Multitudo ſequitur vnitatem. 585 D
Multum bifariam ſumitur, abſolute, & vt dicit quendam exceſſum. 500 B
Mundus intelligibilis quid ſit ſecundum Auguſt. 387 A
Mundus quadrupliciter dicitur. 362 C
Mula & aſinus conueniunt in aliqua ſpecie innominata nobis. 380 D
Munus metaphyſici eſt conſiderare difficillima entia. 233 B

N

NAni non ſunt apti ad ſcientiam capeſſendam. 124 D
Natiuitas dupliciter alicui attribui poteſt, vt ſubiecto, & vt termino. 384 A
Natura abhorret vacuum cõtra antiquos. 441 B
Natura vniuerſalis mouet intellectum obiectiue. 402 A
Natura intendit ſingulare vage & confuſe, non autem diſcrete. 415 D
Naturale dicitur duobus modis, primo vt diſtinguitur contra violentum, ſecundò vt diſtinguitur contra liberum. 15 B.480 A
Naturale dupliciter alicui aliquid eſſe poteſt. 234 A
Neceſſaria carent cauſa formali, poſſunt tamen habere cauſam effectricem. 260 C
Neceſſaria complexa nullam cauſam effectricem habent. 341 D
Neceſſarium duplex, effectiue, & formaliter. 256 B
Neceſſitas duplex, ſimpliciter, & ſecundum quid. 256 D
Neceſſitas ſimpliciter repugnat libertati. 257 C
Neceſſitas ponendi intellectum agentem quę ſit. 400 B.401 A.487 C.486 B.
Nectar & ambroſia ſunt ſuprema bonitas primi principij. 176 D
Negans ideas eſt infidelis. 386 D
Negationem eſſe priorem affirmatione, & econtra, quomodo verificetur. 88 B
Negatio & priuatio quomodo cognoſcantur per ſpecies habituum. 116 B
Negatio triplex eſt, negans, priuans, & infinitans. 192 B
Negatio multis modis intelligitur. 193 C
Negatio quam formalitatem habeat diſtinctam ab affirmatione. 194 B
Nicolaus Auellus Pacca Neapolitanus philoſophus. 194 B
Nihil eſt, ab alio non cauſante. 323 C
Nihil eſt ocioſum in fundamẽto naturæ creatę. 256 B
Nomen bifariam alicui imponitur, aut ex par te imponentis, aut ex parte rei. 85 A
Nouitas eſt duplex, ſubſtantialis, & accidentalis. 447 D
Nugatio quando committitur in definitione, & quando non. 410 D
Nugatio committitur quando exprimuntur plura nomina re & ratione eadem. 359 D.410 D
Nulla doctrina eſt adeo falſa, quæ nõ habeat aliquam veritatem admixtam. 428 D
Nulla qualitas eſt ſeparabilis à ſubiecto, & quantitate quoad eſſe indiuiſibile. 351 C
Nulla potẽtia naturalis omnino fruſtratur. 444 A
Nullum compoſitum poteſt mouere ſe ipſum. 422 B
Nullum completum ex ſpecie ſua fit ex nihilo de nouo ſecundum potentiam ordinariã Dei. 256 B
Nullus effectus pendet à cauſa extrinſeca niſi à prima. 426 D
Numerus duplex, prędicamentalis, & tranſcendens. 199 D
Numerus ſonorus dupliciter ſumitur formaliter, & circumlocutiue. 337 B
Nutritio hominis quomodo naturalis, & quomodo miraculoſa dici poſſit. 108 A B
Nutritus in aliqua lege falſa faciendo quod in ſe eſt poteſt venire in cognitionem illius falſitatis. 119 A

O

OBiectum ſenſus non poteſt eſſe vniuerſale. 39 D
Obiectum potentiæ bifariam ſumitur, aduerbialiter, & nominaliter. 40 C
Obiectum intellectus eſt triplex, adæquationis, perfectionis, & motionis. 79 D
Obiectum duplex, intenſiuum & extenſiuum. 84 A
Obiectum viſus eſt duplex, formale, & materiale, ſeu quo, & quod. 86 C. 346 A
Obiectum per ſe non eſt cauſa ſcientiæ, ſed intellectus cum obiecto. 226 D
Obiectum non tranſmutatur per actionem immanentem. 488 B
Obiectum eſt duplex primarium & ſecundarium. 577 B
Officium prudentiæ, & euboliæ quale ſit, præcipere, vel conſiliari. 333 C
Omne genitum eſſe corruptibile, quomodo intelligatur. 553 D
Omne, quod eſt in potentia, reduci poteſt in actum. 104 B
Omne, quod non eſt ex fide, peccatũ eſſe quomodo intelligatur. 121 D
Omne compoſitum eſt nouum. 418 A
Omne, quod fit, fit ab vniuoco. 544 B
Omne creatum ordinatur ad certum finem, & comprehenſum ab agente. 103 A
Omne ſuperius dicitur formale reſpectu inferioris. 396 A
Omnis relatio in creaturis realiter diſtingui tur à fundamento. 215 B
Omnium generum eadem principia proportionaliter ſunt. 455 A
Operatio intellectus triplex, ipſius quod quid eſt, & compoſitionis, & diuiſionis, & diſcurſus. 228 D
Operatio ſimpliciter practica multa requirit ad hoc vt ſit actus, qui eſt vere praxis. 325 A B
Operatio arguit formam. 310 B
Opinio Chaldæorum de cognitione Dei. 571 C
Opinio Thomæ de Argentina, Durandi, Bachoni, Ioannis de Maironis de intellectione Dei. 572 per totam
Opinio Alpharabij de ſubiecto metaphy. 8 C
Opinio Truſiani de principio indiuiduationis. 265 D
Opinio Albumaſar; & Auempaca de vniuerſalibus. 412 B
Opinio Platonis, & Philoponi de tribus animabus. 419 D
Opinio Ricardi de muliere, ſi paſſiue concurrat ad generationem. 432 A
Opinio Magiſtri Hieronymi Zancaglioni circa differentiam inter Ariſt. & Gale. 436 C D
Opinio Egidij de materia cæli. 445 C
Opinio Alexandri de contrarietate ſubſtantia. 536 A
Opinio Bachoni de Deo, an ſit in genere. 529 C
Opinio Caietani circa inæqualitatem animarum eſt rationabilis. 554 D
Opinio Rabinorum, Maſſachem, & Barbanella de creatione animarum. 537 A
Opinio Auicēnę de generatione hominis ſine humano ſemine. 543 D
Opinio Pythagoræ de anima. 545 D
Opinio Anaxagoræ, Leucippi, Platonis, Galeni, Theophra. Themiſt. de anima. 546 per totã
Opinio Auerro. de anima cum uaria interpretatione diuerſorum Auerroiſtarum. 547 A B
Opinio Alexan. Simonis Portij Neapolit. & Caietani de anima. 548 A
Opiniones diuerſę de productione animarũ. 390 A B
Opiniones diuerſæ de reſolutione vſque ad materiam primam. 439 B
Opiniones diuerſæ circa intentionem & remiſſionem formarum. 532 D
Oratio ſumit veritatē ex ueritate rerum. 113 C
Oratio dicitur vera vel falſa rõne inhærētiæ prædicati ad ſubiectum, non autem exiſtentiæ terminorum. 310 B
Ordo quadruplex inuenitur in cauſis, ſecundum propinquitatem ad ſuum effectum, intentionem, eſſe, & rationem mouendi. 233 D
Ordo originis reperitur in diuinis ſine prioritate. 289 A
Ordo naturæ tria includit, rationem prioris & poſterioris, diſtinctionē, & rationē. 289 C
Ordo aīarum eſt ſupra ordinem corporum. 448 B
Origenes tenuit corpora cęleſtia eſſe animata. 445 C
Oſſa & capilli non ſentiunt ratione materiæ, & terreſtreitatis. 421 B

P

PArs deciſa animalis anuloſi exercet opera vitæ. 171 B
Partes quantitatis eſſe in continuo, tripliciter intelligitur, poſſibiliter, particulariter & proprie. 293 D
Partes quantitatis differre ſe ipſis formaliter vel per ſubiecta quõ intelligatur. 294 C
Partibilitas tripliciter ſumitur, radicaliter formaliter, & relatiue. 168 D
Paſſio & ſubiectum diſtinguũtur realiter. 197 D
Paſſio tria dicit, motum, relationem, & fundamentum. 489 B
Pater vno reſpectu refertur ad plures filios. 284 A
Peccata quõ diſtinguantur, ex ſententia Bachoni. 271 B
Peccatum dimiſſum quomodo redire poſſit. 507 B

Peccatum mortale tollit gratiam gratum facientem. 121 A
Peccatum mortale tria continet, actionem, conuerſionem, & auerſionem. 61 B
Per accidēs dupliciter ſumitur, vel vt diſtinguitur contra per ſe abſolute, vel contra per ſe primo. 398 A
Perfectio in vna re, poteſt eſſe vitium in alia re. 589 D
Perſona & ſuppoſitum habet quinque conditiones, vt ſit ſubſtantia, completa, indiuidua, ſubſiſtens, incommunicabilis. 35 A
Perſona diuina eſt exiſtentia incommunicabilis diuinę naturę ſecundum Ricardum. 36 A
Perſonæ diuinę ſunt vnum principiū creandi. 585 B
Plato quid ſenſerit de generatione mundi. 95 B
Plato defenditur in poſitione idearum. 386 A
Plato poſuit animam immortalem ex hoc, quia mouebat ſeipſam. 471 D
Pontifex eſt Dominus in ſpiritualibus, & temporalibus omnium Imperatorum, & Regum. 590 D
Poſſeſſio iucunda non poteſt eſſe ſine conſortio. 586 D
Poſſibilitas, qua mundus fuit productus à Deo, non eſt ſumpta à potentia phyſica, ſed logica. 98 D
Potentia duplex eſt, quedā abijciens actum, vt materia horum inferiorum, & quędam quę ſimul ſtat cum actu, vt materia cęli. pag. 446 A. 295 B
Potentia tripliciter accipitur, ſubiectiue formaliter, & terminatiue. 371 B
Potentia paſſiua duplex, pure receptiua, & receptiua & paſſiua ſimul. 446 A
Potentia materię eſt duplex, altera ei conueniens ex natura, altera vero ab agente. 371 C
Potentia logica obedientialis ſola in humana natura ſaluatur congruenter. 467 D
Potentia irrationalis quomodo ſe habeat ad oppoſita. 488 A B
Potentia rationalis dupliciter conſideratur, abſolute, & ſecundum aliquem ſtatum. 480 B
Potentia duplex actiua, & paſſiua. 482 D
Potentia definitur per actum. 483 B
Potentię mulierum ſpectantes ad partem vegetatiuam ſunt actiuæ. 434 C
Practicum, & ſpeculatiuum non ſunt differentię eſſentiales, neque paſſiones ipſius ſcientiæ vt ſic. 327 C
Practicum & ſpeculatiuum dupliciter conſiderantur, formaliter, & circumlocutiue. 328 A
Practicum eſt ordo ad opus. 328 C
Prædicamenta quomodo ad logicam, & ad metaphy. ſpectent. 130 D
Prædicamenta tribus modis ſumuntur. 278 B
Prędicamenta diſtinguūtur realiter, non prout ly realiter, venit à ratus rata ratum, ſed prout à reor reeris. 278 B
Prædicatio per ſe eſt multiplex. 159 D
Prædicatio vnius de altero eſt multiplex. 275 C
Prædicatio denominatiua non habet locum in prędicamento ſubſtantię ſecundum Alex. 409 B C
Præſentia eſt multiplex. 65 D
Prima cauſa quod facit cum ſecunda poteſt per ſe ipſam ſine ſecunda facere. 360 A
Prima forma, ad quam omnia reducuntur eſt ipſa diuina eſſentia. 388 A
Primitas in ſubiecto triplex eſt, adęquationis, attributionis, & intentionis. 223 B C
Primum principium eſt propoſitio artificialis ingrediens virtualiter demonſtrationes. 229 D
Primum principium non poteſt demonſtrari, ſed bene ſyllogizari. 232 B
Princeps non eſt cauſa efficiens ciuium. 565 C
Principatus duplex, deſpoticus et politicus. 590 D
Principia rerum naturalium ſunt materia, forma, & priuatio. 448 D
Principium duplex quod, & quo. 476 A
Priuatio precedit habitum, & eſt in eodem genere cum habitu. 506 C
Priuatio non ſuſcipit magis & minus ſecundum ſe, ſed ſecundum ſuas cauſas. 507 D
Priuatio cognoſcitur per habitum. 516 C
Priuatio multifariam dicitur. 505 D
Priuatio conſideratur à logico, phyſico, & metaphy. diuerſo tamen modo. 505 B
Priuatio duplex, quædam forma ſubſtantialis, quędam ipſius loci. 430 A
Prius eſt quod eſt principio propinquius. 168 D
Proportio inter cognoſcens & cognitum qualis eſſe debeat. 114 C
Propoſitio immediata quomodo ſit propoſitio per ſe. 158 D
Propoſitio illa, ab eo quod eſt vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa, quomodo intelligatur. 310 B
Proprietates cauſarum ſunt tres. 244 B
Prouidentia triplex eſt ſecundum Platonem. 592 B C
Prouidentia noſtra ſecundum Cicero. eſt pars prudentiæ. 595 A
Prouidentia eſt ordinatio rerum in finem per conuenientia media in mente Principis conſtituta. 595 D
Prouidentia ſpectat ad intellectum, & eſt cognitio practica diſtincta à diſpoſitione, & dicit ordinem & conſecutionem finis. 596. per totā
Prouidentia Dei non fruſtratur. 598 C
Prouidentia quomodo ſtet cum contingentia rerum, & libertate arbitrij. 599 C
Prouidentia duplex eſt, promotionis, & conceſſionis vel derelictionis. 602 B
Prouiſor eſt duplex, vel actuum ſui ipſius, vel aliorum. 593 D
Prudentia eſt multiplex, falſa, carnalis, rationalis

tionalis, & naturalis. 21 B
Pygmeus quod animal ſit, & vbi habitet, & cum quo pugnet. 21 C

Q

QVale ſumitur dupliciter, vt modus, & vt res. 198 C
Quantitas multa operatur. 154 B
Quantitas quomodo diſtinguatur realiter à ſubſtantia. 167 D
Quantitas & albedo in Euchariſtia gerunt vicem ſubſtantiæ. 185 C D
Quantitas duplex ſecundum Auer. vigoris, & molis. 293 C
Quantitas & ſubſtantia diſtinguuntur realiter phyſice, & theologice. 166 C
Quantitas diſtinguitur realiter à ſubſtantia ratione eſſentiæ non autem exiſtentiæ. 167 C
Quantitas eſt ſubiectum accidentis ut quo, non autem vt quod. 168 C
Quantitates duæ poſſunt diuina virtute manuteneri diſtinctæ. 154 B
Quantitatis effectus triplex. 154 B
Quantum per accidẽs dupliciter ſumitur, vel ratione ſubiecti, vel ratione magnitudinis & ſpatij. 297 D
Quantum non fit ex non quantis. 263 D
Quidditas, eſſentia, quod quid erat eſſe, natura, ſubſtantia quomodo ſint idem. 393 D
Quidditas non eodem modo ſumitur ab omnibus. 41 C
Quidditas vel eſt materialis, vel fundatur in materia. 86 D
Quidditates rerum quomodo ſpectent ad metaphy. 42 D
Quod quid eſt, & id cuius eſt in rebus materialibus differunt intrinſece & extrinſece. 375 D
Quod quid eſt conſtituitur ex prędicatis in primo modo dicendi per ſe. 375 C
Quod quid eſt dupliciter ſumitur, pro natura ſignificata in abſtracto, & pro ſignificato definitionis. 375 C
Quod perfecte intelligitur comprehenditur. 116 D

R

RAdicatio non ſuſcipit magis & minus, ſed eſt id quo aliquid ſuſcipit magis & minus. 462 C
Radicatio maior ipſius formæ in ſubiecto, arguit illud magis tale in formis eiuſdem ſpeciei. 462 B D
Radix totius libertatis in ratione eſt poſita. 52 B
Ratio inferior quibus intendat, & q̃uo differat à ratione ſuperiori. 22 A
Ratio quam ſignificat nomen, eſt definitio. 84 D
Ratio formalis duplex eſt. 334 C
Ratio capitur multis modis, pro definitione, potentia rationali, oratione, & forma. 482 B
Ratio menſuræ primo reperitur in diſcretis, quàm in continuis. 495 D
Ratio cauſę efficientis reſpicit exiſtentiã, exẽplaritatis vero eſſentiam. 497 B
Ratio quare duo corpora in aere vel in aqua non ſe tangant. 528 C
Rationale & irrationale non diuiduntur in æqualia. 275 D
Rationes ſeminales quomodo dẽtur, & quomodo ſint in materia prima. 390 D
Realiter dupliciter ſumi poteſt, vel vt dicitur à ratus rata ratũ, vel à reor reeris. 275 D
Reduplicatio infert vniuerſalitatem in terminis vniuocis. 188 C
Regreſſus conſuetus in philoſophia naturali, & in metaphy qualis ſit. 150 D
Regreſſus circularis quomodo reperiatur in ſcientijs. 151 A
Relatio vt ſic nec quid reale, nec quid rationis exprimit, ſed abſtrahit ab vtroque. 303 B
Relatio vna ſecundum ſpeciem plures reſpicere poteſt ſecundum numerum. 315 B
Relatio omnis realiter diſtinguitur à fundamento. 319 A
Relatio habet duas rationes, alteram, quæ dicitur eſſe in; & alteram, quę dicitur eſſe ad. 359 B
Relatio creata nequit adeſſe, & ab eſſe ſtante fundamento. 320 B
Relatio non eſt terminus per ſe generationis ſubſtantialis. 426 B
Relationes quædã Deo attributę tantum fide cognoſcuntur. 319 B
Relationes diuinę neque perfectione, neq; imperfectionem dicunt. 320 B
Relationis ſpecies triplex eſt. 13 B
Relatiua omnia dicuntur ad conuertentiam, ſi recte aſſignentur. 481 C B
Relatiuum vnum non perficitur per alterum. 263 D
Relatiuum poteſt intelligi ſine correlatiuo ratione fundamenti, non autem ratione relationis. 317 C
Relatiuum aduenit de nouo ſine mutatione; abſolutum autem non. 320 B
Reliquiæ ſanctorum & ſanctarum quare à nobis adorentur. 422 B
Repletio loci non eſt effectus formalis corporis, ſicut nec diſtinctio. 156 C
Res intelligitur prout eſt in actu. 399 A
Res cognoſcitur vel in ſe, vel mediante repreſentatiuo, vel per effectum. 399 B
Res bifariam ab aliquo conſeruari poteſt, indirecte, & directe. 247 A
Reſolutio quę fit à natura eſt duplex, ſubſtantiarum, & accidentium. 439 C

Reſolutio in corruptione rerum fit vſque ad materiam primam. 440 C
Reſpectus non intelligitur ſine termino. 77 B
Reſpectus duplex, intrinſecus, & extrinſecus. 115 A
Reſpõſio Simonidis de Deo ad Tirannum Hieronem. 90 C
Romani celebrarunt Romulum vt Deum. 119 D
Rotunditas lunæ, qua ſpecie demonſtrationis demonſtretur. 149 C

S

SAcerdotes plures ſimul & de facto non poſſunt vnã hoſtiam conſecrare, licet de poſſibili. 244 D
Sanguis mulieris eſt duplex, menſtruus, & purus; ille non eſt materia fœtus, hic autẽ ſic. 415 B
Sanitas cauſata per confricationem eſt caſualis. 543 B
Sciens triplex eſt, Deus, intelligentia, & homo. 28 C
Scientia omnis ſubalternatur metaphyſicæ, & quomodo. 12 B
Scientia remanet deſtructo ſcibili. 110 A
Scientia perfectè, purè, & ſimpliciter non dicitur præciſè practica ab obiecto tantũ. 324 C
Scientia poteſt dici ſpeculatiua tripliciter, ex parte rei, modi ſciendi, & ordinis ad finem. 324 D
Scientia nec eſt purum abſolutum, nec purũ reſpectiuum. 328 C
Sciẽtia ſpeculatiua eſt nobilior practica ſimpliciter, ſed ſecundum quid poteſt eſſe ignobilior. 328 C
Secundum inter alia, denotat ſubiectum & formam. 459 B
Semen uiri habet multitudinem ſpirituum habentium calorem. 434 D
Semen in proceſſu generationis, quantum ad quid corrumpitur & quomodo. 389 D
Senſus quadrupliciter accipitur. 18 D
Senſus dupliciter conſideratur, quoad actum primum, & quoad ſecundum. 40 B
Senſus nunquam eleuari poteſt, vt cognoſcat aliquod immateriale. 81 A. 83 D
Seruitus multiplex eſt, culpæ, miſeriæ, & pœnæ. 14 D
Similitudo filij ad patrem ex diuerſis cauſis prouenire poteſt. 436 C
Simplicitas dicit perfectionem, non omnis, ſed tantum ſubſiſtens. 455 B
Simpliciter dicitur quinque modis. 2 A
Singulare intelligitur ab intellectu per lineã obliquam, & indirecte. 31 B
Sol quomodo agat in viſcera terræ producendo in eis varios effectus. 66 D
Species diſparatæ non faciunt immediatam propoſitionem. 280 B
Species accidentis eſt inferior ſpecie ſubſtantiæ. 362 A
Species accidentis non poteſt diſtinctè repreſentare ſubſtantiam. 363 A
Species eadem à natura & ab arte effici poteſt. 379 D
Species ſubſtantiæ nõ generatur à caſu ſecundum Auer. 543 A
Subiectũ in philoſophia naturali eſt triplex, adæquationis, attributionis, & perfectionis. 1 D
Subiectum trifariam nominari poteſt, genus, ſubiectum, & obiectum. 4 A
Subiectum philoſophiæ naturalis eſt ens mobile. 11 D
Subiectum ponitur in definitione ſuæ propriæ paſſionis. 160 B
Subiectum trifariam ad accidens comparatur, vt potentia, vt cauſa, & vt ſuſtentans. 168 B C
Subiectum logicæ eſt ens rationis. 346 D
Subiectum ponitur in definitione accidentis aliquando in obliquo, aliquando in recto. 357 C
Subiectum alterationis duplex, immediatum, & mediatum. 430 A
Subiectum generationis eſt ens in pura potentia, & alterationis in actu. 430 A
Subiectum generationis & alterationis æquiuoce dicitur. 430 B
Subiectum in alteratione perfectiua manet idem ſub vtroque termino. 430 D
Subiectum generationis manere idem ſub vtroque termino dicitur dupliciter. 431 D
Subſtantia ſeparata multis modis dicitur. 16 C
Subſtantia dupliciter ſumitur vt res determinati generis, & pro eſſentia vniuſcuiuſque rei. 306 A
Subſtantia dupliciter conſideratur, vno modo inquantum hæc, alio modo inquantum ſubſtantia eſt. 355 B
Subſtantia eſt prior accidente, cognitione, definitione, tempore, & natura. 355 B C
Subſtantia cognoſcitur per propriam ſpeciem, quam intellectus abſtrahit à phantaſmate. 362 A
Subſtantia via originis & quoad cognitionem cõfuſam eſt prior cognitione ipſo accidente. 363 B
Subſtantia omnis ſiue naturalis, ſiue artificialis fit ab vniuoco. 544 C D
Subſtantia triplex eſt materia, forma, & cõpoſitum. 549 A
Subſtantiæ ſeparatæ bifariam conſiderantur, vt motrices, & vt intelligentes. 82 F
Suppoſitum, & natura ſunt idem in Deo, in creaturis diſtinguuntur realiter. 456 D
Syllogiſmus demonſtratiuus, dialecticus, ſophiſticus quomodo differant.

T

TActus eſt certior quoad cognitionem ipſo viſu, non autem quoad nobilitatē. 19 C
Talpę, non repugnat viſio ratione generis, ſed bene ratione ſpeciei. 507 A
Tempus eſt numerus motus dupliciter intelligitur. 289 A
Tempus diſtinguitur realiter à motu. 301 C
Tempus diſtinguitur contra inſtans. 536 A
Tempus eſſe numerum motus eſt ab anima effectiue. 289 A
Terminus creationis eſt eſſe. 389 B
Terminus à quo, dicit duo, negationē, & aptitudinem termini ad quem. 506 B
Tertia entitas quid ſit. 427 C
Themiſtij opinio de cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum. 87 A
Theologia noſtra eſt ſigillum ſcientię Dei & beatorum. 51 A
Theologia ſuper naturalis neque eſt praeciſe ſpeculatiua, neque practica, ſed eminentioris ordinis. 48 C
Theologia eſt ſcientia. 129 C D
Theologia eſt ſcientia neceſſaria, licet ſit de contingentibus. 28 D
Theologus & philoſophus non poſſunt concordari in eſſentia accidentis. 350 A
Thomas Capuanus de vnico neceſſario. 568 B
Thomas Capuanus de coniunctione prouidētię cum libertate arbitrij. 600 A
Thomas de Aquino quis & qualis fuerit ſimul cum ſua doctrina. 604 A
Tot modis dicitur vnum oppoſitorum, quot & reliquum, quomodo verificetur. 276 A
Totum eſſentiale realiter diſtinguitur à ſuis partibus ſimul ſumptis. 425 C
Totum duplex, quantitatis & eſſentię. 68 B
Totum non poteſt concipi ſine partibus. 403 C
Totum differt à partibus ratione, non autem re, diuiſiue, non autem collectiue. 423 D
Totum quadruplex, definibile, vniuerſale, quantitatiuum, & eſſentiale. 424 B
Totum eſſentiale realiter diſtinguitur à partibus ſimul ſumptis. 425 C
Totum homogeneum ex partibus ſimilaribus conſtat, heterogeneum vero ex diſſimilaribus. 493 B
Totus ordo animarum eſt ſuper totum ordinem corporum. 448 B
Tranſmutatio omnis eſt inter terminos vel priuatiue, vel contrarie oppoſitos. 512 A
Tria ſimul concurrunt ad formationem hominis, Deus, homo, & corpora cœleſtia. 244 C
[illegible]iſtitia quatrifariam ſumitur. 58 B

V

VAcuum eſt ſpatium capax corporis, non tamen habens corpus. 97 D
Variabile dupliciter ſumitur, vel vt ſubiectum mutationis, vel tanquam illud, quod reperitur in aliquo variabili. 463 D
Variæ ſententiæ de ſignificatione ſex principiorum. 314 D
Varię ſententiæ doctorum de intentione & remiſſione formarum. 463 A
Velle Dei, & intelligere quomodo diſtinguantur. 577 D
Veritas tripliciter definitur ab Auguſt. Auicen. & Hilario. 344 D
Vermes generantur non minus ex hoſtijs conſecratis, quàm ex non conſecratis. 361 D
Verum diminutum, & diſtrahens non conſideratur à metaphyſico. 344 D
Verum eſt obiectum intellectus. 345 B
Via media ſemper eſt amplectenda ſecundum Ariſt. 434 B
Via tutior in dubijs eſt eligenda. 177 B
Virtutes in anima non habent qualitatem poſitiuam contrariam. 107 D
Viſus, & auditus bifariam conſiderantur, ſecundum ſe, & per comparationem ad intellectum. 17 D
Vita Machumeti qualis fuerit. 120 A B
Vniri Deo in vnitate perſonæ fuit ſupra dignitatem humanæ naturę 467 D
Vnitas materię & generis quomodo differant. 404 C
Vniuerſale quomodo fiat ex ſingularibus. 29 D
Vniuerſale triplex, ante rem, in re, & poſt rem. 416 B. 34 C
Vniuerſale tria ſignificat, relationem rationis, rem, & aptitudinē. 415 D
Vniuerſale quomodo eſt ſecunda intentio & ens rationis. 416 D
Vniuoca, ęquiuoca & multiuoca quę ſint. 186 B C
Vnius naturę eſt vnus modus producendi. 380 A
Vnum tranſcendens abſtrahit à perfectione & imperfectione. 202 A
Vnum duplex eſſe poteſt, homogeneum, & etherogeneum. 202 D
Vnum tribus modis ſumitur, pro ſubſtrato, formali tantum, & pro vtroque. 203 B
Vnum duplex, illud quod eſt principium numeri, & quod eſt tranſcendens. 498 D
Vnum tranſcendens dupliciter ſumitur quoad entitatem, & quoad indiuiſionem. 498 D
Vnum & multa formaliter ſumpta opponuntur priuatiue. 500 A
Vnum definitur multitudine, & econtra. 502 B
Vnum materialiter eſt prius multitudine, formaliter vero poſterius. 503 A
Vnum dicitur compoſitius altero dupliciter

primo

primo quoad partes quãtitatiuas, ſecũdo quoad partes eſſentiales. 317 D
Voluntas eſt libera quoad tria. 453 B
Volũtas dicitur libera radicaliter ab eſſentia aĩa. 478 D
Voluntas quomodo ſit nobilior intellectu. 479 C
voluntas eſt cauſa imperans, intellectus dirigẽs, & potentia exequens. 595 C

X

Xp̃i caro eſt ex puriſſimis ſanguinibus B. virginis Spiritu ſancto concurrente. 436 D
Xp̃i anima exceſſit omnes alias hominum nobilitate. 534 D
Xp̃i corpus fuit idem numero in cruce viuens, & in ſepulchro mortuum. 422 B
Xp̃s quod ſemel aſſumpſit numquam dimiſit. 427 D
Xp̃s eſt nobilior quocunque Angelo ingratuitis. 535 A

Z

ZErbus Veronenſis loquitur contra vniuerſam ſcholam Thomiſtarum. 414 C
Zimara volens theologizare de diuinis relationibus errauit. 358 D
Zimara reprehenditur de quidditate rerum naturalium. 396 D
Zimara arguitur circa naturam formarum elemẽtorum. 527 C
Zimara male interpretatur auctoritatem ſcriptura de Angelis. 566 C
Zimara reprobatur de prima rerum omnium menſura. 570 A
Zimarę rationes contra S. Thom. de cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum ſoluuntur. 88 C
Zimara ſententia de principio indiuiduationis. 268 A
Zimara reſponſio reprehenditur circa aſſimilationem figurę ad formas ſubſtantiales. 529 D
Zimara opinio reprehenditur circa inequalitatẽ animarum. 534 B

F I N I S.

ERRATA SIC CORRIGITO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pag. Lit. Error.	Correctio.
255 D iutentiouem	inucutiouem.
270 B exprepreſſiſsima	expreſſiſsima.
165 A paritum	partium.
164 B vllam	nullam.
365 A perpoſito	propoſitę.
365 D nunc, ſi prius	nunc ſicut prius.
276 B ideſt eſt	ideſt.
385 B aut	autem.
385 C concludantur	concludunt.
395 C in intellectu	in intellectum.
397 D paſsionis	paſſiones.
210 B vult	vel.
212 D hebdog.	Hebdom.
212 D ex	eſt.
215 C ſpeculate	ſpeculari.
258 C ætiopus	ætiops.
298 A per ſe abſolute	contra per ſe abſolute.
305 D ad omne motum	ad omnem motum.
316 D lux ſinecalore põt	lux ſine calore non poteſt.
335 D patet	poteſt.
336 A conpetum	conceptum.
355 A illi.	ille.
360 B qum.	quam
371 C repugnantia terminorũ	non repugnantia terminorũ.
377 A denſionem	denſiorem.
386 B diſcipulis (bus	diſcipulus.
387 C verboa Dei, vex ĩuiſibili-	verbo Dei, vt ex inuiſibilibus.
401 D incipat	incipiat.
In numeris 185	385.
432 D ſi forma vnius	ſi formam vnius.
447 A corporis cęleſti	corporis cęleſtis.
449 A et ſi duo Dij	& ſic duo Dij.
454 A nuturæ	naturæ.
455 A morali	modali.
455 D tantitas	quantitas.
In numeris 466	457
In numeris 488	484
495 C dicit	dicitur.
502 B et ſi ipſa eſt	& iſta eſt
521 A infitum	infinitum.
366 B aut	at.
359 B buale	quale.
359 B cõcludit illũ argumentũ	concludit illud argumentum.
452 C in mag. poteſt	poſſunt.
522 B pauca	parui.

Pag. Lit. Error.	Correctio.
549 in titu. dilucidatio ſecũda.	dilucidatio prima.
519 A meretricium	meretricum.
110 D filij	fili.
458 C uideut	uidentur.
857 D partes	parte.
642 A inferioris	inferiori.
916 C nequiunt	nequeunt.
435 D fœtu	fœtum.
90 A in immargine	in margine.
91 A intelligentis	intelligentiis.
99 D eſſentialiter	accidentaliter.
101 B progreſſus	progreſſum.
104 B in actu	in actum.
105 B vir	puer.
108 B multis	multa.
115 B intellectu	in intellectu.
125 C ſubſtrahit	ſubtrahit.
127 B illi	illa.
6 D diligit	diligit.
78 D eſione	læſione.
177 B tex. 124	100.
186 D tex. 40	4.
189 A tex. 40	4.
237 A tex. 4	14.
540 A tex. 50	5.
In numeris 505	501.
386 B primo poſter. tex. 70	55.
573 in titu. diluc. ſexta	dil
573 ibidem diluc. ſexta	di
581 ibidem diluc. ſeptima	
585 ibidem diluc. ſeptima	
601 D ſentierunt	
601 D potuis (dicer	
In Epiſt. D. Ant. Ciccarelli. Cv	
13 B pullulari	
456 C diuiditur in pluribv	
467 B eſt illud	
467 C forma & ſubſtanti	
277 C & entia realiter	
53 D quidam	
53 A in poſtil. ſui	
54 D in mari	
55 C couiungant	
60 C ſenſierunt	
73 A tex. 36.	

Regiſtrum.

B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

a Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnes ſunt Terniones, † Ddd Eee Quaterniones.



ROMAE

Apud Bartholomæum Bonfadinum, & Titum Dianum.

M. D. LXXXIIII.

Regiſtrum.

B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

a Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnes ſunt Terniones, † Ddd Eee Quaterniones.



ROMAE

Apud Bartholomæum Bonfadinum, & Titum Dianum.

M. D. LXXXIIII.